BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Oo 477
INKUNABUŁY
BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 211 (4°)

PLVTARCHI
VITE
ILLVSTRIVM

IX B 34

THESEI VITA PER LAPVM FLORENTINVM EX PLVTARCO GRAECO IN LATINVM VERSA.

VEMADMODVM IN ORBIS TERRAE SI tu deſcribendo hiſtorici ſolent: ut ad quæ ipſi co/gnitione aſpirare non poſſunt: extremis tabularū partibus ſupprimentes quibuſdam adiiciunt lo cos eſſe uaſtos arenoſos & cælo terraq; penuriam aquarum: aut limum inſuperabilem: aut mōtem ſtiticum: aut aſtrictum frigore pontum: ita & no bis in hac uirorum collatione perpetua rerū hiſto ria quantū probabili oratione aſſequi potuimus: de his quos ſupra memorauimus uiris tempora percurrētibus uere licuit affirmare. Quæ uero an/tiquiora ac uetuſtiora ſunt: tragica & monſtruoſa poetæ & fabuloſi rerum ſcriptores occupant: nec ultra fidem ullam nec certitudinem præſe ferunt. Cum igitur Lycurgi legū latoris & Nume regis res geſtas litteris manda/uerimus: haud ab re fuerit ad Romulum orationem conuertere: quando hiſtoria ipſa ad eius tempora q̄prope acceſſimus. Sed mihi diu cogitāti huic uiro (ut inquit Aeſchi/lus) quis conueniret: quem illi opponerem: quis dignus ſecum in comparatione cōiun gi: uiſum eſt tandem faciendum eſſe: ut a quo celebrata Athenienſium ciuitas ampli/ficata eſt: eum cum glorioſiſſimæ atq; inuictiſſimæ urbis Romæ parente conferrem & compararem. Licet autem nobis reiectis fabulis ad ipſam claram hiſtoriæ lucem & ue ritatem accedere. Quod ſicubi neceſſitas coget nos ab hac parumper digreſſos: ad id quod ueriſimile ſit conferre: a quo fortaſſe hiſtoria abhorreat: nec admittat ullum cū probabilitate cōmertium: æquis auditoribus opus erit: quiq; benigne & humane initi/um orationis exaudiant atq; approbent. Videtur igitur Theſeus multis de cauſis Ro mulo q̄ſimillimus extitiſſe. Ambo.n.cum ſpurii & obſcuri forent: exiſtimati ſunt a Diis īmortalibus procreati eſſe. Ambo ēt belicoſi ac manu ſtrenui: hoc quidem om/nes ſcimus: & quanta maxime fieri potuit prudētia præſtiterunt. ex duabus quoq; cla riſſimis ciuitatibus Roma & Athenis: alteram hic condidit: alteram ille nouis colonis compleuit. Fœminarum præterea raptus de utroq; feruntur: nec eorum quiſq̄ dome/ſticam cladem & crimina ſuorum effugit: ſed ad poſtremum ambo dicuntur in inui/diam & offenſionem ciuium incidiſſe. Siquid igitur ex his quæ minus tragice dici ui/dentur ad ueritatem conducit: Theſei quidem paternum genus in erechtheum ac pri/mos indigenas referebatur: maternum uero in Pelopem. Pelops enim non opibus ma gis & copiis q̄ natorum ſobole cæterorum Pelopōneſi regum potentiſſimus fuit: cū filias permultas optimatibus in matrimonio locaſſet: multoſq; in rebuſp. paſſim prī cipes diſperſiſſet: e quibus unus Pittheus extitit Theſei maternus auus: qui urbem nō magnam trœzeniorum incoluit: is qui per id temporis omnibus ſapientia & eloquen/tia plurimum præſtare putabatur. Fuit eius ſapientiæ ut uidetur talis quædam uis ac forma: qualem complexus Heſiodus cum ſua ſcripta ſententiis plurimis referſiſſet: ſapiens imprimis eſt habitus: atq; eam unam ex Pitthei ſententiis fuiſſe memorant: Eſto ſatis comiti merces promiſſa laboris. Cuius rei Ariſtoteles philoſophus ē auctor. Euripides etiam cum Hippolytum caſti Pitthei diſciplinam appellet: hanc eandē de Pittheo opinionem perſpicue atteſtari uidetur. Aegeo uero cum ſiliis indigeret: uulga tum illud oraculum Pythiam uatem ceciniſſe ferūt: quo iuſſit ne cum muliere coiret: priuſq̄ Athenas accederet. quod cum non ſatis aperte dixiſſe uideretur: in Trœzenem profectus: de Dei reſponſo cum Pittheo communicauit: quod huiuſmodi fuit: Neue

Inc. 211

BIBLIOTEKA GŁÓWNA
UNIWERSYTETU im. A. MICKIEWICZA
W POZNANIU

Nr* 13127

Z biblioteki nauczycielskiej
Państwowego Gimnazjum
im. Konopnickiego
w Lesznie

26/IX 1932 r.

Cxl81

Plutarchi
VITÆ
ILLUSTRIUM

D. 19757/6.403.

THESEI VITA PER LAPVM FLORENTINVM EX PLVTARCO GRAECO IN LATINVM VERSA.

VEMADMODVM IN ORBIS TERRAE SI tu deſcribendo hiſtorici ſolent: ut ad quæ ipſi cognitione aſpirare non poſſunt: extremis tabularū partibus ſupprimentes quibuſdam adiiciunt locos eſſe uaſtos arenoſos & cælo terraq; penuriam aquarum: aut limum inſuperabilem: aut mōtem ſtiticum: aut aſtrictum frigore pontum: ita & nobis in hac uirorum collatione perpetua rerū hiſtoria quantū probabili oratione aſſequi potuimus: de his quos ſupra memorauimus uiris tempora percurrētibus uere licuit affirmare. Quæ uero antiquiora ac uetuſtiora ſunt: tragica & monſtruoſa poetæ & fabuloſi rerum ſcriptores occupant: nec ultra fidem ullam nec certitudinem præſe ferunt. Cum igitur Lycurgi legū latoris & Nume regis res geſtas litteris mandauerimus: haud ab re fuerit ad Romulum orationem conuertere: quando hiſtoria ipſa ad eius tempora q̄prope acceſſimus. Sed mihi diu cogitāti huic uiro (ut inquit Aeſchilus) quis conueniret: quem illi opponerem: quis dignus ſecum in comparatione cōiungi: uiſum eſt tandem faciendum eſſe: ut a quo celebrata Athenienſium ciuitas amplificata eſt: eum cum glorioſiſſimæ atq; inuictiſſimæ urbis Romæ parente conferrem & compararem. Licet autem nobis reiectis fabulis ad ipſam claram hiſtoriæ lucem & ueritatem accedere. Quod ſicubi neceſſitas coget nos ab hac parumper digreſſos: ad id quod ueriſimile ſit conferre: a quo fortaſſe hiſtoria abhorreat: nec admittat ullum cū probabilitate cōmertium: æquis auditoribus opus erit: quiq; benigne & humane initium orationis exaudiant atq; approbent. Videtur igitur Theſeus multis de cauſis Romulo q̄ſimillimus extitiſſe. Ambo.n. cum ſpurii & obſcuri forent: exiſtimati ſunt a Diis īmortalibus procreati eſſe. Ambo ēt belicoſi ac manu ſtrenui: hoc quidem omnes ſcimus: & quanta maxime fieri potuit prudētia præſtiterunt. ex duabus quoq; clariſſimis ciuitatibus Roma & Athenis: alteram hic condidit: alteram ille nouis colonis compleuit. Fœminarum præterea raptus de utroq; feruntur: nec eorum quiſq̄ domeſticam cladem & crimina ſuorum effugit: ſed ad poſtremum ambo dicuntur in inuidiam & offenſionem ciuium incidiſſe. Siquid igitur ex his quæ minus tragice dici uidentur ad ueritatem conducit: Theſei quidem paternum genus in erechtheum ac primos indigenas referebatur: maternum uero in Pelopem. Pelops enim non opibus magis & copiis q̄ natorum ſobole cæterorum Pelopōneſi regum potentiſſimus fuit: cū filias permultas optimatibus in matrimonio locaſſet: multoſq; in rebuſp. paſſim prīcipes diſperſiſſet: e quibus unus Pittheus extitit Theſei maternus auus: qui urbem nō magnam trœzeniorum incoluit: is qui per id temporis omnibus ſapientia & eloquentia plurimum præſtare putabatur. Fuit eius ſapientiæ ut uidetur talis quædam uis ac forma: qualem complexus Heſiodus cum ſua ſcripta ſententiis plurimis referſiſſet: ſapiens imprimis eſt habitus: atq; eam unam ex Pitthei ſententiis fuiſſe memorant: Eſto ſatis comiti merces promiſſa laboris. Cuius rei Ariſtoteles philoſophus ē auctor. Euripides etiam cum Hippolytum caſti Pitthei diſciplinam appellet: hanc eandē de Pittheo opinionem perſpicue atteſtari uidetur. Aegeo uero cum filiis indigeret: uulgatum illud oraculum Pythiam uatem ceciniſſe ferūt: quo iuſſit ne cum muliere coiret: priuſq̄ Athenas accederet. quod cum non ſatis aperte dixiſſe uideretur: in Trœzenem profectus: de Dei reſponſo cum Pittheo communicauit: quod huiuſmodi fuit: Neue

Inc. 211

prius uir magne pedem qui prominet utri Soluas: cecropidum q̃ ſacram acceſſeris urbem. Igitur incertū ē qua ratione adductus Pittheus ſuaſionibus aut dolo ad Aethræ coitum illum impullerit. Cum uero is mulierem compreſſiſſet: reſciuiſſetq; cum Pithei ſe filia coiiſſe: grauidam factam eſſe ratus: enſem & calceos ſub lapidē eximiæ magnitudinis abditos reliquit: qui intus cauatus erat: ut quæ īmiſſa forent apte capere & continere poſſet. idq; ſolum mulieri factum patefecit: mandauitq; ſi ex ea filius naſceretur: & ad uirilem ætatem prouectus: ſaxum ſūmouere: & quæ relicta fuerant tollere atq; aſportare poſſet: eum clam omnibus cum his ad ſe rebus mitteret. Vehemēter. n. Pallantidarum inſidias formidabat: quæ ſibi ab is quotidie parabantur. Quippe qui eum ob ſolitudinem filiorum contēnerēt. Erant autem quinquaginta ex Pallante filii. ſic diſceſſit. Cum exactis menſibus mulier partu puerum edidiſſet: ſunt qui ſtatim ei Theſeo nomen inditum eſſe affirment: ob ſignorum quæ ad cognitionem filii relinquerat pater depoſitionem: quam theſim græci appellant. Alii poſtea Athenis quo tē pore illum in filium accepit Aegeus: quam etiam rem illi Theſim ideſt adoptionē nominant. Cūq; apud Pittheum educaretur: cuſtodem & pedagogum Connidam quendam nomine habuiſſe: cui uſq; ad noſtram ætatem uno ante Theſei celebritatem die Athenis arietem īmolant: memoriaq; beneficii & honoribus hunc multo iuſtius proſequuntur: q̃ Silamonem & Parrhaſiū: qui imaginis Theſei pictores ac fictores fuerē. Vigebat etiam illis temporibus conſuetudo: ut qui ex ephebis exceſſiſſent delati ī Delphos de comis deo primitias darent. Acceſſit igitur in Delphos Theſeus: & loco etiam his temporibus Theſiæ ab illo nomen manet: ut fertur: quare anteriorem capitis partē arraſit: ut de Abantibus ſcribit Homerus: Atq; hoc tōſuræ genus Theſeis ob illum nūcupatum eſt. At Abantes primi hoc tondendi more uſi ſunt. Quēquidem non ab Arabibus ut quidam exiſtimant didicerūt: nec Myſios imitati: ſed q̃ natura bellicoſi eſſēt: & prope puguandi ac præter cæteros manus cum hoſtibus conferēdi peritiam tenerēt: ut Antilochus teſtatur his uerſibus: Nec crebros tendunt arcus: nec uerbera fundæ Expediūt: ſæuaſq; ferox mars æquore cædes Infert: & rigido geritur res comminus enſe. Hac illi apprime pugna certare periti. Euboiæ genus acre uirum belloq; ſuperbū. Nei gitur ullas hoſtibus ad capiendū anſas darent tondebantur. Hoc & Alexandrum illū macedonem cum excogitaſſet: ſuis ducibus imperaſſe ferunt: ut Macedonum barbas arraderent. Quippe quæ in præliis anſæ prōptiſſimæ forēt. Reliquum igitur tempus uerum Theſei ortum Aethra occultum habuit. Erat. n. rumor Pittheo auctore diſſipatus illum a Neptūno eſſe generatum. Neptūnum. n. Trœzenii ſumma religione colunt: & eius Dei tutelæ eorum ciuitas dedicata eſt: cui & fructuum primitias deligunt: & inſignē in nūmo tridentem inciſum habent. Cum uero primum illius adoleuiſſet ætas: & una cum corporis uiribus fortitudo ac animi elatio cōſilio & ratione firmata apparuiſſet: ſic Aethra deduxit ad lapidem: atq; ubi illum de ſuo ortu certiorē fecit: iuſſitq; paterna ſigna ſubducere: & iis acceptis Athenas nauigare. At ille lapidē quidem cum ſubiſſet: facile repulit: nauigaturum uero ſe pernegauit: & ſi ſecura nauigatio foret: & id mater atq; auus ſummis precibus ab eo contēderent. Difficile. n. erat terreſtri itinere Athenas proficiſci: cuius nulla pars a piculo cæde ac latrociniis uacua eſſet. Nāq; ea tempora homines tulerunt manuum quidem operibus ac celeritate pedū & corporum uiribus ut uidetur indefeſſos inſuperabileſq;: & qui ad nihil æquum aut cōducibile naturæ muneribus uterentur: ſed quibus contumelia & intolerabilis contumacia grata foret: ſuamq; potentiam in ſæuitiam omnem & crudelitatem conuerterent. Vincere uero in ui ac cæde cuiuſq; conſiſtere ducerent: pudorem quoq; iuſtitiam & iuris æqualitatem ab ignauia & iniuriarum metu proficiſci: eaq; nihil conuenire iis qui uiribus præſtare poſſent. Ex iis quoſdam Circuens interemit Hercules ac deleuit. Qui uero illum latuerunt metuq; perterriti ſubterfugere: ut humiles abiectiq; contemptui fuerunt. Poſtea uero q̃ Hercules calamitate perfūctus eſt: interfectoq; Iphito diſceſſit

in Syriam:atq; ibi apud Omphalem diuturna ſeruitute fuit. Hæc illi necis ſupplicia ſoluens:Syriorum res ſumma pace ac ſecuritate firmauit. Rurſus ī Græcia uitia ac flagitia reuiuiſcere ac latius manare cœperunt:cum nemo ea reprimeret nec prohiberet. Erat igitur ea profectio ex Pelopõneſo Athenas eũtibus maxime peſtifera ac exitioſa: & ex latronibus quenq; Pittheus qualis eſſet ſingulatim:quibuſq; peregrīos afficeret: in medium referens:ſuadebat Theſeo mari Athenas accederet. At eius animum iā pridem Herculis gloria uirtutis uehementer incenderat:eumq; ſemper habebat in ore & eius res geſtas ac uirtutes narrantibus prõptiſſimum ſe auditorem præbebat: maxime uero ſiquis eum eſſet intuitus: & alicui eius facto & dicto interfuiſſet, Sed tunc imprimis perſpicuum erat idem illi eueniſſe:quod poſterioribus ſeculis Themiſtocli euēit: cum diceret Miltiadis trophæum ſibi ſõnos adimere. Ita illi Herculis uirtutem admiranti eius res geſtas per noctem ſõnia referebant:ac interdiu ipſum exigebat inſtigabat q; æmulatio eadem facere cogitantem. Erat autem ex matre īter illos affinitas:q; ex patruelibus nati erant. Aethra.n. Pittheī filia fuit: Alcmena autem Lyſidices:Lyſidice uero & Pittheus fratres ex Hippodamia ac Pelope geniti. Perindignum igitur & non ferendum ducebat eſſe illum in omnes improbos inuadentem:terram ac mare purgare: atq; tutum omnibus præſtare:ſe uero quæ inſtarēt certamina euitare atq; effugere: fama & opinione patrē dedecorantem:uero autem genitori indicia calceos & enſem ſine ſanguine afferentem:non præclaro aliquo facinore ac rebus geſtis certiſſima ſigna & notas ſuæ nobilitatis præbentem. Huiuſmodi igitur animo atq; cõſilio iter aggreſſus eſt:ut nemini ipſe inferret iniuriam: uim afferentibus repugnaret. Ac primum quidē in Epidauro Periſetam qui claua utebatur:ob id Corynetā q; corynam illi clauam dicunt nuncupatum:interemit:cum is illum adortus tranſitu prohibere niteretur. claua autem lætatus accipienſq; eam ad armorum ſibi uſum ſeruauit. qua deinceps ueluti Hercules leonis pelle perpetuo uſus eſt. Itaq; hæc Herculi indicium quoddā erat: qua magnitudīe feram ſuperaſſet. Hic uero clauam cum apud aliū eſſet:oſtēdit a ſe uictā: ſecum uero īuīcibilem eſſe. In Iſthmo etiam Sīnē pityocāptā quo pacto ipſe multos occiderat:eodem peremit:cum non conſuetudine ulla nec exercitatione ualeret:ſed declararet uirtutem arti omni atq; exercitationi antecellere. Fuit autē Sīnidi ipſi filia eximia forma ac magnitudine. Hanc interempto patre fugiens Theſeus ambiens perquirebat: Illa cum in denſiſſimam ſiluam aſpargoq; ac ſtramine conſitam ſe coniecīſſet: ut erat natura ſimplex:puerīliter admodum illos ueluti exaudituros orabat:ac uota iureiurando adhibito nuncupabat:ſi eam abditam atq; inuiolatam ſeruarent. Reuocante autem Theſeo ac fidem dante ſibi curæ fore ne quid detrimenti acciperet:ad eum ſe contulit:ex eoq; grauida facta Menalippum genuit: Sed Deioneo Euryti filio in poſterum permittente Theſeo in matrimonium ceſſit. Menalippi uero filius Ioxus Ornito ſocius deducendæ in Cariam Coloniæ fuit. Vnde Ioxides demiſſo nomīe appellantur: quibus mos eſt patrius neq; ſpinas aſparagi neq; ſtoebæ igni cremare: ſed honore & cultu proſequi. Erat quoq; crommyonia ſus: quam Phæam uocabāt: fera ſane haud contēnenda:ſed pugnax & ad ſuperandum difficilis. Hanc ad rationem itineris nihil pertinentem:ne uideretur ex neceſſitate omnia gerere adortus confecit: ac ſimul improbos homines propulſandæ iniuriæ gratia ratus eſt bonum uirum inuadere oportere. Ex feris uero aduerſus generoſas prælium inire ac periclitari. Sed quidam Phæam mulierem latrociniis intentam fuiſſe tradunt;capitalem ſane hominem atq; intemperantem:quæ in his regionibus Crommyonem:id.n. loco nomen eſt:incolebat:ſuemq; ex uita ac moribus cognomentum traxiſſe:inde a Theſeo eſſe interemptā. At Scyronem iuxta agrum Megarenſium e petra deieciſſet:uita priuauit:qui ut uulgatior fama tenet uiatores eo accedentes in prædam uertebat:ut uero quidam auctores ſunt per iniuriam & contumeliam pedes peregrinis protendens alluere iubebat: ac deinde cõciſos calcibus in mare deturbabat. At Megarenſes hiſtorici famæ obuiam euntes: & cū lõgo

ac diuturno tempore(ut inquit Simonides)bellum gerentes nec latronem nec cõtume lioſum hominem Scyronem fuiſſe aſſeuerãt:uerum latronum hoſtem & euerſorem: bonorum autem ac iuſtorum uirorum amicum. Aeacum .n. græcis omnibus pietate ac religione præſtare indicatum eſſe:ac Cychreum diuinis honoribus ab Atheniẽſibus coli:Pelei quoq; & Telamonis uirtutem nemini incognitam eſſe. Scyronẽ igitur & Cychrei generum fuiſſe:Aeaci uero ſocerum:Pelei ac Telamonis auũ:qui ex Endeide Scyronis & Chariclis filia geniti erant. Haud igitur conſentaneum eſſe cum improbiſſimo homine optimos uiros affinitatem inire uoluiſſe:maxima ac precioſiſſima dantes accipienteſq;. Sed tradunt Theſeum non quo tempore primum Athenas acceſſit:ſed poſterius Eleuſinem cæpiſſe:quæ a megarenſibus tenebatur Diocle principe fraude decepto:ac Scyronem oppreſſiſſe. Ita de his rebus uariæ ſunt contrariæq; ſententiæ. Eleuſine quoq; Cercyonem arcadem in paleſtra ſuperatum interemit: ac paulo prouectus Clamaſtem Procruſtem ĩ Hermiona cum coegiſſet illum idem torturæ genus ſubire: quod ille hoſpites:e uita ſuſtulit. Hæc Herculis imitatione geſſiſſe uidetur. Nam ille quo pacto ſibi inſidiæ paratæ fuerant:eodem ille inſidiarum auctores perſecutus Buſiri ĩmolauit:paleſtra proſtrauit Anteum :ſingulari certamine cygnũ ſuperauit: Termerum quoq; abſciſo capite interemit:a quo etiam Termerium malum nũcupatum eſſe memoriæ proditum accepimus. Cedẽs. n. caput Termerus qui in eũ inciderat:omnes hoc pacto ad exitium mortẽq; perducebat. Sic Theſeus ultus:facinoroſos euaſit: quæ ipſi per uim in alios patrarant:eadem ab illo reportantes:uerum quas ſibi excogitarant iniuriæ rationes:iiſdem iuſte ſupplicium luebant. Sed cum Cephiſum attigiſſet:ex pytalidarum genere homines obuiam prodeuntes primum ſalutarunt. Expiari q; ſe petentem de more riteq; expiatum:ut ſacrificia pacta ſunt:conuiuio exceperunt: cum nullus antea itinere humane clementerq; accepiſſet. Ad ſextam igitur iduum cronii mẽſis:qui nũc aprilis habetur: ĩ priam rdiiſſe dicitur:ciuitatẽ ĩgreſſus:ĩuenit turbationis omnia ac diſcordiarum referta:ac priuatim Aegeum ac domum totam peſſimo in ſtatu conſtitutos. Nãq; Medea Corintho Athenas delata:cum ſuſcepiſſet ſe medicamentis Aegeum curaturam:quo filios procreare poſſet: in eius ſe cõcubitum dederat: quæ ubi de Theſei reditu prima accepit:imprudente Aegeo:qui ſenex tunc erat : & obſeditionem ciuium omnia formidabat:perſuaſit illi: hoſpitem conuiuio exceptum ueneno necaret. Ad prandium igitur profectus Theſeus cum nõ probaret ſe priorẽ: quis eſſet edicere:uelletq; ei recognoſcendi ſui initium præbere appoſitis carnibus: cũ cultellum incidendi gratia diſtrinxiſſet:illi oſtendit: quo ſtatim cognito Aegeus ueneni poculum deiecit:ac filium appellans amplexus eſt. Tum aduocatis ciuibus omnibus cognitum fecit prõpte libenterq; ob fortitudinem excipientibus . Dicitur cadẽte poculo uenenum effuſum eſſe:quo loco nunc in Delphinio ſepta ſunt. Eam. n. urbis partem Aegeus incolebat:& quandam templi partem:quæ ad orientem ſpectat in Aegei portis uocitant. At Pelopidæ quibus ſpes iniecta erat occupandi regni:ſi ſine filiis Aegeus moreretur:poſtea q̃ Theſeus eſt ſucceſſor patri conſtitutus: ægre ferentes: ſiquidem nunc Aegeus regnet Pandioni in filium adoptatus:& qui erechthidarũ genus nulla propinquitate attingeret:ac rurſus Theſeus homo peregrinus & aduena: ad bellum incubuerunt:ac partiti ſuas copias pars eorum ex Sphettide palam cum patre impetũ faciunt. Pars gargeti ad ſe abdentes in inſidiis ſubſederunt:ut diuerſis partibus hoſtẽ adorirentur. Fuit autem ipſis præco uir agnuſius Leus noĩe. Hic Theſeo Pallantidarũ conſilia detulit. Ille repentino impetu adortus eos qui in inſidiis erant omnes pemit. Qui uero Pallãtem ſecuti fuerant:accepto cladis nuncio:diſſipato exercitu diuerſi abierunt. Ex eo ferunt palleneorum populum agnuſiorum cõnubiis prohiberi: moremq; hunc apud eos per præconem denunciandi: Audite populi eſſe ſublatum. Id. n. nomẽ ob uiri proditionem uehementer oderunt. Inde Theſeus ne ocio deſidiaq; langueſceret:& ſimul gratia & beniuolẽtia multitudinem deuincire cupiens : ad Marathonium

taurum ex urbe profectus est: qui tetrapolitanis per magna detrimẽta attulerat: eũq; captum ostentandi roboris gratia uiuum per mediam urbem egit: & post delphico Apollini īmolauit. At quæ de Hecale deq; eius hospitio fabulātur: haud omīo a ueritate abhorrere uidentur. Hecalesiumq; Hecalo Ioui finitimi populi exhibebant. Hecalemq; ipsam religiose colebant: Hecalenam per diminutionem uocantes: q; cum iuuenis admodum hospitio inuitasset Theseum: supra ætatem huiusmodi blanditiis humane benigneq; excepisset. Ad hæc eo ad prælium exeunte: uouit se Ioui īmolaturam si incolumis rediisset in patriam. Verum ante reditum illius extincta est: & has Thesei iussu hospitii ac bẽignitatis gratias reportauit: ut Philocorus testatur: nec ita multo post tertio ex Creta legati de exigendo tributo Athenas accesserunt. Nam cum inualuisset opinio Androgeum in Attica dolo esse sublatum: & Minos ipse illato bello multis malis Athenienses affecit: & infensum etiam numen regionem uexauit. Sterilitas. n. agrorũ simul & pestis uehemens inuaserat. Flumina quoq; exsiccata sunt. Iubente autẽ Deo placari Minoem cum eo firmata pace: atq; ita eos numinis iram placatum iri malorũ q; exitum habituros: caduceatoribus in Cretam missis: qui Minoem precibus exorarent: percusserunt fœdus hac lege & conditione: ut promitterent se nono quoq; anno septem pueros totidemq; uirgines tributi nomine in Cretam esse missuros: ut plurimi scriptores sentire uidentur. Pueros autem delatos in Cretam tragœdiis celebratum ẽ: labyrintho a Minotauro esse ĩteremptos: aut palantes exituq; prohibitos: ibi interiisse; Minotaurum uero ipsum: ut Euripides tradit: mixtumq; genus prolemq; biformẽ fuisse: dupliciq; natura tauri atq; hominis compositum. Verũ Philocorus tradit hæc cretensibus non probari: sed labyrīthum carcerem fuisse: qui nihil aliud haberet incõmodi: nisi q; ex eo effugere qui asseruarentur non possent. Gymnica etiam certamina ĩ honorem Androgei Minos statuit: præmiumq; uictoribus pueros tradidit tãtisper ĩ labyrīthi custodia asseruatos. Vicit autem prioribus certaminibus Taurus quidam belli dux: cuius per id temporis apud eos potentia permaxima ferebatur: homo haud miti ingenio neq; mansueto: sed qui multa in Athenienſium filios per sũmam iniuriam & contumeliam perpetraret. Aristoteles quoq; in bottiæorum rep. pueros minime interimi solitos a Minoe perspicue affirmare uidetur. Sed seruorum numero habitos ĩ Creta consenescere: ac cretenses uetusto cuidam uoto obnoxios: illos hominum primitias in Delphos mittere: cum quibus dũ mitterẽtur: admixtos eorũ filios una emigrasse. Sed cum ibi uictum sibiipsis suppeditare non possent: in Italiam primum trãsuectos Iapygiam tenuisse: ac deinde profectos in Thraciã bottiæos nuncupatos esse. Iccirco bottiæorum uirgines sacrificio quodam absoluto canere: eamus Athenas. Visum est igitur ualde odiosum eam ciuitatem inimicam habere: quæ eloquentia & auctoritate præstaret. etenim Minos perpetuo male audiuit: & ĩ atticis theatris assiduis probris contumeliisq; uexatus est: nec illum ab infamia & ignominia Hesiodus uendicauit: cũ regno dignissimum: nec Homerus cum Iouis discipulum & necessarium appellasset: sed peruicerunt Tragici: qui a Pulpito & Scena plurimam de illo seuitiæ & crudelitatis infamiam dissiparunt. Atq; Minoem legum latorem perhibent: Rhadamanthũ uero iudicem esse atq; custodem eorum: quæ ab illo legibus definita sunt. Cum igitur tertii tributi tempus instaret: ac parentes quibus erant impuberes liberi sortitos ad tributũ dare cogerẽtur: rursus aduersus Aegeum ciuiũ calumniæ & querimoniæ renouatæ sũt: qui luctu & lachrymis instarent: rem indignam esse: illum caput & causam malorum omnium extitisse: nũc supplicii solum & animaduersionis penitus expertem esse: sed ad nothum atq; peregrinum filium regno delato: ipsos legitimis filiis orbatos & destitutos contẽnere. Hæc Theseum excruciabant uehementer: quæ minime cõtẽnenda ratus: nec præcipuam sibi aliquam sortem petendam: sed in cõmunis fortunæ societatẽ eundum: in medium prodiens seipsum sine sorte dedidit: ac aliis eius animi elatio & magnitudo maximæ admirationi fuit: populareq; eius ingenium sũma beniuolentia

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

& amore profecuti ſunt. At contra Aegeus ne id ageret orare & obſecrare: ut uero perſpexit: illū nec precibus nec ſuaſiōibus cuiuſq; de ſētētia dimoueri poſſe: alios ſortito elegit pueros. Helanicus uero ſcribit non ſortito lectos ciuitatem dedere: ſed præſentem Minoem ipſum deligere ſolitum: ac primum omnium Theſeum ad fœderis pactionē delegiſſe. Fuiſſe autem huiuſmodi: Athenienſes nauem præbere. conſcendentes autem pueros cum eo nauigare: bellica arma ſecum nulla ferētes: extinctoq; Minotauro pœnam finiri. Itaq; ante id tempus nulla ſalus ſperari poterat. Quocirca & nigro uelo nauem: ut ad manifeſtam perniciem emittebāt. Eo tempore cum attollere patris animū & ſpe bona cōfirmare uellet: efferebat ſe: pollicebaturq; Minotaurum ſe domiturum. Quare Aegeus uelum aliud album gubernatori tradidit: mandauitq; ut in reditu ſeruato Theſeo album attolleret: interempto autem nigro annauigaret: ac cladem a longe ſignificaret. At Simonides non album ait uelum fuiſſe ab Aegeo traditum: ſed puniceum molli fraxini frondentis flore perfuſum: idq; eorum ſalutis ſignum cōſtitutum eſſe: præerat autē gubernator naui Amarſyadas phereclus: ut Sīonides tradit. Philocorus ab Scyro ex Salamine dicit accepiſſe Theſeum gubernatorem Nauſitheū: qui ꝑam regebat: Phæacem: cum Athenienſes nūdum rebus maritimis intenti forent. Et enim fuiſſe unum ex pueris Meneſtam Scyri ex filia nepotem. Hæc Nauſithei & Phæacis ſacella atteſtari uidentur: quæ a Theſeo ſecus Scyri Phanū poſita ſunt: ac feſtū diem quem gubernatoria uocant addit eiſdem exhiberi. Ductis igitur ſortibus: Theſeus acceptis ex Pritaneo iis quorum nomina exierant: in Delphinium profectus: Apollini pro ſua ſociorūq; ſalute ſupplicationē peregit. Erat autem ea ex ſacra olea ramus alba lana coronatus: inde nuncupatis uotis ſeptima iduum ianuarii deſcendit ad mare: qua etiam his temporibus puellas placaturas ī Delphinium mittunt. Dicitur etiā Deum illi in Delphis præcepiſſe: Venerem ducem ſibi aſſumere: & ad obeūdum una munus prouocare. Poſthæc ad mare capram īmolanti: in caprim ſponte mutatā: ob idq; Deam Epitragiā ab hirco: quod ii tragon uocant nuncupari. Vbi uero naue eſt delatus in Cretā: ut ſcriptū a plurimis ac decantatum eſt: ab Ariadna eius amore capta accepto filo edoctuſq;: qua ratione labyrinthi errores poſſet euadere: Minotaurum oppreſſit. Abnauigauitq; Ariadna & pueris conſecutis. Addit etiam Pherecydes Cretēſiū nauium fūdum Theſeum penetraſſe: quo perſecutionem retardaret. Damon quoq; tradit ab eo Taurū Minois ducem interemptū eſſe in littore: dū nauali prælio Theſeū a nauigatione prohibere niteretur. Vt uero Philocorus prodidit Minoe ludos celebrante: Taurus cum opinione omnium cunctos deuicturus foret: graui inuidia flagrabat. Eius. n. potentia ob morum contumaciam animos hominū uehementer offenderat. Erat etiam opinio grauior: illū cum Phaſiphe concubere. Quare petenti Theſeo cū eo in certamen uenire permittit Minos. Cūq; mos eſſet Cretenſibus: mulieres quoq; īſtātibus ludis ſpectare: præſens Ariadna & Theſei aſpectu obſtupuit: & certandi peritiā: qua omnes uicerat: admirata eſt. Gauiſus etiam Minos Taurum uictum: ignominiaq; affectū: Theſeo pueros reddidit: & ciuitatem tributo liberauit. Sed Clidemus ſeperatim quodāmodo ac ſuperflue de his ſcribit altius repetito principio: fuiſſe Græcis omnibus cōmune decretū: triremē nullam ullo ex loco nauigare maiorem: q̄ ut quinq; hominibus compleri poſſet. Duci tantum agros Iaſoni circūnauigare fas eſſe ad mare latrociniis liberādum. Dedalū uero naui Athenas fugientem præter conſtitutionem decreti Minos longis nauibus perſecutus: in Siciliam tempeſtate delatus eſt: ibiq; uita defunctus. Poſtea uero q̄ Deucalion Minois filius hoſtili in Athenienſes animo derepetendo Dedalo Athenas miſit: ac niſi dederetur minatus eſt: ſe pueros quos obſides Minos acceperat: occiſurū: clementer & humane reſponſum eſt. Theſeus autē de Dedalo liberando īpetrauit: qui patruelis ſibi erat: quippe qui ex Merope Erechthei filia natus eſſet: ipſe ædificandis nauibus animū adiecit: partī ibi per ſe lōge ac peregrina uia: partim ī Trœzene per Pittheum: uolens q̄maxime rem latere. Cōparatis igitur cōpletiſq;

nauibus:Dedalo & exulibus cretenſium ducibus omnibuſq; imprudentibus:cretenſi bus quoq; amicorum naues eſſe opinantibus potitus littore expoſitis ſuis Gnoſiū ſū ma celeritate inuaſit:conſertoq; prælio in ipſis labyrinthi portis Deucalionem comita tumq; eius oppreſſit. Ariadna in iis turbationibus conſtituta:inito cum ea fœdere pu eros recepit:& inter athenienſes & cretenſes ſocietatem amiciciamq; coniunxit:cū pro miſiſſent cretenſes ſe nunq̄ bellum incepturos eſſe. Multæ quoq; de his opiniones fe runtur uariæq; ſententiæ:ac de Ariadna imprimis:quarum pro uera nulla probari ui detur. Nam alii aiunt eam a Theſeo relictam ſuſpendio uitam finiſſe. Alii delatam ī Naxum a nautis:Onaroq; Bacchi ſacerdoti in matrimonium datam. Vt autem relin queretur a Theſeo:amorē ſociæ effeciſſe. Hunc inſanus amor domuit panoteidos æ glæ. Hunc uerſum de Heſiodi poeſi excepiſſe Piſiſtratum Nereus megarenſis eſt auc tor:quēadmodum rurſus in Homeri necyam ad gratiam Athenienſiū conieciſſe. The ſea perithoumq; inſignia pignora diuum. Nec deſunt qui dicāt Ariadnam ex Theſeo Oenopionem & Staphylum peperiſſe:e quibus Ion chius eſt:qui de ſua patria ita loq tur: Hanc olim oenopion theſides condidit urbem. Quæ autem fabulis maxime cele brata ſunt in omnium(ut ita dixerim) ore & ſermone uerſantur. Quædam tamē de iis propria a Pæone Amathuſio litteris prodita ſunt. Ait.n. Theſeum cum Ariadna ſpon ſa in Cyprum ui tempeſtatis eſſe delatum: cūq; ipſa e ſalo langueret:nec perferre poſ ſet:eam tantum expoſuiſſe:ipſum naui opitulantem a terra rurſus ī pelagus eſſe aue ctum. Itaq; incolas loci mulieres Ariadnam excepiſſe:eamq; ob ſolitudinem uiri mœ ſtam atque exanimatam curaſſe:adulterinas etiam ad eam:ut a Theſeo detuliſſe litte ras:in quibus hæc erant: illum de ſuo partu eſſe ſollicitum:atque ꝓpediem auxilio af fore. defunctam uero uita antea partu ſolutam:ad ſepulturam dediſſe. Quo poſtea q̄ rediit: Theſeum dolore confectum incolis reliquiſſe pecunias:quæ in Ariadnæ ſacri ficium erogarentur . duo præterea exigua ſtatuiſſe ſimulacra: alterum argenteum:au reum alterum. Sic in ſacrificio quarta kl. gorpiæ ideſt ſeptembris menſis aduleſcentē in lecto iacentem uociferare:cæteraq; facere:quæ a parientibus fieri ſolent. Vocari etiā lucum amathuſios:in quo Ariadnæ Veneris ſepulcrum oſtendunt. Naxii etiam quidā ſcriptores: duos fuiſſe Minoes tradunt: totidemq; Ariadnas: quarum alteram in Naxo Dioniſo nuptam fuiſſe: Staphylumq; peperiſſe. Natu uero iuniorem a The ſeo raptam ac deſtitutam in Naxum acceſſiſſe:nutricemq; cōſecutam Corynam nomi ne:cuius etiam extare ſepulcrum:eo in loco Ariadnam obiiſſe diem : honoreſq; haud prioris ſimiles eſſe aſſecutam. Nam illius celebritatem ludis lætitiaq; agitari. Quæ au tem ī huius honorem fiunt ſacrificia:mœrore omnia ac luctu eſſe referta. Ex Creta au tem ſoluens:in Delum ſe contulit. Cūq; Deo īmolaſſet:conſtituto ibi Veneris ſigillo: quod ab Ariadna acceperat:una cum pueris chorum inſtituit:eum quem adhuc deli os obſeruare ferunt:circuitus atq; exitus labyrīthi hac imitatione recenſētes: quæ nu meris quibuſdam alternis orbibus orbes impediat. Id autem chori genus Geranus a de liis nuncupatur:ut Dicæarchus ſcribit. Atque hūc chorum circa ceratonem arā celebra uit:ex cornibus concinnis & inter ſe congruentibus ſiniſtris ominibus ſtructam. Ab eo dem ſtatutum in Delo certamen memorant:uictoribuſque tūc primū palmæ præmiū eſſe propoſitum. Sed cum attico agro appropinquaret:ei ſimul ac gubernatori memo ria præ gaudio excidiſſe:uelum attollere:quo eorum ſalutem Aegeo ſignificari oportu it. At illum deſperato filii reditu e ſaxo ſe proieciſſe atque ita extinctum eſſe. Naue eo aduectus Theſeus ſolēnia ſacra quæ in diſceſſu uouerat: Diis īmortalibus peregit: de ſalute etiam per præconem Athenas nunciauit. Verū is multos ex regis interitu ī ſqua lore & lachrymis mœſtos offendit. Alios etiam ut credibile eſt in cōmuni ſalute lætitia exultantes : & qui illum certatim plauſu coroniſque exciperent . Acceptis igitur co ronis Caduceum coronauit. Reuerſus autem ad mare: nūdum peractis a Theſeo li bationibus extra expectauit:ꝙ ſacrificiū turbar̄ nollet . Quo abſoluto Aegei mortem

nunciauit:Illi magno luctu tumultu & trepidatione in urbem se receperunt. Vnde hodieq; consuetudo manet:ut in celebritate quæ oschophoria a ferendis ramis uocant: Nam oschus ramus est:non nuncius ipse:sed caduceum coronetur:& post libationes huiusmodi qui intersunt:emittant uoces:Eia heu heu: quorum altero in festinatione ac bellicis pæanibus uti solent. Alterum consternationis ac turbationis est. Patre igitur ad sepulturam dato:Apollini uotum persoluit nonis iuliis. Eo.n.die in urbem se incolumes receperunt. Quare & legumina ob eam causam aiunt coqui: q; seruati allata sibi cibaria in unum confuderint:& cõmuni ad coquendum olla adhibita congressi in uicem atq; epulati sint. Eresionam uero idest oleæ ramum lana coronatum: erion enī lana est:ut tunc ad supplicationem efferũt. Variis autem pactis lustrationibus ob sublatam agrorum infœcunditatem cantu prosequũtur: ficus ac panes pingues & incadis mella portãtes:oleo perfricantur. Ad hæc culigna uino mero coronata ueluti temulenta iacet. Atqui hæc sacra Herculidis exhiberi quidam aiunt:hoc pacto ab Athenien sibus enutriti. Sed plures superioribus magis assentiri uidentur. Nauis autẽ qua cum pueris Theseus nauigauit:& qua rursus in patriam seruatus est:quæ triginta remorũ fuit:usq; ad Demetrii Phalerii tempora Athenienses seruauerunt:cum uetustis lignis subtractis:alia quotidie noua ac ualida coniicerent atq; coaptarẽt:ita ut posterius sermone usurpata exemplum philosophis ambiguitatis manserit:aliis eandem:aliis uero minus esse affirmantibus. Ad hæc oschoriorum celebritatem agitãt a Theseo constitutam. Non.n.omnes uirgines sorte lectas ipsum eduxisse tradunt:uerum ex equalibus eius ac familiaribus duos adolescentes aspectu quidẽ pueriles ac muliebres:animis autem fortes & strenuos cum balneis calidis a luce semotos:unguentis quoq; quæ ad comam & leuitatem corporis coloremq; conducunt:reliquisq; ornamentis pro facultate ĩmutasset:uocem etiam & gestum atq; incessũ edocuisset:& q̃ similes potuisset:& nulla re dissimiles uirginibus reddidisset:ĩ uirginum numerum celatis ea de re omnibus cõiecisse. Postea igitur q̃ reuersus est pompas ac dies festos cum ĩpuberibus: ita ut nũc quoq; ramos ferentes uidemus:indutis agitasse. Ferunt autem ramos ad Dionysii & Ariadnæ gratiam admoniti fabula:uel potius q; tum cum redierunt:poma importabantur. Quæ uero mulieres cœnam ferunt adhibentur:& sacrorum participes fiunt: mres lectarum uirginum referentes. Etenim ad filias accedentes illæ cibos & obsonium attulerunt. Fabulæ etiam narrantur:q; eæ quoq; recreandi solandiq; gratia pueris fabulas enarrasset. Hæc igitur a Damone memoriæ prodita sunt. Locũ etiam sibi ad templum optauit:domos præterea easq;:quæ tributum ĩpendebant: statuit sibi pecunias in sacrificium pro ratione tributi cõtribuere:Idq; sacrificium permissum sibi a Theseo philalide obibant:hospitii benignitatem huius beneficii memoria prosecutus. Post Aegei mortem magnum opus atq; admiratione dignum aggressus est:omnesq; qui Atticã ĩcolebant in urbem coaptauit:& in populũ omnes unius ciuitatis cõpulit: cũ ãte sparsim uarios habitarẽt locos:& difficulter pro cõmuni omniũ utilitate conuenire possẽt: Interdũ etiam dissidentes bello inter se decertarent. Igitur omnes per populos ac genera obiens:suadere conabatur:priuatis atq; inopibus celeriter eius monitis hortationibusq; audientibus:potentibus uero & factiosis spe iniecta sine rege remp. & populare statũ se tantũ belli ducem ac legum custodem fore. Aliis autẽ rebus paritatẽ atq; æqualitatem omnes habituros. Hæc alii sua sponte & uoluntate facere adducti sũt. Alii q; eius potentiam:quæ iam tũ maxima erat:atque animi magnitudinem formidarẽt:obtemperare suasionibus:q̃ ui cogi maluerũt. Cũ igitur singulorũ prytanea curias ac magistratus substulisset:unũque & cõmune omnibus prytaneũ & unũ senatũ constituisset:quo in loco adhuc etiam licet intueri:ciuitatem Athenas nũcupauit:& panathenea quod est Mineruæ festũ:cõmunem celebritatem decreuit. Sacrificia de receptis in ciuitatem colonis peregit:quæ metœcia idest aduentitia uocant: decimaquinta kl.maias: quod sacrificium usque ad nostram manauit ætatem. Atque deposito regno a Diis

orſus ut ſuſceperat ciuibus ſe facturum: remp. ſtabiliuit. Nam cum de ciuitatis ſtatu conſultum Apollinem miſiſſet: huiuſmodi ei oraculum ex Delphis allatum eſt. Aegida Theſeu pittheidos ædite partum Ipſe pater multis fines meus urbibus olim Conſtituit: ueſtraq; dedit ditione teneri. Tuq; ſuicte malis animo ne cede labori. Vter ut inſanis pelagi iactaberis undis. Hoc etiam & poſteriori ætate Sibyllam ad urbem Coram dixiſſe autumant: cum exclamaſſet: Ipſe madebis uter: ſed non fas mergier unq̃. Magis uero amplificare uires ciuitatis cum uellet: mortales omnes ad eandē uitæ æqualitatem uocauit. Et id: huc populi omnes accedite: Theſei edictum fuiſſe dicitur: quo ex omnibus populis unum corpus a ſe conſtitui declarauit. Haud tamen confuſū populum & indigeſtum ob multitudinem: quæ nullo delectu ac diſcrimine in urbem cō fluxerat: contēnendum putauit. Verum primus nobiles quos æupatridas ſic ab eo dictos ſeiunxit: tum cultores & quæſtuoſos artifices. Nobilibus quidem tractandi rē diui nam magiſtratus ex ſuo ordine creandi adminiſtrandiq; leges: tum pia religioſaq; interpretandi definiendiq; poteſtatem fecit: eoſq; cum cæteris ciuibus quaſi ad æqualitatem redegit: cum honore quidē & gloria nobilitas: uſu uero ac neceſſitate cultores multitudine artificiis intenti ſuperare uiderētur. Quod autem ipſe primus ad uulgum inclinarit: ut Ariſtoteles inquit: & dominatu ſe abdicarit: Declarat Homerus in nauiū catalogo: In quo Athenienſium tātūmodo populum appellat. Nūmū præterea ſtatuit: bouemq; in eo incidit: uel ob marathonium taurum: uel ob Minois ducē: uel quod ad agri cultionem ciues prouocare uellet. Ab eo nūmo dicitur hecatombœon: quod eſt cētum boum: & decabœon quod decem nomen traxiſſe. Sed cū Megarenſiū agrum firmiter ad Atticam adiunxiſſet: Celebratam illam in Iſthmo colūnam erexit: epigrāmaq; inſcripſit: quod duobus trimetris regionem diuidebat: inquiens quæ ad orientē ſolem ſpectant: Hæc non Pelopōneſus: ſed Ionia: quæ uero ad occidentem Pelopōneſus eſt: non Ionia. Certamen quoq; ab eo primū Neptūno inſtitutum imitatione Herculis. Gloriari etiam quandoq; eſt ſolitus: ob illum Ioui olympia: ob ſe uero Neptunno iſthmia a græcis celebrari. Quod. n. ibidem in Melicertæ honorem conſtitutum ē: noctu agebatur: iniciandi magis q̃ ſpectaculi aut celebritatis ſpeciem præſe ferens. Non nulli tamē opinantur in Scyronis honorē iſthmia inuenta a Theſeo & inſtituta eſſe: quo ſe a cæde ob propinquitatem expiaret. Scyronem. n. filium fuiſſe Caneti & Eniochæ Pitthei filiæ. Alii uero Sīnem non Scyronem: & huius gratia non illius certamē eſſe conſtitutum. Statuit igitur conuenitq; cū corinthiis: ut Athenienſes ad iſthmia accedentes tanto in ſpectando ſedentes præferrentur cæteris: quantum nauis uelum quæ eo ſpectandi gratia appulſa erat: extenſum loci occuparet: quēadmodū ab Hellanico & Androne halicarnaſſeo ſcriptum accepimus. Inde in Euxinū pontum nauigauit: ut Philocorus & alii plæriq; tradunt: cum Hercule aduerſus amazones militauit: ac uirtutis præmium Antiopam accepit. Sed plures e quibus eſt Pheracydes Hellanicus atq; Herodotus aiunt poſt Herculem priuata claſſe Theſeum nauigaſſe: & Amazonem captiuam cæpiſſe. Atqui hi quidem probabiliora uidentur dicere. Alteri enim nemini ex comitibus memoratur Amazon contigiſſe captiua. Bion autem Theſeum ait: cum ea dolo ſubrepta abiiſſe. Natura. n. Amazonas uiroſas eſſe: ita nec Theſeum in agrum inuadentem fugiſſe: ſed munera illi miſiſſe. Illum uero cum muneribus miſſam mulierem adhortatum nauem conſcendere: ubi conſcendit deducta naui diſceſſiſſe. At Menecrates quidam qui de Nicea Bithyniæ ciuitate hiſtoriam edidit: Scribit Theſeum cū Antiopa in iis regionibus diuerſatū eſſe. Affuiſſe etiā in eius exercitu tres ex Athenis aduleſcentes inter ſe fratres: Euneū: Thoantem: & Solœntē. Hūc igitur cū Antiopam flagraret: celatis aliis cum uno ex familiaribus rem cōmunicaſſe. At ille cum de his cū Antiopa in ſermonem ueniſſet: illam hominem repudiaſſe. Rem uero prudenter ſimul humaneq; tuliſſe: nec Theſeo unq̃ detuliſſe. At Sœlentem ubi de ſpe decidit: proieciſſe ſe in fluuium: interiiſſeq;: hunc caſum tuliſſe grauiter Theſeū

cum adoleſcentis interitum accepiſſet & cauſam: & quoddam Pythiæ oraculum ad ſe ipſum rediens in mentem reuocauit. Fuiſſe enim ſibi in Delphis a Pythia imperatum ſimulac contigiſſet: ut in peregrina regione angeretur: maxime excrucieturq; eo tunc in loco urbem conderet: & duces quoſdam relinqueret ex his qui eũ conſecuti eſſẽt. Ex hoc conditæ a ſe urbi Pytopolim ab eo nomen eſſe ĩditum: & propĩquo fluuio ſolœntem in honorem aduleſcentis: relictos quoq; ẽe illius fratres: ut præfectos ac legũ latores. Cũq; his Hermum uirũ Athenienſem ex nobilitate: a quo & locum Hermi ideſt Mercurii domum a pytopolitanis nuncupari: non recte ſecundam ſyllabã graui accentu notantibus: & gloriam ad Deum ab Heroe tranſferentibus. Itaq; hac de cauſa bellũ ab amazonibus ortum eſt. Videtur autem earum facinuſ neq; humile neq; muliebre fuiſſe. Nam nũq̃ in urbe caſtrametatæ forent: nec ĩ pnyce prælium conſeruiſſent: niſi potitæ agro intrepidæ urbem inuaſiſſent. Quare quẽadmodum tradit Hellanicus Cimerico boſporo frigore concreto tranſuectas irrupiſſe creditu perdifficile eſt. Quod ãt in urbem caſtra poſuerint: ex nominibus locorum & ĩterẽptarum ſepulchris apparet. Diuturna uero dubitatio & cõmoratio utriſq; fuit adoriendi hoſtẽ. Ad poſtremũ Theſeus cum Phœbo ĩmolaſſet: cũ illis conſeruit prælium. Quo quidem iunio menſe de pugnatum eſt: ĩ cuius memoriã Bœdromia adhuc a mẽſis nomine bœdromione dicta athenienſes peragunt ſacrificia. Tradit autem Clidemus: cum proſequi ſingula exquiſitius uellet: amazonum ſiniſtrum cornu ſe ad locum: cui nunc Amazonio nomẽ ẽ: cõuertiſſe: dextero autem eas ĩpnycem per Chryſam eſſe profectas: cũ iis ibi pugnaſſe athenienſes: cum a muſeo in amazonas incidiſſent. Ad hæc & interemptarũ ſepulchra in lata uia extare: ea quæ ad portas ducit ſecus chalcodontis phanũ: quas nunc Pıraicas uocitant. Atq; inde ui uſq; ad Eumenidas eſſe reiectos: ac mulieribus loco ceſſiſſe. Ex palladio uero & ardetto ac lycio ingruentes pꝛopuliſſe dextrum earũ cornu uſq; ad caſtra: multaſq; illarum cecidiſſe. Sed quarto deinde menſe ictum eſſe per Hippolytã fœdus. Hippolytam enim hic eam quam ſibi iunxit Theſeus: non Antiopam appellat. Quidam ſcribunt cum Theſeo pugna certantem Molpadia: ictam concidiſſe: colũ namq; quæ ſecus telluris Olympiæ phanũ eſt: huius gratia erectã eſſe. Nec mirũ mihi eſſe uidetur: in rebus adeo a memoria noſtra propter uetuſtatem remotis uagari hiſtoriam: nec certitudinis quippiam habere. Nam tradunt ſautias amazones ab Antiopa in Calcidem clã miſſas: ibiq; curatas eſſe: & earum quaſdã ibi eſſe ſepultas: locoq; illi hodieq; amazoniũ nomẽ manere. Verum hoc bellum fœdere eſſe cõpoſitum: & loci eius qui iuxta Theſei phanũ eſt: cognomentum: quod orcomoſion uocant: nos iuſiurandi locum poſſumus dicere: teſtimonio eſt: & quæ amazonibus ãte Theſei celebritatẽ ſacrificia diu exhibita ſunt. Oſtendunt quoq; & Megarenſes apud ſe ad locum Rhum appellatum amazonũ ſepulchrũ ex foro abeuntibus rotundum. Dicitur & in Cheroniam alias interiſſe: & iuxta fluuiũ conditas eſſe: cui ſuperioribus ſæculis Thermodonti: nunc Hemonii nomen eſt: de quibus in Demoſthenis uita mentio facta eſt. Vidẽtur etiam non ſine clade amazones Theſaliam tranſiſſe. Sepulchra enĩ etiam his tẽporibus circa Scotuſeam & canis capita extant. Hæc de amazonibus digna memoria uiſa ſunt. Nãq; de amazonũ motu & inſultu in Theſeum facto ob nuptã ſibi Phædrã conſilio Antiopæ & aliarũ una ſecũ iniurias perſequentiũ: deq; clade & ĩteritu ab Hercule illis illato: theſeidos auctor litteris prodidit: ea cõmẽtis fabularũ ſimiliora: q̃ ueritati uidentur eſſe. Antiopa autẽ uita defuncta: Phædram in uxorẽ accepit. Cũ ex Antiopa filium haberet Hippolytũ: ut uero Pindarus tradit Demophontem. Infoeliciſſimũ uero Phædræ Hippolytiq; euentũ: quoniã hiſtorici de eo a tragicis nihil diſſentiunt: Nos quoq; idẽ ſentire debemus: ut ab iis omnibus factitatũ eſt. Sunt & aliæ de Theſei nuptiis opiniones a Scena ſeiunctæ: quæ neq; mitia principia: neq; fœlices exitus habeant. Nam Anaxonam quandã trœzeniam rapuiſſe dicitur: interfecto Sinne & Cercyone ipſorum filias ui compreſſiſſe: duxiſſe autem uxorem Perhiboeam Aiacis matrem

ac rurſus Pherebœam & Hiopam Hiphiclis filiam: & ob Aeglæ amorem Panopei filiam (ut dicitur) Ariadnam turpiter ab eo repudiatam eſſe criminantur: & poſt oĩa Helenæ raptum: qui Atticam bello uniuerſam referſerit: ſibiq; exilium ad poſtremũ & cladem conflauerit: de quibus paulo poſterius explicabitur. Sed cum a præſtantibus uiris multa per id temporis confecta certamina ſint: nulli interfuiſſe Theſeum tradit Herodorus: lapithis tantum ſocium fuiſſe: quo tẽpore cum Centauris pugnatum eſt. Quidam uero affirmant in Colchos cum Iaſone profectum & cũ Meleagro ad opprimẽdũ aprũ: & ob hoc in cõmunibus prouerbiis uſurpari ſolitum eſſe: non ſine Theſeo. Ipſũ autẽ nullo ſocio multa ac pulcherrima certamina confeciſſe: eũq; de illo omnium ſermonẽ alter hic Hercules plurimũ increbruiſſe. Adraſto etiã eſt opitulatus in recuperãdis cadaueribus: eorum qui apud Thebas occiderant: non ut Euripides ſcribit in tragœdia ſuperatis prælio thebanis: ſed cõmuni fœdere firmatis conditionibus. Hæc a plurimis celebrata ſunt: memoriæq; & litteris prodita. Philocorus quoq; fœdera de recipiendis cadaueribus prima illa fuiſſe teſtatur. Verum ab Hercule primũ reſtituta eſſe cadauera in eius uita ſcribitur. Sepulchra autẽ uulgi in eleutheris extant: ſed principũ circa Eleuſinem: idq; a Theſeo ad gratiam Adraſti geſtum memoratur. Ab Euripidis uero ſententia plurimũ diſſentit Eſchylus in eleuſiniis: in quibus Theſeus hæc dicens inducitur: Amicitiã uero inter eum ac Perithoum hoc tradunt initium habuiſſe: Cum rumor eius roboris & fortitudinis uehemens foret: cupido Perithoum inceſſit eius rei periculum facere. Itaq; Theſei boues e Marathone expulit. Cũq; nnuciaretur ſibi illum cum armata manu eo aduentare: minime in fugã ſe dedit: ſed conuerſus obuiam iuit. Vbi uero alterum alter aſpexit & formæ dignitatẽ præſtantiamq; & animi magnitudinem: admiratus uterq; eſt: delectatuſq; uehementer: manus conſeruerunt. Sed Perithous prior protendens manum iuſſit Theſeũ iudicii munus ſuſcipere: & deboum expulſione cognoſcere ac iudicare. Se. n. haud inuitum quodcũq; ſtatuerit ille: ſupplicium ſubiturum. At Theſeus ſupplicium quidẽ remiſit illi: & ut ſecum amicitiã & ſocietatẽ iniret hortatus eſt. Sic iureiurando amicitiã firmarunt. Ex hoc cum Deidamiam in matrimonio accepiſſet: Theſeum orauit ſecum una proficiſci: regionẽ inuiſere: & ſe in Lapitharum congreſſum & colloquium dare. Inuitarat etiã ad cœnã Cẽtauros. Vt uero calere res cœpit: & ii laſciuientes petulantia corruptiq; uino: mulieribus iniecerũt manus: ad reſiſtendum Lapithæ ſe cõuerterunt: ac aliis quidẽ perẽptis: alios bello ſubactos: ſocio & adiutore Theſeo e regione poſtea exegerunt. Sed Herodorus negat hæc eo pacto eſſe geſta: Verum ait exorto iã bello Theſeum Lapithis opẽ tuliſſe: ac tũc primum ab eo Herculẽ eſſe uiſum: nec ſine admiratione in eum ab erroĩ ac certaminibus in trachine quieſcentẽ incidiſſe. Fuiſſe autẽ eum congreſſum honori utriq; ac uoluptati. Attamen arbitror cuiuis magis probari eorum opinionẽ: qui dicant eos ĩ unum ſæpius conueniſſe: & Herculẽ Theſei ſtudio & opera initiatum eſſe myſteriis: & ante initiationẽ expiatum: quod ita: quibuſdam ab eo rebus inuite geſtis: fieri oportuit. Cum uero iam eſſet ad quinquageſimũ annum ætate prouectus: ut Hellanicus ſcribit: Helenã rapuit: haud ætate ſuadente. Vnde hoc quidã crimen: ut maximũ ac fœdiſſimũ tegere cupientes: aiunt Helenã non ab eo raptã: ſed ab Ida & Lynceo: atq; apud eum depoſitã & aſſeruatam eſſe: nec Dyoſcoris eius fratribus exigentibus reſtitutam: uel a Theſeo permittente Tyndaro ob metum Enarſſori Hippocoontis filii adhuc pene infantẽ ui illata eſſe direptam. Quæ uero ad ueritatẽ propius uidentur accedere: & pluri morum teſtimonio nituntur: huiuſmodi ſunt: Cum Spartã ambo ueniſſent: puellã ĩ Dianæ tẽplo chorum quem Orthiam uocant: exercẽtẽ: diripuerunt effugeruntq;. Miſſis autem ad perſequendum militibus: nondum longe a Tegea digreſſis: in tuto cõſtituti: Peloponneſum tranſuecti: in has leges & conditiones uenerunt: ut cui Helena forte eueniret: is uxorem haberet: atq; alteri ad aliam comparandam uxorem operã ſuam præſtaret. In hanc pactionẽ ductis ſortibus Theſeo obtigit. Itaq; accepta uirgine: quæ

nondum nuptui idonea erat: in Aphidnas detulit: ibiq; cum matre relinquens Aphidno homini ſibi amicicia coniuncto cõmendauit: eãq; clam omnibus aſſeruari iuſſit. Ipſe Perithoo beneficii gratiã referens: in Epyrum ſimulata peregrinatione cũ eo una profectus eſt: ut Aidonei Moloſſorum regis filiã raperent: qui coniugi Cereri nomen ĩ diderat: filiæ uero Proſerpinæ: at cani Cerbero: edixerat igitur: ut cũ hoc certamen inirent: ii qui filiam petebant: & qui uictor euaſiſſet: acciperet. Sed ubi cognouit Perithoum cũ ſociis: non ut procos: ſed raptores accedere: eos cõprehendit: ac Perithoum ſtatĩ per canem tollendum interficiendumq; curauit. Theſeum in carcerẽ coniectum cuſtodiis aſſeruari iuſſit. Per id tẽporis Mneſtheus petẽſis Ornei erechthei filii filius primus ut fertur mortalium infenſus popularibus & uulgo gratioſis hominibus: eoſq; delere geſtiens: nobilitatẽ iam ante Theſei opes indigne ferentem magis concitauit atq; incendit. Indignabantur. n. ſe ſingulis erepto principatu ac regno ĩ uno oppido obcluſos ab eo ueluti ĩ cuſtodia detineri aſſeruariq;: & omnes ſeruorũ loco & numero haberi. Nec uero mediocrẽ Theſeo apud multitudinẽ conflauit inuidiam: cum diceret eos umbrã libertatis adeptos: re uero & opera orbatos: patria: ſacris: Diiſq; penatibus: ut pro multis ac iuſtis regibus unius peregrini & aduenæ dominatũ perferrent. His ab eo concitatis motibus: per magnũ momentum ingruens: a Tyndaridis bellum adiecit: quod plæriq; opinantur: eius quoq; opera & ĩpulſu eſſe conflatum. Ab initio igitur in iuria abſtinuere: ſororẽ tantum reddi ſibi eflagitarunt. Reſpondentibus uero ciuibus: eã nec apud ſe eſſe: nec ubi nã terrarum relicta ſit exploratum habere: ad bellum ĩcubuerunt. Sed Academus qui eã Aphidnis occultari ſenſerat: rem ĩdicat. Vnde & uiuo illi a Tyndaridis honores ſunt habiti: & poſterioribus tẽporibus inuadentibus ſæpius ĩ Atticã Lacedæmoniis agrũque deuaſtãtibus: ab academia ob academũ tẽperatum eſt. At Dicearchus tradit ab Ecedemo & Maratho: q ſub Tyndaridis ex Arcadia meruerant. Ab altero ecedemiam: quæ nunc academia eſt: nomẽ accepiſſe. Ab altero Marathonẽ populum nuncupatũ eſſe: cum is ſe ſponte ex quodã oraculo pro exercitu ĩmolandũ dediſſet. Profecti igitur Aphidnas ac prælio potiti: locum euerterunt. Hic dicitur Alycus Scyronis filius concidiſſe: qui Dioſcoros ĩ militiã conſecutus erat: a quo locũ Megarenſis agri ibi condito eius opere alycum nuncupari. Hereas autẽ ſcripſit Alycũ ab ipſo Theſeo circa Aphidnas eſſe interẽptum: fidẽq; ſibi aucupatur ex his uerſibus: qui de ipſo Alyco editi ſunt. Hunc in Aphidnæa tractantẽ prælia terra: Auricomæ theſeus helenæ ſuccenſus amore: Strauit atrox: miſerumq; indigna morte peremit. Haud tamen ueriſimile eſt: matrẽ & Aphidnas præſente Theſeo in poteſtatem hoſtiũ ueniſſe. Captis igitur Aphidnis: Atheniẽſibusq; ĩ magno metu ac formidĩe cõſtitutis: Mneſtheus perſuaſit populo: Tyndaridas in urbe accipiendos eſſe. quippe qui cũ Theſeo tantũ ut cum prædone nefario bellum gererent: cæterorum uero hominũ cõmodis & ĩcolumitati conſulerent. idq; ipſi ſtatĩ re & opera probarunt. Nã potiti rerum omniũ remiſſis cæteris initiari tantum myſteriis orarunt: cũ nihilominus q̃ Hercules propinqui ciuitati forent. Atq; hoc illis ſuppetebat ab Aphidno in filios adoptatis ueluti a Pilio Hercules. Honores quoq; pares deorum ĩmortalium aſſecuti ſũt: & Anaces cognominati: uel ob ceſſationẽ uocationemq; belli factas: quam Græci anochã uocant: uel ob curam & diligentiã quam: ne quis detrimenti aliquid caperet: ſuſceperunt: cum tantus præſertĩ intra urbem exercitus uerſaretur. Quiete. n. ſe habent qui curant aliquid atq; cuſtodiunt. Ac reges ob hoc ipſum anactas uocitant. Sunt etiam quidam qui eos ob aſtrorum aſcenſũ anacas nuncupatos putent. Nã ano quod eſt ſupra: anecas attici dicũt: & anecathen anothen: quod ſignificat deſuper. Aetrã igitur Theſei matrẽ captiuam in Lacedæmonem abactam memorant: & inde ĩ Troiam cum Helena eſſe delatam. idq; Homeri teſtimonio cõprobari: qui eam Helenam conſecutã dicit Aethrã: quam Pittheus genuit clymenẽq; boopim. Quidam uero cum neq; uerſum hunc probant: neq; ea quæ de Munichio fabulantur: quem ferunt ex Demophonte ac Laodice

clam editum: illi ab Aethra esse educatum. Præcipua uero quædam de Aethra & ab iis longe aliena istrus in tertiodecimo atticarum rerum libro: ut a quibusdam auctoribus accepta prodidit: Alexandrum Parim in Thessalia ad Sparchiū ab Achille & Patroclo pugna esse superatum: & Hectorem Trezœniorum urbē captam diripuisse: Aethrāq; ibi relictam abduxisse. Verum hoc a ratione plurimū abesse uidetur. At Aidoneus cū Herculem hospitio excepisset: & casu in Thesei & Perithoi mentionē incidisset: & cuius gratia eo accesserant: & quas deprehensi pœnas dederant: uehementer īdoluit Hercules: alterum ignominiose interemptum esse: alterum ī eam fortunam calamitosam uenisse: ac de Perithoo quidem questus grauiter est. Aliud præterea sibi nihil faciendū putauit. De Thesei uero salute cum eo uerba fecit: & ut hanc a se iniret gratiam: ab eo pluribus contendit. Concedente Aidoneo e uinclis emissus Theseus Athenas reuersus nondum eius amicis penitus superatis: sic quotcunq; sibi antea ciuitas delegerat templa: omnia Herculi dedicauit: & pro theseis herculea nuncupauit: quattuor sibi tātūmodo reseruatis: ut Philocorus scribit. Verum statī cum priorem statum recipere uellet: & princeps remp. gerere: in grauissimas seditiones ac turbationes incidit. Quos. n. sibi minus offensos reliquerat: inuenit solutos metu: ex ipsa licentia odium cōcepisse. Ad hæc magnam populi partem corruptam: & iussa quæ silentio obire solebat: nisi delenitam blanditiis recusare. Quare cum cogere esset aggressus: aduersariorum factionibus uictis: ad postremum liberos in Euboiā clam emisit ad Elpenorem Chalcodontis filium. Ipse uero Gargetti ubi nunc est araterium: quod uocant ab ara: quod est īprecatio: factis in Athenienses imprecationibus: in Scyrū nauigauit: q; sibi cum illis hōinibus amiciciæ ut putabat & paternæ ibi possessiones forent. Erat uero per id temporis rex scyriorum Lycomedes. Quidam ferunt Theseum ab eo contra Atheniēses auxilium imploraſſe. Sed Lycomedes siue uiri gloriam reformidans: siue Mnesthei sibi gratiam conciliare uolens: ipsum cū ad regionis fines perduxisset: quasi inde sibi agros ostensurus: ex saxis deturbauit atq; interemit: q̄q̄ aliqui affirment per se nullo cogente sed errore loci post cœnam: ut consuerat: deambulantem concidisse. Atqui in præsentia eius mors nemini curæ ac solicitudini fuit. Sed Athenienſium rex Mnestheus creatus est. Eius filii priuati regno sub Elpenore ilium in expeditionem profecti sunt. Ibi Mnestheo mortuo ipsi reuersi Athenas: regnum receperunt. Posterioribus sæculis Athenienses cum aliis de causis adducti ut Heroem prosecuti sunt: ac īprimis q; cū in Marathone aduesus medos pugnatum est: complurimis Thesei simulacrū apparuisse: uisum: & ante omnes inuasisse ī barbaros. Post medicum uero bellum Phedōis prīcipatus tempore: consulentibus Phœbū Athenienſibus: Respondit: Pytia. Thesei ossa Athenas reportanda esse: eaq; honorifice condita apud se asseruanda. Erat autem per difficile recipere ac sepulchrum agnoscere barbarorū: qui locum īcolebant asperitate & īmanitate cōmertia prohibente. Attamen Cimonem redacta ī ditionem īsula īueni endi cupido īcessit. Visa igitur aquila quadam tumulū rostro fodiente: atq; terram ūguibus spargente diuino quodam instinctu ac animi diuinatione permotus: locū effodit. quo facto apparuit magni corporis sepulchrum: & iuxta pilum atq; ensis. quibus triremi Athenas delatis a Cimone exultantes gaudio athenienses splendido apparatu & sacrificiis acceperunt: ueluti Theseum ipsum ī urbem redeuntem. Sunt autem ī media urbe iuxta nostrum gymnasium sita: asylumq; ibi seruis atq; humilioribus fortuna hominibus & potentiorum opes formidantibus constitutum: q; Theseus patronus quidā & propugnator fuisset: & humane benigneq; preces humilium exaudisset. Sacrificium ei præterea maximū tribuunt ad octauam iduum iulii mensis: quo die cum īpuberibus ex Creta reuersus est: & aliis præterea mensibus octauo quoq; die honores illi & cultus exhibent: uel q; octauo aprilis mensis die ex Trœzene primū se Athenas contulisset: ut Diodorus peregetas affirmare uidetur. Vel rati hūc ei numerum magis q̄ aliū conuenire: quippe qui Neptūni filius esset habitus. Etenī Neptūni celebritatē

octauo quoq; die mẽsis agitãt. Octenarius. n. numerus: cũ sit primus talus ex paritãte cõfectus: & geminum quadratũ numerũ in se contineat: stabilitatẽ & ĩmobilitatẽ Dei potentiæ significare uidetur: quẽ nos asphalum & gæchum idest firmũ & minus errãtem ac terrã continentem appellare solemus. FINIS.

ROMVLI VITA PER LAPVM FLORENTINVM EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM VERSA

URB S ROMAE NOMEN MAGNVM MAximeque gloria apud omnes gentes peruagatum: a quo & quam ob causam inditum sit: permaxima inter scriptores dissensio est. Nam alii tradunt pelasgos terrarum orbem lõgo errore peruagatos plurimisq; bello domitis nationibus eã partẽ Italiæ tenuisse: & ob pugnandi robur: quod Romam Græci uocant: sic urbem appellasse. alii uero Troia capta a græcis quosdã profugos nactos classem in Etruriam uento delatos in Tyberis faucibus appulsos esse: eorũq; mulieribus iam nauigatione fatigatis: & a mari abhorrentibus: unã earũ Romam nomine quæ nobilitate & prudentia & usu rerum anteire uidebatur: suasisse classem ĩcendendam esse: quod factũ uiris mœstitiam attulisse ab initio: deĩde necessitate coactos circa palatium positis sedibus ubi breui res supra spem ex sententia cecidit expertos loci fertilitatem: suscipientibusq; uicinis & finitimis & aliis honoribus affecerunt Romam: & urbem ex eius nomine: utq; eius rei auctor fuisset: nuncuparunt. Ex eo hodieq; manere: ut coniũcti mulieres & necessarios homines amplexi frontem osculentur. Nam & illas cũ naues incendissent: his blanditiis uiros deliniisse cum ueniam orarent: & eorum iram placare niterentur. alii Romã Itali filiam & Leucariæ: alii Telephi Herculis filii Aeneæ nuptam fuisse: Quidã Ascanii Aeneæ filii: quæ urbi nomen ĩposuit. Nec desunt alii: qui affirment a Romano Vlyxis & Circes filio urbem primũ habitari cœptã: alii a Remo Hemathiõis filio a Diomede ex Troia misso. Quorũdam etiã sententia est Romũ latinorum tyrãnum: eum qui tyrenos eiecerat: qui ex Lydia in Thessaliam: ex Thessalia in Italiam uenerant: huius rei auctorem fuisse. Nec uero hiipsi qui in Romulum id quod æquissimũ est: & multorum testimonio comprobatum huius nominis originem referunt: de illius genere satis conueniunt. Nam quidam aiunt illum Aeneæ filium ex Deythea Phorbantis filia genitum: infantemq; ĩ Italiam asportatum una cum eius fratre Remo: atq; in fluuio exundanti sũmersis aliis scaphis: in qua autem erant pueri ad fluminis ripam depulsa ex insperato incolumes seruatos: Romã quod robur significat nũcupatos esse. Sunt qui hanc sentẽtiã nõ probent: sed ipsi aliã in medium afferant Romã Troianæ illius filiam cũ Latino Thelemachi filio nuptam: Romulum partu edidisse. Quinetiam affirmant alii ex Aemilia Aeneæ & Lauinæ filia a Marte compressa Romulum esse genitum. Quidam etiam sũt qui de Romuli ortu fabulosa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio albanorum regi scelestissimo & crudelissimo homini diuinitus monstrum domi uisum pene ex sacrario se attollentẽ ad multos dies mansisse. Fuisse etiam thethyos in Etruria fatidicũ templũ: a quo allatum Tarchetio responsum ut ei amiscereturuirgo. Nam genitũ iri ex ea filium uirtute fortuna ac uiribus nomen permaximũ & gloriam habiturum: quod cum Tarchetius uni ex filiabus expositisset: ĩperasse ut cum monstro illo coiret. Illam contempto patris ĩperio: ancillam ĩ sui locum supposuisse. Tarchitium recognita ægre ferentem: utrãq; ĩ carcerem ut morte multaret coniecisse: sed usum est

illi per quietem ſe ueſtam uidere necāri pullam prohibentem: telam uero puellis iubē/
tem ut erant in uinculis texendam tradere ea conditione: ut nō ante nuberent q̄ eā ab/
ſoluiſſēt. Ita quod illæ per diē texuiſſēt alias noctu Tarchetii iuſſu texereſolitas. Ex mō
ſtro uero ancillā geminos peperiſſe: quos Teratio cuidam Tarchetiū ſtatim exponen/
dos dediſſe. At illum ſecus fluuium infantes depoſuiſſe: ſic lupam cum eo ueniſſet: ad
motis uberibus lac præbuiſſe. Auibus quoq; uariis cibum pueris cōportantibus: quo/
ad bubulcus aſpiciens admiratuſq; auſus accedere: infantes ſuſtulit: hac illos ratione
ſeruatos: cum primū p ætatem licuit Tarchetio tetendiſſe īſidias: ac tandē oppreſſiſſe.
Hæc a Promathione quodā: qui italicam ſcripſit hiſtoriam: memoriæ prodita accepi/
mus. Sed ex his quæ probabiliora ſunt: & plurimis teſtibus nituntur: certiſſima Dio/
cles peparethius primus græcis litteris illuſtrauit: quē Fabius pictor plurimis in locis
ſecutus eſt. Fuerunt etiam de his contrariæ aliorum ſententiæ: ſed ut q̄paucis expedia/
mus: res ita ſe habet. Ex regibus ab Aenea ortis in duos fratres Numitorem & Amuliū
ſucceſſione regnū peruenit: e quibus Amulius cum in duas portiones omnia partitus
eſſet: ac pecunias aurumq; ex Troia aduectum regno adæquaſſet: regnū Numitor ſorti
tus eſt. His igitur fretus opibus Amulius & fratre uiribus lōge ſuperior: regnum illi fa
cile abſtulit: ac ueritus ne ex eius filia liberi naſcerentur: ut perpetua uirginitate ſpem
omnē ſuſcipiēdæ prolis adimeret: Veſtæ illā ſacerdotē legit. Hāc alii Iliam: alii Rheā:
Siluiā alii appellant. Quæ multo poſt tēpore grauida præter legem ueſtalium uirginū
deprehēſa eſt. Verum ne crudeliſſimum ſubiret ſuppliciū: regis filia a patre precibus
īpetrauit: ſed coniecta in carcerē a cōmertio omnium ſeiuncta diu fuit: ne de partu A/
mulium celare poſſet. Edidit igitur geminos magnitudine & formæ præſtantia īſignes
ex quo Amulium acrior metus inuaſit: quare ſeruo negocium dedit: pueros in proflu/
entē mittat: ſeruo Fauſtulo nomen fuiſſe traduntalii nō hunc ſed eum qui educauit
ita fuiſſe nuncupatū. Deſcendit igitur ad fluuium: atq; ubi aſpexit illum multo fluc/
tu & īpetu decurretē: metuens adire uſq; ad iuſtum curſum: ī proxima alluuie pueros
exponit: ita eo abeunte tenuis decreſcentis fluminis aqua leuiter in ſicco deſtituit: quē
nunc locū Cermonum uocant: ſed pridē germano nomen fuerat: q̄ germanos fratres
uocemus: nec porro lōgius ficus ruminalis erat: uel ob Romulum: ut plurimi ſentiūt:
ita nuncupata: uel ob ruminationes armentorum: quæ ibi ob frigora captanda in um
brā coguntur. Eſt alia quoq; cauſa: quæ uidetur potiſſima fuiſſe: q̄ māma ruma a ue/
teribus appellata eſt: ac Deā aliquā quæ educationi infantium præeſſe putabatur Ru
miliam uocitant: & eius feſtū nephalia celebrant: lac quoq; in eius ſacris īfūdunt. Hic
infantibus iacentibus lupā ferunt præbuiſſe ubera. Ad hæc picum acceſſiſſe: qui ſimul
pueros nutriret cuſtodiretq;. Putantur uero ea animalia Marti ſacra eſſe. Picus uero ſē
p a Latinis ſūmo cultu & honore ē habitus. Vnde nō mediocris fides pariēti addita ē:
cum Martē incertæ ſtirpis patrē nuncuparet. Atqui ferunt eā dolo id eſſe perpeſſā: de
ceptā ab Amulio: qui armatus atq; adortus diripuit. Sunt etiā qui dicant nutricis no
men ābiguitate fabulæ locū dediſſe: nā & feras & meretrices cōmuni uocabulo lupas
uocamus: ita Fauſtuli uxori proſtrato paſtoribus corpore lupæ cognomen eſſe additū:
cū Larentia antea nuncupata eſſet. Huic ſacrificabāt Romani: & libabat menſe aprilis
Martis ſacerdos: & Larentiā eā celebritatē uocitabant. Aliā præterea Larentiā ex huiuſ
modi cauſa colūt. Sacerdos Herculis laſciuiens ocio: ut uidetur ſtatuit cū Deo theſſa
ris ludere ſubdens ſe ſi uicerit: aliquid a Deo bonū eſſe habiturū: uictus uero Deo mē
ſā ample magnificeq; ornaturū: mulierēq; eximia pulchritudine una accubantem da/
turū. Hanc conditionē depactus alias pro ſe alias pro Deo theſſaras ſtatuit. ubi perſpi
cue ſe uictū agnouit: uolens pacta ſeruare: & impoſitis ſibiipſi conditionibus conſiſte
re: Deo cœnam parauit: Larentiamq; mulierem ſane formoſam non omnino famo/
ſam: ſed celatam & occultam mercede conductam adhibuit illi in conuiuiū: ſtratoq; ī
templo lecto poſt cœnam clauſam intus reliquit: tāq̄ ad illam Deus acceſſurus eſſet.

Cōment du roy Enee yſſirent deux enfans roye c'eſtaſſauoir Numitor et Amulius leſquelz diuiſerent le roy.me dalbaine. le quel royaume deuoura Numitor/ et le treſor a Amulius q̄ treſor ſ. gnit. quel fut mis a tout ce q'il auoit

Comment Amulius mopenuat le treſor fit guerre a Numitor ſon f et luy oſta le d. roy.me Et pō quil craignoit q̄ de Rhia aumeur dicte Rea ou Siluia fille dud Numitor yſſiſt lignee la fit religieuſe et la feſt veſtir laquelle y apres fut groſſe de deux enfans gemeaux Remus et Romulus. dont led Amul fut moult eſponente et auſſi rauſe led fiſt getter en la riuiere

dit q̄ les anciens appellerent māma ruma

Celon aucuns aut or q̄ lyd enfs furent apres q̄ leur ſeur les alaicterent

Conclud q̄ Amulius fut trauſt de tout le mal de Rhia et de leur decreue celon aucuns

Celon les aucuns q̄ fupputer les fables ne q̄ lz appellent louue eſt celon ma femme habādonnee

Atqui dicitur eam adiisse iussisseq; in aurora se ad forum conferret: & qui primũ sibi obuiam esset factus: eum sibi amicum adiungeret. Prodiit igitur sibi obuiã ex ciuibus quidam ætate longe prouectus & satis locuplex ac splendidus: sed filiis inops: & qui uxorẽ nunq̃ duxisset: huic Tarrutio nomen erat: qui Larentiam agnouit: amauitq; & ad postremũ sibi amplissimarum fortunarũ hæredẽ instituit: quarum maximã partẽ illa plæbi. R. ex testamẽto reliquit. Dicitur autem cum iam eius gloria illustris esset: & sancta religiosaq; haberetur eo in loco: in quo prior Larentia condita erat: euanuisse. Ei loco nunc Velabro nomen est: q; incremento superfuso flumine nauiculis p eam partẽ in forum traiiciunt. Quidã tamen affirmant uiam quæ ad Hippodromũ ex foro tendit. Hinc incipientes uelis operire solitos esse eos qui ludos exhiberent. His igit̃ de causis secunda Larentia a Romanis colitur. At infantes Faustulus magister regii pecoris clam omnibus ex eo loco asportauit. Vt uero alii & quidem probabilius dicunt: haud iprudente Numitore: sed impensam ad uictum etiam nutritoribus suppetente. At etiã gabios delati pueri litteras aliaq; didicisse dicuntur: ut ingenuos decebat pueros. Appellati etiã a mãma Romulus & Remus: q; a fera lactari iuenti sunt. Igitur in ipsis corporibus specie & magnitudine ab infantia statĩ uim suam natura ostendit: & cum primũ adoleuit ætas: ĩ uiros fortes atq; strenuos euaserunt ĩ adeũdis periculis elato oĩo animo atq; iterrito. Sed Romulus superior consilio fuit: & ciuilẽ magis prudentiã habere uisus est: ita ĩ cõmertiis quæ p pabulis ac uenationibus cũ uicinis ĩcidebãt: pmulta ingenii sui documenta præbuit: naturaq; ad iperandũ aliis magisq̃ ad parendũ ferri uisus est. Proinde se in sui aut etiã inferioris ordinis homines leniter clementerq; habebat. Præfectos autẽ & legatos ac rgii pecoris magistros: ut qui sibi nihilo uirtute præstarent: despiciebat uehementer: neq; ira eorũ neq; minis quicq̃ moueri. Studiis liberalibus intenti ocium terere: nec ĩertia ac desidia corrũpi pulchrum ducere: sed in negociis & ĩ labore tolerando se exercere: susistere feras: cursare: in latrones præda honustos ĩpetum facere: fures capere: ab inique oppressis iniurias propulsare. His rebus magnum iam eorũ nomen iter pastores ferebatur. Exorta uero inter Numitoris Amuliiq; pastores ob pulsa iumenta seditione: eãq; rẽ illi indigne ferentes aduersos cædunt: & in fugã uertunt: ĩgentẽ prædam erripiunt. Cũq; quereretur Numitor rẽ se idignam pati: contẽpserunt. Collectisq; & ĩ unum coactis permultis pauperibus ac seruis audaciæ ac cõtumaciæ inicia subierũt. Cũ uero solẽni sacrificio Romulus intentus esset: Diuini. n. cultus ceremoniarũ ac uaticinii obseruantissimus erat: Numitoris pastores ira ãmissæ predæ isidiati in Romulum cũ paucis abeuntem ĩpetum faciunt: sic cõmisso prælio: illatisq; utrĩq; uulneribus: illi uictores Remũ cõprehẽdunt: quẽ cum ad Numitorẽ captum perduxissent: nihil ĩ eum aĩaduertit: acerbitatẽ fratris reformidans: sed illũ suppliex adiit orans atq; obsecrans: ut de eo supplicium sibi sumere liceret: ut qui frater esset: & ab eius seruis iniuria cõtumeliisq; affectus. Accedebant Albanorũ querimoniæ ex eius uiri iniuria excitatæ: q; sibi misera atq; indigna pati uidebatur. Quibus permotus Amulius est: Remusq; ab eo Numitori ad supplicium deditur: quo accepto Numitor domũ reuersus: adulescentem mirumĩmodum admiratus est: qui magnitudine corporis & uiribus exuperaret cunctos. Cũq; ex eo ore atq; uultu: quẽ in perditis rebus seruabat: perspiceret eius animi magnitudinẽ cõstantiãq; instantibus malis iuictã & ĩactã: tũ eius opera ac res gestas acciperet: figuræ eius & liniamẽtis respõdetes: & quod maximum est diuino quodã ĩstinctu & numine percitus rerum magnarum inicia nactus: animi iudicio & fortuna quadã ueritatis: quæ diutius latere non poterat: quis esset & quo pacto genitus foret: rogauit benigno aspectu mitiq; uoce spẽ salutis iniiciens. Ille parũper lenitate orationis confirmatus: Nihil te ĩquit celabo: Etenĩ mihi regio noĩe dignior q̃ Amulius uideris esse. Nam & audis & ĩterrogas priusq̃ ad puniẽdum accedas. Ille incognita causa me ad supplicium dedit. Primum omnium Faustulo magistro regii pecoris: & Larentia genitos iam inde ab initio esse nos credidimus: gemini autem

fratres ſumus eodem editi partu: & apud te crimen & calũniam & iuditium capitis ad ducti de nobiſipſis magna audimus. Quod ſi periculo fides habenda uidetur: dubia noſtra procreatio fertur eſſe: nutritio uero atq; educatio abſurdior q̃ pullorũ: & qbus expoſiti eramus æſca feris & auibus ab iiſdẽ enutriti ſumus: ſũmiſſis a lupa mãmis & a pico comportatis cibis: cum in tyberĩ in ſcapha iaceremus. Extat adhuc ſcapha: ſerua turq; æreis cingulis cõmunita: in qua caducæ inciſæ ſunt litteræ: quibus ĩpoſterũ fortaſſe extincti: & cũ nulli iam uſui eſſe poterimus: a parentibus noſtris cognoſceremur. Numitor igitur cum & uerba aduleſcentis & ætatẽ & minime ſeruilem ĩdolem conferret: haud eã ſpem ſibi blandientem reiecit: ſed dedit operã ut de his clam cum filia loqueretur. Nam cuſtodiis adhuc aſſeruabatur uehementer: ſed Fauſtulus ut primũ Remum captum & Numitori ĩ cuſtodiã deditum accepit: Romulo rẽ aperit: ut gẽiti utq; educati forent: & ad ferendam Remo opẽ hortatur. Nam antea per enigma confeſſus erat: tantumq; illis indicarat quantum ſi attendiſſent: putabat eorum animos nõ mediocriter attolli poſſe. Ipſe cum ſcapha ad Numitorẽ ex illa occaſione cum magno metu & trepidatione ſe contulit. Sed cum cuſtodibus qui ad regis portas erant: in ſuſpitionẽ ueniſſet: deprehenſuſq; ab illis eſſet: & turbato ad reſpondendum mens ſimul atque oratio excidiſſet: detecta eſt ſcapha: quam ueſte inuolutam ferebat. Forte affuit quidam ex his qui pueros imperio regis exponendos acceperat. Hic cum ſcapham tũ eſſet ĩtuitus: agnouiſſetque ex ipſa forma atque ex litteris: opinatus id quod erat: haud rem neglexit: ſed ad regẽ continuo re delata: de Fauſtulo tormentis quæſitũ eſt: qui in multis ac magnis cruciatibus habitus: neque inuictus perſtitit: neque coactus omnino confeſſus eſt pueros apud ſe ſeruari: & ab Alba longe inter paſtores eſſe: ſe quoque idipſum Iliæ nunciatum ire: ſe ſæpe uidiſſe ac tetigiſſe: ut eam natorũ deſiderio affectam magis in ſpe bona cõfirmaret. Quod igitur turbato animo hominibus & per metum aut iram quippiam facientibus euenire ſolet: id tum Amulio contigit. Virum. n. alias quidem probum: ſed Numitoris amicum in ea trepidatione ad eũ rogatum miſit: nunquis rumor aut ſermo hominum ad eum de pueris perlatus foret: ut uiuerent. Qui ubi eo peruenit: cum uidiſſet iam fere Remum amplexu & gratulatiõe a Numitore exceptũ: ipſe eam ſpem ſuo teſtimonio firmiorem effecit: hortatuſque ẽ ut propere ad res capeſcendas incũberet: & ſe quoque ſociũ rei gerendæ & adiutorem præbuit: occaſio etiam ipſa nec tardandi nec differẽdi facultatẽ dabat. Nam Romulus iam prope aderat: & eo ad eum haud pauci ex ciuibus odio ac metu regis confluxerãt: ipſe etiam ſecum agebat magnam armatorum manum in centurias inſtructam: quarum ſingula ducebat uir quidam herbarum faſciculum aſta alligatum præferens: qui poſtea manipuli nuncupati ſunt. Ex hocq; lapſa conſuetudine uſq; ad noſtrã ætatem manipulariis in caſtris id nomen manſit. Cũ igitur Remus intra urbẽ ciues ad defectiones ĩpuliſſet: & Romulus cũ externis copiis ad eum ſe adiunxiſſet: tyrãnus maximo terrore difficultatibuſq; ſuſpenſus ac ſollicitus: priuſq̃ aut molitus eſſet quippiã: aut ſalutare aliquod conſiliũ caperet: deprehenſus circũuentuſq; ab illis obtruncatur. In iis igitur quorum plurima monumentis ſuis cõmendarunt Fabius ac Peparethius Diocles: qui primus omnium uidetur ab urbe condita hiſtoriã ediditſe: ſuſpicio quædam fabulæ ac cõmenti ineſt. Verũtamen a ueritate nobis reiicienda non ſunt intuentibus: quorũ operum artifex ſit atq; architecta fortuna: Adhæc rem romanã nobiſcũ ipſis animo reputantibus: quæ nunq̃ eo magnitudinis & potentiæ proceſſiſſet: niſi ex diuĩa origine primordium accepiſſet. Interẽpto autem Amulio: rebuſq; regni conſtitutis: neq; Albam incolere induxerunt in animũ: non potiti ante regno: nec ſuperſtite auo regnare. Ita Numitori albana re permiſſa: debitiſq; matri reſtitutis honoribus: decreuerunt in his locis: ubi expoſiti: ubiq; educati fuerant: nouam urbem condere. Hæc probabiliſſima cauſa fuiſſe uidetur. Coegit etiam ita fortaſſe neceſſitas ob multitudinem ſeruorum ac fugitiuorum: qui ad illos confluxerant: q̃ aut his diſſipatis: pereundum

omnino:aut ſeparatim cum illis habitandum eſſet:q; rem indignam Albani ducérent fugitiuos ſecum cõmiſceri:& in urbem ciues aſcribi:quod ī poſterum ex eo q; de uxoribus eſt actũ magis apparuit:quod ẽ non ab īiuria & contumelia:ſed ex neceſſitate & ī opia fœminarum profectum. Nã raptas ī ſũmo honore habuerunt. Primus deinde urbi fundamentis iactis ſacrum quendã locum eo confugientibus perfugiũ ſtatuente Aſylum uocant:eoq; omnes ſine ullo diſcrimine excipiunt:nec domino ſeruus:nec debitor creditoribus:nec homicida magiſtratibus deditur:cum dicerent firmũ ac ratum id omnibus pythico oraculo eſſe oportere:ut q̃celeriter urbs cõpleretur. Ab initio tradũt haud plures mille domos fuiſſe:ſed hæc poſterius. Aggredientibus ſtatī de loco diſſenſio fuit. Romulus.n. locum quem quadratam Romã uocant condendæ urbi deligi uolebat:At Remus partem Auentini locum natura munitum cõmodiorem ducebat: eiq; poſtea ab eo Remonio cognomen fuit:ſed nunc Rignarium appellant. Conuenientibus autem inter ſe ſecundis auibus diiudicare litẽ diuerſa loca ad inaugurãdum capiunt. Priori Remo augurio ueniſſe ferũt ſex uultures:cum duplex numerus Romulo ſe oſtendiſſet. Sed dicitur a quibuſdã ueī Remũ uidiſſe:Romulum uero eſſe emtitũ. Sed cum acceſſiſſet Remus:tunc Romulo duodecim apparuiſſe: inde manſiſſe morẽ Romanis ex uulture ſeruandi. Herodorus autem ponticus tradit & Herculẽ lætari ſolitum uulture in re gerenda ſe oſtendente. Eſt.n. animantiũ īnocentiſſimus omniũ: cum nihil ueſcatur ex his quæ ferunt homines aut plantant aut alunt:ſed ex cadaueribus ſibi æſcam quærat:interficit autẽ nihil:nec deſtruit aīantium: uolucribus autem ob affinitatẽ etiã mortuis abſtinet. Aſt aquilæ noctuæ & accipitres uiuas uolucres etiã eiuſdẽ generis inuadunt atq; interimunt. Nã ut Aeſchilus inquit: Aue autẽ ueſcenda qui ābſtineat auis. Ad hæc aliæ in oculis(ut ita dicam)uerſantur:atq; ubiq; īſpitiendas & ſentiendas ſe offerunt:At uulturẽ raro eſt intueri:nec eius pulli facile īueniri poſſũt: ut nõnullos in opinionẽ uanam & ſtultam cõiecerit:ab extra ex alio quodam orbe huc ſe appellere:quod rarum ſit:nec perpetuo quẽadmodum putant eſſe:quod ſecundum naturam eſt:nec ſua ſpõte:ſed diuino aliquo īpulſu appareat. Poſtea igitur q̃ Remus reſciuit fraudem grauiter cõmotus Romulo fodiente qua urbis mœnia circunducturus erat:ludibrio fratris foſſã tranſiluit:atq; opus īpedire conatus eſt. Sic tandẽ aiunt quidam illum ab irato Romulo: alii quodam celere ex Romuli comitibus hic eſſe īterfectum. Cecidit etiam in ea pugna Fauſtulus& Pliſtinus:qui cũ Fauſtuli frater foret: una Romulum nutriſſe dicitur. Celer autẽ in Hetruriam ſeceſſit:& ab eo ueloces apud romanos traxerunt:ut celeres dicerentur. Q. etiam Metellũ tradũt q; mortuo patre ſingulari certamine pugnãtium ludũ īſtituiſſet. romanos admiratos apparatus celeritatẽ celerẽ appellaſſe. At Romulus poſtea q̃ ab eo Remus in Remuria una cũ eius nutritoribus ad ſepulturam eſt datus:cõplendæ atq; inſtruendæ urbi animũ adiecit. Accerſitis ex Hetruria uiris:qui ſacris quibuſdam ritibus & litteris ſingula edocerẽt atq; exponerent:quẽadmodũ in myſteriis foſſam rotundam effodit:in loco cui nunc commitio nomen eſt:primitiaſq; omniũ quibus lege quidem ut honeſtis:natura autem ut neceſſariis utebantur:in eã depoſuerunt:& ad poſtremũ ex qua quiſq; profectus erat terra: particulã quandam ferens:eodẽ cõnitientes cõmiſcuerũt. Vocant autem foſſã ipſam eodem:quo olympũ nomiue mundũ:deinde in figuram circuli circunſcripſit urbem. Ipſe autem princeps condendæ nouæ urbis aratro uomere æreo præfixo:iunctiſq; ſexu diſpare bobus:ipſe boues agens fixis terminis: profundum circũducit ſulcũ. Qui eũ conſequuntur:iis id negocii datur:ut quas aratrum ſuſcitarit glebas:in īteriorem partem diuertant:nec ullam delapſam extra eſſe patiantur. Linea igitur muro locum diffiniunt:uocaturq; quod intus relinquitur pomœrium detractis per ſyncopam e medio littteris:quaſi poſt murum. Quem autem locum portis optarint: ibi educto uomere aratrum attollentes:ſpatium quoddã uomere intactum relinquũt. Vnde & murus totus exceptis portis ſacer putatur:portas autem ſacras putãtes res neceſſarias niſi

ante expiatas importare: aut exportare religione impediuntur. Vrbem igitur ad. xii. kl. maii condi cœptā esse opinione omnium satis constat. Eumq; diem festum Romani agunt: natalem patriæ nuncupantes. Ab initio autem nihil animatū ad sacrificia adhibebant. Existimabant diem ipsū patriæ origini consacratum purum & sine sanguine seruari oportere. Verū tamen pridie eius diei pastoralem quandā celebritatē agitabant: quæ palilia ab illis dicebatur. Nunc igitur Romanorum kalendæ nulla re cum græcis conueniunt. Illū autem diem quo Romulus urbi fundamenta iecit: trigesimū diē fuisse perhibent: in eoq; lunam ex cōgressu solis defeciſſe: quā uidisse Antimachum Teiū lyricum cum tertium in annum sextæ olympiadis incidisset. Temporibus autem Varronis philosophi uiri Romani & historiarū monumētis peritissimi fuit Taruntius uir ei īprimis amicus: & tum philosophiæ: tū mathematicæ īprimis studiosus: qui cū ad astrologiæ disciplinam se contulisset contēplationis gratia: & in ea excellere putaretur: huic īposuit Varro: ut Romuli conceptionem in diem & horā deduceret. Inspectisq; eius uitæ institutis ac rebus gestis ex illis consequētiā colligeret: ueluti geometricarum propositionum resolutiones præcipiunt. Eiusdē. n. contēplationis esse cognito conceptionis tempore: uitam prædicere: & percepta uita procreationis: tēpus perdiscere. Suscepit igitur Taruntius munus sibi a Varrone īpositū: ac perspectis uiri ingenio ac moribus rebusq; gestis: tū uitæ tēpore ac mortis genere: Hisq; omnibus ī unum collatis ualde fidenti atq; alacri animo ostendit: Romulū primo anno secundæ olympiadis a matre fuisse conceptum: mense choe: ac ab Aegyptiis nuncupatū: quē nos decēbrem dicimus: tertio & uigesimo die hora tertia: qua sol deficit omnino: in lucem uero editum: mense thoth: qui septēber apud nos est ad. xii. kal. sequentis mensis circa ortum solis. Vrbis uero Romæ fundamenta ab illo iacta esse quinta idus pharmuti mensis: q apriis uocatur a nostris: inter secundam & tertiam eius diei horam. Nam urbis fortunam ueluti hominis proprium habere opinantur tēpus: quod ex prima origine ad astrorū ortus obseruatur. Verum hæc atq; alia huius superflua magis & aliena poterunt fortasse uideri: q̄ q̄ fabulæ cōmento lectoribus molestæ sint. Condita igitur urbe prīcipio iuuentutem romanā in militares diuisit ordines: quorum quilibet peditum tria milia & trecentos equites habuit: ii qui legiones dicebantur: q̄ ex omnibus pugnaces in illis delecti forent: reliquam multitudinē seiūxit: eamq; populū nuncupauit. Deinde ex optimatibus cētum creauit senatores: quorum collegium ex ætate senatum uocauit: illi patres dicti: uel q̄ ii solum qui patres forent: creari possent: quod non multis contīgit ex primis illis conuenis: uel a patrocinio id nomen fluxit: q̄ existimarent patronū quēdam fuisse: ex his qui Euandrum consecuti sunt: qui ībecilliorū curam gessisset: eisq; præsidio fuisset: ab eo huic rei eiusmodi appellationem mansisse. Illud mihi probabilius uidetur: siquis opinetur Romulum decreuisse: primores & potentes oportere paterno officio & indulgentia humiliorū causam in fidē suam curāq; suscipere: simulq;: quo cæteros edoceret: ut tutiorem sibi uitam in eorū præsidio uiuendam statuerent: neq; quibus uirtute cederent eorum honoribus angerentur: sed beniuolo & amico aīo in eos forēt: patresq; illos honoris gratia appellarēt & ēe opinarētur: iccirco eo noīe appellasse. Nā & his tēporibus exteræ nationes ex senatorio ordine p̄onos sibi adoptant: eosq; duces uocant. Ipsi autē Romani patres conscriptos id collegiū appellāt: quod nomen & dignitatis plurimū & inuidiæ minimū præse fert: sed ab inicio tantum patres dicti. Posterioribus autē diebus ascriptis in eum ordinē pluribus: patres conscripti uocati sunt: atq; hoc senatorii populariſq; ordinis differentiæ honestius sibi nomen fuit. Alios etiam ex multitudine potentes legit: eosq; patronos nuncupauit: illos autem clientes: magnaq; illos inter se beniuolentia deuinxit: quæ maximas necessitudines productura foret. Hi hominibus oppressis & iudicio circūuentis in obtinendo iure suo & causæ actores & patronos & moderatores consiliorum omnium se præbebant. Illi uero hos obseruabant non honoribus tantum: sed etiam copiis suis in filiabus locandis

& in diſſoluendo ære alieno. Patronum quoq; in clientem: & clientem in patronum te ſtimonium dicere lex nulla nec magiſtratus cogebat. At īpoſterum manente extera- rum neceſſitudinum iure primatibus pecuniam ab inferiori loco hominibus accipere: turpe ac ſordidum ē habitum. Sed hæc de his ſatis. Quarto autem poſt conditā urbē menſe: ut tradit Fabius: audax in raptu mulierum facinus eſt geſtum: ac perhibēt qui- dam Romulum: cum natura bellicoſus foret: adductum nōnullis oraculis: quibus por tendebatur Romam ex fato: ſi bellis enutriretur augereturq; : maximā euaſuram: ad uī ſabinis inferendam animū intendiſſe. Non. n. magnum numerum: ſed triginta tantū ab eo uirgines raptas eſſe: ut q̄ belli magni inicium: q̄ cōnubii quæreret. Hoc parū pro babile uidetur eſſe: ſed cum intueretur magnam accolarum uim in urbem conueniſſe: quorum paucis admodum coniuges forent: plurimi uero q̄ peregrini & aduenæ pau- peres & obſcuri forent: contemptui erant: nec ſtabiles in fide manſuri putabantur: in ſpem erectus iniuriam ſabinis illatam quodāmodo ſibi cōmunionis & neceſſitudinis coniungendæ principium ſibi quoddam cum illis eſſe allaturam: placatis mulieribus ad opus īcubuit: additu ſibi huiuſmodi ratione ante munito. Fama uulgata ab eo pri- mum eſt cuiuſdam Dei aram conditā ſub terram inueniſſe: eiq; Deo Conſo nomen in diderunt: ſiue a conſilio q̄ conſiliarius foret: ſiue Neptūnus equeſtris. Nam ara eſt in circo maximo poſita: quæ reliquū quidem tēpus latet: In equeſtribus autē certamībus aperitur. Placet tamen aliis quoniam conſilium arcanum & minime palam eſſe opor- tet: ſubterraneam haud temere & opertam Dei aram eſſe. Vbi uero apparuit magno apparatu ſacrificium parat: īdiciq; finitimis ſpectaculum iubet. Multi mortales eo cō- uenere. Ipſe cū optimatibus purpura indutus ſedebat. Erat āt ſignum aggrediēde rei opportunitatem adeſſe: cū aſſurgens purpurā in ſinus contraheret: ac rurſus contrac- tā explicaret. Stabant igitur permulti accinti ēſibus ac regē obſeruabāt: qui dato ſigno ad rapiendas Sabinorum uirgines diſcurrunt: ipſos fugientes incolumes dimittunt. Raptas eſſe quidam triginta tantū tradunt: a quibus & curias nuncupatas eſſe. Valeri us autem antias quingentas uiginti & ſeptem. Iubas autē ſexcentas octuagīta tres. Sed hoc maxime Romuli cauſa ſuſtentatur: q̄ nullā præter unam Erſiliam cæperit: quæ il los latuerat: quod eſt argumento eos non iniuriæ & contumeliæ cauſa ad raptū ueniſ ſe. Sed genera magnis neceſſitudīnibus inter ſe iungere cogitaſſe. Ipſam uero Erſiliā qui dam aiunt Hoſtilio claro inter romanos homini nupſiſſe: quidam ipſi Romulo ī ma- trimonium ceſſiſſe exiſtimant: & ex eo filios peperiſſe: e quibus unā ex ordine procrea tionis primā ab eo nuncupatam: alterū ille ex congregatione ciuium aolliū quod græ- ce totū ſeu uniuerſum ſignificat: poſteriores abillium appellarūt. Sed hæc Zenodotus cum prodidiſſet: in multorum reprehenſiones incurrit. Vnā longe ante alias inſignem ſpecie ac pulchritudine ab obſcuris quibuſdā hominibus raptam ferunt: in quos cum diripiendæ uirginis gratia ex optimatibus quidā īuaſiſſet: ab illis ne quis uiolaret Ta- laſſo eā ferri clamitatū iuueni probo ac ſplendido: tum eos audito Talaſſi nomine cla more & plauſu collaudaſſe: quoſdā etiam conſecutos eſſe gratia & beniuolentia uiri: Talaſſum cōclamantes: ex quo nuptialem quēadmodum græcis hymenæū: eam uocē fuiſſe. Nā & illum in muliere ſeruāda optima uſum eſſe fortuna. Sextius uero Syllas carthaginenſis uir neq; a muſis: neq; a charitibus abhorrens dixit nobis Talaſſii nom̄ Romulū ſignum direptionis dediſſe. Igitur oēs ſimili uoce regem proſecutos eſſe: ic circo eū ī nuptiis morē eſſe ſeruatum. Plurimi tamen quorum ſententiā Iubas ſequit̄: hanc exhortationē & prouocationem ad opus: & lanificium: quod græci Talaſſiam di cūt: eſſe opinātur. Ita tamē confuſis & cōmixtis græcis latiniſq; uocabulis: in quo tā & ſi non male ſentiant: Nā utebantur romani per id tēporis Talaſſiæ nomine cōmuni cū græcis: tamē probabilior huius rei cauſa & ratio poſſet afferri. Nā cū ſabini hoſtes cō- poſito bello cū romanis pacē inierunt: percuſſo fœdere conuenerūt de mulieribus: ut nulla alia ī re uiris q̄ ī iis quæ ad lanificiū p̄tinerēt: opā ſuā nauarēt. Māſit igit̄ deīceps

ea consuetudo: ut qui darent aut acciperent aut interessent omnino per ludū ac iocum talassium uocitarent: attestantes ad nullū aliud opus uxorem q̄ ad lanificū duci. Obseruatur etiam his tēporibus: ne sponsa pauimentum pedibus superincedat: sed sublimis in cubiculum deferatur: quod tunc quoq; in eo raptu ui in cubiculū latas aiūt esse. Addunt præterea aliqui auctores: q; nubentis comā pilo discriminent: ad illud spectare primas nuptias prælio & hostiliter initas esse: de quibus copiose in causis a nobis mētio facta est. Perpetratū est igitur eiusmodi facinus. xiiii. kl. septembris: quo die cōsualia celebrantur. At sabinis uis hominum permagna erat: incolebant uicos sine muris: quasi id ipsis patrium foret elato animo & īterrito esse: qui Lacedæmoniorū coloni essent. Verūtamen intuentes se magnis obsidibus deuinctos: & cura filiarū soliciti: legatos miserunt supplices ad Romulum orantes & obsecrantes filias redderet: & uim illatam purgaret: sic uoluntariā & legitimam gentibus amiciciā & necessitudinē fore. Romulo autē mulieres minus dimittente: sed ad affinitatē suscipiendam sabinos adhortante: dū alii consilio & apparatu belli morā trahebant: Acron rex ceninensium homo uehemēs: & bellicis rebus pariter audax: Romuli facinus suspectū habēs: & quod in fœminas perpetratum erat: ratus omnibus meticulosum esse: nec īpunitum perferē dum bellum præoccupat: Et cum magnis copiis ī agrum romanum īpetum facit: Cui fit obuiā Romulus. Cūq; in conspectum uenisset: ex aduerso spectantes: ad pugnā se inuicē prouocabant: paratis exercitibus & instructis: Romulus igitur uotis nuncupatis si hostem fuderit fugaritq;: se eius arma ferentem Ioui delaturum: ubi in certamē collatis signis descendit: regē uictor obtruncat: exercitumq; in fugam uertit: captaq; urbe: captorum iniuria abstinuit: præter q̄ iussit eos deiectis domibus Romā cōmigrare: par ius & conditionē cum ciuibus habituros: quæ una res maxime ciuitatē exausit: q; eos quos uicisset: semper in se traduceret: & in ciues ascriberet. Sed Romulus quo uotum suum maxime Ioui gratum: & ciuibus suis aspectu iocundū efficeret: uictor spolia ducis hostium cæsi suspensa fabricato ad id aperte ferculo gerens cœpto pæane uictoriæ decenti sequente exercitu in armis ad urbem contendit: excipientibusq; magna cum lætitia & plausu ciuibus: ad quercum in trophæi formam fictam hostis arma deposuit. Huiusmodi igitur pompa triumphis īposterum exemplum ad imitandum reliquit: hoc trophæum Ioui statutum: cognomēq; Deo additum feretrio Ioui: a feriē do: hostem. n. ut uotis petierat: feriendo oppressit: spolia ipsa opima nuncupata: ut ait Varro: ab opibus: sed potius ab opere rei gestæ dictū uidetur: quæ regibus ducibusq; hostiumq; sua manu cæsis posteriores duces ferebant: ac duobus tātum post Romulū ducibus opima parta sunt spolia: Cornelio Cosso qui Hetruscum Tolūnium īteremit. Postremo Claudio Marcello oppresso Britomarto rege gallorū. Cossus igitur ac Marcellus ipsi opima spolia ferentes quadriugo curru inuecti sunt. Romulum uero nō recte Dionysius ait curru esse usum. Tarquiniū. n. Priscum Damarati filium ī eiusmodi formā & magnificentiā triiūphos statuisse perhibent: & si alii affirment Publicolā primum in curru triūphasse. Extant etiā Romæ ī prōptu: quæ sīt omnibus Romuli pedestres statuæ spolia ferentes. Post eam uero cēninensium cladem reliquis adhuc sabinis in apparatu belli occupatis: Fidenates Crustumenii & Antenates hostiliter in fines romanos īcursionem faciunt: uictiq; prælio pariter captis: deletisq; oppidis & agro diuiso: Romā habitatum concessere. Sed Romulus cum reliquū agrum partitus foret: īter ciues parentibus uirginum quantum possidebant reseruauit: ac sibi habere iussit. His rebus sabini reliqui grauiter cōmoti: Tatio duce bellū romanis intulerunt. Erat autem difficilis ad urbē aditus ob capitolium quod præeminebat: & præsidium in eo erat: cui Tarpeius præerat: nō Tapeia uirgo: ut quidā dicunt: nec uident a se Romulū stultum fingi: Sed filia eius Tarpeia arcē sabinis prodidit: capta spe armillarū aurearum: quas sabini magni ponderis læuo brachio gerebant. Itaq; petisse eā ferunt mercedē ꝓditiōis quod in sinistris manibus haberent: ea inita cū Tatio conditione noctu aperta porta

ſabinos in arcẽ accepit. Non ſolum igitur ut uidetur: Antigonus inquit: ſe proditores dum produnt amare: ubi proderunt odiſſe. Nec Cæſar cũ dixit in Thracẽ Rhumitaleũ proditionẽ ſibi placere: proditorẽ autẽ odio ẽe: ſed pariter ita cuncti ĩ ĩprobos animati ſunt: qui eorum operã requirunt: ueluti cum uirus aut bile quarũdã ferarum ĩdigẽt: dum ea ſibi uſui ſunt: illis delectantur: ubi uero nihil indigent: uicium ipſum oderũt. Sic tum Tatius affectus in Tarpeiam: iuſſit ſabinos omnia ei tradere quæ in ſiniſtris manibus eſſent: Ac ipſe primus armillam detractã & ſcutum una in eam coniecit: faci entibuſq; idẽ cunctis: auro icta undiq; ac clypeis obruta multitudĩe ac põdere ſua ipſa mercede interiit. Tarpeius quoq; accerſitus: proditionis dãnatus eſt: ut Iubas teſtatur: a Galba ſulpitio proditum eſſe. Ex aliis qui Tarpeiæ mentionẽ faciunt: ii longe uiden tur a ueritate diſcedere: qui tradunt eã Tatii ſabinorum ducis filiam fuiſſe. Ab eaq; cũ Romuli nuptias cum quo ui nupta erat: iniquo animo ferret: hæc omnia eſſe geſta: & eadẽ ĩ eam a patre perpetrata: quorum ſentẽtiæ Antigonum nõ pœnitet eſſe. Simu lus autẽ poeta delirat omnino: qui opinetur Tarpeiam non ſabinis capitoliũ prodidiſ ſe: ſed Celtis eorum regis amore incenſam. Sunt autem eius de illa uerſus huiuſmodi.

At capitolii iugum cuſtos Tarpeia tenebat
Improba: quæ muris nõ bene fida ſuis.
Cel tica dum demens ſequitur cõnubia regis:
Sceptiferũ regum prodidit illa lares.
Hanc non arboei: & celtorum milia gentis
Abductam ripis conſtituere padi.
At ſuper inui ſæ manibus detracta puellæ
Arma ferunt: miſeram preſſit acerba dies.

Tarpeia igi tur ibi ſepulta: ab ea tumulo nomen inditum mãſit uſq; ad Tarquini ætatẽ: qui cum locum dedicaſſet Ioui: reliquiis alio tranſlatis: Tarpeiæ nomen ſimul amiſit: præter ca pitolii ſaxum: quã & his tẽporibus Tarpeiã uocant: e quo fontes deturbari ſunt ſoliti. Capta igitur arce a ſabinis: Romulus ira & cupiditate recuperandi ſtimulante: animũ in aduerſum romãos ægit: quo hoſtẽ ad pugnam prouocaret. Tatius cõtra fiducia ple nus: pugnã ciebat: quod ĩtueretur: ſiqua neceſſitas inſtaret: ſuis tutũ eſſe perfugium: quod autẽ inter palatinum capitolinũq; collem cãpi erat: acrem grauẽq; pugnam diffi cultate loci: fugam uero ac perſecutionẽ ĩ anguſto perbreuem utriſq; allaturũ uideba tur. Fuit ibi forte ex alluuione fluminis: qui paucis ante diebus locum inũdarat: relicta palus profũdo limo: haud lõge ab ea parte: quam nunc uocant forũ: quæ res nec ſatis apparebat: nec facile uitari poterat: ſed contra cæca & ad cauendũ difficilis. Huc delatis ſabinis cãſu quodã ſuperior eorum res fuit. Nã Curtius inter ſabinos clarus & elati ani mi uir: qui princeps ante alios ab arce decurrerat: urgentibus romanis trepidante equo ſeſe in paludẽ coniecit: ibi aliquãdiu ãnuentibus ac uocantibus ſuis: fauore multorum addito animo conatus eſt equo paludẽ exire: quod ubi aſpexit factu ĩpoſſibile eſſe: di miſſo equo ipſe euaſit: locũ deinde Curtium lacum appellarũt. Hic tũ ſabini tanti pe riculo uiri ſoliciti: acrius ad pugnã incubuerunt: Incertus diu Mars dubiaq; uictoria fu it: multis utrinq; cadentibus: inter quos Oſtilius: quẽ Erſiliæ uirũ Oſtiliiq; auũ eius: qui poſt Numã regnauit: fuiſſe memorant. Rurſus pluribus breui collatis præliis: po ſtremũ maxime inſigne fuit: in quo Romulus ſaucius ſaxo ĩ capite parũ a cadẽdo affu it: qua re præſidio ducis priuata confeſtim romana inclinatur acies: fuſaq; amiſſa pla nicie: in palatiũ fuga conceſſit. Tandẽ Romulus ſe recipiens ex uulnere: ubi ſuos pa lantes aſpexit: obuiam factus: magna uoce reſiſtere: atq; iterare pugnã iubet. Creſcẽte magis circa ſe quotidie fuga: ac nemine ſe conuertere in hoſtẽ audente: precatus eſt Io uẽ uti fugã fœdã ſiſteret: neq; cõtẽneret: ſed rem romanam prolapſã & iacẽtem attolle ret. Abſolutis his precibus permultos ex aſpectu regis uerecũdia cæpit: audaciaq; mu tata fortũa fugiẽtibus addita ẽ. Reſtitere igitur romani: quo nũc loco Iouis ſtatoris ſi tum eſt templũ. Ita confectiſſimo agmine ſabinos adorti fundũt fugantq;: & uſq; ad locũ Regiam nunc dictũ ac Veſtæ templum palantes agunt. Hic illis prælium redin tegrare apparantibus nouum ſpectaculum: ac longe maius q̃ fama fertur oblatum ẽ. Nam ſabinæ mulieres: quarum ĩiuria bellũ exortũ erat: diuerſis ex locis cõſpectæ ſũt-

cum clamore muliebriq; ululatu trepidæ inter occiſorum cadauera & tela uolantia ſe inferre: ac ueluti correptæ numine: aliæ infantes puros in ulnis tenentes: aliæ paſſis crinibus ſciſſaq; ueſte ad uiros ſuos & parentes contendere: atq; omnes una: hinc ſabinos inde romanos blandiſſimis nominibus ſupplices īplorabant. Igitur utriq; ea re permoti īflexiq; pugna dirempta: illas in medio pugnantium cæperunt: fletuſq; per oēs iuit: & ex aſpectu atq; uocibus miſericordia ſubiit. Ille autem quotidie magis ac magis precibus obſecrationeq; humili nactæ licentiam ingeminabant. Quod. n. aiebant tātum a nobis eſt admiſſum facinus: ut alia iam mala tanta perpeſſæ ſimus: alia nunc miſeræ perferamus. Dirreptæ ſumus ab his qui nunc nos obtinent: ui ac ſcelere uiolatæ: raptæ a fratribus: parentibus coniunctis neglectæ tādiu fuimus: quoad magis uīculis deuinctæ: pro hoſtibus nunc & raptoribus pugnantibus timere: & morientibus lugere cogeremur. Non. n. acceſiſtis uirginibus nobis opē aduerſus iniuriā afferentes: ſed nūc a uiris coniuges: a liberis matres diuellitis. Acerbius profecto nobis hoc auxilii genus q̄ fuit tunc contēptas & proditas eſſe: ad hoc nobis horum: ad hoc ueſtra miſericordia recidit. Quapropter ſiqua uobis alia pugnadi cauſa eſt q̄ noſtra: decet iam uos ab armis diſcedere: cū propter nos ſocerorum atq; auorū nomē aſſecuti ſitis. Sin autē noſtra cauſa bellum geritur: ducite nos una cum uiris & liberis: & nobis parentes & coniunctos reddite: obteſtamur uos: non coniuges ſimul & natos eripite: nec iterū captiuas abducite. Talia permulta Erſilia deplorante: reliquiſq; obteſtantibus: depacti inducias: duces in colloquium prodeunt. Mulieres tantiſper ad parentes ac fratres uiros ſuos ac natos perducunt: indigentibus cibū & potum mittunt: ſaucios domum delatos curant: oſtēdunt ſibi domi adminiſtrationem permiſſam: ſeq; uiris obſequentibus uti: & ab illis tum honore omni tum beniuolentia caritateq; coli & obſeruari. Ex hoc fœdus percutitur: ut uolentes apud uiros maneant cum quibus nuptæ forent omnium operū ac munerum uacationem (ut dicitur) præter Lanificii habituræ: ciuitatem quoq; cōmunē Romani ſabiniq; habeant: urbiq; Romæ a Romulo nomē ſit: romanis uero a Tatii patria quiritibus: regnū etiam cōmune: utriq; domi militiæ obtineant: quo autē in loco huius fœderis conditiones firmatæ ſanctæq; ſunt: ei uſq; ad noſtram memoriā a coeūdo cōmitio nomen manſit. Ita geminata urbe: centū uiri ſabini nominis in ſenatum aſcripti ſunt. Legiones ſingulæ ſex millium peditū & ſexcentorū equitū cōplebāt numerū. Eodē tēpore ī tres tribus tota ciuitas diuiſa: Rānēſes a Romulo: A Tatio tatiēſes appellatas: Tertiæ tribus homines luceres dicti a Luco aſyli: in quē multi fuga delati ciuitate donati ſunt. Tribus autē tres ipſas fuiſſe numero nomen ipſum declarat: quibus qui præerant: tribunos uocitabant. Singula autem tribus decem continuit curias: eas quidam perhibent a ſabinis mulieribus nomē traxiſſe: ſed hoc mendacium eſſe deprehenditur. Nā multis earum a locis nomina impoſita ſunt. Permulti tamē mulieribus honores ſunt habiti a romanis: ut his tranſeuntibus uia cederē: preſente muliere obſcœnū nihil loqui nec nudum aſpici: uel cauſā defendere apud eos qui de cæde iudices conſtituti forent: earum pueros bullā ferre: a forma ipſa & figura bullæ perſimili ita appellatam. Regibus autem non ſtatim cōmune de rebus gerendis cōſilium erat: ſed priuatī uterq; inicio prius cum centum uiris conſilio: deinde coactis ī unū cunctis: conſulta in medium referebant. Incoluit uero Tatius eam urbis partem: ubi nunc monetæ eſt templum: qua ex palacio in circū maximum itur: iuxta quem locū ſunt quos pulchræ monetæ gradus uocitant. Eodem in loco ferunt ſacram cornum fuiſſe. Addunt etiam fabulæ Romulū eo ſui experiundi gratia a Loetino lanceam corneā iaculatū eſſe: eā uero defixā altius: annitētibus multis: nunq̄ conuelli potuiſſe. Lignū quoq; nactū plantarum fertilem humū germinibus ramiſq; emiſſis in eximiæ altitudinis cornū īcreuiſſe. Is locus apud eos qui poſt Romulum ſecuti ſunt: circū parietibus ductis: ut ſāctiſſimum templum in magna religione eſt habitus: ac ſicui propius accedēti uiſum fuiſſet eam arborē minus frondeſcere & uireſcere: ſed ueluti ſubductis nutrimētis lāgueſcere

Comem apō plinſ̄ b

ac deficere: paſſim ſibi occurrẽtibus id ſtatĩ clamore ſignificabat. Cũ autẽ. C. Cæſar ut dicitur aſcenſus inſtrueret fabris propinqua arbori loca fodientibus ĩprudenter uiolatis: admodum ab illis radicibus omnino languit atq; interiit. Menſes igitur romanorũ ſabini acceperunt ſeruaueruntq;. Sed quæ ad hanc menſium rationem attinent: ĩ Numæ uita omnia explicantur. Sabinorum uero ſcutis uſus eſt Romulus: ſuamq; & romanorum armaturam ĩmutauit. Argolica. n. ãtea ſcuta ferebant: ſacrificiorum autem ac celebritatum ritus uiciſſim obibãt. Vt quæ utriuſq; gentis erant: propria haud tollerent: ſed noua alia inſuper adderent: ut ſũt quæ matronalia uocãt: compoſiti belli monumentum matronis tributa. Tum carmẽtalia carmentam quidam proprium hominum procreationis factum opinantur eſſe: ob id hæc ſacra matres agitare. Alii Euãdri arcadis matrem fatidicam: eam Phœbo dicatam fuiſſe tradunt: & carmentam q; carmine reſponſa ederet nuncupatam. Nicoſtratæ. n. propriũ ſibi nomen fuerat: hæc cõmunior de carmẽta opinio ẽ: quæ plurimos auctores hẽt: Nõnulli tamẽ nom̃ carm̃tæ ſane haud inepte interpretantur: ut ſit carmenta amens & mente carens: q; minime affla ta furere atq; inſanire ſit ſolita. De palilĩis ſuperius diximus. Sed Lupercalia expiationis gratia inſtituta uidẽtur. Celebrantur. n. ea ſacra menſe februarii atris diebus quem expiatiuum interpretari quis poſſet: eam quoq; diem februatam ueteres appellabant. Ac uidetur id ſolẽne per uetuſtũ Euandrum ex Arcadia allatum inſtituiſſe: hoc uulgatior fama tenet. Poteſt etiam nomen ipſũq; a lupa dictũ uideri. Etenim uidemus lupcos inde curſum incipere: ubi Romulũ expoſitum ferunt. Verum qui in iis ſeruatur ſacrificii mos haud facile eum cõiectura aſſequi poſſumus. Iugulant. n. capras: tum duos ex genere aduleſcentes eo ſiſtunt: quorum frontes alii cultro ſãguine perfuſo tĩgũt: alii ſtatĩ lanam lacte madentem admouentes abſtergunt. Oportet etiam abſterſos aduleſcentes ridere: deinde inciſis in corigias caprarum pellibus diſcurrunt in orbẽ: & ſi q obſtent ſcuticis cædunt. Mulieres adulta ætate ultro ſe ad uerbera offerunt: ratæ eã rẽ ad fœcunditatem conducere. Propriũ ac ſuum eius celebritatis eſt: ut luperci canẽ ĩmolent. Butas quidam de romanorum rebus geſtis fabuloſas cauſas in elegiis edidit. Tradit. n. interẽpto Amulio: Romulum cum lætitia & gratulãtione ad locũ cucurriſſe: in quo infantibus lupa mãmam ſũmiſerat: memoriãq; illius curſus hanc celebritatem referre. Currẽtes autẽ ex genere qui ĩpedimento ſunt cædere. ueluti tunc Romulus & Remus ex Alba ſtrictis enſibus decurrerant: enſem autem perfuſum ſanguine illius tẽpotis cedem ac periculum ſignificare. In memoriã quoq; nutritionis lacte expiationẽ fieri. Sed. C. Acilius tradit ante conditam urbem Romuli pecus e medio eſſe ſublatum: illos autem peractis Fauno uotis: nudos ad perueſtigandum excurriſſe: ne ſudor impediret retardaretq;. In huius rei memoriam lupercos nudos in orbẽ currere. Canẽ autẽ: Nã ſacrificiũ expiatio eſt: exiſtimare quis poſſit expiationis gratia ĩmolari. Nã & græci homines ad expiandum canes adhibere ſoliti ſunt: ac multis in locis periſcylaciſmis quæ ita uocant illi a cane utũtur. Quod ſi hæc ad lupæ gratiã nutritionemq; ac ſalutẽ recenſendam agitant: non ĩmerito canis iugulatur. Lupis. n. inimicus eſt. Ni iã me hercule plectitur animal: quod lupercos dũ currunt impediat. Dicitur etiam ignis conſecrationẽ a Romulo prius eſſe conſtitutam: cũ ſacras legiſſet uirgines: eaſq; ueſtales nũcupaſſet: quod quidã Numæ attribuunt: cæteris quoq; rebus circa deorum cultum religioneſq; ſtudioſiſſimũ diligentiſſimumq; fuiſſe. Ad hæc uaticinio peritum: cuius cauſa lituũ manu gerere. Eſt autẽ lituus inflexus baculus: quo ad inaugurandum ſedentes cæli ſpatia deſignant. Hunc quo tẽpore urbs capta eſt a celtis: cum in palatio aſſeruaretur: amiſſũ ferunt. Deinde eiectis barbaris in alto cinere intactum igni eſſe repertum: conſũptis cæteris atq; corruptis. Tulit etiam leges quaſdã: e quibus illa uehemẽs quæ uxori uirum relinquere non permittit: ſed uiro uxorem repudiare ſi in uenefico natorum aut in adulterio deprehenſa foret: aut claues ſubieciſſet. Quod ſi aliter qs repudiaſſet: eius copiarũ partem uxori dari: partem Cereri ſacram eſſe iuſſit. Qui autẽ cũ

cum uxore diuorcium faceret: eũ ſacrificare diis inferis. Illud etiã Romuli propriũ: q̃ cum nullã patricidæ pœnã definiſſet: homicidiũ omne patricidium nũcupari uoluit: q̃ hoc impium ac nefariũ: Illud autẽ īpoſſibile eſſe duceret: ac multa ſæcula uiſus eſt: recte eiuſmodi iniuriã futurã deſperaſſe. Nemo. n. ſexcentis poſt ānis Romæ tale facinus perpetrauit: ſed poſt Hānibalis bellũ Lucius Oſtius fertur primus patrẽ occidiſſe. Hæc igit̃ de his dicta ſufficiãt. Anno autẽ quarto Tatii regni: cum ꝓpīqui q̃dã eius īlaurẽtũ legatos īcidiſſẽt: cõati ſunt illis ui pecunias auferre: nõ permittẽtibus: ſed ſpugnãtibus: eos n[illegible]erunt: Igit̃ tantæ audaciæ facinore ꝓpetrato: Rõulus ſtatī deprehẽſos ī maleficio puniẽdos cenſuit: ſed Tatius miſſos fecit liberauitq;: quæ ſola inter eos mãi feſta diſcordiarũ cauſa fuit: reliquis ī rebus ſe īuicẽ colẽtes obſeruãteſq; ſũmo conſẽſu & cõcordia cõmune regnũ adminiſtrabant. Igitur cæſorum propīqui cũ ꝓpter Tatiũ omni ſpe legitimarum pœnarũ deſtituti forẽt: ipſũ lauini una cum Romulo ſacrificio intẽtum adorti oppreſſerunt: Romulũ uero ut uirum iuſtum laudatum ornatũq; Romã dimiſerunt. Ille Tatio quidẽ honorifice funus faciundũ curauit. Sepultus ẽ autẽ in Auẽtino: ſepulchri locũ harmiluſtrium uocant: cædẽ tamẽ penitus ulciſci & perſeq; neglexit. Tradunt autẽ hiſtorici quidã laurẽtum urbẽ metu perculſã: Tatii īterfectores cõ prehẽſos dedidiſſe: ſed a Romulo eſſe dimiſſos: cũ diceret cædẽ cæde pẽſadnã eſſe: quæ res ſuſpitionem pleriſque attulit: non inuito Romulo paratum fancinus eſſe: ut ſublato regni ſocio ac participe rerũ ſũmã ipſe ſolus obtineret. Horum tamen nihil turbauit ſabinos: neq; ī diſſẽſiones & diſcodias īpulit: ſed eorum partī beniuolẽtia & caritate regis: partī metu potentiæ: partī etiã ut deum ueriti: ī eadẽ admiratione & beniuolẽtia perſtiterunt: Permultæ quoq; exteræ nationes Romulũ admiratæ ſunt. Latini etiã priſci miſſis Romã legatis: cũ eo amiciciã ſocietatẽq; iunxerũt. Inde Romulus Fidenas oppidum Romæ ſane uicinum cæpit repẽtino īpetu: ut quidã perhibẽt: eo premiſſis eqtibus: iuſſiſque portarũ cardines ſuccidere: & cõtinuo ipſe præter ſpẽ adortus cæpit. Sũt alii tamen q̃ dicãt illos īiuriæ auctores fuiſſe: qui facto īpetu cũ predã abegiſſẽt: romanum agrum uſque ad ſuburbia multis cladibus affecerunt. Sed Romulus cum ītra ī ſidias profectos ꝑmultos occidiſſet: urbe potitus eſt. haud tamẽ deleuit: nec ſolo æquauit: ſed mille & quingentis colonis idibus aprilis eo deductis romanorum coloniam fecit. Ex hoc peſtis īuaſit urbem: quæ hoībus abſq; ulla ægrotatione ſubitas mortes īferret: ſterilitas quoq; agrorũ & caritas ānonæ cũ ſũma īopia cõſecuta eſt: guttæ præterea ſanguinis e cælo ceciderunt: ut ad neceſſarias moleſtias ſuperſtitio uehemẽs hõinũ mẽtes occuparet: ſed poſteaq̃ eadẽ quoq; mala laurẽtibus īciderũt: oīo uiſũ é: Tatii ac legatorum cæde uiolato iure gentiũ: utriq; ciuitati irã numinis expiãdã eſſe. Quare de dictis cædis auctoribus & ab utriſq; ſupplicio affectis: ab iis malis ſe receperũt. Romulus expiatiõibus ciuitates expurgauit: quas adhuc etiã ferentinã ad portã obſeruari tradunt: ſed ãte q̃ morbo ciuitas liberata eſſet: obſeruata occaſiõe camerini in romanos inuaſerunt: excurſionibus agrũ depopulati ſunt: rati eos calamitate oppreſſos: minus ad uī ꝓpulſandã ſufficere. Statī igitur Romulus eductis in eos expeditionibus: ac ex pugna potitus uictoria quīq; millia īteremit: captaq; eorũ urbe ex iis quos belli calamitas reliquos fecerat: dimidiatos Romã traduxit: ac duplici numero multitudinẽ Roma Camerinã hītatũ deduxit: kl. ſextilibus tanta iã uis ciuiũ Romulo ſuperabat ſedecī fere annis a condita urbe: cũ reliquis autẽ ſpoliis Camarina quadriiugũ æreum currum deportauit: quod cum ī uulcãi tẽplo ſtatuiſſet: ſui quoq; ſtatuã ex uictoria coronatam locauit. Sic romana aucta re firmataq;: uicini populi pui īferiores uiribus erãt: ī romanorũ ditionẽ ſe ſubiecerunt: ac ſecuritatẽ nacti: ſatis ſe hére opinabantur. Potentiores autẽ ī uidia ſimul ac formidine agitati: minīe ſibi rẽ cotẽnendã ducebant: ſed obuiã Romulo eundũ: tantãq; ī medio creſcentẽ molem potentiæ opprimendã. Igitur primi hetruſcorum ueii: qui amplã regionẽ hẽbant: permagnãq; incolebant urbẽ: bellũ īceperunt: repetitis fidenis: quã urbẽ ſui iuris ditioniſq; eſſe affirmabãt. Quod nõ īiquũ modo: ſed

etiã ridiculoſum erat: ut qui homines oppreſſos & belli periculis circunuentos auxilio non leuaſſent: ſed delendos hoſtibus prodidiſſent: domos tunc quæ in aliorum forent poteſtatẽ repeterent. Quare cũ eis eſſet a Romulo cõtumelioſe reſpõſũ: in duas partes deducto exercitu: altera Fidenas romanoſq; q ibi erãt ĩuadunt: Altera Romulo obuiã fiunt. qui Fidenas ierant duo millia romanorũ ſuperata ĩ prælio obtruncarũt: reliqs a Romulo fuſis octo millia deſiderata ſunt. Rurſus ad Fidenas pugnatũ ẽ: ĩ quo prælio maxima operis pars Romuli fuit: qui cũ pugnandi artẽ & audaciã oſtẽdiſſet: robore ac uelocitate pedũ humanã exceſſiſſe uim oẽs fatẽtur. Sed quod a qbuſdã dicitur admodũ fabuloſũ: atq; adeo ĩcredibile oĩo eſſe uidetur: quattuor & decẽ milibus ĩ ea pugna cæſis maiorẽ dimidia partẽ propria manu Romulũ obtruncaſſe. Cũ Meſenii in Ariſtomene iactantia uti putentur: q cũ trecẽtorum a ſe cæſorum ex lacedæmoniis uictimas ĩmolaſſe dicant. Fuſis igitur fugatiſq; hoſtibus: Romulus iis qui euaſerãt libere ꝓmiſſa fuga: ipſã urbẽ citato agmĩe petere contẽdit: illi accepta magna clade perterriti haud reſtiterunt uiribus: ſed ſupplices Romulũ adeuntes: in cẽtum ãnos cum eo fœdus amiciciãq; iunxerunt: magna agri parte multati: quã ſeptamagiũ ideſt ſeptimã partẽ uocitant. Vrbibus autẽ ac locis fluuio propĩquis romano ceſſerunt: Ex optimatibus quinquagĩta obſidibus datis. Triũphauit autẽ de his Romulus idibus octobris. Cũq; magnã captiuorũ uĩ abduxiſſet: fuit ĩ illis ueiorũ dux: qui uir prouecta iã ætate cum eſſet rẽ ĩprudẽter uiſus: ac præter ætatẽ ĩperite geſſiſſe. Quare & his tẽporibus cũ uictĩas ꝑta uictoria ĩmolãt: ſenẽ purpura ĩdutũ ꝓ forũ ĩ capitolium ducunt: bullãq; ad collũ appẽdunt: indicium atq; ĩſigne puericiæ. Præco ſardianos uenales ꝓnunciat: hetruſci. n. ſardianorũ coloni eſſe dicuntur. Veii autẽ ĩtra Hetruriæ fines cõtinẽtur. Hoc extremũ ẽ bellum a Romulo geſtum. Deinde q multis uel potius oĩbus præter paucos admodum euenire ſolitum ẽ: qui magnis ac ſubitis ſucceſſibus ſe ad potẽtiã & opes nimias extulerunt: hoc ne ipſe quidẽ effugere potuit: ſed ſecundis rebus ellatus & tumidus animis ĩſoleſcere grauius pro populari comitate & affabilitate tyrãnicos ſpiritus & minime ferendã ſupbiam & cõtumaciã ſumere. Id primum ex ipſo habitu corporis & ueſtitu apparuit. Purpura. n. ornatus ĩcedebat: & in ſede cõſpicuus ſedens dabat populo iura: iudiciaq; exercebat. Habuit autẽ lectos iuuenes ad cuſtodiã ſui corporis: iiq; quod regi quotidie preſto forẽt a celeritate miniſterii celeres nuncupati. Præcedebant alii baculis ſũmouẽtes uulgum: loris etiam accĩti: ut quos iuberet rex cõtinuo cõprehẽſos uĩ cirẽt: ex quo iis a ligando lictoribus. C. interiecto ut arbitror hodie nomẽ eſt: Antea. n. litores dicebantur: hos græci leiturgos: Leitos. n. populus ẽ: uocitant. Poſtea uero q̃ Albæ auus Numitor cõceſſit e uita: regnũq; ad eum hæreditatis iure delatum ẽ: populatẽ rationẽ ſecutus ĩ medio rẽp. poſuit: & ducẽ ſabinis quotãnis creandum ſtatuit. Docuit ẽt Romæ optimates ſine rege liberam ac ſui iuris rẽp. quærere: ut uiciſſim regerent: regerenturq;. Nõ. n. antea patres publica munera obibant: nec reip. gerendæ participes erant: ſed nomine tantũ atq; habitu ĩſignes cõſuetudĩs magis q̃ ſentẽtiæ dicẽdæ gratia ĩ curiam cogebantur: & ſilentio iubentis uerba regis audiẽtes. Hoc tantũ q priores publico conſilio ĩtereſſent: prælati multitudini diſcedebant: ad reliqua minus adhibebantur. Itaq; cũ ipſe per ſe agro ex bello parto militibus diuiſo: ueiis rẽddidiſſet obſides ĩſci is patribus & ĩuitis: uiſus eſt ei ſenatus ludibrio eſſe. Ex quo breui poſt tempore e medio rege ſublato: ſenatus præter ſpem temere ĩ ſuſpitionem & calũniam ĩcidit. Sublatus eſt autem nonis iuliis: qui tum quĩtilis erat: nec quicq̃ certum aut exploratum ſcriptoribus de ſua morte reliquit: præter tempus: ut diximus. Multa. n. eodem die etiam his temporibus ĩ eius cladis memoriam fiunt. Nec mirũ uideri debet hoc in Romulo cõtigiſſe: cum Scipione africano poſt cœnam domi ſuæ extincto: de mortis genere nullum certum aut ſatis probabile iudicium fuerit. Verum alii opinantur eum: q natura ualitudinarius foret: ſua ſpõte extinctum: alii ueneno ipſum ſibi mortẽ conſciuiſſe: q̃dam etiam aiunt eius inimicos cum noctu irrupiſſent meatus animæ obcluſiſſe. Atq

q̃ glo de la mort de romulus

Scipio mortuus palā ī oculis omnium conſpectuq; iacuit: uiſumq; eius corpus ſuſpicandi omnibus ac diiudicādi facultatē attulit. Romulo autem ſubito erepto: nec pars corporis nec ueſtitus reliquiæ ullæ repertæ: nec defuit ſuſpitio a patribus illū īpetu facto diſcerptū in æde uulcani: diſtributaq; ſingulis particula atq; ueſte obuoluta clā omnibus exportatum eſſe. Sunt ēt qui dicant neq; in uulcani æde neq; præſētibus ſolum patribus: ſed ad capræ paludē ibi dum cōcionaretur: ultra q̄ dici aut credi pōt: repente nimbo ac procella turbari miſceriq; aerē ceptum: magnas mutationes īducere: ſolē ī tenebras & caliginē cōditū eſſe: noctem nec placidā nec quietam: ſed tonitru magno flatibus ac turbine incubaſſe: quibus terreret uulgum diſſipatū ſe in fugā dare. Hic pres ī ter ſe coiſſe. Poſtea uero q̄ ſedata tempeſtas: ac lux reddita eſt: coacta rurſus ī unū multitudo ſolicita regis deſiderio ſcrutari omnia: nuſq̄ īuenire. Prohibere patres nec ſinere plæbē ī eo negocio curaq; diutius eſſe: ſed hortari omnes Romulū uenerari cultu ac religione proſequi: ut ad deos raptum: & ex rege optimo mitē ipſis deū propitiumq; futurum. His auditis exultare gaudio plæbs & ſpe bona confirmata Romulum adorare. Extit ſſe autem quoſdā: qui cum aſperius & uehementius factum īprobarent: ī iuidiā & offenſionē patres adduxerunt: uociferātes decipi ab illis plæbē: ſpe uana & ſtulta duci: eorū māu cædē eſſe cōfectam. Hic Iulius proculus uir inter patres genere uirtute auctoritate primus: fidus Romulo īprimis: & ex albanis colonis neceſſitudine & familiaritate coniunctus: procedens ī forū iuratus maximum & ſāctiſſimū iuſiurādum præſētibus cunctis inquit: Romulū ſibi dum iter faceret: e regione obuiā ſe obtuliſſe ſpecie ipſa & forma īſigni: ut ātea nunq̄ ornatū fulgētibus armis: ac ſe priorē illū ita allocutū: Qua īiuria o rex & qua mēte īpulſus nos falſis & īprobis criminibus circūuentos: urbē orphanā ī luctu & gemitu ī ſqualore & ſordibus reliquiſti? At cōtra regē reſpondiſſe: O Procule ita diis uiſū: nos e cælo demiſſos cōdita urbe īperium permaximū & gloriā habitura: rurſus in cælum reuerti: proinde bono animo ſis: ac romanis nuncia uti prudētiā & fortitudinē colant: his artibus fore: ut ampliſſimā inter homines potētiā conſequātur: Ego uobis quirinus facilis propitiuſq; ero deus. His uerbis & uiri auctoritate: & iureiurando fide adhibita: ueluti diuino quodā furore afflatis mētibus nemo cōtradicere: nemo aduerſari: Sed reiecta omni ſuſpitione & calūnia: īuocare Romulū uotis deumq; appellare. Hæc igitur ſimilia uiſa ſunt iis quæ de Ariſteo proeconeſio & Cleomede Aſtipolæenſi græci fabulātur. Ariſteū. n. tradunt in fullonaria taberna mortē oppetiſſe: poſt peregre quoſdā redeuntes: ī illū Crotonē euntem īcidiſſe. Cleomedē uero robore & magnitudine eximia fuiſſe: cūq; temerario ingenio foret & furioſo: & multa uioléter feciſſet: ad poſtremū ludum puerorū ingreſſum: apprehenſa manu colūnam quæ tectū ſuſtinebat iſtātēq; quatiētēq;: mediā fregiſſe: ac tectū deieciſſe: īterfectis ātpueris: cum quæreretur ad mortē: ī ſepulchrum magnū ſe conieciſſe: & clauſum intus adiectum deſuper operculum adeo tenuiſſe: ut ne a multis quidē ſimul ānitētibus ulla auelli poſſet. Cōſciſſa igitur arca: neq; uiuū hominē: neq; mortuum eſſe cōpertū. Quare miſſis in Delphos legatis oraculū ſciſcitatum reſpōdiſſe Pythiā: Vltimus heroum Cleomenes Aſtipaleus. dicitur ēt Alcmenæ cadauer dum effereretur e cōſpectu euanuiſſe: lapidēq; ī lectica iacentem apparuiſſe: atq; omnino his ſimilia multa ficta & cōmentitia referunt: ut mortalia ſupra uim naturāq; ſuam efferant: & anguſtiora ac diuiniora efficiant. Negare igitur ueritatē diuinitatis participē eſſe īpium ſimul atq; ingenioſum eſt: terrā uero admiſcere cælo ſtultum. Quare his omiſſis tutius eſt Pindaro aſſentiri: ut corpus omnium ībecillā cōſequitur mortē: uiuumq; ēt æternitatis ſimulacrum deſerit. Hoc. n. eſt ſolum a diis: inde. n. profectum eſt atq; illuc tendit: non cū corpore: ſed ſiq̄ lōge a corpore ſeiunctū ac ſepatum purum omnino carnis expers atq; expiatum fuerit. Ipſe. n. animus ſiccus optimus: ut Heraclitus inquit: cum ueluti e nube fulgur: ita e corpore euolat: qui autē permixtus ē corpori: eoq; oppletū: quēadmodum euaporatio quædam onuſta atque caliginoſa ægre emittitur: ægreque reuocatur.

Haud igitur cõſentaneũ bonorum ac fortium ũirorum corpora una cum animis præ
ter naturã ĩ cælum trãſmitti: ſed animos uirtute excultos exiſtimandũ eſt oĩo: nõ repu
gnate natura diuino quodã decreto ex hominibus ĩ heroas: ex heroĩbus ĩ dæmones: ex
iis uero cũ penitus ueluti in myſteriis purgati expiatiq; fuerint: depoſita mortali oĩi
ac terrena mole: nõ ciuili lege: ſed ut ueritas & ratio dictat: ĩ numerum deorum referri:
pulcherrimũ ac beatiſſimum finẽ conſecutos. Quirinum autẽ Romuli cognomẽ mar-
tium ac bellicoſum quidã ĩportare exiſtimant: quidã ex eo ductũ: q; ciues quirites ap-
pellarentur. Alii tradunt ueteres lanceã quirĩ uocare ſolitos: ac curetæ Iunonis ſigillũ ĩ
pilo ſublatum. Ad hæc lanceã in regia poſitam Martẽ uocitare: lancea quoq; donari cõ
ſueſſe illos: qui in bellis q̃ acriter ſtrenueq; pugnantes fortitudinis laudẽ meruiſſẽt: pro
inde effectum eſſe: ut Romulus ueluti martius quidã deus ac pugnax quirinus dicere-
tur. Illius igitur Phanũ in tumulo quirino ab eo nuncupato conſtitutum ẽ. Dies uero
quo conceſſit e uita: uulgi fugã ac nonas capratinaſ appellãt: q; eo deſcendẽtes ex urbe
ad capræ paludẽ ſacrificia peragant. Exeuntes autẽ ad ſacrificium multa ex patriis no-
minibus: ut Marcelli ac Cai cũ clamore ĩuocant eius diei fugam alternãq; in urbẽ reuo
cationẽ cum metu ac trepidatione referentes. Nõnulli quoq; aſſeuerãt hãc imitationẽ
nõ fugæ ſed feſtinationis ac celeritatis eſſe: idq; in eiuſmodi prĩcipium referũt. Poſtea
q̃ galli capta Roma a Camillo pulſi: fugatiq; ſunt: cũ ciuitas ea clade attritis uiribus
ægre ſe recepiſſet: multi latinorum Libio poſtumio duce in eam cum copiis ĩuaſerunt:
ſic haud procul Roma potitis caſtris: per legatum romãis ſignificauit uelle ſe utriuſq;
populi neceſſitudinẽ & ꝑpĩquitatẽ: quæ iam uetuſtate defecerat: renouare ꝑ cõnubia:
affinitateſq; rurſus permixtis generibus: q; ſi frequẽtes uirgines mulierũq; ĩnuptas ad
ſe mitterent: pacẽ illis ſecum & amicitiã fore: ut antea ex ſimili origine cum ſabinis fue
rant. His auditis romani ſimul & bellum formidabãt: & mulierũ deditionẽ nihil miti-
us captiuitate habere opinabant̃. Ambigentibus autem illis Seruaphilotis: ut alii tra
dunt: Tutola noĩe cõſuluit: ut omiſſis cæteris ad dolum confugerent: eo & bellũ & ob
ſidium quoq; dationẽ euitari poſſe. Fuit autẽ doli apparatus eiuſmodi uiros mittẽ: q̃
ſe una cum pluribus ſeruilarum forma præſtantibus ad hoſtes deducerẽt: tum Philoti
dẽ ipſam noctu ignem attollere: romanos nõ armata manu egredi: hoſtibuſq; ſõno ſe
pultis pro uolũtate uti. Hæc ita geſta addẽtibus fidẽ latinis: Philotiſque noctu ignem
ex caprifico quodam ſuſtulit circũpoſitis a tergo uelaminibus atque inuolucris: ut ſplẽ
dor ignis hoſtibus intercluſus: romanis tãtum appareret. Dato igitur ſigno trepidi exi
erunt: & ob trepidationem qua ad portas inuicem uſi ſunt: ſeipſos ſæpius adhortãtes:
cæſis repentino & ĩprouiſo ĩpetu hoſtibus: uictoriæ monumẽtum feſtum diẽ eiuſmo-
di agitant: capratiniſque nonis ex caprifico id nomen manet: conſtitutis etiã extra ur-
bem ex fici ramis tabernaculis: ſub iis epulũ mulieribus præbent: ſeruæque circũcoeun
tes ludunt: ita uerberibus ac lapidum iactu ĩuicẽ ſe afficiunt: ut eo tpr̃e pugnantibus ro
manis auxilio affuerunt. Hæc haud multi hiſtoricorum pro ueris admittunt: ſed plu-
ribus diurna nominum cõmemoratio: & ad capræ paludem ut ad mare inceſſus ad pri
orem ſẽtentiam magis ſpectare uidetur: ni iam eodem die diuerſis temporibus utraq;
clades accepta eſt. Fertur igitur Romulus quattuor & quinquaginta ãnos natus: trige
ſimooctauo ſui regni anno e uita migraſſe. Quæ igitur de Romulo & Theſeo auditu
digna & memoria accepimus: hæc a nobis expoſita ſunt. Itaq; uidetur alter eorũ ab ini
cio iudicio ſuo & cõſilio nulla coactus neceſſitate: ſed cũ liceret ſibi ĩ Trœzene regnare:
potitus regno haud obſcuro: ipſe ſuapte natura magna atq; ardua ſpectaſſe. Alter cũ
fuga ipſa ignauiæ nomẽ ac ſuppliciũ ſubiturus eſſet: quale ẽ illud Platonis timore ac
metu fortis fuiſſe: extremaq; pati r̃formidãs ad magnas res gerẽdas ĩuitus coactuſque
acceſſiſſe. Deĩde huius opus unius albæ tyrãni cædes maximũ memoratur. Illius autẽ
Scironiſiris Procruſtes Corynætus præludia quædã dũ ad maiora ſe cõpararet: fuerũt:
quibus oppreſſis magnis tyrãnis græciã liberauit: priuſq̃ eſſet illis qui ab eo ſeruarẽtur

cognitus:atq; huic declinatis latronum insidiis maritima transuectio tuta patebat. At Romulus uitio Amulio incolumis esse nō poterat:cui id permaximo argumēto est q; Theseus nulla prouocatus iniuria pro aliorum salute improbis bellum indixerit. Illi autē quoad ipsi nihil a tyrāno mali perpessi sūt:īiurias omnium cōtēpserunt. Quod si magnū uidet' sabīo prælio uulnus accepisse:oppressisseq; Acronē: pmultosq; hostes bello domuisse:cū his operibus possumus cētaurorū pugnā & aduersus amazōes Thesei gesta cōferre. Quod uero Theseus circa creticum tributū ēausus: cū siue beluæ alicui æscā siue uictimā Androgei sepulchro:siue quod ē leuius ex his quæ prodita sunt: ad seruiendum apud homines cōtumeliosos atq; īmites:fœdā seruitutē ignominiosā q; subiturus:spōte se offerēs:cū uirginibus & pueris nauigationē suscepit. Quātæ fortitudīs & magnitudīs animi aut iustitiæ aut splēdoris & gloriæ cupiditatis aut uirtutis sit opus:nullo modo uerbis explicar̄ qs posset:ut mihi nō male difinisse philosophi uideātur:qui dixerūt amorē ministeriū esse deorū ad curā & ad cōseruationē iuuenū hominibus exhibitum. Nā Ariadnæ amor nihil aliud q̄ dei opus:atq; inuētū salutis uiri gratia fuisse uidetur:nec amantē mulierē culpare:sed magis admirari debemus:siqdē nō omnes uiri & mulieres eo pacto animāti fuerīt:sin autē hoc illi tantūmodo cōtigit: iure ego illā:quæ miti proboq; ingenio:& quæ bonis fortibusque uiris affecta fuerit: a deo amari dignā fuisse dixerim. Cū uero uterq; natura ciuilis extitisset:neuter eorum regium administrandi morē seruauit:sed eo omisso:alter populatē tyrānicū:alter īducentes:ambo contrarias rationes secuti:in eandē fraudē deciderūt. Oportet.n. oēs qui ī regno constituti sūt:primū omniū regnum ipsū conseruare. seruatur autē nihilominus:si in eo nihil fiat:quod minus cōueniat:q̄ si cōuenientia cuncta agantur. Qui uero aut remittat aliquid:aut ītēdat: Is de regis ac principis maiestate decedēs:& aut multitudini seruiēs:aut sibi uendicans dominatū:id agit:ut aut cōtēnatur a suis: aut in eorum odium & offensionē incurrat. Attamen uidetur illud ex benignitate & humanitate:hoc ex cupiditate insolētiaq; profectum. Quod si nō aduersa omnino fortunæ ascribenda sunt:sed ex moribus ac pturbationibus notanda: Impetu quidē animi & fauor̄ ac ira subito concitata:quæ ille in fratrem:hic in filium amisit:nemo excusare conetur sed principium ad iram impellens:eum magis a culpa uendicat:qui maiori causa uelut uulnere grauiore accepto a uirtute desciuerit. Romulo.n.cum de rep.ageretur: & cū fratre in certamen contentionemq; uenisset:nemo tali in re hanc illi subito mētem & cogitationem incidisse arbitraretur. At Theseum quæ pauci omnino mortales effugere:amor suspicio:calūnia muliebris in filium concitarūt. Quod autem maius est: Romuli furor in rem atq; opus erupit:non mitē exitum habiturum. Thesei uero iram usq; ad uerbum imprecationem:senilemq; execrationem processit. Cæterum apparet adulescentem usum esse fortuna. Quare in hoc quiuis Theseo suffragetur. Sed ī Romulo illud maximum fuit tenuissima ad res gerendas prīcipia habuisse. Serui.n.ac subulcorum filii habiti:priusq̄ ipsi libertate donati forent:omnes fere latinos in libertatem uendicarunt:uno eodemq; tempore plura nomina pulcherrima cōsecuti: oppressores hostium:coniunctorum uendices:reges gentium:conditores urbium:non instauratores ut Theseus:qui ex multis in unum coactis unam composuit ciuitatem pluribus euersis:quæ regum priscorumq; heroum nomina referebant. Romulus hæc postmodū in hostes effecit:quos coegit:euersis deletisq; propriis urbibus ad uictores concedere: Sed ab initio non conditam ante ciuitatem īmutauit neq; exausit: sed cum nullā haberet:& ipse ab integro noua exædificata:simul agrum sibi patriam: regnū:genus:cōnubia necessitudinesq; parasset:neq; excidit ullam:neq; euertit:erga extorres autem ac sede carentes beneficus extitit:quos uolentes ī populum & ciues accepit: Latrones & maleficos non interemit. At nationes bello subdidit: ciuitates ī ditionē redegit:de regibus & ducibus triumphauit. Remi autem cædes haud certum auctorem habet: Plurimiq; crimen in alios transferunt:matrem uero ex manifesta clade exitioq; seruauit: auum

quoq; turpiter ignominioseq; seruiētē ī Aeneæ sedē restituit. cūq; illū spōte multis beneficiis affecisset: ne iuite quidem læsit. Thesei uero de uelo mādati obliuionē & negligentiam uix arbitror longiori defensione etiam apud dissolutos iudices patricidii culpam deprecari posse. Quod sentiens uir quidam Atticus: q̄ magnum aggredi uolentibus defensionis munus incumberet: fingit Aegeum aduentante naue: cum festine spectandi gratia ad arcem curreret: prolapsum cecidisse: ut qui stipatorum ope destitutus foret: aut cui ad mare properanti nullus seruorum comitatus adesset. Quod autem ad fœminarum raptum spectat: Thesei facto honesta defensio defuit: ac primum quod deliquit in eo genere sæpius. Rapuit enim Ariadnam: Antiopem: Trœzeniamq; Anaxagonam: & post omnes natu iam grandior nondum adultam Helenam: sed infantem nec ætate nubilem: cum ipse iam legitimi cōnubii tempus superasset: deinde q̄ causa in hoc fœdior rapiēdi fuit. Non enim trœzeniorū laconum amazonū filiæ ī procreādis filiis dignæ erant: quæ Athenis erechthidibus cecropidibusq; præferentur. Verum hæc ita gesta suspitionem præse ferunt contumeliæ ac uoluptatis gratia esse suscepta. Sed Romulus octingentis aut non multo paucioribus raptis sabinis: non omnes: sed unam tantum ut aiunt Hersiliam habuit: alias iis qui inter ciues uirtute excellerēt: distribuit. Deinde honore indulgentia liberalitate quibus imposterum mulieres habitæ sunt: uim illam atq; iniuriam opus pulcherrimum maximeq; ciuile: ad eam quæ consecuta est: cōmunionem ac societatem conficiendam fuisse declarauit: sic utrāq; gētem in unum compulit: inuicemq; admiscuit: rebusq; futuræ beniuolentiæ ac potentiæ fontem atq; originem præbuit. Pudoris autem & amiciciæ quam in nuptiis statuit: tempus est testis. Ducentos enim & triginta perpetuo deinde annos: neq; uir ausus est ab uxoris: neq; a uiri uxor societate discedere: Sed ut apud græcos homines rerum cognitione maxime doctrinaq; præstantes: patricidam primum ac matricidam proferre possunt: sic apud romanos omnis peruagatum est: Seruilium spurium primum fuisse: qui cum uxore infœcunditatis gratia diuortium fecerit. Huic autem rei cum longitudine temporis res atque opera testimonio sunt. Nam & regnum utriusque gentis regibus & resp. generibus ambobus ex eo cōnubio in medium posita est. Ex Thesei autem nuptiis nulla amicicia cum aliquo: nec societas athenienſibus comparata est: sed odia: bella: ciuium cædes consecutæ sūt: atq; ad postremū amissis aphidnis miseri cordia hostium supplices deosq; implorantes quæ ob Alexandrū troiani pertulerunt: uix a se tandem deprecati sunt. Mater autem Thesei non periculum tātum subiit: sed relicta etiam ac prodita filio: eadem omnia quæ Hecuba pertulit: nisi iam quæ de eius captiuitate feruntur: ficta & commentitia sunt. Quod si hoc mendacium est: oportet & aliorum plurima uana existimare. Ad hæc quæ de numinis diuinitate memorant: p multum inter se differunt. Nam Romulus admodum propitiis diis atque auspicibus seruatus est. Oraculum uero Aegeo datum: ut in peregrina terra concubitu abstineret: declarare uidetur: Theseum præter uoluntatem deorum esse procreatum.

FINIS.



LYCVRGI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

DE LYCVRGO LEGVM LATORE NIHIL VT ita dixerim certi narrare licet: cuius quidem & genus & peregrinatio et obitus: atq; apud omnes ipſius ī ferendis legibus conſtituendaq; rep. ſtudium uarias hiſtorias ſortitum eſt. At ne tempora quidē cōſtāt: quibus uir ille fuerit. Alii nāq; Hiphiti temporibus claruiſſe: feriaſq; olympiacas una ſecum confeciſſe tradūt. Quorum eſt & Ariſtoteles philoſophus: cōiecturam trahens ex eo diſco: quo in olympiacis ludis utebant. In illo enim Lycurgi nomen inciſū cōſeruatur. Alii uero ex illorum ſucceſſiōibus: q Spartæ regnarunt: tempus ſupputantes: ueluti Eratoſthenes atq; Apollodorus nō paucis annis antiquiorem prima olympiade Lycurgū oſtendunt. Timæus autem ſentire uidetur duos apud ſpartiatas Lycurgos extitiſſe haud eodem tēpore. Eorumq; utriuſq; res geſtas ob gloriam in alterum referri: & uetuſtiorem quidem nō porro Homeri tēporibus fuiſſe. Quidam etiam Homerum illum uidiſſe ferunt. Xenophon quoq; uidetur ātiquitatem uiri illius aſſerere: in quibus Lycurgum heraclidarum temporibus fuiſſe commemorat. Nam genere quidem nouiſſimos etiam Spartæ regnantiū heraclidas fuiſſe perſpicuum eſt. Hic autem uidetur illos nominare heraclidas uoluiſſe: q primi ſimulq; proximi Herculi extiterunt. Verūtamen q̄q̄ tanto in errore uerſetur hiſtoria: enitemur eos ſequentes: uel qui probatiſſimis argumentis uel teſtibus celeberrimis utuntur: quæ de hoc uiro perſcripta ſunt in medium referre. Cum & Simonides poeta nō Eunomi: ſed Pritanidis filium Lycurgum dicit: atq; Lycurgum & Eunomū plurimi fere non hac generis origine perhibent: ſed ex Procle & Ariſtodemo inquiunt Soum natum: ex Soo æurytionem: ex quo Pritanin: ex hoc autem Eunomum. Ex Eunomo uero Polydectem ex priore uxore: Lycurgum autem iuniorem ex Dionaſſa. Vt uero Eutichidas tradidit: eum quidem ſextum a Procle: ab Hercule autem undecimū. Ex maioribus autem eius Sous maxime illuſtris fuit: quo imperante Elotes Spartiatæ in ſeruitutē egere: & agri nonnihil ab Arcadibus abſcidentes ſibi aduendicarunt. Fertᵉ autem Soum nuper difficili aridoq; loco a Clitoriis obſeſſum: in ea uēiſſe fœdera: ut partam bello terram eis relinqueret: ſiquidem ipſi atq; ſui omnes ex proximo fonte biberent. Firmatis autem iureiurando fœderibus congregatiſq; ſuis omnibus: illi qui non biberet: regnum ſe traditurum pollicitum eſſe. Continente uero ſe nemine: ſed cunctis potius bibentibus Soum ipſum poſt omnes deſcendiſſe: & hoſtibus adhuc præſentibus: cum ſeſe aqua aſperſiſſet: abſceſſiſſe locumq; tenuiſſe: perinde atq; non omnes bibiſſent. Sed tam & ſi has ob res Soum admirentur: non ob hoc tamen: ſed ab eius filio familiam Eurytiotidas cognominarunt. Videtur enim primus Eurytion nimirum regiæ poteſtatis faſtum remiſiſſe: beneficiis alliciens populum: multitudiniq; gratificans. Ex huiuſmodi uero remiſſione populo ad audaciam iritato poſteris autē regibus tum multitudini exoſis: tum uel ad gratiam uel propter infirmitatem diſſimulando perferentibus: Sparta diutius leges atq; ordinem deſiderauit. Qua tēpeſtate & Lycurgi patrem imperitantem diem obire contigit. Dirimens enim quādam tumultuantium pugnam popinario cultro ictus occubuit: Polydecti filio qui erat natu grādior relicto imperio. Quo quidem & ipſo mortuo non multopoſt ī regnum ſuccedere Lycurgum oportebat: ueluti omnes opinabantur. Atq; priuſq̄ manifeſtum foret fratris uxorem prægnantem eſſe: regnabat: ſed poſtea q̄celerrime hac de re certior factus eſt: regnum declarauit pueri eſſe: ſiquidem mas foret: principatum uero ipſe tāq̄

tutor gubernabat: pupillorum autē regum tutores Lacedæmonii prodicos nominant. Sed ut mulier clanculum eum accerſere: uerbaq; de perdendo puero : quo illi Spartæ imperanti nuberet facere . Eius quidem ingeniū Lycurgus exoſus ac deteſtatus eſt. ad ea uero quæ dicebantur : contradixit nihil : quin laudare & admittere ſimulans : non oportet inquit per abortiuum partum atq; medicamentum ipſa ſibi corporis detrimē tum afferat: pericliteturq; : ſibi enim curæ fore: ut continuo quod naſceretur: e medio tollatur. Hoc igitur pacto ad tempus uſq; pariundi deducens mulierem: ubi illam parientem ſenſit: miſit qui parturienti aſſiderent: eamq; aſſeruarēt. His autem imperat: ſi fœmina naſceretur : eam mulieribus traderent. Si mas eum ad ſe deferrēt: quicquid rerum tunc ipſe gereret. Accidit autem : ut mulier ipſo cum principibus cœnāte: marē pareret. At miniſtri aderant: qui ad eum infantem deportarunt. Quem ille ſuſcipiens traditur dixiſſe ad diſcumbentes : Rex natus eſt nobis o Spartiatæ: ac deīde cum regio ſolio reclinauiſſet: Charilaum nominauiſſe : quoniam qui aderant hilares ōes eſſent: admirantes illi quidem tum eius animi magnitudinem tum iuſtitiam. Regnauit autē totos menſes octo. Cæterum erat ſpectatiſſimus apud ciues: plureſq; fuere: qui ſibi ob uirtutem auſcultarent: & alacres imperata exequerentur: q̄ qui ut regis curatori poteſtatemq; regiam habenti obtemperarent . Erat & quædam aduerſus eum inuidia : ac nonnulli quoniam iuuenis in incrementis eſſet: in eum inſidias moliebantur: præſertī cognati & familiares matris ipſius regis : quæ contumelia affecta uidebatur : cuiuſq; frater Leonidas ubi audacius aliquando atq; petulantius in Lycurgū maledixiſſet: ſub didit ſe plane ac certo ſcire ipſum regnaturum: ſuſpicionem is præbens: ac Lycurgum calumnia præoccupans: ut inſidiis uſum ſiquid regem pati contigerit. Huiuſcemodi autem uerba quædam etiam a muliere efferebantur: quæ grauiter Lycurgus & permoleſte ferens: ueritusq; occulta conſilia: ſtatuit peregrinatione euitare ſuſpicionem : uagariq;: quoad nepos per ætatem ad ſucceſſionem regni prolem cōſequeretur . Itaq; ſic ſoluens primum in Cretam uenit: ubi reſp. regionis diſcens: congreſſuſq; uiris primariis gloria partim & legibus ꝓbauit: accæpitq; domū q̄ſi trāſlaturus atq; uſurus: partī etiam contempſit. Præterea uirum unum: qui ſapiens illic ciuiliſq; habebatur: gratia & amicitia perſuaſum Thaletam nomine Spartam miſit : qui poeta uerſuum lyricorum exiſtimatus: occaſione quidem & prætextu hanc illic artem exerceret: re uero quæ optimi legum latores ſolent: ea ipſe perficeret. Illius enim odæ: quædam erant orationes: quæ modis ſimul & numeris multum decoris grauitatiſq; habentibus ad obtemperandum : concordiaq; utendum reuocarent . Iis autem auditorum ingenia ſenſim demulcebantur: & a maliuolentia quæ tūc illis inuicem inerat: rerum honeſtarum ſtudio abſueſcebant. Quāobrem omnes ille quodāmodo honeſtiſſimis Lycurgi īſtitutis præparauit . Ex Creta autem Lycurgus in Aſiam nauigauit: uolens ut fertur: Cretenſi uictui abiecto quidem illi & ſeuero ſūptus ionicos ac delicias : quēadmodum medici ſanis corporibus ſub ægra & morboſa ſolent: & cōputare: & ita uiuendi atq; reꝛpublicaꝛ differentiā decernere. Quo quidē in loco cū Homeri poemata primū legiſſet: quæ apud Creophili filios ſeruabantur : et in iis eſſet intuitus ciuile inſtitutū ac eruditionē admixtā: non minore ſectandam ſtudio: q̄ aurū uoluptates ītēperantiāq; libidinis: ea quæq; libenter ſcripſit & congregauit: ut ī patriā deuecturus. Erat enim iam pertenuis fama quædā uerſuū apud græcos. Quaſdam poeſeos partes ſparſim: ut acciderat: diuulgare conſecuti fuerant haud multi . Eā Lycurgus uel primus illuſtrē fecit. Aegyptii uero etiam ad ſe ueniſſe Lycurgum putant: & ab aliis nationibus pugnādi diſcrimē maxīe admiratū: id ad Spartiatas trāſtuliſſe: diuiſiſq; fabris & uulgaribus opificibus urbanā ueriſſime ciuitatē mundāq; reddidiſſe. Quæ ab ægyptiis dicuntur: hæc eadē & græcorum aliqui: & ipſi rerū geſtaꝛ ſcriptores teſtantur . Quod autem Lycurgus Libyam Hiberiāq; petierit: & Indiam peragrans Gymnoſophiſtis congreſſus ſit: præter Ariſtocratē ſpartiatā Hipparchi filiū neminē dixiſſe cognoſcimus . At Lacedæmonii

abſẽtem Lycurgum deſiderabant: accerſebantq; ſæpenumero: quaſi reges nomen dignitatemq; duntaxat: aliud uero quo multitudini præſtarent: nihil haberent: at ī Lycurgo imperatorium quoddam eſſet ingenium: & uis quæ homines alliceret: & præſtãtiores redderet. Verum neq; regibus illius uiri præſentia minus deſiderabatur: quin ſperabant eo præſente multitudinem minus ſeſe ad iniuriam & contumeliã latũ ire. Cum ergo Lycurgus ad hoſce ita affectos reuertiſſet: illico agreſſus eſt præſentem mouere ſtatum: rempublicamq; mutare: tanq̃ nullum neq; opus neq; uſus legũ ſingularũ eſſet: niſi quis ueluti corpori ægro & morbis omnifariam pleno inhærentẽ ualitudinis temperiem reſoluens: ac deiiciens medicamentis purgationibuſq;: alterũ nouũ uiuẽdi ordinem aggrediatur. Cum hoc igitur ſecum cogitaſſet: primũ omnium Delphos petiit: & accepta ſorte: actiſq; ſacrificiis redit: celebratum illum oraculum ſecum referẽs: quo & dilectus Diis: & Deus ipſe potiuſq̃ homo a Pythia appellatus eſt. Præclarã enĩ legum inſtitutionem efflagitanti: inquit tandem Deum & dare illam & annuere: quæ longe aliarum rerumpublicarum optima foret. Itaq; his elatus optimates accerſiuit: ac ſimul rem aggredi hortatus eſt clanculum amicos antea allocutus. Deinde ſic paulatim cum plures tentaſſet: & ad rem ipſam conſtituiſſet: ubi aduenit tempus: triginta principes iuſſit q̃primum illuxiſſet ī forum armati ꝓcederent: cum ſtuporis gratia: tum et terroris ſiqui aduerſarentur: quorum uiginti illuſtriores Hermippus ſpicue ſcripſit. Qui uero Lycurgi facinoris unus omnium particeps fuerit: & ſibi in ferendis legibus ſocium Arthemiadam nominant. Orto autem tumultu: Charilaus rex metu perculſus ueluti aduerſum ſe totum negocium inſurgeret: in ærarii domum defugit. Deinde ſuaſionibus accæptiſq; iuramentis prodiit: & quæ gerebantur particeps fuit. Quippe qui uſq; adeo miti eſſet leniq; ingenio: ut cum aliquando ſecum una regnaret Archeſilaus: dixerit aduerſus eos qui aduleſcentem laudibus efferebant: Quo pacto Charilaus uir bonus non fuerit: qui ne etiam improbis moleſtus eſt? Cum multa uero Lycurgus innouaſſet: primum fuit & maximum ſenioꝝ conſtitutio: quam ait Plato tumeſcenti regum imperio admixtam: & ad maximas res adipiſcendas ſalutem ſimul & continentiam æqualem poteſtatem aſſecutam. Suſpenſa enĩ reſpublica & declinãs nunc ad reges in tyrannidem nunc ad plebem in democratiam: cum ſicuti munimen ſeniorum principatum in medio ſtatuiſſet: ac neutram eſſet in partem pronior: tutiſſimum ordinem & ſtatum habuit. Sẽper enim octo & uiginti ſeniores illis tũ regibus aſſiſtebant: ut populari principatu repugnaretur: tum uero ne tyrannus fieret: rurſũ populi iuribus fauebant. Tot autem eos ſeniores fuiſſe refert Ariſtoteles. Eorum enĩ qui primi. xxx. cum Lycurgo extitiſſẽt: duo id negocii præ metu reliquerunt. Sphærus autem ait ab initio tot fuiſſe conſilii participes. Quiddam etiam eſſe poſſet: quod ipſe numerus per ſeptenarium quater multiplicatum abſoluitur. Et quod ſuis partibus æqualis poſt ſenarium perfectus eſt. At mihi uidetur tot maxime ſeniores cõſtituiſſe: ut omnes. xxx. eſſent: octo autem & uiginti regibus duos iis eſſe additos. Sic igit̃ circa hunc principatũ Lycurgus ſtuduit: ut ea de re uaticiniũ e delphis reportarit quod rhetrum uocant. i. huiuſcemodi

In hiſce omnibus: Phylas Philaxæ & Obas Obaxæ multitudis in partes diuiſionem diſtributionemq; ſignificat: quarum alias Phylas: alias Obas appellauit: archagetæ uero reges dicuntur. Appellazein autem eſt concionari. Nã publice inſtitutionis principium ac cauſam in Pythiũ oraculũ rettulit. Sed Babycam & Cnationem nunc Oenũtem uocant. At Ariſtoteles Cnationem fluuium: Babycã uero partem aſſerit. Inter hos autem conciones agebant: cum neq; atria eſſent: neq; alius ullus apparatus. Quare & hæc exiſtimabat ad bene conſulendum accedere: quin potius ea obeſſe: quæ nugaces & molles redderẽt inani elatione mentes coeũtium: quãdoqdem ad ſtatuas & picturas aut theatroꝝ proſcænia: aut curiarum tecta curioſius elaborata ipſi concionãtes aſpiciũt. Ex reliqua uero coacta multitudine ſententiã dicere nemini

permittebatur . Quam autem ſeniores regeſq; tuliſſent : decernendi populus ius habebat. Poſtero tamen tempore multis remouendo addendoq; peruertentibus uiolantibuſq; ſententias: Polydorus & Theopompus reges hæc rhetræ aſcripſere. Quæ autē populus praue rogauerit: ab his ſeniores & archagetas ſegreges eſſe: hoc ē nō roborare: ſed omnino & diſcedere: & populum dimittere: tanq̄ ſententiam in deterius & uertētē & commutātē . Suaſerāt ipſi ciuitati ſic eſſe faciūdum: quaſi hæc deo imperāte: ueluti ferme hiſce Triteus meminit : Pythius affatus quos ē: oracula phœbi Diſcite ueridici ſanaq; uerba dei: Conſilii imperium reges ſeruare ſuperbos : Sparta quibus cura eſt: urbs capienda probis Grandeuoſq; ſenes & qui reſpondeat almis Hinc reliquū rhetris recta ſimul populum. Quāq̄ hoc pacto inſtitutionē ciuilem Lycurgus miſcuiſſet: tamen qui poſt eū ſecuti ſūt: cū effrænem adhuc & ualidam Oligarchiā (ea uero eſt in qua pauci dominantur) ferocem ac feruidam uiderent: ut ait Plato: quaſi frænū iiiciūt ei Ephororum poteſtatem: annis maxime a Lycurgo centum & triginta primum elato Ephoro conſtituto Theopōpo regnante: quē aiunt cū ab uxore ſibi probo obiiceretur: q̄ eſſet humilius regnum filiis traditurus : q̄ ipſe accæpiſſet: eo igitur maius reſpondiſſe quo diuturnius. Enimuero cum inſolentiam regum cum inuidia ſimul depoſuiſſet: periculum quoq; euitauit. Quo factum eſt: ne ea paterētur: quæ Meſenii Argiuiq; aduerſus reges ſuos: q nihil ex regia poteſtate ad populārē manſuetudinē : neq; cedere neq; deponere uoluiſſent: factitarūt. Et id maxīe Lycurgi ſapientiam prouidentiamq; perſpicuam ac māifeſtam reddidit : quod ad Meſſeniorum atq; Argiuorum: qui & cognati & uicini populi regeſq; exiſterent: ſeditiones & rerump. erumnas oculos cōuerterent. Ii ubi nanq; ab initio paria conſecuti eſſent : & in ſorte anteire illos uiderentur: haud ad multum temporis ſecundis rebus uſi ſunt : ſed regum iniuria potiuſq̄ q̄ turbæ obedirent præſentes ſtatus perturbantes: demonſtrarunt eum diuino profecto ſpartiatis ſucceſſui fortunæq; extitiſſe: qui remp. apud ipſos aptarit atq; temperarit. Sed de his poſtea. Secundum uero Lycurgi inſtitutum ac generoſiſſimum eſt: agri diuiſio. Nam cum inæqualitas nimia & grauis eſſet : plurimiq; inopes & egeni urbem perturbarent: diuitiæ autem in paucos prorſus cōfluxiſſent : & contumeliam & iuidiā & malignitatem & delicias: & qui hiſce quoq; antiquiores maioreſq; reipu. morbi ſūt: diuitias ac pauperiem eiecturus: perſuaſit ut ſolum omne ī medio poſitum a prīcipio diuiderent: et æquali ſortitione pariq; ſubſtantia inuicem omnes uiuerent: priuatum uero uirtute arriperent: quaſi nihil præſtaret alter alteri ſuperiorue eſſet: niſi quātum rerum turpium uituperatio & honeſtarum laus determinaret . Volens autem ſimul ac dixerat facere: diſtribuit reliquam quidem Laconicam uerſus municipia ad ſortes .xxx. milia: quæ uero ad oppidum Spartæ ipſi adiaceret ad nouem milia. Tot .n. Spartiatarum ſortes extiterunt. Aliqui autem dicunt Lycurgum ſexmilia diſtribuiſſe : ſed triamilia poſtea Polydorum addidiſſe. Alii uero ex nouem milibus dimidium Polydoro & dimidium Lycurgo aſcribunt. Sors autem cuiuſlibet tāta fuit: ut redditum ferret uiro quidem frumenti. lxx. medimnos : fœminæ uero .xii. & ex liquidis itē fructibus pro ratione copiam redderet. Nam tantum alimenti abūde is fore arbitratus ē: quod & ad bonam corporis ualitudinem & habitudinem ſatis eſſet: alia uero re nulla indigerent. Narratur autem eum poſteriori tempore cum ex peregrinatione per regionē ipſā nuperrime demeſſā iter aliquando faciēs: uideret aceruos ſimiles & æquales: ſurriſiſſe dixiſſeq; ad aſtantes: q̄ omnis Laconica multorum fratrum uidetur eſſe: qui eā modo diuiſerint. Aggreſſus & res mobiles diuidere: quo inæqualitatem omnem & excellētiā tolleret: quoniam intuebatur eos inique ferre manifeſtam ablationem: alia uſus uia e medio ſuſtulit hanc plus habēdi cupiditatē. Nam ubi primū nūmū omnē aureum & argēteū irritū reddidiſſet: ferreū ſolū utēdū imperauit. Fecitq; ut ex uaſto pondere & magnitudine ualeret parū: ita ut .x. minarum inſtar: & magno domi penu indigeret: iumētiſq; ad agendum . Hoc autem fuſo plurima iniuriarum genera & Lacedæmone

ſunt eiecta. Quis enim aut furari uoluiſſet aut corrumpere muneribus: aut alium priuare aut rapere: quod neq; occultare poterat: neq; cum uoluntate poſſidere : neq; etiã utiliter incidere. Aceto enim (ut fertur) igniti ferri aciem extĩguens : abſtulit ad alias res & uſum & uim: quoniam ĩfirmum & inutile redderetur. Poſt hoc autem eas artes quæ inutiles ſuperuacaneæq; eſſent: ex urbe deiecit. Veruntamen deiiciente etiam nemine: plurimæ cum publico nummo excidiſſent: cum res non haberentur in precio. Ferreus enim nummus græcis aliis communis nõ erat: neq; precium habebat: quippe qui ridiculo eſſet. Itaq; ex peregrinis & precioſis mercibus nihil eo licebat emi. Neq; onus aliquod negociatores in portus inuehebant. Neq; rhetor in Laconicam ad docendũ ibat: neq; mẽdicus uates: neq; ſcortorum enutritor: neq; qui aurea neq; qui argentea ornamenta laboraret: uti nummus illic non eſſet: ſed ſic paulatim deſertæ ab iis a quibus excitarentur alerenturq; deliciæ: ultro defecere: neq; his qui multa adepti eſſent: plus quicq̃ commodi aderat: cum opibus locus in publico non eſſet: ſed domi occluſæ ocioſæq; tenerentur . Quãobrem expedita neceſſariaq; uaſa hæc lectuli & ſellæ & menſæ apud eos optima fiebant . Coctonq; laconicus militiæ (ut ait Critias) maxime probabatur. Nam quas aquas bibere cogebantur: uiſuſq; abhorrebat: illius poculi colore occultabantur : et cum turbidæ intus colliderentur : ad oraſque ſubſiderent: puriores ori admouebãtur. Horum uero auctor fuerat legumlator. Nam cum inutilium rerum artifices expulſi eſſent: in neceſſariis ipſis decorem artis oſtendebant. Præterea cũ magis animo uolutaſſet & aduerſus delicias bellum aggredi & diuitiarum deſideriũ auferre: inſtitutum tertium pulcherrimumq; induxit: conuiuiorum apparatum : quo ſimul cœnatum conuenientes ad cõmunia & ordinata obſonia ac cibos nequaq̃ domi diſcũberent: aut ſuper ſtrata precioſa menſaſq; magnifice inſtructas: inter opificum & coquorum manus ſub noctem ueluti uoraces animantes impingueſcerent: atq; una corpora moreſq; corrumperent: ad omnem libidinem ſatiemq; reſoluti. Ac per id & multo ſomno & calidis balneis prolixaq; quiete & quodammodo langore quotidiano in digerent. Permagna igitur ea res fuit: ſed longe maior : q; communi illo cœnandi inſtituto & facilitate uictus id effecerit: ut neq; furto petendæ diuitiæ: neq; potius (ut ait Theophraſtus) honori habendæ: neq; diuites haberẽtur. Nam neq; uſus neq; fructus neq; facies omnino aut oſtẽtatio fuerat magni apparatus: cum una cum paupere opulẽtus ad cœnam iret. Itaq; celebratũ illud emanauit: In una omiũ quæ ſub ſole ſunt urbium ſparta ſeruari diuitiarum deum & cæcum & iacentem: ut picturã inanimatã ac immobilem: neq; enim antea cœnatos domi ad conuiuia uentre pleno licebat ire. Sed diligenter reliqui eum aſſeruantes: qui nimis ſecum aut biberet aut ederet: obiurgabant tanq̃ intemperantem communemq; ad uictum laceſſẽtem . Quare uel ob hoc maxime inſtitutum locupletes dicitur aduerſus Lycurgum exarſiſſe: & in eum uniuerſos clamoribus ac tumultu inſurrexiſſe. Demum uero pulſatus a multis e foro curſu elabitur: & alios ante omnes in templum defugit . Sed unus quidam aduleſcens alias non ignauus: uerum & acer & feruidus Alcander inſtans ac perſequens eius oculũ : cũ retro uerteretur: baculo feriens eruit. At Lycurgus nil remiſſior eo dolore redditus eſt: quin aduerſa fronte ſeſe conſtituens faciem ciuibus cruentam erutumque oculum oſtendit. Pudore maximo & mœrore intuentes affecti ſunt: adeo ut ei Alcandrum traderent: & ad ſuam uſque domum Lycurgum ipſum ſimul indignantes deducerent. Lycurgus autem illos quidem laudatos dimiſit. Alcandrum uero ubi domum ĩtroduxiſſet: mali ei nihil neque fecit neque dixit: ſed dimiſſis conſuetis miniſtris: qui ſibi famulabãtur : illum miniſtrare iuſſit. Hic autem qui nequaq̃ eſſet obtuſus: ſilentio imperata exequebatur: ſimulque Lycurgo aſſiſtens ac ſimul uiuens in perſpicienda manſuetudine & eius animi effectu & uitæ ſeueritate & in perferendis laboribus cõſtantia: et ipſe mirifico ĩ eũ uiq; amore eſt redditus : et ad familiares amicoſq; dicebat: Lycurgum neque durum neque elatum eſſe : ſed ſolum manſuetum atq; aduerſus

alios mitem. Sic igitur ille cruciatus est: & huiusmodi pœnam subiit: ut ex improbo et temerario iuuene in uirum exactissimum continentissimumq; euaderet. In huius aũt erũnæ monumẽtũ Mineruæ phanũ Lycurgus statuit: quã optiletin appellauit. Nam oculi apud illius regionis doricos optili uocantur. Aliqui tamen quorum est Diascorides: qui laconicam remp. conscripsit: Lycurgũ oculũ percussũ asserunt: non autem luscũ factũ: ac phanum ipsũ Deæ statuisse in ferendas recuperatæ ualitudinis gratias. Baculum tamen ferre Spartiatæ in concioibus post eam calamitatẽ destitere. Cõuiuia uero Cretenses andria a uiris: lacedæmonii phiditia appellant: siue q̃ philias id est amicitiæ & humanitatis ea sint. d. pro. l. accipientes: siue q̃ ad tenuitatem & pheidonem: hoc est parsimoniam consuescerent. Nihil autem prohibet etiam primam ex trinsecus e uocalem adiicere: ut aliqui dicunt edicia a dieta: quæ uictum significat: nomen trahere: conueniebant autem quidem ac parum hisce uel pauciores uel plures. Ferebant singuli farinæ medimnum singulis cõuiuiorum mensis: uini choas octo: casei quinq; minas: ficuum quinq; semis minas: præterea obsonii gratia perparũ quiddam nummi. alias uero cum aliquis sacrificasset primitias: ac uẽatus esset: partẽ in cõuiuiũ mittebat. Licebat nanq; domi cœnare: quando uel sacrificiis quisquis esset uel uenatione retardatus: uerum alios adesse oportebat: ac maiorem in modum ea conuiuia diligenter obseruabant. Itaq; Agis rex: cum debellatis Athenienſibus ab exercitu reuertisset: & apud uxorem cœnare uellet: portionesq; postularet: eas tribuni militum mittere noluere. Postridie uero cum sacrificium quod præbuerat præ ira haud soluisset: ipsũ mulctauere. Ad ea autem conuiuia ibant pueri: ueluti ad scholas pudicitiæ ducerẽtur: et confabulationes ciuilis audiebant: & liberales præceptores intuebãtur. Iocariq; ipsi & comiter sine scurrilitate cauillari: & huiusmodi cauilla nõ honeste pati assuescebãt. Admodũ enim laconici moris uidetur esse iocosas obiurgationes nihilipẽdere. Quod qui minus uellet: licebat inhibere: & ille ab huiuscemodi loco desistebat. Ingredientiũ uero unicuiq; natumaximus portas ostendens: ait: per hasce uerbum non egreditur: qui autem se conuiuii participem fieri uelit: sic probari. Deinde singuli apomagdaliã sumentes in manum ministro uas super capite ferente: silentio quasi calculum immittebat: qui reprobaret simpliciter: qui uero approbaret: manu uehementer imprimens: nam quæ apogmadalia pressa fuerit: perforati calculi uim habet. Quod siquam ex iis minus pressam offenderint: non admittunt ingredientem: quippe qui uelint omnes inuicem iucunde congredi. Qui uero sic reprobatus fuerit: caddicatum dicunt. Caddicus nanq; uas uocatur: in quo apomagdalias immittunt. Ex obsoniis autem nigrum ius maxime apud eos probatum est: ut neq; carne seniores indigerent: sed eam adolescentibus cedentes: ipsi iure perfuso uescerentur. Fertur autem quidam ex ponti regibus emisse iuris gratia coquum laconicum: deinde iure degustato moleste afectum. Ac tunc ei dixisse coquum: o rex hoc certe iure homines in eurota loti utuntur obsonio: qui ubi modice biberunt: domum abeunt absque facula. Non enim licet pergere præuio lumine: neque hanc neque aliam uiam: quo assuefiant etiam in tenebris: atq; noctu audacter et ĩtrepide proficiſci. Conuiuia igitur hunc habent ordinem: leges uero scriptas nullus Lycurgus tulit. Sed una ex his quæ rhetræ appellãtur hæc ẽ. Quæ igitur absolutissima & maxima ad ciuilem fœlicitatem uirtutemq; exisserent: ea tum demum durare immota existimauit: si uicinum moribus & uitæ instituto ĩserta essent: haberentq; tum firmam electionem acerrimum scilicet necessitatis uinculum: tum eam legumlatoris dispositionem: quam disciplinam iunioribus faciebat: rationẽ reddens circa ipsorum singulos. Paruas uero pecuniarias q; tabellas: quæ ad usus ac necessitates aliter pro tempore contingerent: satius fuit non comprehendere: neq; ĩscriptis necessitatibus: neq; immotis consuetudinibus pro opportunitatibus sinere & ĩcrementa susciperent & detrimenta: quæcunq; eruditi comprobarint. Totum ac totius legitime institutionis munus in disciplinam reiecit. Rhetrarum igitur una fuit: ut

dictum eſt non uti ſcriptis legibus. Altera uero contra ſumptus immodicos: ut quæli-
bet domus culmen quidē ſecuri: ianuas uero ſerra duntaxat & nullo alio inſtrumento
laboratas haberet. Quod enim poſteris temporibus Epaminundam dixiſſe ferunt in
menſa: tale prandium haud eſſe proditioni obnoxium: hoc Lycurgus primum excogi
tauit: huiuſmodi domum delicias ſūptuoſoſq; apparatus non admittere: neq; ꝑfecto
quiſq̄ eſt adeo incultus & rudis: qui in facilem & plæbeiam domum importet fulcra ar
genteis inſtructa pedibus: ſtrata purpurea: culignas aureas: & reliquum hiſce congruū
luxum. Verum neceſſe fuerit æquale congruere & cōſimile eſſe domui quidem fulcrū:
fulcro autem ueſtem ſtragulam: huic uero reliquam magnificentiam: ex qua quidem
conſuetudine aiunt Leontychidem illum ſeniorem cum cœnaret Corinthi: ſuſpexiſſet
q; tecti domus fabricam precioſam atq; laqueatam: hoſpitē rogaſſe: an apud eos liga
quadrata naſcerētur. Tertiam autem rhetram eam Lycurgi fuiſſe prædicant: quæ ī eoſ
dem hoſtis militare prohiberet: ne ſæpius repugnādo conſuefacti bellicoſi redderent.
Qua in re Ageſylaum regem maxime poſteriori tempore accuſāt: utpote qui cōtinuis
& frequentibus in Boetiam incurſibus ac bellis Thebanos reſiſtere Lacedæmoniis edo
cuerit. Quare ſaucium Antalchidas eum intuens pulchram tuæ doctrinæ mercedem
inquit a Thebanis recipis: qui nolentes ipſos neq; ſcientes pugnandi peritiā docuiſti.
Itaq; huiuſmodi ſanctiōes rhetras nominauit: quaſi ex Deo decretæ: & oracula quædā
eſſent. Diſciplinam uero: quod maximum legumlatoris & pulcherrimum opus eſſe cē
ſuit: longiore aggreſſus initio ſtatim ea conſiderauit: quæ ad connubia & ſobolem ꝑ-
creandam attinerēt. Non enim (ut ait Ariſtoteles) aggreſſus mulieres pudicas efficere
deſtitit ob frequentem uirorum militiam: qua omnem illis relinquere poteſtatem co-
gebantur: ob idq; magiſq̄ par eſſet eis obſequebantur: hæraſq; appellabāt: quo minus
multam licentiam illam ipſam muliebremq; inſolentiam refrænaret. Quin & harum
idoneam ſtatuit diligentiam. Enimuero uirginum corpora curſibus & luctationibus
iactibuſq; diſcorum atq; iaculorum exercuit: ut quēadmodum germinum radix acre ī
acribus corporibus principium ſumens melius germinat: ita & hæ partus robuſtæ to-
lerantes honeſte ſimul & facile aduerſus dolores repugnarent. Itaque delicias remo-
uens & cibi ſubductionem: & omnem fœmineum morem aſſuefecit puellas non mi-
nus q̄ pueros & uerſari nudas: & quibuſdam in ſacris & ſaltare & canere præſentibus
ſimul ſpectantibuſq; iuuenibus: interdum etiam comiter in ſingulos apteq; obiurgā-
tes carpebant delinquentes: ac rurſus in eos qui digni eſſent præconia cantu compoſi-
ta dictantes: multam & ambitionem adoleſcentibus & probitatis ardorem ingerebāt.
Nam qui laudatus probitatis extitiſſet: & inter uirgines illuſtris habitus: abibat exul-
tans laudibus. Quæ uero cū ioco & faceta obiurgatione reprehenſiones fierent: nihilo
erant ipſis ſeriis caſtigationibuſq; aut obtuſiores aut minus argutæ: utpote q; ad ſpe-
ctaculum cum aliis una ciuibus tum reges tum ſeniores proficiſcebantur. Nudatio il-
la uirginum nihil habebat turpe: uerecundia enim aderat: petulantia aberat: ſed ſim-
plicem quādam conſuetudinis & robuſtatis ſtudium efficiebat. Atq; elationem animi
quandam fœmineum ingenium nec ignauam deguſtabat: perinde ac nō minus ſibi
& uirtutis & ambitionis conſortium adeſſet. Vnde & dicere illis ſentireq; licebat: qua-
lia & de Gorgone uxore Leonidæ narrantur. Nam peregrina quadam (ut uidetur) ad
eam dicēte: Solæ uos Lacenæ uiris imperatis: Solæ enim īquit uiros parimus. Hæc igi
tur ad nuptias alliciebāt. Dico autem pompas uirginum & æmulationes & ludos ī iu-
uenum conſpectu: qui non geometricis agebantur: ſed cupidineis: ut ait Plato: neceſſi
tatibus. Præterea ignominiam quādam iis: qui nubere noluiſſent: Lycurgus addidit.
Arcebantur enim in gymnicis ludis a ſpectaculo: per hyemem uero principes iubebāt
eos in orbem nudos forum circumire. Ita uero circūeuntes canebant in ſemetipſos cō-
poſitum quoddam carmen: quo ſignificabatur eos iure pati: quoniam legibus non pa
rerent. Honore autem & obſequio: quo iuuenes proſequuntur: ſeniores priuabantur.

Quãobrem dictũ illud in Dercyllidam dãnauit nemo: tam&ſi probatus ille dux extitiſſet. Superueniẽti enim ſibi quidam ex iuuentute ſubſellium haud ceſſit: inquiens: Neq; enim mihi tu qui cederet genuiſti. Nubebãt aũt raptu: neq; paruas neq; ad coniugium immaturas: ſed adultas ac nubiles aſſumentes. Raptam uero ea quæ pronuba dicitur: accipiens capitis quidem crines ad cutẽ amputabat. Virili autem amictu calcia mentiſq; inſtructam in thorum ſolam declinabat ſine lumine. At ſponſus non ebrius neq; deliciis demollitus: ſed ſobrius: ut ſemper poſteaq̃ ĩ phidiciis cœnatus eſſet: ĩgreſſus ac ſponſæ cingulum ſoluens: eam ſublatam in lectum tranſferebat. Ibique ſecum moratus haud diu: honeſte abibat: ubi cum aliis iunioribus conſueuerat dormiturus. Idemq; in poſterũ agebat: cum æqualibus quidem diem trahens: ſimulq; quieſcens. Ad ſponſã uero quadã cũ religione clam pergens & uerecundus & timidus: ne quis ex intimis ſe intueretur. Simul enim & ſponſa moliebatur agebatq; : quo tempeſtiue & clam inuicẽ conuenirẽt. Et hoc non parũ tẽporis gerebant: ſed quoad etiam aliquibus filii naſcerentur: priuſq̃ interdiu ſuas uxores aſpicerent. Huiuſmodi uero congreſſio non temperantiæ modo atq; pudicitiæ exercitatio quædam erat: uerum & uerecundos corporibus & perpetuo quodam amore nouos recenteſq; ad cõcubitum ducebat. Neq; ſacietate eos capi: neq; inuerecundis congreſſibus a mutuo affectu refrigeſcere: quin potius ut reliquias ſemper aliquas & fomentum cupidinis & gratiæ inuicem relĩquere ſinebat. Tantum autem & ordinis & pudoris iugali copulæ cum adhibuiſſet: nihilo tamen minus nouam inanemq; ac muliebrem de uxorum pudicitia ſuſpicionem amouit: id honeſtum decernens: ſi contumeliam & incontinentiam omnem a connubio arceret. Filiorum autem & ſobolis ſocietatem dignis hominibus permiſit: eos deridẽs qui hæc ueluti quæ admiſceri conſortiumue admittere nequeunt: cædibus & bellis capeſſerent. Licebat enim ſeniori uiro iunioris uxoris: ſiquem ex iunioribus honeſtũ ac probum diligeret probaretq;: illum ad uxorem adducere: & ubi eam generoſo illius ſemine compleſſet: ſuum ipſorum quod natum eſſet efficere. Licebat itidem probo uiro qui fœcundam aliquam pudicamq; mulierem alteri nuptã admiraretur: marito illius ſuadere: ut cum ea ipſe congrederetur: tanq̃ in ſolo fertili bonos filios ſaturus atq; facturus: bonorum item germanos illos cognatoſq; futuros. Primum &enim non ꝑpri os patrum: ſed communes ciuitatis filios Lycurgus exiſtimabat. Quare non ex uulgaribus quibuſdam natos: ſed ex optimis potius ciues eſſe uolebet: deinde plurimam & fatuitatem ſimul & faſtum in aliorum inſtitutis intuebatur: qui hiſce in rebus elaboraſſent. Illi nanq; canes & equas aut gratia aut mercede dominis perſuaſis optimis & præclaris illius generis animalibus ſupponunt: uxores autem tanq̃ præſidio occluſas ſeruant: ex ipſis duntaxat eas parere uolentes: ſiue illi amentes ſint ſiue confecti ſenio: ſiue ægroti: quaſi filii mali non naſcantur e iis: qui primi adepti ſunt & nutriunt: ſi ex improbis naſcãtur: et contra probi ſi talem ortum ſortiantur. Hæc autem ita ſe habẽtia cum natura tum moribus tantum tunc aberãt ab ea quæ poſtea ſecuta dicitur facilitate mulierum: ut omnino incredibile ſit eos adulterio fuiſſe obnoxios. Celebraturq; cuiuſdam Geradæ dictum hominis ſpartiatæ admodum uetuſtiſſimi: qui ab hoſpite rogatus: quid apud eos adulteri patiunt̃: reſpõdiſſe dicitur: O hoſpes nemo apud nos fit adulter. Subdente autem illo: ſin uero fieret: Taurum ĩquit Geradas perſoluit magnum: qui Taygeto ſuperato bibit ex Eurota. Hoſpite uero admirante dicenteq; : qui poſſit fieri tam uaſtus bos: ridens Geradas: quonam inquit pacto adulter queat Spartæ fieri? Hæc igitur de nuptiis traduntur. Partus autem nutriẽdi ius genitori non erat: ſed eum quẽdam in locum deportabat: quem Leſchem uocant: ubi ſedentes ii qui ex tribulibus maximi natu eſſent: ſiquidem ĩfantem animaduerterent effictum pulchre ac robuſtum: educari iubebant: ſortem illi ex nouem milibus diſtribuentes: ſinautem ignauum ac deformẽ: ad apothecas appellatas exponẽdum demittebant locum ſecus Taygetum præcipitem ac præruptum: perinde quaſi eius uita qui minus pulchra ſtatĩ

ab ĩitio: & ad bonã corporis cõpoſitionẽ & ad robuſtitatẽ natura productus eſſet: neq; ſibi utilis neq; reip. foret. Vnde nõ aq̃ ifãtes: ſed uino mulieres abluebãt. Experimẽtũ quoddã ipſorum habitudinis facientes. Dicitur. n. comitiali morbo infantes aut alii ægrotationi obnoxios admoto mero debilitari ac reſolui. Qui autem eſſet firmæ ualitudinis magis acuere ac firmare habitũ. Erat autem circa nutrices artificioſa quædam diligentia: ut nullis adhibitis infantiæ pannis: infantes & nutrientes ipſos tũ mẽbris tũ ſpecie liberales ac uenuſtos facerẽt. Item & faciles & nihil delicatioris cibi appetẽtes & tenebras minime formidãtes: & ad õem ſolitudinẽ ĩtrepidos: & difficultatis illiberalis atq; uagituũ expertes conſtituerent. Proinde quidã etiam ex exteris alumnas laconicas filiis emebant. Et Amydã quæ Alcibiadẽ Athenienſem lactarat: lacenam fuiſſe tradũt. Verum huic (ut inquit Plato) præfecit Pericles pedagogũ Zopyrũ: qui ab cæteris ſeruis differret nihil. At ſpartiatarũ filiis Lycurgus neq; emptitios neq; mercẽarios præeſſe pedagogos uoluit: neq; ut cuilibet liceret filium pro uoluntate uel educare uel inſtituere: ſed ões ſtatĩ cũ ſeptimũ annũ exegiſſẽt: ipſe aſſumẽs: diſtribuebat ĩ greges: eoſq; una ſocios atq; cõtubernales cõſuefaciebat ĩuicẽ ſimul ludere et ſiul exerceri. Prĩcipẽ uero eis præficiebat eũ: q & prudẽtia cæteris ſociis præſtaret: & pugnãdo eſſet acerrimus. Ad hunc intuebantur: huic ĩperanti obediebãt: hunc plectentem perferebant. Itaq; diſciplina erat quædã obediendi exercitatio. Seniores autem eos ludentis obſeruabant: et frequentiſſime dimicationes quaſdam ad contentiones uſq; ſuggerẽtes nõ ſuperuacanee diſcebant quale eſſet cuiuſq; ingenium: qui auderet neq; in certamĩbus pugnam abnueret. At qui litteras pro neceſſitate diſcebant. Reliqua omnis diſciplina ad recte obtemperandum laboreſq; tolerandos & prælio uincendum parabat. Quare progreſſu ætatis eam iis exercitationem intendebant: ut ad cutem uſq; ipſos tonderẽt: & diſcalciatos incedere ac frequentius nudos ludere conſuefacerent. Emenſo autem duodecimo ætatis anno ſine tunica iam degebant: pallium unum in annum capiẽtes. Erantq; corporibus ſqualidi: & qui neq; balneas: neq; unguenta ſcirent: præter paucos quoſdam ãni dies: quibus huius indulgentiæ participes fiebãt. Cubabant aũt ſecũdũ alas & turmas in thoris ex arundine conſtructis: quam ipſi ſecus Eurotam naſcentem conuehebant: ſũmitates manibus nõ ferro confringentes. Per hyemis uero tẽpus eos: qui lycophones appellantur: ſibi ſubiiciebant: thoriſq; immiſcebant. Videbatur enĩ ea materia calidi habere quiddam. Iã uero cum huius ætatis hominibus: qui probos iuuenes adamarent: ſeniores ipſi ſimul uerſabantur: mentemq; adhibebant & proficiſcebantur maxime ad gymnaſia: illiſq; tum pugnantibus tum iocoſis obiurgatiõibus inter ſeſe utentibus: non ab re intererant: utpote qui omnes quodammodo exiſtimarẽtur eſſe omnium & patres & pedagogi & præfecti. Proindeq; neq; tempus neq; locum omittendum uacuum præceptoris inſtitutis atq; ſtudiis. Circa delinquẽtem præterea & Pedonomus ex honeſtis & bonis uiris conſtituebatur. Ac ipſis p turmas præficiebãt ex iis: qui irenes dicebantur: continentiſſimum ſemper & bellaciſſimum. Irenas uero uocant eos: qui in annum iam ſecundum e pueris exceſſere. Melirenas autem natu grãdiores inter pueros. Hic igitur Iren: ubi annum uiceſimum attigerit: & præeſt iis qui in pugnis ſubiecti ſunt: & pro ſingulis familiis eis miniſtris ĩ cœna utitur. Præſcribit aũt firmioribus: ut ligna ferant: minoribus uero oleta: quæ illi per furtum afferunt: alii ad hortos euntes: alii ad uirorum cõuiuia clam ingreſſi callide & aſſeruanter. Siquis autẽ fuerit deprehenſus: multis uerberibus flagro afficitur: quaſi negligenter inepteq; furari uideatur. Furantur aut ex cibariis quicquid ualeant. Sicq; apte diſcunt inſidias dormientibus tendere: aut negligentius obſeruantibus. At ſi fuerit deprehenſus: mulctat̃ tum uerberibus tum fame. Perq̃ ſuauis enim iis eſt cœna: ut ſua induſtria inediæ occurrẽtes: & audere callideq; rem gerere cogãtur: & hoc quidem caſtigati uictus opus erat. Corporum uero incrementum mirabile dicunt. Fertur enim in lõgum quãdoqdẽ ipſe ſpiritus non retardet̃: aut laboret præ alimenti copia in profunditatẽ & latitudinẽ

preſſus. Corporis uero leuitate ſolute facileq; creſcẽtis ſupiora petit. Idem aũt pulchre uidetur facere. Nam graciles habitus & maciléti magis artuum agilitati cedũt: tumẽtes uero & pingues onere ſuo reluctantur: quaſi prorſus mulieres: quæ cum grauidæ ſunt debilitantur. Graciles quidem infantes fiunt ac uenuſti & aſpectu grati ob leuitatem materiæ: quæ ab eo magis quod formam imprimit detinetur. Sed enim cauſam accidẽtis rei conſiderare in medio poſitum ſit. Adeo uero & diligenter & attente pueri furãt: ut narretur quẽdam: cum leonis Catulum ſurripuiſſet palliologq; inuoluiſſet: eius uentre unguibuſq; & dentibus a beſtia diſcerpto omnia latendi gratia tolerantem obiiſſe. Quod uel ex huius tempeſtatis puerbus credi licet: quorum multos in ara augurii cæſos uerberibus mori uidimus. Cum autem Iren cœnatus diſcumberet: imperabat alii ex pueris ut caneret: alii quæſtionem aliquam proponebat accurata reſponſione ĩdigentem: ut qui ſit optimus inter uiros: uel quænam ſit huiuſce actio. Quaquidem ex re conſuefiebant ſtatĩ ab initio & honeſta iudicare & de ciuibus diligẽter inquirere. Siquis enim quæſitus quinã eſſet bonus ciuis: aut qui minus probatus eſſet: hæſiſſet reſpondendo: animi ſignum eſſe arbitrabantur & mortis: & qui nulla uirtutis laude tangeretur. Oportebat autem reſponſionem & breuem eſſe & celerem cauſa & demonſtratione concludentem: quãobrem qui minus rite uel negligentius reſpondiſſet: plectebatur: morſum capiens ab Irene in pollicem. Sæpenumero quoq; ſenioribus principibuſq; præſentibus pueros Iren puniebat: documentum præbens: an recte & ut decet puniret. Neq; dũ eos puniret prohibebatur: cũ uero pueri abiiſſẽt pœnas dabat: ſi aſpiuſq̃ deceret in illos animaduertiſſet: aut contra ſi remiſſe & leuiter. Fiebant autẽ amatores una puerorum famæ infamiæq; participes. Itaq; dicitur aliquãdo uocem minus ingenuam in pugna puero emittente eius amatorem a principibus mulctatum eẽ. Cũ autem amoris uis ita apud eos uigeret: ut & præclare probeq; mulieres ipſas etiam uirgines amarent: riuales tamen fieri non licebat: qui eoſdem amaſſent: quin potius eorũ amatores mutuæ amicitiæ initium faciebant: perſeuerabantq; pari ſtudio: ut quẽ amarent optimum redderent. Docebant etiam pueros ea uti oratione: quæ grauitatem haberet iocunditati admixtam: ac ſententiæ plurimum breui ſermone complecteretur: Enimuero ferreum nummum Lycurgus ſtatuit magno pondere minimam uĩ habere: ut dictum eſt: at orationis nummum contra ex inculta & breui dictione ſententiis affluere plurimum effecit: qui multo ſilentio pueros ſenſu eloqui & ſcire reſpõdere molitus ſit. Quẽadmodum enim illorum ſemen: qui ſe ad coitum intemperãtes præſtãt: infœcundum ut plurimum & ſine fructu eſt: ſic & loquendi intemperantia orationẽ inanem & ſtolidam reddit. Proinde Agis rex: cum atticus quidam in laconicos enſes cauillaretur: q̃ parui eſſent diceretq; facile eos abſorberi ab circulatoribus in theatris poſſe: Et tamen uix nos inquit attingimur hoſtium gladiis longioribus. Ego uero & laconicam orationem intueor: quæ breuis uidetur eſſe: maxime res complecti: & auditorum mentem attingere. etenim Lycurgus ipſe & breuis oratione uidetur eſſe: & per dicterias locutus: ſiquidem & ex commentariis coniectari licet: ueluti reſponſum illud in eum eſt: qui ut popularem in urbe principatum faceret eum rogabat: Tunc enĩ inq̃t primus tua ĩ domo huiuſmodi prĩcipatũ facito. Et illud de ſacrificiis: ad pcõtãtẽ qd parua adeo ac uilia ſtatuiſſet: ne ũq̃ ait Deũ uenerari deſiſtamus. Et itẽ illud de athletarũ certamĩbus: Hæc. n. ſola exercẽ ciues ꝓhibebat: ĩ qbus manus haud ĩtẽderet. Ferũt & eius ex epiſtolis huiuſmodi ad ciues reſponſiões: Quonam pacto hoſtium imperũ repellere poſſimus: ſi pauperes manſeritis: & contentiones mutuas amiſeritis. Et rurſum de muris: Nequaq̃ ea urbs minus circundata muro fuerit: ſiquis eam uiris fortibus: non lateribus cinxerit. Hiſce igitur huiuſmodiq; epiſtolis: neq; fidem derogare: neq; item adhibere facile eſt. Quantæ uero dicendi prolixitas calumniæ foret: talia ſunt dicteriarum indicia. Leonidas rex intempeſtiue quædam de rebus nõ iutilibus uerba faciente: O hoſpes inquit: non opportune quod oportet uteris. Charylaus uero

fratris Lycurgi filius rogatus de paucitate legū ipſius: īquit eos qui non multis utūtur uerbis: neq; multis legibus indigere. Archidamidas aūt quibuſdam Hecatheū ſophiſtam accuſantibus: q; in conuiuium ſuſceptus nihil dixiſſet: inquit qui rationem dicēdi tenet: etiam tēpus tenet. Quas uero ex cōmentariis dixi grauis ſētētias gratiæ coniunctas huiuſmodi ſunt: Dematatus improbo quodam intempeſtiuis in eum interrogationibus cauillante: acidem ſæpius iam rogante: quis optimus eſſet ſpartiatarum: inquit qui tibi diſſimillimus ſit. Agis autem quodā helienſes laudibus efferente: q; pulchre olympia iuſteq; agerent: Et quid magni inquit helienſes faciunt: ſi exannis quinq; diem unum iuſtitia utuntur? Theopompus uero cum hoſpes quidam ſuam ī eum beniuolentiam oſtentaret: diceretq; a cuibus ſuis philolaconem: hoc eſt laconū ſtudioſum appellari: pulchrum inquit fuerit philopolitem: id eſt ciuitatis amatorem uocari. Pliſtonax autem Pauſaniæ filius rhetore quodam athenienſi imperitos lacedæmonios appellante: Recte dicis inquit. Soli enim græcorum nos nil a uobis mali didicimus. Archidamidas uero roganti cuidam quot ſunt ſpartiatæ: Tot inquit o hoſpes: qui malos ſufficiant arcere. Licet etiam ex iis quæ iocoſe ab ipſis dicūtur: morē ipſorū coniectare. Conſueuere nanq; oratione ſuperuacanea nunq̄ uti: neq; pati ut uox effluat: quæ quoquomodo alicuius ſpeculationis dignam ſententiam minus habeat. Enī uero cum quidam ad eum audiendum exhortaretur: qui luſciniam imitaretur: ipſam inquit audiui illam. Alius uero cum titulum hunc legiſſet: Hoſce ſelenuntis quicunq; tyrannida mauors Extinxere ferus perdidit in foribus. Iure inquit hi uiri īteriere: oportuit enim ſinere ipſam exuri omnem. Adoleſcens autem pollicenti cuidam ſe gallos ei daturum: qui pugnando interirent: Ne tu quidem inquit des iſtos mihi: ſed ex iis potius: qui dimicando occidant. Alius uero quidam intuens homines ī ſellis cum ex hac luce decederēt ſedentes: abſit inquit ut hic ſedeam: unde ſeniori aſſurgere fas non eſt. Dicteriarum igitur ſpecies erat huiuſmodi. Quare non abſurde īquiūt aliqui: facilius eſſe philoſophari q̄ ſtudere laconum ſermonem exacte imitari. Diſciplina autem & cantuum & morum: non minus in ſtudio erat: q̄ dicendi æmulatio ac nitor. Verum & modulis ſtimulus quidam inerat ad animum concitandum: & ad impetum quaſi furentem quendam atq; ſtrenuum inducendum. Ac dictio erat facilis & uirilis de rebus honeſtis ſeueriſq;. Nam laudationes eorum erant ut plurimum: qui præclare & fauſte pro Sparta occubuiſſent. Et illorum uituperationes: qui metu id agere decretaſſēt: q̄ſi triſtem uitam miſeramq; uixiſſent. Erat præterea exhortatio quædam & excitatio pro ætatum dignitate ad uirtutem. Horum autē unum quiddam exempli cauſa nō ab re fuerit in medium referre. Tribus enim choris pro tribus ætatibus in celebritatibus cōſtitutis: Vnus quidem ſenectutis īcipiens canebat: Nos olim fuimus robuſti iuuenes. Adulte uero ætatis alter ſubſequens inquiebat: Nos autem ſumus: q; ſi uelis periculū facito. At pueritiæ tertius: Nos autem erimus multis profecto meliores. Nēpe ſiquis laconicis poematis animum intenderit: quorum aliqua ad noſtram uſq; ſeruant ætatem: & ſenſum progredientes numeros aſſeruauerit: quibus in congreſſu aduerſos hoſtes ad tibiā utebantur: non abſurde & Terpandrum & Pindarum muſicæ fortitudinem coniunxiſſe cenſuerit. Ille nanq; ſic de lacedæmōiis cecinit: Hic iuuenum cuſpis uiret & dulciſſima muſa: Iudiciumq; patens. Pindarus uero ait: Hic & conſiliis ſenes: Et qui prælia fortiter concernant iuuenum chori: & cum cuſpidibus pierides decus. Iſtos enim & muſica ſimul eruditiſſimos: & bellicoſiſſimos extitiſſe iudicant. Nam ueluti laconicus ille poeta inquit: Serpſit & in ferrum citharæ ſonos ipſe canoræ. Etenim rex cum prælium initurus eſſet: ſacra muſis ante perſoluebat: utpote qui diſciplinæ: ut uidetur: iudiciorumq; meminiſſet: quo & faciles ac promptæ periculis adeſſēt: & facinora præliātium memoratu digna redderent. Interdum uero remiſſo iuuenibus duriſſimo uitæ inſtituto minime prohibebant: ut & coma ſeſe & armis & palliis exornarent: gaudentes his quidem illi non ſecus: atq; equis exultantibus & ſeſe efferētibus

ad certamina . Quare comam nutrientes continuo ex pubertate maxime in obeundis periculis operam dabant: ut & nitida coma & diſcriminata uideretur: quoddam Lycurgi dictum de coma celebrantes: ea pulchros uenuſtiores fieri: deformes autem ferociores: præterea militiæ gymnaſiis mollioribus utebantur: ac reliquum uictum neq; ſeuerum adeo neq; aſtrictum iunioribus præbebant . Itaq; ſolis illis in omni genere exercitationis bellicæ bellum ipſum quies eſt . Iam uero inſtructa ſimul ipſorum acie hoſtibuſque præſentibus : rex ſimul & capram : quā illi chimeram dicunt: iugulabat: & & omnes coronari mandabat: & tibicenes caſtorio modulo ad tibias uti iubebat: ſimul etiam Panem ad inuadendum inuocabat. Itaq; illorū aſpectus & pulcher erat & formidabilis: qui & numero ad tibiam incederēt: neq; phalangis ordinem miſcerent : neque animis turbarent̃: ſed manſuete & hilariter a modulo in diſcrimen ducerent̃. Videt̃. n. neq; metū neq; furorem nimiū in illis oriri poſſe: q ita ſe habuerint : ſed firmā potius & conſtantem animi magnitudinē ſpei audentiæq; admixtā : perinde atq; immortali Deo præſente ſimul ac fauente. Ibat autem rex aduerſus hoſtes coronatum hominem ſecum habens: qui certamine uictor extitiſſet. Ac ferunt quēdam cum grandis ſibi pecunia in olympis traderetur: eam accipere noluiſſe : ſed labore plurimo aduerſariū luctando ſuperaſſe. Quare dixit ei: Quid tibi o lacon ex uictoria lucri comparaſti? Et illum arridentem reſpondiſſe: Ante regem conſtitutus præliabor aduerſus hoſtes. Cum autem uertiſſent in fugam hoſtem: uiciſſentq;: adhuc inſequebantur: quoad omnino uictoria hoſtium fuga confirmata eſſet. Dein continuo redibant : neq; generoſū neq; græcanicum eſſe ducētes illos cædere & necare : qui declinarent cederent abirent. eratq; non ſolū & honeſtū hoc & maximi animi opus: uerū etiā utile . Illi nanq; qui aduerſus eos dimicarent : cum non eſſent ignari a lacedæmoniis illos qui pugnando reſiſterent enecari: cedentibus uero parci: fugere q̃ manere conducibilius putabant. Lycurgū autem ipſum Hippias ſophiſta narrat & bellicoſiſſimū extitiſſe: ac multa militia exp tum . Philoſtephanus uero equitū etiam diſtributiones in ulamos Lycurgo aſcribit: ulamum uero: ut ille conſtituit: complecti equites quinquaginta: inſtructum q̃drato ordine . At Demetrius Phalereus tradit nullam prorſus rem bellicam Lycurgum attigiſſe: ſed in pace conſtituiſſe remp. Videtur autem olympiacarum feriarum excogitatio miti ingenio uiri manſuetiq; fuiſſe. Atq; dicūt quidā (ueluti Hermippus meminit) Lycurgum neq; affuiſſe ab initio neq; ſocium extitiſſe: in iis quæ ſunt ab Iphito cōſtituta: ſed interfuiſſe aliqua ex cauſa profectum atq; ſpectantem . Audiſſe autem uocē tanq̃ hominis alicuius a tergo illum increpantis admirātiſque : q ciues non exhortaretur ſimul cum aliis celebritatis participes fieri . Conuerſus autem Lycurgum : cum qui locutus fuerat nuſq̃ appareret: numen fuiſſe arbitratū: ſic ad Iphitum conceſſiſſe: communiq; ſtudio feſtiuitatem illuſtriorem & firmiorem conſtituiſſe. Diſciplīa uero quoad pubertatis annos euaſiſſent: perdurabat. Nemini enim permittebatur pro arbitrio uiuere: ſed in urbe ueluti in caſtris perſcriptum habebant uictum & exercitationē circa publica negocia. Atq; omnino exiſtimantes nō ſibi pueros natos eſſe: ſed patriæ: eos ſedulo (ni qd aliud facere īperatū foret) inſpectabāt: ac frugi aliquid edocebant: aut ipſi a ſenioribus diſcebant. Etenim hæc una ex omnibus : quas ſuis ciuibus Lycurgus fabricauit: & pulcherrima beatiſſimaq; res fuit copia & ubertas ocii : quibus omnino prohibuit quicq̃ uulgarium artium attingere . Pecuniarium autem ſtudium q labori oſam cōgeriem moleſtamq; contineret: nulla in re neceſſarium erat: idq; ob eam gratiam: q diuitiæ prorſus abiectæ eſſent: ac nullo in precio haberentur . Mancipia uero eorum colebant ſolum: dictoſq; redditus perſoluebāt. Cum Athenis quidam ītereſſet iudiciorum tempore: audiretq; ocii mulctæ quēdam obnoxium mœſtum īcedere: atq; ab amicis deduci: qui & ipſi rem ægre & inique ferrent: orauit qui ei aderant : quis ille eſſet: qui liberalem ſubiiſſet mulctam? Seruile adeo exiſtimabant ineptam occupationem circa opificia: pecuniaſq; parandas. Quare cum exceſſiſſent nummi: exceſſerunt

& iudicia itidem neq; plus cuiq̃ minuſue aderat:æqualitas erat in abundantia & in ui-
litate ſatietas. Tripudia & feſtiuitates epulæ atq; ſtudia circa uenationes circa gymna-
ſia circa publicos conſenſus atq; colloquia:modo ni forte militiæ uacarent: per omne
iis tempus agebantur. Atqui iuniores añ trigeſimum ætatis annum ī forum nullo mõ
deſcendebant:ſed per cognatos & amatores neceſſaria tranſigebant. Senioribus autẽ
turpe erat:ſi frequentius circa huiuſmodi ſtudia uiderentur. Sed maiorem diei partẽ
in gymnaſiis:& in his quæ leſche nominantur:uerſabantur. In hæc enim loca decore
& modeſte conuenientes ſermones inter ſe conferebant: nulliuſq; rei memoria tange-
bantur:quæ uel ad rem pecuniariam uel ad ignobilem uſum ſpectaret. Sed plurimũ
illud erat huiuſmodi conuentus opus:ut uel honeſta laudarẽt:uel turpia uituperarẽt:
Idq; cum ocio & riſu:qui comiter ad correptionem emendationemq; deduceret. Neq;
enim Lycurgus ipſe ſeuerus immodice fuit: quin & riſus ſigillum ab illo erectũ Soſi-
bius tradit: quippe qui iocum quaſi laboris & aſperioris uictus condimentum aliqñ
iniiceret ī cõuiuiis & huiuſmõi cõuẽtibus. Ad id uero prſus aſſuefecit ciues:ut neq; uel
lent:nec ſcirent priuatim uiuere:ſed ueluti apes ad rem communem conſererentur ſẽp
& una omnes circum principem uerterentur:ſicq; ab ſeipſis ferme affiatu quodam di-
uino & honoris ſtudio ſeparati:toti ſe patriæ dederent: ut liceat etiam dictis qbuſdã
ipſorum mentes inſpicere. Pedaretus enim non electus in numerum trecentorum abi-
bat ſerena fronte:ueluti geſtiens q; meliores ſeſe trecentos haberet ciuitas. Polyſtrati-
das autem legatione fungens una cum reliquis ad regis prætores: illis interrogantibus
utrum priuatim adſint an publice miſſi: Inquit ſiquidem adipiſcamur publice:ſi mi-
nus adipiſcamur priuatim. Argileonis uero Braſiche mater:cum ex Amphipoli qdam
Lacedæmonẽ petentes:ad eã eſſẽt ingreſſi:quæſiuit:hõeſte ne Braſydas ac pro Spartæ
dignitate occubuiſſet. Illis autem uirum efferentibus ſimulatq; dicentibus Spartam
talem alium non habere:Ne dicite īquit o hoſpites. Honeſtus enim uir fuit & bonus
Braſydas:ſed multos Lacedæmon habet illo meliores. Seniores ut dictum ẽ Lycurgus
conſtituit:primum ex iis qui conſilii participes extitiſſent: poſtea uero in demortui lo
cum ſtatuit eum aſſumi:qui uirtute cæteris præſtare iudicatus eſſet: ex illis ſcilicet qui
annum.lx. tranſegiſſẽt. Atq; ex omnibus humanis certaminibus hoc maximum uiſũ
eſt & apprime expetendum: non enim qui inter celeres celerrimus: aut inter robuſtos
robuſtiſſimus:ſed qui inter bonos & continentes & optimus & continentiſſimus iudi
catus eſſet:ut haberet oportebat per omnem uitam uirtutis palmam atque inſignia:
totum(ut ita dicam)principatum ī rep. cui quidem ipſi poteſtas eſſet & mortis & igno
miniæ:& omnino eorum omnium quæ maxima dicuntur. Iudicium uero fiebat hoc
pacto:Concione coacta uiri electi in proximam domum occludebantur: neq; uidẽtes
quenq̃ ex concione:neq; a quoq̃ uiſi: ſed clamorem dũtaxat audiẽtes concionantium:
Clamore: ut cætera competitores iudicabant: non una omnibus ſed ſingulis p ſorte
admiſſis:ac ſilentio per concionem euntibus. Qui igitur occluſi eſſent: habẽtes tabel-
las per ſingulos clamoris magnitudinem ſignabant: ignari cuinam is clamor ſuffraga
retur:præterq̃ ut primus uel ſecundus uel tertius uel quotuſcunq; maxime eorum: q;
admiſſi eſſent. Cui uero primus clamor ac maximus ſuffragaretur:hunc denunciabãt.
Coronatus autem ille Deos immortales circuibat: hunc iuuenes plurimi ſequebantur
uirũ admirantes:ſũmiſq; laudibus efferentes. Mulieres etiã nõnullæ uirtutis eius præ
conia concinebãt: uitãq; beatã eſſe prædicabant. Præterea ſinguli neceſſarii cœnã ei ap
ponẽtes inquiebant:hac menſa honorari a ciuitate. Peracto autem circuitu in conuiui
um abibat: et reliqua pro conſuetudine fiebant. Secunda uero portione ſibi appoſita
eam tollebat:ſeruabatq;. Ac poſt cœnam cum ad fores phidicii domeſticæ adeſſẽt mu
lieres:quam ipſe maxĩe honorare uellet:appellabat:cui portionem illã tradens aiebat:
premiũ hoc:quod ipſe accæpiſſet ei dare. Quare & illa ī honore habita:ab aliis mulie-
ribus deducebatur. At qui humandi etiam munus optime Lycurgus ipſe conſtituit:

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

primũ nanq; omni ſupſtitione ſublata: haud prohibuit tum cadauera ĩ urbe ſepelire: tũ etiã ſecus tẽpla monumenta habere: iuniores huiuſmõi cõſpectibus familiares & ĩ nutritos ſtatuens. Itaq; neq; turbabantur neq; horreſcebant mortem : uti ea polluerẽt qui uel cadauer tetigiſſent: uel per ſepulchra tranſiiſſent. Deinde nihil cum mortuo ſe peliri permittebant: ſed condentes corpus puniceo amictu & oliuæ fronde circũdabãt. Neq; licebat mortui nomen inſcribere: niſi aut uiri aut fœminæ : qui pie in bello præclareq; periiſſent. Lugendi uero tempus breue præfiniũt: dies. xi. duodecimo aũt poſt celebratum Cereri ſacrificium ſoluere luctũ oportebat. Nihil enim ocioſum erat: nihil remiſſum: ſed rebus omnibus neceſſariis aliquam uirtutis æmulationẽ atq; deſideriũ aut uitii uituperationem admiſcebat: urbemq; refarciebat exemplorum copia: quibus neceſſe erat: ut qui ſemper adeſſent: ea quæ cum lacte biberent: perpetuo ꝓfectu agerẽ tur : formarenturq; ad honeſtatem. Vnde neq; peregrinari uolentibus uagariq; ꝑmit tebant: utpote qui colligentes peregrinos mores & inepte uiuentium peregrinationes ac rerũp. differentiam conueheret. Quin etiam eos qui nulli in urbem uſui cõuenirẽt: atq; confluerent depellebãt. Non ut ait Tucydides: ꝙ metueret ne reip. gerẽdæ modũ imitarẽt: & aliquid quod ad uirtutẽ accederet: ediſcerẽt: ob eã rẽ potius ne mali cuiuſq; doctores forẽt. Simul nãq; neceſſe ẽ cum peregrinis corporibus etiam ſermões ĩgredi. noui autem ſermones iudicia noua afferunt. E quibus neceſſe eſt perturbationes oriri plurimas: atq; uoluntates ad præſentem reip. ſtatum ueluti ad harmoniam diſſonãtes. Quapropter magis oportere arbitrabantur aſſeruare : ne urbs improbis moribus compleretur: q̃ morbidis corporibus extrinſecus aduenientibus. Itaq; in his nullum ẽ aut iuſtitiæ aut cupidæ prærogatiuæ ueſtigiũ: quã aliqui Lycurgi legibus crimini dãt: tanq̃ abunde inſtructæ ſint ad fortitudinem: parum autem ad iuſtitiam. Cryptia uero quam ipſi uocant: ea uero a latendo dicitur : ſiquidem & hoc tandem unum ex Lycurgi inſtitutis eſt : ut Ariſtotiles tradidit: talem & huius uiri famam moliatur: qualẽ & Platonis de rep. Erat autem huiuſmodi. Ii qui iunioribus præfecti erant : illos poſt temporis multum : qui maxime prudentes uiderentur: in regionem alio emittebant: gladios ſecum alimentumq; neceſſarium: aliud uero habentes nihil. Illi autem locis in cognitis interdiu diſſeminati ſeſe abdebant: atq; quieſcebant. Noctu autem in uias deſcendentes: quem hominem ex mancipiis cæpiſſent obtruncabãt : ſæpe etiam ꝑ agros proficiſcentes robuſtiſſimos eorum ac fortiſſimos enecabant: quẽadmodum & Tucydides in Pelopõnenſium tradit hiſtoria : eos qui ab Spartiatis fortitudine cæteris præſtare iudicati eſſent: corona inſignitos eſſe tanq̃ liberos factos: Deorumq; immortaliũ templa circuiſſe. Paulo uero poſt omnes ſupra duo milia periſſe : ut neq; tunc neque poſtea quiſq̃ dicere potuerit: quonam pacto ĩterierint. Ariſtoteles autem maxime ĩqt & Ephores cum in magiſtratum cõſtituuntur mancipiis primum bellum denuntiare: quo ea interficere fas ſit: & in cæteris quoq; aſpere & dure illis utebantur. Itaq; cogẽtes huiuſmodi ſeruos permultum potare merum agebant in conuiuia: ſic enim iuniori bus demonſtrabant cuiuſmodi eſſet ebrietas. Iubebantq; carmina canere: ac tripudiis exerceri ignobilibus & ridiculi plenis . A liberis autem aliis abſtinere. Aiuntq; ob id rei poſteriore tempore: cum Thebani in Laconicam duxiſſent exercitum: & quæ mãcipia cæperant canere iuberent: Terpandri Alemaniſq; & Spendontis Laconis poemata ĩficias eſſe : quippe quæ dicerent: id nolle Heriles filias . Quãobrem non male differẽtiã illi inſpexere: qui aiũt apud Lacedæmonios: & liberum maxime liberum eſſe: & ſeruũ etiam ſeruum maxime. Atqui huiuſmodi atrocitatibus manus dediſſe maxime Spartiatas exiſtimo: poſt magnum illum motum: quo mancipia cum Meſſeniis cõſpiraſſe & malis plurimis regionem affeciſſe: & maximum in diſcrimen urbem attuliſſe perhibent. Nõ etenim Lycurgo ipſe quidem aſcripſerim execrabile adeo Cryptiæ facinus ex reliqua eius manſuetudine & iuſtitia: coniectans item ingeniũ: cui numen quoq; ipſũ teſtimõium attulit. Cũ autẽ ea quæ maxime neceſſaria & optĩa Lycurgus cõſtituiſſet:

in consuetudinē recæpta iā essent: abundeq; resp. mutata uideretur: & quæ seipsā ferre ac suis se uiribus conseruare posset: ut ait Plato: Deū lætitiā cæpisse ex mundo formato: pgētiq; primū motū: eodē & ille mō delectatus cōtētusq; decore ac magnitudīe institutionis publicæ quæ & exerceretur suūq; cursum pergeret: cupit quo ad humana prouidentia præstari posset: & īmortalē eā relinquere: īmotāq; apud posteros. Itaque omnibus ad concionem conuocatis: Cætera quidem inquit mediocriter se habere & ad ciuitatis fœlicitatem uirtutemq; abunde. Quod autem & primariū esset & maximū: non id illis edere prius posse: q̄ Phœbi oraculū adierit. Opus igitur esse eos constitutis legibus īsistere: nihilq; immutare neq; mouere: quoad ex delphis ipse reuerterit: tunc enim sese quicquid deo uisum fuerit facturum. Cūctis uero consentientibus: & ut iret iubentibus: is iuramenta suscipiens ab regibus & senioribus primum: deinde ab reliqs ciuibus insistendi utendiq; constitutis legibus ad ipsius usq; reditum Delphos petiit. Cum uero ad oraculum peruenisset & sacra Deo persoluisset: rogauit an & pie leges & satis ad ciuitatis fœlicitatem uirtutēq; latæ sint. Respondēte uero numine & leges pie latas esse: & ciuitatem clarissimam usq; fore: ubi Lycurgi legibus uteretur: Vaticinium scripsit & Spartam misit. Ipse autem facto iterum numini sacrificio amicos natumq; complexus: statuit nequaq̄ amplius remittere ciuibus iusiurandum: sed suam illic ultro finire uitam: eam ætatem natis: qua & uiuere iam & quiescere uolentibus tempestiuum est. Quādoquidem & res suæ satis ad fœlicitatem habere uiderentur: ergo sese ipse interimens diem obiit. Ratus is quidem decere ciuiles uiros operam dare: quo neque eorum mors uirtute in ciuili uacet: neq; uitæ finis ociosus sit: sed in uirtutis parte potius actionisq; constituatur. Sibi nanq; qui suo studio & industria pulcherrima facinora confeciſſe obitum esse indubitatæ fœlicitatis consumationem & ciuibus suis earum rerum quas illustres in uita bonasq; pararat: mortem relictum ire: asseruatricē utpote qui ad illius usq; reditum constitutis uti legibus se iureiurando obnoxios feciſſēt. Neq; se sua fefellit opinio: usq; adeo illa urbs Græciæ præstitit: & tranquillitate & gloria īquingentesimum usq; annum usa Lycurgi legibus: quas nemo e quattuordecim post illum regibus: qui ad Agym usq; Archidami filium extitissent: mouere ausus est. Nā Ephororum constitutio non remissio fuit: sed ciuilis institutionis intentio. Et quæ cū a populo instructa uideretur: effecit optimatū principatum acriorem. Agide uero regnante influxit Spartam nummus primum. Post nummum uero insaciabilis cupiditas diuitiarumque desiderium per Alexandrum incessit: qui per Lysandrum potius: qui cum ipse pecuniis esset insuperabilis: inferſit patriam & diuitiarum studiis & deliciis. Is enim & aurum & argentum ex bello intulit: & Lycurgi leges ātiquauit. Quibus antea dominantibus non ciuitatis institutionem Sparta: sed exercitati magis sapientisq; uiri uitam habebat. Quin potius ueluti poetæ fabulantur: Herculem cum pelle & claua terrarum orbem peragrasse ad īiquos immanesq; tyrannos puniendos atq; plectendos: Ita & ea urbs una scutica & pallio Græciæ libenti uolentiq; imperitans dominatus iniustos ac tyrannos in rebus publicis perdidit: bella diiudicauit: seditiōes persæpe restrīxit ac sædauit. Ne uno quidem ad id peragēdum clypeo moto: sed uno legato misso: cui ex tēplo omnes ad imperata obtemperabant: ceu apes apparēte duce & concurrentes illi simulq; instructi: usq; adeo bonis institutis atq; iustitia urbs illa florebat. Quāobrem ipse quidem uehementer eos admiror: qui tum dicere soliti sunt sciſſe Lacedæmonios imperantibus parere: imperare autem ignorasse. Tum etiā regis Theopompi dictum laudare: qui dicente quodam eo seruari Spartam: q; reges imperare didicerint: quin propterea inquit potius: q; ciues imperio parent. Non enim parere illis patiuntur: qui nesciunt imperare: sed subiectorum obedientia disciplina ē principis. Nam qui recte ducit ut recte sequatur efficit. Atq; sicuti equestris artis effectus ē mansuetum præstare & obsequentem equum: sic & regiæ disciplinæ munus obediētes efficere. Lacedæmonii uero non obedientes reliquos sed percupidos reddebant: ut

ab ſe regi & ſibi obaudire uellent . petebant enim qui ad eos mitterent non naues non pecunias ab ipſis neq; milites: ſed Spartiatam unum ducem: quem accipientes & honorabant & uerebantur: Veluti Sylippum Siculi: Braſydam Chalcidenſes: Lyſandrũ uero et Callicratidam et Ageſilaum omnes qui Aſiam incolunt . Ac illos conciliatores ubique moderatoreſque populorum & principum nominabant . Ad totam uero Spartiatarum urbem tanq̃ ad pedagogum aut doctorem honeſtæ uitæ compoſitæq; diſciplinæ aſpectabant. Ad quod quidem Straconicus facete cauillari uiſus ẽ: ſtatuens Athenienſes iubenſq; & myſteria & pompas agere . elienſes uero ludos edere: tãq̃ hoc pulcherrime facientes . Lacedæmonios uero ſi hi peccauerint cædere . Et hoc ridiculi gratia dictum ẽ. Socraticus uero antiſthenes cum Thebanos & ex confecto in leuctris prælio permultum elatos intueretur : nil eos a pueris differre inquit: qui in eo exultẽt ſi pedagogum conciderint: neq; tamen hoc præcipuum inſtitutum tunc Lycurgo fuerat: ut Spartam plurimis imperantem relinqueret. Sed quemadmodum unius uiri uitam: ſic & totius ciuitatis fœlicitatem exiſtimans ex uirtute effici: & ad eam ſectãdam ciuium conſenſu: ad hoc ordinauit ſimul conciliauitq;: ut & liberales & frugi & continentes plurimum tempus perſeuerarent: hoc etiam Plato ipſe reip. argumẽtũ ſũpſit. & Diogenes & Zeno & omnes denique quicunque hiſce de rebus quicq̃ dicere agreſſi laudantur. Quiquidem litteras & libros ſolum reliquerunt: hic autem non litteras & libros: ſed eam remp. quã re imitari nemo queat: in lucem attulit: & ubi iis qui ſapientis illam: quæ dicitur diſſolutionem atq; affectum fictum eſſe arbitrantur: totam ciuitatem intentam philoſophiæ demonſtraſſe: plane omnes gloria ſuperauit: qui unq̃ inter græcos remp. conſtituerint. Quã quidem obrem & Ariſtoteles ait: minoribus Lacedæmõem q̃ par eſſet proſequi Lycurgum honoribus: tametſi maximus eum proſequitur. Nam & templum ei condidere: & ſingulis annis: ut Deo ſacra faciunt. Dicitur aũt cum eius reliquiæ domum ueherentur: fulmine eius ſepulchrum attactum eſſe : hoc uero nõ facile alteri cuiq̃ ex illuſtribus præterq̃ Euripidi accidiſſe : & mortuo & cõdito in Macedonia ſecus Arethuſam. Itaq; argumentum ac teſtimoniũ magnum iis eſt: q̃ ſunt Euripidis ſtudioſi: illi ſoli poſt mortem cõtigiſſe: quæ prius aliis īmortalibus dilectiſſimo piiſſimoq; Lycurgo contigiſſẽt. Lycurgum autem obiiſſe alii Cyrthæ ferũt: ſed Apollotenus Elin delatum dicit. Thimeus uero & Ariſtoxenus in Creta uita defũctum aiunt: eiuſq; ſepulchrum Ariſtoxenus a Cretenſibus oſtendi apud pergamiam in uiam Xeuam tradit. Filium quoq; unicum reliquiſſe Antyorum dicitur. Quo ſine ſobole mortuo genus defecit. Amici uero ac familiares ſucceſſionem quãdam atq; conuentum: qui in multa tempora perdurauit : conſtituere. Et dies quibus conueniebãt: Lycurgidas appellarunt. Ariſtocrates autem Hipparchi filius inquit Lycurgi hoſpites cum is in Creta diem obiiſſet: corpus exuſſiſſe: & cinerem ī mare diſperſiſſe. Hoc enim ipſe precatus fuerat: qppe q cauiſſet: neqñ fortaſſe reliquiis eius delatis Lacedæmonẽ: & ob id iuramẽtis ciues ſoluti q̃ſi ipſo reuerſo rẽp. mutarẽt. Hæc igr̃ de Lycurgo phibẽt̃.

NVMAE POMPILII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

EST AVTEM DE NVMAE REGIS TEMPOribus quibus extiterit: permagna diſſenſio : tametſi in hunc ab initio ſtemmata delata plane uideantur. Sed Clodius quidam in Temporum argumento (ſic enim ferme liber inſcriptus ē) aſſeuerat Priſcas illas inſcriptiones in celticis urbis cladibus periiſſe: quæ uero nunc uidētur falſo quoſdam per uiros cōpoſitas quibuſdam gratificatos : qui priores gentes: illuſtriſſimaſq; familias ex nihil ad ſe pertinentibus occupaſſēt. Cū igitur narretur Numam Pythagoræ auditorem fuiſſe: Alii quidem omnino putant nihil græcæ diſciplinæ Numam attigiſſe: ſed uel natura illum uoluiſſe : & ſatis ſuopte īſtructum ingenio ad uirtutem fuiſſe: uel Pythagora meliori Barbaro cuipiam inſtitutionē regis adſcribendam uelint. Alii uero Pythagoram quidem poſt Numæ tempora extitiſſe: & ætate ſimul eius aliquanto minorem inquiunt: ſed Pythagoram Spartiatam: qui ſtadium in olympia uiciſſet: olympiade ſextadecima cuius anno tertio Numa in regnum cōſtitutus eſt: circa Italiam errabundum: Numæq; cōgreſſum ac ſimul regnū conſtituiſſe. Quare nonnulla ex Laconibus Romanis inſtitutis doctore Pythagora admixta ſunt. Præterea Numa fuit Sabinus genere . Sabini uero Lacedæmoniorum ſe coloniam fuiſſe uolunt. Tempora igitur diligentius exequi perdifficile ē: & ea maxime quæ ex uictoribus olympiæ ducuntur . Quorum deſcriptionem aiunt ſero Hippiam Elienſem edidiſſe: nullo ſubnixum neceſſario ad fidem argumento. Quæ autem nos de Numa memoratu digna accepimus: in medium referemus : congruum ſumentes initium. Septimum iam & trigeſimum annum rege Romulo Roma īcolebat. Quīto uero ineuntis menſis die quem nonas capratinas nunc uocant: ſacrificium quoddam publicum pro urbe ſacrificabat Romulus ad paludē : quæ capræ appellatur: aderatq; et ſenatus et populus frequens. Repente uero magna coorta in aere tēpeſtate ac Nimbo terram operiente: fragore ſimul ac tonitribus reliqua multitudo perterrita in fugā paſſim uertitur. Romulus uero e medio euanuit: neq; ipſe poſtea neq; mortui corpus inuentum. Grauis ſuſpicio Patritios attigit: emanauitq; aduerſus eos rumor in ciuitatem: ut iam antea regnum grauiter moleſteq; ferentes uolenteſque principatum in ſe tranſferre: regem interemerīt: etenim uidebatur iam Romulus et aſperius eis et impe rioſius uti. Sed hanc ſuſpicionem obſequiis ſuſtulerunt: honoribus diuinis Romulū perinde ac non mortuum ſed meliora ſortitum fata proſequentes : atque Proculus uir illuſtris iureiurando affirmauit uidiſſe Romulum in cælum cum armis ſublimem ferri: eiuſq; uocem audiſſe: qua ſe Quirinum iuberet nominari. Alterum uero ciuitatē de rege creando certamen ſeditioq; uerſabat . Nondum enī aduenæ ueteribus ciuibus admodum admixti erant . Quinetiam ipſa plæbs inter ſe fluctuabat . Ac Patricii ipſi ob eam contentionem ſuſpecti erant: regnari tamen omnes uolebant. Contentio uero atq; certamen nō erat pro uiro ſolum: uerum etiam utro ex genere rex ſumēdus eſſet. Etenim qui cum Romulo primi urbem condidere: indignum ducebāt ſabinos: qui ad urbis agriq; portionem admiſſi eſſent: coronari enitiq; ut eis imperarent : a quibus ea ſuſcepiſſent. Sabinis quoq; ratio quædam erat haud abſurda: quoniam Tatio rege ipſorum mortuo nulla in Romulum ſeditione ſunt uſi: ſed eum ſolum imperare permiſere: cum dignum ducerent ſui rurſum corporis principem creari. Neq; enim exinferi onbus ad eos acceſſiſſe & adiectione ſua illos quoq; multitudine roboraſſe: ac ſecū ad ciuitatis dignitatem & amplitudinem promouiſſe. Has igitur ob res illi certabāt. Sed

ne aliqua perturbatio ob ſuſpenſam gubernationem imperii ex eo certamine oriretur: ſtatuere patres: cum ipſi centum & quinquaginta eſſent in parte: quilibet cum regalibus inſignibus & legitima diis ſacra perſolueret: imperaretq; faciūda ſex horas noctis & ſex diei Quirino: tatūdem uero Tatio diſtribuētes. Etenim hæc temporum diuiſio: æque in utrunq; diſtributa poteſtatiſq; permutatio ad amouendam populi inuidiā: q eodē die ac nocte eundem ex rege priuatum intueretur: recte haberi patribus uiſa eſt. Nunc autem principatus modū interregnum Romani uocant. Sed quāq̄ ita ciuiliter & quiete regnare uiderentur: contumelias tamen turbulentoſq; clamores effugere nō poterant: perinde atq; in paucorum dominatum res tranſferrent: & in ſeſe ſtatū reip. traducerent: regnari autem nollent. Ex qua quidem re diſſidentes eæ partes inuicē conſenſere: ut altera ex altera regem declararet. Sic enim maxime quieſcere contentionem poſſe: & qui declaratus eſſet: æqualem utriſq; fore. Nam & alteros ut qui ſe elegiſſent amaturum: alteris autem ut cognatis beniuolum futurum. Itaq; permittentibus ſabinis regis electionem prioribus Romanis: uiſum iis eſt Sabinū potius eligēdū ſeipſis auctoribus: q̄ Romanū illis deſignantibus. Quāobrē inter ſe conſultantes deſignant ex Sabinis regē Numā Pōpiliū: qui uir tam & ſi nō ex iis fuiſſet qui ī urbē recepti ſūt: ita tamen uirtute omnibus probatus erat: ut ſtudioſius etiā ſabini q̄ eligentes ipſi audito nomine regē admitterent. Expoſitis igitur populo quæ decreta ſunt: cōmuni ſententia legatos ex utraq; parte primarios ad uirū mittunt: qui ut ueniret ac regnū acciperet precarentur. Erat Numa illuſtri inter Sabinos urbe Curibus. Ex qua ſe Romani ſimul cū receptis ſabinis quirites appellarunt: Pōponii uiri ſpectati filius: e quattuor fratribus natu minimus: eo diuina forte quadā die natus: quo Romulus urbem condidit. Is uero eſt. xiiii. Kalen. maias. Cū autē eſſet ingenio ad omnē uirtutē accōmodatus ſeipſum magis & per diſciplinā laborē philoſophiāq; excoluit: non animi deteſtādas perturbationes modo: ſed laudatā quoq; inter barbaros uim & habendi cupiditatem ab ſe amouens: ac uerā fortitudinē libidines in ſeipſo ratione ſuperaturā exiſtimans. Hinc uero omnis domo delitias ſimul atq; magnificos ſūptus pellens: & omnibus ſe cū ciuibus tū peregrinis integerrimum iudicem & conſultorē utendū præſtans: p ociū autē non ad uoluptates ac delitias non ad quæſtus ſed ad Deorū īmortaliū cultū & ad ipſorū naturā ac uim quātū ratione poterat cognoſcēdam ſemetipſo utens magnum adeo nomē atq; gloriā adeptus eſt: ut & Tatius qui ſimul cū Romulo Romæ regnabat ex unica filia quā habebat Tatia: generū illū ſibi aſciuerit. Neq; is tamen eo cōnubio elatus migrauit ad ſocerū: ſed patrē iā ſenioré fouens & nutriens in ſabinis manſit: ſimulq; Tatia priuati uiri quietē q̄ Romæ honorē gloriāq; patris gratia maluit. Itaque tertiodecīo poſt nuptias āno ea diē obiiſſe dicitur. Numa uero conſilia urbis deſerens: frequentius in agris morabatur: peragrabatq; libenter ſolus: & in Deorū lucis & in ſacris pratis ac in deſertis locis uitam degens. Vnde non minime quod de Dea fertur initium ſumpſit: ut certe Numa ille: nā abſq; ſollicitudine quadam animi & errore hominum ſocietatem reliquerit: ſed eo magis q̄ honeſtius conſortium deguſtarit: diuinumq; coniugium meruerit. Aegeriæ enim Deæ amanti congreſſus ac una degens: & fœlix uir & diuinarum rerum peritiſſimus factus eſt. Quod autem hæc multis uetuſtiſſimiſq; ſimillīa fabulis uidētur: quas Phryges de Atte & Bithynide Herodoto & de Endimione Arcades ac de aliis multis: qui fœlices quidā extitiſſe Diiſq; cari haberent: libentiſſime receperunt: obſcurum certe non eſt. Ac dicat ferme ratio immortalē Deū non equos non aues: ſed homines amare: per idq; uelle iis qui bonitate præſtant congredi: neq; grauiter ferre neq; aſpernari mirabilis alicuius uiri ſapiētiſq; congreſſum. Sed q̄ illa Deo Dæmoniq; ſit cum humano corpore atq; uenuſtate uel coniunctio uel gratia: id iam perdifficile eſt creditu. At qui uidentur Aegyptii non abſurda uti partiri one: qui aiunt: Mulieri quidem ſpiritum Dei appropinquare poſſe: & quædā ſobolis principia īgignere: uiro autem nullam eſſe corporis cum Deo neq; commixtionē neq;

congressum. Ignorant autem mixtum: cui miscetur: communionē uicissim æqualem
ꝛddere. At caritatem esse Deo cum homine: & ex hac amorem illū qui dicitur: gigni ad
mos uirtutisq; diligentiā curā & studiū decorū id certe fuerit. Neq; erant hoc pacto q
Phorbantē Hiacynthum Admetū ab Apolline amatos fabulantur: quēadmodū itē &
Sycionium Hippolytū fingunt: Cui quotiens ex Sicyone Cirrhā adnauigasset: oracu-
lum etiam nunc memorant Phytiam reddidisse: ueluti Deo sentiente & edere gaudēte
huiusmodi Heroicum: Hippolyti rursus carū caput æquora findit. Pyndari uero &
eius carminū amatorem fuisse Pana fabulantur. Reddidit item honorem quēdam &
Archilocho & Hesiodo post mortē per musas numē. Sophocli uero adhuc uiuo Aescu
lapium hospitio susceptum fama est: multas in hanc usq; diem coniecturas seruans.
Cui etiam alius Deus (ut fertur) sepulturam mortuo præbuit. Dignum ne igitur fuerit
qui hæc concesserint: hisdem derogare: si & Zaleuco & Minos & Zoroastri & Numæ
& Lycurgo regna gubernantibus cōponētibusq; resp. eodem modo numē cōgrederet?
an his quidem Deos etiam studio congredi? Cōsentaneum est: ut quæ essēt optima &
docerent & amonerent: Poetis uero & Lyricis querulis ioco uti: siquidem hisce tādem
uterentur. Quod siquis aliter dicat: illud Bacchilidis iter æquoris amplum: neq; enim
aliter sermo quicq̄ habet ineptum: quē de Lycurgo & Numa aliisq; similibus uiris nar
rant: qui ut infrænes difficilesq; multitudines caperēt: magnasq; rebusp. nouitates af-
ferrent: Dei opinionem cōmenti sunt: quæ ipsis illis quorum gratia fingebatur saluti
esset. Sed enim cū annum iā Numa quadragesimum ætatis ageret: uenere Legati Ro-
ma qui eū ad suscipiēdū regnum hortabantur. Verba fecere Proculus & Velesus: quo-
rū prius alteq; regē a populo creandū expectatio fuerat: Proculo quidem Romuli: Ve-
leso uero Tatii partibus fauentibus. Ergo hi paucis Numā allocuti sūt. Putabāt enim
huiusmodi nuntium gratissimum illi fore. At erat plane opus nō mediocre: sed quod
& uerbis multis & precibus indigeret: inducere atq; trasferre uiri sententiam: qui in qe
te paceq; uixisset ad eius principatum urbis capessendum: quæ quodammodo & bel-
lo nata & aucta esset. Itaq; tum eius patre tum Martio: qui unus ex cognatis esset: præ
sentibus aiebat: Vt omnis quidem humanæ uitæ mutatio periculosa ē. Cui uero neq;
rerum necessariarum quicq̄ deest: neq; præsentium aliquid querimonia dignum sit:
huic aliud nihil nisi amentia a consuetis studiis & immutat & transfert: quibus &si
nihil aliud insit: eo tamen q̄ certa sunt incertis præstant. At ne regi res obscuræ sūt q̄-
dem: siquis ex Romuli cladibus coniecturam traxerit: quod & ipse ne quam opinionē
cæperit: peinde quasi collegæ Tatio insidias tetenderit: ne quam & patribus cōparauit:
tanq̄ ab eis interemptus. Atq; Romulum hi Deorum sobolem rumoribus celebrant:
& diuinum quoddam eius alimentum: & salutem incredibilem ipsius adhuc infantis
narrant. Mihi autem & genus mortale est: & educatio eruditioq; ab hominibus: quos
ipsi nostis. Quæ uero de illius uiri moribus laudes referuntur: quem porro regnaturū
petitis: sunt & multa quies: & philosophiæ studium. Hic autem amor pacis rerumq;
a bello uacantium: & hominum in Deorum ueneratione ac mutuam beniuolētiam in
unum coeuntium: aliasq; uel agriculturæ uel pascuis indulgentium: & acerrimus est:
& nobiscum una connutritus. Vobis autem Romani permultos Romulus fortassis
inuictos reliquit hostes. Ad quos arcendos & ardentis animi urbs rege robusto īdiget.
Multa præterea tum bellandi cōsuetudo: tum etiam alacritas populo ob secundas res
inest. Neminiq; obscurum est: & incrementa illum: & ut cæteris imperitet desiderare.
Itaq; ridiculo ille futurus aliis sit: qui Deos colere: iudicium uenerari: uim autem et bel
lum odio insequi eam urbem docere uoluerit: cui militari duce magisq̄ rege sit opus.
Huiusmodi uerbis iure Numa regnum abnuente. Tum Romani omni studio etiam
atq; etiam rogabāt: orabantq;: ne rursum eos in seditionem ac ciuile bellum miscere:
cum alter non esset in quē ambæ factiones consenserint: tum etiā et pater et Martius
secedentibus illis priuatim instantes Numæ persuadēbant: ut magnum atq; diuinum

munus ſuſciperet. Quod ſi ipſe neq; diuitiarum egeas quoniam tuo cotentus ſis: neq; imperii neq; ditionis gloriam ambias: quoniam eam meliorem ex uirtute poſſideas: at ipſum regnandi munus Dei miniſterium ducens: qui profecto erigit neq; iacere tãtam in te iuſticiam ocioſamq; eſſe patitur: ne fuge: neq; euita imperium: quod prudenti uiro ad præclaras & magnas res obeundas præſtiterit locum: ubi & Deorum ĩmortalium cultus magnifici ſunt: et ad religionem homines manſueſcunt: facillime enim ſimulq; celerrime ii a principe ad honeſtiorem ſententiam traducuntur. Romani et Tatium q aduena eſſet ĩperatorẽ ãplexi ſunt: et Romuli memoriam diuinis honoribus ꝓſequũtur. Quis autẽ ſcit: ſi et uictorẽ populum ſatietas belli cæperit: et triumphis prædaq; referti mitem ducem et iuſti amicum in quiete paceq; deſiderãt: Quod ſi etiam nunc prorſus feruidi ſunt furenteſq; ad bellum: nonne melius fuerit aliorſum eorũ impetũ uertere: cum habenas manu tenueris: ac patriæ te omniq; Sabinorum genti aduerſus florentem et præpotentem urbem beniuolentiæ et amicitiæ uinculum præſtare: Accedebant ad hæc (ut fertur) et ſecunda ſigna et ciuium ſtudium atq; deſiderium: qui audita legatione: illũ ire regnumq; capeſſere: ad ciues beniuolentia caritateq; iungendos: precabantur. Vbi ergo rem probaſſet: Diis immortalibus ſacra faciens: ſe Romam cõtulit. Cui aduenienti ſenatus obuiam populuſque fit mirifico illius uiri et incredibili deſiderio. Dignis eum mulieres laudibus inſequuntur: ſacrificia ĩ templis fiũt: lætitia & gaudio complentur omnes: quaſi nõ regem ſed regnum potius urbs ſuſceperit. Sed poſtea q̃ eũ in forum conſtituere: Spurius Vectius qui per id temporis ſorte interrex fuit decretum ciuibus exhibuit: & omnes ſuffragium tulere. Cum autem inſignia imperii ſibi afferrentur: ea ſeruari iubens inquit: Deum eſſe cõſulẽdum: quaſi ſibi regnũ confirmaret. Auguribus igitur ſacerdotibuſq; aſſumptis Capitolium aſcendit: id Tarpeium collem tunc Romani appellabant: ubi qui auguribus præerat: illum uelato capite ad meridiem uertens: ipſe autem retromanens & eius caput dextra manu tenens precatus eſt: & contra q̃longiſſime proſpectum oculi ferebant: quæ ab Diis immortalibus auſpicia ſignaue mitterentur: circũluſtrabat: ſilentium ſummum tanta in multitudine forum tenebat: cunctis euentum obſeruantibus: & de futuro ſuſpẽſis. Ac mox cum bonæ aues dextræq; apparuiſſent: inſignia ei tradiderunt. Sic autem regali aſſumpta ueſte deſcendit Numa ex arce in multitudinem. Tunc & uoces & acclamationes omnium erant: perinde ut piiſſimum Diiſq; cariſſimum regem ſuſcepiſſent. Itaq; aſſumpto imperio Numa omnium primum trecentorum illorum turmas: quibus ad corporis tutelam Romulus uſq; utens celeres eos appellauit: diſſoluit. Neq; .n. dignũ putabat aut credentibus minus credere: aut non credentibus imperare. Secũdo autem loco Iouis Martiſq; ſacerdotibus a Romulo cõſtitutis: tertium ipſe Romuli cõſtituit: quem flaminem Quirinalem nominauit. Vocabant & ſacerdotes antea cõſtitutos flamines: ab eis iis qui circũ caluaria ſunt pileis: quibus ad tegenda capita utuntur: quaſi piliamines quidam eſſent: ut tradunt: tunc longe magiſq̃ nunc Græcis nominibus latinis admixtis. Etenim lænas quibus reges induebantur: Lobas chlænas eſſe ait. Et qui Iouis templo miniſtrat pubeſcentem puerum Camillum dici: quomodo Græcorũ aliqui Mercurium ab obſequio Camillum appellarunt. Cum hæc Numa ad populi beniuolentiam gratiam q; conſtituiſſet: illico agreditur urbem ceu ferrum ex dura & bellicoſa molliorem reddere atq; iuſtiorem. Quam enim Plato exæſtuantem ciuitatem timentemq; appellat: plane illa tunc erat: quippe quæ ſtatim ab initio audenti elatione quadam proteruaq; audacia eorum conſtitiſſet: audaciſſimi ſimul & bellicoſiſſimi undiq; confluentes illuc commigraſſent. Frequenti præterea militia belliſq; continuis ad alimentum potentiæ incrementumq; uſa eſſet. Ac ueluti ex ea quæ altius ſunt defixa: magis ipſa agitatione firmãtur: ex periculis inualeſcere inroborariq; uideretur: ſic autẽ elatum & aſperum ingenio populum non minimi neq; ignobilis negocii eſſe ratus: ſi ad pacem traducere atque tranſferre poſſet: diuinum auxilium implorauit ſacrificiis

plurimis & ludis & tripudiis: quæ ſimul cum grauitate gratã conſuetudinẽ benignãq; uoluptatẽ habentia ipſemet celebrauit: conſtituitq;: regens atq; deliniens animorũ ferocitatẽ ac bellandi ſtudiũ. Interdũ etiã diuinis quoſdã metris annuntiauit & uiſus numinũ monſtruoſos atroceſq; clamores ſubigebat: demiſſãq; eorũ mentẽ religione reddebat. Quibus quidem ex rebus potiſſimum ille uir ſapientiæ nomen eruditiõiſq; tãq̃ Pythagoræ congreſſus adeptus eſt. Nam quẽadmodũ illi ad ſapientiã: ita & huic circa gubernãdã rẽp. magna pars in numinis affinitate congreſſu & ſtudio uerſabatur. Præterea dicitur faſtũ exteriorẽ & cultũ ab ea ipſa Pythagoræ ſententia ſũpſiſſe. Etenĩ ille uidetur & aquilam quibuſdam uocibus excantans ſuperneq; uolantem deducens mãſuefacere ſolitũ: & femur aureũ ſuboſtendere: dũ in olympiis per celebritatẽ trãſitum faceret. Aliaq; mõſtruoſa eius inuenta res nũtiatur. Quibus ĩ rebus ſcripſit Timõphli aſius: Pythagorãq; tuere magũ: q noĩe flagrãs Pergeret eloquiis homines captare uenuſtis. Sed Numæ figmentum Deæ uel montanæ cuiuſdam Nymphæ amor: ſecretuſq; illius ad eum congreſſus: ut dictum eſt: & communia cum muſis conſortia. Plurima enim ex uaticiniis in eas referebat: quarum præcipue unam & inſigniter Romanos uenerari docuit: hãc tacitam appellauit. Quod uiri uidetur eſſe Pythagoreã Echemythiã quam taciturnitatem & myſterium dicunt comminiſcentis ſimul & honorantis. Quæ de Deorum immortalium ſimulacris etiam Numa ſtatuit: q̃ſimillima ſunt prorſus Pythagoræ documentis. Nam primum principium illa neq; ſenſui neq; perturbatiõi ſubiectum: ſed mentem inuiſibilem & increatam eſſe cẽſuit. Hic autem Romanos ꝓhibuit exiſtimare imaginẽ Dei aut hominis ſpeciem aut animalis habere formã. Nec fuit apud eos neq; picta neq; ficta Dei prius ſpecies. Sed in prioribus centum & ſeptuaginta annis templa quidem ædificabant: ſacraq; tuguria erigebant: ſimulacrum uero nullum corporeum faciebant: perinde atq; neq; fas eſſet deterioribus meliora aſſimilare: neq; aliter atq; ĩtelligentia percipi Deus poſſit. Sacra quoq; ab Numa ĩſtituta ritũ ſanctimoniamq; Pythagoræ uehementer attingunt. Erant enim ſine ſanguine eorũq; plurima ex farina & libo rebuſq; uiliſſimis compoſita. Præterea exterioribus aliis coniecturis enituntur: qui Numam Pythagoræ familiarem fuiſſe uolunt. Quarum una eſt Romanos ſuæ reip. Pythagoram aſcripſiſſe: ſicuti Epicarmus comicus quadam ĩ oratione ad Antenorem tradidit: uetuſtiſſimus quidem ille uir & Pythagoricæ particeps diſciplinæ. Alii uero dicunt cum quattuor Numa filios habuiſſet: Mamercum unum ex Pythagoræ filio appellauiſſe. Ab illo autem & Aemiliorum familiam admixtã patriciis nominatam ferunt: ſic rege blandiloquio illius uiri quod Aemiliam uocant & ĩdicendo gratiæ arridente atq; amplexante. Ipſi etiam audiuimus Romæ e multis narrãtibus: ut Romanis aliquando oraculo reddito de illius uiri erigenda apud ſe ſtatua: qui prudentiſſimus Græcorum & fortiſſimus extitiſſet: duas in foro æneas imagines ſtatuiſſe Alcibiadis alteram: alteram uero Pythagoræ. Hæc igitur concertationibus refertiſſima & prolixius exequi & ut uera admittere: iuuenilis eſt pertinaciæ. Numæ autem pontificũ ordinẽ conſtitutionẽq; attribuunt: aiuntq; eum hoc unũ primũ extitiſſe. Vocatos aũt pontifices alii dicunt quoniam Deos colunt: potentiæ illos ac omniũ dños. Alii uero inquiunt nomen effictũ eſſe ad potentum profligationẽ: tanq̃ iubente legũ latore ſacerdotes obire potentia ſacra. Si uero quid maioris impedimenti fuerit: crimini illo haud apponente. Alii uero plurimi quod in nominibus rideri ſolet: maxĩe autumant atq; confirmant: ut nihil aliud pontifices q̃ a pontibus faciundis eſſe uocitatos: ab ſanctiſſimis & uetuſtiſſimis ſacrificiis quæ ad pontem fierent. Eſſe autẽ eam obſeruationẽ & ſtructuram ueluti aliud quicq̃ ex ĩmotis patriiſq; ſacris ſacerdotibus delegatam. Nefas. n. & execrabile apud Romanos exiſtimari lignei põtis diſſolutionẽ. Cõnectebatur aũt lignis (ut aiunt) pro diuino quodam dicto omni prorſus amoto ferro: lapideus enim pons diu poſtea extructus eſt ab Aemilio quæſtore. Quĩ etiã ligneũ poſt Numæ tẽpora factũ & abſolutũ dicunt a Martio rege: qui Numæ ex filia nepos

fuit:Maximus uero ex pontificibus ueluti interpretis & prænuntiatoris : quin Hierophante potius ordinem & locum tenet : qui quidem non ſolum res quæ publice fiunt curat:ſed & priuatim ſacrificantes obſeruat:impedimentoq; eſt ne quis legitima trāſgrediatur:docetq; qua quiſpiam re ad uenerationem Deorum aut ad poſtulandā ueniam indigeret. Erat & ſacrarum uirginum cuſtos: quas ueſtales appellāt. Nā Numæ etiam ueſtaliū uirginum ſacerdotium ac prorſus ignis perpetui:quem eæ tuentur : & cultū & honorem aſcribunt: ſiue ut puram & incorruptam ignis ſubſtantiam īuiolatis item integris corporibus illis commendarent : ſiue quod ſterile & infœcundum eēt ſcitæ uirginitati adiungerent. Nempe enim & in græcia ubi perpetuus ſeruatur ignis: ut Phytiæ & Athenis: nō uirgines ſed mulieres ſolutæ coniugio eiuſce rei curam & diligentiam habent. Quod ſi forte quandoq; ignis deficiat:ueluti Athenis Ariſtone tyrāno ſacram lucernam extinctam aiunt : & apud Delphos templo ab Medis incenſo & Romæ tum mithridatici tū ciuilis belli tēporibus ſimul cum ara & ignis periit:dicunt nequaq̄ decere ex altero igne accipi:ſed nouum & peregrinum elici oportere:accenſa ex ſole flamma pura & immaculata. Accenduntq; maxime ſcaphiis uaſis:quæ ſtruuntur quidem ex latere Iſoſceli trianguli recti eaq; cauata:reſpiciuntq; in unum ex circū ferentia centrum. Cum igitur ſoli aduerſa opponantur:ita ut undiq; accenſi radii cogantur connectanturq; ad centrum:& ipſum diſcernunt aerem attenuatum & eorum quæ appoſita fomenta ſunt : leuiſſimas aridiſſimaſq; partes celeriter accendit ex obiecto corpus & ictum igneum radio aſſumente. Itaq; nihil aliud a ſacris uirginibus q̄ inextīguibilem illum ignem aſſeruari quidam putant. Aliqui uero quædam inquiunt ſacra eē: quæ aliis uidere non licet abdita:de quibus quæcunq; & audiri & dicere fas eſt:ī Camilli uita perſcripta ſunt. Primum igitur Geganiam & Bereniam a Numa ſacratas aiunt: deinde Camiliam & Tarpeiam:poſtea uero Seruio alias duas numero illi addente:id ī hæc uſq; tempora multitudinem obſeruaſſe. His autem uirginibus annorum triginta ab rege caſtitas præſcripta eſt. Ac primum quidem decenniū quæ faciunda ſūt diſcūt. Secundum uero quæ didicere faciunt. Reliquum autem decennium hæ alias edocent. Tum demum uolenti permittitur poſt id tempus & nubere & ad aliam uitam uerti ſolutæ iā ſacerdotio. Dicū t̄q; haud multæ hāc licētiā libēter āplexæ:neq; iis quæ eā āplexæ fuerīt : ſecundas res cōtigiſſe:ſed pœnitentia & mœrore reliquū uitæ tēpus agentes phibētur alias in Deorum metum religionemque iniicere:ut ad ſenium & ad mortem uſq; pudicitiam uirginitatemq; obſeruent. Illis autem magnos honores reddidit: quorum is eſt:ut etiam uiuo patre teſtamentum condere ac cætera gerere ſine curatore queant:quemadmodum & trium filiorum matres. Cum faſcibus cum prodeunt deducūtur. Et ſi caſu in quēq̄ inciderint:cum ad lætum agitur:necari eum non licet:uerum deierare uirginem oportet ſe non ultro ſed forte:non autem dedita opera & de induſtria obuiam factam. Qui autem occurrerit:cum ipſæ feretro uehuntur moritur. Atq; aliorum criminum cauſa puniuntur uirgines uerberibus:interdum & nudā pontifex maximus quæ deliquerit: obtenſo linteo in abditiore obſcurioreq; loco eam plectit . Sed quæ uirginitatem prodiderit:uiua ad portam quam collinam uocant:defoditur:quoquidem in loco ſuperciliū eſt intra urbem terreſtre porro ſe intendens:quod latino; idiomate uocatur tumulus. Hic ſtructa eſt ſubterranea domus haud magna: in quā e loco ſuperiore deſcenditur. Iacet in ea ſtratus lectulus & lucerna ardens primitiaq; rer; earum:quæ neceſſariæ ſunt ad uictum breues quædam:panis aqua in uaſe lac & oleū: quaſi caueat ipſa domus ne fame eius corpus intereat : quæ maximis expiatoribus dedicata ſit. Ipſam uero pœnæ obnoxiā feretro impoſitam & exterius obtectam loriſque ligatam:quo neq; uox queat etiam audiri:per forum uehunt . Silentio accedunt ōes: eamq; ſine uoce graui cum mœrore quodam deducunt. Neq; aliud ſpectaculum horribilius eſt:neq; alium diem ciuitas mœſtiorem agit. Cum uero ad locū feretrū delatū fuerit:ſolutis a miniſtris uinculis:ſacerdotū prīceps precatus arcana quædā ſullatiſq;

ad Deos mãibus:añ ſuppliciũ educit eã capite optã:cõſtituitq; ĩ ſcalis ĩ dõiciliũ deferẽ tibus. Deĩde ipſe cũ aliis ſacerdotibus auertit. Cũ aũt illa deſcẽderit:& ſcalæ tollũt:& multa deſup iiecta humo domiciliũ operit:adeo ut is locus reliquo tumulo æq̃lis fiat. Sic quidem quæ ſacram uirginitatem prodidere : puniuntur . Verum dicitur Numa Veſtæ templum rotundum condidiſſe:ubi perpetuus ignis ſeruaretur : imitatus uero terræ figuram quaſi lar focuſq; ſit:ſed totius mũdi potius:cuius medium Pythagorici putant ignis ſedem et id larem uocant et monadem. Terram uero neq; immobilẽ neq; in medio globi poſitam:ſed eſſe circum ignem in gyrum ſuſpenſam. Hæc autẽ et Platonem iam cum ſenior eſſet:de terra ſenſiſſe aiunt:ut in altera regione conſiſteret: ſed ipſum medium et abſolutiſſimum terræ meliori elemento cuidam alteri adiacere. Põtifices autem & patrios humandi ritus quærentibus declarant ab Numa edocti : nihil huiuſmodi piaculum ducere:quin etiam Deos manes legitimis ritibus uenerari : ut q̃ ea quæ maxime noſtra ſunt:ſuſcipiant: et eam præcipue quam Libitinam appellant: huiuſmodi ueneratione coli: quæ Dea ſit eorum quæ mortuis iuſta præſtantur inſpectrix : ſiue Proſerpinam illam ſiue (ut Romanorum diſertiſſimi arbitrantur) Venerẽ crediderimus. Illi quidem in unam Dei uim quæ ad ortum obitumq; pertinent haud inepte referentes. Numa quoq; & lugẽdi modum pro ætatibus temporibuſq; ſtatuit. Puerum non lugeri trimo minorem:neq; etiam natu grandiorem plures menſes: q̃ uixiſſet annos ad decem uſq;. Et prolixiore fletu ætatem lugere nullam. Sed longiſſimũ luctus tempus eſſe menſium decem: q̃diu & mortuorum uxores uiduitatem ſeruant. Quæ uero intra id temporis nupſerit:uaccam prægnantem ex Numæ legibus ĩmolat. ſed cum alia plurima ſacerdotia ab Numa ĩſtituta ſint: duo adhuc in medium referã: alterum ſaliorum:& fæcialium alterum:quæ uiri pietatem maxime oſtendunt. Enim uero fæciales quidam pacis cuſtodes:&(ut mea fert opinio)ab re ipſa nomen capientes controuerſias uerbo ſædabant. Cũ nõ permitterent prius militare q̃ oĩs iudicii ſpes abſciſſa eſſet. Etenim pacem Græci uocant:quando uerbo non ui inter ſe utentes controuerſias ſoluunt. At Romanorum fæciales ſæpe ad eos ibant qui iniuriam inferrent: illiſq; ſuadebant:ut ſe beniuole & amice gererent. Is autem inimice ſeſe & pro uolũtate gerentibus:Deos teſtati & multa grauia in eos eorumq; patriam imprecati : niſi iuſtem aggrediãtur:ſic eis bellum indicebant . Fæcialibus uero prohibentibus aut minus comprobantibus neq; militi fas erat neq; regi Romanorum arma mouere . Sed ab his neceſſe erat initium belli pro iure princeps acciperet: & tum demum communi cõmodo proſpiceret . Fertur etiam celticam illam calamitatem urbi contigiſſe ob hæc ſacra uiolata. Barbari enim Cluſinos obſidebant . Ad quos cum Fabius ambuſtus in caſtra miſſus legatus eſſet:quo pro obſeſſis fœdera iniret:& ei ferocius reſponſum fuiſſet: ratus ſe legationis munere iam defunctum : iuueniliter ac temere auſus eſt pro Cluſinis armis ſumptis Barbarorum bellaciſſimum ad ſingulare certamen prouocare . Secũda igitur pugna uſus & proſtrauit uirum & ſpoliauit . Qua quidem re cognita mittunt Romam præconem celtæ Fabium accuſantes:q; præter fœdera præter fidem præter indicendi ordinem bellum eis intulerit. Tunc uero cum fæciales ſenatui hominem illum celtis dandum ſuaderent:refugit ad plæbem Fabius:uſuſq; populi fauore iudicium & repulit & euaſit. Paulo autem poſt adorſi celtæ totam urbem præter Capitolium ĩ præ dam uerterunt: atq; uaſtarunt . Verum hæc in Camilli uita diligentius tractata ſunt. Salios autem ſacerdotes ex huiuſmodi cauſa cõſtitutos dicitur: Annum iam octauum regnante Numa morbus peſtifer italiam occupans:Romam quoq; inuaſerat. Mœrẽtibus uero cũctis traditur Peltam æneam e cælo delapſam in Numæ manus decidiſſe. In eam autem mirabilia quædam dixiſſe regẽ ſe ex Aegeria muſiſq; audiſſe. Peltam enĩ in urbis ſalutem miſſã:oportereq; eã aſſeruare:aliis undecĩ ad illius figuram magnitudinẽq; & formã effectis : quo dubiũ ob ſimilitudinẽ ſit cæleſtis illius adipiſcendæ. Præterea opus eſſe Camœnis locum eũ & quæ circũ locũ prata ſũt:ſacrare: quo frequẽter

ad ſuum congreſſum ueniant. Fontem uero qui locum rigat: ſacris uirginibus ueſtalibus conſtituere: quo inde aquam quotidie ſumentes inundent atq; aſpergant templi adytum. His igitur teſtimonium attuliſſe dicunt peſtem ipſam: quæ continuo ceſſauerit. Peltam autem ex eius auctoritate atq; imperio effingere artifices cum certaſſent: diffidentibus ac deſperantibus cæteris Veturium Mamurium ex ſummis unum opificibus uſq; adeo ſimilitudinem effinxiſſe ſtruxiſſeq; omnis ſimiles: ut neq; Numa iam ipſe dinoſceret. Harum autem cuſtodes ac miniſtros conſtituiſſe dicitur ſalios ſacerdotes. Salii uero uocati ſunt: non (ut quidam fabulantur) a uiro ſamothrace ſeu manti neo Salo nomine: qui ſaltationem quæ in armis dicitur: edocuerit: ſed ab ipſo potius tripudio ſaltatorio: q̄ uehementius robuſtiuſq; per urbem euntes ſubſaltant: cum ad menſem martium ſacras peltas ſuſcipiant induti puniceis tunicis: æneis balteis latiſq; ſuccincti æneas capitum galeas portantes: paruis gladiis arma pulſantes. Reliquum uero ſaltationis pedum eſt opus. Mouentur enim ſuauiter: conuerſiones ac mutatiões in celeri & crebro numero robuſte & leuiter reddentes. Eas autem peltas ancilia ꝓpter figuram uocant. Circulus enim non eſt: neq; ueluti pelta circunferentiam reddit: ſed exciſuram habet lineæ helitoidis: cuius apices curuaturam habentes & denſitate in ſe conuerſæ figuram ancilis faciunt. Aut propter ancona ideſt cubitum: ad quem circunferuntur. Hæc enim Iobas inquit cupiens nomen a Græco deducere. Poſſet etiã primũ hoc cognomen ab eo uel motu uel impetu deſcendere: qui anechaten ideſt ſuperne factus ſit: ſiue ab ægrotantium curatione: quæ aceſis dicitur: aut ab auchimon lyſeos: hoc eſt ſicciratum ſolutione: præterea & a triſtium amotiõe: quam anaſcheſin uocãt: ex quo Caſtorem & Pollucem Anachas Athenienſes appellant: ſiquidem in græcum eloquium nomen deducendum ſit. Mamurio autem artis illius ſuæ mercedem fuiſſe perhibent memoriam quãdam per ſaliorum carmen ſimul cum pyrrichii modulo abſolutum. Alii Veturium Mamurium qui canebatur: fuiſſe aiunt. Alii uero ueterẽ memoriã. Sed poſtea q̄ ſacerdotia inſtituiſſet: regiam iuxta templum Veſtæ cõdidit: ubi maiorem temporis partem morabatur: aut ſacris indulgens: aut ſacerdotes docẽs: aut alicui rerum diuinarum ſpeculationi apud eos uacans. Domum habuit alteram ad collem quirinalem: cuius etiam nunc locum oſtendunt. In profeſtis autem & omnino in ſacerdotum feſtis per urbem præcones præcedebant: qui ut quieſcerent & ab operibus deſiſterent iubebant. Quemadmodum enim pythagoricos dicũt non ſinere homines per tranſitum adorare Deos immortales: illoſq; orare: ſed continuo ex ipſa domo mẽte ad id paratos pergere: ita & Numa decere ciues exiſtimauit: neq; audire quicq̄ rerũ diuinarum: neq; aſpicere per deſidiam atq; negligẽtiam: ſed uacare a cæteris oportere: mentẽq; adhibere. Perinde ut rei ad pietatem maxime: ac deniq; crepitibus ſtrepitibus gemitibuſq;: & quæq; huiuſmodi neceſſarios uulgariumq; artium labores cõſequũt: uias uacuas cerimoniis præſtare. Quorum ueſtigium quoddam in hanc uſq; diem ſeruantes: cum imperator circa auguria ſacrificiaue uerſetur: clamant hoc age. Quæ uox quotquot rei interfuerint: & conuertit & parat. Erant autem multa illius præcepta pythagoricis documentis q̄ſimillima. Quẽadmodũ enĩ monebant illi ſuper chœnice ſedendũ non eſſe: neq; ignem gladio fodiendũ: neq; peregre proficiſcentibus retrouertẽdum & ſuperis īparia litare: inferis uero paria: quorũ ſenſũ per ſingula multitudini occultabant: Ita quædam Numæ patria inſtituta arcanam rationem habent: ueluti Diis libandũ non eſſe ex uitibus non putatis: neq; ſacrificandum ſine farina: & cũ adorãt in orbem ſeſe uertere oportere: deinde uero ſedere. Ac prima quidem duo uidentur mã ſuetudinẽ edocere: quaſi ea pietatis pars ſit. Adorantium uero illa uertigo ad mundani circuitus ſimilitudinẽ ſit. Videri aũt magis poſſet is qui adorat: quoniã aſpectantibus tẽplis ad orientẽ aduerſatur ortus: hic mutare ſeipſum & ad Deum conuertere orbem faciens & abſolutã precẽ utrīq; cõiungens. Niſi mediuſfidius ægyptiis rotis mutatio habitus: & ſignificat huiuſmodi aliquid: docetq; rem ſimilem: quaſi nihil ex humanis

rebus ſtabile & firmū ſit: ſed utcūq; uertat Deus reuoluatq; uitā noſtrā: id iocunde ac libenter admitti conueniat. Sedere autē cū adorarint: auſpiciū eſſe dicunt: quo & ratas preces & in bonis perſeuerantiā fore ſignificatur. Aiunt & actionū diuiſionē quietem eſſe. Quaſi igitur priori actioni fine impoſito ſedendum ſit apud eos: quo alterius rur ſum īeūdæ ab illis ſumatur initiū. Poteſt & hoc quoq; cū his quæ diximus congruere: aſſuefaciente nos legum latore non eſſe Deū īterpellandū in occupatiōe & negligētia: ſed cū tēpus ē nobis & ocioſi ſumus. Ex huiuſmodi uero inſtitutione in rem diuinam adeo urbs ad manſuetudinem & quietem redacta ē: & ita Numæ uim admirata: ut & abſurdos ac per id fabulis q̄ſimillimos rumores admitteret: exiſtimaretq; nihil eē neq; ab ratione alienum: neq; quod ubi ille uellet minus fieri poſſet. Itaq; (ut aiunt) cum nō nullos ciuis Numa ad cōuiuiū inuitaſſet: uaſaq; abiecta & cœnam admodum uilē ac plæbeiā appoſuiſſet: iam illis cœnare incipientibus ubi ſermonē iniecīſſet: ut ea Dea cui ipſe congrederetur ad ſe uenerit: ſubito domum precioſis referctā poculis & men ſam omnifariā obſoniis apparatuq; magnifico plenas oſtendiſſe. Verum ōem id ab ſurditatem excedit: quod de congreſſu cum Ioue tradunt. Fabulantur enim in Auenti num collem: cum neq; adhuc urbis pars eſſet neq; habitaretur: ſed largos fontes opa caq; arbuſta ī ſe haberet: duos dæmones Picum Faunumq; incedere: quos alias quidē ſatyrorum titanumue generi quis aſſimilet. Medicaminum autem ui & diuinis in re bus magicæ acrimoniæ dicuntur: eodem modo Italiam metuētes peragrare: ut ii quos Græci Ideos dactylos appellant. Hos inquiunt ab Numa captos: qui uino & melle fō tem ex quo bibere conſueuerant: temperarat. Captos uero ī multas uerti ſpecies: ſuāq; naturam exuere: & monſtruoſas formas uiſuq; terribiles prætendere. Sed poſtea q̄ te naci ineuitabiliq; ui ſe comprehenſos ſenſere: cum alia futura multa prædixiſſe: tum eam fulminum luſtrationem edocuiſſe: quæ in hanc uſq; tempeſtatem per cæpas fit & crines & menides piſciculos. Quidam autem dicunt non eos dæmones luſtrationē edocuiſſe: ſed ab illis arte magica Iouem accerſitum. Quare iratum Deum Numæ im peraſſe: oportere luſtrationem capitibus fieri. Cum uero Numa ſubdidiſſet: cæparū: Iouem dixiſſe: hominum. Cum Numa rurſus inuertens præcepti acerbitatem interro garet: capillis: Reſpondiſſe Iouem: animatis. Et tunc Numam piſciculis menidibus intuliſſe. Et hæc dicere ab Aegeria edōctum: atq; Deum quidē poſteaq̄ ileos ſibi factus eſſet: hoc eſt propitius: abiiſſe: & locum ab illo ilicium appellatum: & ſic expiationem eſſe conſumatam. Hæc igitur fabuloſa plenaq; ridiculis oſtendunt: qua illius tempe ſtatis homines mente quaq; ueneratione: quam ſcilicet conſuetudo eis indiderat: diui nitatem proſequerentur. Ipſum uero Numam adeo diuina in re ſpes ſuas collocaſſe p hibent: ut cum aliquando ſibi de hoſtium aduentu atq; incurſu nunciatum eſſet: ſur rideret: diceretq;: At ego ſacrifico. Primum autem ferunt & Tidei & Termini templū condidiſſe: ac Tidem iuſiurandum demonſtraſſe Romanis maximū: quo etiam nunc utuntur. Termino uero qui meta quædam eſt & publice & priuatim ad agrorum con finia ſacrificant animantia. Et id nunc quidem. Nam apud ueteres incruentū fuerat Numæ ſacrificium: quippe qui ſapientiſſime docuiſſet decere terminalem Deum nece purum eſſe: utpote qui pacis cuſtos & iuſticiæ teſtis ſit. Videtur & omnino hic rex Ro manum ſolum terminauiſſe: cum Romulus noluiſſet menſuram proprii agri fateri alieni ablationem. Suas enim uinciri uires: ſi terminum obſeruaſſet: ſin minus obſer uaſſet: ſe iniuriæ argui. At neq; latum ſolum urbi fuerat ab initio maioremq; eius par tem armis ſibi Romulus compararat. Et id omne Numa iis ciuibus qui pauperie pre merentur: diſtribuit: quo & egeſtatem quæ inferendæ iniuriæ cauſa ſit: tolleret: ac po pulum ipſum ad agriculturam uerteret: ſic enim is una cum ſolo manſuefieret. Nam nihil ex omnibus ſtudiis acrem adeo pacis celeremq; amorem efficit: ut uita ruſtica. ubi & bellicæ audentiæ ad defendendam tuendamq; rem propriam robur perdurat & adeſt: & per iniuſtitiam cupiditatemq; pluris aſſequendi reſolutio exciſa ē. Quāobrē

cum & agriculturam Numa ſicuti pacis philtrum immiſcuiſſet ciuibus : magiſq; ut morum q̄ ut diuitiarum effectricem eam artem adamaſſet: ī partes agrum omnem di uiſit: quas pagos appellauit: & ſigillatim qui obſeruarent: quiq; circumirēt ſtatuit. Interdum quoq; & ipſe inſpectans & ex operibus ciuium mores coniectans alios ad honores & ſecreta conſilia promouebat: inertes uero & negligentes uituperans & abiiciēs caſtigabat: atq; inſtituebat. Ex aliis autem eius inſtitutis multitudinis pro opificiis diſtributio maxime in admiratione habetur. Nam cum ciuitas duobus ex populis (ut dictum ē) cōſtare uideretur: quin diuiſa potius foret: ac nullo pacto una eſſe uellet: neq; fieri poſſet: ut factio ſimultaſq; deleretur: ſed offenſiones aſſiduas & partium contentiones pateretur: cum animo ſecum Numa uerſaſſet: ſolere homines ea corpora : quæ & diuerſa natura & dura ſunt perfringendo & diuidendo commiſcere: quippe qui ex paruitate conueniant: illa inter ſe magis ſtatuit in partes plures cunctam multitudinē reſcindere: ut ex is in alias contentiones cum iniecisſet priorem & magnam illam ī minores diſſeminatam pēitus tolleret. Fuit autem pro artibus ea diſtributio: Tibicinum aurificum architectorum tinctorum cerdonum coriariorum fabrorum figulorum. Reliquas uero artes ſimul colligens unum ipſū ex omnibus corpus redidit : ſocietates & conuentus ac Deorum honores cuilibet generi pro dignitate impartiens: tum primum illud amouit ex urbe: dici haberiq; alios ſabinos alios romanos: & illos Tacii: hoſce Romuli ciues. Itaq; ea diuiſio fuit perpulchra quædam omnium inter ſeſe cōpoſitio atq; commixtio. Laudatur etiam ex eius inſtitutis emendatio eius legis: qua patribus filios uendere permittebatur: illos excipiens qui uxores duxiſſēt: ſi patre approbāte iubēteq; nuptiæ factæ eſſent. Graue nanq; & iniquum exiſtimauit eam mulierem ſeruo cōgredi: quæ ut libero nupta eſſet . Præterea cæleſtium rerum ſtudium Numa attigit neq; acriter neq; omnino imperite. Nam Romulo regnante præter & rationem & ordinem menſibus utebantur: alios quidem neq; dierum uiginti: alios quinq; & triginta : alios uero plurium ſupputantes. Lunæ autem ſoliſq; inæqualitatis cognitionem habebant nullam : ſed unum duntaxat obſeruabant: ut dies trecentos & ſexaginta annus contineret. Numa uero inæqualitatis uiciſſitudinem dierum undecim fieri colligens: ut lunaris trecentos quinquagintaquattuor haberet dies: ſolaris uero trecentos ſexaginta quinq;: undecim hoſce dies duplicans adiecit ad annum in menſe februario emblimū hoc ē intercalarem: quem mercedinum romani uocant. Eratq; dierum duorum ac uigīti . Atq; quidem quam is adhibuit inæqualitatis medela ea tunc fuit: quæ maioribus olim curationibus indigeret. Mutauit & mēſium ordinem. Martius enim qui primus erat: tertium fecit: primum autem ianuarium qui erat undecimus ſub Romulo: duodecimus uero & ultimus februarius quo nunc ſecundo utuntur. Multi etiam ſunt qui duos hoſce menſes additos a Numa inquiunt ianuarium atq; februarium . Ab initio enim decem menſium in uſu annum extitiſſe: ueluti quidam ex barbaris trium: ex græcis autem quattuor arcades: ſex acarnanes mēſium anno ſunt uſi. Aegyptiis mēſtruus annus fuit: deinde menſium quattuor ut aiūt: quare qui uel nuperrime eam regionē incoluerint: uetuſtiſſimi uidētur eē: annorūq; incredibili multitudine in familiarū deductionibus differunt: quippe qui menſes ī numerū annorū collocēt . Quod autē romani menſes decem in annum ordinarint: & non duodecī : coniecturam affert ultimi appellatio: eū. n. decēbrē etiam nunc uocant. Quod autē martius primus in ordine uocabatur: obſcurum nō eſt. Nam quintum ab illo quintilē ſextū ſextilē noīabant: ac reliquos deinceps ſingulos eodem modo. Nam ianuario februarioq; ante martiū poſitis contingebat ante dictum menſē quītilē nominari & ſeptimū numerari. Præterea uero non erat a ratiōe alienum martiū qui Marti a Romulo ſacratus ſit primū nominari. Secūdū uero aprilē q̄ aphroditis ideſt Veneris habeat cognomentū: quo mēſe & Deæ ſacrificant : & ad kalendas mulieres myrto coronatæ lauant . Quidam uero non ex aphrodite nominatum aprilem dicunt : ſed quemadmodum ſimplex ſe nomen habet

aprilē menſē uocatū : quoniā uerna tēperie arridente plantarum aperiantur germina. Maiū quidē a Maia uocant. eſt. n. Mercurio ſacer: iuniū uero ab anni tempore . Sunt etiam qui hoſce ab ætate maiore & iuniore cognominatos dicant. Reliquos autē ſigillatim ab ordine quaſi numerantes nominauere : quintilē ſextilē ſeptēbrē octobrē nouēbrē decēbrē. Poſtea quintilis a Cæſare qui Pompeiū ſuperauit: iulius . ſextilis uero ab eo qui Auguſtus cognominatus ſecundus imperauit: nominatus eſt. Reliquos autem deinceps duos Domitianus ſuis ſibi cognomentis aſciuit: neq; id diu ſed qui rurſū illo iugulato ſua reſūpſerunt nomina. Itaq; alter ſeptēber alter october appellantur . Soli poſtremi duo appellationē ab ordine (ſicuti ab initio habuere) ſeruauerunt . Qui uero a Numa additi mutatiue ſūt: februarius quidem ueluti luſtrationis expiationiſq; mēſis quidā ſit. etenim ipſa dictio hoc proprie ſignificat : ac nouo tunc ſacrificant germine: & lupercaliorum celebritatem: quæ plurimum luſtrationi eſt proxima: peragunt. Ianuarius autem qui primus eſt ab Iano dicitur. Martium uero quaſi a Marte cognominatus ſit: eo e prima ſede mutauit Numa (ut arbitror) quoniam in omnibus uellet rem urbanam bellicæ in honore præferri. Ianus enim apud uetuſtiſſimos illos ſiue genius ſiue rex fuerit : dicitur ferum & ſilueſtrem cultum in urbanum ciuilēq; mutaſſe: proindeq; ipſum bifrontem fingunt tanq̄ alteram ex altera & formam diſpoſitionēq; reddiderit. Eſt & eius templum Romæ duabus portis quod belliianuam uocant. Legitimum enim eſt ipſum aperiri: cum bellum ſit: in pace autem claudi. Quod certe difficile aut etiam raro factum: cum aliquo bello ſemper imperium ſuſpenſum teneatur. Nam cum propter eius magnitudinem barbaris nationibus undiq; circunfuſum ac ſeptum eſſet: iis repugnare cogebatur: uerūtamen Auguſto Cæſare imperante poſt Antonii profligationem clauſum ē: & antea. M. Attilio &. T. Mālio cōſulibus haud multum temporis. Deinde continuo ingruente irrumpenteq; bello apertum eſt. At Numa rege neq; ullum diem apertum uiſum: ſed tris & quadraginta annos continuos clauſū manſit: uſq; adeo bellicas res ūdiq; prorſus abſtulit: amouit ꝑdidit. Non. n. romanoꝝ populus mō regis iuſtitia & modeſtia ad manſuetudinem ac pacis amorem traductus eſt: uerum etiam urbes uicinas quaſi aliqua inde ſe aura ſalubriue ſpiritu ferente mutationis principium cæpit: & in omnes deſiderium influxit tranquille pacateq; uiuēdi & colendæ terræ: & nutriendorum in quiete pignorum uenerandorumq; Deorum. Feſtiuitates autem & conuiuia & eorum qui ſecure ſe inuicem adirent: mixtimq; uerſarētur: hoſpitalitates ac benignæ exceptiones Italiam tenebant: perinde atq; e fonte Numæ ſapientiæ in omnes honeſta iuſtaq; influerent: & illius animi ſerenitas ī uniuerſos diffunderetur. Quapropter & ſuperlationes poeticas ad eius ſtatum temporis ceſſiſſe dicunt: Hic callentis opus humorq; dominatur arachnes: Enſes ancipites haſtaq; longior. Aerea iam nuſq̄ ſupereſt tuba ducere ſomnos: Non ipſi placidos palpebra tollit. Nam neq; bellum neq; ſeditio neq; tumultus rege Numa in rep. fuiſſe traditur . At neq; aduerſus eum ullæ uel inimicitiæ uel inuidia ſeu ob regnandi cupiditatem inſidiæ uirorumue conſpiratio. Sed ſiue deorum metus qui uiri curam habere uiderētur: ſiue uirtutis uerecundia ſiue diuina fortuna quædam omni uitio illibatam puramq; hominum uitam ſub illo ſeruans: perſpicuum exemplum edidit: atq; coniecturam platonicæ illius uocis: quam illo nō paruo temporis curriculo iunior de rep. emittere auſus ē: Vnam malorum quietem eſſe ſolutionemq; hominibus : ſi ex diuina quadam ſorte philoſophico animo regia poteſtas coniungatur: quæ uirtutem uitii uictricem ſuperioremq; conſtituat. Sapiens enim ipſe profecto beatus eſt: beati etiam illi ſunt: q uerba ex ore ſapientis profluentia audiunt . Fere enim neq; ulla ui ſibi neq; minis aduerſus multitudinem opus eſt. Ipſi etiam manifeſto in exemplo & in clara uita principis uirtutem intuentes & ultro continentiæ ac ſapientiæ ſtudent: & cum iuſticia & moderatione ad probatam ac beatam uitam amice inter ſeſe ac concorditer conformantur. Vbi totius pugnæ auxiliiq; pulcherrimus finis eſt: atq; is omnium auguſtiſſimus eſt : qui

hanc uitam & hunc effectum ſubditis inſerere quiuerit. Hæc igitur Numa longe meli
us q̄ alius quiſq; uidetur conſpexiſſe. Quos autem filios is habuerit: quaſq; uxores du
xerit: diſſentiunt rerum geſtarum ſcriptores. Alii nanq; neq; aliam eum uxorem q̄ Ta
tiam accepiſſe: neq; alterum filium præter unam filiam Pompiliam habuiſſe dicunt.
Alii præter hanc filios quattuor ei aſcribunt: Pomponem Pinum Calpum Mamercū:
quorum quenlibet ſucceſſionem familiæ honeſtiq; generis reliquiſſe. Fluxiſſe nanq; a
Pompone pompōios: a Pino uero pinarios: a Calpo uero calphurnios: a Mamerco aūt
mamercios: quos ob hanc rem & reges cognominatos eē. Tertii autem ſunt qui hos re
prehendant: utpote quos familiis gratificatos inquiunt: & his nō uera ſucceſſionis ab
Numa inſignia addidiſſe: Pompiliam uero nō ex Tatia natam: ſed ex altera uxore Lu
cretia: quam non priuatus ſed iam rex duxerat. Omnes autem conſentiunt Pompiliā
Martio nuptam. Martius uero ex illo Martio natus eſt: qui Numam ad regnum ſuſci
piendum induxit. Etenim ſecum una migrauit Romam: & ordine ſenatorio ornatus
eſt. Ac poſt obitum Numæ cum in regni diſceptationem cum Hoſtilio ueniſſet: ſupe
ratus ſe uita priuauit. Eius uero filius Martius cui Pompilia nupta erat: Romæ cōmo
ratus Martium Ancum genuit: qui poſt Tullum Hoſtilium regnauit. Hoc ut fertur
quinquennii relicto diem obiit Numa: nō celeri neq; repentino obitu: ſed ſenſim ſenis
ac leni deficiens morbo: ut ſcripſit Piſo. Obiit autem non longe octogenario maior.
Oſtenderunt & ſepultura uitæ eius deſiderium. Nam tum ſocii & amici populi publi
cis ſimul concurſibus & coronis ad inferias conuenere: tum Patricii lectum ſuſtulerūt:
tum Deorum immortalium ſacerdotes & præſentes fuere & deduxerunt: tum deniq;
reliqua turba mixtis fœminis ac pueris non ut regis ſenioris exequiis aſſiſtentes: ſed ue
luti ex cariſſimis aliquem: quem in ætatis flore deſiderarint: ſinguli ſepeliſſent: cū eiu
latu & fletibus ſunt ſecuti. Atqui cadauer igni haud dedere: quoniam is cauiſſet: ut di
citur: ſed duabus arcis lapideis factis eum ſub Ianiculo condidere: quarum altera habe
bat corpus: altera libros ſacros: quos ipſe ſcripſerat: quemadmodum tabulas græci le
gum conditores conſuerunt. Cum autem adhuc uiuus ſacerdotes quæ ſcripſerat edo
cuiſſet: & eis habitum omnium mentemq; impreſſiſſet: iuſſit ſacros libros cū corpore
ſepeliri: quaſi non recte inanimis litteris arcana ferrentur. Quaquidem ſententia aiūt
neq; pythagoricos litteris commentaria præceptaq; mandare: ſed ipſorum memoriam
atq; diſciplinam ſine ſcriptis dignis uiris inſerere. Cumq; eorum traditio præceptorū:
quæ in geometria ambigua ſecretaq; dicuntur: cuipiam indigno edita eſſet: portendere
ſignificareq; dicebant: ut magno quodam & communi malo ac pernicie numen ad
miſſū ſcelus atq; īpietatem ulciſceretur. Itaq; magna his uenia dāda ē: qui eodem tem
pore Pythagoræ Numam in tanta rerum ſimilitudine congreſſum eſſe contendunt.
Antias autem tradit duodecim libros de iure pontificio: duodecim uero alios græcos de
diſciplina ſapientiæ in arcam repoſitos eſſe. Cum autem quadringenti fere anni præte
riiſſent. P. Cornelio & M. Bebio conſulibus magno imbrium facto impetu tumuloq;
diruto arcas ui inundationis excuſſas: decidētibuſq; operculis alteram quidem uiſam
inanem prorſus: neq; partem ullam neq; reliquias corporis habuiſſe: in altera uero cū
libri inuenti eſſent: eos legiſſe dicitur Petilius: qui per id temporis prætor erat: ad ſena
tūq; rettuliſſe: non uideri ſibi neq; fas neq; pium: ut quæ in libris ſcripta eſſent: audi
rentur a multitudine: Proindeq; delatos illos in comitiū igni tradidiſſe. Nempe iuſtos
omnis ac probos uiros maior inde poſt obitum laus ſequitur. Inuidia nanque non
diu ſuperſtes ē: ante plæroſq; etiam ea interit. Præterea illius gloriam regum poſterio
calamitates clariorem illuſtrioremq; fecere. Nam cum quinq; poſt illum regnauerint:
poſtremus ex imperio excidens in exilio conſenuit. E reliquis uero quattuor nemo na
turali morte defunctus ē: ſed tres inſidiis circunuenti necati ſunt. Hoſtilius uero Tul
lus qui Numæ ſucceſſit in regnum: & plurima ex illius honeſtis facinoribus ī primiſq;
ac potiſſimum pietatem in Deos irriſionibus & contumeliis inſectatus uti rem inertē

& muliebrẽ: ciues ad bellum uertit. Neq; ipſe igit audacibus hiſce ac ſtultis facioribus iſtitit: ſed graui & uario morbo mutata mente in Deorum metu atq; religionẽ cõuerſus é: quæ nulla tñ ſimilitudĩe ad Numæ pietatẽ accederet. Quinetiam eo magis alios huiuſmodi morbo ifecit: q; fulmine ictus cõflagrauit: ut fertur.

NVMAE ATQVE LYCVRGI COMPARATIO.

SED POSTEAQVAM NVMAE ET LYCVRGI VITAM EXPOſuimus: hiſce in medio poſitis &ſi difficile opus ſit: non tamen piguerit ipſorum differẽtias colligere. Nam quæ iis cõmunia pariaq; ſunt: ex ipſis rebus apparent: ueluti uirorum continentia pietas ciuilitas diſciplina: ut uterq; initium unum legum condendarum a Diis ſumpſerit. Quibus autem priuatĩ bonis uterq; præſtiterit: primum Numa quidem accæpit imperium: Lycurgus uero tradidit. Et alter cæpit id haud petẽs: alter cum poſſideret: reſtituit. Ac Numam quidẽ ex priuato & peregrino dominum alii ſibi cõſtituere. At Lycurgus ex rege ſeſe priuatũ fecit. Pulchrum ẽ certe regnum ſibi iuſticia comparaſſe: pulchrũ ẽ etiam iuſticiã regno prætuliſſe. Virtus enim illuſtrem adeo illum reddidit: ut dignus imperio habitus ſit. Hunc uero ita magnum effecit: ut imperium contempſerit. Quod autem ſecundum eſt: quoniam quemadmodum harmonici lyras ſolent: Lycurgus diſſolutam & deliciis deditam Spartam intendit: Numa uero Romæ uehementiam intẽtionemq; remiſit. Difficultas quidem operis Lycurgo additur. Non enim thoraces exuere: enſeſq; deponere ciuibus ſuadebat: ſed aurum argentũq; dimittere: & ſtrata precioſa mẽſas eiicere. Neq; a bellis celebritatum ſacrificiorumq; cauſa deſiſtere: ſed cœnis cõpotationibuſq; omiſſis in armis & palæſtris laborari & exerceri. Quapropter gratia & ueneratione quadam alter omnia ſuadendo perfecit: alter autem inter pericula atq; ictus uix obtinuit. Atqui manſueta benignaq; muſa Numæ: qui ad pacem & iuſticiam ciues ex intemperantibus & feruidis traduxit ac leniuit. Si uero quod de mancipiis dicitur: inter Lycurgi iſtituta quis ponere nos coegerit ſæuiſſimum illud quidem & iniquiſſimũ facinus: longe Numam prudentiorem & humaniorem legumlatorem extitiſſe dicemus: q dũ etiam manifeſte ſeruos cum heris ſimul in ſaturnalibus epulari conſuefeciſſet: liberi honoris iis guſtum præbuit. Etenim unum hoc ex Numæ inſtitutis eſſe dicunt: q ad annuas fruges perfruendas eos quibus una operariis eſſet uſus aſſumeret. Quidã aũt monumentum id ſeruari fabulantur: Saturnalis illius æqualitatis quaſi nemo ſeruus nemo herus ſed cognati omnes & æque digni putarentur. Omnino autem uidetur ad frugalitatem uterq; & continentiam multitudinẽ æque ægiſſe. Ex aliis autem uirtutibus Lycurgus fortitudinem magis: Numa uero iuſtitiam uidetur coluiſſe: non ob aliã cauſam: niſi q; ob propoſitarum utriq; rerump. diſſimilem uel naturam uel cõſuetudinem diſſimili ſtudio opus fuit. Nam neq; Numa rem bellicam præ metu diſſoluit: ſed ne ſui iniuriam inferrent. Neq; Lycurgus ad iiuſtitiam ſuos bellicoſos ſtruxit: ſed ne iniuriam paterentur. Ambo apud ſuos ciues & quod nimis eſſet auferendo & quod parum ſupplendo: magnis uti mutationibus coacti ſunt. Atqui diſtributiones in ordines diuiſioniſq; rerump. & popularis admodum Numæ mutatio & plurimũ multitudini grata qui ex aurificibus & tibicinibus ac cerdonibus promiſcuum quẽdam & uarium admodum populum reddiderit. At Lycurgi auſtera & ſenatoria: quæ in ſeruorũ & accolarum manus conuerterit uulgares artes ciues autem ipſos in clypeum & haſtã coegerit belli opifices Martiſq; miniſtros. Aliud uero neq; ſcientes neq; meditantes q̃ parere principibus: ex hoſtibus uictoriam reportare. Nã neq; rei pecuniariæ ſtudere liberis hominibus licebat: quo liberi prorſus per omnia eſſent: ſed quod ad res parãdas pertineret: ſeruis ac mancipiis datum erat: ueluti cœnæ & obſonii miniſteriũ. Numa uero nihil huiuſmodi diſcreuit: ſed militares auiditates abſtulit. Alium uero quæſtum

lacomparaſon de Nume et lygurgue

haud uetuit:neq; huiuſmodi amouit inæqualitatem:ſed ad ſummum uſq; diuitiis ꝓgredi permiſit. Et pauperum curam:quorum magna multitudo conflaretur: & ī urbē influeret:nullam habuit:cum ſtatim ab initio decuiſſet : quandoquidem neq; multa neq; magna imparitas eſſet:ſed pares ſubſtantia & ſimiles ciues inter ſe forēt: eos ſicuti Lycurgus & inſtruere aduerſus immodicum appetitum & ea cauere detrimenta quæ non minima ſecuta ſunt:ſed quæ plurimorum maximorumq; malorum quæcunq; inuecta ſunt:ſemen principiumq; præbuerint. Soli autem diſtributio neq; facta Lycurgo uituperationem affert:neq; Numæ non facta. Alteri enim ipſa æqualitas ſedem fūdamentumq; reip. præſtabat:hæc autem quoniam ſortitio recens eſſet: nullam aliam diuiſionem inducere cogebat: neq; mouere primam diſtributionem:quæ uti conſentaneum eſt:ſuis locis maneret. Cumq; connubiorum educandorumq; liberorum illa cōmunio utriq; uiro uxoriæ pudicitiæ ſuſpicionem rite ac ciuiliter amouiſſet: nō per oīa in eandem rem cōſenſerunt: ſed romanus quidem uir cum ſatis ſibi filii educati eſſēt: alterius ſuaſionibus qui filiis indigeret uxorem cuius dedendæ recipiendæq; ius haberet:cedebat. At lacon quæ domi apud ſe eſſet manente : etiam connubio in antiquo iure uxorem ei impertiebat:qui ad ſobolem ſuſcipiendam ſuaſiſſet. Multi quoq; ut dictum eſt uel exhortando rogandoq; eos ultro accerſebant:e quibus putaſſent maxime formoſos pueros ac probos naſci . Quæ igitur alia diſcretio īſtitutionum huiuſmodi niſi fortis in hiſce ac uehemens erga nuptam æquanimitas: quæ profecto & perturbāt plurimos atq; ad uiuendum inter dolores ac zelotypias admodum incēdunt & ſtimulant ? In illis autem Numæ tanq̄ erubeſcens & pudibunda humilitas quædam ueluti uelamen deſponſionem coniugii obtendit:& eam communionem intolerabilem fatetur. Præterea & cuſtodia uirginum Numæ magis ad muliebre ingenium atq; uerecundiam cohibita eſt. At Lycurgi uirgo omnino etiam aperta & fœmina de ſe poetis dicendum præſtitit. Nam & Phenomerides a petentibus femoribus eas appellant:ut Ibicus & Andromanes : ꝙ uiros furere faciant : ut Euripides inquiens: Domos aperto cum iuuenta femore peplis ſolutæ deſtruunt eæ funditus . Nempe enim tunicæ uirginalis conſutæ pinnæ non erant ab inferiori parte : ſed aperiebantur ſimulq; nudabant totū femur in inceſſu. Quā quidem rem perſpicue dixit Sophocles hiſce uerſibus;

Quapropter & audaciores dicuntur eſſe & in ipſos uiros in primis uiriles: utpote quæ tum negociis domeſticis prorſus dominentur:tum in publicis & ſententiam dicant de maximis rebus & auctoritatem habeant. Numa uero eam nuptis apud uiros dignitatem honoremq; ſeruauit:quem a Romulo habuiſſent : cum raptæ delenirentur obſequiis. Sed pudoris iis plurimum adiecit:curioſitatem remouit:ſobrietatem docuit. Tacere & abſtemias prorſus eſſe:neq; de neceſſariis rebus abſente uiro quicq̄ loqui eas aſſuefecit. Fertur igitur cum mulier aliquando propriam cauſam in foro dixiſſet:miſiſſe ſenatum Deos cōſultum:quidnam ciuitati ea res portenderet. Atq; reliquæ eorū obedientiæ ac manſuetudinis permagna ē coniectura deteriorum memoria. Nam ſicut apud nos hiſtorici primos ſcribunt:qui uel ciuilem necem perpetrarint uel bellum fratribus intulerint uel patrem matremue necarint:ita romani memoriæ tradiderūt Spurium Coruinum primum extitiſſe:qui poſt urbem conditam ducenteſimo trigeſimo anno cum uxore diuortium fecerit: cum nihil prius huiuſmodi factum eſſet . Prima quoq; Pinarii uxor Thalea nomine Tarquino Superbo regnante aduerſus Gitaniam eius ſocrum iurgium fecit:uſq;adeo honeſte ac decore quæ ad nuptias pertinerent ab legumlatore conſtituta fuerant. Quæ autem de ætate nobili ambo tradiderūt:reliquæ uirginū inſtitutioni congruūt. Nam & Lycurgus maturas illas & uirorum appetentes deſponſat:quo tū congreſſus expetente iam natura gratiæ ſit beniuolentiæq; prīcipiū magiſq̄ odii ac metus aduerſus illos ſi ante tempus uiolentur : tum etiam corporibus

robur insit ad conceptus partusq; dolores perferendos: perinde atq; ob aliud nihil illis nubentibus: q̄ ad sobolem procreandam. Et romani duodēnis & iuniores etiam illas nuptui tradunt: sic enim maxime & corpus & indolem puram & illibatam uiro præstari posse. Itaq; liquidum atq; perspectum est: illa quidem ad procreationem prolis magis sequi naturam: sed hæc ad uitæ contubernium moribus formandis accōmodatior est. Atqui de liberorum gubernationibus & conciliis & institutionibus & societatibus: præterea & circa cœnas & gymnasia & ipsorum iocos diligentioribus tum studiis tum ordinibus Lycurgus præstantiorem legem quouis alio legunlatore tulit: nihil parentum aut desideriis aut necessitatibus indulgens: ut pro uoto liberos instituerent: siue quis filium uellet agricolari siue fabricare nauim aut fabrum docere aut tibicinem: ceu non ad aliquem unum finem agi ab initio iuuenes deberent: ac moribus iisdē uti: sed ueluti uectores in nauim alius alio ex usu atq; sententia uenientes: in periculis solum priuati metus causa in cōmune consulunt. Alias uero quilibet rem suam attēdit. Ac plurimis quidem legunlatoribus indignum est crimini dare: siquid aut ignorātiæ aut imbecillitate omiserint. Viro autem sapienti qui populi nuper constituti & ad nihil reluctantis imperium suscepisset: cui rei prius studendū fuit: q̄ filiis educādis exercendisq; iuuenibus: quo neq; diuersi neq; turbulenti moribus fierent: sed ad unum aliquod cōmune uirtutis uestigium statim ab initio compositi formatiq; inuicem cōgruerent. Quod certe cum in aliis rebus plurimis: tum in conseruandis legibus Lycurgo ꝓfuit. Minimus. n. iurisiurandi metus extitisset: nisi disciplina & institutione ingeniis puerorum leges ueluti infudisset: & cum alimento una affectum reip. cōciliasset. Quo factum est: ut supra quingentesimum annum ualidissima illius constitutionis & maxima perdurarint: quippe cui ueluti color uehemens & acer iniustus esset. Qui uero ciuilis constitutionis finis fuerat: ut in pace & amicitia Roma existeret: extemplo cū Numa una defecit. Ac post illius obitum: ubi iam templo quod ipse clausum usq; tenuerat: ad bellum quasi illic detrusum esset: sædandum placandumq; utrīq; patefecisset ianuas: sanguine atq; cadaueribus Italiam compleuere. Et ne parum quidem temporis pulcherrimus status iustissimusq; permansit: utpote qui disciplīa careret: qua mutuo beniuolentiæ fœdere deuincirentur. Quid igitur quispiam dixerit: nonne ad summum usq; in melius Roma rebus bellicis processit? interrogationem is faciens prolixa responsione indigentem: ad eos præsertim homines: qui sūmum bonum in diuitiis & delitiis & imperio magisq̄ in salute & māsuetudine: & in ea quæ cum iustitia sit frugalitate & ponant & locent. Quin etiam & id Lycurgo opitulari uideatur: quod romani ubi statum quem sub Numa habuerant: īmutassent: mirifice rebus excreuerūt. Lacedæmoni uero q̄ primum Lycurgi sanctionem excessere: e maximis humillimi sunt effecti: græcorumq; amisso imperio periclitati sunt proprium quoq; solum amittere. Sed illud in Numa magnum est & diuinum profecto: ꝙ peregrinus accersitus in regnum fuerit: & omnia suadendo īmutarit: & urbi quæ nondum conspirarat: dominatus sit. Neq; aut armis aut ulla eum ui uti oportuerit: ut Lycurgus aduersus populi optimates ægit: sed sapientia tantum & iustitia cunctos coegerit atq; composuerit.

SOLONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

IDIMVS GRAMMATICVS IN COMMENtario tabularum Solonis ad Aſclepiadem Philoclis cuiuſdam ſententiam poſuit: in qua Solonem præter aliorum opinionem quicunq; Solonis meminerunt : Euforione patre natum affirmare uidetur. ex Eceſtide enim ipſum genitum omnes uno ore conſentiunt: qui uir quidem medium ciuium ordinem obtinuit:generis uero nobilitate ciuitatis facile princeps. A Codro. n. originem ſãguinis habuit. Matrem autem Solonis tradidit Heraclides pontius cõ ſobrinam Piſiſtrati matris fuiſſe. Fuit autẽ inter eos amicitia tũ propinquitate:cum maxime ex uitæ conſuetudine:quibus ferunt quidã Solonem uehemẽter Piſiſtratũ adamaſſe. Qua ex re factum eſt:ut cum poſteriori tempore de repu. in diſſenſionẽ ueniſſent:nihil durũ nihil immite eorum inimicitiæ importarent:ſed eadem amicitiæ iura in eorum ſemper animis inuiolata manerent. Tantũq; apud eos prioris amicitiæ recordatio & gratia ualuit:ut incenſam adulto et corroborato igni facem perpetuo ſeruarent. Solõ igitur cũ eius pater:ut tradit Hermippus:ad humanitatẽ ac beneficẽtiam propenſus patrimonium minuiſſet:nec unq̃ tamen deeſſent:qui eum ſuis copiis ſuſtentare uellent:ſed ne ab aliis acciperet:pudor quidam deterreret:ut qui ex ea familia natus eſſet:quæ ſubuenire aliis conſueuerat:adhuc admodum iuuenis ad mercaturam ſe contulit. Sunt tamen nonnulli qui Solonem dicant errorem eiuſmodi ſuſcepiſſe periclitandi atq; uidẽdi magiſq̃ lucri cupiditate impulſum. Sapiẽtiæ enim fertur apprime ſtudioſus fuiſſe: quippe qui cum grandior iam natu foret:dicere ſolitus eſt: ſe multa quotidie diſcentẽ ſeneſcere. Diuitias autem minime mirabatur Solon: ſed aiebat nihil differre eum qui uim magnã auri atq; argenti multos item equos et iumenta poſſideret:ab eo qui hec ſola eſſent uentris aut lineis & pedum morbo languenti. Et alio in loco:Pecunias quidem habere deſidero : per iniuriam autem parare nolim:omnino in poſterum pœna conſequitur. Prohibet autem nihil bonum uirum egregiumq; ciuem nec affluentiæ rerum nimie luxurioſeq; ſtudere:nec opportunitatem neceſſitatemq; contemnere. Temporibns autem illis:ut inquit Heſidoſus:nullum opus ignominiæ erat:nec ullus artiũ delectus atq; diſcrimẽ. Mercatura uero ad Barbarorum neceſſitudines regũq; amicitias comparandas plurimum ualere putabatur:ex eadem quoq; homines multarum & maximarum rerum uſum experientiamq; percipere. E quibus nonnullos conditores maximarum urbium extitiſſe: Vt Maſſalias primus qui a Celtis iuxta Hyradanũ maxime obſeruatur. Thaletem quoq; et mathemathicum Hypocratem exercuiſſe mercaturam ferunt. Platoni etiam olei ĩ ægypto exportationem peregrinationis uiaticũ ſuppetiſſe. Solon igitur ut profuſior & ſumptuoſior et mollior eſſet in uictu:utq; liberius ac licentius in ſuis poematis de uoluptatibus loqueretur:q̃ philoſophum deceret:ex illa mercatoria uitæ rationem accæpiſſe dicitur. Cum enim ex multis ac magnis periculis ferre cœpiſſet:ad omnem animi quietem remiſſionemq; ferebat . Quod autem tenuem magis animum q̃ locupletem adamarit: ex his perſpicuum eſt . Permulti quidem ditantur improbi:probi autẽ pauperes fiunt . Verum nos minime permutabimus uirtutem pro diuitiis:quoniam hoc ſtabile eſt ac perpetuum:diuitiæ uero mutantur tẽpore:& alias aliter ſe habent. Eius uero poeſis ab initio nihil graue aut ſerium habuit:ſed iocis potius(ut uidetur)referta fuit. Vt facile circunfluere atq; abũdare ocio uideretur. Poſteriori autem tempore ſententiis eam philoſophicis reſperſit:ſuis quoq; poematis

ciuiliũ rerũ permultas cõplexus ẽ: nec id tã historiæ & memoriæ gratia fecit: q̃ ut horta
tiones quasdã admonitiones obiurgationesq; Athenienſibus adhiberet. Plæriq; autẽ
affirmant Solonem tentaſſe leges edere uerſibus: Harum etiam principium huiuſmo
di proferunt: Legibus his oro primum rex iupiter aſſit: Fortunamq; ferat fœlix nomẽ
q; ſecundet. Eam autem moralis philoſophiæ partem: qua ciuilis ratio ac diſciplina cõ
tinetur: ut plurimi tunc philoſophorum: potiſſimum ſecutus eſt. Sed utĩ phyſicis ue
hementer ſimplex fuit: atq; uetuſtus: quantum ex iis eius ſcriptis facile percipi poteſt:
Nube niues tenues & grãdo gignitur atra: Et tonitrus alto fulgur ab axe ciet. Flatibus
aſſiduis miſcẽtur & æquora: ſiquis Non moueat quicq̃ iuſtior eſſe nequit. Atq; omni
no talis ſapientia tantum eo tempore uiſa eſt contemplatione terminos neceſſitatis ex
cedere. Cæteri autem philoſophi ex ciuili uirtute ſapientiæ nomen traxerunt. Dicũtur
autem in Delphis una fuiſſe: ac iterum Corinthi. Cum eo fere omnes cõmuni Perian
dri accitu conueniſſent: conuiuioq; ab eo excepti forent. Maxime autem eorum gloriã
& auctoritatem Tripodis circundatio auxit: qui quaſi circuitu manſuetudine & qua
dam conſuetudine ſubmiſſione per ſingulos iuit. Dicitur enim Cois piſcatorium ræte
trahentibus mileſios hoſpites iactum emiſſe ſic ĩmanifeſtum. Itaq; aureũ tripodẽ ræ
ti tractum apparuiſſe: quem ferunt Helenam cum e Troia nauigaret quodam oracu
lo admonitam in iis locis depoſuiſſe. Primum igitur inter hoſpites & piſcatores de tri
pode controuerſia exorta eſt. Deinde ſuſcipientibus ciuitatibus cauſam: quæ uſq; ad
bellum proceſſerat: utriſq; a Pythia reſponſum eſt: Sapiẽtiſſimo Tripodem dari opor
tere. Primum ad Thaletem Mileſium miſſus eſt permittentibus Cois illi uni ac largi
entibus id: cuius gratia cum uniuerſis Mileſiis antea bellum geſſerant. Cum uero Tha
les ſe ſapientiorem Biantem eſſe affirmaſſet: ad eum eſt delatus: ab eoq; rurſus ad aliũ
ut ad præſtantiorem ſapientia uirum ueniſſe dicitur. Poſtea circuens atq; ita per ma
nus reuocatus ad Thaletem ſecundo peruenit. Ad poſtremum ex Milete exportatus:
Thebaſq; aduectus Iſmenio Apollini conſecratus eſt. Verum Theophraſtus aliter ſẽ
tit. Ait. n. primũ in Prienam Bianti eſſe delatum: ſecundo in Miletũ Thaleti iuſſu Bi
antis eſſe miſſum: ſicq; per omnes uadens: ad Biantem iterum reuertiſſe: Tãdẽ in Del
phos eſſe aduectum. Hæc ſunt igitur omnium fere ſermone celebrata. In hoc tantum
diſſentiunt: q̃ alii minus pro Tripode: ii quidem phialam a Crœſo miſſam Bathidis
poculum relictum fuiſſe aſſeuerant: Priuatim uero Anacharſis Soloniſq; ac rurſus
Thaletis cõgreſſus quidam & colloquia huiuſmodi fuiſſe memorãtur. Anacharſis. n.
Athenas Solonis domum acceſſiſſe fertur: hoſtiumq; pulſaſſe: nuntiaſſeq; ſe peregri
num eſſe: coniungendæq; cum eo amicitiæ atq; hoſpitalitatis gratia aduenisſe: Reſpõ
dente Solone domi cõmodiorem eſſe amicitiæ firmandæ locum: Tum igitur Anachar
ſis dixiſſe ferũt: domi amicitiã nobiſcũ & hoſpitalitatem ineas. Sic Solon eius ingeni
um admiratus humaniter ac benigne hominem accæpiſſe: eũq; apud ſe poſtea quod
dam tempus habuiſſe: cum iam publica negocia tractare & leges deſcribere aggreſſus
eſſet. Quæ res cum apud Anacharſem percrebruiſſet: impenſam Solonis operã & ſtu
dium uehementer irriſiſſe: quippe qui exiſtimaret ſe iniurias ciuium ac cupiditates lit
teris coercere poſſe: quæ nihil ab aranearum telis differrẽt. Sed quẽadmodum illæ: ſic
hæ ex captis debiles atq; ĩbecillos detinent: a potentibus autem atq; locupletibus rũpũ
tur. Ad hæc Solonem reſpondiſſe dicunt: conuentiones tamen & pacta homines ſerua
re ſolere. quæ tranſgredi ex contrahentibus nemini conducat. Eodem modo ſe ita ciui
bus leges accõmodare: ut eas ſeruare q̃ non: utilius & ſalutarius omnibus eſſe uideat̃.
Verum hæc non eum Solon quem ſperarat: ſed quem Anacharſis coniecerat exitũ ha
buerunt. Illud etiam inquit Anacharſis ſe maxime admirari: cum concioni intereſſet:
q̃ apud græcos homines ſapientes dicerent: ſtulti uero iudicarent. Ad Thaletem uero
in Miletum Solon cum ueniſſet: admiratum eſſe: q̃ ille nuptias & filiorum procreati
onem penitus contẽpſiſſet: Thaletem autem tunc quidem tacuiſſe: ſed pautis diebus

interpoſitis peregrinũ quendã ſubornaſſe: qui ſe Athenis nuper decimo poſt diſceſſũ die aduenisſe diceret: qui rogatus a Solone nũquid noui Athenis eſſet: ut doctus erat: nihil aliud reſpondiſſe: niſi q; adoleſcentis cuiuſdam afferretur funus : ac ciuitas tota cõſecuta eſſet: q; eius pater uirtute atq; exiſtimatione inter ciues primus obtineret: quem tunc minime affuiſſe: ſed iã diu ab urbe abfuiſſe dicerent. Ve illi miſero Solonẽ dixiſſe. Sed quomodo ille uocabatur? audiui reſpondiſſe nomen: ſed memoria excidit: niſi q; ob eius iuſtitiam ac ſapientiam omnibus eſſet in ore. Sic ſingulis reſponſis Solonem in metum magis coniecisſe. Poſtremo iam turbato animo ac ſolicito ipſum peregrino nomen ſubiecisſe: contendisſeq; ab eo: num illi ciui Soloni nomẽ eſſet? Annuente autem homine cœpisſe Solonem caput cædere: atq; alia facere & dicere quæ ab hominibus afflictis & calamitate aliqua perfunctis fieri ſolent. Tum Thaletem ridẽtem his hominem aggreſſum ferunt: Hæc me o Solon a nuptiis & a procreandis liberis dehortantur: quæ te hominem fortiſſimũ & conſtantiſſimum infringunt. Sed bono animo ſpe optima confirmatus ſis: nec huiuſmodi te uerba cõmoueant: non. n. uera ſũt. Hæc Hermipus memoriæ mandata affirmat a Patreco quodam quem Eſopi animum hũiſſe dicitur. Demiſſo igitur animo atq; abiecto ẽ: q amittẽdi metu rerũ poſſeſſionẽ refugit. Sic. n. nec diuitiis ullus nec gloria nec ſapiẽtia parta perfruatur: ſi ea quotidie auferri poſſe pertimeſcat. Etenim uirtutem ipſam: qua nulla poſſeſſio maior: nulla iocundior: uidemus morbis quibuſdam ac medicamentis interdum auferri ſolere. Ipſe autem Thales nihil magis ob hoc metu liberatus eſt: ni fortaſſe nulla neq; amicorum neq; familiarium neq; patriæ caritate tangebatur. Verum Cybiſtum (ut aiunt) ex foro re natum ſibi in filium adoptauit. Nec. n. erat eius animus õnino ab humanitate remotus: ſed ut ad ſentiendum contemplandum ac memorandum optime a natura inſtitutus erat: ita in amore facilis & perhumanus. Infunditur. n. ſemper aliquod externum & naturali quadam ratione ingeritur iis: quibus priuatum ante domeſticum nihil ẽ. Sed ueluti ĩ domum atque agrum uacuum legitimis hæredibus ſerui alieni atq; inquilini inuadunt & poſſident: atq; una cum amore curam quoq; & metum earũ rerum grato animo induuntur. Ex quo intueri licet homines natura duriores de coniugibus ac liberis differentes: eoſdem tamen in ancillarum filiis ac pellicibus ita animo eſſe fracto: ut q; deſiderium eorum ferre non queant: in morbum ſæpiſſime incidant: morianturq; & uoces humiles & effœminatas emittant. Alii ex canũ atq; equorum ĩteritu turpiter & fœde ad dolorem ſe habuerunt. Alii cum filios gnauos & probos amiſiſſent: ſuum caſum moderate tulere. Nec ſunt ob id in aliquam turpitudinem deformitatemq; prolapſi: ſed reliquam uitam conſtanter ſapiẽterq; uixerunt. Infirmitas enim ac debilitas non amor & caritas infinitos atq; ĩmenſos dolores & metus affert hominibus: qui minus exercitati ratione fortunæ impetum ferre didicerunt: quibus nec re optata: etiam ſi adſit: perfrui licet: q; amittendi in poſterum metu animo ſemper ſolicito ſint atq; ſuſpenſo. Decet autem nec pauperiei ſibi ad pecuniarũ amiſſionem remediũ quærere: nec amicorum contentione præſidium contra priuationem parare: nec filiorũ inopia orbitati proſpicere: ſed omnia ratione cõſilioq; moderari. Sed hæc ad præſens ſatis ſuperq; eſſe uidẽtur. Cũ uero Atheniẽſibus ex graui diuturnoq; bello : quod cum Megarenſibus pro Salminorum inſula geſſerant fatigatis: capitale apud eos eſſe cœpiſſet: ſiquis legem de uindicãda inſula ferre auderet: eam labem atq; ignominiam grauiſſime tulit Solon. Cumq; intueretur plurimam iuuentutem: maxime ad bellum ſpectare: ſed ducem ei & auctorem deeſſe. Nam ipſam per ne aggrederetur legis metu deterreri: furere ſe ſimulauit: eaq; fama ex eius domo tota urbe uehementer ĩualuit: Solonem deſipere. Ipſe interim cum elegiam clam edidiſſet: exercuiſſetq; : quo memoriter recitare poſſet: cœno fœdatus repente domo proſiliens: magno uulgi concurſu & frequentia in forum deſcendit: & præconis lapidem conſcendens: elegiam adhibitis modis & numeris recitauit: cuius initium huiuſmodi eſt: Ipſe quidem præco cara

ſalamine relicta Aduenio: & cantus concio noſtra tulit. Hoc carmen Salamis inſcriptū eſt: cuius ſunt ſinguli uerſus multo lepore uenuſtate urbanitate referti. Cūq; iam cantui finem impoſuiſſet Solon: approbantibus eius amicis ac collaudantibus: Imprimiſq; Piſiſtrato ciues impellente atque adhortante Solonis auctoritati parere: legem abrogari: rurſus ad bellum incubuerunt: eiq; Solonem ducē præfecerunt. Ex his igitur quæ maxime popularia ſunt: huiuſmodi fuiſſe ferunt: Solonem cum Piſiſtrato in Coliadem nauigaſſe: ubi cum mulieres omnes offendiſſet ſacra Cereri patrio ritu perſoluentes: hominem fidū tranſfugam ſe ſimulantem Salaminem miſiſſe: iubentēque Megarenſes ſi primarias Athenienſium fœminas uellent capere: in Coliadem ſecum q̄celeriter nauigare. Cum uero hæc Megarenſibus placerent: eo uiros claſſe emiſerunt: quos ubi conſpexit Solon ab inſula eo contendere: mulieres longe abire ex iuuenibus impuberes deligens: eorum ueſtitu mitris & calciamentis iuſſit ornari: gladioſque paruos q̄bus e manu uti poſſent: accipientes occultos habere: atque ita īſtructos ludere in littore & choreas ducere imperauit: quoad hoſtes deſcenderent: & capiendi nauigii facultatem præberent. Quibus ita diſpoſitis aſpectu decepti Megarenſes: cum ſe propius admouiſſent: exilientes illi ueluti in mulieres ſubito inuaſerunt certatim inter ſe: ne quis effugeret: ſed omnes caperentur contendentes. Quare ipſi poſtea inſtructa claſſe īuadentes inſulam in ditionem Athenienſium redigerunt. Alii uero dicunt hæc nō eo pacto quo diximus eſſe geſta: ſed ex Delphis huiuſmodi oraculum allatum eſſe: Cultores ſupplex horas uenerabere ſacris: Quos ager aſopi gremio complexus amœno Condit: & occidui proſpectant lumina ſolis. Solonem uero noctu Salaminem nauigio ad ductum heroibus Periphemo & Cichri hoſtias mactaſſe. Deinde quingentos ex Athenienſibus ſequi uolentes accepiſſe: facto ante decreto ut ſi inſulam caperent: reipublimunera obire poſſent. Sic cum plurimis piſcatoriis nauiculis una triginta remorū cōſecuta poſt promontorium quoddam ad Euboiam uerſum in inſidiis ſe collocauit. Quod cum Megarenſes qui Salamine ērant: ex quodam rumore hominum accæpiſſent rem nihil firmamenti aut roboris habere: ipſos tumultu & trepidatione ad arma cucurriſſe: nauem etiam inſtructam ad ſpeculandum miſiſſe: qua appropīquante Solonem eſſe potitum: Megarenſibuſq; in uincula coniectis: delectos Athenienſium ī eā īpoſuiſſe: iuſſiſſeq;: ut q̄occultiſſime poſſent ad urbem curſum arriperent: Ipſum uero cum reliquis copiis aggreſſum cum Megarenſibus pedeſtri certamine manus conſeruiſſe: quibus adhuc pugnantibus eos qui naui aduecti erant: oblata occaſione adortos urbem cæpiſſe. His ita geſtis ea quæ obſeruantur atteſtari uidentur: Nauis quædam attica primum ſilentio nauigauit: deinde ubi uocibus & bellico clamore ſe intulerunt: uir quidā armatus maximo clamore ad Siradium tumultum a terra ingruētibus citato curſu ſe obuium tulit. Extat autem famiam Solonis iuxta littus poſitum. Fudit enim eo in loco Megarenſis: & quos reliquos fecit pugnæ calamitas: inito fœdere miſſos fecit. Verum Megarenſibus etiam acrius incūbentibus: multis illatis acceptiſq; in bello cladibus: cōpoſitores & iudices Lacedæmonios fecerunt. Qua in cauſa multi aiūt Homeri opinionem uehementer Soloni ſuffragatam eſſe: nam cum in nauium catalogum uerſum quendam ipſe coniecīſſet: in iudicio recitaſſe: Bis ſenis ſalamine aiax cum nauibus ibat: Cecropidū quo caſtra loco poſuere phalāges. Ipſi autē Athenienſes hæc pro uanis ac fictis ducunt. Verum aiunt Solonem ipſū oſtendiſſe iudicibus Phileū & Eryſatē Aiacis filios ab Athenienſibus ciuitate donatos inſulā ipſis tradidiſſe: habitaſſeq; hos quidem Braunonem: hos autē Miletā. Atticæ regionis locus. Curiam quoq; Philaidarum Athenis eſſe Philei nomīe appellatam: ex qua Piſiſtratus fuit: magis ēt Megarenſes arguere uolentē de corporibus defunctorum defenſioni ſuæ fidem ſumpſiſſe: quod in ſepeliendis corporibus Salaminii non Megarenſium ſed Athenienſium morē ſeruarent. In ſepeliendo. n. Megarenſes mortuos ad orientē conuertūt: Athenienſes autem uerſus occidentē. Inſtabat contra Hereas Megarenſis: aiebatq; Megarēſes

etiam mortuorum corpora ad occidentẽ uerſa humi mãdare. Illud præterea maius adiungebat: Athenienſiũ ſingulos ſingula ſepulchra habere: Megarenſes cũ tria & quattuor ſingulis eſſent: in uno tantum ſepeliri. At Soloni dicitur Phytica quædam oracula permagno adiumento fuiſſe: ĩ quibus Ionia Salamis uocitata eſt. Hanc cauſã delecti iudices iudicarunt quinq; uiri ſpartiatæ Critolidas Amonpharetus Hiſechidas Anaxilias Eleomenes. Ex his igitur Solonis gloria & magnitudo magis illuſtrata eſt. Quin etiam permaximũ inter græcos nomen & admiratiõẽ conſecutus eſt ex illa oratione: quam pro Delphis habuit: qua ſuaſit occurrendũ eſſe: nec Cyrreos cotẽnendum qui tẽplum fatidicum uiolaſſent: ſed eius Dei gratia Delphos ſubleuandos eſſe. Ab eo.n. ĩpulſi Amphyetiones bellum ſuſceperunt: quod cum alii permulti tum Ariſtoteles in Pythiæ uictorum deſcriptione ſentire uidetur: qui hoc Solonis ſententia & auctoritate factum dicit: haud tamẽ eſt ei bello Solon imperator præpoſitus: ut Hermippus ex Euantis Samii teſtimonio affirmat. Neq; .n. hoc Eſchines orator approbat: & in Delphicis monumentis Alchemeonis ducis eſt non Solonis nomen inſcriptum. Cylonis autem piaculum ſolicitam iã diu ciuitatẽ tenuerat. Ex quo ſocii Cyloniæ coniurationis Megadis oratione adducti iudicio ſe cõmiſerunt. Quos cum ſimulacri ueſtes ſecũ adduxiſſent: eaq; ſe inuoluiſſent: ubi ad ipſas Erines uentũ eſt: Megades una cũ collegis lacerata Deæ ueſte comprehendere aggreſſus eſt: quaſi Dea ſupplices renuente: quorũ partim foris lapidibus obruerunt: partim cũ ad aras confugiſſent: ibi iugulati ſũt: illi tantum dimiſſi ſunt: qui ab eorum uxoribus ſupplices opẽ imploratunt. Ex hoc piaculoſorum nomen ſubeuntes odio atq; inuidiæ fuerunt. Ex illa autem Cylonis factione qui reliqui fuerant: cum rurſus eorum corroboratæ eſſent opes a Megadis ſucceſſoribus capitali ſẽper odio diſſiderunt. Eo autẽ tẽpore plurimũ inualuerat ea ſeditio & ad ultimũ pene diſcrimen perducta erat. Itaq; diſſidente eciam plæbe Solon cum iam permultum auctoritate ualeret: ad eos motus ſædandos una cum prĩcipibus Athenienſium proceſſit in medium: & partim obſecrando partĩ cõmonefaciendo iis qui piaculoſi dicebantur: perſuaſit: ut de ea re iudicio decerni uellent. Trecentis igitur optimatibus delectis iudicantibus accuſatore Mirone Phiei filio dãnati ſũt: ſeceſſerũtq; qui uita ſupererant. Defunctorum autem corpora effoſſa extra fines exportata ſũt. Hos motus atq; perturbationes obſeũantibus Megarenſibus: Niſeam & Salaminem rurſus amiſerunt. Athenienſes & metus quidam ex ſuperſtitione: & oſtenta ſolicitam ciuitatẽ habebant: Vateſq; ĩ ſacris pollutiones & piacula apparere: & expianda nuntiabãt. Sic Epimenides Pheſtius ex Creta Athenas uenit accerſitus ab Athenienſibus: quem ſeptimum quidam ex iis qui Periandrum reiiciunt: inter ſapientes annumerant. Exiſtimabatur autem hic circa res diuinas permultum religione ſapientiaq; ea præſtare: quæ afflatu numinis myſteriiſq; cõcipitur. Iccirco Balthæ nymphæ filium & Curetam nouũ per id temporis homines uocitabant. Cum igitur ſe contuliſſet Athenas: in Solonis amicitiã recæptus: multorum illi adiutor fuit ad legũ condendarum rationem. Nam & expeditoria ſacrificia fecit: & circa luctum mitiora: cum ſacra quædam ad exequias adiunxiſſet: omnem autem horridum ac barbaricum morẽ: quo prius mulieres utebãtur ſuſtuliſſet: & quod permaximũ fuit placationibus expiationibuſq; ac ſtatuarũ collocationibus ad myſteria ac religionem urbẽ inſtituens iuſtitiæq; obnoxiam & ad concordiã proniorẽ ꝓpenſioremq; reddidit. Dicitur etiã cũ Munichiã uidiſſet: ac diu locũ ipſũ contẽplatus eſſet: dixiſſe: Quanta cæcitate ſunt homines rerum futurarũ. Atheniẽſes .n. ſuis dentibus eſuros eſſe locũ: ſi quot ex eo impenderent mala ciuitati proſpicerẽt. Simile autem quidam & Thaletẽ coniectaſſe ferunt: ſe.n. ipſũ quodam in loco Mileſii agri uili ac contẽpto mortuũ ſepeliri iuſſiſſe: cum prædiceret in eo forum aliquãdo Mileſiorum futurum. Epimenides igitur magna in admiratione habitus: opes multas & honores largientibus Athenienſibus: nec aliud q̃ ex ſacra olea ramum poſcens atq; accipiens diſceſſit. Athenæ autẽ Cylonia turbatione reſiderunt: ſũmotiſq; piaculoſis

Epymenides le ſeptieme des ſept ſages de grece. filz de Balthe nymphe. appelle/et Venu a athenes/ pour en amitié de Solon/ luy fut en grant ayde a la faiſon de compoſer ſes loix;

Les athenienſ pour le adoptie de epymenides luy offrirent grans honneurs et richeſſes mais ilz ne furent de cuy ſimple Louz ſalutaire de Solon faicte;

in antiquam rurſus de repub. ſeditionem ac diſcordiam reciderunt: quotq; diſcrimina regio habebat: tot in partes diuiſa ciuitas eſt. Erat. n. Dyacriorum genus maxime populare: Pedieorū autem paucorum adminiſtrationi uehementer ſtudebat. Tertii uero parali medium quendam ac mixtum regendi modum complexi: ut utriſq; impedimento erant: & ne altera pars in rep. uinceret: prohibebant. Eodē tempore exorta uehementi pauperum aduerſus diuites concertatione: ciuitas undiq; laborabat. His tot ciuitatis īcōmodis ac fluctibus ſola tyrānis remedium petebatur. Omnis. n. plæbs premebatur a diuitibus magnitudine æris alieni. Aut. n. illis agrū colebant ſextam fructuum partē ſoluentes: & hectemorii ac mercenarii nuncupabantur: aut debito conflato creditoribus corpora ad portanda onera debebant. Atq; horū alii ſeruiebant: alii ad exteras regiones uendendi emittebantur. Permulti autē proprios liberos cogebantur uendere: nulla. n. prohibebat lex: & exilio creditorum crudelitatem effugere. Sed plurimi eorum ac robuſtiſſimi & ipſi rem innouare aggreſſi ſunt: & cæteros ſolicitabant rē non contēnere: ſed unum principem hominem fidum creare: illos autem tardos nec opportunitati ſe offerētes abdicare: agrū diuidere: atq; omnino rempub. abdicare: īmutare. Hoc ex Athenienſibus ii qui altius perſpiciebant intuentes: Solonem ſolū ab omni erati ſuſpicione remotum: nec diuitibus iniuriæ ſocium: nec pauperum neceſſitati obnoxium: hortati eum ſunt: ut rempu. capeſſeret: & eas tātas diſſenſiones cōprimeret. Phanias leſbius Solonem ſcribit in utroſq; fraude eſſe uſum pro ſalute cōmuni. Egēis clā. n. diuiſionem agrorum: locupletibus uero tabularum ſtabilitatem pollicitum eſſe. At Solon ipſe ait ab initio remp. attigiſſe: & ſi horum cupiditatem & illorum inſolentiam noſſet. Creatus eſt autem prætor poſt Philombrotum: eiq; cōponēdarum diſcordiarum & legum ferēdarū cōmiſſa poteſtas eſt: diuitibus eū ſūmo ſtudio ut locupletē hominem: pauperibus ut probum uirum acceptantibus. Fertur autē eius quædam celebrata uox: æqualitatem minime bellum efficere: idq; opulentis inopibuſq; placere: cū ii quidem menſura ac numero: illi uirtute & dignitate æquū ſe habituros eſſe opinentur. Vnde cum utriq; in ſpem permagnam adducti eſſent: qui factionibus præerant: Soloni plurimū inſtabant: tyrānidem ultro offerentes: ſuadenteſq; ut audentius ciuitatem in ditionem acciperet: oblata potiūdi facultate. Multi autē e medio ordine ciues honeſtam ac legitimam ciuitatis mutationem intuentes difficultatis plurimū ac laboris eſſe habiturā: non recuſabant unum iuſtiſſimū ac ſapientiſſimum uirum ſummæ rei præficere. Nonnulli etiam tradunt Pythicum oraculum huiuſmodi fuiſſe: Puppe gubernator media ſtans dirige curſus. Plæriq; tamen Athenienſium auxiliari maxime non eius neceſſitati obiurgabant: ſi ob nomen tyrānidē perhorreſcat: quī non dominātis uirtute ad imperii dignitatē ſtatim ſit peruentura: neq; id primum Euboiæ uſuuenerit: qui Tymonidem: & nunc Mytilenis qui Pythico tyrānidem permiſerunt. Horū nihil Solonem de ſententia dimouere potuit: ſed amicis ita reſpōdiſſe dicitur: pulchrū eſſe tyrānidem locum: uerum exitum non habere. Ad Phocū autem in carmine quodā ita ſcribit: Si fuit hoc animo patriæq; & legibus olī Parcere: uiq; ſimul diraq; tyrānide ceſſi: Nominis infamiā metuens: nunc nulla remordent Facta animū: cunctoſq; reor ſic uincere poſſe. Ex quo manifeſtum eſt ante conditas leges permagnam illi gloriā ac ceſſiſſe. Ea uero quæ in eum multi irridentes dixerant: ita conſcripſit ipſe: Nec uir conſilii Solon: nec callidus aſtu: Quæ deus obtulerat reſpuit ille bona: Nec quōdā partæ contentus munere prædæ: Rætia depoſuit: ſpeſq; fefellit eum. Nanq; auri inceſſit mētem male ſana cupido: Atq; unū patriæ tradere iura diē. Optauitq; modo uictori tergote pellem Diripi: & extingui poſt genus omne ſuum. Hæc de ſeipſo loquente multitudinē imperitam introduxit. Atqui tāetſi tyrānidem reſpuiſſet: haud tamen in gerendis negociis & adminiſtranda repub. diſſolutum ſe præbuit: nec potentibus & factioſis ob ignauiam ac molliciem ſibi concedendum putauit. Nec in ferendis legibus eorū qui eum diligerant: uoluptati eſt obſecutus: ſed ut optimum ſibi factu uidebatur.

d 4

Medicinam & innouationem rerum omnium minime probauit: metuens ne ſi omnia pẽitus irrita feciſſet: turbata ciuitate imbecillior fieret: q̃ ut ea rurſus cõſtituere & ĩ optimũ ſtatum uendicare poſſet. Quibus autẽ dictis exiſtimabat ciues ſibi obtemperantes & ad ſubeũdam neceſſitatem paratos efficere: ea ipſe quoq; faciebat (ut ipſe affirmat) uim ſimul iuſtitiamq; coaptãs. Quare cum poſteriori tempore quæſitum eſſet ab eo: ſi optimas leges Athenienſibus deſcripſiſſet: quibus ipſi obtẽperant: inquit: optimas. Quod autem iuniores dicere ſoliti ſunt: Athenienſes mitibus nominibus & mãſuetis rerum triſtitiam obtexiſſe: urbaneq; minuendo uim atq; atrocitatem mitigaſſe: proſtibula meretrices: tributum coordinationem ciuitatis: cuſtodes autem præſidia ciuitatum: domum uero carcerem nuncupantes. Solonis auctoritate primũ conſtitutũ eſt: qui remiſſionem æris alieni ſiſathiam ideſt oneris leuationem appellauit. Hoc.n. primum ab eo ĩ repub. conſtitutum eſt: cum debita decreto reſcidiſſet: nec ĩ poſterum cuipiam licere corpore obligato pecuniam fœnerari permiſiſſet. Et ſi quidam prodiderĩt litteris: in quibus eſt Androcion: non debitorum remiſſione ſed fœnoris mediocritate leuatos pauperes ſatis ſibi factum putaſſe: & hanc humãitatẽ ac benignitatem ſiſathiã Solonem uocaſſe: ad id quod hoc conſecratum eſt declarat: quod menſuris ac nummi precio acceſſio facta eſt. centum enim dragmarũ minam cõſtituit: cũ ante ſeptingẽta & trium foret. Quare cum numero quidem equum ſolueretur: precio uero minus: ſoluẽtibus utilitatis uel plurimũ attulit: detrimenti autẽ accipiẽtibus nihil. Plurimi item ſũt: qui dicant abolitionem omnium tabularum ſiſathiam fuiſſe: atq; cum his poemata magis cõuenire uidẽtur. Gloriatur enim ĩ illis Solon ſe prioris agri multis locis fixos terminos ſuſtuliſſe: & quod primum ſeruiens eſſet nunc liberũ. Conſtitutis autẽ ciuibus ad exportãdas pecunias: ab eo munere peregrinos reiecit: qui Attice loqui neſcirẽt: quippe qui ſepiſſime aberrarent. qui autem ſeruitute indigna premebantur: ait ſe libertate donaſſe. Ex hac re plurimũ turbatiõis ac moleſtie Solon cepiſſe dicit̃. Vt.n. aggreſſus ẽ æs alienũ reſcindere: cum & uerba idonea & honeſtũ prĩcipium quæreret: cum amicis cõmunicaſſe: quorum fidei putabat ſe tuto poſſe cõmittere. Feruntur autem ii quorum conſilio uſus eſt: Conon Clinia & Hypponicus inquiens ſe agrum minime mouere: ſed debita reſcindere ſtatuiſſe. Illi autem præueniẽtes ſtatim præoccupanteſq; multas pecunias a diuitibus fœnori acceperunt: agrumq; ex illis permaximũ emerunt: ſic poſtea cognito decreto cum illi fruerentur poſſeſſionibus: pecunias autem minus diſſoluerent: maximã Soloni infamiam ac calũniam uinxerunt: quaſi non ipſe ĩiuriã affectus: ſed particeps iniuriæ extitiſſet. Verum eo crimine ſtatim quinq; talentis ſe liberauit. Tantum.n. ſibi deberi inuẽtũ eſt: quod debitum ſtatim per legẽ remiſit. Quidã uero quindecim fuiſſe dicunt: quorum unus Polizelus eſt Rhodius. At eius amici Crecopides ex debiti retentione perpetuo nuncupati ſunt. Fuit autem eius ratio cum gratia nemini: tum diuitibus permoleſta: q̃ tabulas irritas feciſſet: ĩopibus etiam moleſtior: q̃ ſperantibus agrum non diuiſiſſet: neq; omnino ut Lycurgus æquales inter ſe atq; ſimiles uiuere coegiſſet. Verum ille cum.xi. ab Hercule foret: multoſq; Lacedæmoniis imperaſſet annos: ampliſſimis amicitiis plurimũ opibus & auctoritate ualeret: his munitis quæ ſibi reipub. cauſa optĩe ſuppetere eſſet opinatus: ui tamen magis q̃ ſuaſionibus uſus: ut oculus ſibi effoderetur: rẽ omnium maximã & efficaciſſimã ad ſalutẽ & concordiam ciuitatis peregit: neminẽ ex ciuibus pauperem nec diuitem eſſe. Hoc Solon qui & ordĩe medius erat & rep. popularis minime expleuit. nihil aũt ẽ auſus quod munus dignum ſuis uiribus putaretur: cum ex ſola uoluntate ciuium: qui illi ſe cõmiſerant: ad rem gerendam eſſet aggreſſus. Quod autẽ multos offẽdiſſet ſpe & opinione deceptos: ipſe oſtendit his uerſibus: Quã ſegnes fuerant olim: nunc æſtuat ira Omnibus: atq; hoſtem ueluti me torua tuentur. Aſt alius ſiquis tali ſit munere functus Imperii: haud uulgum potuit cohibere furentem: Antea turbato q̃ lac detraxerat illi. Verũtamen cognita ſtatĩ utilitate omiſſa priuata calũnia ſupplicatiões publice ſtatuerũt

id ſacrificium ſiſathiam uocitantes. Solonem uero moderatorem reipubli. & legumlatorem deſignarunt: nec illi alia quidem alia minime: ſed omnia magiſtratus concionē forū ſenatumq; permiſerunt: eorūdemq; ſingulis precium & numerum & tēpus præfiniendi tum quod ſibi uiſum fuerit arrogandi probandiq; poteſtatem. Primū igitur omniū Draconis leges præter q̄ quæ de cæde erant: omnes propter aſperitatem magnitudinēq; pœnarum abrogandas curauit. Vna. n. fere omnibus mors pœna diffinita erat: ut etiam qui ocii dānati eſſent: capite mulctarentur: & eis qui olera aut fructus ſurripuiſſent: idem ſupplicium quod ſpeculatoribus aut homicidis conſtitutū eſſet. Ob quam cauſam illud Demadis laudatur īprimis: qui Draconem non atramento ſed ſānguine leges deſcripſiſſe dixit. Ipſe autem Dracon rogatus quāobrem plurimas iniuriarū capite plectandas ſtatuiſſet: reſpondiſſe dicitur: ſe parua quidem delicta morte digna cenſere: magnis autem maiorem pœnā inuenire non poſſe. Secundo Solon cū magiſtratus omnes: ut erant: locupletibus relinquere uellet: reliquā autē reipu. gubernandæ partem permiſcere: ad quam ante plæbs aſpirare non poterat: ad ciuiū cenſus ſe cō tulit: & qui in ſiccis atq; humidis quingentis cenſi eſſent: ī primo ordine locauit: & Pētacoſiomedimnos uocauit: ideſt quingentorū Medimnorum. In ſecūdo autē eos qui equos alere poſſent: aut tricentis cenſi forent: & hos Hyppodē ſoluentes ab equis nūcupauit. Zeugite uero tertii cenſus homines uocati ſunt: qui tricentorū numerum cēſu explerent. Reliqui Thetes ideſt debitores aut mercenarii ſunt appellati: quibus nullum magiſtratū adire fas erat: ſed concionis habendæ & iudicandi munus in repub. tātum obibant: quod ab initio nihil: in poſterum autē maximum uiſum ē. Plurimæ. n. controuerſiarum deferebantur ad iudices. Et quæcūq; iudiciis magiſtratum ſubiecit: de eorundem in forū adeundi uolentibus poteſtatem fecit. Dicitur q̄ cum leges obſcuriores tuliſſet: & quæ multos contrarios ſenſus reciperent: uim iudiciorum auxiſſe. Cū. n. non poſſent ius ſuum legibus obtinere: ad iudices neceſſe erat ſemper confugere: & omnē controuerſiam ad eos deferre: qui quodāmodo interpretādis legibus præeſſe uiderētur. Portēdit autē ipſe ſibi hoc pacto adæquationem futurā. Quantaq; ſat fuerat populo permiſſa poteſtas: Nec detractus. n. nec datus ullus honos. Aſt ii diuitiis magnis opibuſq; ſuperbi. Quis equū præter munera nulla dedi: Sed ualida amborum numini pectora parma Vincierat neutrum: uincere neue tuli. Magis etiam cum putaret ſubueniendum eſſe imbecillæ multitudini: omnibus licere ſtatuit de iniuria alteri illata ſupplicium ſumere. Nam ſiue quis uerberibus cæſus: ſiue læſus aliter: ſiue ei uis eſſet illata: licebat alteri cuicunq; cui facultas & uoluntas foret: rei nomen deferre: & iudicio iniuriam perſequi. Aſſuefaciebat. n. recte ciues legumlator ueluti unius corporis incōmoda æque ſentire: eiſq; pariter angi. Huic legi cōſonare eius uerba memorāt: Rogatus. n. quæ ciuitas optime habitaretur: Illa inquit: in qua nulla affecti iniuria: nō minus q̄ iniuria prouocati præ ſe ferūt iniuriā: & eos q̄ intulerunt ulciſcuntur. Cū autem in Ariopago ſenatum conſtituiſſet: ex āniuerſariis magiſtratibus: ipſe quoq; q̄ cū magiſtratu tunc eſſet: in eo concilio fuit. At cum plæbem ob debitorum abolitionē inflatā ſibiq; præſidentem uideret: ſecūdū ſenatum adiunxit: ex ſingula tribu quæ quattuor erāt centum deligens uiros: quos præuenire conſulto multitudinē ſtatuit: nec permittere ſine conſulto de aliqua re ad populum ferri. Superiorem autē ſenatū ſpeculatorem rerum omnium ac legū cuſtodē uoluit eſſe: ratus fore ut duobus ſenatibus ueluti anchoris firmata ciuitas minus ſalo ac fluctibus iactaretur: magiſq; ſe ob eam cauſam ſædatam & quietam plæbem habiturum. Vulgatior igitur fama eſt Ariopagitarū conſilium (ut diximus) a Solone eſſe conſtitutū. Quæ opinio ea re maxime cōprobari uidetur: q̄ de Ariopagitis a Dracone nulla uſq̄ mentio facta eſt. Quin apparet eū de rebus capitalibus cum Ephetis ſemper cōmunicaſſe. In tertiadecima autem Solonis tabula octaua lege ita ipſis nominibus perſcriptum eſt: Quicūq; honorum īmunes erāt ante Solonis magiſtratum: eis honores capere licere: præter q̄ qui ab Ariopago aut ab

Ephetis aut in Pritaneo homicidii aut iugulationis aut appetendæ tyrãnidis dãnati a regibus essẽt: cũ ea lex lata est. Ex iis igitur rursus uidetur etiam ãte Solonis magistratum Ariopagitas extitisse. Qui.n. fuissent ante Solonem in Ariopagito dãnati: si Solõ primus ad Ariopagitas iudicia detulisset: ni iam fortasse ex scriptorum defectu obscuritas quædam existit: Vt qui eis criminibus dãnati fuissent: de quibus Ariopagitæ & Ephetæ & prætores iudicarent: quo tempore hæc lex lata est: prohibiti essent honoribus reliquis omnibus honore donatis. His igitur ita Solon prospexit. Ex aliis autem eius legibus illa præcipue incredibilis atq; imprimis admiranda est: quæ honoribus abdicat eum qui orta sedition e neutram factionem secutus sit. Voluit quidem: ut uidetur: ne minem cum priuatas rationes in tuto locasset: nulla cõmuni cura ac sollicitudine cõtineri: gloriantem q; aliorum icõmodis difficultatibusq; minime angerentur. Verũ optimis ac iustissimis uiris esse proponi tum cum aliis pariter periculis se offerre: atq; opẽ afflictis rebus ferre: magisq̃ absq; periculo quietum exitum uictoriæ expectare. Illa uero absurda atq; ridiculosa uidetur: quæ permittebat uxori: si eius uir minus ad rem uenerea esset idoneus: mariti propinquos admittere. Atqui hanc recte se habere quidã putauit: ad eos qui coire ipsi nequeunt: pecuniarum autem gratia uxores accipiunt: & cõtra naturam coire nituntur. Intuẽtes. n. illam qui cum libitum ei fuerit concũbere: aut missam facient: aut cum dedecore & ignominia retinebant: cupiditatisq; pecuniarum & contumeliæ pœnas dabunt. Illud etiam probatur: ut non cum omnibus coiret uxor: sed ex mariti necessariis unum sibi deligeret: nec alienum esset quod nasceretur: & generis necessitatem attingeret. Ad hoc idem illud spectat: ut sponsa cum uiro occluderetur: unaq; cotonio malo pro bellariis uesceretur: utq; ter in mense omnino congrederetur uir cum uxore. Nam si minus liberi nascerentur: fore putabat: ut hniusmodi honor ac benignitas uiri aduersus pudicam mulierem permultas frequenter collectas indignationes tolleret: nec sineret penitus odio abalienari animos. Ex cæteris autẽ matrimoniis dotes sustulit: tres tantum uestes & quædam parui empta uasa: aliud præterea nihil nuptam secum importare iubens. Voluit. n. uiri uxorisq; consortium non precio ac mercede: sed liberorum caritate gratia beniuolentiaq; coniũgi. Dionysiũ. n. tyrãnũ cũ rogaretur a matre: ut quandã ex ciuibus in matrimonium acciperet: respondisse ferunt: Ciuitatis quidem leges abrogari a tyrãno: naturæ autem leges cogi nullo modo posse: si præter ætatem uxori se iunxerit. Hãc autem absurditatem ac deformitatem sibi in ciuitatem numen inducẽdam uideri: nec permittẽdum ut affinitates alieno tempore fierent: & quæ neq; gratiæ quippiam nec officii nuptiarũ nec finem essẽt habituræ. Verũ in senem puellam ducencẽ a diligente principe aut legũlatore id iure optimo dici queat: quod in Philotetem dictũ memoratur: Quã bene igitur nubere potes miser: ac habitans in thalamo diuitis uetulæ: ut perdices ex concubitu pinguem te comperiens transibis ad uirginẽ sponsam uiri indigentem. Hæc igitur satis ad præsẽs. Illa uero Solonis lex laudatur præcipue quæ ꝓhibet ĩ defũctos maledicta cõiicere. Nã & pium est eos sacros ducere qui a uita discesserint: & iustũ his qui esse desierunt: abstinere: & ciuile inimiciciarum aliquando modũ statuere: nec in infinitum progredi sinere. In uiuũ autem siquis sacris in locis uel in iudicio uel apud magistratus aut cũ certaminũ spectaculũ instaret: maledictis esset iuectus: is priuatim illi tres dragmas ærario duas alias soluere cogebatur. Nusq̃. n. iram continere imperiti est hominis atq; intemperantis: ubiq; uero difficillimũ: quibusdam etiam impossibile esse uidetur. Decet autem in ferendis legibus possibilitatis & facultatis rationẽ habere: siquis uelit utiliter ĩ paucos q̃ sine utilitate in multos animaduertere. Illa etiam lex qua testamentis prospexit: auctoritatis plurimũ habuit ĩ ciuitate: & sũmo in honore fuit. Antea. n. nõ licebat alio deriuare hæreditates: uerum pecunias simul & domum in defuncti familia manere oportebat. Solon autem cum permisisset pro uoluntate cuiusq;: ni supereſſẽt filii: hæredem constitui: uisus est amicitiam propĩquitati & gratiã necessitati præferre.

Pecuniaſq; poſſeſſionem eſſe habentium ſtatuiſſe. Non tamẽ temere ac nullo habito reſpectu huiuſmodi licentiam permiſit. At ſi non morbo ingraueſcente aut medicamẽtorũ ui impellẽte aut uinculis et cruciatu coactus aut coniugis ſuaſionibus ac blanditiis eſſet adductus. Exiſtimabat enim et quidẽ recte et ſapiẽter: præter decus aliquid honeſtatemq; ſuaderi: nihil a ui ac neceſſitate differre. In eodem uero cum neceſſitate fraudem: in quo dolorem cum uoluptate in comparatione iungebat. Quæ omnia pariter hominem a mente ac ratione diſtraherent. Egreſſionibus quoq; mulierum ac fletibus & celebritatibus lege proſpexit: quod omnem immodeſtiam intemperãtiamq; ſuſtuliſſet. Exire cum tribus tantum ueſtibus iubens: nec cibum ac potum pluſq̃ oboli aſportare: nec cubito maiorem habere: nec noctu iter ſuſcipere niſi prælato lumine ĩ uehiculo deferretur. Lacerationes uero ſe cædentium et quæ luctum prouocare ſolẽt: ploratus quoq; & lamentationes flebiles in alieno funere penitus ſuſtulit: nec ĩmolari bouem permiſit: nec pluribus q̃ tribus ueſtibus uti: nec ad aliena monumenta accedere: niſi quo tempore efferretur funus: quorum plurima fieri noſtris quoq; legibus prohibentur. Eſt. n. illis optime comparatum: ut molles atq; effœminati homines: & his perturbationibus ac delictis quæ circa hæc genera ſunt obnoxii: & mulierum more hæc facientes: ſupplicium luerent. Cum autem ĩtuerentur urbem refertam hominibus qui ĩ Atticam quotidie licentiæ atq; impunitatis gratia confluebant: maximã uero agri partem incultam infructuoſamq; eſſe: & qui nauigationi rebuſq; maritimis intenti eſſẽt: nihil iis importare conſueſſe: qui nihil contra afferre poſſent: ad artes ciues traduxit. Lege etiam ſanxit: filium haud patri neceſſaria uitæ ſubſidia debere: a quo nullam artem accepiſſet. Lycurgo. n. datum laudi merito eſt: ut cum urbem uacuam haberet ab omni peregrinorum & conuenarum cœtu ac cõmercio amplam etiam regionem ac bis totidem ſuppetentem: ut Euripides inquit: ſeruorum præterea multitudinem lacedæmoni circunfuſam: q̃optimum factu erat haud ocioſam dimittere: ſed opere fatigare: & labore aſſiduo humiliorem efficere: ciues ab omnibus liberalibus artificiis & quæſtibus remouere continereq; in armis: & eam unam illis artem diſcendam atq; exercendam proponere. At Solon leges rebus magis q̃ res legibus accõmodauit. Regioniſq; ſitum & naturam contemplatus: quæ uix laborantibus ac agrum colentibus ad uictũ ſufficeret: ocioſam autem multitudinem alere non poſſet: artibus honorem habendũ ſtatuit. Ariopagitis quoq; negociũ dedit: ut unde cuiq; neceſſaria forẽt: proſpicerẽt: de inertibus ac deſidioſis ſupplicium ſumerent. In eo autem uehementiorem ſe præbuit: ut qui e meretricibus nati eſſent: parentes alere non tenerentur: ut Heraclides põticus ſcriptum reliquit. Qui. n. in congreſſione & cõmercio mulieris decorum non ſeruat: is facile declarat ſe non liberorum gratia ad eam rem impelli: ſed uoluptati potius indulgere. Itaq; mercede ſe priuat: nec ſibi ius parentis in liberos reliquũ facit: quibus ipſa procreatione dedecus & ignominiam attulit. Omnino tamẽ Solonis leges de rebus uenereis deformitatis plurimum continere uidentur. Mœchum. n. interimere fas eſſe deprehendẽti uoluit. Si autem raptæ liberæ mulieri uim attuliſſet: eum decem dragmis mulctauit. Sin ſuaſione in ſententiam ſuam traxiſſet: uiginti dragmarum pœna ſtatuit teneri: præterq̃ eas quæ palam ſibi indixiſſent quæſtum: dico autem meretrices. Nãq; illæ manifeſte ſe permittunt iis: qui precium afferunt. Suſtulit autem ius uendẽdi filias & ſorores: niſi qui cum uiro coeuntem uirginem deprehendiſſet. In eadem autẽ re punienda nunc ſe ſeuerum & ĩmitem: nũc clæmentem & facilem præbere: eiq; quancunq; ſors attulit pœnam definire: a ratione profecto admodum diſſonare uidetur. Ni iam q̃ nummi penuria in ciuitate tum foret: pecuniarias pœnas reddebat penuria ipſa grauiores. Ad precia quidem æſtimationeſq; ſacrorum pecus computabat & pro medimno dragmam habebat. Ei qui iſthmia deuiciſſet: centum dragmas dari placuit: olympiam uero: quingentas. Qui uero attuliſſet lupum: quĩq; dragmas iuſſit accipere: lupam autem tantũmodo unam: ut Phalerius Demetrius tradit: hoc boui

precium illud pecudis esse statuens. Quas.n. in sextadecima tabula æstimationes eximiis uictimis præfiniuit: consentaneum est multiplices extitisse: attamẽ eæ quoq; præ illis quibus nunc utimur: exiles parcæq; sunt. Vetusta est autem consuetudo Atheniẽsibus bellum cum lupis gerere: pascuo uero agro īdulgere q̃ agriculturæ: satius esse ducunt. Est etiam opinio quorundam: unde nomina tribuum non ab Iouis filiis tribus: sed a generibus: in quæ diuisæ uitæ ab initio sũt: nomina accepisse: bellicũ quidẽ oblitas ab armis operis intentum: ergodes ab operibus quæ Græci & Epsa uocant esse appellatos: duarum autẽ reliquarũ hos quidẽ qui agrũ colebãt ab agricultura gedeodes: alios qui rei pecuariæ operam dabant: ægicores a capris cognomenta traxisse . Sed cũ nec perennibus fluuiis nec lacubus quibusdam nec uberibus fontibus regio abũdaret: sed plæriq; Atticorum puteis uterentur manu factis: lege statuit: ut ubicunq; puteus publicus esset: eo intra hyppicum homines uterentur : est autem hyppicum quattuor stadiorum distantia: qui autem abessent longius propriam sibi aquam exquirerẽt. Sin autem effodientes decem palmorum profunditate haud inuenissent aquam: tunc accipere a uicino liceret sex hydrias bis diebus singulis. Indigentiæ enim ac necessitati subueniendum: inertiæ uero ac desidiæ minime concedendum putabat. Definiuit etiam plantationis prudẽtissime mensuras. Cũ qui in agro quiduis aliud plantaret: quĩ q; pedibus a uicino abesse iussisset: qui uero ficum uel oleam nouem . Longius.n. hæ arbores protendunt radicem: nec sine detrimento cæteris plãtis propius admoueri possunt. Verum nutrimentum auferunt: & quibusdam humorem nocuum trãsmittũt. Scrobes autem & fossas effodiendi uolentibus potestatem fecit: modo quantum fossæ fastigium foret: tantum abesset ab alieno. Quicunq; autem apum aluearia conderet: hunc ab alterius ante conditis tricentis passibus abire Solonis lege iubebatur. Ex fructibus autem eũ solum ad peregrinos exportari licebat: aliorum nullum ius erat asportandi: & in eum qui exportaret sanxit etiam magistratum execrationes facere: aut ipsum ærario centum dragmas dissoluere. Ac prima quidem tabula ea est: ĩ qua lex huiusmodi continetur: nec illis ullam omnino fidem adhibendam quis dixerit: qui aiũt superiorum ætate ficos etiam exportare non licuisse. idq; ex eo maxime perspicuum est: q; ii qui ficus exportantes indicassent: sycophantæ apud ueteres dicerentur. In offẽsionem etiam quadrupedum legem tulit: qua canem qui quippiam morsu affecisset: capistro quattuor pedum alligatũ dedi iussit. In ea aũt lege maxime uisus est securitati consulere: sed penuriæ minus consuluit: cũ ex peregrinis nisi qui perpetuo exilio patria pulsus esset: aut qui ad artem aliquam exercẽdam cũ tota domo Diisq; penatibus Athenas migrasset: neminem ciuitate donaret. Hoc autem se feciss dicit: non ut cæteros detereret: sed ut eos rep. promissa Athenas alliceret: & simul existimantẽ eos ciuitati fidos & futuros : & qui necessitate patriam amisissent: & qui sua spõte & uolũtate reliquissent. Illud etiam propriũ Solonis institutũ putatur: quo in ærario epulum præbuit: quod ipse quasi accubare uocauit. Nõ.n. eũdẽ pmittebat cibari eo loco sæpius: si is autẽ cui sorte obuenerat recusasset: plectebatur: quod illud plus æquo appetentis esset: hoc superbi & fastidiosi nimis & cõmunia contẽnẽtis putaret. Statuit aũt in centũ annos leges omnes ratas haberi: & in ligneis tabulis descriptæ sũt: quos Axonas appellauit: quorũ paruæ quidẽ reliquiæ ĩ Prytaneo ad nostram usq; memoriã peruenerunt: eos ut Aristoteles tradit cirbes nũcupabant. Et Cratinus comicus quodam in loco de Solone & Dracone ait: quibus non iam legumina & ficus cirbibus siccant. Quidam uero opinantur in quibus sacra tantũ solẽniaq; continentur cirbes: Axones aũt reliquos appellari. Communi igitur iureiurando astrinxit se senatus Solonis leges ratas habiturũ: priuatim etiam singuli in foro ad lapidem adito iuramento se: siquid contra eas constitutiones cõmissũ fuerit: auream statuam sui æquali pondere in Delphis posituros esse dixerũt. His igitur peractis cũ animaduertisset Solon disproportionem mensiũ & commutationem uarietatemq; lunæ: quæ neq; in occasu neq; ĩ ortu

cum ſole conueniret:ſed eadem plærūq; die & aſſequeretur ſolem:& præteriret:eā ſtatuit ueterem & nouam appellari: eiuſq; partem ante congreſſum eius cum ſole finito menſi:& quæ ſupereſſet:uenienti atq; inſtanti menſi deberi arbitratus eſt: ut qui ā tea id quod apparet Homerū audiſſet dicentē:deſinentis menſis atq; inſtantis. Quæ uero deinceps ſequeretur dies:eam kalendas appellauit:nec uigeſimo die menſem finiuit:reliquūq; ſequēti adiūxit:ſed aufetēs atq; diſſoluēs uſq; ad trigeſimū:quatenus luna lucem retineret:ānumerauit. Latis igitur legibus cū ſe quotidie quidam adirent:qui laudarent uel improbarent:aut etiam conſulerent ſcriptis adiicere aliquid aut detrahere: permulti autem aderant qui peterent reſponderentq; iubentes:ut quo pacto ſingula ſe haberent:eorumq; ſententiam edoceret atq; declararet:perſpiciens hæc & negare abſurdum eſſe:& facere inuidioſum futurum:ſtatuit his ſe difficultatibus liberare: offenſionemq; ciuium & calūniam effugere. In magnis.n.rebus adminiſtrandis diffi cillimū eſt(ut ipſe inquit)omnibus poſſe placere. Itaq; quo erroris ſui cauſam tegeret: ſortitus nauis adminiſtrationē Athenis nauigauit:cum impetraſſet ab Athenienſibus ut ab urbe ſibi decem ānos abeſſe liceret. Sperabat.n.eo tēpore leges uſu & conſuetudine ciuibus gratiores fieri. Primū igitur in Aegyptum applicuit:ibiq; aliquādiu moram traxit:ut ipſe primū affirmat:Hoſtia qua nili reſonāt uicina canopi. Quoddā etiam tēpus apud Pſenophem Heliopolitam & Sonchem Saitam eloquētiſſimos & ſapientiſſimos ſacerdotum philoſophiæ operam dedit:& præſens atlantico ſermoni interfuit:ut a Platone ſcribitur:eumque eſt carminibus græcis conatus exprimere. Deinde in Cyprum delatus:a Philocypro quodam ex eius loci regibus honorificētiſſime exceptus eſt:qui paruam ciuitatem a Demophonte Theſei filio conditam habitatamque tenebat ī locis munitis quidē:uerum difficilibus & incultis poſitam. Suaſit igitur illi Solon:ut nactus amœniorem locum ciuitatem eo traduceret:eāque iocundioré & maioré pararet:& ipſe ad eam rē adiutorē ſe præbuit:& una ciuitatē optime & ad diſciplinam & ad ſecuritatē inſtituit. Quæ res habitatores complures Philocypro comparauit: & cæteros reges ad æmulationem concitauit. Quare cum Soloni gratiam referre uellet: urbem ante id tēpus Epenam appellatam ab eo Solos nuncupauit:& ipſe Solon huius conditæ urbis mentionem fecit. In elegiis .n. Philocyprum uocans ita alloquitur: Tu nunc ſceptra tenens ſoliis per ſæcula fœlix Regens hancq; urbem poſt genus omne cole. Me cypris antiquo celeri cum puppe remittat Littore q̄ uiolis frōdea ſerta gerit. Et mihi poſt tanto nomē pro munere grates Soluat: & ī patriam diua ſecūdet iter. Eius autem cum Crœſo congreſſum & colloquium quidam ut ficta temporibus argu ere. Ego autem famā adeo celebratam & tot grauiſſimis teſtibus comprobatā: & quæ imprimis Solonis moribus conuenire & eius animi magnitudine & ſapientia digna eſſe uidetur:annalibus quibuſdam canonibus nuncupatis permittendam non arbitror: quos infiniti pene uſq; in hanc diē emēdare cōati:repugnātias eorū tollere ullo modo nequierunt. Soloni igitur cum rogatu Crœſi in Sardos ſe contuliſſet:idem quod terreſtri homini cum ad mare primū deſcēdit:eueniſſe ferunt. Ille.n.mare aſpiciēs fluuios alium ex alio fluentes:putat ſe intueri. Ita Soloni per aulam tranſeunti multoſq; ornatu luxuque regio inſtructos intuenti: & cum magnificentia quadam & maieſtate magnaq; ſtipatos turba ſeruorum & comitū incedentes ſinguli Crœſus uidebant:quo ad ad eū perductus eſſet:ut quicquid eſſet in lapidibus precioſum:quicquid coloris in ueſtibus:quicquid ex auro artificioſe laboratum:quicquid ornatus aut magnificentiæ aliquid præ ſe ferret:quicquid deniq; optandū foret:id omne regem circūſtare uiſū ē. ut ſpectaculum ſplēdidiſſimū ſūma uarietate ornatiſſimum Soloni oſtenderetur. Poſtea uero q̄ Solon harum aſpectu rerū nihil cōmotus eſt:neq; īquit aliquid eorū quæ Crœſus expectabat:ut facile appareret prudentibus:cum illa omnia ut uilia abiectaq; cōtēneret: iuſſit ei Crœſus ſuos theſauros aperiri:& cæterarum ſupellectilem & magnificentiam regiam nihil roganti oſtendi neq; appetenti. Cœperat.n.ipſe ſecum ingeniū

Solonis agnoſcere. Ad poſtremū rurſus cum perfectis omnibus ad eum reuertiſſet: rogaſſetq; illum Crœſus: nū quem alium hominem ſe beatiorem uidiſſet: tum Solon: Tellum ſe ſuum ciuem uidiſſe reſpondit. Vt uero expoſuit illi Tellum optimū uirum fuiſſe: filioſq; probatiſſimos habuiſſe: & cū integerrime ſāctiſſimeq; uixiſſet: ſtrenue pugnātē ꝓ patria: parta pugnæ gloria īteriſſe: putauit Crœſus urbāitatis pēitus illū & humanitatis expertem: ſi non magna ui auri atq; argenti fœlicitatem metiretur: Sed plæbeii hominis & priuati uitam uel interitum potius tantis opibus imperii anteponē dam putaret. Veruntamen ab eo rurſus contendit: nū poſt Tellum alium beatiorē noſſet: Iterum Cleobem & Bitonem dixit: uiros cum mirifico inter ſe amore: tū in matre ſūma obſeruantia: qui tardantibus bobus ipſi iugum currus ſubeuntes ad Iunonis tēplum matrem traxerunt: lætam & ab omnibus ciuibus fœlicem habitam. Deīde cum peractis ſacrificiis epulati accubuiſſent: poſt diē nūq̄ aſſurrexerūt amplius: ſed defuncti uita uiſi ſunt in tanta gloria & expectatione mortem omnium dolorum & moleſti aꝫ expertem & uacuam oppetiſſe. At nos inquit Crœſus ira incenſus nullum ī numerum beatorum reponis? Et Solon cum nec blāditiis & aſſētationibus delinire hominē uellet: nec ulterius prouocare: O rex inquit Lydorum nos quidem græcos homines ad alia quæ nobis Deus ipſe mediocria conceſſit bona & ſapiētiæ cuiuſdam fiducia (ut uidetur) optima confirmate & popularis magnaq; regiæ nec admodū ob mediocritatem ſplendidæ: participes fecit: quæ cum perſpiciat uitam hominum uariis fortunæ motibus aſſiduæ agitari: præſentibus bonis efferri non ſinit: nec fœlicitatē cuiuſq̄ admirari: quæ tēporū mutationi ſubiecta ſit. Conſequentis. n. temporis uarietas ex uicto ſingula infert. Qui aūt fœlicitatem ſuam ād finem perduxerit: eum nos fœlicē opinamur. Viuētis uero adhuc fœlicitas ac periclitantis in uita: ut decertantis denunciatio uictoriæ & corona inſtabilis incertaq; eſt. Poſt hæc Solon ſtatim cōfecto ſermone diſceſſit: cum turbaſſet magis eius oratio Crœſū q̄ admonuiſſet. Per id temporis Eſopus hiſtoricus forte Sardis aderat: eo accerſitus a Crœſo: magniſq; honoribus affectus Solonis cauſa uehementer indoluit: qui ita inhumane a rege eſſet acceptus: cūq; ſolaretur illū: diceretq; regum conſuetudine aut q̄minime aut q̄maxime uti oportere: immo reſpondit me Hercule aut q̄minime aut q̄optime. Sic igitur tunc Crœſus Solonē deſpexit. Poſtea uero q̄ cū Cyro collata acie: prælio ſuperatus eſt: & amiſſa urbe captiuus incendioq; deſtinatus pyram inſtructam alligatus conſcendiſſet: ſpectātibus Perſis ac Cyro quantū maxima potuit uoce ter o Solon exclamauit. Admiratus igitur Cyrus miſit q̄ rogarent: quiſnā hominū aut Deorum is eſſet Solon: quē ī dubiis caſibus ſolū implo raret. At Crœſus nihil diſſimulans unus eſt inquit ex Græciæ ſapientibus: quē ego accerſiui non audiendi aliquid diſcēdiue ſtudio eorū quibus maxime indigebā: ſed ut mihi ſpectator adeſſet: teſtiſq; eius fœlicitatis abiret: in qua amittenda plus calamitatis erat: q̄ in conſequenda boni. Verbo. n. & opinione bonū erat: re aūt uera ea commutata omnes eius iocūditates ad ītolerabiles dolores & calamitoſas erūnas reciderūt. Atq̄ is uir ex illis ſecūdiſſimis rebus hæc omnia miſerrima futura coniiciēs: conſiderari uitæ exitū iubebat: nec inflatū opinionibus incertis peculāter & temere exultare. Quæ ubi ad Cyrū perlata ſunt: ut qui & ſapientior eſſet q̄ Crœſus: & Solonis monitū ex præſentibus exēplis comprobatū eſſe perſpiceret: non ſolū Crœſū miſſū fecit: ſed ſūmo etiā honore quoad uixit apud ſe habuit. Ex quo uiſus eſt Solon eadem oratione alterū ſeruaſſe regibus: cautiorē & prudētiorē alterū reddidiſſe. At poſt Solonis diſceſſū Athēis inter ciues grauiſſimæ ſeditiones excitatæ ſūt. At Pædiorū factioni Lycurgus: Paralorū autē Megades Alemeonis filius præfuit: Diacriorū aūt Piſiſtratus: in qua debitorū turba continebatur: quæ uehementer diuitibus inimica infeſtaq; erat. Quare ſtabat q̄dem adhuc ciuitas ſeruandis inſtitutis Solonis & legibus: ſed rerū nouarū immutādæ q; ciuitatis ſtatū cupido īceſſerat ſuis rationibus melius conſultū iri ea mutatione ſingulis opinantibus & aduerſæ factionis ſuperandæ ſpe optima confirmatis. His igitur

malis difficultatibuſq; turbata ciuitate Solon reuerſus Athenas ad honorem ſui fac-
torumq; uerecundiam conuertit omnes. Sed ne in rep. eo quo ſolitus erat ſtudio & aſ-
ſiduitate uerſaretur: infirmæ uires affectaq; iam ætas prohibebat: ſed priuatim princi
pes factionum adiēs a ſeditione abducere ac pacare nitebatur: quā ad rem Piſiſtratus
uidebatur apprime Soloni aſſentiri. Etenim in ſermonibus collocutionibuſq; affabili
tatis & humanitatis plurimum habebat eius oratio: apparebatq; eum pauperum cau
ſæ impenſe fauere: ad inimicitias autem clæmentē ac moderatum eſſe: & quæ illi a na
tura minus inerant: iis aſſimulatis facile putabatur eis quibus illa inſita atq; īnata erāt
uirtute ac probitate ſuperare. Itaq; oſtendebat ſe æquitatis amātiſſimū ſtudioſiſſimū
q;: & præſentis ſtatus mutationem grauiſſime eſſe laturum: obuiamq; iterū ſiquis ſtu
dio nouarum rerum eum moueř eſſet aggreſſus. His igitur moribus decipiebat ciues.
Solonē tamen ſimulatum eius ingeniū diu latere non potuit: eiq; inſidiæ Piſiſtrati pri
mum patuere: haud tamē odio eum proſecutus eſt: ſed leniendo admonendoq; cona-
batur hominem ex ea mente depellere: ipſoq; Piſiſtrato ſæpe dixit & aliis multis audi-
entibus: ſiquis ex eius animo expelleret amorem principatus & dominandi cupiditatē
ſanaret: neminem eſſe eo melius ad uirtutem natura inſtitutum neq; probiorem ciuē.
Cum autē cœpiſſet Theſpis tragœdiam edere: ea res ob nouitatē multitudinis ſtudia in
ſe conuertit. Nōdum. n. in æmùlationem certamenq; ciuium uenerat: tum Solon in-
nata quadā audiendi diſcendiq; cupiditate quotidie magna ætate ingraueſcente libera
li ocio & diſciplinæ & me Hercule diſputationibus & muſicæ īdulgēs Theſpice ſpecta
torem ſe præbuit: cum is tragœdiam: ut mos erat ueteribus: ipſe ageret. Poſt id autē
ſpectaculū cum Theſpiam appellaſſet: rogauit nū puderet eum tot præſentibus atq;
audientibus talia ementiri? Cumq; ille diceret: haud abſurdum eſſe eiuſmodi res p io-
cum dicere ac facere: baculo uehemēter terrā percutiens: At inquit talē iocum ſi ei laus
& honor habebitur a nobis: in tabellis propediem ſumus habituri. Cum autem Pi-
ſiſtratus illatis ſibiipſi uulneribus curru delatus deſcendit in forum: multitudiniſq;
animos concitauit: cum diceret ea ſe ab inimicis per inſidias accepiſſe: multoſq;
ſibi rei īdignitatem ægre ferentes: clamitanteſq; cōparauit: Ad eum profectus Solō
aſſiſtenſq;: Nō recte inquit o fili Hippocratis Homericum Vlyxē aſſimulans. Eis. n.
ad ciues decipiendos abuteris: quibus ille ſeipſum cædens: hoſtes deceperat. Iamq; erat
Piſiſtrati gratia in prælium deſcenſura multitudo: & populus in cōcionem cōuenerat.
Ariſtone decernente ut quinquaginta armati: qui ab armis quibus utebantur Coryne
phores dicebantur: Piſiſtrato darentur ad cuſtodiam corporis: aſſurgēs Solon contra
dixit: permulta his ſimilia in mediū referēs: quæ poſt carminibus edidit: Aſpicite ī lin-
guā & blādi fallētia cunctos Verba uiri: qui nos uulpinis paſſibus ambit. Frigidus at
nobis pectora ſāguis agit. Sed cum animaduertiſſet pauperes ad gratiā Piſiſtrati pro-
pēſos rē aggredi tumultu & trepidatione: diuites contra metu perculſos diffugere: abi-
it īquiēs ſe his prudētiorē: his fortiorem eſſe: prudētiorem quidē his qui rē hanc haud
proſpicerēt: fortiorem uero illis qui cum proſpicerēt: ne tyrānidi obſtarēt: metu prohi
bebantur. Comprobato autē ī plæbe decreto: haud ultra ſolicita fuit multitudo de pau
cis Corynephoris Piſiſtrato decernēdis: ſed cum quot uellet nutriret: ſecūq; palā habe
ret: paruifecit: quoad arce potitus ē. Qua re turbata ciuitate: Megades ſtatī cū Aleme-
onidis fugit. At Solon iam. n. diutiſſime ſenex erat: nec adiutores habebat: attamen in
forum procedēs: ſua oratione partī ciuium amētiam & ſegniciem obiurgauit: partim
īcitare atq; adhortari conatus ē: ne libertatem abiiceret. Illud etiā celebratum addidit:
Facilius certe illis ante fuiſſe tyrānidem ſurgentē opprimere: nunc autē maius glorioſi
uſq; futurum: cōfirmatam iā ac corroboratam euertere ac delere. Vbi uero ſibi ob me
tum nemo mētem adhibuit: digreſſus e loco domum ſe contulit: accipienſq; arma in
angiportu ante fores depoſuit: Ego īquiens quoad a me fieri potuit: patriæ ac legibus
opem tuli: ex eoq; in poſterum quieuit. Adhortantibuſq; ad fugam amicis nunq̄ parē

in animum induxit: ſed carminibus editis uehemẽter in Athenienſes inuectus eſt: Triſtia cõmiſſæ luitis ſi premia noxæ: Ne uos ĩ ſuperos concitet ira deos: Nãq; uiros anxit ueſtri cuſtodia quondam: Subdita qui uobis ſub iuga colla premunt. Poſt hæc multis cõmonefacientibus mortem ſibi a tyrãno impendere: quærẽtibuſq; qua re frætus ita ꝓ ſalute deſidioſus eſſet: ſenectute reſpõdit. Verum Piſiſtratus rerum potitus: ita Solonem obſeruauit: ita in honore habuit: adeo benignum in eum & manſuetum ſe præbuit: ut & accerſiret: & ſibi etiã in conſilium adhiberet: permultaq; ex eius auctoritate gereret. Etenim plurimas Solonis leges ſeruauit: iiſq; ipſe ante alios parens amicos parere cogebat. Nam cædis in Ariopagum accerſitus modeſte & temperate ĩ ius uenit: ſe defẽſurus: ſed cauſã accuſator deſtituit. Leges etiam ipſe tulit: e quibus eſt illa quæ iubet: ut qui oculos in bello amiſiſſent: publice alerentur. Atqui hoc antea quo tempore Treſipus cæcatus ẽ decretũ a Solone Piſiſtratũ imitatũ eſſe tradit Heraclides. Scribit etiam Theophraſtus ocii legem Piſiſtrati non Solonis fuiſſe: qua & regionem cultiorẽ & pacatiorem ciuitatẽ reddidit. At Solon cum Atlanticũ ſermonẽ quem ex Sardos ſapientibus in Aegypto cum eſſet: acceperat: rem multæ operæ multiq; laboris Atheniẽſibus maxime conducibilem ab incœpto deſtitit: non occupationibus: ut inquit Plato: ſed ſenectute potius impeditus: & uoluminis magnitudinem reformidans. Ocio. n. illum tunc abundaſſe declarãt huiuſmodi uoces: Dum propero ad ſenium: diſcere multa libet. Grataq; ſunt nobis ueneris & dulcia bacchi: Quæq; uiris muſæ munera læta ferunt. Vt autem amœnæ & fertilis regionis ſolum deſertum quodãmodo & incultũ: Plato qui Soloni erat propinquitate coniunctus Atlanticam illam materiam excolere atq; exornare cupiens: magnis quibuſdam quaſi ueſtibulis & circuitibus & aulis circũdedit: eius initium quibus nec oratio aut ſermo aliquis: neq; fabula neq; poeſis reperitur: ſed cum ſero admodum cœpiſſet opus id: mors uiri anteuertit. Quãto igitur plus ſcripta attulerant uoluptatis: plus iis quæ ſupererant deſiderii reliquiſti. Vt. n. Athenienſium ciuitas Olympicum: ſic Platonis ſapientia inter multa præclara & eximia hoc tantum opus ĩperfectum reliquit. Vixit Solõ poſt initium Piſiſtrati tyrãnidis: Vt Põticus Heraclides prodidit: multũ tẽporis: ut autẽ Phanias Epheſius ſcribit: minus duobus annis. Comii. n. temporibus Piſiſtratus inuaſit tyrãnidem. Hegeſtrati autem ætate qui poſt Comiũ regnauit affirmat Phanias diẽ Solonem obiiſſe. Eius autem cineris circa Salaminẽ diſſipatio ac diſperſio abſurditate rei incredibilis admodũq; fabuloſa eſſe uidetur. Id autem cum alii homines auctoritate digniſſimi litteris prodiderunt: tum Ariſtoteles philoſophus in primis ſcriptis ſuis cõprobauit.

PVBLICOLAE VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

CVM IGITVR HIS MORIBVS PRAEDITVS fuiſſet Solon: non ĩmerito: ut mihi uideor: cum eo Publicolam cõparamus: cui hoc poſterius nomẽ honoris gratia po. R. inuenit. Antea. n. Publio Valerio ei nomen fuerat: quod a progenitore Valerio uidet ĩditũ: qui uir unus ex ueteribus illis maxime auctor fuit: ut Romani ac Sabini: cum ante hoſtes fuiſſẽt: ĩ unũ populũ coirẽt. Ille. n. ĩ primis ſuadẽdo regũ ſædauit diſcordias: & ad eiuſmodi fœderis pactionem induxit. Huius igitur: ut accepimus: Valerius ex genere neceſſarius: cum adhuc Roma eſſet ſub regibus diuitiis & eloquentia claruit: quarum cũ altera recte ſemper & libere pro æquitate iuſtitiaq; uteretur: quippe qua liberaliter humaneque

ſupplicibus opem ferret:haud dubie uidebatur:ſi res traduceretur ad popularem principatum:primas in rep.partes habiturus.Cum autem Tarquinius ſuperbus regno nõ uirtute ſed īpietate & ſcelere parto non regio more ſed tyrāni cõtumelioſeq; uteretur: eiq; infenſus odio populus:atq; ægre ferens ad defectionem ſpectaret:cui rei Lucretiæ quæ ſibi ui accepta mortem conſciuiſſet:contumelia occaſionē attulerat.Lucius Brutus cum innouādis rebus adieciſſet animū:ad hunc primū rem detulit:eoq; adiutore acerrimo frætus reges exegit.Et quandiu opinio fuit populum unum pro rege conſulem eſſe creaturum:quietus fuit Valerius:cum Bruto magis deberi conſulatum exiſtimaret:qui auctor & princeps recuperandæ libertatis fuerat:cum uero ī unius dominio offenderentur animi multitudinis:uiderenturq; omnes diuiſum imperiū libētius laturi:& duos conſules poſcerent:ſperātem Valerium poſt Brutum creatum iri ſe collegamq; illi in conſulatu futurum fefellit opinio.Creatus eſt.n.pro Valerio īuito Bruto Lucretiæ uir collatinus Tarquinius:haud quidem Valerio uirtute ſuperior.Sed patricii metu regum qui multa extra moliebantur quotidie:ciuitatemq; blandiciis delinibant:ſtatuerunt q̄ infeſtiſſimo illis hoſti ut in hoc unq̄ conceſſuro conſulatum mādare.Hac re Valerius uehementer permotus:ſi q̄ nulla priuata iniuria a regibus eſſet affectus:non putaretur omnia patriæ cauſa facturus:ſenatu ſe abdicauit:patrocinia renūciauit:& negociis publicis penitus ſe remouit:ut rumor & cura ſolicitos multos haberet:metuentes ne ob iram additus regibus res omnes & ciuitatem ſimul īmutantē euerteret.Poſtea uero q̄ Brutus aliorum quoq; ſuſpicione offenſus:ſtatuit cæſis hoſtiis iureiurando ſenatū aſtringere:diemq; præfiniuit: Valerius læta admodū fronte deſcēdit in forum.ubi cū iuraſſet primus ſe animo ſemper īfracto ī Tarquinios propugnatorēq; libertatis acerrimū futurum:uoluptatem ſenatui & ſpem optimā cōſulibus attulit: ſtatimq; iuſiurandum opera conſecuta ſunt.Legati.n.uenerant a Tarquinio cū litteris mandatiſq; mitibus & ad demulcendos multitudinis animos accōmodatis:quibus ſperabat multos:cum ex regis uerbis ducerentur: poſſe corrūpi:ſi uideretur moderate rogando ſpiritus illos regios & contumaciam poſuiſſe.Cenſentibus autem conſulibus legatos in populum producendos eſſe:non permiſit Valerius:ſed īſtitit uehemēter:prohibuitq; hominibus pauperibus & bellum magiſq̄ tyrannidem formidantibus nouitatis initium & occaſionem dari . Poſt hæc legati iterum a rege aderant: illum regnū remittere:a bello diſcedere:bona tantū amiciſq; ſuis ac familiaribus repetere:quibus exilium ſuſtentare poſſent:inclinantibus iam multis:& Collatino maxime ſuadēte:Brutus uir acer & uehemens ad iram in forum excurrit:proditorem collegam materiam & adiumentum tyrānidis per gratiam largiri clamitans: quibus indigniſſimum eſſet uiaticum fugæ decernere.Conuenientibus ad hoc ciuibus Caius Minutius homo priuatus in concione orationem habuit:Brutum admonuit: Romanoſq; adhortatus eſt prouidendum eſſe:ut bona pro ſe magis contra tyrānos q̄ pro illis contra ſe pugnarent.Viſum eſt tamen Romanis parta libertate pro qua dimicarent: bonorum gratia pacem abiiciendam non eſſe:ſed eam una cum tyrannis exigendam.Erat autē Tarquinius de bonis recuperādis minime ſolicitus:ſed ea petitione experiri populi animos uolebat:& ſimul proditioni occaſionem parare:quam legati clam ſtruebāt:bonorū prætextu moram trahentes:hæc ſe uendere illa aſſeruare:mittere alia affirmantes: quoad duas patriciorum domos corruperunt:Vitelliorum duos:Aquiliorum tres:qui omnes ex matre fratres erant:& Collatini conſulis nepotes.His primis cōmiſſa res eſt:priuatī etiam Vitelliis alia cum Bruto neceſſitudo fuit.Eorum.n.ſororem Brutus ī matrimonio habebat.Iamq; ſibi ex ea filii plures erant adoleſcentes duo Titus Tyberiuſque: quos cum Vitellii haberent neceſſitudine in familiaritatem coniūctos : in ſocietatem quoq; conſilii aſſumpſerunt:ſuadentibus ut ſe in genus magnum Tarquinorum & ſpes regias darent:dementiam & duriciam patris effugerēt:ſeueritatem eius & acrimoniam in improbis duriciam appellantes:amentiam uero ſimulationem amentiæ:qua

diu metu tyrannorum cœtus latuerat: neq; in posterum eius rei cognomentum fugit. Compulsis autem in suam sententiam adolescentibus & in colloquium adductis: placuit cõmuni sententia iureiurando magno & horrendo omnes adigere: iugulato homine sanguinem libare: exta eius attingentes. Horum gratia in Aquiliorum domũ cõuenerunt. Fuit autem domus in qua hæc transigenda erant: deserta & subobscura. Latuit igitur eos seruus quidam: cui Vindicio nomen fuit: qui ibi se occultarat: non ex îdustria: nec ut ea tractari sensisset: sed cum intus foret: illis ingredi festinantibus timens se ostendere: sustitit: & capsa quadã quæ forte aderat se protexit. Quare prospexit res omnes: & consilia eorum excæpit. Decreuerunt autem consules obtruncare: reges nocte in urben arripere: & hæc per litteras legatis traditas Tarquinio significabant. Etenim legati cum ad Tarquinios proficiscerentur: & apud Aquilios cœnatum esset: tunc coiurationi aderant. Quibus confectis abeuntibus illis clam domo profectus quod cõsilii in iis rebus caperet: non satis sciebat. Dubitabat. n. nec fas esse ducebat: apud Brutũ patrem filios accusare: aut apud Collatinum auunculum sororis filios. Priuatum præterea neminem Romanum existimabat tam dubiis in rebus satis fidei habiturum. Rẽ omnem quoad potuit clausam habuit. Impulsus autem conscientia rem ad Valerium detulit: adductus maxime facilitate & humanitate uiri: q̃ ad eum indigentibus facilis esset aditus: eiusq; quotidie domus aperta aures omnium sermõibus & querimoniis paterent: ut nec unq̃ tenuis cuiusq̃ colloquium aut necessitatem repudiarit. Vt igitur ad eum Vĩdicius uenit: atq; omnia patefecit: Marco eius fratre & uxore præsẽtibus stupore affectus ac metu Valerius: non ultra hominem dimisit: sed cum domi occlusisset: custodiendi fores negocium uxori dedit: fratrem domum regiam circunsedentem epistolarum curam: ne interciderent: iussit habere: & seruos si fieri posset obseruare. Ipse autem cum magno clientum atq; amicorum seruorũq; comitatu: qui illi assidue præsto erant: ad Aquiliorum domũ contendit ipsis absentibus. Quare ex improuiso impulsis foribus domũ ingressus in litteras incidit ibi a legatis relictas. Dũ his Valerius intentus erat: Aquilii citato cursu fecerunt ĩpetum foribus: cõsertis manibus nitebãtur litteras auferre. Contra repugnabant: iactisq; ad collum uestibus ui ac magno cum labore impulsi impellentesq; per uicos in forum traxerunt. Eadem ferme circũ regiam gesta sũt. Nam Marcus aliis deprehẽsis litteris quæ ad legatos delatæ erãt: & ex regia familia quot potuit cõprehensos pertraxit in forum: ubi cõpresso a consulibus tumultu: Vindicius domo productus: constitutaq; accusatione litteræ apertæ & recitatæ sunt: nec illi contradicere quicq̃ ausi sunt: mæstitia uero & silentium omnes habebat: pauci tamen studentes Bruto gratificari exilii apud eum mentionẽ habebant: Collatinusq; ipse spem illis clæmentiæ suis lachrymis afferebat: quas Valerius confirmare taciturnitate sua uidebatur. Tũ Brutus nomine filios singulatim appellans: Age inquit Tite age Tyberi: cur non accusationi respondetis. Vt autẽ ter rogati silentiũ ægerunt: ad littores conuersus: uestrũ iam ĩquit reliquũ est opus. Illi statĩ comprehensos iuuenes nudantes actisq; in tergũ manibus uirgis ceciderunt. Cũ alii oculos auerterẽt: nec atrocitatẽ tantam aspicere aut tolerare possent: pater ĩmotos oculos tenuisse dicitur: nec misericordia quicq̃ de tristitia uultus & seueritate rẽisisse: sed filiorũ supplicii spectatorẽ se præbuisse: quoad littores securi caput a ceruicibus abstulerũt. Inde reliqs ĩ potestatẽ collegæ traditis assurgẽs de loco abiit re eiusmodi a se gesta: quæ nec uolẽtibus laudandi pro dignitate nec uituperandi cuiq̃ locũ reliquisset. Aut. n. eius uirtutis celsitudo sædatum animũ præbuit: aut calamitatis magnitudo sensũ doloris eripuit: quorũ neutrum neq; parũ neq; humani est ingenii: sed aut diuinitatis cuiusdã aut immanitatis. Aequius est aũt pro uiri gloria probare iudiciũ eius: q̃ uirtuti diffidere. Romani. n. haud tantam rem gessisse in condenda urbe Romulũ opinantur: quãtã Brutum in recuperãda libertate cõstituendaq; rep. At post eius e foro discessum: diu ex rebus ab eo peractis stupor simul & horror ĩter omnes ac silẽtiũ fuit. Et Aquilii mollicie

Collatini confirmati: petierunt ad reſpondendum tempus: Vindicium ſeruũ ſibi reddi iubentes: nec apud accuſatores aſſeruari. Inclinãte ad hæc conſule dimittenteq; hac conditione concionem: Valerius turbæ permixtum hominem non poterat dimittere: neq; populũ dimiſſis proditoribus abire ſinebat. Ad poſtremũ cum iniecisſet ĩ hos manus: Brutum implorabat: Collatinũ clamitans rẽ indignam facere: ſi impoſita collegæ neceſſitate occidẽdi liberos: æquũ ipſe duceret fœminis per gratiã proditores patriæ & hoſtes concedere. His permoto uehementer conſule: & cõprehendi uindicium iubẽte: lictores repulſa turba cæperunt hominẽ: conantibuſq; eripere incuſſerunt uerbera. At amici Valerii repugnantes aderant: populuſq; Brutum adeſſe iubebat: qui cũ iterum rediiſſet ĩ concionẽ: omnibus audire iuſſis: iudicem ſe inquit idoneum de nece liberoꝝ fuiſſe. De cæteris autem liberis iam ciuibus ſuffragium permittere. Dicat igitur ſiquis uelit & populo perſuadeat. Nihil ultra uerbis opus fuit: quin omnium ſuffragiis condemnati ſecuri percuſſi ſunt. Collatinus autem iam ante & ob neceſſitudinem & ob inuidiam Tarquinii nominis in ſuſpicionem uenerat. A Tarquinio. n. uehementer animi omnium abhorrebãt. Vbi uero hæc ita inciderunt: omnibus oĩo odio atq; acerbitati fuit. Ita conſulatu ſe abdicans ciuitate exceſſit: ſic rurſus de ſubrogando conſule comiciis habitis Valerius in Collatini locum ſuffectus eſt prõptitudinis in remp. gratia: qui cum dignum putaret Vĩdicium gratiam aliquam reportare: eum ſuo decreto libertate & ciuitate donauit: & ferendi ſuffragii in quacũq; uellet tribu poteſtate. Aliis aũt libertis obeundi ſuffragii munus ad popularem gratiam conceſſit Appius. Manumiſſioni autem ob eum Vindicium uſq; ad noſtram ætatem uindictæ nomen manſit. Poſt hæc bona regum diripienda plæbi ſunt data: domus autem & atrium dirutum. Ager Tarquiniorum conſecratus Marti: Martius deinde campus eſt habitus: forte ibi tum ſeges farris dicitur fuiſſe maturæ meſſis: quem campi fructum: q; ob conſecrationem religioſum putarent conſumere: concurſu facto deſectam cũ ſtramento segetem additis eodem cæſis arboribus in Tyberim coniecerunt: incultumq; penitus infœcundumq; Deo locum dimiſerunt. Frumenti autem acerui in uadis hæſitantis flumĩnis ſederunt: cæteris deinde conſequentibus exitu prohibitis & circum applicantibus ſe uirium permultum & firmamenti cõgeries cæpit quotidie aucta a flumine. Materiem. n. multam deferebat: quæ nutrimentum & impedimentum afferebat: ipſæ uero ĩliſiones ſolum minime mouebãt: ſed leuiter prementes eo omnia comportabant. Ex magnitudine autem & firmitate alia ſuperaddita moles eſt: quæ ex ſuperuenientibus incrementum accipiens: nunc inſula ſacra intra urbem eſt: templaq; Deorum in ea & porticus ſunt: hoc tamen aiunt quidam non tunc eueniſſe: quo tempore Tarquinii ager cõſecratus ẽ: ſed poſterioribus temporibus cũ Tarquinia finitimũ ei loco agrũ reliquit. Fuit autem Tarquinia ſacra uirgo una ex ueſtalibus: quæ hoc facto maximos honores conſecuta eſt. In quibus ille fuit honos: q; ex omnibus fœminis eius tantum teſtimonium acceptũ eſſet: permiſſam uero ſibi nubẽdi licẽtiam repudiauit. Verum hæc ita ſe habuiſſe fabuloſe dicuntur. Tarquinium igitur fruſtratum ſpe recuperandi proditione regni hetrurii pro parte excæperunt: & magna ui & copiis reducere aggreſſi ſunt. Cõtra Romanas copias eduxerunt cõſules: ſacriſq; ĩ locis cõſederunt: quorũ hũc Arſium lucum alterum Eſuium appellãt. Iãq; manus conferre incipiẽtibus: Arũx Tarquinii filius & Brutus Romanus conſul nõ temere aut fortuitu ĩ ſe incidẽtes: ſed odio & ira incenſi hic ut in patriæ hoſtem: ille in auctorem exilii ſui citatis equis furore magnaq; ratione & cõſilio concurrerũt: ſic uterq; ut hoſtem uulneraret ſui protegendi ĩmemor alterius ictibus trãſſixi: moribundi ad terram ceciderunt. Tam crudele autem pugnæ initiũ non mitior exitus cõſecutus eſt: ſed paribus affecto cladibus utroq; exercitu ĩbri pugna dirẽpta eſt. Dubius igitur animi erat Valerius: cũ finis ſibi prælii eſſet ĩcognitus: uideretq; animos militum ſuis cædibus concidiſſe: inimicorum autem detrimentis elatos eſſe: ſic confuſa & permixta ex multitudine ſtrages erat. Ad hæc utriuſq;

Comment Valerius publicola
entr triumphe de Tarquin quez
dirent quinze mille / vaincu
cent. puis dirent cinq mille.
Et est a noter qu'il fallut publico
fier le premier des consuls apres
les Rois / Grec.

ſua quæ in conſpectu erat: angorem magis afferebant: q̃ opinatæ res hoſtium uictori am confirmabant. Cū ita igitur pugnatum eſſet: ſuperueniunt tenebræ. Quieſcētibuſ q; exercitibus cōmotum eſſe lucum uocemq; ex eo maximā editam ferunt: hoc dicto: uno plures cecidiſſe Hetruſcorum in acie q̃ Romanorum. Diuina certe illa fuit uox. Statim nāq; Romānis animi creuerunt: Hetruſcos autē tantus terror inceſſit: ut egreſ ſi caſtris diſſiparentur: qui uero relicti ſunt: non multis pauciores q̃ quīq; milia homi num inuadentibus Romanis capti ſunt & cætera omnia direpta. Cum uero cadauera enumeraſſent: quīdecimmilia & tricēta ex hoſtium acie: ex Romanis autem uno pau ciora ſunt īuenta. Ferunt hoc prælium pridie kalendas martias fuiſſe. Triumphauit uero ex eo Valerius primus ex conſulibus curru quadriiugo īuectus. Quæ res pulcher rimū & magnificentiſſimū ſpectaculum plæbi ſine ulla inuidia præbuit: & ſine offen ſione intuentium. Non. n. erat eius rei tanta æmulatio: nec gloria eius rei in multos ā nos permanebat. Honores a Valerio collegæ habiti ſunt: funuſq; eius quanto cū po tuit apparatu fecit: funebremq; orationem de eius laudibus dixit: quæ adeo grata iocū daq; Romanis fuit: ut ex eo cōſuetudo māſerit: ut qui ſtrenue pugnādo obiiſſet: ab op timatibus laudaretur dicitur etiam funebribus græcorum orationibus illam uetuſtio rem fuiſſe: niſi iam Solon huius rei auctor extitit: ut Anaximenes orator tradit. Verū ob eam rem maior inuidia Valerio conflata eſt: ſiquidem Brutus: quem patrem liber tatis exiſtimarat populus: haud dignum putaſſet ſe ſolum regnare: ſed ſocium ſibi im perii adiunxiſſet: hic autem aiebat cum ad ſe omnia tranſtulerit: non Bruti conſulatū nihil ad eum pertinentem: ſed Tarquinii tyrānidem ſortitus eſt. Quid opus eſt igitur Brutum quidē uerbis extollere: re autem Tarquinium æmulari: & ex tam magna do mo cum faſcibus ſolum deſcendere: quanta illa regis nō erat: quā demolitus fuerat. Etenim re uera Valerius habitabat ſub domum Vitelliam nuncupatam imminentē foro: & deſuper omnia deſpectantem difficili acceſſu atq; arduo: ut eo deſcendente ipſe aſpectus pompæ magnificus ex loco edito apparens: regiam dignitatem & faſtum præ ſe ferret. Quantum igitur ualeat hominem in magiſtratu & in maximis ampliſſi miſq; muneribus locatum aures habere loquendi licētiam ueroſq; ſermones pro aſſē tatione admittentes: perſpicue in Valerio licet intueri. Cum enim e ſermonibus amico tum accæpiſſet ſe improbari iudicio multitudinis: neq; pertinax ī eo fuit: neq; ſe admo neri ægre tulit: ſed ſtatim noctu adhibitis fabris domum demolitus eſt: ac funditus to tam euertit: quare cum primum illuxiſſet: cōſurgentes Romani aſpiciēteſq; uiri ani mi magnitudinē: diligere admirariq;: & domus demolitionem indigne ferre: eius ſpe ciem & magnitudinem deſiderare: quæ quaſi humana quadam ſorte iniuſte ob īuidiā interiſſet. Augebat rei indignitatem conſul: qui ueluti eiectus domo apud alios ha bitabat. excæperant enim Valerium eius amici: quoad populus ſibi locum ædifican dæ domus dedit: domūq; multo illa priore cælſiorē ædificauit: ubi nūc phanum quod Vicas poſcas uocant ſitum eſt: ſed cum ſtatuiſſet conſulatum ex formiduloſo iocun dum & manſuetum reddere & gratum multitudini: ſecures a baculis ſeiunxit: ſubmiſ ſiſq; populo faſcibus in concionem proceſſit: eaq; re popularem dignitatem reducere atq; augere uiſus eſt: idq; a conſulibus poſtea obſeruatū uſq; ad noſtram peruenit me moriam. Verum nō ut multitudini uiſum eſt: ſeipſum depreſſit Valerius: ſed ea mo deratione inuidia ſe & offenſione populi liberauit: ſibi autem poſt ex illa re tātū opū comparauit: quantum ſibi licentiæ abſtuliſſe uidebatur. Incendit enim ī ſe ſtudia uul gi: & ſibi obſequētiora effecit: ut cū uoluptate ei ſe ſummitterent: eius dicto imperioq; parerent. Publicola etiā id eſt publica edens ex eo eſt appellatus: quod nomen in poſ terum dimiſſo priore uſurpatum eſt: quo & nos deinceps in hominis uita deſcriben da utemur. Permiſit enim uolentibus ſurrogandi ei collegæ poteſtatem. Ante uero ſur rogationem: cum futuri incertus eſſet: metueretq; ne inuidia aliqua aut temeritate ad uerſarii ī ſe excitarentur: poteſtatē conſulis quā ſolus obtinebat: ī optimis & maximis

rebus adminiſtrandis locandam ſtatuit. Primum enim patrum numerum diminutū expleuit. Alii enim prius regis cædibus ſublati erant: alii in prælio nuper interierant. Qui uero ab eo aſcripti ſunt: ſexaginta quattuor & centum fuiſſe tradunt. Latæ deinde ab eo leges: quarum plurimum roboris plæbi adiecit: ea qua permiſit reis a conſulibus prouocationem ad populum. Secundo qua ſtatuit capitale eſſe: ſiquis iniuſſu populi magiſtratum adiret. Tertio qua pauperibus proſpexit: & ciuiū uectigalia ſuſtulit. Hac enim eos multo promptiores reddidit ad artificia quæſtuſq; obeūdos. Qua uero in eos anīaduertit: qui minus conſulibus paruiſſent: adeo popularis fuit: ut pro plæbe magiſq̄ pro patriciis lata uideretur. quandoq; enim boum & duarum pecudū precium mulcta fuit: erat uero precium pecudis oboli decē: bouis autem centum. Cū enim nondum nummorum uſus apud Romanos per id temporis frequens eſſet: pecudibus & iumentis plectebantur ſontes. Ex quo inualuit: ut patrimonia a pecudibus uſq; in hanc diem peculia dicerentur. In uetuſtiſſimis quoq; nūmis bouis aut pecudis aut ſuis ſignum inciſum apparet: ipſis quoq; Romanorum filiis Suillus & Bubulcus Caprarius item & Porcius cognomenta fuerant. Sic cum in his legumlator popularis moderatuſq; fuiſſet: in ea modeſtia ſupplicia etiam auxit. Statuit enim lege fas eſſe tyrannidem appetentem indemnatum opprimere: percuſſorem autem crimine cædis expiatū uoluit: ſi probationes īiuriæ attuliſſet. Cum enim fieri non poſſet: ut qui rē eiuſmodi aggrederetur: lateret ōnes: poſſibile aūt factu uideretur: patētē & uim iudiciorū ſupergreſſum præuenire: quod iniuria iudicium tolleret: præcipere atq; ante opprimere ualenti contra iniuriam inferentem permiſit. In quæſtoria etiam lege ferenda maximam eſt laudem conſecutus. Vbi enim opus erat ad bellum pecunias pro facultatibus ciues cōferre: cum neq; ipſe id munus obire uellet: & ab eo obeundo amicos deterreret: nec omnino publicas pecunias priuatam domum inferri æquum duceret: ærarium Saturni ædem conſtituit: itaq; hodie manet. Conceſſit autem populo: ut quæſtores duos creare poſſet: creatiq; ſunt primi. P. Veturius & Marcus Minutius: & pecuniæ permultæ coactæ: centum enim & trigintamilia ī ærarium redacta ſunt: orphanis ac uiduis remiſſo tributo. His ita diſpoſitis comiciis deinde habitis collegam ſibi Lucretium Lucretiæ patrem ſubrogauit: cui q̄ ſenior eſſet: primo loco cedens faſces tradidit: qui honor ab eo primum obſeruatus ſemper poſtea hodieq; ſenibus habetur. Sed intra paucos dies Lucretius moritur. Itaq; habitis iterum comitiis ſuffectus in eius locum eſt M. Oratius. Iſq; reliquum conſulatus tempus Valerio collega fuit. Tarquino ī Hetruria ſecundum Romanis bellum moliente magnum ſignum extitiſſe dicitur. Cum. n. regnaret adhuc Romæ Tarquinius templum q; Iouis capitolini fere iam ad finem perduxiſſet: ſiue uaticinio admonitus: ſiue ſibi aliter uiſū eſt: currum ab initio fictile Tuſcis quibuſdam ex Veiorum gēte figulis fingēdum mandarat. Nec ita multopoſt regno exactus eſt. Cum autem Tuſci currum illum confectum in fornacem intuliſſent: aliud longe euenit: q̄ luto in ignem immiſſo accidere cōſentaneum eſt. Condenſari. n. atq; coire expreſſa humiditate ſolet: tunc autem relaxatum eſt & ītumuit: eoq; magnitudinis concepto robore duriciaq; increuit: ut uix ſublato fornacis culmine: deiectiſq; parietibus ullo modo efferri poſſet. Cū uero ceciniſſent uates eiuſmodi currū iis: apud quos aſſeruaretur: fœlicitatem & imperium portendere: ſtatuerunt Veii Romanis flagitantibus haud remittendum eſſe: reſponderuntq; currum ad Tarquinium: non ad eos qui Tarquinium eieciſſent: pertinere. Paucis poſt diebus equeſtres apud illos ludi agebantur. Hic cum alia ſpectaculo & ſtudio digna ex more affuerunt: tum q̄ tri iugum currum uictorem cum extra hyppodromum auriga impelleret coronatus: per territi equi nulla manifeſta cauſa: ſed diuina quadam ſorte aut fortuna cum auriga in ſidente citato ōni celeritate curſu Romam uerſus ferebantur. Vbi uero nulla eius anni tentis ui retineri aut retardari potuerunt: impetu raptum atq; aſportatū uſq; ad Capitolium: ibi hominem iuxta urbem deiecerunt: quam Rhatumeniam nūc uocant. Hoc

facto Veii ſtupore ac metu perculſi: figulis currum reſtituendum curarũt. Templum quidem Capitolini Iouis Tarquinius Demarati filius Sabino bello ædificaturũ ſe uouerat. Tarquinius autem Superbus ædificauit filius uel nepos eius: qui uouerat: conſecrationem uero non obiit. Parum enim adhuc ad abſolutionem deerat: quo tempore tyrannide excidit. Cum uero templum omnibus partibus abſolutũ eſſet: decoraq; oĩa & ornamenta ei adiuncta: cõſecrandi eius Publicolam maxima libido inceſſit: ſed plæroſq; ex patriciis cum ob alios eius honores minios quos ex legibus ferẽdis quos impe riis militaribus conſecutus fuerat: inuidia atq; æmulatio infeſtabat: tum hunc præſertim alienum minime illi addendum exiſtimabant. Itaq; Oratio collegæ eius ſuaſerũt: ut Publicolæ de conſecratione non cederet: eũq; in Capitolium duxerunt: ut qui præſente Valerio eius opibus obſtare non potuiſſent. Opinio tamen plæroſq; obtinet: cũ eſſent Valerius Oratiuſq; ſortiti uter dedicaret imperium: Valerio inuito ſorte: Oratio uero conſecrationem eueniſſe. Verum quo pacto ſe habuerit res: ex iis quæ in ipſa conſecratione euenerunt coniectari licet. Idibus igitur ſeptẽbribus: quo tẽpore luna plena eſt: congregatis in Capitolio Romanis maxima frequentia ĩdicto ſilentio poſtem iam ex more teneri Oratio frater Publicolæ Marcus: cum iampridem iuxta portas manſiſſet: obſeruato tẽpore fœdũ nunciũ ĩcuſſit: O cõſul inquiens filius tuus ex morbo ĩ caſtris interiit. Ea res omnibus moleſtiæ fuit. At Oratius nihil cõmotus: Cadauer igitur inquit: quo uultis proiicite. Ego enim minime fletus admitto: ſic poſtem tenens conſecrationem peragit et dedicat templum. Fuerat autem id nuntium haud uerum: ſed id Marcus ementitus: quo Oratium ab eo munere deterreret. Mirifice igitur conſtantem ſe præbuit: ſiue non crediderit factum: confictamq; rem breui cognouerit: ſiue tantũ roboris animo fuit: ut credita re non moueretur. Videtur autem ſecundum quoq; tẽplum ſimili fortuna fuiſſe. Primum enim ut diximus: a Tarquinio exædificatum dedicauit Oratius: bellis autem ciuilibus igni cõſumptum eſt. At ſecundum ĩſtaurauit quidem Sylla: dedicationi autem Catulus inſcriptus Sylla morte intercæpto. Hoc autem rurſus in Vitelli ſeditionibus euerſum ac dirutum: Tertio Veſpaſianus ea qua ĩ cæteris fœlicitate uſus: deintegro reficere aggreſſus opus perfecit. Sed inſtructi deĩde a ſe templi euerſionem non uidit: ſed tãto Syllæ fortuna præſtitit: quod illum mors ante conſecrationem eripuit: hic ante deſolationem deceſſit. Vna enim cum Veſpaſiani interitu inflammatum Capitolium incenſumq; eſt. Hoc autem quartum a Domitiano perfectum et conſecratum eſt. Dicitur autem Tarquinius in fundamẽta templi quadragĩta milia argenti librarum impendiſſe. Huius uero quod noſtris temporibus Romæ eſt: priuatæ diuitiæ omnes ſiquis ratiocinetur: ne ad deaurationem quidẽ ſufficerent: cum duodecim milia talentorum impenſa exceſſerit. Colũnæ eius templi ex Pendeleſio lapide exciſæ ſunt: craſſitudinemq; habent optime longitudini congruentes. Vidimus quidem ipſas olim Athenis: ſed rurſus Romæ extenuatæ atq; expolitæ: non tantum ex ſculptura ornatus acceperunt: quantum menſurarum conuenientiæ amiſerunt: cum ſuo decore et ſpecie uacuæ atq; exinanitæ appareant. Quod ſiquis Capitolii ſumptuoſitatem miratur: is ſi unam ĩ Domitiani domo porticum aut baſilicã nec balneum aut concubinarum dietam uidiſſet: profecto quale ẽ illud Epicharmi cõtra profuſum dictum. non beneficus tu quidem morbo afficeris ædificare gaudes: tale aliquid ĩ Domitianum uſurpet: non religioſus tu quidem aut honoris cupidus morbo afficeris: ædificare gaudes: et ut nuda Syllæ aurea tibi omnia eſſe cupis. Sed de his ſatis. Tarquinius igitur poſt magnum illud prælium in quo filium cum Bruto pugnãtem amiſerat: Cluſium ſupplex ad Laertem Porſennam confugit: qui per id temporis & uiribus et uirtute cæteris Italiæ regibus lõgiſſime præſtare putabatur. Hic ſe illi pollicitus eſt opem laturum. Ac primum Romam de recipiẽdo Tarquinio legatos miſit: quod ubi denegatum ẽ a Romanis: ĩdicto ante bello denuntiatoq; tempore ac loco ĩ quem inuaſurus eſſet: Romam magno cum exercitu uenit: Publicola ſecũdo et Tito

Lucretio consulibus designatis. Romã autem rediẽs cum primum Porsennam animi magnitudine ac elatione uellet superarĩ: cũ iam diuitiis ualeret plurimum: Sigliuriam urbẽ exædificauit maximis sumptibus: eoq; septingentos deduxit Colonos: ut ostende ret se nulla belli cura aut metu contineri. Attamẽ ab hostibus impetu acerrimo facto reiecta sunt a Porsenna præsidia Romanorũ: quibus ĩ fugam cõuersis parum abfuit: quin insequentem hostem ac pmixtum una in urbem susciperent: sed Publicola cum subsidio pro portis occurrit: et iuxta fluuium cõmissa pugna diu hostium impetum sustinuit: quoad multis accæptis uulneribus in urbẽ reportatus ẽ: quarĩ animi Roma norum uehemẽter conciderunt: fugaq; ad urbem facta salutẽ quæsierunt. Impellenti bus iã per ligneum pontem hostibus magnum periculum urbi impendebat. Itaq; pri mis Cocles Oratius: cumq; eo duo quos pudor tenuit: Hermenius et Lucretius: ambo clari genere ad aditum pontis se offerentes impetum hostium suo corpore excæperũt. Oratio uero quod alterum oculum ĩ bello amisisset: cognomẽtum Cocles est ĩditum. Quidam tamen id ex similitate nasi tractum autumãt: qui sub ipsa frõte ita depressus demissusq; erat: ut nullum fere inter oculos discrimẽ extaret: ipsaq; supcilia cõmixta ĩ uicẽ confusaq; forent. Iccirco uolẽtibus eum multis Cyclopem appellare: delapsa loq̃n di consuetudo obtinuit: ut iam Cocles a plurimis diceretur. Hic igitur stans pro ponte acriter arcebat hostem: quoad socii post se pontẽ ĩterrumpũt: sic armatus in Tyberim desiliens tyrrheno telo saucius in nate incolumis ad alteram fluminis partẽ tranauit. Eius uirtutẽ Publicola admiratus: statim Romanis persuasit: ut pro domesticis copiis quãtum sibi ĩ die satis esset ad uictũ: tantum ei quisq; conferret: deinde agri quãtum uno die circumarauit datum: statuaq; eius ærea ĩ æde Vulcani posita. Sic detrimentũ corporis accæptũ ex uulnere: ex quo claudus postea fuit: his rebus solabatur. Imminẽ te igitur urbi Porsenna infesta obsidione frumẽti cum sũma caritate inopia Romanos inuasit. Ad hæc alius Tuscorum exercitus separatĩ in agrum Romanorum impetum fecit. Interim Publicola tertio consul dum Porsenna sedẽdo spẽ haberet: expugnaturũ se esse urbẽ: intẽtus ĩ occasione repente egressus urbẽ repẽtino tumultu hostẽ adortus est: factaq; fuga quĩq; milia hominum Tusci amiserunt. De Mutio autẽ multæ sunt uariæq; sentẽtiæ: quarum eam nos sequimur: quæ probabilior nobis uidetur. Erat Ro mæ adolescẽs nobilis omni uirtute præditus et clarus maxime in rebus bellicis. Hic cũ statuisset Porsennam occidere: Tusco habitu indutus: Tuscoq; sermone frætus: pene trauit in hostium castra: ac prope regis tũc sedentis tribunal constitit. Sed cum regem haud plane nosset: et scisciatari timens: quis Porsenna esset: unum ex iis qui iuxta sede bant: quem maxime regem esse putauit: pro rege obtruncat. Deinde comprehensus a Satellitibus ad Porsennam ductus: petitur ab eo facti causa. Hic ĩcensa ad futurum sa crificium facula dextram iniicit: quã cum torreret: truci et horrido oĩ atq; uultu Porsẽ nã ĩtuebatur: quoad Rex attonitus miraculo ab altaribus iuuenẽ amoueri iussit. Cũq; a sede sua ensẽ illi redderet: ille leuã intendẽs manum: ob hoc dicitur Scæuolæ cogno mentum traxisse: nam sceum græce leuum et siniſtrum significat: se tunc inquit: Por sennam ante uicisset: q̃ in metũ conecerat: ab ea nunc uirtute superari: eaq; se illi per gratiam indicare uelle: quæ ne necessitate aut supplicio quidẽ ullo indicasset. Tricenti enim inquit Romani in tuis castris errant: qui hos in te animos gerunt occasionẽ tem poris obseruãtes: mihi autem sorte euenit: ut ad rem primus aggrederer: nec fortũæ ta mẽ succesſio: quod meo erroĩ uir probus seruatus sit: et dignus q̃ amicus magis .P.R. habeatur q̃ hostis. His uerbis Porsenna fidem adhibuit: et ad pacẽ uehementer cœpit spectare: pacis conditionibus ultro Romanis oblatis: non tã (ut mihi quidem uidetur) metu tricentorum permotus: q̃ uirtute Romanorũ et animi magnitudine adductus: Hũc uirũ Mutiũ Scæuolam nũcupatum ab omnibus Athenodotus sando in iis: quæ ad Octauiam scripsit Cæsaris sororem tradit: Opsigonum etiam esse nũcupat. At Pu blicola non magis grauem hostem Porsennam fore opinatus: q̃ q̃ dignum Rõanorũ

amicitia iudicaret: non refugit apud ipſum inter Tarquinium et Romanos iudicium fieri: ſed ſpe optima frætus ſæpe in colloquium hortatus eſt: ut Tarquinium nequiti oſiſſimum hominem et iure pulſum regno argueret. Reſpondente autem Tarquinio aſperius: nullius iudicio ſe minimeq; omnium Porſennæ commiſſurum: ſiquidem fa cta ſocietate īmutari: id reſponſum Porſenna ægre ferens: et ſimul filio Aruncе ſtudio Romanorum obſecrante bellum compoſuit: agro a Romanis quātum Tuſcis abſtule rant: captiuiſq; reſtitutis: receptis ac tranſfugis. Horū gratia decē prætеſtati totidēq; uirgines ex patricio genere obſides dati. In quibus Valeria Publicolæ filia fuit. His con ditionibus compoſita pace: ſublatoq; a Porſenna omni bellico apparatu per fidem uir gines Romanorum lauandi gratia deſcendunt: qua ripa fluminis æqualitate ſua placi dum amnem et quiete fluentem reddebat: ubi cum intuerentur cuſtodem neminem adeſſe: nec alter ſe niſi nauigio euadeī poſſe: aggreſſæ ſunt natando magnos fluctus et profundos uortices ſuperare. Quidam dicunt ex iis unam Cocliam equo fluuium tra naſſe: aliaſq; ad id facinus adhortatam eſſe. Cum autem ad Publicolā incolumes ueniſ ſent: haud admiratus ē: neq; factum probauit: ſed uehementer indoluit: ſi deterior q̄ Porſenna in ſeruanda fide appareret: et Romanorum fraudem uirginum audacia tue retur. Quare illas comprehendi et ad Porſennam iterum reduci iuſſit. Hæc cum ante agi ſenſiſſent Tarquinii familiares: inſidias ducentibus locarunt: et ī ipſo tranſitu eos adorti ſunt: contra ſtantibus autem illis et ſe acriter defendentibus Publicolæ filia Va leria per medios pugnātes effugit. Quā tres ſeruuli conſecuti ex eo periculo ſeruarūt: aliæ permixtæ militibus non ſine magno periculo fuerūt. Quæ cum apud Aruncē Por ſennæ filium pcrebruiſſent: ſumma celeritate eo cum auxilio decurrit: atq; hoſtibus fu ſis: Romanos tutatus eſt. Aſt ubi uirgines ad Porſennam perductæ ſunt: quænam fu gæ auctor et hortatrix extitiſſet: contendit. Audito autē Cocliæ nomīe: eam miti atq; alacri fronte conuerſus ē: tum iubens unum ex regiis equis pulcherrime ornatum ad ſe duci eum dono uirgini dedit. Hoc teſtimonio utuntur ii qui Cocliam tātum aſſeuerāt equo fluuium traieciſſe. quod alii tamen non probant: ſed aiunt regem uirile eius faci nus premio decorare uoluiſſe. Poſita eſt autem eius equeſtris ſtatua: qua ſacra ſtatua ad Palantinum itur: quam quidem non Cocliæ ſed Valeriæ eſſe aiunt. Deinde Por ſenna redeunte grata pace in amicitiam Romanorum ſuſcæptus alio opere ſui animi magnitudinem Romanis oſtendit. Iuſſis enim Tuſcis arma tantum accipere: aliud præterea nihil ſecum exportare: caſtra opulenta multo et uario commeatu Romanis ī liquit: Itaq; mos uſq; ad noſtram memoriam manet: ut cum publice auctionātur: pri ma quæq; Porſennæ bona per præconem denūciant: honorēq; uiri celebrant: beneficii memoria ſempiterna. Statua etiam Porſennæ iuxta curiam poſita ē. Poſthæc Sabinis diſcurſionibus agrum uaſtātibus. M. Valerius Publicolæ frater et Poſthumius Tuber tus conſules creati ſunt. Cumq; res maximæ gererētur ſententia et auctoritate Publico læ duobus præliis a Marco bene pugnatum cum Sabinis eſt: quorum ſecundo nemo Romanus cecidit: tredecimq; militibus hoſtium captis triumphauit: eiq; in hǫnorē uir tutis domus publicis impenſis ædificata ē: cumq; cæterarum ædium fores intro aperiē do impellerentur: huius domus tantum extra fores aperiēdi uſus erat. Vt ex hac hono ris cōceſſiōe apperet: quotidie domus ea publice aliqd admiſſura. Græcas uero domos eo pacto auctoritate comicorum: ſuperiori ætate eiuſmodi ferunt: q̄ intus fores ſuas pulſare ſint ſoliti: ut eo ſonitu ante fores ſtantibus aut accedentibus ſignificent illas a periri: ne illis impulſis in anguſtum deprehenderentur imprudenter: atq; incurrerent. In poſteriori anno Publicola quarto conſul deſignatus eſt: expectatioq; belli erat Sabi nis Latiniſq; īſurgentibus: et ſimul peſtis quædam urbem inuaſerat. Omnes neq; gra uidæ mulieres perfectos pueros edebant: nec ullus partus ad finem exactis menſibus p duci poterat. Vnde Publicola cum ex libris ſibyllinis Orcum placaſſet: reuocatiſq; Py thiis quibuſdam certaminibus ſpes ciuitatis ad rem diuinam erexiſſet: toto animo ſe

ad ſædandos metus qui ab ominibus impendebant ſe cõuertit. Magna enim belli mo
les magniq; motus ab hoſtibus parari efferebãtur. Erat igitur in Sabinis Appius Clau
dius uir quidẽ diuitiis et uiribus clarus: ſed probitatis exiſtimatione et eloquẽtia regio
nis illius facile princeps: qui quidẽ quod cæteris magnis uiris euenire eſt ſolitum: ne in
uidiam uocaretur: euitare non potuit. Caput autẽ eius inuidiæ atq; atrocitatis erat:
q; pacis auctor fuiſſe: remq; romanam uiribus auxiſſe diceretur: quo ſibi aditum ad oc
cupandum patriam muniret. Hic cum accæpiſſet eam famam haud inuita multitudi
ne efferri: uehementerq; a turbatoribus belli premeretur: nec par factioni eſſet: formi
dans iudicium collecta magna et clientum et amicorum manu ad tutelã ſui corporis
ſeditionem concitauit: quæ res mora ac dilatio belli Sabinis fuit. Hæc Publicola nõ ſo
lum cognoſcere ſtudebat: uerum eos magis magiſq; incendere: factioni adiutor eſſe:
certos uiros etiam ad Cludium mittere: qui hæc ex ſe illi nuntiarent: Publicolam illũ
uirum probum et iuſtum ducere: nec decere ſuos ciues etſi iure poſſit iniuria prouocatũ
aliquo malo afficere. Quod ſi ſaluti ſuæ conſulere in animo eſſet: Romam migrare:
et inimicorum ſe inuidia liberare: ab eo publice honore pro illius uirtute et populi Ro
mani dignitate accæptũ iri. Hæc Claudio ſæpius cogitanti ex inſtãtibus neceſſitatibus
optimum factu uiſum ẽ. Sic hortatus amicos illis quoq; alios ſibi adiungentibus: quĩ
q; milia domorum una cum coniugibus ac liberis inde abducẽs: quod genus in Sabinis
minime turbulẽtum: ſed mite quieteq; uitæ ſtudioſum: Romam traduxit: quibus Pu
blicola humaniſſime accæptis ad omnia iura ciuitatis & munera conſequẽda adiutorẽ
ſe promptiſſimum præbuit. His omnibus eius opera ciuitas data: agerq; trans anienẽ
ſingulis duo iugera: Claudio uero quĩq; & uiginti tradita. Idem quoq; inter patres le
ctus. Hoc illi reip. adminiſtrandæ initium fuit: ĩ eaq; uir prudens cognitus: haud mul
topoſt in principum dignitatem peruenit: plurimumq; opibus et potentia ualuit: ge
nus etiã Claudiorum Romæ nulla re deterius reliquit. Ad rẽ Sabinorum ita diuiſã eo
rum ſeceſſione non ſinebant populares ſeditioſiq; ciues in ocio et pace quieſcere: uerũ
angebantur ĩdies magis: ſi Claudius quæ præſens obtinere nequiſſet: ea exul et hoſtis
tranſigeret: nec Romani eorum quæ per ſummã iniuriam contumeliamq; pararant:
ſupplicium luerent. Magno igitur exercitu ex Sabinis profecti iuxta Fidenas conſede
rant: et in conſpectu urbis in inſidiis locarunt in locis circunclauſis et concauis quinq;
milia militum: qui cum primum illuxiſſet: palam cum paucis equitibus prædam a
cturi erant. Iis erat mandatum: ut impetu ad urbem facto retrocederent terga dantes:
quoad intra inſidias Romanum adduxiſſẽt exercitum. Quibus eodem die ad Publico
lam ptranſfugas delatis: ſtatim cõtra illorum fallacias ſuas ipſe uires oppoſuit: copias
diſtribuit. Gener ipſius Calbus Poſthumius quinq; milia peditum agens ante lucem
occupatis tumulis ſub quibus ſubſiderant Sabini: eos præſidio obtinuit. Collega autẽ
Lucretius relictus in urbe cum copiarum parte leuiſſima et fortiſſima: ut a nobis equi
tes auertentes prædam adorirentur: ipſe cum reliquo exercitu inimicos undiq; circũde
dit. Ac forte in aurora abortis nebulis Poſthumius eos qui in inſidiis erant: ab ipſis tu
mulis infeſtare telis cœpit: aduerſus uero equites qui præierant: Lucretius ſuos emiſit
Publicola hoſtium caſtra aggreſſus eſt. Sabinorum igitur res ſumma clade et exicio ũ
diq; petebatur: qui autẽ cedendo pugnabãt: ſtatim Romani obtruncauerũt: cum res
multo aliter ac rati fuerãt cecidiſſet. Nam cum aliis alii ſaluti ſe futuros putarent: ma
nendi pugnandiq; curam abiecerunt. Atq; hi quidẽ dum effuſi e caſtris ad eos qui in ĩ
ſidiis erant: illi rurſus ad caſtra curſu ferebantur: in eos ad quos confugebant ĩciderũt:
eoſq; ope egentes inuenere: a quibus ipſi auxiliũ expectabãt. Verum ne interirent om
nes: quibuſdam Fidenatum ciuitas quæ prope aderat: ſaluti fuit: arq; iis imprimis qui
captis caſtris effugerant. Qui uero errore alio lapſi Fidenis aberrarũt: interempti om
nes aut captiui adducti: hanc rem tam fauſte fœliciterq; geſtam: etſi Romani omnes
res magnas in deum auctorem referre ſint ſoliti: eam ſolius conſulis uirtute geſtam

prædicabant. Atq; etiam ex iis qui ante conſeruerant manus : erat audire: Publicolam claudos cæcos ſuis enſibus hoſtes obieciſſe: ut illis pro arbitrio uterentur. At populus Ro. ex hoſtium ſpoliis et captiuis maximis opibus et copiis locupletatus ē. Sic Publicola deſignatis poſt ſe conſulibus urbem tradens: ut ſtatutum eſt hominibus : paulo poſt diſceſſit e uita : cum in omnibus eius uitæ partibus integerrime ſanctiſſimeq; uixiſſet: populus uero Romanus uelut ſi nihil in eum pro dignitate contuliſſet: dum uiueret: ſed omnem ei gratiam deberet: publicum honorem funeri decreuit : ac quartam quiſq; ſubſtantiarum partem in id funus ornandum contribuit. Mulieres quoq; ſuo priuatim iudicio permotæ annum ſummo honore et deſiderio uirum luxerunt. Sepultus eſt autem et hic decernentibus ciuibus intra oppidum Velina nuncupatum: eiuſq; ſepulchri tota familia particeps eſt facta. Noſtra autem ætate: nullius ſepultura in genus deſcendit. Cum autem eo detuliſſent cadauer depoſuerunt: hic incenſam quidam facem accipiens: q̄ maxime alte potuit extulit: re teſtatus licere quidem: ſed honori parcendum. Hoc igitur pacto cadauer exportarunt.

COMPARATIO PVBLICOLAE ET SOLONIS.

An Vm igitur in his uiris comparandis priuatim aliquid ſupereſt ? nec ad unguem in his quæ memoriæ mandata ſunt : alter forte alterum ē imitatus: alter eſt teſtis alterius? Intuere enim eam Solonis ad Crœſum de fœlicitate legem magis q̄ Tello Publicolæ cōuenire. Telli enim quem ipſe mortis opportunitate uirtuteq; et filiorum probitate fœlicem dicit fuiſſe: neq; filii uſq̄ īter claros uiros a poetis memorantur: neq; eiuſdem magiſtratus ullus aut imperium gloriоſum fuit. At Publicola et unius opibus et gloria ob uirtutem Romanorum prīceps eſt habitus. Et poſt mortem inter clariſſimas familias et genera Publicolæ Meſſalæ ac Valerii ſexcentos iam per annos præclaræ originis gloria reponuntur. Tellus rurſus ab hoſtibus ut uir ſtrenuus in acie manendo pugnandoq; mortē occubuit. Contra Publicola interemptis hoſtibus: quod profecto fœlicius eſt q̄ mori: patriam ſua uirtute uictricem aſpiciens conſul atq; imperator triumpho honoribuſq; auctus optabilem ac beatum Solonis opinione exitum conſecutus ē. Ac etiam iis quæ de uitæ tempore ī mīnerno refutando tradit: Ne mihi ſuppremo deſint ī funere fletus: Langueat: et lachrymis quiſq; ſodalis agat. Publicolam fœlicem teſtatur. Moriens enim nō modo amicis et neceſſariis luctus et lachrymas: ſed etiam triſte deſiderium ſui ciuitati reliquit. Nā cum Romanæ mulieres non aliter gemitu proſecutæ ſunt : ac ſi filium uel fratrem uel communem parentem omnium amiſiſſent. Diuitias quidem habere inquit cupio Solon: per iniuriam conſequi poſſidereq; nolim: conſequitur enim ſupplicium. Publicola uero non modo in parandis diuitiis ab iniuria abfuit: uerumetiam eas ī pauperibus iuuandis ſubleuandiſq; cōſumpſit. Vt ſi ſapientiſſimus omnium Solon eſt habitus: fœliciſſimus Publicola iure exiſtimari poſſit. Quæ enim bona ille pro maximis optarat: ea et conſequi et cōſeruare uſq; ad finem Publicolæ contigit. Sic Solon Publicolā: ille rurſus Solonem illuſtrauit: et exemplum homini remp. moderanti præclariſſimū ad imitandum expoſuit : cum cōſulatum detracto faſtu mitem et manſuetum conſtituens: ab inuidia atq; offenſione hominum uendicaſſet. E legibus autē Solonis permultas Publicola ad uſum ſuum traduxit. Nam in conſtituendis magiſtratibus plurima ſibi ex illius legibus ſumpſit: et crimen deprecantibus prouocationem ad populū: ut Solon ad iudices dedit. Quod ſi Senatū non cōſtituit: ut Solon: at Senatorum numerum auxit: ac ferme duplicauit. Quæſtorum quoq; in pecuniis conſtitutio inde accerſita eſt. Ne prætor ſi uir acer et ſtrenuus eſſet: iis occupationibus a cura rerum maiorum abducetur: nec ſi improbus rebus pecuniiſq; pmiſſis occaſionem ſibi ad inferēdā iniuriā oblatam eſſe exiſtimaret. Quod autē ad odiū tyrannorū ſpectat: uehementior

nempe Publicola : ſiquidem deprehenſo in tyrannide affectanda pœnam conſtituit. Solon autē de indemnato permiſit ſuppliciū ſumi . In quo uero Solon recte ac iure gloriari ſolitus eſt: tyrannidem ſibi omniū ciuium cōſenſu et uoluntate delatam reſpuiſſe. Haud eſt id quidem cum Publicolæ facto ullo modo comparandum: qui nactus tyrannicum prīcipatum moderatiorem effecit ac populariorē: nec iis quibus iure poterat uſus ē. Atqui id quidē ſenſiſſe Solon uidetur: cum dixit: ita populum optime imperia principis obire: ſi nec ſolutus nimis et liber eſſet: nec ſeruilem in modū depreſſus. Propria autē Solonis remiſſio æris alieni fuit: qua nihil ad retinendam confirmā damq; ciuium libertatem preſentius ac efficacius eſſe potuit. Nihil enim legum æquabilitas proderat: ad quam pauperes prohibebat æs alienum accedere: ſed in quo maxīe liberi eſſe uidebantur: in eo maxime ſeruiebant diuitibuſq; ī rebus iudicandis in gerēdis magiſtratibus in ſententiis dicendis eorum nutu ac libidine niterentur. At illud certe præclarius : q; reſciſſionem æris alieni ſeditio ſemper conſecuta ſit : Illa tantum ut occulto quodā : ſed ualido ueneno fræta inſtantem ſeditionem ſopiuit: concæptamq; in rebus labem atq; ignominiam uirtute et auctoritate uiri ſuperauit. Verum illa maxima reip. poteſtate permiſſa: facile Publicola uincitur a Solone . Parebatur enim ſibi ab omnibus: ipſe uero parebat nemini: ac per ſeipſum nullis adhibitis: plurima et maxima in rep. geſſit. Ipſo tamē fine alter fœlicior ac beatior . Suam enim ipſe remp. Solon ſublatam et euerſam uiuus aſpexit: Publicolæ autē reſpublica uſq; ad ciuilis belli tempora ſuum decus et ſpeciem ſeruauit. Hic enim latis ſtatim legibus eiſq; in lignis ac litteris ſine interprete aut miniſtro derelictis Athenis diſceſſit. Ille manens cum poteſtate ī gerenda rep. eam firmauit: et tutiſſimum locum conſtituit. Ille Piſiſtratū cū præuidiſſet: non potuit prohibere : ſed ab ipſa eſt tyrannide inſurgente uictus . Hic regnum tot iam annos opibus et potētia præſidens eiecit : atq; ſuſtulit: uirtute quidem Soloni et uoluntate par: fortuna uero et uiribus ad perficiēdum ſuperior. Quod uero ad rationem bellicam ſpectat : nec quæ aduerſus Megarenſes geſta ſunt: Daimachus Plateenſis Soloni adſcribit: ut a nobis ſuperius dictum eſt. At Publicola et ipſe manu dimicans: et cum imperio plurima et maxima bella confecit. Quinetiam et in rebus ciuilibus ille per iocum quodammodo ſimulatione inſaniæ de ſalamine ſententiam dixit. Hic autē maximarum rerum ſuſcæpto periculo non dubitauit in Tarquinium inſurgere. Idem cum coniurationem detexiſſet: ſumendi ſupplicii et ne euaderent improbi prohibendi in primis auctor extitit. Nec corpora ſolum tyrannorum de ciuitate eiecit: uerumetiam ſpes omnis tyrannidis in poſterum ſuſtulit. Sic rebus certamen atq; ī petum quendam animi et concitationē ad reſiſtendum flagitantibus acri præſētiq; ſe animo offerens: haud deterior uiſus ē q̄ inermis in colloquio : et congreſſu cedendo et ſuadendo: quibus rebus Porſennam uirum metuendum et inuictum placatum reddidit: atq; amicum. At enim dixerit fortaſſe aliquis a Solone Salaminem Athenīēſibus amiſſam reſtitutam eſſe . At Publicolam Romāos parto iam āte agro cedere coegiſſe. Verum decet ſemp præſentium temporum rationem habere . Qui enim remp. gerit: dubius quo pacto cuncta tranſigi queant: ſæpe parte remiſſa : uniuerſa conſeruauit: paruaq; iactura facta maiora conſecutus eſt . Quod Publicolæ tunc uſuuenit . Cum enim ceſſiſſet alieno agro: ſalutem et īcolumitatem peperit ciuitati: et quibus magnū fuerat urbem retinere: in eorum poteſtatem ſua opera obſidentium caſtra uenerūt : p miſſoq; hoſti iudicio uictor ea quoq; uictoriæ addidit : quibus amiſſis optabilis fuiſſet uictoria. Nam exiſtimatione uirtutis et probitatis: quam ſibi præter cæteros in conſulatu pararat: præſens bellum deleuit: et belli apparatum Romanis sūmiſit .

ALCIBIADIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER DONATVM ACCIAIOLVM VERSA.

ALCIBIADIS GENVS SI MAIORVM SVOrum memoria repetatur: paternum quidem ab Aiace: maternum uero ab Almeonide: quem ex Dinomacha genitum aiunt: originem traxisse uidetur. Ferunt autem patrē ipsius Cliniam trireme suis sumptibus stipendiisq; parata: cum aliquando Athenienses prope Arthemisium cum hostibus decertassent: ingentē ex eo prælio gloriam reportasse. Deinde in ea pugna quæ apud Coroniam cum Boetiis commissa est: dū strenui militis et optimi imperatoris opam nauaret: dignā uirtute sua mortem oppetiisse: atq; post eius ite|ritum Periclem et Ariphronem Alcibiadis tutores fuisse relictos: uiros ea tempesta te præclaros: et magna cum Clinia propinquitate coniunctos. Tradunt insuper: quod mea sentētia uerissimum est: amicitiam Socratis ad claritatem et gloriam consequendam nō mediocrem occasionem Alcibiadi præbuisse. Nam Demosthenis mater: tum Lamachi Theramenis aliorumq; multorum qui ea tempestate honoribus et rerum gestarum gloria floruerunt: neq; cognita nobis est: neq; cuiusq̄ litteris celebrata: Alcibiadis uero nutricem quoq; genere Lacenam nomine Amiclam: et Zopirum pedagogū fuisse accepimus: quia eorum nomina grauissimi auctores Antisthenes atq; Plato litterarum memoria prodiderunt. Verum de pulchritudine Alcibiadis quāta aut qualia a probatissimis scriptoribus: qui ei æquales fuerūt: prædicētur: nemo (ut ego arbitror) mediocriter doctus ignorat. Itaq; aliis omissis illud tātum dicere ausim: sua tempesta te omnibus atheniēsibus et dignitate oris et totius corporis forma unum Alcibiadem præstitisse. Ac quanq̄ illam Euripidis sententiam non satis probandam putem: qua asserit adultam hominis ætatem omnium pulchrorum esse pulcherrimum: hoc tamen Alcibiadi præcipue est largita natura: sibiq; cum paucis fuit commune: quod non modo in puentia aut adolescentia: sed etiam in omni ætatis gradu maximum semp decorem ac formosam hominis speciem prætulit. Addit præterea quādam ei in dicendo affuisse balbutiem: quæ uoci illius splēdorem et sermoni gratiam afferre uidebatur. Aristhophanes autē in his in quibus mordet Theorum: sic Alcibiadem balbutientem īducit: Celnis Theolum caput adulatoris habētem: et Archippus filiū Alcibiadis mordēs: ambulans inquit dispari gradu suisq; deliciis effecit: ut uestem trahendo et blandas emittendo uoces: q̄ maxime patri similis esse uideatur. Naturam uero Alcibiadis ferocē ac audacem fuisse: tum maximis cupiditatibus affectibusq; subiectam ex uarietate et dissimilitudine rerum: quas postea gessit: facile intelligi licet. Vir enim quieti ocioq; īfestus: contentionisq; supra modum amator: nihil sibi ī uita expetendum aut magnopere laborandum putabat: nisi ut dominatu famaq; et rerum gestarum gloria cæteris mortalibus antecelleret. Quod sane ei a primis incunabulis: ut ex commentariolis suæ puerilis institutionis percipi potest: insitum fuisse uidetur. Etenim cum aliquando in palæstra cum puero quodam luctaretur: iāq; aduersarius eum ad terram deprimeret: uolens Alcibiades quocunq; pacto hanc ignominiam euitare: manum illius cœpit: dētibusq; admouit. Dimittente autē puero Alcibiadem atq; clamante: tanq̄ mulieres eū mordere: An inquit ille mulierum et non leonum potius morsus Alcibiadis sunt? Præterea cum aliquādo more puerorum Astragalis cum suis æqualibus luderet: seq; ad iactum pararet: q; fors ad eum iacendi peruenerat: forte currus per eam uiam: ubi illi ludebant onustus agebatur. Cōuersus ad aurigam Alcibiades: primum rogare cœpit: ut quousq; ipse lusisset: currum cohiberet. Deīde cū homo agrestis puerū aspernaretur:

currumq; permitteret ob rusticitatem suo more labi: cedentibus aliis pueris solus Alcibiades hac (ut sibi uidebatur) iniuria lacessitus: sese ante currum extẽsum supinumq; proiecit: Aurigã iubens eo pacto si uellet ulterius pertransire. At ille pueri audacia multorumq; clamore cõterritus: qui tollere Alcibiadem properabant: currum extemplo cohibuit: iumẽtaq; retraxit. Verum post hæc Alcibiades cum emissis puerilibus ludis ad liberales disciplinas animum conuertisset: nihil sibi erat potius q̃ ut magistrorum præceptis monitisq; pareret: eorum doctrina imbueretur: ac in ea omnia diligenter incumberet: quæ uidebantur ad assequẽdam eruditionem et excolẽdum ingenium pertinere. Artem modulandi tantum illiberalem et ingenio adulescente indignam fugiebat: magisq; tibiarum cantum q̃ alium sonum aspernari uidebatur. Lyram enim neq; sermonem eius auferre dicebat: qui illa uteretur: neq; uultum deturpare. Tibias uero et sodalium colloquia tollere et tantam homini deformitatẽ afferre: ut tibicem quandocunq; os canendo buccasq; inflaret: uix ab his etiam dignosceretur: qui intima ei essẽt familiaritate coniuncti. Filii igitur Thebanorum cum disputare nesciant: egregie inquit Tibia canant. Nobis autem ut patres nostri dicere solent: Palladem quæ fistulam frægit: & Apollinem: qui et modulatorem fistulæ suffocauit: adesse sine inuidia sinant. Nos Alcibiadis sermones nunc ioco nunc serio habitos: ubi inter omnes adolescentes fama uulgauit: cunctis eius sententiam ut generosam et egregiam comprobantibus tãtæ turpitudini tibicines haberi sunt cœpti: ut q̃primum ex omni ĩgeniorum cœtu communi consensu fusæ ac fugatæ tibiæ sint. Repertum est autẽ in accusationibus Antiphontis Alcibiadem aliquando: cum esset adolescens: clam domo egressum se ad amatorẽ Democratem cõtulisse: confestimq; Ariphronem uoluisse eum: quia non reperiretur: publico præconio indagare prohibuisse Periclẽ. Si enim inquit o Ariphron ignorantibus nobis Alcibiades mortem oppetiit: una saltem die eius ĩteritum diuulgari oportet. Sĩ uero saluus atq; incolumis est: cur adolescentis uitam infami præconio notandam censes? Addit etiam ipse Antiphon in palæstra Siuyrtii ab Alcibiade quendam amatorem qui eum persequebatur: fustibus cæsum interemptumq; fuisse: Verum hic cum ab ĩimicissimo homĩe: qui potius ĩfamiam Alcibiadis q̃ ueritatem historiæ perquirebat: mandata memoriæ sint: neq; persuaderi nobis neq; credi facile possũt. Iam uero cum plæriq; homines: quorum opes et diuitiæ ea tempestate ĩsignes erant: Alcibiadis amore turpiter deperirent: Socrates philosophus uir doctus imprimis huius adolescentis misericordia motus: statuit egregiã illius indolẽ: quæ tanq̃ præclara arbos amplissimos fructus paritura uidebatur: quantum ĩ se esset: malis a moribus auocare: et ad optimã disciplinã rectamq; uiuendi rationem traducere. Atq; eo magis id sibi faciendum putauit: q̃ Alcibiadem non alienum ab hac sententia: ut suspicabatur inuenit. Nam et si opulentia uoluntates multorum adulationes et alia mala pene ĩuicta Alcibiadi adue: sarentur: ingenium tamen adolescentis quod in eo uehementer uigebat: breui singularẽ modestiam Socratis uirtutemq; cognouit. Itaq; discẽdi studio et sapientiæ amore pellectus extemplo cunctis amatoribus adulatoribusq; repulsis: ad Socraticam disciplinã animum uertit: atq; omnibus posthabitis rebus cœpit illius familiaritatẽ inire: sermonibus intereſſe: neq; a latere sapientissimi uiri unq̃ discedere. Cernebat enim Socratẽ non gratiam puerorum: ut alii amatores: aut illecebras blandæ uoluptatis consectari: sed modestiam et uirtutẽ quærere: atq; in eo præcipue laborare: ut ii qui eruditi aut uellent aut possent: omni curruptela insolentiaq; depulsa bonis moribus imbuerentur. Demissa est igitur superbia Galli: ut ille poeta inquit: et alæ ad terram depressæ. Alcibiades enim putans Socratis disciplinam quasi munus esse deorum: ad instruendos eruditosq; iuuenes missum: seipsum despiciebat illum admirabatur: uirtutem amabat uel imaginem potius ut inquit Plato gerebat amoris. Verum plæriq; Athenienſium illud admirari præcipue uidebantur: q̃ cum Alcibiades nunc cum Socrate simul cœnaret: nunc ĩ palæstra luctaretur: nunc in eodem tentorio moraretur: reliquos amatores

Ie Alcibiades despuſoit toute armonie. Car il ne le trouuoit en lui louable ſinon la face de lhõme aimant ſeulement la harpe. Comme de ſon dire et de pallas et apollo.

qui quotidie eius ueſtigia ſequebantur: negligeret atq; contemneret: et erga nōnullos ſupra modum inſolētia uteretur: ueluti aduerſus Anitum eueniſſe aiūt. Is quibuſdā hoſpitibus ad cœnam inuitatis Alcibiadem quoq;: cuius amore non mediocriter depe ribat: precibus multis rogauit: ut intereſſe huic conuiuio uellet. Aſpernatus hominem Alcibiades: domum diſceſſit: ibiq; ebrius factus poſt cœnam cum ad Anitum reuertiſ- ſet: per aulæ hoſtium: in eo enim conſtiterat Abacus conſtipatus poculis aureis argēte iſq; refertus: capta opportunitate ſeruos celeriter iuſſit: ut eorum dimidiā partem ſub riperent: domumq; perferrent. quo facto Alcibiades confeſtim eos ſubſecutus fugam arripuit. Accuſantibus uero cunctis qui in conuiuio aderant: impudentiam ac inſolēti am Alcibiadis: ſolus Anitus non modo non impudentem inquit: ſed humanum etiā atq; liberalem Alcibiadem eſſe aſſeuero: qui cum ſibi liceret omnem hanc ſupellectilē ſuo arbitratu capere: dimidiam nobis partem reliquit. Sic ſe grauem Alcibiades omni bus amatoribus difficilem q; præbebat: Præterq̄ cuidam aduenæ et inquilino homini: qui ut gratiam Alcibiadis beniuolentiāq; iniret: omne ſuum patrimonium uendidit: centum ex eo collectas ſtateras ad Alcibiadem detulit: multis precibus rogās ut accipe ret. Ridēs Alcibiades: ne amatoris munificētiam aſpernari uideretur: accæpta pecunia cum hūc hominem domum perduxiſſet: poſt cœnam aurum ſibi reſtituit: iuſſitq; ut ſequenti die in forum accedens publicanorum precium: qui uectigalia ciuitatis emptu ri a præſidibus erant: ut in auctione ſuo precio ſuperaret: renuentem hominem ac ter- giuerſantē ob magnitudinem rei: quæ uires ſuas longe uidebatur excedere: Alcibiades nunc minis nunc adhortationibus compulit: ut huic ſuæ cupiditati obſequeretur. Nā cum publicanis iandiu Alcibiadi priuatim ſimultates intercedebāt. Aduena igitur ſū mo mane in forum profectus publicanorum precio unum adiecit talentum. Hanc pe regrini hominis audaciam ueluti nouam et inopinatam admirātes publicani grauiter q; ferētes: clamitare cœperunt: ut uades aduena iſte præberet: quaſi eum inuenire non poſſe arbitrarentur. Horum clamore aduena qui ſuas uires non ignorabat: ſupra mo dū abſterritus fugā iā arripere uidebatur: cum Alcibiades ad magiſtratum conuerſus: Meus inquit ē amicus: me (ſi uobis libet) pro familiari meo uadē accipite. Publicani q nouis emptionibus ſoliti erant ueteres ſemper diſſoluere: Alcibiadis fallacia cognita: quæ in ſummum diſcrimen fidem fortunaſq; eorum coniiciebat: non mediocriter a- nimo defecere. Nullum igitur remedium niſi hunc hominem de medio ſūmouerent: ſuis rebus eſſe cernentes: eum orare hortariq; cœperūt: ut pecunia accæpta illīc abiret. Prohibente uero Alcibiade minus q̄ talentum accipere: non prius diſceſſit: q̄ publicani ut Alcibiades uoluit: integrum talentum dederunt. Atq; eo pacto Alcibiades ſine ullo ſuo īcommodo peregrino et familiari homini profuit. Verum ea tempeſtate Socrates in erudiēdo Alcibiade ſtudium adhibens et diligentiam multis etiam nobilibus aduer ſantibus uiris adoleſcentem ſic ad modeſtiam et temperantiam concitabat: ſic ab om- ni turpitudine deterrebat: ut ille plærunq; multis cum lachrymis ſe ſalutemq; ſuā So crati cōmendaret: nihilq; in uita expetendum arbitraretur: niſi quod eſſet cum uirtute et honeſtate coniunctum. Interdum uero etſi erga Socratem ſolum reuerentiam quā dam ſeruare uideretur: tamen ſuperantibus cupiditatibus rationem contineri non po terat: quin a ſapientiſſimo digrediēs uiro ad uarias illecebras et omnis generis uolupta tes dilaberetur. Vnde illud Cleātis memoriæ proditum aiunt: Alcibiadem inquit ex au ribus tantum a Socrate: ab aliis uero amatoribus ex multis corporis locis quæ honeſte nominari poſſunt: ſolitum eſſe deprehendi. Erat enim ei ingenium: ut Tucydides indi care uidetur: ad incontinentiam et luxuriam atq; ea omnia quæ uoluptatem pariunt: uehementer procliue. Sed inter multos Alcibiadis amatores reperiebantur nonnulli: qui uanis adulationibus ante tempus aures adoleſcentis implentes: aſſerebant ipſū eſ ſe uirum ad omnia ſūma natum: neminemq; Athenienſium aut animi magnitudine aut eloquentia aut ingenio cum Alcibiade conferendum. Itaq; ſi ad rempub. gerendā

Cōmendat Socrates ſe primum abſtinere Alcibiadē ab amore bōneſtamenq;

acceſſerit:non modo alios oratores et duces:ſed ipſum etiam illum de quo tanta fama apud omnes gentes haberetur:gloria atq; potẽtia ſuperaturum eſſe Periclem. Verum ut ferrum antea mollitum igne denſari deĩde frigore ſolet: ſic ingenium Alcibiadis uariis blandimentis in uoluptates delitiaſq; prolapſum cohiberi ſapientia Socratis:et ad frugalitatem reuocari uidebatur. Nam et hortari aduleſcentem et monere etiam liberius accuſare non deſiſtebat multis uerbis:oſtendens nullam in eo prudentiam nullam modeſtiam nullum deniq; ueſtigium eſſe uirtutis. Itaq; eum qui omnem ſuæ uitæ curſum in mollitie corporis atq; in animi libidine collocaret:non eſſe hominem ſed monſtrum potius et immane quoddam animal appellandum. His utebatur Socrates ad ĩmoderatam adoleſcentis audãciam ac inſolentiã comprimendam: quæ ea ætate quanta ĩ Alcibiade eſſet: ex his quæ ſuperius expoſita ſunt: et aliis quæ adduci in medium poſſunt:facile intelligi licet. Ferunt enim hunc adoleſcentem cum ſtatuiſſet grammaticæ operam dare:nactum eſſe magiſtrum quendã non ſatis eruditum. Ab hoc primũ Homeri poemata petens:cum ille negaſſet ſe Homeri quicq̃ habere:non tulit ignorãtiam hominis Alcibiades:ſed pugno eum percutiens fugam arripuit. Ad alterum deinde profectus: cũ ille Homeri librum habere a ſe emendatum dixiſſet: et tu inquit grãmaticam doces:cum ſis aptus ad poetam tam egregium corrigendum. Tradunt inſuper Alcibiadem aliquãdo cum Periclem alloqui uellet: domum illius profectum ante q̃ aulã ingrederetur:reſponſum tuliſſe eum eſſe magnopere occupatum. Secum enim agitare quonam pacto rationem Athenienſibus redderet. Diſcedens Alcibiades:num ĩquit ſatius eſſet Periclem cogitare atq; perquirere: quomodo rationes nõ reddat. Poſt hæc Alcibiades ad bellicas laudes animum uertens una cum Socrate:ĩ quo maximam ſemper ſpem ſuæ uitæ collocarat:ad Pontideam urbẽ ĩ exercitum Athenienſium uẽit. Pauloq; deinde acerrima conſerta pugna:etſi ambo egregie fœliciterq; certaſſent:tamẽ parum abfuit: quin Alcibiades extremam ſuæ uitæ perniciem eo die ĩuenerit. Vulneratus enim in prælio ſe ulterius tutari non poterat:cum Socrates extemplo accurrens hoſtes ſũmouit:Alcibiadẽq; ſeruauit. Quapropter duces exercitus premium Socrati iuſta ratione debebant:ſed cum gloriæ et dignitati Alcibiadis plurimum fauere uiderentur: cupiens Socrates potius honeſtam illius ambitionem in rebus generoſis atq; præclaris augeri:q̃ ſibi honorem tribui:ãte omnes egregium teſtimõium de Alcibiadis fortitudĩe tulit:atq; eos duces multis eſt uerbis hortatus: ut corona eum integriſq; armis donarent. Nec multo tempore poſt cum Athenienſes in ea pugna: quæ apud Delum commiſa eſt:re male geſta citato gradu arripuiſſẽt fugam: Socratem in magno periculo conſtitutum: ꝙ a tergo multa edita cæde urgebãt hoſtes:Alcibiades ſolus protexit. Sed ante hoc tempus nonnulla ſunt ab Alcibiade perpetrata: quæ ad hanc hiſtoriam noſtram pertinere uidentur. Hipponicum enim Calliæ patrem:cuius magna Athenis ob diuitias et nobilitatem generis auctoritas atq; potentia erat:Alcibiades nõ odio nõ iniuria aut iuſta ulla cauſa laceſſitus:ſed concordia quadam cum ſodalibus ob ſcurrilitatem inita:pugno percuſſit. quod ubi editum in populum eſt:et multorum ſermonibus diuulgatum:grauiter ferentibus cunctis clariſſimi ac præſtantiſſimi ciuis iniuriã: Alcibiades pauore cõfectus poſtridie ſummo mane domum Hipponici proficiſcitur: hoſtiumq; ingreſſus:ubi in conſpectum illius uenit: depoſita raptim ueſte corpus nudum uerberandum homini obtulit:multis precibus rogans ut debitis uerberibus cæderet. Hic autem iniuriæ confeſtim oblitus non modo ueniam Alcibiadi præbuit:ſed ut plæriq; etiam aſſerunt in uxorem illi Hypparetam filiam dedit:quãq̃ nõnulli Hypparetam non Hipponici ſed Calliæ filiam fuiſſe tradunt: addũtq; eam Alcibiadi cum decem talentis in coniugium eſſe locatam. Ipſumq; deinde cum Hyppareta liberos peperiſſet alia decem quaſi hæc ãntea pepigiſſent:a Callia patre extorſiſſe talenta. Calliam uero poſt hæc ad alias huiuſmodi fallacias euitandas patrimonii fortunarumq; ſuarũ ſi forte ſibi ſine prole mori contingeret:populum Athenienſem inſtituiſſe hæredem.

Verum cum Hyppareta quæ et uirtutibus et bonis moribus fuerat a primis incunabulis instituta: multas contumelias quotidie ab Alcibiade pateretur. Erat enim ille Socratis tum peregrinis tum urbanis palam manifestęq; deditus: non potuit egregia mulier hanc uiuendi rationem a sua natura alienam ulterius tolerare. Itaq; Alcibiadis domo excedens ad fratrem: quem unicum suis rebus putabat esse refugium: primum se contulit. Deinde cum Alcibiades hunc suum discessum et omnia alia quæ ad illam pertīebant: aspernari uideretur: atq; ideo eam rogaret: ut ipsa et quemadmodum leges iubebant: apud magistratum repudii libellum deponeret: mulier dissoluendi coniugii cupida sine ulla mora ad præsides proficiscitur. Vixq; ad eum locum ubi magistratus cogebatur: peruenerat: cum superueniens Alcibiades spectātibus cunctis coniugem rapuit: eamq; nemine repugnante medio foro domum perduxit. Hæc deinde mulier usq; ad extremum uitæ diem cum Alcibiade uiro permansit. Defuncta est autem sub idem prope tempus: quo Alcibiades cum sua classe Ephesum nauigauit. Verum ea Alcibiadis uiolentia qua in coniuge rapienda usus fuisse uidetur: neq; iniusta a populo Atheniensi habita est: neq; ab humanitate aliena. Tradunt enim hunc magistratum ea ratione institutū fuisse Athenis: ut essent qui contētionibus discordiisq; sublatis uxorem uiro publica auctoritate adhibita uirumq; uxori cōciliare niterentur. Illud uero ab his quæ sunt a nobis superius enarrata: non admodū alienum fuisse uidetur. Dicunt .n. Alcibiadem inusitata magnitudine canē quem minis septuaginta emerat: abscisa cauda p urbem dimisisse. Hoc cum multis stultum atq; ineptum uisum negocium esset: monentibus eum amicis ac sermones qui de eo circunferebantur enarrantibus: ridens Alcibiades: sic inquit res ut ego intenderam ex uoto successit. Hanc enim Atheniensibus præbere uolui loquendi materiam: ut eos a peioribus quæ de me dicere audireq; soliti sunt: nouis his rebus auerterem. Primum uero aditum ad remp. gubernandam (ut alia omittamus) ex nummorum largitione non consilio aut arte sed sorte casuq; facta assecutum Alcibiadem aiunt. Volunt enim hunc transeuntē prope locum quendam: ubi īgens Atheniensium multitudo magno cum strepitu clamitabat: cum percepisset quasdam ibi erogatas esse pecunias: indeq; huius tumultus causam prouenire: eo celeriter esse profectū: atq; nummos magna cum liberalitate populo Atheniensi fuisse largitum. Exceptum deinde plausu populari Coturnicem quā habebat sub pallio inconsiderate ob īmoderatam lætitiam dimisisse. Ad cuius uolatū cuncti qui ibi aderant: magis q̄ antea cōclamantibus nitētibusq; certatim auiculam gratia Alcibiadis capere. Tādem ab Antiocho captam dicunt ac Alcibiadi restitutam summamq; inde familiaritatem īter eos fuisse exortam. Cæterum cum opulentia genus amicorum copia aliaq; p multa quæ sine ullo labore fautores ei q̄plurimos comparabant: ad dignitatē in rep. ac quirendā Alcibiadi uehementer conferrent: tamen nihil erat quo ipse mallet apud po. Atheniensem: q̄ eloquentia et dicendi ratione ualere. Nec uidebatur hæc in eo una esse cupiditas. Quāta enim dicendi uis ī Alcibiade fuerit: et comici ipsi testantur: et Demosthenes ac Theophrastus locupletissimi sunt auctores: quorum alter ī ea ratione: quā contra Midiam habuit uehementissimum oratorem Alcibiadem uocat. Alter uero cū in multis aliis tum inueniendi facultate eum magnopere extollit: tantumq; ei tribuit in hoc genere laudis: ut cunctis Athenienſibus anteponendum censeat. Erat autem Alcibiades optimus nō modo rerum inuentor: quæ causæ suæ conferrent: sed eorum etiam uerborum fabricator atq; magister quæ cum ipsis sententiis conuenirent: et ad p̄suadendum accōmodata uiderentur. Interdum uero non succedente uerborum copia: ut res exigere uidebantur: resumere ea quæ antea dixerat consueuit: ut sine ulla intermissione integra oratio sequeretur. Sed inter alia quæ de Alcibiade referuntur: et illud quoq; compertum habemus: eum ī alendis equis quibus postea in Olympia uteretur: tantam curam operamq; posuisse: ut tēporibus suis uel regum uel priuatorum fuerit nemo: qui maxima illa quinquennali celebritate ludorum ad Olympium septem ut

Alcibiades quadrigas perduxerit. Tucydides uero qui et Athenienſis fuit et rerum geſtarum ſcriptor egregius: ſecundum et quartum in certaminibus illis uictorem fuiſſe Alcibiadem refert. Euripides quoq; carminibus ſuis eum extollens hæc de illius uictoria protulit: Formoſa proles Clyniæ te nũc canam: quã illo ſuperbã premiis uidit die Graiorum Olympia chorus: cum uiceras: et mox pararas tres quadrigarum tibi uictorias labentium curſu rotis. Iam uoce præco tunc ad aſtra te tulit: Bis cinctum oliuæ frõde pallentis caput. O gloriam tantam efferentem: quod tibi profecto ſoli nemini certãtium eueniret graiorum Olympia rotis. Huic uictoriæ Alcibiadis magnum decus attuliſſe uidentur honores ſibi ab Athenienſium hoſtibus magnifice liberaliterq; tributi. Epheſii enim tentorium ad eum ſuſcipiendum: Chii uictimas ſacrificiis ac pabulum equis: Leſbii uinum et ea omnia quæ ad celebrãdũ cõuiuium pertinebant: grato animo obtulerunt. Verum paulopoſt hanc gloriam ex uictoria Olympica partam labefactauit aliquantulam calumnia quædam in infamiam Alcibiadis liuore et maliuolẽtia diuulgata. Ferunt enim ea tempeſtate fuiſſe Athenis Diomedem quendam Alcibiadi familiarem: qui cupidus Olympicæ uictoriæ conſequendæ eum rogauit: ut publicum currum quem Argis eſſe perceperat: ſui cauſa emeret. Sciebãt enim Alcibiadem factione gratiaq; apud Argiuos uehementer pollere. His auditis Alcibiadem aiunt currum ab Argiuis emptum ſibi poſtea adiudicaſſe nulla Diomedis ratione habita: ſed eo neglecto atq; repulſo querente clamanteq; hoc improbi hominis dolum non familiaris uiri officium eſſe. Dicunt præterea ut ex oratione Iſocratis pro Alcibiade ſcripta intelligi licet de hac re quoddam fuiſſe iudicium conſtitutum: in quo Tiſias non (ut plæriq; putant) Diomedes aduerſarius extitit. Poſtea uero q̃ Alcibiades exacta iam prope adoleſcentia ſe ad gubernandam remp. cõtulit: extemplo curſum aliorum oratorum ac ducum qui ſũmũ in ciuitate gradum occupare properabant: ſic ingenio audaciaq; ſua repreſſit: ut nemo ea tempeſtate Athẽis eſſet: quem illi æque ac Alcibiadem formidarent. Auſus eſt enim nunc aduerſus Pheacum Eraſiſtrati filium nunc cõtra Niciam uirum opulentum et præclarum in militia ducem acerrimas contẽtiones certaminaq; ſuſcipere. Erat autẽ Nicias maior natu q̃ Alcibiades: Pheacus uero prope æqualis: ac tũ primũ: ut ille dignitatis fundamẽta iacere uidebatur: eiq; nobilitas generis aliaq; p multa: ut Alcibiadi: adiumento et præſidio erant. In coronis autem ciuium et familiari quotidianoq; ſermone elegans admodum Pheacus habebatur et perpolitus: in dicẽdo uero orator parum uehemens. Vnde Eupolis optimum in loquendo debilem in dicẽdo Pheacũ ipſũ appellat. Fuerũt aũt nonnulli qui cum multa de Alcibiade et Pheaco ſcripta reliquiſſent: illud quoq; memoriæ prodiderũt: Alcibiadi aliquando uaſa aurea atq; argentea quæ Athenienſes in pompis ſupplicationibuſq; ferebant: retinuiſſe quædam: hiſq; deinde in quotidianis cõuiuiis ſic uti ſolitum eſſe: ac ſi propria ſupellectili uteretur. Erat autem ea tẽpeſtate Hyperbolus cuius ut improbi et flagitioſi hominis Tucydides meminit. Is cum ſtudioſe colligeret ea quæ ĩ alterius infamiam dicerentur: Comicis qui audaciſſime temporibus illis mores hominum increpabant: magnã ſubminiſtrabat uituperãdi materiam. In eo præterea gloriari plurimum uidebatur: q; gloriam negligeret atq; contemneret: quã quidẽ rem nonnulli audaciam et fortitudinem: ego uero impudentiam et ſecordiam appellandam cenſeo. Hoc igitur miniſtro populus Athenienſis ſæpenumero utebatur ad eos diuulgandos ſermones: qui principum reip. et potentiſſimorum ciuium crimĩa uituperationes ac infamiam continerent. Eo igitur tempore Hyperbolum a multitudine perſuaſum cuidam principum reip. Oſtracum parare fama uulgauerat. Illud uero eſt exilii genus: quo po. Athenienſis potentes ac præſtantes gloria uiros de ciuitate expellere conſueuit. Inuidiæ magis ſolatium q̃ timori remedium quærens Alcibiadẽ hæ inſidiæ quas uni illorum trium machinabatur Hyperbolus: minime latuerunt. Itaq; periculo cognito Niciam uel (ut nonnulli alii uolunt) Pheacum allocutus: omni ſimultate poſtpoſita in eius amicitiam rediit. Illiuſq;

potentia ſuis uiribus addita tantum ualuit: ut Oſtraci nota in auctorem conuerſa Hyperbolum Athenis expulerit: nihilo minus eo tempore q̃ tale exilium formidantẽ. Nemo enim ſordidus neq; ignobilis aut inſignis infamia uir: ut Plato comicus inquit: cũ Hyperboli meminiſſet: conſueuit huiuſcemodi pœnam ſubire. Digna eſt igitur illa ſuis moribus: indigna uero ignobilitate ſua et ſeruili conditione perpeſſus: cum Oſtraca nobiliſſimorum ciuium non ſordidorum hominum cauſa inſtituta uideantur. Sed hæc in aliis locis ſunt a nobis latius pertractata. Alcibiadem uero ea tempeſtate gloriæ Niciæ ac potentiæ inuidentem: quã cernebat non ſine magna hoſtium admiratione et ſuorum ciuium beniuolentia ſupra modum augeri: die noctuq; aſſidue angebant curæ atq; animum ambitione ardentem uariis ſemper conſiliis incitabant ad ea omnia machinanda: quibus et auctoritatem auferre Niciæ et dignitatẽ ſuam amplificare poſſet. Contraxerat autem ſummam cum Lacedæmoniis familiaritatem: quia de ſpartiatis quos athenienſes in inſula cœperant pilo bene ac præclare pauloante meruerat. Verum cum poſtea auctore Nicia pax data Lacedæmoniis eſſet: et captiui libertati reſtituti obſcurato quodammodo Alcibiadis nomĩe magnam eſt Nicias apud Lacedæmonios auctoritatẽ omneſq; græcos beniuolentiam conſecutus: itaq; crebri afferebantur ſermones: quibus Periclem excitaſſe Niciam ſuſtuliſſe bellum dicebãt: adiiciebatq; eſſe ĩ græcia permultos qui hoc fœdus inter Athenienſes Lacedæmonioſq; initum Niceam pacem uocitarent. Hæc igitur Alcibiadem æmulatione et gloriæ cupiditate ĩcenſũ adeo uehementer urebant: ut nihil aliud agitare moliriq; uideretur: q̃ ut hanc pacem: quæ tantam famam Niciæ pepererat: perturbaret: et Niciam ipſum a Lacedæmoniorum gratia beniuolentiaq; auerteret. Ad hoc autem agendum argiuorum res et animi a Lacedæmoniis alienati occaſionem ei et quaſi anſas præbebant. Percipiens enim Argiuos non ſatis Lacedæmoniorum fidei credere atq; ideo alias ſpectare reſp. quas arbitrarentur ſine ulla exceptione ſuis rebus præſidio fore: occulte principes Argiuorũ hortari cœpit: ut relictis Lacedæmoniis ad Athenienſes ſe uertant: ſibiq; perſuadeãt Athenienſes quos iam pacis cum Lacedæmoniis factæ pœniteret: illis poſthabitis nõ modo Argiuos in amicitiam ſed in ſocietatem etiam ſi uelint recepturos: et forte Lacedæmonii per id tempus icto cum Boetiis fœdere et Panacto: quem antea locum integrũ florentemq; accæperant: deleto pene ac deſerto Athenienſibus reſtituto: ſic eorũ animos irritauerant: ut iam ĩuiſum Lacedæmoniorum nomen ſuſpectumq; Athenis eſſet. Alcibiades hanc nouandarum rerum occaſionem nactus quotidie alia atq; alia diſcordiarum ſemina per ciuitatem ſerebat: Niciam iam aperte palamq; accuſans: q̃ hoſtium pte: quam delere ſine ullo diſcrimine potuerat: ſponte ſua ĩactã dimiſiſſet: partem uero captam in po. Atheniẽſis manibus conſtitutã non reip. cauſa: ſed ut Lacedæmoniorum beniuolentiam iniret: reddendam liberaliter cenſuiſſet. Adiiciebat præterea ĩ dicendis conditionibus pacis Lacedæmoniorum gratia dignitatis Athenienſiũ adeo oblitum fuiſſe Niciam: ut non modo æquo ſed etiam libenti animo paſſus ſit Lacedæmonios inſciis Athenienſibus cum Boetiis uel Corinthiis ſocietatẽ poſſe contrahere: Athenienſes inuitis Lacedæmoniis non poſſe. Dum hæc Alcibiades apud po. ira ac indignatione accenſum cõtra Niciam machinabatur: forte Lacedæmoniorum legati Athenas uenerunt: gratos (ut ipſi dicebant) ac beniuolos afferentes ſermones. Vulgauerãt enim ſe non modo cõfirmandi nuperrime ictũ fœdus ſed ſocietatem etiam faciendi: ſi Athenienſes uelint: plenam poteſtatẽ habere. Primum igitur ii oratores adeuntes ſenatum: cum gratiſſimis uerbis expoſuiſſent mãdata: ſic benigna cunctis audiẽtibus uiſa ſũt: ut magnam gratiam apud ſenatores qui frequentes eo die conuenerant: ſuæ reip. cõparauerit. Sequenti die cum alloqui populum uellent: metuens Alcibiades: ne eadem oratione auribus multitudinis blandientes: omnia ſua conſilia multo tempore agitata uno momento peruerterent: argutam fallaciam machinatus clam ad eos acceſſit: commemoratiſq; primum multis amicitiæ cauſis: quæ ſibi cũ Lacedæmoniis ĩtercedebãt:

deinde quid inquit uiri Spartiate huius ciuitatis nostrorũq; hominum mores uestras aures latent. An ignoratis quantum inter Senatũ po.q; Atheniensem intersit? Hesterno die cum frequenti senatu tam grata tamq; benigna exposuistis mandata: extẽplo prudentissimorum hominum mentes quæ modesta oratione persuaderi facile solent: ut uestris sermonibus acquiescerent compulistis: nunc si apud po. qui temeritate et insolentia quadam loquẽtium uerba metitur: eundem dicendi modum seruabitis: in tãtam superbiam eorum animos efferetis: ut frustra deĩde a uobis et ab iis omnibus qui uestræ causæ fauẽt laborandum esse uideatur. Iam enim percrebruit uos sic supplices sic demissos ad hanc urbem cõfugere: ut iam imperite multitudini persuasum sit Lacedæmoniorum remp. nisi Atheniensium societate fulciatur: saluam esse non posse. Agite igitur sapientia uestra: et consilio amicissimi hominis: qui minime huius populi naturam ignorat: credite: populum adeuntes non sic alloquimini ac si mandata libera et cum omni potestate permissa uestro arbitrio sint: ut coram senatu pridie ægistis: sed hanc amplissimam auctoritatẽ prudenti consilio tegite: ut senatus deĩde populũ minime uestris uerbis elatum in hanc societatẽ: quam uterq; nostrum intendit: perducere sine labore conatuq; possit. Hæc cum dixisset: iureiurando adactos: ut ea omnia silẽtio comprimerent: dimisit: multa de Nicia adiiciens: quibus et fidem eripuit illi: et sibi apud eos gratiam comparauit. Admirantes eximiam quandam ac prope singularẽ eloquentiam Alcibiadis: postero die congregata cõcione uenientes Lacedæmoniorum legati amicissime ab Alcibiade humanissimeq; rogantur: ut ea quæ uellent: dicerẽt. Extemplo illi exposuerunt mãdata remissa sane ac frigida longeq; ab expectatione populi et ea fama quæ uulgata erat aliena: summam auctoritatem quam habebant tegẽtes ut Alcibiadis consilium sequerentur. At uero Alcibiades postq̃ illi finẽ dicendi fecerũt: non ut is qui legatos fefellisset: sed tãq̃ dolo fallaciaq; decæptus ĩcrepare eos cœpit duplices infidos mutabiles appellãs: neq; sancti quicq̃ in uerbis suis integriq; habentes: hinc populus illinc senatus indignabatur: atq; hanc legatorum uarietatem quasi derisionem quãdam esse putabãt. Niciam uero stupor simul atq; mæsticia occupauerat: admirantem hanc ĩopinatam legatorum permutationem ignorantemq; dolum et fallaciam Alcibiadis. Reiectis igitur ob hæc Lacedæmoniorum legatis: bellum subito magnum exarsit. Nam post legatorũ discessum extemplo Alcibiades dux militiæ frequẽti senatu populoq; electus: primum sagaci consilio nitendum putauit: ut Pelopõnesũ uariis factionibus laborãtem aduersus Lacedæmonios: quoad per eum fieri posset: cõcitaret. Erant enim Argiui Elii Mantinẽses aliiq; populi Lacedæmoniis finitimi ad spẽ nouarum rerum erecti: quos si in huius belli societatẽ traxisset: magnum momentum rebus in Peloponneso gerendis allaturum se esse cernebat. Hos igitur multis modis rationibusq; agressus tandem compulit: ut armis arreptis simul cum Atheniensibus eãdem belli fortunã experiri uellent: sibiq; persuaderent hãc expeditionem aduersus Lacedæmonios suscæptam non minus ad se q̃ ad Atheniẽsium remp. pertinere. Quibus rebus effectum est: ut bellum deinde cõmuni cõsilio excitatum: sic prope Spartam et longe ab Atheniensium finibus gereretur: ut periculosum Lacedæmoniis foret eo in loco cum hostibus decertare: magisq; eis extremum patriæ malum formidandum in aduerso prælio q̃ mediocre cõmodum sperandum in uictoria esset. Verum inter hæc mille uiri ex nobilitate Argiua rep. occupata et populari statu deiecto: cum aduersus Lacedæmonios prælium cõmisissent: fusi fugatiq; magna accepta clade in urbem pelluntur: ibiq; iterum aduersus armatã multitudinẽ cui ad capiẽda arma animum fecerat: suscepta Lacedæmoniorũ uictoria decertãdũ fore uidebatur: cũ supueniẽs Alcibiades multitudinis patrocinio statum popularem ĩ ciuitatẽ restituit. Post hæc Alcibiades populum argiuum de quo tam bene pauloãte meruerat: extemplo suis adhortationibus compulit: ut ab Argis nouis mœnibus ductis quasi duobus brachiis iungerentmari urbẽ: quo facilius et ciuitatẽ tueri ab Lacedæmoniis: et tutius ipsi iuuari ab Atheniẽsibus

Alcibiades duc de la chevalerie atheniense

possent. Cum uero idem Patrensibus suaderet: dixisse quendã ferunt: sibi deide si hoc egerint: caueant Patræ. Illa enim mœnia ansas fore prædico: quibus Athenienses pro suo arbitratu nostram capient urbem. Ad hæc Alcibiades forte inquit o amice euenire potest: quod dicis: sed tamẽ sero et ex pedibus Patræ a nobis: confestim uero et ex capite a Lacedæmoniis occupare posse uidentur. Verum si minus hoc præsidii genus illis placeret: hortabatur saltem ut amicitia Athenienſium quasi uallo quodam muniti statum suum firmarent: remp. tuerentur: atq; pro maiori amoris indicio communem uiuendi rationem susciperent. Quibus adhortationibus persuasi Patrẽses: ne aspernari liberalitatẽ Athenienſium uiderẽtur: Alcibiadis uoto consilioq; parentes pro more patriæ iureiurando promittunt frumenta uineta oliueta agros deinde Atticos sic se ĩ posterum habituros: ac si ea omnia sibi suæq; reip. essent communia. Sed dum hæc summa cura ac diligentia gerebantur. Interim tamen Alcibiadem aiunt nimium cedẽtem cupiditatibus suis solitũ esse nunc Veneri et Baccho frequentius indulgere: nunc egregie stratis lectis ĩ triremibus pernoctare: nunc purpureis ac pretiosis uestibus uti: multa deniq; quæ luxum et pompam immodicam præ se ferebant: ingenti ambitione studioq; perquirere. Quinetiam dicunt inter alia quæ de illo referuntur: clypeum aureũ non patrium ullum insigne sed cupidinem cum pharetra ac sagittis habentem solitũ esse gestare. Quibus facile apparebat: animum uiri multis corruptelis a primis ĩcũabulis deprauatum ad uarias deinde illecebras et omnia oblectamẽta: quæ turpem uoluptatem pariunt fuisse procliue. Verum nonnulli præstantes uiri et ciues in rep. principes hanc licentiam Alcibiadis supra morem et consuetudinem urbis elatam nõ hominis in libera ciuitate uiuentis: sed tyrãnidem affectantis indicium esse putabant. At populi animus qualis erga eum esset: probe Aristhophanes his uerbis ostendit: cũ de Alcibiade loqueretur: Desiderat inquit populus atq; odit: uidereq; rursus hominẽ cupit. pauloq; ulterius: Leonem in rep. nutrire nõ decet: aut si nutriatur: eius deinde libidini seruiẽdum est. Sed ex altera parte largitiones ludorum sumptus et ingens erga remp. magnificentia qua maiorum suorum gloriam superabat: eloquentia ĩsuper rei militaris disciplina genus forma aliaq; permulta: quibus Alcibiadem mirifice natura instruxerat: eam sibi gratiam apud populum uendicabant: ut multi impura illius facinora et libertum uiuendi modum æquo animo tolerarent: hæc non flagitia sed adolescentiæ ludos atq; feruẽtis ætatis lasciuiam nuncupantes: ueluti ea quæ de pictore Agatharco et Thaurea illo aduersæ Choreæ principe referuntur: quorum alterum Alcibiades uidomi detentum donec suas pingeret ædes: postea cum donis dimisit. Alterum uero cũ ĩ chorea illum superasset: uictoria lætitiaq; elatus pugno percussit. Illud autẽ permultos offendit: q; Athenienſibus de interficiendis meliis: qui capti in prælio fuerant: consultantibus præter opinionem omnium Alcibiades censuit: ut de illis supplicium sũeretur. Sed hos Alcibiadis mores et impuram uiuendi rationem imperiti homines modestis nominibus excusantes: æquius fortasse q̃ decuit: tolerabant. Prudentes uero ac ĩsignes nobilitate uiri et incõtinentiam eius iniquo ferebant animo: et ĩsuetam libere ciuitati audaciam ueluti speciem quãdam tyrannidis perhorrebãt. Vnde illud Archistrati memoriæ proditum est: duos inquit Alcibiades quasi unum designans tyrannũ: neq; Attica neq; græcia tulit: et Timon ille quem ãtiqui scriptores ob naturæ asperitatẽ inhumanum ac inhospitalẽ appellant: Alcibiadi aliquando a concione redeunti obuiã factus: Macte ĩquit uirtute adolescens auctoritate tuam potentiam auge: magnam. n. huic reip. perniciem augebis. Hæc Timonis uerba quibusdam ueluti insania deridentibus: prudentes uiros qui audacissimi adolescẽtis et ingenium et animum formidabãt: perturbarũt. Sic igitur ob naturæ uarietatem alia atq; alia de Alcibiade habebatur opinio. Verum cum Athenienses uiuente adhuc Pericle magis etiam post eius interitum amplificandũ imperii cupidi de subigenda Sicilia rogitarent: primum ex alienis discordiis (ut plærunq; fit) occasionem nacti defensionem eorum suscipiẽdam putauit: qui

Syracuſanorum uim tolerare non poterant. Itaq; pedetentim miſſis ātea auxiliis amicitia deinde ac ſocietate cum illis inita eum iam aditum ſibi in Sicilia patefecerant: ut appareret populum Athenienſem fundamenta maioris militiæ iacere maiuſq; moliri in animo bellum. Hanc populi cupiditatē Alcibiades ſuæ quoq; libidini et ambitioni congruētem: quoad per eum fieri poterat: accendebat: rationibus multis oſtendēs hāc expeditionem ingens imperium perpetuam gloriam Athenienſium reip. parituram. Audendum aliquando ulterius progredi: nec pedetētim ut antea ſed totis uiribus aggrediendam Siciliam eſſe. Ipſe uero longe etiam maiora q̄ uerbis proferebat mente cōcipiens: non Siciliam ut plæriq; finem belli ſed alterius expeditionis initium fore putabat. Iamq; ea occupata prouincia: Carthaginē deinde ac Libyam tum Italiam Peloponeſumq; animo deſtinabat. At Nicias longe aliter ſentiens magno conatu iis conſiliis aduerſabatur: huius expeditionis difficultatē Syracuſanorum potentiam uicina bella in medium afferens. Sed æquiori animo uerba Alcibiadis audiebantur a cuncta pene ciuitate: quæ tanta huius belli cupiditate flagrabat: ut eā ī manibus exploratam uictoriam habere uideretur. Sedebant enim ī theatris ac palæſtris ſeniores uiri et alii iuuentutem ad hanc expeditionem multis adhortationibus concitabant. Alii Siciliæ formā ſitumq; Carthaginis deſcribebant: alii narrabāt exempla maiorum: qui rebus præclare ac magnifice geſtis ampliſſimā gloriam ſuis poſteris reliquiſſēt. Fuere tamen duo præſtantes uiri Socrates philoſophus et Metheon aſtrologus: qui longe a ſuperiori ſentētia alieni. Ille quidem ſolito fortaſſe demone genioq; admonitus. Hic uero aut ratiōe aut uaticinio quodam compulſus ciues terrebant: monebantq; ut ab hoc tanq̄ fūeſto ac pernicioſo abſtinerent bello. Quinetiam Metheonem dicunt ſollicitum de periculo filii proficiſcentis ad bellum quaſi præſagiētem calamitatem futuram quadā nocte domum propriam combuſſiſſe: atq; deīde ſua fortuna in cōcione deplorata ſic populum ad miſericordiam cōmouiſſe: ut præter conſuetudinē filium ſuum recæperit bñficio populi ab omni militia ac expeditione exēptum. Cæterum omnium animis in bellum Syracuſanum conuerſis Athenienſes nihil ultra differendū rati duces militiæ Niciam Alcibiadem ac Lamachum elegerunt. Renuentem uero Niciam ac tergiuerſantē propter collegarum ſocietatem populus Athenienſis publica auctoritate adhibita coegit: imperium ut acciperet: exiſtimans Lamachi ac Alcibiadis ferocitatem cohiberi tarditate Niciæ ac temperari modeſtia poſſe. Lamachus enim etſi iam ad ſenectutem uergebat: erat tamē in periculis adeundis longe audacior q̄ ætas ſua poſtulare uideretur. In medio deinde apparatu belli tentātem rurſus Niciam hanc expeditionem turbare: Alcibiades contra enitens ſuperauit: peruicitq;: ut. p. Athenienſis totius adminiſtrationem futuri belli ad duces quos nuper elegerat magna cum auctoritate deferret. Deīde poſt paucos dies ſatis ia omnibus cōparatis ad bellum: cū ſoluere a Pyræo pro ſuo arbitratu poſſēt: noua repente religio ciuitatem inuaſit: nuntiantibus cunctis feſta Cereris quæ appellantur Adonia (eo enim tempore celebrantur) multa fœda horrēdaq; portendere et matronas paſſim per urbem ſimilis cadaueribus quæ ducuntur ad rogū imagines collocare: et ante ſepulturas procumbere magno cum gemitu eas imitantes quæ mortuorum celebrare funera ſolēt. Adiiciebant præterea Mercurii ſtatuas: q̄rum Athenis magna copia erat: ex omnibus locis ciuitatis una nocte fuiſſe deiectas capitibuſq; pfractis ad terram proſtratas iacere. Perturbata igitur ciuitate atq; in id ſolum intenta: ut auctores huius facinoris reperiret: īcerti rumores famam uulgarunt. Hoc Syracuſanorum gratiæ fuiſſe a Corīthiis perpetratum: q̄ ſperarent a præſenti bello po. Athenienſem aut retardare aliquandiu cura religionis iniecta: aut auertere penitus poſſe. quibus nec aſſentiri Athenienſes uidebantur: nec ulla ratione adduci: ut crederent Corīthiorum fraude uiolatos eſſe Mercurios: ſed potius ex flagitioſorum iuuēum corruptela: qui conſueſſent coniuratione inita in ludis et cōuiuiis conuenire hoc impium facinus prodire arbitrabantur: et forte eos dies capti ſunt aduenæ ac ſerui nonnulli: qui coram

ſenatu populoq; adducti huius facinoris culpam in Alcibiadem conferebant: aſſerẽtes eum habere ſodalium cœtum: qui domi congregarentur ueluti in ſcæna hiſtriones ad ſacra Cereris imitanda: et ea referenda myſteria: quæ magna cum reuerentia celebrari ab Athenienſibus ſolent. Addebant præterea eos inter ſe ceremoniarũ munera eſſe partitos: Polytionem quẽdam eſſe eum qui ſacras tenebat tædas: et Theodorum præconẽ uocitari et Alcibiadem ueluti ſacrorum ãtiſtitẽ reliquos ſodales arcana myſteriaq; docere. Hæc ſunt quæ præcipue a Theſſalo accuſatore ĩ Alcibiadem ueluti impium et execrandum hominem ſcripta eſſe comperimus. At uero Alcibiadis inimici hanc nocẽdi occaſionem nacti: cum ubiq; et ueteres illius mores et anteactam uitam non contentã mediocritate ciuili ad fidem præſẽtium criminum rettuliſſẽt: ſic populum ad iram ac odium concitarunt: ut fautores illius non ſuſtinẽtes aduerſariorum uim primum de omittenda Alcibiadis cauſa cogitarent. Deinde cernentes nautas remiges omnes dẽiq; milites tum domeſticos: tum peregrinos aduerſus Alcibiadis ĩimicos palam manifeſteq; inſurgere: animum rurſus quem prope abiecerant recæperunt. Omnes enim auxiliares ſed præcipue milites Argiui et mille pedites mãtinẽſes ſe ad hanc militiam ueniſſe dicebãt Alcibiadem terra mariq; aut nullum alium ducem ſequerẽtur. Hæc cum uiderent Alcibiadis aduerſarii: ueriti ne multitudo in expectatione belli erecta horum uocibus: quorum opera niſi bello poſthabito carere non poterant: ad tollendum iudiciũ flecteretur: nouis conſiliis uirum aggrediuntur. Inſtruunt oratores nonnullos qui etſi aduerſus Alcibiadem occultas inimicitias exercerent: non tamen minori odio q̃ aperti inimici eum habebant. Ii populum adeuntes ueluti ciues quibus curæ eſſet reip. ſalus militis uerbis oſtendunt q̃ indignum Athenienſium prudentia ſit ſimul et claſſem ĩgẽtem parare: et multitudinem pene ĩmenſam cum ex urbanis tum ex ſociorum copiis collectam ad bellum armare grauiſſimum fortaſſe omniũ: quæ unq̃ ea reſp. geſſerit: et eodem tempore tanti exercitus ducem reum conſtitui: iudicio diſtineri ac populum Athenienſem: qui animo Europam Aphricamq; concipiat: in audiẽdis accuſationibus fruſtra tempus terere. Nauigandum igitur eſſe quod bene ac fœliciter eueniat: et in aliud tempus iudicium differendũ. Confecto enim bello cum Alcibiades per ocium adeſſe ſuæ cauſæ poterit: iudiciũ conſtituãt: rem cauſamq; cognoſcãt: et opportuno reip. tempore ſecundum leges ſententiam ferant. Non latuerunt ĩgenium Alcibiadis hæ ĩſidiæ: quas inimici ſub amoris ſpecie apud imperitam multitudinem ĩ ſuum caput machinabantur. Itaq; precibus querelis omni deniq; contentionis genere eniti ad populũ cœpit: ut de hac accuſatione ante profectionem ſuam decerneretur: indignum eſſe clamitans ſub reditum ſuum integram cauſam reſeruare: et in magnam expeditionẽ ducem mittere: quẽ omnes græci accuſatorum criminibus obnoxium putẽt: quã auctoritatem in exercitu habiturum eum credãt: quẽ milites ignorent: an ut imperatorem an ut reum ſequantur. Hanc igitur cauſam inimicorum odio atq; inuidia excitatam ãte omnia cognoſcant: ac ſi Alcibiadem (ut inimici uolunt) nocentem ĩuenerint: ſibi ſecundum leges pœnas conſtituant. Sin uero manifeſte cognouerint ſe longe ab hoc ſcelere eſſe alienum: tum in lucem proferant innocẽtiam ſuam: ut fidẽti animo proficiſcatur ad bellum. Non enim decere populum Atheniẽſem neq; reip. expedire: neq; maximis rebus quas gerere tantis conatibus parent: utile eſſe: ſic ducem Athenienſem in expeditione accedere: ut magis domeſticos hoſtes qui poſt tergum relĩquãtur: q̃ externos qui aduerſa fronte dimicaturi ſint: formidandos putet. Poſt longam contẽtionem re integra ĩ aliud tempus reſeruata: quia præſẽti bello moram allatura uidebatur: triumuiri iubente ſenatu po. q; Atheniẽſi claſſem conſcendunt: nec multo poſtea tempus idoneum ad traiiciendum ĩ Siciliam nacti dato profectionis ſigno: cum magna ſpectantiũ uoluptate a Pyræo ſoluunt: ducentes ſecum ſupra centum et. xl. triremes centũ et quĩque milia peditum: tũ ſagittarios ac funditores mille et tricentos: tormentorum præterea ac machinarum expugnandis urbibus copiam ingentẽ. Secundo uento ad Italiã

delati Rhegium quod ex propinquo Siciliam ſpectat: primo aduentu occuparunt. De inde cõſultantibus inter ſe de adminiſtratione īminentis belli: Alcibiades ſuadente La macho repugnante uero Nicia ingenti celeritate in Siciliam traiecit: ac nulla interpoſi ta mora Cathinam: id eſt oppidum non admodum lõge a Syracuſis ſitum: prius occu pauit: q̃ oppidani aut ſuis præſidiis urbem tueri aut accerſire aliunde ſubſidia poſſẽt. Hoc īitio proſpere fœliciterq; ſecuto iam ad reliqua peragenda milites Alcibiadis ſeſe parabant: exiſtimantes omnia quæcunq; forent: illo nõ alio duce ſuperare et conſequi poſſe: cum triſti nuntio allatum eſt: eum Athenas ad iudicium reuocari. Nam poſt di ſceſſum illius maiori parte (ut plærũq; fit) meliorem uincente inimici omni contentiõe adhibita populum concitarunt ad eam conſpirationem prius inueniendam deinde ex tirpandam: quam auctore principeq; Alcibiade factam eſſe dicebat. Itaq; cœptum eſt de coniuratis qui inſimulabantur modice primũ agitari: deinde creſcente odio atq; īui dia tanta extemplo rabies ciuitatem inuaſit: ut in quoſcunq; amicos ac ſodales Alcibia dis ſine ullo diſcrimīe ſæuitum ſit. Nulla enim ſeruata iudicii forma alii necabantur: alii trudebantur in carcerem: nec quiſq̃ erat tam innocẽs: qui ſi tenuem ſuſpicionem huius criminis īcidiſſet: furentis populi manus poſſet effugere. Eos uero qui primum hanc culpam in Alcibiadem contulerunt: nõ Tucydides qui huius facinoris in hiſtoria meminit: ſed Phrinicus comicus aliiq; nonnulli Dioclidem ac Teucrum fuiſſe teſtan tur: ut ex Phrinici ſcriptis intelligi licet. Te īquit amiciſſime Mercuri integrum atq; in columẽ ſerua: ne ſi cecideris: et amico infamiæ ſis: et Dioclidi præbeas facultatem no cendi. Cauebo īquit: ne Teucer aduena poſſit abeſſe colono. Sed iam ſatis compertũ habemus neminẽ fuiſſe inter eos: qui Alcibiadem oppugnabant: ſic ſibiipſi conſtantẽ ut aliquid unq̃ ſtabile aduerſus eum firmũq; protulerit: quin potius omnia ficta pro arbitrio crimina et cõmẽtitia uidebantur. Rogatus quidam accuſatorum quonam pa cto eum: qui Mercurii ſtatuã percuſſerat: conſpexiſſet: reſpondit ſe beneficio Lunæ p cuſſoris uultum ſacrilegiq; nouiſſe. Verum cum prima noctis redeuntis Lunæ qua tenebræ uigere præcipue ſolent: id facinus perpetratum eſſe conſtaret: ſatis percæptũ fuit a prudẽtiſſimis uiris eum et pugnantia ſecum loqui: et maliuolẽtia ad accuſandũ Alcibiadem non ueritate compelli: populus tamen ſic Alcibiadi erat infeſtus: ut nõ ar gumenta non teſtes non deniq; hominem ullum: qui illius ſalutem ac innocentiã tue retur audire æquo animo poſſet: accuſatores econtra atq; eorum crimina in abſentis p niciem fabricata et libẽter admitteret: et ſuis ſententiis comprobaret. Quibus rebus ef fectum eſt: ut amici Alcibiadis leui etiam ſuſpicione notati: furẽtis populi rabiẽ metu entes: alii occultis ī locis ſe abderent: alii ſalutem adipiſcerentur fuga: nonnulli priuſq̃ opinabantur oppreſſi in carcerẽ traderentur. Inter quos fuiſſe aiunt Andocidem quen dam uirum genere ac maiorum gloria clarum: cuius originem in Vlyxem auctorẽ Hel lanicus hiſtoricus refert. Hunc populus Athenienſis: quia ipſe econtra multitudinẽ aſpernabatur: ut inimicum iam multo antea oderat. Creditum uero facile ẽ eum ī hac cauſa eſſe nocentem: quia Mercurii ſtatua quædam ampla atq; magnifica domui ſuæ propinqua cæteris diſiectis atq; perfractis ſola pene intacta permanſerat. Huic ſtatuæ Andocidem ad euitãdum ſuſpicionem pepercisse dicebant. Vnde nomen deīde quod hodie quoq; ſeruat: ſortita eſſe uidetur: et a poſterioribus titulo indicante Andocidis Mercurius uocitata. Huic igitur Andocidi iuſſu populi in carcerem truſo timẽs quidã nobilitate impar: prudentia uero audaciaq; ſuperior: in eodem carcere conſtitutus per ſuaſit: ut ipſe una ſecum aliiq; nõnulli nocentes ſe eſſe confiterentur. Manifeſtanti. n. ſeipſum dicebat ſecũdum legem impunitatem conſtitui. Itaq; ſatius eſſe paucos opti mos ac præſtantes uiros: quibus præcipue formidandum erat: mẽtiendo ſaluti ſuæ cõ ſulere: q̃ cum plæriſq; hominibus ſordidis per īuidiam fœde turpiterq; necari. Hoc ſu adente Timeo cum aſſentiretur Andocides: in medium prodiens confeſſione ſua: ipſe aliiq; nonnulli a populo liberantur. Fuerunt autem ab eo et proprii ſerui: ut maiorem

Coment alcibiades fut duoye a conquerir Sicile. Qui tost prinst Cathine, vng chastea pres de Syracuse.

fidē ſuis uerbis acquireret:et plæriq; alii ſocii facinoris nominati:de quibus omnibus præter eos qui fugam arripuere:ſumptum ſupplicium eſt. Poſt hæc populus Atheniē ſis in Alcibiadem ira ac indignatione conuerſa:quoſdam elegit: qui una trireme Sala minam primo deinde Siciliam peterent:Alcibiadem conuenirent: modeſte alloquerē/ tur:multis rationibus ſuadentes:ut ad diſſoluendū iudicium et diluenda crimina quæ ſibi īferebantur:Athenas rediret. Metuebant .n. quod erat magnopere formidandū: ne ſi uis ei afferretur:homo ferox ac turbulentus aliquam ſeditionem in exercitu conci taret. Idq; ſi tentare Alcibiades uoluiſſet:facile in hoſtili terra potuiſſet efficere. Nam ſua ſponte milites poſtq̄ percæperunt populi Athenienſis edictum:paſſim per exerci/ tum fremebant: clamabātq; neminem eſſe Athenienſium præter unum Alcibiadem: cuius ductu auſpicioq; bellum Syracuſanum confici poſſet: eo abeunte finiendā mili tiam eſſe:nec ulterius in ea prouincia tempus eſſe terendum. Cernebant enim Lama/ chum uirum impigrum et in rebus gerendis ferocem prohiberi auctoritate Niciæ:quo minus ſua audacia uteretur:Niciæ uero in bello gerendo tarditatem quandam eſſe īna tam:quam ſolus Alcibiades potuiſſet ſua uirtute atq; ingenio excitare. Diſcedēs igitur Alcibiades ira indignatione accenſus:Meſſanam primum quæ certam defectionem pa rauerat: ex manibus Athenienſium abſtulit clam Syracuſanis rem omnem aperiens: ac detegens eos:qui tradere urbem populo Athenienſi decreuerant. Deinde cum ī thu/ rios peruenīſſet:decæptis cuſtodibus e trireme: qua Athenas ducebatur:repente proſi liit:ac celeriter ſe e proſpectu nautarum eripiens:cum certo ī loco delituiſſet:facile pſe/ quentium manus effugit. At uero poſt hæc roganti cuidam num patriam ſuſpectam haberet:reſpondiſſe aiunt:ſe patriæ plurimum credere: uitæ autem diſcrimen ne ma tri quidem ſuæ commitēdum putare. Fieri enim ignorantia poſſe:ut nigrum pro albo ferat lapillum. Nec multo poſtea cum pcæpiſſet ſe una uoce a populo Athenienſi mor te damnatum:At ego inquit oſtendam illis Alcibiadem uiuere. Accuſationem uero ſic ſe habuiſſe aiunt: Theſſalus Cimonis Alcibiadem Cliniæ in iudicium uocat: quoniā cōtra ius faſq; Cererem uiolauit:cum in propria domo ſodalium cœtum haberet:quo rum alii præconis tædarumq; miniſtri:alii diſcipulorum officio fungerentur: ipſe u e luti ſacrorum antiſtes arcana myſteriaq; doceret: atq; hæc omnia faceret contra edicta et leges:quæ olim fuerunt ab Eumolpidis et Eleuſine ſacerdotibus cōſtitutæ. Atheniē ſes igitur publicatis Alcibiadis bonis:eoq; abſēte damnato: ne aliquid quod aduerſus illum fieri poſſet: intactum relinquerent:decreuerunt: ut omnes miniſtri miniſtræq; ſacrorum Alcibiadem ueluti impium ac nefandum hominem execrarentur: earū unā decreto populi imperioq; neglecto dixiſſe aiūt:ſupplicationum ad ſe non execrationū officia ptinere. Inter hæc Alcibiades ex Thuriis in Pelopōneſū profectus ſe Argos cōtu lerat: atq; inde cum a patria ſuiſq; inimicis omnia mala expectanda eſſe arbitraretur: fortunam tentādam ratus ad Lacedæmonios miſerat:qui dicerent: ſi publica præſtita fide ſibi adeundi Spartam poteſtatem fecerint:allaturum ſe multa quæ ad communē utilitatem magnopere pertinerent. Facta poteſtate Alcibiades etſi antea Lacedæmoni is uehementer fuiſſet infeſtus:tamen mutata fortuna rerum comiter hoſpitaliterq; ſu ſcæptus primum eos de bello Syracuſano cōſultantes multis rationibus compulit: ut Gilippum ducē ad ferendam Syracuſanis opem contra Athenienſium exercitum mit terent. Deinde ut illinc aduerſus Atheniēſes propinquū mouerent bellum. Poſtremo ut Deceliam urbem:quo nihil pernicioſius afferri Athenienſibus potuit:mœnibus cir cundarent:præſidiiſq; munirent. His atq; aliis permultis breui tempore factum ē: ut Lacedæmonii non modo in publicis rebus: ſed in iis etiam quæ ad priuatū uiuēdi uſū pertinerent:Alcibiadis ingenium admirarentur. Nam cum uiderent ipſum ad tonden dam uſq; ad cutem barbam more laconico tonſores adhibere: et frigidis balneis uti:et duro pane nigroq; iure ueſci:uix adduci poterant:ut crederent eum eſſe uirum: quem accæperant in omni delitiarū genere fuiſſe uerſatū. Sed tanta inerat Alcibiadi comitas

atq; ad omnia naturalis ingenii dexteritas: ut facile diuerſis contrariiſq; hominum moribus quod alii ſe aſſequi poſſe diffidunt: ſuum uiuendi modum accommodare uideretur: ceu Cameleon quidã quẽ aiunt albedine tantũ excæpta ad omnes colores ſuſcipiendos aptum eſſe natura. Erat enim in Lacedæmonia homo grauis ſeuerus et quod apud Spartiatas plurimi fit pugnator egregius. In Ionia ĩers mollis ac multis uoluptatibus deditus: in thracia quoq; nunc potando nunc equitando incredibili arte barbarorum mores imitabatur: cum Tiſapherne uero ſatrape diu uerſatus adeo faſtu pompaq; et ornatu omnium rerum cunctos alios excedebat: ut Perſicam magnificentiam qua illi plurimum ualent: ſuis deliciis ſuperaret. Hæc cum ageret Alcibiades: non mores in alios mores aut naturam in alteram uertebat naturam: ſed interioribus cupiditatibus tectis ſemper ad eorum conſuetudiné: quibus cum uerſabatur ſuum accommodabat ingenium. Itaq; ſiquis ex eo uiuendi modo: quẽ ille apud Lacedæmonios præ ſe ferebat metiri hominem uoluiſſet: non filium Achillis (ut ille poeta inquit) ſed uirum Spartiatam ſub diſciplina Lycurgi a primis ĩcunabilis inſtitutum Alcibiadem eſſe dixiſſet. At uero ex altera parte ſi idem potuiſſet occultum illius ingenium abditãq; naturam diligentius intueri: eam profecto ſententiam protuliſſet: quã de Helena quæ in funere matris nimium ſuis pepercerat comis: ille poeta tulit: Mulier eſt inquit quæ ſemper fuit: priſtinum ĩgenium ſeruans priſtinamq; naturam. Poſt hæc cum Agis Lacedæmoniorum rex in expeditionem eſſet profectus: ferunt Timeam illius coniugem adulationibus Alcibiadis blanditiiſq; pellectam primum familiariter ſecum fuiſſe uerſatam: deinde impudentia ſimul cum amore creſcente: eo temeritatis atq; inſaniæ proceſſiſſe: ut cum infantem peperiſſet: ipſum etſi foris Leotichidem domi tamen præſẽtibus ãcillis Alcibiadem uocitaret: atq; eius filium eſſe fateretur. Alcibiadem quoq; ioco dixiſſe aiunt: non a ſe quæſitam familiaritatẽ Timeæ: quo aut contumelia quẽq; afficeret: aut uoluptate frueretur: ſed ut liberos: qui deĩde Lacedæmoniorum reges futuri eſſent: procrearet. Hæc cum multorum ſermonibus deferrentur ad Agidem: tradũt hominem non tam accuſatorum criminibus qui ſuſpicionem de Alcibiade faciebant: q̃ tempore eſſe adductum: ut uiolatã uxoris pudicitiam crederet. Nam antea rex ingenti terremotu perculſus relicta in urbe coniuge decem continuos abfuerat menſes. Poſt hoc tempus natum Leotichidem ſuum filium eſſe negauit: ex quo aiunt illum ueluti a regio ſanguine alienum ſucceſſione regni a poſterioribus fuiſſe excluſum. Verum interea hæc cũ Athenienſes re male geſta ingentem cladem ĩ Sicilia recepiſſent: extemplo Chii Leſbii Cyziceni ad ſpẽ nouarum rerum erecti uno eodemq; tempore Spartã miſerunt: qui dicerent ſe defectionem a populo Athenienſi facturos: ſi Lacedæmoniorum præſidiis fulciantur. Lacedæmonii uero his libenter auditis primũ una uoce ĩ hanc ſẽtentiam ferebantur: ut cenſerent optimum eſſe Boetios Leſbiis: Pharnabazum Cyzicenis auxilium ferre. Deinde auctore Alcibiade conſilio permutato Chiis primũ totis uiribus ſubueniendum rati claſſem parant: eamq; magnis copiis refertam ad tutandum Chium proficiſci iubẽt. Alcibiades in hanc expeditionem profectus nunc egregiã operam ĩ bello nauando: nunc lacedæmoniorum ducibus conſulendo: tanto detrimento Athenienſibus fuit: ut pene totam Ioniam ad defectionem compulerit. Dum hæc ĩ Ionia geruntur: interĩ Agis tũ ob inuidiam quæ animũ eius urebat: tũ ob uiolatæ uxoris iniuriam dies noctesq; nihil aliud agitare uidebatur: niſi ut ruina Alcibiadis odiũ ſuũ reſtingueret. Et iam Spartiatæ nobiliores: qui aliquam dignitatẽ in rep. obtinebãt: eodem pacto ut Agis ĩuidere gloriæ illius ac rebus proſpere geſtis incœperãt. Itaq; pniciẽ ei cõmuni conſilio machinantes ad præfectos claſſis ĩ Ioniam mittunt: qui iuſſu regũ Alcibiadem de medio tollãt. Sed callido ingenio uir cum allatæ iniuriæ & quanta inuidia gloriam ſequeretur: non ĩmemor eſſet: ſemper Lacedæmoniorum fidem ſuſpectã habẽs: ĩ bello gerẽdo eorum mandatis obtemperabat: uitam tamẽ aliaq; ſibi cara neq; illorum fidei neq; arbitrio cõmittebat. Cæterum cognitis iis quæ ſibi parabãtur ĩſidiis:

Cameleon.

Agis.

extemplo ad Thiſaphernem Satrapem ueluti ad ſalutis ſuæ patronũ confugiẽs barba
rum calliditate ingenii: cuius ille erat ſupra modum amator: ſibi in primis cõciliauit.
Nulla enim erat natura tã aſpera tã difficilis tã ab humanitate aliena: quã Alcibiades
non ſibi beniuolam redderet. Itaq; Tiſaphernes etſi homo ſuperbus eſſet atq; ĩmanis
& ſupra omnes Perſas græcorum generi inimicus: comitate tamen Alcibiadis ſagacita
teq; pellectus: ſic eum diligebat: ut non minus hominẽ colere q̃ ab eodẽ coli uideretur.
Quin etiam hortum quendam omnium ſuorum pulcherrimũ: in quo & fontes peren
nes erant: & prata ſalubria & umbracula regiis ornamentis inſtructa appellari Alcibia
dem iuſſit. Hæc cum ita eſſent: Alcibiades poſtea q̃ uidit ſe gratia apud Tiſaphernem
auctoritateq; plurimum poſſe: & amicitiam Lacedæmoniorũ cum ob priuatum odiũ
regis: tum ob cõmunem ciuitatis inuidiam in perpetuam maliuolẽtiam eſſe cõuerſã:
ſuadere barbaro cœpit: ne lacedæmonios tantis uiribus quãtis antea iuuerat aduerſus
Athenienſes foueret: ſed paulatim pecuniam ſubminiſtrando diſcordiarũ materiam
aleret: bellũ quoad poſſet nutriret. Fore eĩm ut ambæ reſp. diuturnitate belli afflictæ
ſupplices deinde ad regem ſuum humileſq; confugiant. Tiſaphernes admirans ĩgeni
um ac prudẽtiam Alcibiadis ſine ulla excæptione in bello gerendo eius cõſilia ſequeba
tur. Græci autem ſtupebant: q; cum eſſet Alcibiades tãta cum ignominia pulſus Athe
nis: induſtria tamen & calliditate ingenii eam auctoritatem apud exteras gentes aſſecu
tus foret: ut nõ modo Athenienſibus ſed etiam Lacedæmoniis non mediocri formidi
ni eſſet. Athenis uero paſſim per urbem querebantur ciues: q; fortem uirum & egregi
um ducem alieno reip. tempore de ciuitate expuliſſent: odio magis atq; inuidia q̃ me
rito ullo perniciem ei machinati paulopoſt in ceruicem patriæ redituram. Nam etſi p
id tempus ĩ Samo res Athenienſium nec proſperæ ſatis nec aduerſæ admodum eſſet
præfectis claſſis in id ſolum intentis: ut recuperarẽt nõnulla: quæ pauloante defecerãt
loca: & alia quæ defectionẽ factura uidebãtur ĩ fide retinerẽt: tamẽ magna eos ĩceſſerat
cura: q; crebris nuntiis rumoribuſq; accæperant Tiſaphernem centum quinquaginta
triremes ĩ Phœnicia paratas habere: quæ ſi aduerſus Athenas (ut fama erat) a barbaro
mitterentur: iam actum iri de libertate credebãt. Alcibiades Athenienſium formidine
cognita celeriter ad præfectos miſit in Samum: qui dicerẽt priuatis ſimultatibus ſe po
tiorem ſemper habuiſſe remp. Nunc cum ſeruare eam poſſit: paratum eſſe Tiſapher
nem: qui grauiſſimus hoſtis ĩmineat: ab eorum ceruicibus remouere: ſi ex altera parte
optimates Athenis ut uiros fortes decet remp. capeſſentes imperitæ multitudinis potẽ
tiam deprimãt. Aſſentientibus cunctis nobilibus: qui res Athenienſium in Samo rege
bant: ſuaſionibus conſiliiſq; Alcibiadis: unus tantum Phrynicus ſuſpicatus id quod
erat: Alcibiadem hæc omnia moliri non tã ut paucorum potentiam ĩ urbe conſtituat:
q̃ ut ĩter Senatum & plæbem contentionem inducat: aduerſari aliis cœpit: & huic con
ſilio quacunq; ratõe obuiam ire. Itaq; Aſtiochum quem Thiſaphernes ſuæ claſſi præ
fecerat: occulte monuit: ut ab Alcibiadis dolis inſidiiſq; caueret: ſed duplicata utrinq;
fallacia decæptus eſt proditor: cum proditorem deciperet. Timens enim Aſtiochus po
tẽtiam Alcibiadis: quem ſciebat gratia & auctoritate apud Tiſapherne plurimũ poſſe:
omnia quæ ſibi a Phrynico fuerant delata: homini patefecit. Alcibiades his cognitis ex
templo miſit in Samum monitum præfectos claſſis: ut a Phrynici pfidia caueãt. Ope
ra enim illius omnia conſilia quæ pro ſalute Athenarũ agitentur: perturbari atq; euer
ti. Hæc ubi relata ſũt Athenienſium ducibus: adeo grauiter in Phrynicum exarſerũt:
ut cõmuni conſilio conſpirarẽt ad hominem ueluti hoſtem & proditorem patriæ per
ſequendum. Phrynicus ſibi uehementer metuens anteq̃ opprimeretur aliorum inſidi
is: experiri conſtituit: an ſuperiori fraudi noua fraude poſſet occurrere. Itaq; rurſus ad
Aſtiochum miſit: qui primum apud eum quererentur: q; ea omnia quæ fidei ſuæ com
miſerat: contra ius faſq; prodita Alcibiadi eſſent: deinde operam ſuã magiſq̃ unq̃ an
tea pollicerentur: ſe etiam paratum eſſe dicentes in manibus ſuis ſi uelit: claſſem atq;

exercitum Athenienſium tradere. Verum hæc quoq; fraus cum ab Aſtiocho relatā Alcibiadi eſſet: euentum quem Phrynicus animo deſtinauerat: habere non potuit. Nam ubi Phrynicus iterum ab Aſtiocho ſuas inſidias detectas ſenſit: metuens ſecūdam Alcibiadis accuſationem: celeriter ut præoccuparet Athenienſium animos duces cōuenit: monetq; ut militem in armis habeant: ſibi enim compertum eſſe hoſtes paulopoſt cū omnibus copiis affuturos: eo cōſilio ut Athenienſium exercitum quem illi imparatū atq; inermē reperire confidunt: ingenti impetu āggrediātur: atq; ſi fieri poſſit euertāt. Sub idem prope tempus ad eoſdem duces litteræ ab Alcibiade afferuntur: quæ Phryni cum proditionis inſimulabant: monebantq; ut ab fallacia hominis: qui tradere exercitum hoſtibus ſimul cum claſſe parauerat: diligenter cauerent. His litteris non credide runt præfecti claſſis: exiſtimantes ea cōmentitia eſſe crimina: & ab Alcibiade in pernicie em Phrynici fabricata. Dicūt tamen cum paulo poſtea ſeruus quidam Phrynicum p̄emiſſet: cenſuiſſe Athenienſes eum ob proditionem iure necatum: & īterfectori ac ſociis eius ueluti benemeritis de rep. uiris premia detuliſſe. Poſt hæc amici Alcibiadis q̄ in Samo claſſem habebant: ſuperiores facti extemplo Tiſandrum Athenas mittunt: q̄ primores ciuitatis conueniat: atq; eos doceat Tiſaphernem Alcibiadis opera amicum ſibi ac ſocium fore: ſi illi populari ſtatu deiecto reip. gubernationem ſuſceperīt. Verū Tiſandri aduentu quadringenti uiri occupata rep. præter expectationem eorū qui uerſabantur in Samo ſegnius q̄ antea gerebāt bellum: & Alcibiadis rebus parū fauebāt: ſiue non audentes maiorem motum in urbe concire: ſiue arbitrantes ſe Lacedæmonios: qui paucorum ſtatum ſemper adiuuerāt: magis pacatos habituros. Sic igitur ſe habentibus rebus urbana multitudo nonnullorum ſupplicio conterrita: qui fuerāt quadringentorum iuſſu necati: quietem actura uidebatur. Ii uero qui apud Samū in exercitu erant: grauiter ferentes hæc quæ gerebantur Athenis: nulla īteriecta mora repetere cum omni claſſe Pyræum ſtatuūt: Alcibiade antea duce exercitus appellato monitoq; ut omnibus rebus omiſſis: ad delendam paucorum tyrannidem Athenas ueniret. Cæterum Alcibiades etſi eorum beneficio dux fuiſſet tot nauium tātiq; exercitus declaratus: tamen non tā cupiditati illorum q̄ ſaluti patriæ conſulendum ratus: prudētia ſua a pernicioſo incœpto multitudinem reuocauit. Vnde aiunt conſenſu omniū fuiſſe poſtea iudicatum: conſilio atq; opera Alcibiadis eo tempore ciuitatem ſeruatam. Nam ſi ut conſtituerant: claſſem Athenas & omnem exercitum reduxiſſent: primū Helleſpōtum inſulas Ioniam deniq; omni præſidio nudatam arbitrio hoſtium reliquiſſent: deinde in urbem: quo nihil funeſtius euenire poterat: ciuile introduxiſſent bellū: hæc ne fierent Alcibiades prope ſolus prohibuiſſe uidetur: non modo ſimul totum exercitum leniendo: ſed etiam unūquenq; militem ſeorſum uocando rogandoq;: nedum paucorum potētiam delere ſtudent: eodē conatu ciuitatem euertant. Thraſibulus quoq; quē aiunt inter omnes Atheniēſes magnitudine uocis plurimū ualuiſſe: una cum Alcibiade clamando increpandoq; multitudinē leniebat. Nec multo poſtea Alcibiades Phœniſſas naues: quæ a Perſarum rege in lacedæmoniorum auxilium mittebantur: callidi tate ſua cohibuit: ne ulterius progrederētur: Tiſapherni ſuadēs ut permitteret græcos cum græcis dimicantes ſibi mutuo internicionem parare. Nemini enim dubiū eſſe: q̄n Lacedæmonii illius potentia fulti Athenienſium uires euertant. Debellatis Athenienſibus Lacedæmonios non ſolum reliquis græcis ſed etiam Perſarum regi formidandos fore. Tiſaphernes iis rationibus perſuaſus prope Aſpendum claſſem cōtinuit. Quod ubi Athenis nuntiatum eſt: tantam repente gratiam apud multitudinem Alcibiadi cō parauit: ut eum extemplo quadringentorum ſtatu deleto in urbe recipiendū cenſerēt. Verum Alcibiades: ne uideretur miſericordia quadam & beneficio plæbis fuiſſe ī patriā reuocatus: ſtatuit reditum ſuum aliquanto differre: ut ſi fieri poſſit: maiori cum gloria reuertatur. Itaq; paucis nauibus ex Samo profectus ingenti celeritate in Choū traiecit. Ibi audiens Mindarum Spartiatam Athenienſes cum omni claſſe inſectātē uerſus

Helleſpontum nauigare extemplo decem & octo triremibus Lacedæmoniorũ ueſtigia ſubſecutus cum Abidum prope ueniſſet: offendit utranq; claſſem uehementi certamine occupatã. Viſus primum Alcibiades Lacedæmoniis ſpem: Atheniẽſibus formidinẽ attulit. Poſtea uero q̃ Athenienſes notum conſpexere ſignum ĩ puppi prætoriæ nauis ſublatum: continuo animum quẽ prope abiecerant: recæperunt. Redintegrato acrius prælio Alcibiades ea parte: qua Lacedæmonii ſuperiores uidebantur: tanto impetu hoſtes inuadit: ut illi prius ferme q̃ pugna conſereretur: ſuis uiribus diffidentes fugam arriperent. Nam ĩ proximum littus: ubi Pharnabazus cum pedeſtribus conſederat copiis: raptim auerterunr claſſem. Inſtabat a tergo Alcibiades nouiſſimum quenq; aggrediens. Nec prius a perſequendo hoſte diſceſſum eſt: q̃ Athenienſes multis tum uadis tum ſicco littore intercæptis multis etiam ferro necatis ĩtegram uictoriam reportarũt. Captæ triginta hoſtium naues: et nonnullæ quas Athenienſes pauloante amiſerant: recuperatæ: Tropheum quoq; pro memoria huius uictoriæ conſtitutũ. His rebus proſpere geſtis Alcibiades nullam moram interponendam putauit: quĩ ad Tiſaphernem rediret: ſecum ferens egregia munera ac precioſam ſupellectilem ex hoſtium ſpoliis diligenter collectam. Verum cum Lacedæmonii ãte confertam pugnã de Tiſapherne cũ Perſarum rege queſti magnopere eſſent: q̃ magis conſilio Alcibiadis q̃ mandatis ſuis obtemperans hoſtium rebus faueret: Tiſaphernes ad hanc ſuſpicionem purgandam: uenientem opportune Alcibiadem capi extemplo iuſſit: et in carcerem condi nihil minus eo tempore q̃ talem iniuriam expectantem. Cæterum poſt paucos dies Alcibiades occaſionem nactus decæptis cuſtodibus qui excubandi diligẽtiam remiſerant: fugam arripiens ad Clazomenios ſe contulit. Ibi ut Tiſaphernem calumniis oneraret: paſſim uulgauit ſe eius beneficio eſſe dimiſſum. Profectus deinde in Athenienſium exercitũ cum cognouiſſet Pharnabazum ac Mindarum cum omnibus copiis ſub Cizico conſediſſe: extemplo milites ad prælium accẽdẽs multis rationibus compulit: ut illi neceſſarium eſſe putarent: aut nauali aut terreſtri pugna cum hoſtibus decertare. Deficiẽte. n. pecunia cõmeatu et omni copia neceſſariarum rerum: aut dimicare cogebantur: aut cũ magno detrimento abire. Alcibiades igitur ĩ locum quem Præconeſſum appellant: cũ milite omni deſcendens: iuſſit primũ parua nauigia fortibus uiris referta a magnis nauibus circundari. Deinde præfectos diligenter curare: ut hoc pacto inſtructa claſſe quã to maxime cum ſilentio poſſent: aduerſus hoſtes progrederentur. Et forte ingens ĩber grandine mixtus: quo nihil aptius ad fallẽdum hoſtium proſpectum euenire poterat: opportune cecidit: primum Athenienſes occupante omnia tempeſtate benegerẽdæ rei ſpem prope abiecerant: deinde hortante iubenteq; Alcibiade: ne tantam occaſionẽ prætermitterent: recreati animo ire ad hoſtes pergũt. Nec multo poſtea mira ſerenitate coorta claſſem hoſtium ante portum Cyzicenorum conſpiciunt: quæ uidebatur ſoluẽtis ac abeuntis ſpeciem præ ſe ferre. Veritus Alcibiades ne hoſtes cõſpecta multitudĩe ſuarum nauium milites in terram exponerent: et continenti applicarẽt claſſem: extẽmplo præfectos iuſſit a tergo ſua ueſtigia pedetentim ſequi: ita ut a ſuis poſtremis nauibus mediocri interuallo abeſſent. Ipſe quadragĩta triremibus celeriter ante omnes progreſſus hoſtem ad pugnam elicit. Lacedæmonii paucitate contempta fidenti animo prælium ineunt: nondum alia conſpecta claſſe aut ſtrepitu nautico exaudito. Poſtea uero q̃ alias atq; alias ſuperuenientes conſpexere naues: tantus repente terror pauorq; omnes occupauit: ut non modo primum impetum ſed ne conſpectum quidem aduenientis claſſis ſuſtinerent. Itaq; in proximum littus effuſam arripuere fugam. Alcibiades cẽtũ nauibus ſubſecutus copiis in terram expoſitis magnam fugientium partem excæpit. Mindarum deinde ac Pharnabazũ qui præſto cum copiis terreſtribus aderant: auxiliũ ſuis laturi eodem impetu aggreſſus fudit fugauitq;: nec prius uictoriæ modus impoſitus q̃ Mindarus fortiter pugnãs cecidit: & Pharnabazus citato gradu fugam arripuit: Cyzico in poteſtate hoſtiũ derelicto: ingens enim hominũ copia et prælio cæſa: magna

insuper capta. Nauium uero ne una quidem ex tanto numero euadere potuit. Atheni enses hac tam ingenti uictoria parta non solum confirmasse in Hellesponto imperiũ uidebantur: sed etiam ex altero mari Lacedæmoniorum uim ac potentiam depulisse. Statim post hæc capta est epistola quædam laconicis litteris scripta: qua uicti paucis uerbis calamitatem suscæptam Ephoris nuntiabant: perdita sunt bona: Mindarus ĩteriit: exuriunt qui superfuerunt uiri. Vos quid ulterius agendum sit: cõsulite. Post hæc milites Alcibiadis sibi assumentes huius uictoriæ laudem societatẽ aliorum militum: qui Thrasylli regebantur imperio: tolerare non poterant. Nam Athenienses non multo antea eodem Thrasyllo duce apud Ephesum tam ingentem suscæperant cladem: ut ab Ephesiis sit eo in loco ubi cõflixere trophæum in eum constitutum. Hæc exprobrabant illis Alcibiadis milites: uirtutẽ suam ac sui ducis prudentiam extollentes: eorum ignauiam ĩcrepantes: asserentesq; Alcibiadem nunq̃ fuisse prælio superatum: illos uero ductu auspicioq; Thrassylli sæpius fusos fugatosq;. Sic igitur insolentia horum militum eousq; processit: ut neq; ĩ acie neq; in castris cõmunem cum Thrassylli exercitu gerere militiam uellẽt. Cæterum cum Pharnabazus reparato exercitu Abydenorum fines esset ingressus: Alcibiades ad arcendum populationibus hostẽ cum Thrassyllo obuiam factus: conserta pugna hominem in fugam uertit: et cum omni exercitu persecutus usq; ad noctem fugientium agmen ingenti edita cæde militem in castra reduxit. Ibi utriusq; ducis milites: q̃ cõmuni opera rem fœliciter gesserant: inuicem gratulãtes summa lætitia uictoriam celebrarunt: breuiq; tanta concordia coaluerunt omnium animi: ut pristinæ contentiones beniuolentiam peperisse uiderentur. Postero die Alcibiades insigni erecto trophæo ĩ regionem Pharnabazi exercitum ducit: ac late depopulatus agros oĩs magna captiuorum copia et omnis generis præda in castra reuertitur: dimissis ãtea sine ullo precio cunctis quos cæperat sacerdotibus. Cum uero Chalcidonii spem prodendæ urbis Alcibiadi attulissent: extemplo ille ad eos profectus: ut auctoribus defectionis animum faceret: ad expellendum de ciuitate Lacedæmoniorum præsidium: prope mœnia cum exercitu constitit. Certior deinde factus Chalcidonios quæcunq; precio digna haberent sub aduentum suum ad Bithynios detulisse parte copiarum ad obsidendam urbem relicta: ipse in fines Bithyniorum reliquum exercitum ducit: præmisso antea caduceatore: ut nisi oĩa quæ a chalcidoniis habuere ad se detulerĩt: infestum agmen in suo agro expectent. Metu conterriti Bithynii extemplo paruerunt mãdatis: amicitia prius cum Alcibiade ac societate inita paulopost Alcibiades ad oppugnandã Chalcidonem reuersus: cum ex ea parte qua mari abluitur: aggrederetur urbẽ: interim Pharnabazus ut obsidionem solueret: cum exercitu uenit: statimq; cum Hippocrate urbis præfecto suis copiis iunctis pugnãdi potestatem fecit: nec Alcibiade detrectante certamen ad pugnã deuenere. Certatum aliquandiu ancipiti prælio. Demũ superato Hippocrate cum Pharnabazus impetum hostium sustinere non posset: citato gradu fugam arripuit. Alcibiades post hanc uictoriam præfectis Atheniẽsium ad obsidionem relictis: ipse in Hellespontum traiecit: pecuniam qua maxime indigebant undiq; coacturus. Accidit autem ut per occasionem cui nunq̃ deerat Selybriam capet. Nam auctores quidã dedendæ urbis cum Alcibiade conuenere: ut cum media nocte ignem conspexisset: citatum agmen ad portas duceret. Veriti deinde ne unus coniuratorum: qui mentem in contrarium uerterat: omnia patefaceret: ante constitutum tempus ignem extollunt. Alcibiades conspecto signo. xxx. tantum uiris assumptis nondũ enim exercitum armauerat: quanta maxĩe celeritate potest ad urbem contendit: iubẽs alios raptim sequi: uiginti alii accesserant uiri: cum Alcibiades patefacta porta urbem ĩgreditur: interim proditione detecta Selybriani obuiam denso agmine ueniebãt: parati omni ratione confligere: ut hostem de ciuitate expellerent. Hos ubi appropinquare Alcibiades sensit: cum pugnam ĩire iam paucis militibus temerarium esse censeret: & pedem referre nimium turpe uideretur usq; ad illã diem duci inuicto: extemplo nouo

Le texte dune epitre escripte en lettre laconique

consilio Selybrianos aggressus caduceatorem misit: qui tuba silentio facto suo nomine eos moneret: ne prius aduersus Athenienses arma hostilia ferant: q̃ animum consiliumq; Alcibiadis norint. Hoc mandato sic repressi sunt Selybrianorum conatus: ac si omnes Alcibiadis copiæ adfuissent in urbe. Protracti deinde Alcibiadis opera utrinq; sermones: quousq; armatus exercitus ad urbem peruenit: tum metu uictis Selybriãis cum fidem Alcibiadis implorarent: liberaliter data est pax: & Thracibus imperatum: q̃ frequentes in exercitu Alcibiadis erant: iam diu sua sponte huius imperatoris signa secuti: ne urbem diriperent. Paucos dies ibi Alcibiades commoratus exacta pecunia præsidioq; impositio cum omnibus copiis Chalcidonem reuertitur. Hanc urbem interim Athenienſium duces ad deditionem compulerant: ac fœdere cum Pharnabazo inito cõditiones dixerãt pacis: ut Chalcidonii certa pecunia persoluta in potestate Athenienſiũ essent: et omnis Pharnabazi regio integra ab iniuriis seruaretur: ac per eam Athenienſium legati quandocunq; mitterentur ad regem: cõmeare libere posſẽt. Alcibiadis aduẽtu fide ultro citroq; data iureiurando fœdus confirmant. Sic igitur cum Pharnabazo cõpositis rebus: cum Athenienses ex ea parte magno belli onere leuati uiderentur: præter expectationem percipiunt Bizantios nouandarum rerum occasionem nactos defeciſſe. Quod ubi ad Alcibiadem perlatum est: extemplo ille non ignarus quãtum momenti ad res gerendas in celeritate collocatum foret: diu noctuq; non intermisso cursu ad recuperandum Bizantium proficiscitur. Primo aduẽtu oppidani celerius q̃ arbitrabantur oppressi: ut in re trepida fit: pauẽtes per urbem discurrunt: deinde alii alios hortantes constituunt inter se quo quisq; loco ciuitatem defenderet. Alcibiades ecõtra sic terra mariq; Bizantium obsidet: ut nulli aditus neq; exitus essent: qui non firmiter suis præsidiis tenerẽtur. Itaq; breui tempore factum est: ut oppidani debilitati cõmeatus inopia famẽ tolerare non possent: nec satis scirẽt ĩ tanta penuria rerum quid sibi agendum aut parandum foret. Erant ea tempestate Bizantii ciues duo Anaxilaus atq; Lycurgus: qui magis cupiditate seruãdæ patriæ q̃ spe ulla priuatæ utilitatis allecti: de prodenda urbe cum Alcibiade conuenere: tali prius inito consilio. Ambo enim proficiscentes in forum tum ad ea ciuitatis loca ubi aliqua ciuium frequentia erat: passim uulgarũt se compertum habere Alcibiadem ad comprimendas populorum seditiones: quæ magni ponderis essent: in Ioniam reuocari. Res a multitudine facile credita: quia eodẽ die Alcibiades uelis in altum datis ingenti celeritate uersus Ioniam nauigauit. Sequẽti nocte quanto maxime cum silentio potuit ad occupandam urbem reuersus: cum iam composita omnia ad proditionem essent: ipse cum parte copiarum in terram descẽdit: ex altera parte præfecti classis (ita enim conuenerant) portum ingressi magno clamore urbem inuadunt: simul.n.& oppidanis metum et auctoribus dedendæ urbis ad recipiendum Alcibiadem animum faciebant. Primo tumultu Bizantii et externi milites Peloponnesiaci Boetii ac Megarenses facto agmine ad portum occurrũt: et hostes iam descendentes in terram ingenti impetu in naues compellunt. Iãq; sperabãt defendi Bizãtium posse: non satis gnari eorum quæ gerebantur a tergo: cum nunciatum est Alcibiadem cum armato exercitu urbem ingressum. Extemplo multitudo omnis relicto portu ĩ ciuitatem regreditur ad arcendum hostem: et opem siquam posset iam prope captæ urbi ferendam. Primo congressu atrox committitur prælium: Alcibiade dextrum Theramene siniſtrum regẽte cornu: stetitq; aliquandiu oppidanorum immota acies. Tandem urgente uehementius Alcibiade hostes in fugam uertuntur. Alcibiades urbe uictoriaq; potitus curam adhibuit: ut omnes Bizantii a cæde ac eorum bona a direptione militũ seruarẽtur. Sic.n. antea cum Anaxilao Lycurgoq; conuenerat. Quod quidẽ ad diluendum proditionis crimẽ ipsis deinde non parum profuisse uidetur. Nam cũ ii post hanc deditionem Lacedæmonem profecti in iudicium uocarentur: Anaxilaum dixisse aiunt nullum turpe facinus a se perpetratum: Etenim cum Bizantius ĩquit nõ Lacedæmonius essem: et patriã meam non Spartham terra mariq; obsessam uiderẽ:

Comem anaxilaus et lycurgꝰ trayrent bizantium se cum legatis & alcibiaden. Et legunsanoy cum anaxilaus.

cerneremq; præterea omni frumento quod reperiebatur in urbe a Boetiis Peloponne/
ſiacíſq; conſumpto reliquam multitudinem fame perire : ſuccurrendum Bizantiorũ
filiis duxi. Itaq; non hoſtibus ciuitatem prodidi : ſed ab hoſtium cæde, incendio ac õi
bus malis: quæ uicti a uictoribus perpeti ſolent: patriam liberaui: optimatum Lacedæ
moniorum ſecutus exemplum: quibus ſemper maximæ curæ fuit quacũq; ratione ci
uitatem ſeruare. His auditis Lacedæmõii Anaxilaum atq; Lycurgum omni ſupplicio
abſolutos dimiſere. Cæterum Alcibiades tot rebus terra mariq; fœliciter geſtis : cum iã
reuiſendæ patriæ incredibili cupiditate traheretur: nihil ultra differendum ratus claſſẽ
conſcendit: multis hoſtium ſpoliis ac omni armorum genere exornatam. Nam præter
ingentem captiuorum copiam ſupra ducenta nauium roſtra : quæ partim a ſe captæ
partim deletæ prælio fuerãt: ſecum habuiſſe Alcibiadem tradunt. Verum Duris ſami
us qui originem ſuam in Alcibiadem refert: Calippidem quoq; hiſtrionem fuiſſe ĩ na
ui illius ſcribit: enſe haſta cæteriſq; armis: quibus uti in certaminibus ſolẽt peregregie
inſtructum: & Chriſogonum quendam modulatorem: qui tãta arte remigum manus
dirigebat: ut cum illi remorum pulſu cum Chriſogoni cantu coniungerent: iocundam
audientibus redderent harmoniam. Addit etiam prætoriam nauim: qua Alcibiades ue
hebatur: ueluti ex bacchanalibus redeuntem cum purpureis uelis portum ingreſſam.
Hæc ego affirmare non auſim: cum neq; Theopompus neq; Ephorus neq; Xenophõ
qui grauiſſimi auctores fuere: harum rerum quicq̃ meminerint. Præterea nec tempus
illud poſtulare uidebatur: ut Alcibiades ab exilio ueniens Pyræum cum tãta pompa in
grederetur: & Athenienſium inuidiam concitaret: quã ille etiam in tam ſecũda proſpe
raq; fortuna magnopere ſuſpectam habebat. Nam cum portum intraſſet: non prius ĩ
terram deſcendere uoluit : q̃ ſedens in puppi Euryptolemum nepotem et familiares p
multos conſpexit hortantes: ut fidenti animo in urbem ueniret . Inter hæc multitudo
omnis obuiam effuſa ſtudio uiſendi Alcibiadẽ poſt tot uictorias partas certatim extra
ciuitatem exierat : tum ex tanto interuallo primum conſpectus ora omnium in ſe ocu
loſq; cõuertit. Itaq; ipſum uenientem cæteris præfectis omiſſis alii ſalutabãt: alii oſcu
labantur: alii ei deferebãt coronas. Senes qui appropĩquare non poterant: procul aſpi
cientes uirum iunioribus oſtendebant. Erant etiam qui præſentem fœlicitatem cũ præ
teritis calamitatibus conferentes præ nimio gaudio lachrymas tenere nõ poſſent. Mul
ti quoq; reperiebantur: qui cum ſermonibus ſuis res ante actas repeterent : palam fate
rentur: indigno iniuriam a populo factam magnoq; id damno fuiſſe dicerent: q; Syra
cuſano bello nec opera nec conſilio talis uiri uſa reſp. eſſet. Quid. n. Alcibiades ſua uir
tute potuiſſet efficere: manifeſte ex illius geſtis poſſe deprehendi: qui cum Athenienſi
um remp. ſpoliatam imperio maris: terra uero uix ſuburbana tenentem iuenerit: extẽ
plo cum magna hoſtium clade non modo in priſtinam potentiam reuocauerit: ſed eti
am gloria ac magnitudine rerum geſtarum claram florentemq; reddiderit . Sic igitur
Alcibiades frequenti multitudĩe conſtipatus media urbe in forum peruenit. Ibi aduo
cata concione leniter primum de exilio queſtus: omnium calamitatum quas fuerat an
te perpeſſus in ſuam malam fortunam malumq; fatum contulit culpam. Deinde cũ
expoſuiſſet quo ſtatu res hoſtium eſſent: ita de bello quod gerendum erat: magno ela
toq; animo diſſeruit: ut Athenienſes cum ingenti aſſenſu uniuerſæ concionis præſen-
tem terra mariq; ducem exercitus declararẽt : decernerentq;: ut omnibus ſibi reſtitutis
bonis diræ execrationes in ſuum caput iuſſu populi factæ ab Eumolpydis & præconi/
bus reuocarentur. Sed in cõmuni lætitia ciuitatis fuere nõnulli religioſi uiri: quos non
tam reditus Alcibiadis q̃ tempus reuerſionis offendit. nam eo die quo ille portum ĩtra
uit: feſta deæ quæ coli Athenis magna cum religione ſolet: celebrabantur. Templi eĩm
ornamentum omne deponunt: pauimenta tegunt : & tali die ab omni opere uacandũ
cenſent. Cæterum Alcibiades cunctis ex ſententia ſnccedentibus rebus: triremibus cẽtũ
comparatis ad bellum paulopoſt nauigare decreuerat : cum repente occaſio quædam

Ou Acton de alcibiádes
apr ſes faits renomes
& victoires en athenes.

honeſtæ gloriæ conſequendæ ſibi oblata aliquādiu retardauit profectionis conſilium. Nā ex eo tempore quo Decelia urbs mœnibus fuerat a Lacedæmoniis circūdata: ſic deī de trāſitus ī Eleuſinā præſidiis hoſtiū tenebātur: ut Atheniēſes ad celebranda myſteria ſine ornatu aut ceremonia ulla pōpā mari deferendā curarīt. Etenim ſacrificia choreæ aliaq; permulta: quæ fieri terreſtri itinere ſolita erant: omittebātur. Alcibiades rē quæ ad deorū cultū & gloriā hominū magnopere pertineret: aggrediēdam ratus: ſtatuit per medios hoſtes pompā perducere. Cernebat enim haud ocioſe tranſeūdū eſſe: ſi Agis Lacedæmoniorū rex certamen detrectaret: aut ſacrā pugnā & accæptā deæ ī conſpectu patriæ conſeruandā: ī qua eſſet ōis ciues uirtutis ſuæ teſtes habiturus. Primū igitur cū Eumolpidas & præcones conſilii ſui cōſcios feciſſet: quoſdā ſpeculatores in uerticibus montiū: qua proficiſcendum erat: collocauit: quoſdā etiam ſacrū agmen ad ōes aditus exituſq; explorandos præcedere iuſſit. Ipſe deīde ſacerdotes miniſtroſq; ſacrorū arma tis copiis ſeptos ducere cū ſilentio cœpit. Spectaculū egregium & deo dignum pompa illa ac multitudo partī armis ptī ſolēnibus ornamētis īſtructa præ ſe ferebat. Cū uero hoſtiū nēo obuiā eſſet progreſſus: Alcibiades ſacrificiis & iis omnibus quæ ad celebrā da myſteria pertinebāt: rite peractis ſacrum agmen incolume reduxit in urbem. Hæc res proſpere fœliciterq; ſecuta Alcibiadem in tantā elationem ac ſuperbiā extulit: ut iā ille palam iactaret hunc exercitum: qui tādiu ſuo auſpicio militauerat: ſe duce inſuperabilē eſſe. Erant aūt ea tempeſtate Athenis multi egeni & calamitoſi homines: q rerū nouarū cupidi Alcibiadem hortarētur: ut decretis legibuſq; ſublatis remp. occuparet: ſuo arbitratu ciuitatē regeret: nec inimicorū inuidiam quam multo ante ſua gloria uicerat: formidaret. Ipſe uero: &ſi hanc multitudinē incredibili ſtudio ad ſe confluentē quacunq; ratione foueret: atq; iis omnibus quorū opes in ciuitate inſignes erant: occupandæ libertatis ſuſpicionem iniiceret: tamen quā mentem erga tyrānidem habuerit: non ſatis cōpertum habemus. Illud autem non ignorare uidemur: eo tempore principes ciuitatis ambitionem uiri ac audaciam formidantes: omni ſtudio contendiſſe: ut ille collegis in imperio quos uellet acceptis: q̄primum urbē excedens cum ōibus copiis proficiſceretur ad bellum. Hæc cum eſſēt: Alcibiades idoneam nauigandi tempeſtatē nactus cum. C. nauium claſſe a Pyræo ſoluens continuato curſu Andrum petiit. Ibi fugato Lacedæmoniorum præſidio: cum urbem quæ expugnari poſſe uidebatur: non cæpiſſet: inimici Athenis criminandi materiam nacti: huic ſua ſponte Alcibiadem peperciſſe dicebant. Res ab Athenienſibus facile credita: quia tanta de calliditate illius habebatur opinio: ut omnia ab eo minus proſpere geſta non fortunæ: ſed culpæ potius tribuenda putarent. Itaq; cum ante ipſius diſceſſum ſibi in animum induxiſſent Alcibiadem primo aduentu alteram ſaltem Ioniam occupaturum: ubi audiebant ſegnius cuncta ſuccedere: grauiter indignantes aduerſus uirum huius tarditatis culpam ī perfidiā hominis conferebant: non ſatis memores in quantis difficultatibus Alcibiades uerſaretur: præſertim ob pecuniarum inopiā: qua interdum cogebatur relicta claſſe cum paucis triremibus prædatum exire: ut exercitum alere et ſuppeditare militibus ſtipēdia poſſet. Hoſtes uero nō ſolum domeſticis opibus fulti: ſed ēt a Perſarum rege cōmeatu pecuniaq; adiuti maiori facilitate gerebant bellum. Harum rerum Athenienſes obliti: ſic abſenti Alcibiadi ſuccenſebant: ut priſtinam maliuolentiam renouare uiderentur. Et forte p id tempus prope Epheſum ſuſcæpta clades inimicis illius animum fecit ad impellendam multitudinem: ut Alcibiadi erepto imperio: ducē exercitus cōmutaret. Nā cum Lyſander lacedæmoniæ claſſis præfectus ex pecunia: quā a Cyro ſuſceperat: abū de ſuis militibus ſtipendia perſoluiſſet: Alcibiades quoq; ſtipendariis ſuis quacunq; ratione ſuccurrendū ratus ad pecuniam colligendam cum paucis nauibus ī Cariam proficiſcitur. Relictus eſt autem præfectus claſſis Antiochus quidā uir in re maritima ac ī nauticis miniſteriis uehementer peritus: ſed diſciplinæ militaris penitus expers. Hunc in diſceſſu ſuo magnopere monuiſſe Alcibiades dicitur: ne abſente ſe manus cū hoſte

conſereret. Is uero paulopoſt præcæpto illius conſilioq; neglecto: cum duabus triremi/
bus Epheſum nauigauit. Ibi Lyſandrum qui in eo portu conſtiterat: nūc audaciam ſu
am iactando: nunc Lacedæmoniorum ignauiam increpando: prælio laceſſebat. Lyſan
der primum cum paucis triremibus: deinde cum omni claſſe obuiam factus: cum abe/
euntem Antiochum ſequeretur: reliquas Athenienſium naues offendit properantes fu
gienti Antiocho auxilium ferre. Primo congreſſu facta utrinq; poteſtate pugnandi ad
prælium deuenere. Certatum aliquandiu ancipiti marte: demum Athenienſes re male
geſta ī fugam auerterūt claſſem. Lyſander multis hoſtium nauibus magna quoq; cap
tiuorum copia potitus: ut magnificentius uictoriam celebraret: trophæum cōſtituit.
Hæc ubi ad Alcibiadem perlata ſunt: extemplo ille omnibus rebus omiſſis citato cur/
ſu Samum repetit. Ibi collectis nauibus: quæ ex epheſina ſupfuerant clade: et ſuæ claſ
ſi adiunctis confeſtim ad laceſſēdum hoſtem progreditur: nullam pugnandi moram
facturus ſi ille quoq; dimicare iuſta acie uelit: cæterum Lyſander recenti uictoria parta
non ſæpius fortunam tentandam ratus: ſe claſſemq; ſuam in loca tuta recæperat. Erat
autem ea tempeſtate in exercitu Alcibiadis Thraſſibilus quidam Thraſonis filius uir
domi ac militiæ clarus: ſed Alcibiadi uehementer infeſtus. Is Athenas profectus cū ad
uocata concione quo ſtatu res Athenienſium eſſent expoſuiſſet: multis calumniis Al/
cibiadem onerauit. Nam pauloāte ſuſcæptam cladem diſceſſiſſe eum arguebat: cuidā
ex compotatoribus ſuis ignobili ac inquilino homini claſſe relicta: profectum deinde
in Cariam non tam ut pecuniam legeret pro alendo exercitu & ſtipendiis militibus per
ſoluendis: q̄ ut uoluptati atq; libidini ſeruiret: & reip. cura poſthabita pellicibus: qua
tum ſibi magna copia erat: operam daret. Itaq; diſceſſu ſuo hoſtibus qui haud procul
abeſſent: manifeſtam occaſionem oblatam: ut Athenienſium claſſem inuaderent. Sic
igitur ſua culpa rem male geſtam: claſſem diſſipatam: exercitum qui ſupererat licētia
laſciuiaq; corruptum. Adiiciebat præterea eum habere in Throcide locum quendam
mœnibus aggeribuſq; mūitum: quem ille ſibi ac ſi patriæ ſuæ diffideret: refugium cō/
paraſſet. His Athenienſes uehementer cōmoti abſēti Alcibiadi imperium abrogarūt:
aliis ducibus qui exercitui claſſiq; præeſſent in eis locum ſuffectis. Alcibiades poſtea
q̄ populi Athenienſis decretum cognouit: multitudinis iram et inimicorum maliuolē
tiam metuens: ſuis nauibus ac militibus qui in ōi fortuna rerum ſua ueſtigia ſequebā/
tur collectis: in Thraciam nauigauit. Ibi cum populis: qui ſine rege uiuebant: bellū ge
rens cum in agros eorum nihil tale opinantium crebras excurſiones feciſſet: breui ōis
generis præda etiam ſuum militem locupletauit: multoſq; græcos qui captiui barbaris
ſeruiebant: ab eorum manibus liberauit. Inter hæc Tideus Adimantus ac Menander
Athenienſium duces prope Lampſacum profecti: contra portum: uelut decernerent
nauali certamine: uel ſi detrectaret hoſtis pugnam: timoris confeſſionem exprimerēt:
inſtructa nauium acie ſtetere. Sed poſtq̄ Lyſander a pugna ſuos continebat: Athenien
ſes ad capræ flumina unde profecti erant redierūt: ibi cum nullo imperio nulla milita
ri diſciplina militem coercerent: & mare importuoſum eſſet: facile hoſtibus benegerē-
dæ rei occaſionem præbebant. Hanc negligentiam obſeruās Alcibiades: qui ab iis locis
haud procul aberat: terreſtri itinere ad præfectos Athenienſium uenit: atq; eos docuit:
quāto in periculo ipſi una cum exercitu uerſarentur: quouſq; eo in loco continerēt claſ
ſem: ubi nec portus nec oppida eſſent: quæ hoſtibus impedimēto ſuis præſidio forēt.
Accedere etiam ad hæc: q̄ eorum milites cōmeatum lōge petentes in terram deſcende/
rent: uagi per agros ſine ullo ordine militari diſcurrerent: naues in nudis littoribus relī
quentes hoſtium arbitrio manifeſte expoſitas. Hæc dicentem monentemq; Alcibiadē:
ut ex capræ fluuiis Seſtum abirent: duces Athenienſiū neglexere: affirmantes ſibi nūc
adminiſtrationem belli non Alcibiadi eſſe commiſſam. Quinetiam Tideus contume
liis primum deinde minis accæptum abire celeriter iuſſit. Diſcedens Alcibiades paulo/
poſt nonnullis familiaribus ab exercitu uenientibus: niſi inquit cōſiliū meū ſpreuiſſēt

duces:breui Lacedæmonios coegiſſem aut prælio decertare:aut magna ſuarum nauiũ parte amiſſa turpiter fugam arripere. Verum hæc alii iactantis hominis uerba eſſe dicebant:alii econtra uehementer probabant: cernentes quãto adiumẽto Alcibiades Athenienſibus eſſe poſſet:ſi Thracum tumultuariam manum:quã in armis paratam habebat:terreſtri itinere in Lacedæmonios conuertiſſet. Cæterum extemplo poſt hæc quale fuiſſet conſilium Alcibiadis:re ipſa & experientia patuit. Nam ex Athenienſium claſſe magna hominum copia frumentatum egreſſa:cum in agris paſſim uagaretur:Lyſander intentus in omnes occaſiones gerendæ rei ingẽti celeritate hoſtes inuadit:nihil minus eo die q̃ Lacedæmoniorum aduentum expectantes:itaq; fuga magis q̃ pugna fuit. Naues paulo minus q̃ ducẽtæ:hominum triamilia capta:quos omnes Lyſander necari iuſſit. Conon tantum cum octo triremibus ex illo tumultu ſaluus euaſit. Nec multo interiecto tempore poſt hãc uictoriam partam Lyſander occupatis Athenis longa mœnia dirui:& omnes Athenienſium naues cremari iuſſit. Alcibiades uero poſtq̃ Lacedæmonios longe terra mariq; dominantes conſpexit:eorum potentiam ſimul & maluolentiam metuens:ſtatuit ĩ Bithyniam proficiſci. Verum Thraces cumpercæpiſſẽt magnam auri uim ſecum Alcibiadem ferre:inito cõſilio uirum aggrediuntur: omniq; ei erepta pecunia ipſum fugientem aſſequi non potuerunt. Pulſus undiq; Alcibiades cum multa ĩcommoda ac fortunæ permutationes illius animum tranſuerſum agerẽt: tandem omnibus conſiliis rationibuſq; ſubductis ad Artoxerxem Perſarum regem cõfugiendum putauit:ratus non minus gratum aduentum ſuum ei futurum:q̃ olĩ Themiſtocles Xerxi fuerat regi:præſertim cum ad ineundam principum gratiam non deterior Themiſtocle uideretur:& cauſam pro liberãda patria honeſtiorem haberet. Aditũ uero ad regem facile per Pharnabazum: cum quo antea inierat fœdus:ſe habiturum ſperabat. Itaq; cum in Phrygiam ad eũ ueniſſet: comiter hoſpitaliterq; ſuſcæptus barbarum facunde alloquendo ſibi imprimis conciliauit. Athenienſes per id tempus libertate amiſſa:&.xxx.uiris per Lyſandrum Lacedæmonioſq; conceſſa:ſera tandem pœnitentia cæpit:q; abrogato Alcibiadi imperio aliis præfectis adminiſtrationem belli detuliſſent. Itaq; ab Alcibiade minus erratum fuiſſe dicebant:cum miniſtri culpa nonnullas amiſerit naues : q̃ a ſeipſis qui alieniſſimo reip. tempore egregium in militia ducẽ patriæ ſuæ abſtulerint:illam cuiuſdam calamitatis quæ breui reſtaurari potuiſſet: hãc uniuerſi interitus ciuitatis cauſam eſſe habendam. Sic igitur ſimul coeuntes ĩ foro cũ priuatam ſuæ cuiuſq; domus tum publicam fortunam ciuitatis deplorabant: cunctis tamen ſpes quædam relinquebatur inanis atq; incerta : q; Alcibiade uiuo non penitus actum de libertate credebant. Antea.n. Lacedæmoniorum potentiam ſua uirtute depreſſiſſe dicebant : & nunc etiam æquo animo laturum non eſſe:ut ſe incolumi tanta cum ignominia Lacedæmonii.xxx.q; tyrãni Athenis dominentur. Nec mirandũ erat eo tempore imperitam multitudinem uanis cogitationibus laborãtem omnem ſpem recuperandæ libertatis in Alcibiade poſuiſſe:cum econtra.xxx. uiri neminem magis q̃ Alcibiadem metuentes:eum ſolum eſſe arbitrarentur:qui præſentem ciuitatis ſtatum perturbare ac delere poſſet. Itaq; hoc metu curaq; ſolliciti:ubinã ille gentium eſſet:qd præcipue ageret aut moliretur:ingenti ſtudio perquirebant. Cæterum Crytias unus ex .xxx. tyrannis huic timori quacunq; ratione ſuccurrendum ratus: Lyſandrum docuit Lacedæmonios græciæ principatum retinere non poſſe:nec præſentem Athenienſium ſtatum firmare: donec turbulẽtiſſimus homo & acerrimus populi concitator Alcibiades in uita ſuperſit. Hæc Critiæ uerba parum Lyſandri animum mouebant:niſi ſuperueniſſent a Lacedæmoniis litteræ iubentes:ut Alcibiadem de medio tolleret. Hoc autẽ quærebãt Lacedæmonii: ſiue quia hũc hominem ut.xxx. uiri magnopere formidarẽt: iampridem ingenium illius in maximis rebus experti:ſiue quia tempus ueniſſe arbitrarentur:in quo grauem pro illata Agidi iniuria ab Alcibiade pœnam expeterent. Lyſander iis accæptis litteris extemplo ad Pharnabazum in Aſiam mittit:qui eum hortẽtur:

ut hanc rem: quæ in ſua poteſtate collocata foret: quanta maxime celeritate poteſt: ag grediatur. Barbarus nullam moram interponendam ratus: Mageo fratri & Suſametri patruo negocium dat: ut Alcibiadem quẽ una cum Timandra ſcorto in quodam oppi do Phrygiæ eſſe perceperat: interficiendum curent. Sunt autem nonnulli qui anteq̃ is opprimeretur: quadam nocte uiſam ei Timandram per ſomniũ aiũt uultum ſibi mu liebribus lineamẽtis coloribuſq; pingentem: alii uero non Timandram ſed Mageum fuiſſe dicunt: quem ille cernere uidebatur capite ſibi abſciſſo reliquum corpus igne cre mare. Verum ii quibus necandi Alcibiadis negocium commiſſum erat: mandata impi gre exequentes: cum ad eum locum ubi ille morabatur multis cum ſatellitibus peruẽiſ ſent: primo aduentu non ſunt auſi Alcibiadem aggredi: ſed totius circuitum domus ita cuſtodiis complexi ſunt: ut nemo inde elabi poſſet. Deinde cum undiq; parietibus applicuiſſent ignem: Alcibiades re inopinata turbatus cumulum raptim ex ueſtibus & omni genere ſupellectilis factum ſuper ignem proiecit: tum chlamyde leuo brachio obuoluta dextra enſem tenens: anteq̃ flãma ulterius conualeſceret: per medios hoſtes erupit. At barbari non audentes aut ei uenienti obuiam progredi: aut cominus manũ conſerere: procul telis uirum petebant. Itaq; abundante miſſilium copia cum ille ulte rius ſuſtinere non poſſet: tandem uulneribus multis cõfoſſus occubuit. Hic exitus Al cibiadis Athenienſis fuit: cui poſtea Timãdra funus ſatis amplum atq; magnificũ pro ſuis facultatibus faciẽdũ curauit. Sũt autẽ nõnulli qui nõ a Pharnabazi militibus La cedæmoniorum gratia interemptum: ſed a quibuſdam familiaribus cubãtem cũ eorũ ſorore prius inuẽtum: deinde una cum muliere eo pacto quo enarrauimus necatũ Alci biadem tradunt.

de la mort d'alcibiades
des thenalues par pharna
bazus ostiz. ayant pris lors
a pure thymandre en vne
chaffeau par plaige;

CORIOLANI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAE CO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

PATRICIORVM FAMILIA ROMAE COMPLV res ex patriciis illuſtres edidit uiros: ex quibus etiam Martius Caius nomine Nepos extitit: qui poſt Tulli um regnauit Hoſtilium. Martii quoq; fuere Publi us ac Quĩtius qui Maximũ pulcherrimumq; Romæ aquæductum fecere. Itemq; Cẽſorius: quem Roma nus populus Cenſorem ſecundo creauit. Inde ſuadẽ te eo legem decretumq; tulere: ne cui bis eundem am bire magiſtratum liceret. Caius uero Martius de quo iſta cõſcrip ſimus: orbatus patre ſub uidua educatus matre declarauit uniuerſis orphaniam: tametſi alia etiam habeat ĩcõmoda: haud tamen ĩpedimento fieri: quin excellentiſſimus quiſpiam uirtute uir euadat: cum alioquin ipſa ſe ignobilibus criminãdam carpendamq; præbe at: q; eos cura & indulgẽtia deſtitutos corrumpi ſinat. Hic quoq; teſtimonio uir adeſt: ſiqua ingenua præſtanſq; doctrinæ ĩdigna fuerit natura: quẽadmodũ & malũ colendi

ſtudium generoſa nacta tellus: utilia ſimul & noxia parturit. In omnibus nanq; conſilio gerendis eius fortitudinē tolerātiam & īgentes ad uirtutis opera motus indicauit. Intemperātes item gerens animos: nec uſq̄ ī contentione cedētes: neq; hominum ſocietati ſe facilem neq; idoneum tribuebat. Cūq; illum illecebris laboribus & pecuniis infractum admirarentur hominē: modeſtum quidem fortem ac iuſtum appellabāt. Veruntamen ipſum ciuilibus in negociis inuiſum minuſq; gratioſū & nobilitatis ſtudioſum iniquo ferebant animo. Quem uero alium homini fructum benigna muſarū affert conſuetudo: q̄ ſtudio ac diſciplina manſuefactam naturam: mediū ratione certa ſuſcipere: & quod nimis eſt abiicere? Ea igitur tēpeſtate rebus maxīe bellicis & diſciplīa militari romana plurimū florebat gloria. Teſtimonio eſt ipſam uirtutem unico fortitudinis nomine appellatam. Idq; quo proprie fortitudinem uocant: cōmune generis eſſe uocabulum. Cæterum Martius belli artibus & decertandi ſtudio uehementer affectus ab ineunte ſtatī pueritia arma tractare manibus cœpit. Qua in re niſi cognatos armorum uſus præſto ſibi ac prōptos induſtria uendicaſſet: nullum eorum quæ comparaſſet opus fore exiſtimans: ad omne pugnæ genus adeo corpus exercuit: ut curſu pergilis in capiendo atq; pugnando ineluctabile pondus habuerit. Quiſquis igitur ſecum de animi præſtantia aut uirtute contendiſſet: ſuperatus ingēs corporis robur indomitum quidem ac nulli ceſſurum labori cauſam eſſe dicebat. Poſt exactum Roma Tarquinium regem adoleſcētulus adhuc prima meruit ſtipendia: quo tēpore Tarquinio poſt uarios præliorum conflictus tāq̄ extremam iactanti aleam plurimi ſeſe latinorum aliorumq; Italorum ſocios aſciuere: ut eum non ſua magis gratia Romā reducerēt: q̄ ut creſcentem rem romanam metu ac inuidia deprimerent. In eo bello quod multos excæpit euentus: Martius ſpectante dictatore ſtrenue dimicauit. Is. n. cum romanum ciuem cominus ſuccumbētem uidiſſet: haud aſpernatus eo protecto irruentē cōfodit hoſtē: q̄obrem poſt uictoriam īprimis illum īperator quercia donauit corona. Cuicūq;. n. ciuem ſeruaſſe contigerat: hæc ex lege corona dabatur: ſiue propter Arcadas is præcipue quercui reddatur honos: quos Glandiphagos diuinum appellare ſolet oraculum: ſiue q̄ facilem militi fructum tum ocius tum paſſim quercus exhibebat: ſiue id conueniēs ſeruati ciuis exiſtat premium: quoniam Ioui: ī cuius tutela ſūt ciuitates: ſacra quercus eſt. Eſt præterea quercus inter ſilueſtres quidem arbores fructu longe belliſſima atque fertiliſſima: inter mitigatas autem ualidiſſima: Ab ea quoq; cibus erant glandes: potus mulſum: obſonium paſtæ ex ea feræ atq; alites. Inde quoq; magnum uenatoribus inſtrumentum uiſcus extat. In ea pugna Caſtorem ac Pollucem apparuiſſe traditur: ſtatimq; poſt pugnam ſudantibus equis uictoriam in foro nuntiaſſe: ubi nūc ædificatum illis penes fontem templum eſt. Quapropter ea uictoriæ dies idibus quintilibus Caſtori ac Polluci ſacra ſoléniſq; ducitur. Cæterum īmaturus honos ac dignitas ānis collata iuuenilibus: ſi leuia parumq; ſplendida nacta ſit ingenia: ſolet ipſam ſitī ac faſtiditam q̄primum cupiditatem explere continuoq; reſtinguere. Graues & conſtātes animos auget illuſtrat dignitas: qui perinde ac aura inſpirante ad honeſta concitātur opera. Eos. n. nō tāq̄ recæpta mercede: ſed quaſi dato pignore ne gloriam deſerāt: uerecundia cōtinet: pudetq; ī propriis ſe geſtis extollant. Hoc pacto ſtimulatus Martius: ipſe ſibi fortitudinis æmulationem propoſuit: inq; nouis ſemper gerendis ardēs egregiis addebat egregia: exuuiaſq; cumulabat exuuiis: ſemperq; nouiſſimos cum prioribus duces pro ſuæ uirtutis teſtimonio & cumulandis honoribus habebat. Quāobrem cum multa per id tempus decertauerint bella Romani: e nullo ſine corona aut premio diſceſſiſſe Martius uiſus eſt. Cæteris quidē finis uirtutis erat gloria: huic uero gloriæ finis materna exiſtebat lætitia. Id nāq; ingenti tum honori tum fœlicitati ducebat: ut matri eius audire laudes & ſe coronis ſpectare præditum contingeret: ac ipſius præ gaudio lachrymantis aſtringeretur amplexibus. Hunc quoq; Epaminundas affectum declaraſſe traditur. Is. n. ſuā maximi fecit fœlicitatē: q̄ res geſtas ī Leutriis ac uictoriā

ſuperſtites adhuc pater materq; ſpectaſſent. Enīuero ille utroq; læte ac comiter uſus eſt parente. Martius tametſi paternam ſe theatri debere reuerētiam putaret: uſq; quaq; tamen Volumniæ honori ac lætitiæ haud ſatis eſſe potuit. Cuius uoluntate atq; precibus uxorem duxit: ex qua procreatis liberis cum matre ſimul habitauit. Inde cum his in ciuitate magnam ex uirtute gloriam & poteſtatem comparaſſet: diuitibus cōtra plæbem fauēte ſenatu: quæ multa a fœneratoribus grauiſſima perpeti uidebatur: cohorta ſeditio eſt. Ii. n. quibus nullum aderat peculium: aut pignoris aut uenditionis nomīe omnibus fortunis exuebatur: qui uero omnino inopes erant: carceri deducebātur: quā q̄ plures uulnerum cicatrices quas ipſi pro patria laborantes intermilitandum accæperant: corporibus oſtenderent. Poſtremo cum aduerſum Sabinos bellum ſuſcæpiſſent Marco Valerio imperatore pro illis ex ſenatuſconſulto ſponſore interueniente: diuites ſeſe modeſtius habituros pollicitu ſunt. Poſtq̄ autem eo bello egregie ac proſpere confecto uictores hoſtium rediere: nihil in eo mite aut clæmens a fœneratoribus perpetratum eſt: ſenatuſq; haud meminiſſe conuenta diſſimulans rurſus eos in uīcula duci & bonis ſpoliari contendebat. Quocirca ſæuiſſimus in ciuitate tumultus & inteſtinæ ſeditiones erant. Quæ res cum minime latuiſſet hoſtes: incurſionibus factis agrum igni uaſtabant. Cūq; conſules eos qui per ætatem ferre arma poterant: nominatim citarēt: neminē eis audiſſe conſtat. Subinde inter primores diſcordia fluctuabat. Exiſtimabāt nonnulli diſtrictum illum nimis rigorē aduerſus inopes mollius oportere remitti. Cæteri quorum & Martius erat: reluctabantur: non æris magnitudinem: uerum tentamē & ſuperbiæ popularis initium animo uerſans: q̄ adeo temere contra leges inſurgatur: iccirco ut reſipiſcant ſædandos reſtinguendoſq;. Cuius rei gratia cum inter paucos dies ſæpenumero ſenatus cogeretur: nec nullus propterea rebus afferretur exitus: congregati repente pauperes ſe mutuo iritarunt. Inde relicta urbe in ſacrum montem trans amnem Anienem ſeceſſerunt: ubi quiete reſidendo uiolētum quidem nihil aut ſeditioſū agentes: ſe a diuitibus urbe eiectos diu clamitabant. Aerem aquam & ſepulturæ locum ubiq; ſibi præbituram Italiam: nihil amplius & Romam habitātes ſe aſſequi q̄ pro diuitibus militando uulnera & mortes excipiāt. Ea res pauorem iniecit patribus. Grādæuos itaq; qui placabiliores & plæbi cariores erant: oratores mittere placuit. Prior orſus Memius Agrippa multa cum plæbem orando tum pro patribus incuſando deniq; ſermone circuito uulgatam illam narraſſe fabulam traditur: Omnia inquit hominis mē bra olim aduerſus uentrem conſpiraſſe: eūq; q̄ ſolus nihil impertiens ocioſus ī corpore ſederet incuſaſſe. Cum interea cætera ad eius explendos appetitus & labores maximos & miniſteria perferant. Eorum uero fatuitatem uentrem irriſiſſe. Ignorare autē q̄ cum in ſe uniuerſum ſuſcipiat nutrimentum: cæteris tamen a ſe diſtributum rurſus emittat. Eadem inquit rurſus pro uobis ratio ſenatus eſt: quæ. n. pro debita rerum diſpenſatione apud eum conſilia ſunt: nobis omnibus ac noſtro uſui & emolumento refert atq; diſtribuit. Ea re conciliati a ſenatu impetrant: ut uiros quinq; deligerent: q̄ ſi opus fuerit ſuo poſſint uti patrocinio: quos nunc tribunos plæbis uocāt. Priores creauerunt Iunium Brutum & Sicinium Bellutum: quos ſeceſſionis duces habuerant. Coacta unum in corpus ciuitate ſtatim repetitis armis populus ſeſe ducibus ad belli uſus promptiſſimos tradiderunt. Ea res Martio minime collibuit: quoniam inualeſcente plæbe optimatum dignitas diminuta uideretur. Cum id quoq; pluribus ex patriciis haud ſane placere cerneret: eos tamen ne dimicando pro patria ſe a plæbeiis uincere ſinerēt: exhortabatur: ne potentia magiſq̄ uirtute præcellere illis uiderentur. Aduerſus Volſcorum gentem Romani tum belligerabant. Ibi Coriolorum erat oppidum longe dignitate præſtantiſſimum: quod cū conſul cominus admoto exercitu circunſediſſet: reliqui Volſci terrore perculſi ſimul undiq; in Romanos ſubſidium contrahebant: ut pro muris cōmiſſa pugna duobus ex locis in Romanum fieret impetus. Cominus uero conſul diuiſis bifariam copiis ipſe quidē in aduentantes extrinſecus Volſcos fertur

comment les ceriolanus allerent de la mer semana · et de la prime seduion du peuple romain contre les senes.

La fable que fit menenius agrippa des membres qui conspirent contre le ventre.

comment tribuns furent creez.

de la guerre et bataille des Romains contre les Volsques ou m. coriolan se eulx gens reconcilierent.

obuius. Titum autem Lartium Romanum ciuem & excellentiſſimū uirum ad urbis obſidionem reliquit. Oppidani paucifactis obſidentibus erumpunt: primūq; cōmiſſa pugna uincebant: & iam Romanos in caſtra fugabant: Tum Martius cum paucorum manu prouolans proſtratis qui ſecum conſeri auſi ſunt: & repreſſo aliorum impetu ingenti clamore Romanos reuocabat. Erat. n. qualem Cato militem optabat: nō manu tantum aut ictu uerum & uocis ſono & uultus aſpectu hoſti terribilis: omninoq; inſuperabilis. Conglobatis igitur circa ſe plurimis pauidi retroceſſere hoſtes: quibus haud contentus Martius perſequitur: & palantes ad portas uſq; fugat: ubi cum crebra e muro miſſilia coniicerētur: perſequi deſtitere Romani. Vt uero refertam armatis hoſtibus urbem una cum profugientibus ingredi nullus auderet: aut animo aduerteret: is tamē tum hortando tum īcitando inſtat: fortunam exclamans fugantibus magiſq̄ fugientibus urbem reſeraſſe. Paucis inde conſectantibus repulſo hoſte ſuperatas ſaltu portas irrumpit. Cum nemo primū obſtare aut illum irruentem excipere prorſus auderet: poſtea ubi modicos admodū interius repugnantes aut opem ferētes: & īmixtos hoſtibus ſuos aſpexit: geſtis manuum pedum agilitate & animi audacia intra mœnia traditur incredibile confeciſſe certamen. Quos inuadebat uicti iacebant: alios ad extrema urbis compulerat: feſſi ac deſperati quidam arma proiecerunt: quare ingens Martio oblata eſt occaſio exteriores intro Romanos admittendi: ita redactum eſt in poteſtatem oppidum. Vbi ad diripiendum & exportandum intentos cerneret plurimos: moleſte ferēs uociferabat: Indignum ſe extimare ut dum conſul ac ciues uſpiam fortaſſe collato cū hoſtibus Marte dimicent: hi diripientes obambulent: & prædæ gratia diſcrimen effugiant. Quos ubi ſibi nequaq̄ obtemperantes animaduertit: delectis qui conſectari noluerant: qua exercitum ire ſenſerat: proficiſcitur. Interdum cōmilitonum animos accēdere: & ne cederēt exhortari: Deos interdum orare: ne poſterior ad pugnam uerum in tēpore aduentaret: ubi coniunctum ſuis ciuibus diſcrimen diſceptare poſſet. Mos tunc Romanis erat: ut in acie conſtituti priuſq̄ clypeos reciperent: togaſq; circūcingerent: tribus aut quattuor audientibus una ſine ſcriptis teſtamenta conficerent: hæredemq; nūcuparent. Ea in hoſtium conſpectu attitantes Martius offendit milites. Qui ut primū cum paucis cruore reſperſus ac ſudore plenus uiſus eſt: turbari nōnulli cœpere. Poſtq̄ autem gratulabundus ad cōſulem procurriſſe: iunctiſq; dextris captum nunciaſſet oppidum: Cominius eū ſalutatum amplexatus eſt. Cæteris rem proſpere geſtam tum cōlectantibus tum audientibus ingens adiecta fiducia: & iam ſignum ad conſerēdas manus dari magnis uociferationibus orabant. Rogante deīde Cominium Martio quemnam in modū hoſtilia componerentur arma: & quonam modo bellaciſſima locaretur acies: exiſtimare ſe inquit medias Antiatū fortiſſimas eſſe cohortes: qui nullam ob rem ſuam remittant audaciam. Peto igitur ac deprecor inquit Martius contra iſtos nos in acie uiros colloca: q; cōſul eius prōptitudinem admiratus fecit. Cum primis pilorū iactibus curſu Martius erupiſſet: nuſq̄ reſiſtere in fronte Volſci. At cui ſe parti phalāgis īmiſcuerat: illico diſcindebat. Multi in eum poſt hæc ſe conuertunt armis utrinq; uirum circūuenientes. Cui metuens conſul quos habebat circa ſe fortiſſimos ſubſidio īmiſit. Atrox itaq; circa Martium pugna committitur: ubi cæſis breui compluribus: dum a Romanis uiolentius incūbitur: fundūtur hoſtes: in quibus perſequendis ītenti Martium orāt: ut is labore ac uulneribus æger ſeſe ī caſtra recipiat. Ille haud eſt īquit laborare uictoris: cōtinuoq; fugientes inſectatus eſt: reliquus dehīc uictus exercitus: deſideratis captiſq; plurimis. Poſtera die præſente Martio congregatiſq; cæteris tribunal conſul aſcendens cum pro re bene geſta meritas ſuperis laudes reddidiſſet: conuerſus ad Martium mirum in modum eū collaudauit: cum rerum ſuarum partim ipſe conſul in prælio ſpectator affuiſſet: partim ipſe Martius teſtimonium attuliſſet. Poſt modum cum ex omnibus: tum rebus tum equis tum captiuis decem ſibi priuſq̄ in alios præda diuideretur: deligere iuberetur: præterea ad eximiæ fortitudinis premium

insigni donaretur equo:id Romanis approbantibus uniuersis procedens in medium Martius:consulis inquit laudibus exultare se equūq; susciperе:alia uero nō decus sed mercedem ducere:proinde sua se quēadmodum unusquisq; sorte cōtentum fore. Præcipue uero unicam peto ac obsecro gratiam:hospes mihi & amicus in Volscis erat uir æquitate ac modestia clarus. Is modo captus ex locuplete solutoq; seruus factus est: ei cū magna malorū moles ingruat:unum ne uenūdetur:āmouisse sat erit. Hæc ubi dicta sunt: ingens Martio clamor obiicitur:plures profecto inuictum magis pecuniis animū q̄ bellicam eius fortitudinem admirari. Qui.n. ob eius honores inuidia aut æmulatione flagrabant:ii uel eo amplioribus dignum iudicabant: q̄ oblata contemneret: magisq̄ qua res huiuscemodi paruipendebat:q̄ qua meruerat uirtutem amabant. Modestior.n. diuitiarum q̄ armorū præstantior usus est:maiusq; opibus nō egere: q̄ ipsis uti ornamentum affert. Vbi sædatus militum clamor est & tumultus:Cominius excipiens:Cōmilitones inquit hisce rebus inuitum donare uirū nō licet:demus uero quod illi datum adimi non possit:Coriolani sibi cognomen decernamus:nisi prius id iā illi res gestæ uendicauerint:hinc Coriolanum tertium nomen assecutus est. Quæ res maxime declarat proprium sibi nomē extitisse Caio:alterum uero Martium familiæ aut cōmune generis fuisse:posteriori tempore usus est tertio a rebus gestis:aut forma aut uirtute aut fortuna:quēadmodum & apud græcos huiuscemodi indici solebant cognomīta:A gestis quidem denominari liquent:sicuti Sothera & Calimeon: a forma ut Phistonem Cirippumq;:a uirtute ut Euergētem & Philadelphon:a fortunæ fœlicitate ut Endæmona:sicuti Bassus secundus uocatus est. Quibusdam etiam regibus appellationem præbuit mordacitās:quēadmodum Antigono quidem Dosonem Ptolomeo uero Lamyrum. Quo genere usus plurimū Romanos constat:quendam Metellorū nominauere Vittatum:quoniam cum ulcus haberet diutius frontem uitta ligatus obambulabat. Atlerū qui paucis post patris obitum diebus funebribus ludis gladiatorū munus exhibuerit:Celerem uocauerunt:celeritatem ac maturitatem apparatus admirati. Nōnullos adhuc e nascendi sorte nuncupant:ut Proculum:qui foris absente patre natus est:Posthumū qui patre mortuo: Vopiscum cum ex gemellis alteri superstiti esse cōtigerit. Ex corporis quoq; habitudine denominationes rite imponi solent:ut nō modo sylli nigri ruffi:uerū etiam cæci & clodii neq; cæcitatem aut aliā quāuis corporis calamitatem per contumeliam arbitrabantur obiectam : quin eam perinde ac propria audiebant nomina . Hæc tamen ad aliud magis scribendi genus attinerent . Finito bello seditionem turbulenti rursus suscitauere ciues:nullam nouam tamen aut iustam habentes criminationem. Verū ex prioribus discordiis ac dissensionibus malorū occasionem contra nobiles nacti inculta quidem ac inseminata maxima parte agri:cū nec aliunde cōmeatum cōuectari belli tempestas siniſſet:acris annonæ caritas ciuitatē inuasit:cuius etsi magna uiguisset affluētia:nulla tamen pecuniæ facultas plæbi suppetebat. Quod ubi seditionis auctores uidēt:uerbis asperis criminari diuites: q̄ inueteratæ memores inimicitiæ eis famē inducant. Interea ab Veliternis uenere legati:qui urbem tradentes eo demitti Coloniam orabant. Cum.n. pestilēs ciuitati morbus īgruisset:tātā hominū stragē ac pniciē ediderat:ut ex uniuersis uix pars decima reliqua supesset. In tempore igitur Veliternorum necessitatem adesse prudētiores auctumabant: quoniam dubiis in rebus cum factiosorum tumultus incresceret:leuamine indigebāt: seditionemq; pariter dissipatam iri:& ciuitatem perinde ac morbosa & turbulēta quadam redundātia expiandam esse sperabant. Eorum igitur qui ad eam mitterentur Coloniam delectu habito:consules expeditionem reliquis ī Volscos eduxerunt:intestinis hoc pacto tumultibus quietem excogitantes:ut cum diuites ac tenuiores plæbeiiq; & patricii inter cōmunia simul arma castra & belli discrimina uersarentur:mitioribus inuicem cōponerentur animis. At Sicinius & Brutus turbulenti sane homines magis insurrexere clamoribus:rem crudelissimā mansuetæ Coloniæ nomine appellari:cū tamē

mendici homines tāq̄ ad pernicioſam uoraginem exitus in urbem aere morbido & īhu matis refertam cadaueribus deducerentur: alienos & letalis quidē ac peſtiferos habita turi lares. Et quaſi abunde non ſit: quoſdam inedia periſſe: alios peſtilentiæ obiectare īſuper: ne ullum calamitatis genus ciuitati deſit: qua locupletum ſeruitio oppreſſa fa tiſcitur: ſuſceptum ultro bellum adiiciunt. Plæbs huiuſcemodi uerbis inſtigata neq; conſulum delectum inibat: & Coloniam detrectabat. Quare ſenatus anceps cum palā his plæbis ducibus aduerſātem Martium cerneret: qui tumore & elatis iam plenus ani mis magna patribus admiratione habebatur: Coloniam emittunt: graue ſorte delec tis mulctam niſi excedant cōminantes. Aliis uero militiam detrectantibus: Martius aſ ſūptis tum clientibus cum cæteris quos inducere potuit: in Antiatem agrum incurſio nibus factis annonæ plurimū & magnā pecorum & captiuorum prædam cōparās nul la ſibi prorſus re deſumpta militibus cuncta ſecum agentibus ac ferentibus Romā re diit. Quibus inde locupletatis: reliqui pœnitentes inuidere Martio: inimicari: eius glo riam ac poteſtatem perinde ac contra plæbem augeretur: moleſte pati. Paulopoſt pe tente conſulatum Martio: multi in eum proni erant: uereri nāq; ne uirum genere ac uirtute primarium poſt talia ac tāta beneficia dignitatis expertem repudiarent. Mos e rat magiſtratum petentibus prehenſos dextra ciues benignis orare uerbis: & abſq; īteri ore tunica in forum opertos ueſte deſcendere: ſiue ut eo habitu ad ſupplicandū humi liores accederent: ſiue ut qui cicatrices haberent: manifeſte ſigna fortitudinis aperirēt. Nec uero ob plæbis ſuſpicionem ita recīctos & abſq; intima tunica ſupplices ire coge bant: nō. n. dignitates argento aut ullo corruptelarum genere tum īpartiebantur. Diu ſiquidem poſt emptio aut uenditio illo ſera prorupit: & inter concionis ſuffragia ſeſe argentum īmiſcuit. Hinc iudiciorum hinc exercituum corruptela unius dominio ſub iecit urbem. Auro captiua ſeruiunt arma. Sapienter uero dixiſſe uidetur: qui Romanū populum ex eo tum primo periſſe inquit: qui primus epulum ei largitionemq; dedit. Ea quidem peſtis haud cōtinuo patens cæterum clandeſtina proſerpens Romā paula tim inuaſit. Nō. n. ſcimus quiſnam prior Romæ populo aut iudici largitionem dede rit: primus autem Athenis pecuniam iudicibus contuliſſe traditur Anitus Anchemeo nis filius: cum circa Pelopōneſiaci ferme belli exitum proditionis Pili cauſam diceret. Tum īcorruptum adhuc genus aureum Romano obſeruabatur foro. Cæterū cū Mar tius plures oſtenderet cicatrices: quas aſſidue per ānos tris ac decē egregius bellator ac cæperat: uniuerſi illius uirtutē tacita ueneratione proſequebantur: deq; eo conſule deſi gnando mutuos inter ſe fecere ſermones. Inſtante comitiorum die Martius magna ſe natorum frequentia ſtipatus honorifice forum ingreſſus eſt. Tum manifeſte declara tum eſt: nulla in re tantum ſtudii curæ atq; ſolicitudinis q̄tum ī Martio geſſiſſe patri cios. Quæ res multitudinis beniuolētiam in odium īuidiamq; cōuertit: quippe timue rant ſi uir tātæ inter nobiles dignitatis maxime rei optimatum inclinatus conſulatum aſſequeretur: ne popularem omnino tolleret libertatem. Ea cogitatione denegato Mar tio cōſulatu: alii deſignātur. Id ægre ſenatus tulit: q̄ ipſe magiſq̄ Martius ea laceſſitus contumelia uidebatur. Martius neq; modeſte neq; æquanimiter illum perpeſſus caſū plurimū iracundiæ ac cōtumelioſe indignationis aperuit: ut qui magnos ſpiritus & ex cælſos foueret animos: Nō erat ille uir qui grauitatem ſimul cum manſuetudine qui bus in rebus ciuilis maxime uirtus conſtat: ſtudiorum ratione aut diſciplina tem peratam haberet: ignarus ei qui adminiſtrator in repub. futurus eſt: fugiēdam eſſe ma gnopere pertinaciam: quam Plato ſociam ſolitudinis appellabat: & hominum ſocieta tes comiter celebrandas accæptaſq; placide ſufferendas īiurias: quæ res multis ſolet eſ ſe ludibrio: at ſimplex uſq; adeo auſteruſq; præſtans uniuerſos ſuperare ac nemini ce dere omnino fortitudinis officium eſſe cenſebat. Cum tamen id ex animi mollitie & ī becillitate proficiſceretur: a quo dum graui laborat ægritudine: furor ille perinde ac ex tunc facto quodam ulcere æſtuabat: perturbatus igitur & acerbiſſime infenſus plæbi

diſceſſit. Qui uero in urbe & ætate & generis ſplendore florebant: ei uiro mirum ī mo
dum cum ſemper affecti: tum uero eo tēpore præſto aderant: ſimulq; & dolendo & īdi
gne ferendo ad nullum honeſtum facinus ipſius animum incēdebant. Eis nāq; beni
uolus in re militari dux erat atq; præcæptor: & dum aliquod ſtrenue opus perfeciſſēt:
adiecto ſine liuore ſtimulo ipſos ad uirtutem & gloriam concitabat. Magna īterea uis
empta frumenti Romā ex Italia conuecta eſt: nō minor ex Syracuſis: quam tyrannus
Gelodono miſerat. Ea re plurimis ſpes iniecta eſt & alimētorum penuria ſimul & diſ
ſenſione ciuitatem liberatum iri. Frequenti igitur curiæ confeſtim circūfuſa extrinſe-
cus multitudo exitum expectabat ānonæ: cum liberalem eis futuram auctionem tū ī
pertiendam ſine precio largitionē ſperantes: erant ſiquidem qui ea de re ad ſenatū re-
ferebāt. At ſurgens Martius eos qui ad uendicandā plæbis gratiā orauerant: uehemen
ter carpſit: factioſos homines & reip. proditores appellans: qui peſtifera temeritatis ac
inſolentiæ ſemina & ſibiipſis noxia fouerent in plæbem. Quæ dum ex initio germina
bant: haud neglexiſſe conſilii prudentiæq; fuiſſet: ne facerent. hiſce principiis domīa
tionem plæbis inualeſcere terrori iam eſſe: quoniam quæcunq; iis collibuerint: facile ī
petrāt: & ad nullum facinus obeundum īuiti cogi queunt: eos nuſq̄ obtemperare con
ſulibus: tāq; īdomita ferocia eſt: ut eorum patronos ſuos uocare prīcipes audeāt. Nā
quid eſt aliud inquit pro diſtribuendis populo largitionibus ſuffragia decretumq; ſe
dētes ferre: quod ī popularibus græci prīcipatibus factitant: q̄ ad cōmunem pernicie
eorum cōtumaciam alere? Nō. n. detrectata ſæpenumero militia & deſtituta p ſeceſſi
onem patria & īcuſato ſenatu gratiam accæpiſſe: uerū ſe per metum impune dimiſſos
eſſe iactabant: quin uos hæc per adulationem tribuentes indulſiſſe: iccirco cōfiſi nul-
lū aut ipſorum ſuperbiæ aut ſeditionibus finem facturi ſunt. Cū igitur hoc uehemēs
quidam furor exiſtat: reſipiſcamus īquit: & tribunitiam illius poteſtatē auferamus cō
ſularis perniciem dignitatis ſeditioniſq; ciuitatis cauſam. Quæ nō una iam ut olī ue-
ſciſſa atq; diſiuncta cōcors nunq̄ unanimiſq; futura eſt: noſq; nō niſi mutuis pertur-
batos odiis diſceptationibuſq; languentes eſſe ſinet. Talia permulta dictitās Martius
iuuētutem & uniuerſos ferme diuites miro concitatos īſtinctu ī ſuam traxit ſētentiā:
ſolum hunc eſſe uirum clamātes: qui ciuitatem nullis uīci blandimētis permittat. Nō
nulli grādiores natu cum euētū proſpicerent obſiſtebāt: hinc. n. boni nihil exortum.
Tribuni nāq; qui aderant: ubi uictricem Martii ſentētiam ītelligunt: ingēti clamore p
currūt: turbamq; ut ad ſibi opitulandum inſurgat: exhortantur. Inde dum Martii uer
ba ī ſenatu habita repetuntur: turbulētiſſima facta cōcione ne uulgus ira præceps cō
tra ſenatum impetum faceret: uix temperatum eſt: horum culpam malorum ī Marti
um tribuni referētes: eum cauſam dicturū miſſis lictoribus citāt: quos ille per cōtume
liam habitos a ſe repulit. Inde tribuni cum ædilibus: ut Martium traherēt profecti: ui
rum capiunt. Cōglobati uero patricii fugatis tribunis: ædilibus īcuſſere uerbera. Nox
riſſam diremit. Illuceſcēte die cōſules: ut percitum ira populum ī forum undiq; cōcur
rētem uident: ciuitati timere cœperūt. Quare coacto ſenatu de placāda multitudine a
ut oratione benigna aut utilibus decretis agitatum. Tūc. n. cōtentioni dignitatis mini
me locum eſſe: nec ſi ſapiant eo tempore pro gloria decertādum. Id ſæuum ancepſq;
tempus clæmētiam magis & gubernādi humanitatem expoſcere. Ea tenuit ſententia.
Progreſſi igitur ad populum cōſules benigniſſimam orationem habuerunt: nūc obiec
ta placide refellētes: nūc ītermonēdum modeſtiſſimis utētes morſibus: tū de annonæ
precio nihil utiq; ſecum diſceptaturos. Talibus uerbis mitigatus eſt populus: quē ubi
tribuni leuiter ac moderate audiendo placari cernūt: aſſurgētes ſenatui tēperate qdē a
genti ius eſſe inquiunt cedere populum. At Martium cauſam dicere iubēt: quem non
niſi ad perturbandam rempub. populumq; deſtruendum iritaſſe patres conſtat: qui
citatus parere contempſerit: ædilibuſq; deniq; in foro per contumeliam uerberatis inte
ſtinum: q̄tum in eo eſt: bellum exuſcitarit: ciueſq; ad arma compulerit. Ea uero iccirco

dicebant:ut uel præter naturā ferocem Martii animū humilē ſūmiſſumq; redderent: aut ſi uti moribus pergeret:inexorabilem aduerſus illum iram exercerent. Quod illū facturum eſſe ſperabāt:probe ſiquidem hominis norant īgenium. Stetit itaq; ut crimina dulueret Martius:quietem ac ſilentiū tenēte populo. Cumq; ſupplex expectaretur:oratio odioſa nō ſolum dicendi licētia & maiori orſus eſt conuitio:uerum & ſono uocis & uultus diſpoſitione ītrepidus extitit:ita ut eos aſpernari & paruifacere uidere tur. Quapropter exaſperatus populus:ſe illius uerba grauiter & moleſte pati haud diſſimulanter tulit. Audaciſſimus tribunorum Sicinius parūper habito cum collegis colloquio:poſtmodum proclamans ī medium:tribunos mortis damnaſſe Martium pronuntiat:deinde ædilibus ut ſtatī correptum e ſaxo ad ima prouoluerēt edixit:quē tum ædiles arripuiſſent:id plurimis & plæbeiis etiam hominibus tum horroris tum ſuperbiæ plenum uiſū eſt facinus. Patricios īgens dolor inceſſit:qui ſiquid opis afferre poſſint:clāmore ac ſtrepitu eminus adorti ſunt. Ii cōtra quiſquis manus admouerat:arcētes promiſcuū inter ſe tenebāt Martium:nōnulli protenſis ad populum palmis orabant. Poſtq̄ in tāto ſtrepitu & tam deformi rerum facie nihil uerba nihil clamor effecerant:amici ac neceſſarii tribunorum:ubi nō ſine multorum cæde nobilium exigi ad necem Martium poſſe intelligūt:eos īducunt:ut pœnæ nouitate & acerbitate ſublata nō ui nō indēnatum occidāt:at de eo populi ſuffragia ferri ſinant. Tum deſiſtēs ab īcœpto Sicinius patricios rogat:q̄obrem uolenti populo Martium digna luere ſupplicia: ipſi tātopere illum conentur eripere. Cōtra illi Sicinium rogant:quid cogitatis excellētiſſimū Romanum ciuem cauſa īdicta ad tam īmaniſſimū nefariumq; uexare cruciatum? Tum Sicinius ne hāc diſſenſionis ac ſeditionis cum populo cauſam allegetis inquit:dabitur ei quod deprecamini:fieri de homine iudicium. Tibi autē prædicimus īquit Marti:tertio ut adſis foro quo te nihil aduerſum leges perpetraſſe pſuaſos ciues facias:iudicium de te per ſuffragia laturos. Ita ſoluto ac recæpto Martio a patriciis ſūma cum alacritate diſceſſum eſt. Medio tertii fori tempore nona autem die:quam nūdinas uocant Romani fora cōſtituunt . Magnam propulſādi ſpem iudicii præbebat ſuſceptum in Antiates bellum:quo ītērim diutius duraturo tabeſcēte & ob belli negocia relanguente prorſus ira pacātior redderetur populus. Poſtmodum ubi finito mox bello rediere:patricii crebros cōuētus agere & cōſilia agitare quo pacto nec Martio deeſſent:nec factioſi rurſus homines turbulentas populi diſceptationes īnouarēt. Appius igitur Claudius plæbi uehemēter infeſtus & labefactari rempub. & ſenatoriam deſtrui dignitatem obteſtabatur:ſi cōtra nobilitatem in populi poteſtatem ſuffragia fieri patiantur. Cōtra ſeniores populo cariores:ſed mitem ac humanum ex licētia futurū uulgus aſſeuerabant. Nec. n. illis ſenatum eſſe contēptui:ſed cū ſe floccipendi putent: auctoritatem iudicandi ſibi honori ac ſolatio ducere:ſimulatq; ſuffragia cæperint: omnē depoſituros iracundiam. Martius itaq; cum magno in ſe ſtudio tum metu plæbis ācipitem cernēs ſenatum:tribunos rogat: cuius eum criminis reum arguunt:aut qua de re cauſam dicturum accerſāt ad populum. Perduellionis actionem eſſe aiunt:ſeq; illū regnum affectaſſe demōſtraturos īquiunt. Tum ſurgēs:iam eo īquit cauſam dicturus ad populum:nullum ſe iudicii aut ſupplicii genus ſi cōuincatur effugere:modo id accuſate inquit nihil patribus emētiti. Eis idem conſtāter aſſerētibus:ipſa de re conſtitutum eſt iudicium. Populi deinde facto cōuentu non decuriæ uerum tribus ī ſuffragia ire cogebātur. Primumq; mēdicam ac inertem turbam:& cui nullum honeſtatis ineſt ſtudium anteq̄ locupletes aſſuetos bello clarioreſq; ciues ſuffragia ferre iuſſerunt. Deinde cum in eum minime probarentur obiecta:affectati regni crimen omittitur. Is rurſus memoria repetitus eſt ſermo:quem Martius habuerat in ſenatu:dum facili uenū dari precio inhibebat annonam:& tribunitiam populo poteſtatem ſuadebat ītercipi. Dehinc nouum agi crimen cœptum:q; captam ex Antiati agro prædam in ærariū non rettuliſſet:uerum ſuis diuiſiſſet militibus. Quæ res Martium uehementer perturbaſſe

traditur: q cum in eam ex inſperato incidiſſet: non facilis ad perſuadendam multitudinem extemporalis ſuppetebat oratio. Eo collaudare iam milites incipiẽte: ingens tumultus exoritur: plures nãq; eam detrectarant militiam. Demum euntibus ī ſuffragia tribubus: tres illum perpetuo mulctarunt exilio. Quod ubi promulgatum eſt: populus magis profecto q̃ ſuperatis undiq; unq̃ bello hoſtibus alacer exultanſq; abiit. Senatus uero dolore ac triſtitia grauiter angi: iãq; pœnitere & ægre pati: q nõ omnia pertentaſſet: & aſpera potius cuncta ſubiiſſet: q̃ inſolentem adeo plæbem tãtaq; abutentem licentia paruifeciſſet. Qua in re ad eos internoſcendos non opus erat ueſte aut alis dignitatis ĩſignibus: at confeſtim quiſquis exultabat: plæbeiũ: quiſquis mærebat: patricium eſſe conſtabat. Ipſe autem Martius nihilo aut ueſte aut ĩceſſu aut facie contriſtatus aut humilis ſolus inter tot afflictos mæroris expers uidebatur: nõ illum cõſilio aut uirtute caſum æquo ferens animo: uerum & indignatione & grauiſſima perculſus moleſtia: quod a triſtitia proficiſci plures ignorant: qui ſimulac in furorẽ uerſa uehementer excanduit: humilitatem ſecordiamq; propulſat. Eapropter qui iracundi furenteſue ſunt: efficaces ſtrenuiq; iudicantur: quẽadmodum & calidus quem febris occupat. Animus quippe utpote altius ĩtendente pulſu attollitur: quam diſpoſitionem extemplo re Martius declarauit. Siquidem domũ ingreſſus: ut matrem coniugẽq; plãgore ac ululatu lamentantes ſalutauit: modeſte præſentem ferre caſum monuit. Mox frequenti cum patriciorum comitatu ſeſe ad portas proripuit. Inde nihil aut capiens aut ĩdigens tribus aut quattuor cõſectantibus famulis exceſſit. Paulopoſt cum in agro uerſaretur: multa ſecum qualia furor miniſtrabat agitans cõſilia: non honeſtum aut uirile alias utile quicq̃: ſed quo pacto in Romanos graſſetur cogitabat: ut in eos graue aut finitimũ quodpiam bellum accenderet. Primum itaq; cum Volſcis experiri collibuit: quos & corporibus & opibus pollere ſciebat. Accæptas nuper belli clades non tantum eorum uires attriuiſſe: quantum diſceptandi cupiditatem irritaſſe putabat. Cæterum ex Antio erat oppido uir ob diuitias ac fortitudinem & generis ſplendorem regiã ī Volſcis nactus dignitatem Tullus Amphidius nomine. Huic ſe magiſq̃ Romanorum quẽpiam inuiſum eſſe compertum habebat Martius: multotiens. n. æmulatione iactabundi: ut fortiſſimi iuuenes belli gloria & inuidia ſtimulati: alternis ſe minis prouocauerant: quæ res præter publicas priuatas etiam inter eos auxerat inimicitias. Haud tamen abſtitit: quinĩmo excælſos ī Tullo noſcitans animos: qui Romanos etiam occaſionem cauſamq; præbẽtes aliqua clade cupiebat affligere: certiſſimũ ei reliquit teſtimõium: quiſquis aduerſus iram reluctari difficile eſſe dixerit: quæ perſæpe id quod uult ẽptum morte perſequitur. Accæpta ueſte qua ignotus (ſicut & Vlyxes) deliteſceret: hoſtilẽ cõmigrat in urbem: obuiãtibus ĩde plurimis nulli cognitus: erant. n. tenebræ: Tulli domũ adiit: ſeq; repente ĩtra lares inferẽs: operto capite tacitus quietuſq; ſedit. Admirantes domeſtici haud depellere uirum audebant. Erat. n. quædam in eo uel tacente maieſtas. Tullo autem cœnãti rei nouitatem denũtiant. Tullus ad eum cõtendit: quiſue ſit aut cuius rei gratia uenerit: percõtatur. Ita retectus Martius parumper immoratus: Si me nõdum agnoſcis Tulle ĩquit: aut cernens uero credis: me mei accuſatorem fortuna cõſtituit: Caius ſum Martius: qui plurima Volſcis mala intuli: nec ea me negare Coriolani cognomen ſinit. Haud. n. aliud mihi ex illis laboribus multiſq; periculis premiũ: q̃ hoc inſigne uobiſcũ inimicitiæ nomen comparaui: quod cum mihi adimi nequeat: cæteris ſpoliatus omnibus cũ liuore plæbis ac inſolentia tum optimatum ac nobilium mollicie ac perfidia exul extrudor. Tuorũ penatum ſupplex adſũ: non ſalutem aut liberationem expetiturus. quid. n. mortem reformidans horſũ deferrer? at uolens ex iis q me e pria extorrẽ deiecere: digna recipere ſupplicia: iamq; ab eis q te mihi dominũ conſtituo magna ex parte recipiens. Siquis igitur de inuadendis hoſtibus tibi animus adeſt: eya uir generoſe meis ad id calamitatibus utere: & infœlices caſus meos cõmunẽ Volſcorum fœlicitatem face. Eo. n. pro uobis fortiuſq̃ aduerſum uos belligerabo: quo

cõmen conolarum- chaſſie re Rõme et expellie ſe rẽdu eg animum vng fort chaſtean tes Volſqueꝫ- on fur penully de mill? ophndm

animoſius qui rem hoſtium nouere: q̄ qui ignorant bellare ſolent. Quod ſi incæptare non audes: feſſuſq; ſubſiſtis: nec mihi ulla uiuēdi cupiditas ſupereſt: nec tibi me ſeruare conducit: diu quidem īuiſum ac inimicum hominem nunc uero inutilem & omnis prorſus cōmoditatis expertē. Hæc cum Tullus audiſſet: mirū ī modum lætatus: iuncta dextra: ſurge inquit & cōfide Marti: Nobis. n. cum te exhibes: ingēs bonū tuus præſtat aduētus: ſed maiora profecto ex Volſcis ſperare te licet. Tū Martium ī cœna hoſpitaliter habuit. Poſteris inde diebus inter ſe de bello conſilia cōferunt. Ingentes īterim ob Martii dānationem inter primores plæbeioſq; diſſenſiones Romā perturbabant. Multa præterea tum uates tum ſacerdotes tum priuati homines procurāda prodigia nuntiabant: ex quibus unum huiuſmodi cōmendatum eſt memoriæ: Titus Latinus erat uir haud longe clarus: modeſtus alioquin: haud alieni curioſus negocii: nihil arrogās minimeq; ſuperſtitioſus. Hic in ſōnis Iouem ſibi adſtantem cernere exiſtimauit: referre ſenatui iubētem: q̄ malum triſtiſſimumq; ſibi pompæ præſultatorē permiſiſſet: quod primum cū uidiſſet: neglectui ſe dediſſe dicebat. Cū iterū ac tertio idem uſum cōtēpſiſſet: eius optimum filium interire conſpexit: tum ſubita mēbrorū debilitate correptus eſt. poſtmodum cum lectica delatus ea ſenatui renuntiaſſet: illico corpus priſtinum ſēſiſſe uigorem traditur: exurgēſq; ſuis abiiſſe pedibus: quare admirati ſenatores magnam inueſtigādæ rei curam ac diligentiam habuere. Ea uero erat huiuſmodi: Quidam eius ſeruum cæteris ſeruis trucidandum in foro uerberibus tradiderat: poſteaq; necauerat. Dum homini plagas incutiunt: eumq; ſæuis modis & uariis pœnarum doloribus afficiūt: pompa forte ſubſequitur. Qui aderant triſte ſpectaculū ac indecoros motus grauiter tulere: iactatis ſolūmodo in amariſſimum adeo tortorem maledictis atq; cōuitiis: id tamē facinus nemo compeſcuit. Erat quippe plurima in ſeruos humanitas ob præcipua illorū miniſteria: leuiorq; cum eis uitæ cōmunicatio ſolebat haberi. Maxima uero hæc peccāti ſeruo īferebatur pœna: ut is plauſtri lignum cui temo affigitur: ſpectante uicinia ferēs: circūgeretur: quod ubi factum erat: īfidus a domeſticis & uicinis exiſtimatus: furcifer appellabatur. quod. n. græci hipoſtacem ac ſterigina: hoc Romani furcam nomināt. Cum igitur Latinus uiſa renuntiaſſet: ſenatus dubius inquirebat: quiſnam triſtis ille maluſq; præſultor pōpam anteceſſiſſet: donec nōnulli indigniſſimos eius ſerui cruciatus memoria repetiuerūt: quem ī foro plagis affectum poſtea necauerāt. Cōprobantibus itaq; pontificibus ſūptum ē de domino ſupplicium: Deoq; inſtauratum eſt ſolēni cum pompa ſpectaculum. Numa quidem cum aliarū rerum tū pōtificii iuris prudentiſſimus expoſitor: hoc Romanis ad ſūmum religionis ornamentum inſtituiſſe uidetur: ut cum principes aut ſacerdotes rem diuinam faciunt: præco ingenti uoce præcedens clamet: hoc age: animos ſacrificio. ſ. adhiberi iubēs: ne ullis interiectis operibus: quæ plurima humanis in rebus ui & neceſſitate quodāmodo fieri contigit: diuinus auerteretur cultus. Sacrificia ludos & ſpectacula nō hac tantūmodo ſed puſilla quoq; de cauſa inſtaurare Romanis mos eſt. Olim Theſſaram ducentibus equis cum unus eorum attonitus reſiliſſet: auriga habenas manu ſiniſtra corripuit: quocirca eam denuo pompā īſtaurari decretū. Inferioribus tēporibus unicū trigeſies actum accepimus ſacrificium: q̄ aliquis ſemper aut error aut ſcrupulus interceſſiſſet. Talis diuinis in rebus Romana religio eſt. Martius autem ac Tullus obnixe cum Volſcorum primoribus clandeſtina ferebant colloquia: inſtigabantq; ut Romanis quoad mutua fluctuant ſeditione bellum inferrent. At ii moleſte eam orationē admittebant: quoniam annuæ ſibi cum Romanis īdictæ fuerant induciæ. Belli tamē cauſam poſtmodum præbuere Romani: qui ob cuiuſpiam ſuſpicionem calūniæ in ipſo ſpectaculo per præconem indixere: ut urbe Volſci ante ſolis occaſum excederēt. Id quidam Martii dolo ac fraude peractum aſſerunt: qui ſubornatum quēdam ſenatui nuntiatum miſerat: ut Volſcis Romanos interſpectandū adoriri: urbemq; incendere conſiliū erat. Id quippe ſenatuſconſultū omnium in ſe Volſcorum uehementiſſimum

conflauit odium. Tullus atrocius rem uerbis attollens inſtigatos demum īduxit: ut urbes & quantum agri bello eis ademptum erat: a Romanis per legatos repeterent. Audi tis Romani legatis inique ferentes reſpōderunt: Priores quidem Volſcos arma ſūpſiſſe: poſteriores ea Romanos depoſituros. Tullus aduocata publice concione ubi decretum bellum eſt: accipi Martiū conſulit: eiq; depoſitis inimicitiis fidem haberi: ut quod prius bellando non uaſtarit: id nunc propugnando ſūmopere iuuet. Accitus Martius habita ad populum concione nō minus orando grauis q̄ armis potens plurimūq; ſapientia & animi magnitudine præſtans habitus: una cum Tullo dux belli & imperator dictus eſt. Timens igitur: ne dum Volſci neceſſaria bello tardius pararent: ei bene gerē dæ rei ſurriperetur occaſio: iuſſis prīcipibus & ī ciuitate potentioribus cætera compara re atq; inſtruere: ipſe nullo militiæ ordine expeditiſſimos ſecum trahēs ex īſperato romanum repente inuaſit agrum. Tanta inde uis prædæ: ut cum agendo tum ferēdo atq; uehendo Volſcoꝝ laxaretur exercitus. Is uero paucifaciebat: q̄ prædam abunde conuectaret lateq; uaſtaret agros: cuius uero gratia ea gerebat: permagni exiſtimabat: carpendos plæbi obiectare patricios. Nā cum aliorum uniuerſa dirueret: ſolos nobilium agros ſūma ope ſeruabat intactos: ac eorum nihil ſinebat intercipi: quapropter turbulentiſſimæ inter eos īcuſationes & iurgia excādebant. Hi quidem plæbeios iniquiſſime uirum fortem eieciſſe criminabātur: ii cōtra patricios recrudeſcentibus inimicitiis cōcitaſſe Martium querebantur: & afflictis bello cæteris eos ſpectatores ſedere: ac æris fortunarum q; ſuarum cuſtodes nactos ab ſe q̄lōge bellum habētes. Tum Martius uehementiſſimā ſe rem cōfeciſſe ratus: q̄ ad contēnendos hoſtes audacior iam Volſcus eſſet: prædam tutus abduxit. Vt uero non minus mature q̄ animoſe coacte ſunt īgentes Volſcorum copiæ: partim in urbibus præſidio relīqui partim belligerare Romanis cenſent. Martio autem alterius optionem imperii ipſi tradente Tullo: ille Martium cū ſe nuſq̄ īferiorem uirtute: tū uero meliore belli fortuna uſum affirmās: ducē foris uerſari ſtatuit: ſe autē ciuitatum præſidio futurum: & exercitui cōmeatus & neceſſaria ſuppeditaturum. Quibus rebus actior factus Martius in primis Circeum Romanorum Coloniam petit: cui ultro in eius poteſtate ſe dedenti uiolentum nihil ītulit. Inde Latinorum depopulatur fines: ibi pro latinis ſociis propugnaturos Romāos opinatus. At ii cum a Romanis multotiens ſubſidium īplorarent: ad id ferēdum ſegnior erat populus: cōſules uero extremo iam conſulatus tēpore pugnæ periculum detrectabāt: ea ꝓpter uacui Latini remiſſi: Martius ad eorum urbem caſtris admotis Tolerinos īde Vicanos Pedanos Bolanoſq; cōtra ferentes arma ui cæpit. Corpora ī ſeruitutem redacta bona eorum direpta ſunt. Qui ad eum īclinabantur: eos magna cura protexit: & ne quic q̄ detrimēti eo uel inuito paterētur: ab illorum agro q̄longiſſime caſtra dimouit. Poſt ea Bolla ſtadiis circiter. C. Roma diſtante potitus omnibus ferme uſq; ad īnoxiam ætatem cæſis īgētem nactus eſt prædam. Tum Volſci qui ād ciuitatum præſidia depoſiti erāt: q̄primum cum armis deferuntur ad Martium: hūc unum īperatorem ſolum ſuū q; agnoſcere dictitantes. Eius īclytum nomen & gloria admirabili uirtute per uniuerſā ferebatur Italiā: unius traditionem corporis tā incredibile rebus effeciſſe momentum. Romana res nullum ſeruabat ornamētum: nulla belli cura: quotidianæ diſcordiæ ſeditioſæq; cōtentiones: donec obſidione cīgi Lauinii urbē nuntiatum eſt. Ibi auita Deoꝝ tēpla Romanis erāt: inde primordia generis: quoniā id primum Aeneas oppidum condidiſſet. Tū mirum in modum populi repētina mutatio. Abſurdum uero ac incredibile patriciorum cōſilium: ſolicitus. n. de reducēdo in patriā Martio cū ſūma ui dānationem eius reſcinderet: patres habito ſuper plæbis uoluntate conſilio: id prorſus inhibuere: ſiue ut omnino infeſti populi uotis obſiſterent: ſiue q̄ plæbis gratia reuocari uirum nolebant: ſiue iam iccirco illi graues īfenſiq; forent: q̄ tametſi ne ab cunctis iniuria laceſſitus eſſet: uniuerſos tamen offenderat: & hoſtem ſe patriæ declararat: ī qua & potentiſſimos & præſtantiſſimos condoluiſſe ciues: ſecumq; pariter uiolatos ſciebat:

Lata de illius reditu rogatione abſq; ſenatuſconſulto inferenda lege ac ſuffragiis ianis erat plæbis auctoritas. Id ubi Martius accæpit: acrior ira ſubiit: omiſſaq; obſidiõe furore ſtimulatus ad urbem ire pergit: & ad celias foſſas quadraginta ab urbe ſtadiis caſtra locauit. Tum uiſus terribilior & quãq̃ ingentes antea tumultus attuliſſet: omnis tamen in præſentia ſædata diſſenſio. Nemo. n. aut princeps aut conſularis audebat de Martii reditu refragari. Cernere erat muliebres concurſus in urbe in Deorum tẽplis ſeniorum lachrymas ſuppliceſq; precatus cuncta pertrepida: nuſq̃ ſalutis aut conſilii locus. Tum prudẽtiſſimum plæbis de conciliãdo Martio conſilium extitiſſe ĩtelligebãt: incuſãdo omnino patres: qui dum placato opus erat: odium iramq; magis incitarãt. Legatos igitur ad Martium mittere placuit: qui reditum ei dantes ĩ patriàm inſtantis belli periculũ ſolui exorarent. Miſſi autem a ſenatu æquales Martii. Ii cũ primũ Martio occurrerent: ſeſe ab eo tum familiari tum amico ingẽti alacritate ſuſceptum iri putabant. quod ſecus eſt factum. per hoſtium caſtra deducti eum inter confertiſſimam turbam intolerabili grauitate ſedentem offẽdunt. Circũſtantibus Volſcorum primoribus legatos cauſam aduẽtus iuſſit exponere. Mitis (ut decuit) & humana plurimum eorum extitit oratio. Martius ubi deſiere loqui: reſpondit: pro ſe quidem ex accæptis ĩ iuriis acerbe irateq;: pro Volſcis ut imperator urbes & quantum agri ademerunt: reddi iubens: Volſcoſq; ſicut & Latinos ciuitate donari. Nullum niſi qui æquis iuſtiſq; conditionibus fit: firmũ ac ſtabilem belli finem. Ipſis ea de re conſultandi trigĩta dierum ſpatium dedit. Abeuntibus legatis inde ex agro caſtra mouit. Hinc Volſci qui eius potentiæ grauius inuidebant: primum crimen nacti ſunt: ex quibus & Tullus erat: priuatim quidem nullis a Martio laceſſitus iniuriis: uerum qui humanorum morbus animorum eſt: obſcurata penitus fama ſeſe Volſcis eſſe cõtẽptui mæſtus uidebat: qui omnia ſibi Martium eſſe putabant: reliquoſq; non niſi quantum honoris & potẽtiæ Martius erogaret: uſurpare dignum iudicabãt. Hinc prima criminationum cauſa occultis in illum modis diſſeminari cœpta. Hinc conſpirantes in eum Volſci ſuccenſebãt: ipſũ q; quia caſtra mouiſſet: proditionis ĩſimulabãt. Nec uero prodita hoſti mœnia uel arma: ſed temporis opportunitatẽ: cuius ea uis eaq; natura eſt: ut ſuperiora illa tum conſeruare tum in perniciem dare queat. Haud minuſq̃ triginta dierum ſpatium hoſti diſſe: in quibus nihilo maius rebus gerendis momentum acceſſiſſet. Quãq̃ id temporis interuallum Martius non ocioſus non ſegnis exigens: ſocios Romanorum ĩuadẽs: ferro igniq; uaſtaſſet: ſeptem ingentes populiſq; frequentes cœpit urbes: quibus nullũ Romani ferre ſubſidium prorſus audebant: adeo cunctorum animos terror affecerat: & reſolutorum ac rigẽtium more membrorum fractæ uires ad bellum erant. Inſtante die dicta Martius cum toto rurſus affuit exercitu. Miſſi denuo legati orare: ut ira poſita ex agro Volſcos educeret: quæq; utriq; magis in re ſit: dicat peragatq;: nihil metu ceſſuros Romanos eſſe. q̃ ſiquid æquũ Volſcus aut humanũ poſtulet: facturos ſe oĩa: modo arma deponat. Ad hæc nihil Martius ut Volſcorum imperatorem ſe reſponderе inquit: uerum uti adhuc Romanum ciuem proinde monere ſe orareq;: ut æquiora ſanioraq; conſulerent: utq; eius poſtulata comprobaſſent. Tertio demũ die redire iuſſit: q̃ ſi ſecus deliberent: nullam amplius uacuis in caſtra mandatis migrandi ueniam eis fore pernoſcant. Senatus ubi re infecta redeuntes accæpit legatos: perinde ac ſæua ciuitatem tempeſtas ac procella uexaret: tãq̃ ad extremam ancoram ad numinis opem implorandum confugit. Vniuerſos nãq; ſacerdotes haruſpices ædituos uates & exuetuſto Romanorum ritu augures ſolitis pro cuiuſq; ſacerdotio ornatos inſignibus ad Martium ire decernunt: orareq; ac deprecari: ut cum ſuis demum rediens in gratiã ciuibus: impium adeo bellum abducat. Hiſce uiris intra caſtra ſuſceptis nihilo mitius aut placabilius tribuit aut perfecit aut uerbum rediit: proinde aut prius imperata facerẽt: aut bellum ſuſciperent. Reuerſis inde ſacerdotibus ſædatis ĩ urbe motibus diſponẽdas eſſe cenſuerunt per muros uigilum ſtationes; qui ſubeuntes propulſarẽt hoſtes. Suam

de la prime legation enuoyee des Romains au champ des Volſques ou romulanus preſidoit. et quil leur Reſpondit.

de la ſeconde legation.

de la tierce legation qui fut a rome apres le ſacrifice quemirent les tremples dieux.

dehinc in tempore ac fortunæ inconſtantia ſpem collocantes nullum eorum ſaluti remedium adhibebant. Cunctam igitur ciuitatē turbatio pauor & dirus occupat rumor: quoad quod ab Homero perſæpe dictum eſt: tale aliquid obuenit: quod nequaq̄ multitudinis animo ſedet. Is. n. magnis in rebus & minime uſitatis hunc in modum īquit clamatq; : Olli pectoribus poſuit dea cādida pallas: At ſuperum quiſq̄ mentem cōuertit. Item & alio in loco: Fama animis populi diuina illabitur: & ſi Cogitat ut mentē diuorum iuſſa monebant . Quæ ut impoſſibilia & haud ſane credēda fabulamēta ſūt qui paruifaciant: cum tamen ea conuenientia quidem & pro humanæ cōſuetudinis ratione profecta Homerus cecinerit: quippe cum multotiens ita dicat: Aſt ego conſilium hoc animis ingentibus orſus: Sic fatus dolor eandem īuaſit: & ille Ambiguas uerſat p̄ fortia pectora curas. Et rurſus: At nihil illa Suaſit honeſta animo uerſanti bellerophōti. In magnis admirandiſq; rebus quæ impetu & inflāmato quodam indigere uideantur inſtinctu: non adeo delectum noſtrum eleuari: ſed moueri excitariq; uoluntatē facit. Nec uero ullos nobis appetitus uerum appetituum duces ingerit imagines: quibus cum ad inuitum minime opus cogat: fiducia certa ſpeq; ſimul adiecta recuſāti præſtāt initium. Aut. n. a noſtrarum cauſis actionum atq; principiis tollenda prorſus diuina ſunt: aut quonam alio modo opem adiumentumq; ferunt hominibus. Nec. n. Dii nobis corpus effingunt: nec ad res gerendas manus nobis & pedes componunt ac promouent: ſed efficaces animi uires atq; delectum quibuſdam primum imaginibus & cogitationibus excitant aut contra auertunt ac reprimunt ſiſtuntq;. Romæ autem matronæ uaria Deorum templa tenebant: plurimæ & longe quidem clariores Capitolini Iouis aram ſupplices adorabant. In quibus & Valeria eius ſoror Publicolæ qui Romanis ingentia perſæpe tum foris tum intus attulerat adiumenta. Publicola iam mortē obierat: quēadmodum in eius uita conſcripſimus. Valerie uita non dedecus ſed ſūmā potius ſtirpi ſuæ gloriam adieciſſe creditur. Ea igitur repente quo ſuperius dixi modo concita & diuina quadam meditante publicæ calamitatis cogitatione tacta exurgit: ſecūq; cæteras trahens ad Volūniam Martii genitricem contendit: cuius domum ingreſſa eā cum nuru ſedentem paruoſq; ſinu nepotes fouentem inuenit. Circūfuſis igitur mulieribus: Volūnia inquit tuq; Vergilia nullo ſenatuſconſulto aut principum edicto nos matronæ matronas adimus. At Deus noſtras (ut arbitror) miſeratus preces uigorem iniecit animis: ut horſū tū pro noſtra ciuiumq; ſalute: tum pro ueſtra gloria obſecraturæ ueniremus: clariori profecto ſi animum induxeritis futura: q̄q̄ Sabinæ conciliatis ex bello ad amicitiam & pacem maritis ac parentibus uendicarunt . Eya ſupplices pergamus ad Martium: ad quem uerum iuſtumq; de patria perferte teſtimonium: q̄ ipſa licet multis oppreſſa miſeriis nihil tamen ob iram graue uobis aut infeſtum intulit: quin illi uos reſtituit incolumes: tametſi nullam ab eo ſit aſſecutura clæmentiā. Ea orante Valeria reliquæ acclamauere mulieres. Tum Volūnia ita reſpondens: Et publicarum īquit matronæ calamitatū æqua nobis portio eſt: & priuatis affligimur malis: quæ cum Martii gloriā & uirtutem āmiſerimus: hoſtilibus magis armis circūſeptum q̄ ſaluum aut liberum eius corpus aſpicimus: ingens uero uobis calamitas incumbit: ſi adeo patriæ uires relangueſcunt: ut ſuam in nobis ſpem collocarit. Enimuero neſcia ſum quanti nos faciet qui adeo patriā aſpernetur: & nihil faciat: quā matri & uxori & liberis antepoſuit. Verum enimuero ad illum nos deducite: ut ſaltem pro patria ſupplices expiare liceat. Tum pueros ac Vergiliam una cū reliquis ſecum mulieribus ducens caſtra Volſcorum adiit. Earum miſeranda facies hoſti reuerentiam iniecit atq; ſilentium. Hic Martius in ſuggeſto inter Volſcorum proceres ſedens: ubi eas aduentare mulieres uidit: admiratione confectus eſt: in primis uenientem uxorem noſcitans: īmoto & obſtinato perſiſtere animo uoluit: uerum conſternatus affectu & ad ipſarū confuſus intuitum haud tulit: ut ſe ſedentem adiret: ac pernici deuolans gradu obuiā prodiit. Et matre primo diutiſſimeq; ſalutata īde uxore ac filiis nullo iā pacto frænare

lachrymas poterat. Vt uero dulces incœpti ſunt amplexus uirum parentis amore per
inde ac ſecundo fluminis curſu deferri cernere. Cæterum cum inchoantem iam uerba
matrem intelligeret: accæptis Volſcorum primoribus Volumniam talia orantem au
diuit: Etſi fili taceamus: ipſe tum ueſte miſeri corporis apparatu cernis qualem dome
ſticæ rei conditionem tuum nobis confecerit exilium. Exiſtima uero q̃ cæteris longe
mulieribus infœliciores acceſſimus: quibus dulciſſimum aſpectum fecit fortũa: terribi
lem te mihi filium: huic uero maritum: patriæ muros obſidentem aſpicimus: Et quod
cæteris calamitatis & malorum ſolet eſſe ſolatium: Deos orare q̃ procul nobis ablatum
eſt. Non. n. & patriæ uictoriam & tibi ſalutem implorare fas eſt: quæq; atrociora quiſ-
piam nobis iprecaretur: hoſtis ea noſtris inſinit precibus. Vxorem. n. ac liberos aut pa
tria aut te orbari neceſſe eſt. Ego uero dum hæc uiuẽti mihi bellum fortuna diiudicet:
haud morabor: teq; niſi poſitis inimicitiis ad pacem atq; concordiam conciliauero: ita
ut uterq; potius beneficum q̃ alteri pernicioſum te reddas: hoc tibi perſuade ſicq; cõ
firmatus & paratus accede: ut non ante hoſtiles patriæ manus conſeras: q̃ cæſam calca
ueris parentẽ. Nec. n. ea mihi expectanda dies eſt: qua filium aut in triumpho tractũ a
ciuibus: aut de patria triumphantem aſpiciam. Quod ſi pro cõſeruanda patria profli
gari a te Volſcos exorarem: graue fili iniquũq; tibi fateor īminere conſilium: nãq; neq;
ciuis perdere bonum eſt neq; tuos cõmiſſos fidei perdere iuſtum. Nunc malorum finẽ
imploramus: ſimulq; populis utriſq; ſalutem. Quæ res maximã Volſcis gloriam com
parabit: q̃ cum ingentia nobis bona & uictores quidem tribuerint: non minus iocun-
dam ipſi pacem & amicitiam ſint conſecuturi. quæ ſi effecta fuerint: tu tantorum pro
fecto dux eris & cauſa bonorum: ſin ea infecta permanſerint: utriq; noxam in te ſolũ
crimenq; reiicient. Cũq; incertus belli ſit euentus: hoc certi ſecum affert: ut ſiquidẽ uin
cas īmaniſſimus patriæ uaſtator appellandus ſis: ſin uictus ſuccumbas: ob tuam uide
beris iracundiam benefactoribus & amicis ingẽtium origo malorum extitiſſe. Hæc dũ
oraret Volũnia: nullum reſpondens uerbum Martius intentis excipiebat auribus. Vt
uero deſierat: cum is diuturnum teneret ſilentium: rurſus Volũnia: Quid ſiles inquit
nate? nũ iræ receptarumq; iniuriarum memoriæ omnia concedere ſatius arbitraris: an
deprecanti talia matri largiri pulcherrimum munificentiæ genus non eſt? Magni ne ĩ-
tereſſe uiri putas acceptorum meminiſſe malorum? Suſcæpta autem a parentibus be-
neficia eorum cultui ac uenerationi reddere: num excælſo potius ac bono digniſſimũ
uiro munus cenſes? Cæterum gratiam habere tueriq; magiſq̃ tu debuit nemo: cum ta
men per acerbiſſimam adeo īgratitudinem eas. Et cum permagnas iam patriæ pœnas
exegeris accæperiſq;: nullas adhuc matri grates rettuliſti. Erat uero æquiſſimũ atq; ſãc
tiſſimum: ut abs te uel nulla ingruenti neceſſitate tam honeſta tãq; iuſta poſtulans ĩ-
petrarem. Quid cum in meam te uerbis ſententiam deflectere nequeam: extremæ iam
parco ſpei. Hæc affata cum uxore ſimul ac liberis pedibus aduoluta procumbit. Tũ cõ
clamans Martius: qualia mihi ait factitaſti mater: & iacentẽ ſuſtulit: & preſſa dextra
inquit: Viciſti patriæ quidem proſperam nimis atq; nimis: pernicioſam autẽ mihi uic
toriam. Abs te tantum ſuperatus abſcedam. Inde ſolus matri ac uxori pauca locutus:
eas remiſit in urbem. Deinde ſimulatq; nox abiit: Volſcos abduxit: haud equidẽ om
nes eodem quo prius ſtudio aut paribus diſpoſitis ſententiis. Hi nãq; uirum & geſtã
rem improbare: illi uero quibus ad pacem inclinabatur animus īcuſare neutrum. Alii
q̃q̃ id ægre perferrent factum: haud tamen Martium improbum malignumue opina
ri hominem: quoniam tantis fractus neceſſitatibus conceſſiſſet. Reluctante igitur ne
mine uniuerſi uirtutem magiſq̃ imperium & poteſtatem eius admirãtes: ipſũ ſunt cõ
ſectati. Quantus belli terror ac periculũ cunctos oppreſſerit: ex eo ſoluto facile cogno
ſci licet. Romanus. n. populus ſimulatq; mouere caſtra Volſcos conſpicatur: reſeratis
Deorum templis coronati perinde ac parta uictoria paſſim īmolabant. Præcipue uero
in compenſãdis honore mulieribus ſenatus populuſq; lætitiã declarauit: quas ſalutis

initium extitiſſe:egregie tum arbitrabantur:tum prædicabant.Decretum igitur eſt a ſenatu:ut quicquid illæ uel ad gratiam uel ad decus repoſcerent:id conſules effectum darent.Nec tamen aliquid niſi fortunæ muliebris templum ab ſe ædificari popoſce runt:ſumptum quidem ex ſemet collaturæ modo & ſacrificia & diuīos honores publi ce ciuitas dedicaret. Patres earum magnificentia collaudata ædem publica poſuerunt īpenſa.Illæ collata nihilominus fortunæ ſimulacrum pecunia compararūt.Quod dū conſecraretur:ita locutum Romani memoriæ prodiderunt:Grata me Diis lege riteq; me matronæ dicaſtis.Eam ſecundo uocem manaſſe rumor eſt:Ardua hæc & que ægre facta credamus:ſiquidem e ſimulacris ſudorem lachrymas & cruentas apparuiſſe ſtil las nēquaq̄ impoſſibile:ligna.n.& lapides plærūq; oriundam ex humore putredinē cō trahunt:ſubīde multos ex ſe colores emittentia:uariaſq; ex aere tincturas ſuſcipiētia. Quæ res quo minus Deorum īmortalium prodigia ſint:nihil impedimento eſſe arbi tramur:parte etiam aliqua ſciſſa uiolentius aut diſiuncta penitus gemitui aut ſuſpi rio pſimilem queunt edere ſimulacra ſonitum.Ex īanimis autem articulatam uocem manifeſta uerba abſolutamq; aut integram formari orationem prorſus abſurdū. Si non anima non Deus abſq; corporis inſtrumentis certa partium oratione cōpacti ſo nans loquenſq; fuit.At cum ueriſimili nos teſtimonio multotiens urget hiſtoria: id profecto eſt quod īnatus affectus & ægritudo quædam ſimilem ſenſibus rerum appa rentiam imaginante animo inducit:quēadmodum in ſōnis audire non audiendo & a ſpicere non aſpiciendo uidemur:haud tamen mortalium tollenda religio eſt. Atq be niuolentia & pietate ita diuinis afficiuntur:ut nequid ex his deponere aut diminuere queant:id eorum fidei permagnum momentum adeſt:q; mira Dei uis exiſtit.Nec ue ro pro noſtra diuina penſanda potentia:quæ nullo pacto humanæ non natura nō mo tu non arte non uiribus equiparanda eſt:ſiquid nobis impoſſibile efficiat:aut nobis ī excogitatum excogitat:certe nequicq̄ abſonum.Cūq; omnibus in rebus plurimū inter ſit:tum uero in operibus maxime diſpar & diſſimilis exiſtat. Verumenimuero (ut pla cet Heraclito)diuina plurimum ob incredulitatem neſcita deliteſcunt.Vt uero Antiū Martius rediit: Tullus ī ipſum grauiſſimo ſtimulatus odio ei confeſtim necis orditur inſidias:ueritus ne ſi in præſentia effugerit:non altera ſibi præſtetur occaſio.Conſpirā tes igitur & inſtructos in illum complures incitans:rationem Volſcis reddere: & magi ſtratu ſeſe abdicare iuſſit.Ipſe timens ne adhuc imperio durante Tulli:qui maxima ī ter ciues ſuos pollebat potentia:ſe priuatum faceret:imperio ſe abdicaturum: ſi Vol ſci edicerent aiebat. Illud.n.ſeſe iubētibus uniuerſis iniſſe:neq; nunc recuſare:quī mo do uelint Antiates rationem adminiſtrati reddat imperii.Aduocata concione impigri aderant factioſi homines plæbem īſtigantes.Aſſurgēte poſtmodum Martio ingens tu multus ob præcipuam eius reuerentiam compreſſus:ut intrepide diceret ſinit.Antia tes quoq; primores & qui pace magis lætabantur aperta dabant ſigna:ſe comiter audi turos:& iuſtam prolaturos ſententiam.Aſt uiri confutationem Tullus extimuit.Erat enim in dicendo grauiſſimus:maiorem poſterius in cauſa dicenda gratiam priora ſibi geſta comparauerant:quin eius hominis gratiæ magnitudinem certiſſimo teſtimonio ipſum declarat crimen.Nec.n.iccirco tantas accæpiſſe quererentur iniurias: q; in eorū poteſtatem redacta Roma non eſſet:niſi ut illam ſibi prope ſubiicerent Martii uirtus effeciſſet.Vlterius itaq; īmorari aut tentandos eſſe multitudinis animos audaciſſimi nequaq̄ cenſuere cōplices:& ne orans audiretur:ingētes ſuſtulere clamores.Haud par uifaciendum non negligendum hunc proditorem Volſcis dominantem principatu ſe abdicare nolle.Tum ſimul adorti opem ferente nemine uirum trucidant.Id autē fa cinus nō omnibus collibuiſſe mox declaratum eſt.Ad eius.n.corpus honorifice humā dum e ciuitatibus concurſum eſt.Illius ſepulchrum tāq̄ præſtantiſſimi & bellatoris & ducis armis & ſpoliis exornatum.Romani illius audita morte nullum aliud uel hono ris uel odii ſignum aperuere. Poſtulantibus matronis ut eum decem lugere menſes

liceret:conceſſum:qui mos lugendi patri filio ac fratri erāt. Id lōgiſſimi ſpatium luc tus ab Numa Pompilio inſtitutum eſt:quēadmodum cum res illius ſcribebamus:ex poſuimus. Inde Volſcorum res e ueſtigio Martium deſiderauere. Primū nāq; īter eos atq; Sicanos tum ſocios tum amicos de imperio orta ſeditio ad uulnera uſq; cædeſq; prouecta eſt. Poſthac prælio a Romanis ſuperati in quo & Tullus occubuit: & ſuarū flore copiarum īternicioni dedito:turpiſſimū percuſſere fœdus:ubi ex propria liberta te delapſi parere & ſe imperata facturos adſtipulati ſunt.

Comparatio Alcibiadis & Martii.

Caeterū expoſitis oībus rebus quæ ī ſe ſūt nobis cognitiōe atq; memoria di gnæ:nūc operepreciū eē exiſtimo Martii & Alcibiadis mores naturæ atq; totius uitæ curſū breuibus uerbis cōferre. At ſi primū res bellicas cōſpirare uolumus:r̄periēus pariter ab utriſq;:cū duces exercitus eſſēt:multa præcla ra atq; egregia facīora edita:niſi qs Alcibiadē ī eo āteferēdū putet:q̄ plures q̄ Martius uictorias conſecutus in cunctis certaminibus: quibus terra mariq; hoſtes ſuperauit: ſic conſilio diſciplina atq; ordine militari omnia geſſit:ut nihil ab eo prætermiſſū eſ- ſe appareat:quod a peritiſſimo duce expetendum foret. Illud autem pariter ambobus tribuendum puto:q̄ eorum præſentia res ſemper florere augeriq; uidebātur: abſentia uero aut debilitari aut corruere. At popularem uiuendi modum adulationibus blandi tiiſq; refertum:quibus ille ad aucupandam gratiam multitudinis ſæpius fortaſſe q̄ de cuit utebatur:in Alcibiade plæriq; reprehendunt:in Martio econtra ſuperbiam arrogā tiamq; redarguunt:quam ad paucorum ſemper potentiam conuerſam odioſam fuiſ ſe dicunt. po. ro. Nos uero ut neutrum in his laudandū ſic hominem multitudini blā- dientem minus q̄ eandem aſpernantem uituperandum cenſemus. Turpe eſt. n. adula tionibus imperitam multitudinem capere:ut opes q̄maximas conſequaris. At populū deprimere in eum inſurgere uim quoq; afferre:ut potentia uehementer excellas:nō ſo lum turpe eſt:ſed etiam iniuſtum. Habitus eſt autem Martius moribus integer ac in omni uita conſtans:Alcibiades econtra uerſutus callidus & ī fallendis hominibus auc tor egregius. Vnde illius dolum quo Lacedæmoniorum legatos decæpit:amicitiam la befactauit:pacem diſſoluit:omnes uituperant:q̄q̄ excitato poſtea ſua opera bello potē tiorem rempub. reddidit:Mantinenſium ac Argiuorum ſocietate adiuncta. Martium quoq; apud Dionyſium hiſtoricum in maxima illa celebritate ludorum:qui Romæ ī ſtaurabantur:cum falſis calūniis populorum animos concitaſſet:auctorem fuiſſe cō- perio:ut graue inter Romanos & Volſcos oriretur bellum. Cauſa uero qua Martius ar ma hoſtilia in patriam uertit:turpior lōge q̄ Alcibiadis fuiſſe uidetur. Non. n. conten tione diſcordiaq; ciuili:ſed ira ac indignatione quadam:a qua nemo unq̄(ut īquit Di on)gratiam reportauit:prouocatus tum patriam tum multas Italiæ urbes: quæ nullā in eum culpam contraxerant:fœde turpiterq; afflixit. Atqui Alcibiades multis iniuriis laceſſitus ſuis ciuibus inferens bellum maximarum calamitatum cauſa fuit:pœniten tibus tamen poſtea non modo non ignoſcebat:ſed etiam periclitantibus ſæpe adiumē to ac præſidio erat:& cōmunicando & monendo & fauendo. Martius præterea ciuita- tem in primis totam uexauit: cum non a tota iniuriam ſuſcepiſſet: ſed maxima at- que optima ciuium pars in eadem cauſa: in qua ipſe fuiſſet: & contentionis & peri- culi uerſaretur. Deinde multis legationibus miſſis ſupplicationibuſque decretis: ut unius hominis iram lenirent:ſic ſe implacabilem præbuit:ut bellum ſuſcepiſſe uidere tur:non quo in urbem rediret:ſed ut funditus ciuitatem euerteret. Præter hæc Marti- us optime de ſe meritos Volſcos:qui eum exulantem ſuſceperant:dignitatem ei detu lerant:imperium ac totius belli adminiſtrationem cōmiſerant:in medio curſu ſecūda rum rerum deſeruit:Alcibiades uero ab agris Lacedæmonem ueniens priuatus in urbe

priuatus etiam in exercitu manſit. Et cũ egregiam operã in bello nauaſſet: prouocatus Lacedæmoniorum inſidiis animum ſimul cum cauſa permutauit. Itaq; ad Tiſapher/nem ſe contulit eo conſilio tantum: ut Barbarum qui grauiſſimus hoſtis impẽdebat: ab Atheniẽſium ceruicibus remoueret: ac urbem Athenarũ ĩ quã redire magnopere cupiebat: integram incolumẽq; ſeruaret. Sed plæriq; homines qui utriuſq; mores cõſiderant: Alcibiadem aiunt nimium cedentem cupiditatibus ſuis: pecuniam ex corruptelis ſolitum eſſe accipere: eãq; deinde ad uoluptatem libidinemq; conferre: Martii econtra integritatem ac ănimi moderationem ſic ſuis laudibus efferunt: ut ipſũ plærũq; ab iis etiam pecuniis: quæ & honeſte ei deferebantur: & iuſte accipi poterant: abſtinuiſſe dicant. Verum in controuerſiis de ære alieno & nexorum cauſis iudicandis nõ tam lucri ſpe aut cupiditate alicuius cõmodi conſequendi: q̃ arrogantia & aſperitate naturæ difficilis Martius habebatur. Itaq; ii etiam de quibus ille bene meruerat: moroſitatem hominis uel domeſticam ſolitudinem (ut inquit Plato) iniquo animo tolerabant. Alcibiades uero ſibi omnes homines quibus cũ uerſabatur: incredibili arte conciliabat: & ĩ rebus gerendis id aſſequi uidebatur: ut quod arduum apud mortales putant: gratiam ſimul cum gloria iungeret. Quin etiam cum magnis calamitatibus interdum rempub. affeciſſet: ſua tamen affabilitate ſic Athenienſium animos capiebat: ut illi iniuriarum plærũq; obliti: imperium ei magna cum auctoritate deferrent. Martius uero honorem quærens ob multa fortitudinis opera ſuæ uirtuti congruentem aſſequi non modo nõ potuit: ſed repulſam quoq; cum ingenti ignominia tulit. Si igitur illum gratia hominem ſequebatur: hunc admirabãtur omnes: amare non poterant. Illud autem uere dici poteſt: Martium cum eſſet Romanorum dux: ſemper Romanæ reipub. profuiſſe: obfuiſſe nũq̃: Alcibiadem uero ducentem Athenienſium copias maxima interdum detrimenta ſuæ patriæ atq; incõmoda attuliſſe. Alcibiades præterea in ciuitate ſemp præſens aduerſarios ſuperabat: abſens inimicorum calũniis criminibuſq; obrutus ſine cõtrouerſia uincebatur: Martium & præſentem damnarunt Romani: præſentem quoq; Volſci iniuria necauerunt: q̃q̃ ipſe cauſam ſuccenſendi æquam illis præbuiſſe uidetur: cum id bellum quod publice ſuſcæperat: a mulieribus perſuaſus priuatĩ depoſuit. Illud præterea non recte a Martio factum eſſe uidetur: q; potius pietate matris q̃ ciuitatis: cuius illa quoq; pars erat: miſericordia motus patriæ ſuæ ignoſcendum putauit: nã oratorum precibus ſacerdotum ſupplicationibus ſpretis: qui ſuis iſignibus uelati ſupplices in caſtra acceſſerant: totius deniq; po.ro. luctu gemituq; neglecto: unius mulieris lachrymis ceſſit: ac ſi patria illius cauſa non per ſeipſã ſeruari mereretur. Patriæ igitur ſuæ pepercit: neq; a Romanis perſuaſus: contra quos arma ſuſceperat: neq; perſuadens Volſcis pro quibus gerebat bellum. Horum omnium natura hominis inſolens & ſupra modum in rebus gerendis elata cauſa fuiſſe uidetur: quæ quidem multitudini per ſeipſam moleſta: cum ei honorum libido cupiditaſq; accedit: intolerabilis fieri ſolet. Itaq; huiuſcemodi uiri cum in petendis magiſtratibus a populo repelluntur: dolẽt indignantur ferre non poſſunt: nec ſatis meminiſſe uidentur: non tam illos præferri q̃ uirtute prudentiaq; excellunt: q̃ eos poſthaberi: qui neq; populum rogandum neque multitudinem colendam cenſent: Vt olim Metello Ariſtidi & Epaminundæ eueniſſe aiunt: q̃q̃ ii a populo ſæpe reiecti non admodum ſuæ reipub. ſuccenſebant: ſed illatæ iniuriæ poſtea pœnitẽtẽ magiſq̃ unq̃ ãtea ãplexabãtur: nitebãturq; in omnibus rebus gerendis: ut uiros optimos decet: bene de ciuitate mereri. Quid enim ſtultius q̃ multitudinem aſpernantem grauiter ferre: ſi a multitudine negligatur? Alcibiades igitur cernens populum ſæpe gratia flecti: precibus cedere: affabilitate capi: cum in obſeruanda multitudine ſtudium ac diligentiam adhiberet: mirandum non erat: ſi poſtea honoratus gaudebat: poſthabitus autem iniquo animo iniuriam tolerabat: Martium uero ſiue nolentem ſiue neſcientem colere eos qui ſuæ ambitioni obſequi poterant: minus grauiter ferre decuit repulſam ſua prope culpa cõtractam. Atq; hæc ſunt quæ ĩ eo uiro

reprehendenda esse putamus. Reliqua omnia splendida ī Martio & summa laude digna comperio: sed præsertim pecuniarum abstinentiam ac uitæ integritatem. Quibus non cum Alcibiade qui in his nec continentiæ unq̄ nec honestatis rationem habuit: sed cum optimo quoq; græcorum conferri posse uidetur.

THEMISTOCLIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

THEMISTOCLI INITIA GENERIS PARVM sane glorioſa fuere. Patre.n. ipſum Naocle haud claro quidem homine ex populo Phrearrio tribuq; Leōtide ex nō iuſta matre natum perhibent: eamq; threiciam genere Abrotonum nuncupatam: Sed magnū græcis (ut mihi uere uideor dicere) Themiſtoclem peperit. Phanias autem Themiſtoclis matrē tradit nō Threiciam ſed Cariam neq; Abrotano ſed Euterpei nomen fuiſſe. Neāthes quoq; Alicarnaſſum Carie ciuitatem patriam illi aſcribit. Quare in Cynoſarges contribuentibus nothis (ideſt autem extra urbē Herculis gymnaſium: q̄ ne is quidem legitimus extitiſſet ob matrem quæ mortalis erat) p ſuaſit ingenuis quibuſdam adoleſcentibus: ut in Cynoſarges deſcenderent: atq; una ſe cum iungerētur. Quo facto uidetur nothorum ac legitimorū callide ſuſtuliſſe. Quod uero Lycomedas generis propinquitate attigerit: ex eo maxime apparet: q̄ phlye teleſtrium: ideſt initiandi locus: quod erat Lycomedarum cōmune: a barbaris ante incēſū ipſe īſtaurauit: & picturis illuſtrauit: ut Simonides tradit. Adhuc etiam puer uehemēs admodum animi plenus atq; ſpiritus fuiſſe dicitur. Cūq; foret natura prudens: elato animo magna ſemper atq; eximia ſpectabat. Nam cum ei a diſcipulis præcipiendis qeſcere ac animum relaxare licebat: non ut reliqui ſolent pueri: ludis & inertiæ ſe dedebat: ſed excogitandis orationibus quibuſdam componēdiſq; aſſidue uerſabatur. Erāt autem eæ uel accuſationes cuiuſdam uel puerorum defenſiones. Vnde & magiſtrum eius dicere ſolitum quandoq; ferunt: Nihil equidem te paruū o puer: ſed certe magnū aliquod bonum aut malum futurum auguror. Nam ad īgenuas diſciplinas illas: quæ ad gratiam & liberalem educationem quæruntur: perdiſcendas tardo hebetiq; īgenio fuit. Quibus autem ad prudentiam & rem gerendam informantur hominum mētes: eas contempſit manifeſto atq; deſpexit: ut qui ſupra ætatem naturæ bonitate confideret. Ex quo effectum eſt: ut cum poſteriori tempote in iis diſceptationibus: quas liberales & urbanas uocitant: irrideretur ab eruditis: grauius atq; aſperius ſe defendere cogeretur: cum diceret ſe lira canere: & pſalterio uti neſcire: ueruntamen ciuitatē paruam & obſcuram maximam ac clariſſimam reddidiſſe. Etſi.n. Steſimbrotus affirmet Temiſtoclem Anaxagoræ audiendi ſtudioſum fuiſſe: & Melyſſo quoq; phyſico operā dediſſe: temporibus tamen errauit. Contra Periclem.n. Themiſtocle natu multo iunioré

Locum ſcr. de me ſtorler reſtudiam a hōne?

Samios obſidentem Meliſſus pro Samiis imperator pugnauit:cum Anaxãgora autẽ uerſatus eſt. Magis igitur Mneſiphilo credendum uidetur:qui Themiſtoclem Phrearii auditorem fuiſſe aſſeuerat:qui neq; orator fuit neq; phyſicus:ſed eam ſapientiam quam uocant re autem uera bellicam facultatem & quandam rerum gerendarũ prudẽtiam & cognitiõem profeſſus eſt:Solonis ſectam quadam quaſi ſucceſſione ſecutus: quam poſteriores cum ad uim iudiciariam adiunxiſſent:& a negociis ad uſum dicẽdi orationeſq; traduxiſſent:ſophiſtæ habiti & nuncupati ſunt. Sed ad hunc cum iam rẽ pub. gerere aggreſſus eſſet:ferunt ſe contuliſſe. In ipſius autem iuuentutis primordiis naturæ tantum muneribus adiutus eloquentiæ uero penitus & eruditionis expers:nec ſatis ſibi conſtare nec in iiſdem ſemper conſiſtere uiſus eſt:cum natura ipſa in agendo magnas in utrãq; partem mutationes induceret:& ad deterius ſæpe ferrentur: ut ipſũ in poſterum fateri non puduit:aſperos inquiens & ĩmites pullos ĩ optimos equos euadere:cum idonea illis diſciplina & inſtitutio adhibetur. In quibus autẽ aliqui fingẽdo diſſentiunt a patre illum repudiatum eſſe:& uoluntarium matris interitũ ex filii ignominia conflatum:ea & falſa uidentur & contrariæ quoq; auctoritates aſſunt. Quibus dicitur pater cum eum a capeſſenda repub. deterreret:uetuſtas illi triremes abiectas in littore & contemptas oſtendere conſueſſe:quaſi eodẽ modo a multitudine populi ſtudioſi homines cum inutiles ſunt tractarẽtur. Celeriter autem & audacter uiſus eſt rem pub. incenſus cupiditate gloriæ attigiſſe. Qua ſtatim ab initio cum uendicare ſibi ſtuderet principatum:duras inimicitias ſibi potentium & principum ciuitatis conflauit. Maxime uero Ariſtidem Lyſimachi filium contraria in repub. ſentientem aduerſariũ habuit:etſi uidetur Themiſtoclis cum te ſimultas iuuenile initium habuiſſe. Amabat uterq; Steſileam chiam genere mulierem ſane forma præſtantem:ut Ariſton philoſophus tradit. Ex hac poſtea in repub. perpetua inter eos diſſenſio mãſit: q̃q̃ uitæ ac morum diſſimilitudo non parum eam auxiſſe uidetur. Nam Ariſtocles cum uir probus foret & natura mitis & manſuetus:nec ad gratiam aut gloriam inanem rempub. gereret:ſed ſecuritati ciuium habita honeſtatis & iuſtitiæ ratione conſuleret: cogebatur cũ Themiſtocle qui ſtudio nouarum rerum populum aſſidue concitabat:in certamen cõtentionemq; deſcendere:eiuſq; creſcentem potentiam cohibere. Dicitur. n. adeo inflãmatus ad gloriam:adeo rerum maximarũ ambitione honoris cupidus extitiſſe:ut quo tempore ſuperatis in Marathone barbaris Miltiadis ducis gloria celebrata eſt:iuuenis adhuc ad ſe rediens diutius omnia uolutaret animo:& nocturnis uigiliis indulgeret/cõſuetis repudiatis conuiuiis:rogantibus uero admirantibuſq; eius uitæ mutationem reſponderet:Miltiadis Throphæum ſibi ſõnos adimere. Cum igitur cæteri exiſtimarent a barbaris in Marathone re male geſta bellum ſe in poſterum ſuſtuliſſe:Themiſtocles eam rem maiorum certaminum initium ducebat eſſe:ad eaq; obeũda pro Græcia uniuerſa ſe tãq̃ in palæſtram unxit:aſſidueq; ciuitatem exercuit q̃longiſſime futura ꝓſpiciens. Cũq; mos eſſet Athenienſibus magnos ex argentifodinis prouentus in plæbẽ diuidere:ſolus in populum adiens ſuadere auſus eſt:ut ea diuiſio tolleretur:& eæ pecuniæ in triremes ad bellum eginenſe parandas atq; ædificandas conferrentur. Nam id ĩ primis tota Græcia maximum maximeq; atrox fuit: eginetæque nauali potẽtia mare quondam tenuere. qua re Themiſtocles:cum non Darium aut Perſas formidandos diceret (longe. n. hi aberant) nec magnum de te metum præſentes iniecerat:ſed ire in eginetas & contentionis ciuium opportunitatẽ nactus ad parandas triremes leuiter eos & facile impulit. Centum. n. ex illis pecuniis triremes ædificatæ poſt cũ Xerxe nauali prælio dimicarunt. Ex hoc paulatim deducendo ad rem maritimam ciuitatem traduxit: ut cum pedeſtribus copiis haud pares barbaris forent:maritimis uiribus eorum ĩpetus coercerent. Itaq; ex fortibus ſtrenuiſq; militibus & qui digni Græcia imperio putarentur:nauticos homines: ut inquit Plato:& maritimos fecit:& maliuolis occaſionem ad reprehendendum reliquit:cum dicerẽt Themiſtoclẽ haſta & ſcuto ciuibus ſuis adẽpto

Athenienſium populum ad nautarum opera & remigum traduxiſſe. Eaq; omnia uicta Miltiadis repugnantis auctoritate ex ſētētia geſſit: ut Teſimbrotus affirmat. Quod ſi his geſtis de uera ac ſincera gerendæ reipu. ratione deflexit: altius perſcrutantiū ſit iudicium. Quod autem tum græcorum ſalus ex re maritima conſeruata ſit: q̄q; Athenienſium ciuitatem dirutam funditus & euerſam triremes uendicarunt: cum alia tū Xerxes ipſe teſtimonio eſſe poteſt. Integro. n. terreſtri exercitu nulla prælii offēſione poſt illam naualem cladem in fugam conuerſus eſt: quippe cui minus ad decernēdum prælio ſuppeterent uires: ac mardonium magis ut perſecutionem græcorum retardaret: q̄ ut eos ſubigeret: ut mihi quidem uidetur: dimiſit. Illi uero in parandis pecuniis ſtudium & diligentiam: alii liberalitatis & beneficentiæ laudibus deprecantur. Nam munifi cum quidem uirum & ſplendidum ad ipſas peregrinorum & hoſpitum inuitationes ſumptu permaximo aiunt indigere. Alii in deteriorem partem parcitatis atq; exilitatis cōmemoratione traducunt: quippe quem ferunt etiam cibaria ſibi muneri miſſa uē dere conſueſſe. Cum autem a Philide nutritore equorum dono poſtulaſſet equū: ac ille ſe largiturum negaſſet: minatus eſt ille ſe domum eius continuo ligneum equū facturum: obſcure uidelicet per enigma minatus: propinquorum crimina & accuſationes in hominem ſe coniecturum. At ſplendoris & gloriæ cupiditate mortales omnis exuperauit: qui cum iuuenis adhuc eſſet & obſcurus: dicitur Epiclem citharistam: qui cū colebatur ſūmo ſtudio ab Athenienſibus: rogaſſe ut apud ſe artem exerceret: cupiens domum ſuam a multis queri & frequentari. Et olympiam cum ueniſſet: cœnarumq; & tabernaculorum apparatu ac cætero luxu magnificentiaq; cum Cimone certaret: inuidiā in ſe græcorum & offēſionem concitauit. Illum. n. natu iuniorem & ampliſſima familia natum eas res omnis decere arbitrabantur. Is uero uix dum ſatis notus: ſed qui uideretur minus ſuppetentibus facultatibus præter dignitatem efferri: oſtētationis ac iactātiæ ſubiit nomen. Vicit autem cum tragœdiis impēderet: cum magna iam ſtudia eius certaminis atq; ambitiones forent. Tabulam quoq; fixit: in qua erat ſcriptum: Themiſtocles Phrearius eorum præbuit: Phrynicus docuit: Adimantus præfuit: attamen gratus multitudini fuit: tum q̄ in iure dicendo cōſeruandoq; rerum cōtractarum fide triſtem & ſeuerum iudicem ſe præberet: ut fuit illud in Simonidem ciuem: qui ab eo cū prætor eſſet: præter æquum quiddam poſtulauit: Nā neq; tu inquit bonus poeta eſſes ſi modos & numeros in canendo contēneres: neq; ipſe bonus prætor ſi gratiam cuiuſq̄ legibus anteferrem. Ac rurſus in eundem Simonidem cauillis inuectus: inſanire illum dixit: cum Corinthios obiurgaret magnam incolentes urbem: ipſe ſui ſtatus fingeret: qui ita aſpectu eſſet fœdo ac deformi. Ad poſtremum auctus magnis opibus & gratia populari exortis inter eum Ariſtidemque ſeditionibus teſtarum: illum exilio ciuitate eiecit. Cum uero iam medi deſcenſus īminere ciuitati putaretur: Athenienſeſq; de imperatore ad id bellum deligendo conſilium iniiſſēt: ferunt reliquos omnes periculi metu perculſos munus imperii ſponte recuſaſſe: Epicidē tantum Ephemidi filium popularem hominem & dicendi facultate & copia præditum: ſed luxurioſum & nequam & quæſtui pecuniario deditum imperii cupidinem inuaſiſſe. Cūq; id iam tū obtenturus ſuffragiis omnium putaretur: Themiſtoclem ueritum ne ille demandato ſibi īperio Athenienſium res euerteret: pecuniis de ambitione Epicidem deieciſſe. Laudatur autē eius illud īprimis: quod ī īterpretem dicitur feciſſe: miſſis. n. a rege legatis maris & terræ imperium flagitantibus: Illum publico decreto comprehenſum iuſſit interemi: q̄ græcorum lingua ad barbarorum nutum & imperium uteretur. Eſt etiam præclarum illud in Archinium Zeleitem: quem Athenienſes liberoſq; eius & genus omne auctoritate Themiſtoclis infamia notauerunt: q̄ ex medis aurum in Græciam ītuliſſet. Sed id omnium maximum atq; illuſtriſſimum: q̄ bello tota Græcia compoſito ciuitates ī ter ſe pace amicitiaq; coniunxiſſet: perſuaſis omnibus bello impendēte domeſticas ſimultates in aliud eſſe tempus differendas: quā ad rem cōficiēdam Chileum Arcadem

adiutorem dicitur habuisse. Inito autem imperio statim ciues aggressus est ī naues cō pellere: suasitq; relicta urbe q̄ longissime a Græcia classibus hostem exciperēt: cuius sē tentiæ multis reclamantibus: in tempe una cum Lacedæmoniis expeditiones eduxit: ut pro Thessalia dimicaret: q; nondum ad medos inclinare uideretur. Postea uero q̄ in de re infecta abierunt: ac thessalis regis societatem secutis: usque Boetiam medicæ ami citiæ contagio occupauit: magis tamen apud Athenienses Themistoclis ad rem mariti mam adhortantis ualuit auctoritas. Itaq; missus est in Arthemisum nauibus eius loci angustias præsidio habiturus: quo in loco Euribiadi græcis maximeq; Lacedæmoniis ī perium demandantibus: Athenienſibus uero q; reliquos simul omnis nauium nume ro anteirent: indignum putantibus aliis cōcedere: Themistocles cognito periculo ipse imperium Euribiadi tradidit: leniuitq; Athenienſium animos: affirmans si ad bellum strenuos se uiros ostenderēt: græcorum in se studia & uoluntates in posterum conuer suros esse. Qua una re apparet eum unum omnium maxime auctorem salutis græcis extitisse: effecisseq; ut Athenienses fortitudine hostes: mansuetudine autem & facilita te socios uicisse uiderentur. Sed cum iam barbarorum classe se ad aphetas inferente: p territus multitudine nauium quæ in fronte erant: ac aliis ducentis supra sciachum su pra circum annauigare nunciatis: decreuisset intra Græciæ fines reductis copiis in Pelo pōnesumq; appulsis: terrestrem exercitum nauibus undiq; circundare: q; inexpugnabi les regis maritimas uires duceret. Eo metu ac formidine permoti euboi: ne eos defere rēt græci atq; hosti proderent: inito clam cum Themistocle colloquio: magnā ad eū pe cuniarum uim per Pelagontem mittunt: quibus acceptis (ut scribit Herodotus) eas Eu ribiadi tradidit. Ex ciuibus uero sibi aduersante Architele: qui ī sacra naui Trierarchus erat: deficientibusq; ad nautarum sumptum pecuniis: ad reditum properabat. In eū ī fensos iam ante ciues magis Themistocles concitauit. Quare ad eum īpetu facto cœnā diripuit. Ea iniuria permoto homine & indigne ferente Themistocles illi panem & car nem in cista sūmisso argenti talento in cœnam misit: iubens eum & in præsenti cœna re: & prima luce triremium curam suscipere: quod si recusasset facere: se ciuibus delatu rum quod argentum ab hostibus missum conditum apud se haberet. Hæc ex Phaniæ Lesbii monumentis accæpimus. Quæ autem tunc ī ipsis angustiis aduersus barbaros naualibus præliis gesta sūt: haud magnum ad uniuersa iudicium fecerunt: sed ipsa ex perientia permultum græcis profuere: qui in ipsis periculis edocti opera didicerunt: ne q; multitudine nauium neq; luxus & apparatus: neq; signorum fulgorem neq; clamo res iactabūdos neq; barbaricos penes quicūq; formidolosum habere uiris fortibus & perite audacterq; prælium ineuntibus. Verum iis omnibus contēptis in ipsa corpora ī uadendum esse: & cum ipsis consertis manibus decernendum. Quam sententiam Pin darus in Arthemisii prælio secutus uidetur: cum diceret Athenienſiū liberos manifesta libertatis fūdamēta iecisse. Vincendi. n. initiū fiducia est. Est autē Arthemisiū Euboiæ supra Hestieam littus ad boream uersū: cui olizonum gēs e regione opposita est: quæ sub Philothete quondam fuit: templumq; in ea haud magnum Arthemidis prosoee nuncupatæ & locus circum arboribus consitus colūnæq; ibidem ex albo lapide erectæ: lapis autem ipse manu attritus contracto croceo colore: odorem quoq; exalat croci psi milem. In earum una elegium carmē huiusmodi erat inciſum: Innumeros asiæ popu los ex finibus actos: Cecropidum soboles fudit ī hoc pelago. Ac ubi medorum bello ce cidere cohortes: Hæc phœbe statuit uirgo trophea tibi. Extat & in littore ingens tumu lus atrum ab imo puluerem ueluti igni adustum emittens: in quo classis reliquias & ca dauera cremasse uidētur. Igitur ut primū de thermophilarū pugna nūciū ī Arthimesi um est allatum: Leonidam oppressum & terrestri transitu Xerxē esse potitus: ī Græciā se receperunt. Athenienſibus in extrema agminis parte constitutis: & ob uirtutem & rerum gestarum gloriā ad præclara omnia obeunda animo semper paratis: Themisto cles uero regionem nauibus ambiens: qua intuebatur descensū aut præfugiū hostibus

futurum grandibus litteris in lapidem incidit: aliis forte ibi inuētis aliis ab eo iuxta na
ualia aut quo aquatū appulsuri forēt constitutis ionibus per litteras mādās: ut si fieri
posset: ad se relictis barbaris progenitores suos concederent: qui periculum pro eorū li
bertate susciperent: aut si minus id facerent: barbaris in prælio cladi ac detrimento fo
rent. His sperabat se aut impulsurum iones ad defectionem: aut turbationem allatu
rum ionibus barbaro in suspicionem adductis. At Xerxe in Phocidem desuper cū exer
citu inuadente phocensiumq; urbē incēdio deuastāte: haud restiterūt græci: nec Athe
niensibus quidem rogantibus in Boetiam pro actico agro hosti obuiam iere: ut ipsi in
Arthemisium mari opem tulerant. Cum nemo eorum precibus & gratia moueretur:
sed ad Pelopōnesum omnes intenderent animum: & intra isthmum copias omnes co
gere properarent: ab alteroq; mari ad alterum murum perducere: proditos Atheniēses
& destitutos ab omnibus ira simul ac mœsticia cæpit. Sed cum minus decreuissent cū
tanta ui hominum ac multitudine confligere: id tantum ad præsens necessarium erat:
relicta ciuitate naues conscendere. A qua re uehementer multitudinis animi abhorre
bant: q; neq; contineretur cura uictoriæ: neq; Deorum īmortalium templis patrumq;
monumentis āmissis salutem ullā supereſſe ducerent. Hic igitur Themistocles cū po
pulum humanis consiliis in sententiam suam traducere posse diffideret: ut ī tragœdia
attollens machinam signis diuinis prodigiisq; & oraculis solicitare cœpit: signū ex dra
cone nactus: qui uidetur illis diebus ex templo euanuisse. Sacerdotesq; ubi inuenire ī
iactas primitias quas per diem ei appositas erant: ī populum nunciarunt: rumore a The
mistocle dissipato Deam urbem excessisse: & ad mare se illis ducem præbuisse. Oracu
lo autem rursus populum mouere aggressus est: lignea inquit mœnia nihil aliud signi
ficare: q̄ naues: atq; iccirco Salaminem diuinam non timidam neq; infœlicem adeo nū
cupari: ut quæ ex magno græcorum successu cognomen in posterum esset habitura.
Sed cum Themistocles sententia ualuisset: decernit urbem Palladi: quæ tutelæ Atheni
ensium præerat cōmendari: iuuentutem uero omnem ī triremes imponere: liberos ue
ro & coniuges mancipiaq;: ut facultas esset: per se quēq; seruare. Comprobato decreto
plurimi Athenienſium parentes & uxores in Troezenem exportarunt: perhumane ex
cipientibus Troezenis. Decreuerunt. n. ut ii publice alerentur duobus obolis singulo e
largitis: pueriſq; facta potestas: ut undecunq; liberet poma acciperent: & pro iis magi
stris merces persoluta est: huius auctor decreti Nicagoras fuisse traditur. Cum uero pu
blicæ pecuniæ Athenienses deficerent: scribit Aristoteles Ariopagi senatū cuiq; munus
militiæ obeunti octo dragmis traditis causam complendi triremes uel potissimam fu
isse. At Clidemus hoc quoq; a Themistocle gestum esse asseuerat. Descendentibus. n.
in Pyræum Athenienſibus ait ex Palladio Gorgonis uerticem amissum esse: Themisto
clem uero perquirere ac perscrutari omnia simulantem uim argenti permaximam īue
nisse: in ipsis thesauris reconditam: quo in medium prolato naues conscendentes abū
de uiaticum suppetisse. Enauigante autem ciuitate aliis miserabile id spectaculū: aliis
admirationi eorum animi magnitudo fuit: cum parentes quidem a se dimittentibus ī
flexosq; se ad luctus: lachrymas complexusq; illorum præstantibus in insulam discede
rent: multiq; ex ciuibus infirmis uiribus affectaq; iam ætate relicti: digni misericordia
uiderentur. Erat etiam quædam quæ spectantes flectere possit animi dulcedo ex cicuri
bus animantibus cū clamore & desiderio ad littus ūdiq; cōfluētibus: eorū nutritoribus
naues cōscēdendētibus: in quibus memoratur Xātippi periculis patris canis q; abeūtis
domini desiderium & solitudinem ferre non posset: in mare insiluisse: natādo triremē
assecutus in Salaminē esse delatus: ibiq; expirans continuo interisse: quo in loco extat
etiam his temporibus: canis tumulum uocant: sepulchrū eius fuisse traditur. Iā uero
ea magna & præclara Themistoclis uidentur esse: q; cum sensisset ciues Aristidē deside
rare: metu solicitos ne se ob irā ī barbari amiciciam daret: resq; græcorum euerteret (uic
tus. n. a Themistocle factione ante initium belli compulsus in decēnale exiliū fuerat)

decernit iis licere qui ad tempus exulasset:ab exilio redire:& cum aliis simul ciuibus libere dicere ac sentire quæ græciæ ī primis cōducerēt. Postea uero q̄ Euribiades ob Spartæ dignitatem classi præpositus imperator:ad periculum ignauus & timidus decreuit ad isthmum classem reducere:quo pelopōnesum exercitus terrestris coierat: contradixit Themistocles:quo tempore celebrata illa dixisse proditum est. Cum.n.dixisset Euribiades:O Themistocles in certaminibus qui in tempestiue assurgunt:alapis cædi solent:ita est inquit Themistocles:sed nec ii qui deserunt ordinem coronantur: tū eo baculum ut cæderet attollente:cæde inquit Themistocles:uerum audias. Hic eius mānsuetudinem Euribiades admiratus dicendi quod uellet potestatem fecit: qui cū ad priorem orationem se reuocasset:assurgens aliquis:hominem inquit ciuitate orbatum nō recte eos qui haberent:ad deserendas patrias adhortari. Tum Themistocles ad eum conuersa oratione:Nos o homo inquit nequissime domos & mœnia reliquimus:indignum esse ducentes manimatorum causa seruitutem subire:ciuitatem uero nobis ducētæ triremes maximam græcorum ciuitatem præstāt:quæ nunc nobis præsidio assūt: salutem per eas retinere nolētibus. Quod si nos ob ignauiam prodideritis: statī sētiet aliquis ex græcis tantum Athenienses liberam ciuitatem & agrum haud deteriorem q̄ amiserant possidere. Hæc loquente Themistocle:Euribiadem ad se redeuntem uehemens formido incessit:ne eos desererent Athenienses atq; discederent. Ad eretricū autē ab eo sententia dissidentem:nunc etiam nobis inquit de bello est sermo:qui īstar Thethidum gladium quidem habetis:cor uero nullum geritis. Produnt quidam auctores Themistocli rebus ex superiori nauis tabulato dissereti noctuam uisam ad dexteram nauium partem uolatu delatam malo insidisse: quo omine in eius sententiam ierunt omnes:decertaturiq; nauali prælio parabantur:sed ubi hostium classis ad Phalericum delata in Atticam circūstantia occupauit littora:& rex ipse cum pedestribus copiis descendit ad mare:exercitusq; omnis coactis ī unum uiribus apparuit: Themistoclis statim exciderunt monita:& rursus pelopōnēses ad isthmū spectare cœperunt: & siquis aliter sentiret aut diceret:grauiter ferre. Decretum est igitur ab iis proxima nocte discedere:gubernatoribusq; imperata nauigatio. Hic Themistocles angi uehementer animo:si græci ab angustiis abductis præsidiis per ciuitates dissoluātur. Itaq; inito secum consilio quo pacto impedimentum aliquod moliretur græcis:per Siccinum negocium conficit. Fuit autem Siccinus captiuus quidam genere persa Themistocli in primis carus:quē liberis pedagogum præfecerat:hunc ad Persas cum mandatis mittit:ut Themistocles Athenienſium dux regis amiciciam patriæ libertatī præferens: primus omnium illī nuntiet græcos ad fugam inclinatos esse:proinde admonet ne fugiendi illis præbeat facultatem:sed dum eos confusio & trepidatio habet:a terrestribus copiis lōge seiunctos adoriatur:& maritimas uires opprimat. Hæc Xerxes ut ab amico homine dicta accipiens:lætitiaq; plenus postremo id nauium ducibus significauit: & alias quidē complere imperauit:ducentas autem transitum passim circuentes claudere: insulasq; præsidio asseruare:ne quis ex hostibus possit euadere. Hæc Aristodes Lisimachi filius ut primū agi sensit: ad Themistoclis tabernaculū uenit: &si illi esset infensus ab eo ut ante diximus in exilium pulsus. Obuiam prodeunti Themistocli consilium barbari de circuitione nauium aperit. Ille & uirtutem uiri & probitatem iam ante perspectā & cognitā habens:& eius cum præsentia maxime lætatus quæ Siccinum ægerat cūcta enarrant:hortaturq; ut græcos obiurgando absterreat:studeatq; una secū efficere:ut ī angustiis prælium conferatur. Aristodes igitur laudato Themistocle alios duces & Trierarchos adiens:ad prælium excitare atq; incendere conabatur. Nōdum fidem adhibentibus illis:ecce una tenedia triremis transfuga:quam Panetius nonarchus habebat:circuitionis nuncia īteruenit. Quare ira simul & necessitas græcos ad periculum impulit. Prima autem luce in locum editum Xerxes conscendens despiciebat græcorum classē: atq; omnem prælii apparatum:ut Phanodemus auctor est:supra Heracleū:quæ īsula

ab Attica anguſto freto diſiungitur:ut uero Aceſtodorus in finibus megarenſis agri: ī loca quæ cornea uocant:curru aureo conſtituto:ſcribiſq; permultis adhibitis & negocio illis dato:quæ in prælio gererentur:ſingula conſcriberent. At Themiſtocli ad prætoriam nauem hoſtias mactanti tres eximia forma captiui adoleſcentes perducti ſunt ueſte autē ſplendida & auro inſignes. Ii ſandanes regis ſororis & Autarati filii dicebātur eſſe:quos Euphrantides uates intuitus:ubi magna & clara e ſacris flāma refulſit:& ſimul ſtarnutus ad dextera ſignum dedit: Themiſtoclem mānu apprehēdēs iuſſit eum adoleſcentes primitias & notis nuncupatis omeſtiæ Dionyſio īmolare:ſic ſalutem cū uictoria Græcis fore. Obſtupeſcente autem Themiſtocle reſpōſum magnum atq; horrendum:ut in magnis certaminibus ac rebus perditis euenire ſolet:ex improuiſis ac repentinis magnaq; conſultis & cogitatis ad ſpem ſalutis erecta multitudo una ſimul uoce deum inuocauit:captiuoſq; ad aram conſtitutos:uatis iuſſu ſacrificium perege runt. Hæc Phanias Leſbius uir in philoſophia clarus nec in hiſtoriarum monumentis rudis aut īperitus litteris prodidit. De numero autem barbaricarum nauiū Aeſchilus poeta ut ſciens atq; affirmans ī tragœdia perſis ſcribit his uerſibus:Xerxi etenim noui:mille fuere rates. At quæ fuga naues præſtarent celeri aliis: Septem ducentæ: ſic fama frequens tenet. Atticarum uero nauium quæ centum & octuaginta erant numero:ſingula decem & octo ex tabulatis pugnantes habuit:quorum ſagittarii quattuor reliqui grauis armaturæ milites. Videtur autem Themiſtocles haud deterius occaſionem temporis noſſe atq; obſeruaſſe:q̄ locum:ne ante triremes aduerſis proris oppone ret barbaricis:q̄ tempus adeſſet:ſolitum per freta ſecundum uentum & fluctum īpellere:qui græcas:q; demiſſiores humilioreſq; forent:nihil læſit:in barbaras uero īſurgētes puppibus & tabulatis altis & onuſtis incidens dum inferrentur: auertit: & græcis nauibus latera præbuit Themiſtoclis iuſſu ut prudentis ducis celeriter īgruentibus & ſimul q; aduerſus illum Ariamenes Xerxis Nauarchus īuaſerat:qui cum nauem magnam haberet:ueluti e manibus ſagittis teliſq; infeſtabat:uir fortis & īter regis fratres probitate maxime iuſtitiaq; inſignis. Huc igitur Amenias decelenſis & Soſicles pediēſis una ſe inferentes:ut naues in ſe inciderunt:a diuerſis proris cateniſq; iniectis hæſerunt:illum ſuæ triremi īminentem ſubeuntes ac lanceis inſtantes ī pontum deturbāt. cuius corpus iactatum fluctibus dinoſcens Arthemiſia ad Xerxem detulit. In eius modi fortuna pugnæ flāmam magno lumine ab eleuſine illuxiſſe ferunt:ſonitum quoq; & uocē toto Thriaſio agro ad mare uſq; exauditam eſſe:ut ex hominibus multis myſticum iachum educentibus. Ex multitudine uero uocum referri a terra paulatim gemitū & in triremes decidere uiſum. Alii imagines & ſimulacra affirmant ab Egina apparuiſſe armatorum hominum manus pro græcis nauibus attollentium: quos Eacides eſſe coniecerat:a quibus ante pugnam precibus & uotis implorarant opem. Primus igitur Lycomedes Athenienſis Trierarchus nauem capit:cuius ſignum fictum ex ære poſtea laurigero Apollini conſecrauit. Alii uero barbaris multitudine pares:eos:q; parti nauium in anguſtiam ſe inferrent & in ſe inuicem incurſarent:ueſperi cum uſq; ad id tempus reſtitiſſent:ī fugam compulerunt:ut Simonides tradidit:pulcherrima ac celeberrima parta uictoria:qua nullum maritimum clarius opus:neq; a Græcis unq̄ neq; a barbaris geſtum memoratur:fortitudine quidem cōmuni ac prōptitudine pugnantium: ſed conſilio prudentiaq; Themiſtoclis. Poſt prælium Xerxes re male geſta adhuc aīo plurimū meditatus aggreſſus eſt pedeſtres copias in Salaminē contra Græcos traducere:præcluſo aggeribus tranſitu:qui medii inter Atticam & īſulam erāt. Sed Themiſtocles Ariſtidis tentandi gratia ſecum cōmunicauit:ſtatuiſſe ſe deductis in Helleſpontū nauibus pontem ſoluere:ut inquiens in Europa Aſiam capiamus. Quod cum improbaret Ariſtides:diceretq; nunc quidem cum barbaro luxuria defluenti cōſeruimus prælium:q; ſi in Græcia occluſerimus hominem tot uiribus frætum & metu periculi in neceſſitatem compulſum:haud ultra ſub tabernaculo aureo ſedens ocioſum ſe pugnæ

ſpectatorem præbebit:ſed audebit omnia:& ob periculum omnibus præſto ſe offerēs: quæ prolapſa contēptaq; ſunt:corriget atq; emendabit:& omnino de ſūma rerum ſa- núus conſilium caperet. Non igitur nobis hic pons o Themiſtocles euertendus eſt: ſed alio ſi fieri poſſet conſtructo homo ex Europa celeriter exigendus. Si ergo hæc tibi in- quit Themiſtocles uidentur conducere:iam illud nobis omnibus cogitandum eſt ac p uidendum:ut ex Græcia q̄celerrime diſcedat. Itaq; eo probato conſilio per Aracē ex re gis eunuchis inter captiuos inuentum regi nunciat:Græcos parta mari uictoria in Hel leſpontum qua iunctus erat nauigare:pontemq; ſoluere decreuiſſe:proīde Themiſto cles de regis ſalute ſolicitus ad mare ſtatim maturare admonet:ac tranſire quoad ipſe ſociorum perſecutionem moraretur. His auditis barbarus ac ſimul metu correptus cō tinuo ad diſceſſum properauit. Ac Themiſtoclis Ariſtidiſq; prudentia ī mardonio ma xime manifeſta fuit:ſiquidem cum parua parte ex Xerxis copiis inito prælio de rebus omnibus in diſcrimen uenerunt. Quo prælio ex ciuitatibus Eginetas potitos pugnādi laude affirmat Herodotus. At Themiſtocli etſi ob metum inuidiæ recuſanti: primas partes detulerunt omnes. Cum in Iſthmum ſe recepiſſent principes lato ab ara ſuffra gio ſe quiſq; uirtute primum ſecundum uero Themiſtoclem cenſuerunt. Lacedæmo nii quoq; Spartam eū deducentes Euribiadi premium fortitudinis dederunt laureā: ſapientiæ autem Themiſtocli:eūq; eximio totius urbis curru donarunt:& Sparta abeū tem tricentæ naues a ſpartiatis miſſæ uſq; ad montes conſecutæ ſunt. Dicitur olympiæ inſtante celebritate cum eo profectus Themiſtocles in ſtadium proceſſiſſet:contēptis certaminibus omnes oculis in illum eſſe conuerſos:in eoq; ſpectando diem totum cō ſumpſiſſe:& eū cū plauſu & admiratione oſtendiſſe peregrinis & aduenis. Quare ipſe lætus ad amicos dixiſſe:tum ſuorum laborum:quos pro Græcia ſuſcepiſſet:fructū ſe ampliſſimum reportare. Permagna.n. illi cupido natura inſita erat:ſi ex iis quæ de il lo monumentis litterarum produntur:coniectare licet. Claſſi.n. præfectus neq; priua- tim neq; publice ullum obiit munus:ſed quæ inſtabant ī eam diem qua nauigaturus erat:omnia diſtulit. Vt ſimul multa conficiens & uarios ad colloquium admittēs ho mines:plurimum opibus & potentia præſtare putaretur. Cum ad interfectorum cada uera ad mare uiſenda acceſſiſſet:ut armillas paſſim & torques abiectos aſpexit:præteri ens ipſe:amico qui eum ſequebatur:collige tibi inquit:tu.n. nequaq̄ Themiſtocles es. ad Antiphanem formoſum olim adoleſcētem:qui eum ante ſuperbe admodum & fa ſtidioſe accæpiſſet:ſed tunc ob eius gloriam obſeruaret:o adoleſcens dixit o adoleſcens ſero tandem:uerum ambo una ad ſanitatem reuertimus. Dicere etiam ſolitum ferūt: ſe neq; honoribus ab Athenienſibus affici:neq; apud eos in admiratione eſſe: ſed pro- cella uexatos īminente periculo ad ſe ueluti platanum ſubterfugere: reddita autem ſe- renitate euellere atq; deiicere. Seriphio cuidam in iurgio reſpōdit:cum ille dixiſſet: nō eum ſua ſed patriæ gloria ſplendorem aſſecutum:uera inquit Hercule narras. Verūta men nec ſi ego Seriphius ignobilis:nec tu ſi Athenienſis eſſes: clarus unq̄ fuiſſes. Alio quodam ex ducibus:cp aliquod in rempub. beneficiū contuliſſe uideretur:elato & pro Themiſtocle ſe efferente:cp ſuas cum Themiſtoclis rebus geſtis conferendas eſſe dice- ret: reſpondit: operoſum poſtridie diem cum feſto aliquando certaſſe:dicentem ſe ne gociis ac laboribus permaximis refertum eſſe:in illo autem paratis rebus omnes p oci um fruerentur. Ad hæc feſtum reſpondiſſe:uera loqueris:ſed niſi ego fuiſſē: tu nunq̄ extitiſſes. Ita ſi tum ipſe a uobis abfuiſſem:ubi nūc uos omnes eſſetis? Filium autē cp matris delitiæ foret:& ob id in ſe ipſe ſalſe urbaneq; iocatus:inquit plurimū illum po tentia Græcis omnibus antecellere. Nam Græcis Athenienſes:Athenienſibus ipſum: ipſi uero illius matrem:matri uero filium imperare. Cum uero in omnibus præcipuū ſibi quoddam uendicare cuperet:agrumq; uenalem perſcriberet:per præconem nūcia ri iuſſit:probum illi eſſe uicinum. Ex iis qui filiam in uxorem petebant:frugi ac mode ſtum antepoſuit locupleti:inquiens ſe uirum pecuniis indigentem:magiſq̄ ſine uiro

pecunias quærere. Atq; in ipsis quæ apothegmata illi uocant: falsis uidelicet & dicacibus eiusmodi fuisse memoratur. Fusis igitur fugatisq; barbaris opportunitatē nactus instaurandæ urbi ac muro circundandæ animū statim adiecit: cum antea ne impediretur pecuniis: ut Theopompus tradit: cum ephoris transegisset: ut autem plurimi sentire uidentur: dolo frætus: simulata legatione Spartam profectus est. Cūq; quererētur spartiatæ oppidum ab illis muro circūdari: accusante Poliarcho ab eginetis eo de industria misso: inficias iuit: iubens certos homines Athenas sciscitatum mitti: ut & tēpus una ex ea cunctatione adiiceret operi faciundo: & ii qui missi essent pro se obsides sub iure Atheniensium forent: nec eum fefellit opinio. Re. n. cognita ut erat: Lacedæmonii nulla eum iniuria affecerunt: sed dissimulata ira incolumem dimiserunt. Ex eo tēpore Pyræum: ꝙ perspexisset eius loci ingenium & opportunitatem ædificare cœperit: atq; animo ad rem maritimam ciuitatem disponunt: atq; accōmodauit: contrariam quodāmodo ueteribus Atheniensium regibus regendæ ciuitatis rationem secutus. illi. n. ut fertur: cum in eo uehementer elaborassent: ut ciues a mari abducerent: assuefacerentq; omissa nauigatione arboribus regionem cōserere: fabulæ locum dederunt: Neptunū de agro cum Pallade disceptantem: cum illa oleam ostendisset: iudicibus ab ea esse superatum: Themistocles autem non ut Aristophanes comicus ait: ad urbem Pyræū adiunxit: sed ad Pyræum urbem: & ad mare terram aptauit: quæ res populi opes cōtra nobilitatem auxit: eumq; audacia contumacia compleuit: ad nautas & remiges gubernatoresq; translatis uiribus: iccirco & pulpitum quod in pace situm est: ad mare spectabat: quod post triginta tyrāni ad terram cōuerterunt: rati ex maritimo imperio popularem potentiam conflari: agro autem intentos homines paucorum imperio minus se infensos habituros. At Themistocles ad nauticam maritimamq; potentiā maius quiddam excogitauit. Postea. n. q̄ Xerxe abeunte in pegasas hyemandi gratia Græcorū classis subducta est: Atheniensibus ad concionem uocatis: inquit se habere consilium reipub. salutare: sed id sciri non opus esse. Iubētibus autem Atheniensibus cum Aristide tantū cōmunicari: ac si ille ꝓbaret: negociū cōfici. Dato igitur illi ī cōciliū Aristide: huic Themistocles excogitasse se inquit Græcorū classē īcendere: quod ille cū audisset ī concionem magna expectatione uenit: dixitq; ea re quam Themistocles diceret: nullā sibi neq; utiliorem neq; iniustiorem uideri. Quare Athenienses iusserunt Themistoclē ab incœpto desistere. Cūq; Amphictionicis conuentibus Lacedæmonii niterentur ciuitates quæ cum medo societatem inierant: eo consilio prohibere: ueritus ne Thessalis & Argiuis ac Thebanis eiectis ad Lacedæmonios delatis suffragiis res eorum arbitrio gereretur: patrocinium ciuitatum suscepit: Pilagorarumq; mentes īmutauit: cum docuisset triginta & unam fuisse ciuitates: earumq; plurimas tenues: quæ medico bello conspirassent. Proinde indignū esse reliqua Græcia a fœderis societate reiecta: ad duas uel tres maximas ciuitates consilium deferri. Ex hoc igitur maxime Lacedæmonios offensos habuit: iccirco honoribus prætulerunt Cimonem: eūq; in repu. Themistocli aduersarium excitarunt: premebatur etiam per id temporis inuidia sociorū: ꝙ is insulas obiens nauibus ab iis pecunias coegisset: ut constat ex iis quæ scribit Herodotus apud Andrum cum argentum peteret: dicta ab eo & audita. Duos. n. inquit ad uos ago Deos: uim ac suasionē. At ii contra duos apud se quoq; permagnos esse Deos responderūt: paupertatem ac impossibilitatem: a quibus prohiberi se illi pecunias dare. Thimocreon uero rhodius poeta quodam carmine in Themistoclem grauiter & uehementer inuectus: ait illum pecuniis adductum alios quidem exules reducere: se uero hospitem & amicum contēnere. Est autem carmen huiusmodi: Si tu pausaniam xantippum leutychidamq; Laudes: aristides merito quem sacra tulerūt Mœnia cecropidum: nobis laudetur ubiq;: Latonæ quoniam factus themistocles hostis: Improbus ac mendax iniustus proditor: idem Hospitii qui iura sacri cōtēpsit: & amens Lalysum uilis precii dulcedine captus: Timocreonta lares uetuit remeasse paternos. At tribus accæptis argenti

Comment thymocreon poete mort p inuectiue themistocles

impune talentis Aduocat hos: illos patria deturbat inique: Et cõducta isthmi quæstũ feciſſe taberna: Hoſpitibuſq; ſuis gelidas apponere carnes Auſus: ridicule ii poſitis epulantur: & ipſum Inde horam uotis nullam ſupereſſe precati. Multo etiam procacius ac petulantius poſt eius fugam ac dãnationem in Themiſtoclis uitã inuaſit Timocreon: edito carmine: cuius eſt initium: Muſa hoc graiugenum carmen uulgato p ora: Vt decet & fas eſt. Dicitur autem medicæ Timocreon amiciciæ inuidia a Themiſtocle conflata dãnatione in exilium eſſe compulſus. Vbi igitur eandem Themiſtocles ĩfamiam ſubiit: hæc in illum coniecit. Iam uero ciuibus ob inuidiam atq; obtrectationẽ ad eius calũniam inclinantibus: coactus eſt paulo grauius agere: eiuſq; rebus geſtis ſæpius commemoratis in concione ipſis præſentibus inuidis atq; obtrectatoribus dicere: Quid uos beneficia eiuſdem in uos ſæpe locata faſtidiunt? Offendit autem uehementer multitudinis animos: cum Dianæ templum dedicauit: quã Ariſtobulam id eſt optime conſulentem appellauit: ut qui optime ciuitatis Græcorumq; ſaluti conſuluiſſet. Secus autem domum in melita templum ædificauit: quo nunc populi corpora morte dãnatorum proiiciunt: ueſtes quoq; & laqueos eorum qui ſuſpendio interierunt: eodẽ efferunt. Fuit in Ariſtobulæ templo Themiſtoclis ſignum: idq; ad noſtram uſq; pmã ſit ætatem: ac uidetur non animo tantum: uerum etiam ore ipſo ac uultu Heroicus extitiſſe. Teſtularum igitur illum ſuffragiis e ciuitate eiecerunt: eiuſq; dignitatem ac nimias opes depreſſerunt: ut ſoliti erant facere in omnes: quorum potentiam grauem & minime ferendam putarent: & popularem æquabilitatem menſuramq; excedentem. Nec. n. eiuſmodi exilium animi aduerſio erat: ſed lenitio leuatioq; inuidiæ: quæ claros uiros & depreſſos ſemper & ſordidatos eſſe cupit: & in huiuſmodi ignominiam ueluti flatu quodam odium omne & acerbitatem contendit. Exacto igitur urbe Themiſtocle & Argis moram trahente: Pauſaniæ conſuetudo & cõmercium aduerſariis eius accuſãdi occaſionem præbuit: & a Leobote Alemeonis filio tribu agrauletha proditionis ẽ accuſatus: accuſationi fauentibus ſpartiatis. Pauſanias igitur cum proditionem inſtrueret: ab initio celauit Themiſtoclem: & ſi inter eos amicicia eſſet. Vt autem uidit hominem ciuitate eiectum & exilium ſuum inique ferentem: ĩ ſpem uenit poſſe hominem ad eius conſilii ſocietatem cõpellere. Itaq; regis litteras illi aperuit: eumq; in Græcos ut ĩprobos ac neq̃ homines concitare conatus eſt. Ille repudiatis Pauſaniæ precibus: participem ſe ſceleris eius fieri negauit. Verum ea conſilia occulta perpetuo habuit: nec proditionẽ indicauit: ſiue eum deſitum iri opinatus: ſiue aliter deprehendi poſſe: qui nulla ratione ad res adeo dubias & incertas raperetur. Sic igitur Pauſania capitis dãnato: epiſtolæ quædam hic de rebus adimientæ in ſuſpicionem Themiſtoclem adduxerũt: Lacedæmoniis infamiam diſſipantibus eiuſq; nomen inuidi detulerunt: cum is abeſſet & priora crimina deprecari per litteras niteretur. Cum. n. aduerſarii in eum calũniã coniecíſſẽt: ſcripſit ciuibus ſe quidem dominandi aliis fortaſſe gratia: ſeruiẽdi uero nũq̃ ſe adduci potuiſſe: ut ſeipſum Græciamq; uniuerſam barbaris atq; hoſtibus prodere. Attamen populus delatorum impulſu: homines certos ad eum comprehendendũ miſit: ut in iudicium adductus Græcorum ſententiis dãnaretur. Quibus præcognitis Themiſtocles tranſmiſit Cercyram: quæ ciuitas ſibi beneficio deuĩcta erat. Arbiter. n. cercyreis & corinthis cõtrouerſiarum datus: ſopiuit inimicitias: cum uigĩti talẽtis mulctaſſet corĩthios: iuſſiſſetq; Leucadem cõmunem utriſq; coloniam ĩ medium ponere. Inde in continentem fuga profectus Athenienſibus ac Lacedæmoniis perſequentibus coniecit ſe ĩ ſpes dubias & ĩcertas: ad Admetum moloſſorum regem ſe conferens: qui cum ab Athenienſibus quiddam petiſſet: a Themiſtocle cum in repu. floreret: irriſus uehementer homini ſemper offenſus fuit: putabatq; iiurias ſi aſſequi poſſet: haud dubie perſecutum ire. In ea autem fuga & perſecutione ciuilem magis & recentem ĩuidiam q̃ ueterem regis iram metuens: huic ſe credidit: ſupplicemq; Admeto præbuit: proprium quendam regionis morem ſecutus. Arrepto. n. Admeti paruulo filio cum eo in

Themiſtocles ſe transportat ad Admetum Regem Moloſſorum.

facrarium:quod ſūma colebātur religione:ſe cōiecit:quod ſupplicādi genus maximū ac ferme ſolum nūq̄ repudiandum moloſſi opinabātur. Sunt igitur quidam qui affir ment Phthiam regis uxorem hoc Themiſtocli ſubieciſſe:& cum eo in ſacrarium pdu xiſſe filium. Alii ab Admeto hoc ipſum edoctum Themiſtoclem ferunt:ut expoſcēti bus Athenienſibus & Lacedæmoniis ſe excuſaret:& ne ſupplicem dederet:religione di ceret impediri. Illuc autem ad ipſum uxorem & liberos clam Athenis Epicrates Acar neus miſit:quem huius gratia poſtea Cimon in iudicium accerſitum capitis dānauit: ut Teſimbrotus affirmat. Sic neſcio quo pacto horum oblitus:aut oblitū Themiſto clem faciens:in Siciliam ait delatum eſſe:& ab Hierone tyrāno in matrimonium filiā contendiſſe:pollicitum ſibi in ditionem Græcos ſubacturum:recuſante uero Hierone in Aſiam nauigaſſe. Hæc parum conſentanea uidentur eſſe. Tradit.n. Theophraſtus ī libris quos de regno inſcripſit:cum equos ad certamen in olympiam Hieron miſiſſet: tabernaculumq; magnificentiſſime inſtructum ſtatuiſſet: Themiſtoclem aduocata cō cione Græcis ſuaſiſſe:tabernaculum tyrāni diripiendum eſſe:equoſq; certamine pro hibendos. At Tucydides addit ipſum ex Phydna ad alterum mare omnibus ignotum nauticis deſcēdiſſe:quoad oneraria naue qua uehebatur in Naxum uento delata: quæ tum obſidione ab Athenienſibus premebatur:quo loco metu perterritum domino na uis ſe ac gubernatori aperuit:ac partim precibus & obſecratione partim minitando fal ſo ſe illos Athenienſibus delaturum:q; non īprudentes:ſed corrupti pecuniis ipſū exce piſſent:coegit eos præteruectos inſulam ī Aſiam nauigare. Ex eius autem bonis pmul ta clam per amicos exportata in Aſiam ſecum detulit. Quæ uero prolata in mediū ac publicata ſunt: Theopompus centum talenta Theophraſtus octuagīta numero fuiſſe perhibet:cum minus tribus talentis habuiſſet in bonis: priuſq̄ rempu. attigiſſet. Cum uero in Cymā prouectus a multis ſe capiendi gratia maximeq; ab Ergotele & Pithodo ro obſeruari ſenſit:erat.n. uenatio maxime quæſtuoſa iis:qui nullum quæſtus a ſe ge nus alienum putant:propoſitis ducentis per præconem a rege talētis:ei qui hominem ad ſe comprehenſum perduceret. Aegas igitur quod eſt oppidum eolicum:clam omni bus fugit:præter Nicogenem hoſpitem ſuum fugæ conſcium:qui Eolides cunctos di uitiis & copiis anteibat:& Aſiæ potētibus & factioſis perq̄ familiariter utebatur. Apud hunc latens paucos dies diuerſatus eſt:paulopoſt cū ſemel eſſet cœnatus:peracto ſacri ficio quodā:Olbius filioꝝ Nicogenis pedagogus īſanus ac numīe afflatus huiuſmodi cum clamore effudit uerſum:Nocti uocem nocti conſilia nocti uictoriam dato. Poſt hæc Themiſtocles per quietem uidere uiſus eſt draconē ſibi uentri obuolutum ac ſur reptātē ſe collo attollere:qui cum primū faciem attigiſſet:in aquilam uerſum: ipſūq; circunfuſis alis ſublatum in aerem:inde q̄longiſſime aſportaſſe: deinde oblato aureo baculo perſimilis iis quos caduceatores ferre ſolent:ei īnixū metu omnium ac ſolicitu dine liberatum eſſe. Emittitur igitur a Nicogene cum huiuſmodi fraudē eſſet machīa tus:barbarorum natio plurima:maximeq; Perſarum uehemēter mulierum pudicitiā ſuſpectā habent:in eaq; re admodum agreſtis eſt ac difficilis. Non.n. modo coniuges uerum etiam auro emptas & pellices curioſe aſſeruāt:& ne ab aliquo extero uideātur: ſoliciti ſunt:ſic domi aſſidue occluſas habent. In itineribus obeundis ſub tabernaculis clauſis undiq; in uehiculis feruntur. Sic igitur inſtructum currū ingreſſus Themiſto cles latus eſt:iuſſis comitibus dicere omnibus occurrentibus rogantibuſq; ſe græcā mu lierē ex Ionia ad quendā ex regis principibus ducere. Tucydides igitur & Charon lāpſa cenus tradunt poſt Xerxis obitum ad eius filium Themiſtoclem eſſe profectum. Epho rus autē & Dimon ac Clitarchus & item Heraclides aliiq; cōplures ad ipſum Xerxē ue niſſe aſſeuerant. Verum ānales magis Tucydides ſequi uidetur:etſi non exquiſite ad modum & diligēter editi ſunt. Themiſtocles igitur ereptus periculo ad regēq; pfectus in Artabanum tribunum militum incidit primum. Cūq; diceret ſe græcum eſſe: & cū rege magnis de rebus cōmunicare uelle:& quæ ille uehemēter expeteret. At ille o hoſpes

inquit:hominum inter ſe leges plurimum differunt:aliaq; apud alios honeſta haben/
tur:ſed omnibus pulchrum domeſtica iſtituta ſeruare ac retinere. Vobis igitur propo
ſitum eſt libertatem atq; æqualitatem maxime admirari:nobis uero cum multæ atq;
pulcherrimæ ſint leges:illa omnium honeſtiſſima eſt obſeruare regem: ſimulacrumq;
Dei omnia ſeruantis adorare. Si igitur noſtris legibus parere uolueris:regemq; adora/
bis:fas erit tibi ītueri regem atq; alloqui:ſin autem tibi alia mens eſt: internuntiis tibi
cum rege utendū erit. Non.n.patrium eſt regi hominem minus adorantē audire. Hæc
ubi audiuit Themiſtocles:ego o Artabane inquit gloriam huc & potentiam regis auc/
turus acceſſi:Itaq; & ipſe obtemperabo ueſtris legibus:poſtea q̄ amico propitio Perſis
Deo ita uidetur:& mea opera plures etiam ex iis qui nunc regnant: ueſtrum adora/
bunt regem. Quare nihil eſt cur hoc ſermones noſtros remoretur:quos cum eo collocu
turi ſumus. Tum Artabanus:quem te ex Græcis adeſſe dicemus? Nā haud priuatum
quendam & obſcurum hæc mens te eſſe declarat. Aſt hoc inquit Themiſtocles nemo
unq̄ Artabane ante regem audiet. Hæc a Phania ſic prodita ſunt. Eratoſthenes autē in
libro de diuitiis tradidit:per mulierem eretricam:qua tribunus utebatur: congreſſum
hunc colloquium inter eos eſſe conſtitutum. Poſteaq̄ igitur ad regem Themiſtocles ī
troductus eſt:atq; uero adorato rege ſilētium ægit:per interpretem quiſnā eſſet a rege
rogatus: Themiſtocles Athenienſis o rex inquit aſſum exilium a Græcis & perſecutio/
nē perpeſſus:cui cum multa a Perſis mala:tum maiores etiam gratiæ debētur: cū Græ
cos a perſecutione auocarim:tum cum liberata Græcia & in tuto conſtituta ineundi ali
quam a uobis gratiam facultatē præbuit. Mihi omnia præſentibus malis conueniētia
aſſunt. Nā & paratus acceſſi tibi gratias debere:ſi ipſe iniurias remiſeris:ſin minus: irā
exorare. Tu autem cum aduerſarios meos teſtes beneficiorum habeas:quibus ego per
ſas affecerim:hac mea fortuna ad illuſtrandam uirtutē tuā magiſq̄ ad explendā iracū
diam fruere. Hinc.n.ſupplicem tibi hominē & amicum ſeruabis:inde hoſtē Græcis in
feſtiſſimum occides. His dictis Themiſtocles orationi ſuæ diuinitatis fidem adiūxit:
cum & Nicogenis ſomnium:& oraculum Dodonæ Iouis ī medium protuliſſet:a quo
iuſſus ad Dei gētilem accedere:augurari ſe diceret ad illum potiſſimum mitti. Magnū
enim utrunq; & eſſe & haberi regem. Perſa audita Themiſtoclis oratione:nihil tum il
li reſpondit:etſi illius animi elationem ac magnitudinem uehemēter eſſet admiratus:
ſed conuerſus ad amicos:ut maxima functus fœlicitate beatum ſe eſſe profeſſus ē: tū
precatus Arimanium ut id hoſtibus ſuis in mentem poneret:ut a ſe eiuſmodi uiros ex
pellerēt:Diis ſacrificia perægiſſe dicitur:ac pocula ad potum conuerſum ſtatim popo
ſciſſe. Ad hæc noctu ter interdormiendum præ gaudio exclamaſſe:habeo Atheniēſem
Themiſtoclem. Ac prima luce aduocatis amicis ipſum ad ſe introduci iuſſit omni iam
ſpe clæmentiæ deſtitutum:q; intueretur regios ianitores:ſibi audito præſentis nomine
uehementer infenſos eſſe:maledictis etiam laceſſiſſe. Accedebat etiam Rhoxanes tribu
nus militum: qui ubi ad eū peruenit Themiſtocles: aſſidente rege aliiſq; cōticentibus
ſuſpirans ſūmiſſa uoce o græce inquit:uarie ſerpens huc te regis fortuna perduxit. Ve
rūtamen cum in conſpectum ueniſſet:ac regem rurſus adoraſſet: contra ſalutatus ac
benignis & phumanis ab eo uerbis exceptus eſt:cū diceret ſe iam ducenta illi talēta de/
bere. Illum.n.ſeipſum agētem fas eſt accipere premium:quod ei qui duxiſſet deberet
per præconem edixerat:ſed multo his plura pollicitus eſt:bonoque illum animo eſſe:
& quæ uellet de græcis rebus audacter & libere eloqui iuſſit. Ad hæc Themiſtoclem:ſer
mones reſpondit hominum periſtromatis uerſicoloribus perſimiles eſſe. Etenim ut in
illis cum extenduntur:ita & in his formas figuraſq; apparere:contractis autem abſcon
di eaſdem atq; corrumpi:quare ſibi tempore opus eſſe. Cum ea ſimilitudine admodū
lætatus rex eſſet:tempuſq; eum ſibi quantum uellet ſumere iuſſiſſet:ānuum tempus
flagitauit:in quo quantum ſat erat:percepta perſarum lingua: per ſeipſum cum rege
nullo interprete in colloquium uenit: exiſtimantibus iis qui aberant illum de rebus

Græcorum cum rege cõmentatum esse. Verum cũ & circa aulam & circa amicos regis permulta consilio eius ĩmutata essent: magnam sibi a potentibus conflauit inuidiã: ut qui de illis apud regem liberius loqui ausus foret. Nã honores ei a rege habiti per multum a cæterorum hospitum honoribus differebãt. Venationes .n. & domestica quoq; studia cum rege sibi cõmunia erant. Quare & regis matrem adiit: & in eius familiaritatem insinuauit. Magnorum quoq; sermonibus iussu regis interfuit. Postea uero q̃ Damaratus spartiata munus a rege petere iussus: petiit ut sibi fas esset tiara sublata ĩ capite regio more per sardos incedere: Mitropaustes regis patruelis apprehẽ sa Damarati manu: hæc inquit tiara haud cerebrũ quod uelatura sit habet: nec tu Iupiter eris etiam si fulmen acceperis. Cum uero rex ex ea petitione ira incensus Damaratum repudiasset: nec cum illo unq̃ rediturus in gratiam putaretur: Themistoclis precibus placatus ac delinitus est. Ac ferunt posteriores reges quorum temporibus cõmercia inter persas Græcosq; frequentiora fuerunt: quotienscũq; petentes ex Græco homine impetrare quid uellẽt: nuntiis ac litteris polliceri solitos: illum apud se magisq̃ Themistoclem ualiturum. Ipse autem Themistocles dicitur: cum iam permultum opibus & gratia ualeret: a multisq; summo studio coleretur: splendidissime apparata mensa præsentibus filiis: interieramus dixisse: o filii nisi ĩteriissemus. Tres etiam ciuitates plurimi tradunt illi a rege dono esse datas: quæ ad panem uinumq; atq; obsonium sumptus suppeterent: Magnesiam & Lampsacum ac Myuntam. His alias præterea duas Cizecinus Neanthes & Phanias addunt: Percotam & Palesepsim ad uestem & supellectilem ad cæterum cultum & ornatum. Post hæc cum ad res græcas conficiendas ad mare descenderet: Epixyes uir genere Persa: superioris Phrygiæ præfectus diu illi paratus tetendit insidias: Pisanis quibusdam dato negocio: ut illum cum in urbe Leonis capite nuncupata diuersaretur obtruncarent. At illi fertur meridiano tempore dormienti deorum mater per sõnium se offerens: O Themistocles exclamasse: effuge Leonũ caput: ne ipse in leonem ĩcurras. Ego uero pro hoc abs te beneficio Innesiptolemam ministrã mihi legi efflagito. Turbatus igitur Themistocles ac animi dubius: precatus est Deã: dimissaq; priore uia: quæ Lophoron dicitur: ac alia profectus: cum locum illum declinasset: ac iam tenebræ essent: tabernaculo mutato castra posuit. Ex iumentis .n. tentorium ferentibus unum in flumen decidit: Quare Themistoclis famuli aulea madida extensa siccabãt. At Pisani accincti gladiis oblatam sibi occasionem rati: eo se ĩtulerũt: ac aulea quæ siccabantur uisu decepti ad lunam: Themistoclis tentorium esse opinati sunt: seq; illum intus quiescentem inuenturos. Vt autem ad locum propius profecti aulea deiecerunt: qui aderant custodes in eos impetum faciunt: ac cõprehendunt: sic eo periculo liberatus Themistocles: Deæq; uisionem uehementer admiratus: ĩ Magnesia templum ædificauit Dindymenæ matri: ac filiã Innesiptolemã illi sacerdotẽ legit. Cum uero accessisset sacerdos: ac per ocium templorum apparatum ac donorum multitudinẽ contẽplatus esset: aspexit in matris Deum tẽplo puellæ simulacrũ ex ære: quã Hydrophoram uocant duorum cubitorum magnitudine: quã ipse curandis aquis præfectus Athenis: deprehensis iis: qui aquam alio traductam subduxerant: ex eorum supplicio confici & in templo collocari iussit. Siue igitur indolens signi captiuitatem: siue Athenienſibus ostentare cupiens: quantum apud regem iam gratia & auctoritate ualeret: cum Lydiæ præfecto sermonẽ contulit: ab eoq; cõtendit pluribus: ut signum illud sibi Athenas exportandum permitteret: tum incensus barbarus remq; indigne ferens: inquit se de iis regem per epistolam certiorem facturum. Themistocles uero metu perterritus ad mulieres confugiens pellicibus donis muneribusq; affectis: illũ ab ira ad mã suetudinem & clæmentiam reuocauit: iãq; barbarorum inuidiã reformidans cæteris in rebus in posterum cautiorem se præbuit. Non .n. Asiam pererrans: ut Theopompus affirmat: sed Magnesiam incolens: magnis auctus muneribus iisdemq; quibus Persarum principes functus honoribus: permultum temporis liberam ab omni metu uitã

ac ſolicitudine uixere: cum rex aſiaticis turbationibus impeditus: uel minima græcarū rerum cura contineretur. Sed poſtea q̄ Aegyptus fauentibus Athenienſibus defecit a rege: & Græcorum triremes Cimone duce ſubacto mari uſq; Cyprum Ciliciamq; inuaſerunt: iuſſit illum Græcis occurrere: ad eorumq; uires quæ quotidie in regis perniciem magis inualeſcebant: reprimendas accedere. Iāq; potentiæ cōmotæ erant: duceſq; ad bellum cum exercitu miſſi: cum de illis Themiſtocli a rege nuntium eſt allatum: iubē te ad bellum Græcis inferendum ſe conferre: ac illi promiſſa perſoluere. Hic illum nec ira concitauit in ciues ſuos: nec tanti honoris atq; opes ad bello patriam laceſſendam īpulerunt: fortaſſe quidem ratus opus maiuſq̄ a ſe confici poſſet: magnis præſertim tū ducibus abundante Græcia & Cimonis gloria inter Græcos præclariſſimis rebus geſtis maxime floreſcēte: plurimū uero prioris laudis uerecundia adductus: ex illis moribus conſilium cœpit uitæ honeſtum ac decorum finem īponere. Itaq; cum peractis ſacrificiis in unū conuocaſſet amicos: manuq; apprehendiſſet (ut uulgatior fama tenet) epoto taurino ſanguine quēadmodum opinantur quidam ueneno infuſo in Magneſia mortem oppetiit: cum quintum iam & ſexageſimū ætatis ſuæ abſoluiſſet ānum: eiuſq; ætatis plurimū in adminiſtranda repub. & militaribus imperiis contriuiſſet. Regem uero cum & mortis cauſam ſimul & modum accæpiſſet: magis tum hominem admirati ferunt: eiuſq; poſtea amicis ac familiaribus perpetuo benigniſſime & humaniſſime uſum eſſe. Reliquit autē Themiſtocles ex Archippa Lyſādri ex tribu Alopecia: Archeptolim & Polycutum & Cleophantum: cuius & Plato philoſophus: ut optimi quidem equitis ſed cæteris in rebus ignari atq; hebetis mentionem facit: ſed ex natu grandioribus Neocles equi morſu interiit: Dioclem uero Lyſander auus ſibi ī filium adoptauit. Filiæ illi complures fuerunt: quarum Innepſitolemā ex ſecunda uxore natā Archeptolis ex alia matre frater in matrimonio habuit. Italiam uero Panthides Chius duxit uxorem. Sabarim Nichomedes Athenienſis: Nicomatem Phrafides Themiſtoclis ex ſorore nepos: qui cum poſt illius obitū in Magneſiam nauigaſſet: eā cum fratribus affinitatē cōtraxit: minimā uero omnium filiorum natu Aſiam educauit: Sepulchrū uiri in foro Magnetum illuſtriſſimū extat. Sed de reliquiis minime Andocidæ fidē habendā puto: qui ad amicum ſcribens ait illas deprehenſas Athenienſes proieciſſe. Mendacio. n. potentes & factioſos aduerſus populū incitare conatur. Hylarchus quoq; ueluti in tragœdia: machinā hiſtoria fere attollit: productis Neocle quodā & demopoli Themiſtoclis liberis certamen & diſceptationē & affectum ſuſcitare cupit: quod quidē ab eo fictum quiuis facile intueri poteſt. At Diodorus hiſtoricus in iis quæ de monumentis ſcripſit: opinione magis adductus q̄ cognitione aliqua & ſcientia frætus: tradidit ab eo quod iuxta alcimū eſt cum deſcenderis promōtorio: extare atq; eminere ueluti quē dā cubitum: atq; intus qua mare tranquillum eſt: fundamentū eximia magnitudine eſſe: nec procul inde quidam ī ſimilitudinē aræ: quod ſepulchrū Themiſtoclis fuiſſe. Opinātur āt & Platonē comicū hoc idē ſētire his uerſibus: Tua tūba opportune erecta mercatoribus ubiq; ſalutabitur: enauigantesq; atq; ānauigātes intuebitur: & īterdū certamen nauium contēplabitur: iis uero qui a Themiſtocle originē traxerāt: honores quidā in Magneſia uſq; ad noſtram memoriā habebātur: quibus functus eſt Themiſtocles Athenienſis: quo ego apud Ammoniū philoſophum familiariſſime amiciſſimeq; ſū uſus.

CAMILLI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

CVRIVS CAMILLVS DE QVO MVLTA MAgnaq; extant ſcripta: ea re uehementer admirandus uidetur: q; plurima ac maxima imperando clara facinora geſſerit: & dictatura quinquies triumpho quater potitus ſit: ac ſecundus Romæ conditor habitus fuerit: conſulatum uero nūq̄ attigit. Huius rei cauſa fuit ciuilis perturbatio: q; populo aduerſus ſenatum de creandis conſulibus diſcrepante tribuni militares qui exercitui præeſſent deſignabantur: qui etſi omnia auctoritate conſulari adminiſtraret: tamē minus moleſte magiſtratus propter multitudinē ferebatur. Nam & ſex uiros & non duos rebus præfeciſſe leuabat moleſtiam illorum: qui prīcipatum paucorum graui ānimo tulerant. Per ea tempora cum magnopere rerum geſtarū gloria Camillus floreret: iniquū ducebat inuito populo conſulem deſignari: etſi interea reſpub. comicia conſularia ægiſſet. In aliis autem multis uariiſq; magiſtratibus talē ſeſe præbuit: q̄uis unus imperaret: auctoritas publica gloria uero priuata eſſet: q̄q̄ collegas in magiſtratu haberet: quorum alterius modeſtia q; ſine inuidia imperabat: alterius prudentia propter quam primas partes obtinuit: cauſa erat. Nondum. n. tunc magno militum apparatu circa domū exiſtente: ipſe per ſeipſum ad gloriam primo emerſit. Nam in magno prælio quod gerebatur aduerſus Secanos & Volſcos ſub dictatore Poſtumio Tuberno merens: cum exercitum perequitaret: & uulnus in coſſa accepiſſet: haud dolore uictus eſt: ſed euulſo e corpore telo: fortiter cum fortiſſimis hoſtiū pugnando erumpentium impetum retruſit: & terga uertere coegit. Deinde alia munera obiuit & cenſuram magiſtratum magna eo tempore ſortitus eſt auctoritate. Memoriæ traditur: cum ipſe hoc munere fungeretur: pulchro facinori operam impendiſſe. Ferunt. n. cum rationibus perſuaſiſſe: tum pœna homines minādo deterruiſſe: ut minus uiduarū mulierū nuptiæ deuitarētur: quas profecto propter bella magnus erat numerus. Magno plane emolumēto illud fuit: q; eius opera orphani qui prius īmunes erāt: ad uectigalia pendenda: coercerentur. Hoc acciderat quia ob aſſiduam rem militarem reſpub. magnis impenſis uexabatur: & maxime Veiorum eos ſolicitabat obſeſſio. Hos quidam oenetanos uocant. Nam hæc urbs Tuſciæ pro pugnando erat & armis militibuſq; æque ac Roma opulentior. Opum. n. ac delitiarum ſplendore clariſſima multo tiens egregie cum Romanis pro gloria & imperio dimicauerat. Verum ea tempeſtate īgenti uexatione bellorum feſſa atq; attrita non amplius de imperii excellētia certabat: ſed altis muris longiſq; ac duris oppidani urbem cingentes: & multa armorum & frumenti telorumq; ui ac uniuerſi deniq; apparatus complentes intrepido animo lōgam ferebant obſidionem: quæ non minus & laborioſa & moleſta obſidentibus q̄ obſeſſis fuit. Conſueti. n. Romani hyemare domi: nec multum temporis æſtiuo tempore militare: tunc primum a tribunis coacti ſunt propugnacula ſtruere & caſtra in hoſtili agro ſub ipſa æſtate atq; hyeme uallo foſſaq; concludere. Iam fere ſeptimo belli anno finiēte tāq̄ duces accuſandi eſſent: q; molliter obſidionē agere uidērētur: remotis primis ducibus noui tribuni militares ad bellum deſignati ſunt: quorum tunc ſecundo unus Camillus erat: cui cum obtigiſſet in falerios & capenates expeditionem ducere: nihil eo tēpore īea obſidione perægit: qui tunc q; Romanis aliæ inceſſerant curæ: multis iniuriis regionem laceſſentes & præſertim tyrrhenum bellum moleſtantes a Camillo oppreſſi ſunt: & multi in murum contracti in præcipitium dati. Deinde circa paludē albanam cum uehementer bellū inſtaret: ſimilis monſtro res ueniens: quia nihil minus credēdū

erat inter ea quæ admiranda & fide indigna uidentur: quoniam cõmuni cauſa ac ratione naturali careret: terrorem iniecit. Erat. n. tempus autũnale: & iã æſtas deſierat: quæ neq; imbribus neq; auſtralibus uentis moleſta ac aduerſa fuerat: ſed multæ paludes Italiæ ac fluuii fonteſq; partim omnimodo: partim ualde aruerunt. Omnes autẽ fluuii æque ac ſemper humiles ac depreſſi per æſtatem fluxerant. Palus uero albana quæ ex ſemet principium ac finem comparauerat: ſepta montibus altis nulla de cauſa niſi aucto ſulphure tumebat: atq; cacumina montium ſine agitatione ac fluctu elata leniter attingebat. Quod primũ in admirationem paſtores adducebãt. Poſtq̃ palus ſeſe nõ amplius capere poterat: & magnus aquarum fluxus per agros aratos plantaſq; ad mare factus eſt: non ſolum animos Romanorum ſtupore perculſit: uerum etiam omnes qui Italiam incolebant: magna illud portendere cenſebant: plurimus de hac re ĩ caſtris Romanorum qui contra Veios obſidionem habebant rumor exortus eſt. Itaq; manifeſte illis id quod de palude acciderat: cognitum eſt. Verum ut euenire ſolet in lõga obſidione: q; multæ ĩter hoſtes conuerſationes oriuntur: factum eſt ut Romanus quidam familiaritatem cum quodam ciue coniunxit: qui ueterum ſermonum peritia pollebat: & plus aliquid q̃ alii ex uaticinio ſcire uidebatur. Poſtq̃ Romanus accepit elationem paludis: uiditq; hunc obſidionem deſpicientem deridentemq;: non hoc tantum admirandum inquit hæc tempora præbitura: ſed his multo abſurdiora ſigna ĩminere: & hæc ſibi cõmunicaturum polliceret fore: ſiquid remedii in cõmunibus malis adhibere poſſet. Cum attentas aures homo præbuiſſet: & mutuo ſermone uteretur: tãq̃ latentia quædam auditurus eſſet: paulatim Romanus ſic fabulans & illum ſubducẽs: ut lõgius ab urbe abierat: cum magnis ualeret uiribus: ſublimẽ illum rapit: & multis ex caſtris concurrentibus militibus præbuit. Ille coactus docens quod futurum erat: tanq̃ ĩeuitabile eſſet: eius occulta uaticinia de patria protulit. Inquit. n. non prius illam capi poſſe: q̃ perfuſam paludis albanæ aquam hoſtes retro reflecterẽt: & ne mari promiſceretur obſtarẽt. Hæc cum ſenatus acciperet: & de re dubitaret: uiſum eſt in rẽ fore Apollinis conſulendi gratia quoſdam in Delphum legare. Fuere legati Coſſus Licinius Valerius Potitus & Fabius Ambuſtus uiri magni: ubi cõſuluere: nauibus delati domũ rediere. Alia uaticinia ferentes: quæ de quibuſdam rebus patriis apud feſta latina nuncupata nugas prædixerant: & aquam albanam arcere a mari quantum poſſent: ad priſtinumq; meatum reducerent: iuſſerant. Si autem hoc minus tranſigere poſſent: in planiciem per foſſas deducere: & in unum congerere. His relatis ab oratoribus ea quæ ad rem diuinam pertinebant: ſacerdotes abſoluerunt: populus autem ad opera faciẽda ſeceſſit: & aquã diuertit. Senatus uero decimo belli anno depoſitis primis ducibus dictatorem Camillum creauit. Ille autem magiſtrum equitum ducens Cornelium Scipionem: primo uouit ſi fœlicem exitum bellum haberet: magna ſpectacula ſe facturum: & templum Deæ quam Matutam matrem Romani uocant: conſecraturum: hanc certe ex ſacrificiis in quibus curritur Leuchoteam nominari uolunt. Etenim ancillam ĩ tẽplum adducentes alapa pulſant: deinde impellunt: & fratrum filios ante ſingulos fratres ſub brachio ferunt: & circa ſacrificia currunt. Hæc ſimulacra ſunt earũ rerum quæ in infantia & quæ Nioe pellex paſſi ſunt. Poſt uota Camillus aduerſus Faliſcos copias duxit: & hos atq; capenates: qui auxilio illis erant: magno in prælio uicit. Deinde ad Veiorum obſidionem flectit iter. Vbi cum durum aſperumq; promontorium intuerentur: cuniculos circa urbem in locis: qui aditum intra muros præberent: fodiendo parauit: per quos occulte atq; profunde ſub terra ad hoſtes ducerentur. Quapropter cum ſpes uiæ ineſſet: ipſe extra pugnam laceſſit: & ad muros hoſtes prouocat. Alii autẽ clã per cuniculos irrumpentes latenter in arcem penetrant: quæ erat iuxta templum Iunonis: quod in urbe & magnitudine & religione pollebat. Ferunt cõtigiſſe eo tempore ducem tyrrhenum hic ſacrificiis operam impendere: & augurem inteſtina contemplantẽ alteq; exclamantem dixiſſe Deum dare uictoriam ei: qui ſacrificia illa ſubſequeretur.

Hoc audientes Romani qui in cuniculis erant: ſtatim pauimentum frægerunt: & cum clamore atq; armorum ſtrepitu egredientes: exterritis hoſtibus ac fugientibus ĩteſtina rapuerunt: & ad Camillum detulerunt. Sed hæc forſan fabuloſa eſſe uidebuntur. Capta aũt urbe cũ Romani incredibiles diuitias prædãdo agerent ferrentq;: Camillus cum proſpiceret ab arce ea quæ gerebantur: primũ quidem collachrymauit. Deinde fœlicẽ ſe ratus ex præſenti fortuna manus ad cælum ac Deos ſupinas tendens inquit: Sũme Iupiter cæteriq; omnes Dii humanorum operum iudices: non pro meritis: ſed pro rei⁊ neceſſitate romanam fortunam aſpicite: iniquorum ac nefariorum hoſtium urbem ac cæpimus. Si autem & nobis æqua præſentis fœlicitatis ultio debetur: obſecro omnia quæ in urbem & exercitum Romanorum mala conferenda eſſent: in meipſum paruo malo terminari. Cum hæc dixiſſet: ut mos eſt Romanis preces agentibus: ſe ad dexterã uoluere: circunuertens cecidit. Turbatis illis qui aderant: cum reſurgeret: inquit: q̃bene pro meis uotis ac precibus accidit: hoc paruum malum in maxima bona fortunæ. Direpta urbe ſtatuit Iunonis ſtatuam Romã ut uouerat tranſferre. Conuenientibus ĩ hoc artificibus Camillus Deæ hoſtias mactans cum precatus eſſet eam: ut Romanorũ curam ſuſciperet: & una cum aliis Diis Romæ habitantibus firma ſtabiliſq; maneret: ferunt ſimulacrum locutum dixiſſe: hoc uelle atq; afferere. Liuius autem inquit cum ipſe Camillus Deæ ſtatuam ſuſpenderet: & precibus eam prouocaret: quoſdam ex aſtãtibus reſpondiſſe: & uelle & approbare: & Romã prompte profectam eſſe. Qui autem uehementer aſſerendo rei huic admirandæ fauent: arbitrantur patronam magnam atq; adiutricem fuiſſe fortunam urbis: quam ex paruis minimiſq; principiis ad multũ gloriæ atq; potẽtiæ emerſiſſe ſine dea: quæ multis ubiq; ſignis apparuerit admirãtur. Itaq; afferendo ferunt multotiens ſudorem ſtatuam ac ſuſpiria emiſiſſe: quandoq; ſe ſe auertiſſe: quandoq; expurgaſſe: de quibus multi ex maioribus in hiſtoria ſcripſere. Multa etiam quæ nos accæpimus admiratione digna cõmemorare poſſemus: quæ nõ ĩmerito contẽni poſſent: Sed huiuſmodi rebus permultum credere uel nullam fidem adhibere propter humanam imbecillitatem: quæ nec terminos nec ĩperium ſui habet: & cum feratur quandoq; ad ſuperſtitionem & ſuperbiam quandoq; ad contẽptum ſacrorum & inſolẽtiam rerum diuinarum: periculoſum eſt. Pium autem atq; optimum eſt: ut nihil minus Camillus qui nec magno cum labore decimo obſidionis anno urbẽ hoſtilẽ occupauerat: ſane ex iis qui eum beatum faciebant: in tumorem atq; animi elationem adductus & quadrigam albis equis tractam aſcendens aliiſq; ſuperbe utens ꝓ legitimo ciuiliq; magiſtratu moleſtius triumphauit. Quo triumphãdi genere nullus ex ducibus neq; antea neq; exinde uſus eſt. Nam putãt ſacrum huiuſmodi currum regi patriq; deorum eſſe celebratum. In hac re quia nondum laute luxurioſeq; uſurpatũ uiuere erat: necnon ꝙ legi de diſſociandis habitatoribus urbis ſe oppoſuerat: apud ciues Camillum quidam calũniis proſequebãtur. Rogationem enim tribuni plæbis tulerant populum atq; ſenatum diuiſum habitare: & alterum Romæ ductis ſortibus: alterum in captiuam urbem Coloniam agere: tãq̃ opulentiores futuri eſſent: & duobus magnis pulchriſq; urbibus altera ditata una regionem cuſtodirent. Populus cum iam numero creuiſſet: munera obibat: & ſuffragium petens in concione frequens tumultus agitabat. Senatus atq; optimates cenſentes non diuiſionem Romæ: ſed perniciem futuram: ſi populus ſolus adminiſtraret: cum hoc indigno animo ferrent: ad Camillũ refugium habuere: ille certamen deprimens occaſiones iniiciebat populo atq; occupationes: quibus ſemper legem deſtrueret. His igitur de cauſis mæſtitia afficiebatur Camillus. Sed apertiſſime ingẽteſq; inimicitiæ ſibi contra populum fuerunt ex ſpoliorũ decimis: quæ non abſurdæ fuiſſent: niſi multitudo iuſtiſſimum principium ſuſcepiſſet. Nam ut uidetur Camillus ad Veios expeditionem agens: ſi urbẽ caperet: huic Deæ decimas uouit. Capta autem direptaq; urbe: ſiue ꝙ tederet ciues fatigare impenſis: ſiue ꝙ obliuio quædam ex incumbentibus rebus eum cæpiſſet: uotum per negligentiam

habuerit:poſtq̃ magiſtrãtum illum depoſuerat:de hac re ad ſenatũ rettulit. Augures monebant in ſacrificiis Deorum iram apparuiſſe:quæ propitiatione & gratiarũ actione placanda eſſet:decernente ſenatu:nam difficile erat factum uotum infectum eſſe: illos qui in partem prædæ uenerant iureiurando aſtrictos decimas in medium afferre: multa moleſtia uiolẽtiaq; affecti ſunt:cum pauperes eſſent & multũ laboribus exhauſti fuiſſent:& ad tantam collationem earum quas comparauerint poſſederintq; cogerentur. His rebus Camillo tumultuãte deficientiq; probabiliori excuſatione ad abſurdiſſimam rationem ſeſe applicuit. Nam profitebatur eum uoti obliuionem cæpiſſe. Illi illud moleſtum ſibi dicebant:ſi ea quæ eſſent hoſtium tunc uouiſſet:nũc ea quæ ciues haberent ſoluerent. Itaq; ut quiſq; quantum erat æquũ ĩ medium contulerunt. Viſũ eſt auream cratheram ĩ Delphum mittere:ſed parua auri copia erat in urbe. Cum illi q̃bus hæc præcipua cura demandata fuerat:de auro inueniendo conſiliã agitarent:mulieres inter ſeſe ſua ſponte conſultantes:omnia ornamenta aurea quibus circa corpus utebantur:in oblationem contribuerunt. Aurum fuit pondere octo talentorum. His mulieribus referens ſenatus honorem:pro earum dignitate decreuit:poſt mortem quẽ admodum pro uiris ita pro fœminis in funere laudatiuam orationem haberi. Non.n. antea mos erat apud Romanos mulierem mortuam laudare. Parata lõga ornataq; naui cum fortibus uiris tres ex optimatibus in Delphum miſſi. hyems profecto inerat:& in mari tranquillitas. At operepreciũ audire quẽadmodum illi in maximũ diſcrimẽ incidentes:ex inſperato ſtatim periculum euaſere. Nam lipareorum triremes circa Aeoli inſulas deficiente uento eos manus tendẽtes oranteſq; tãq̃ prædones aggrediũtur:& captos eductoſq; e mari pro piratis habuerunt:reſq; & corpora uenundanda ſub corona expoſuerunt. Sed tãdem cum creditum eſſet uirtuti ac potentiæ unius úiri Timithei ducis dimiſſi ſunt. Hic paratis ſuis nauibus in Delphum miſit:& ut donaria ſuſpenderentur:operam nauauit:quapropter Romæ condigni honores relati. Tribunis plæbis rurſus de diuidenda habitatione & mittenda Colonia legem excitantibus:bello contra Phaliſcos exorto:quod opportune cecidit:uiſum eſt primoribus comitia ſecundum legem agere. Itaq; Camillum cum aliis quĩq; tribunis militum elegerunt: tãq̃ res ipſa duce qui dignitate & gloria ac rerum experientia polleret indigeret. Populo ſanciẽte Camillus ſumptis copiis aduerſus Phaliſcos impetum fecit:& Phalerios urbẽ ad bellum munitam omnibus rebus bellicis habentes caſtris circuiuit. Quam non facile captu:neq; eo tempore capiendam putauit:uerum quærebat ciues in caſtris retinere: atq; ad bellum exercere:ne domi in ocio uitam agentes factionibus ſeditionibuſq; urbẽ fœdarent. Recte.n. ſemper Romani hac uſi medicina quemadmodum medici: ut ciuiles diſcordias ac ſeditiones uitare uel extra urbem ea mala ad hoſtes conuertebant. Sic certe obſidionem Phaleriis deſpicientibus ratis undiq; munitos eſſe:præter eos qui muto rum ſtationes tenebant:cæteri omnes per urbem in ueſtibus uerſabantur: filii autem eorum ad ludum proficiſcebantur:& circa muros deambulare atq; ſeſe exercere cogebãtur. Nam publico doctore Græcorum more utebantur Phalerii. Volebant.n. ab ipſa adoleſcentia filios una eruditi atq; congregari:hoc modo magiſter ludi inſidias Phaleriis tendens per pueros:ſingulis diebus illos primo ſub muris per pomœrium ſeducebat. Deinde ipſos poſtq̃ deambulando exercuerãt:in urbem reducebat. Poſt paulatim illos ſubducens audere tãq̃ tuto proficiſci liceret aſſuefecit. Tãdem cum omnes ſecum haberet:ad præcuſtodias Romanorum profectus:iubet illos ad Camillum deducere. Ipſe triſtis grauiſq; cum in medium ſtetiſſet:ſe puerorum magiſtrum eſſe declarauit:& ut illi gratificaretur:curaſſe per pueros inquit urbem ſibi tradere. Camillo uiſum eſt rem indignam audire:unde præſentibus inquit iniquũ eſſe iniuria ac uiolentia hoſtes uincere. Nam & leges quædam belli inter bonos uiros & non ſic incendium ut nõ uitãdæ ſint prauæ impiæq; gratiæ. Sancitũ.n. eſt non aliena iniquitate ſed propria uirtute magnum fortemq; ducem oportere militare. Itaq; iuſſit hominis ueſtimenta ſcindi:&

manus poſt terga uincire: pueris autem uirgas uerberaq; dari: ut proditorem uerberibus afficientes in urbem agerent. Subito Phalerii poſtq̄ proditionem magiſtri ludi ſẽ ſerunt: urbe ut conſentaneum eſt in tali queſtu ac calamitate occupata clari homines ac mulieres ad muros portaſq; pleno gradu ferebantur: ut magiſtrum ludi quem puerí nudum uinctũq; in urbem ignominioſe agebant: intuerentur. Camillum ſeruatorẽ atq; deum patremq; appellabant. Quare non ſolum parentes ipſi puerorum: uerum etiam cæteri ciues qui hæc intuebantur: Camilli æquitatem ingenti beniuolentia admirabantur. Itaq; ſtatim cõgregato ſenatu oratores ad Camillum legauerunt. Camillus Romã illos ad ſenatum mittit. Illi cum in ſenatu ſtetiſſent inquiunt: Quoniã Romani pluris iuſtitiam q̄ uictoriam fecere: doctos illos dedere uelle: ut potius uinci q̄ liberos eſſe optarent: confitentes non tãtum ui Romanorum q̄ uirtute ſuperatos eſſe. Senatus ad Camillum illos remittit: ut de hac re pro animi ſui ſentẽtia decerneret. Redactis in ditionem Romanorum Phaleriis: factaq; pace cum omnibus Phaliſcis: Camillus uaſa colligere iuſſit: atq; diſceſſit. Milites qui prædatum iri Phalerios expectabãt: poſt q̄ Romã uacuis manibus redierũt: Camillum tãq̄ populus ei odio eſſet: ac pauperum utilitati inuideret: apud alios ciues accuſauerunt. Poſtq̄ de diuidenda habitatione tribuni plæbis legem tulerunt: ad decretum rurſus populum accerſunt. Camillus nullius inimicitiis nullius audaciæ parcens: primus omnium multitudinem coercuit: ut legẽ abrogaret. Multitudo contra Camillum ira inflãmabatur. Sed cum laboraret ex filiali calamitate: nam alterum ex filiis morbo confectum amiſerat: nihil tamen iræ in eum dimiſſum eſt. Quã calamitatem ipſe uir manſuetus atq; optimus haud æquo animo tulit. Sed cum indicta ſibi accuſatio eſſet: ĩcluſus cum mulieribus propter luctum domi ſe continebat. Accuſator erat. L. Apuleius. Criminatio autem de ſpoliorum tyrrhenorum expilatione. Nam fama erat portas quaſdam æneas ex Hetruſcis ſpoliis apud eum eſſe inuentas. Populus ira affectus ſtatuerat: quacũq; eſſet uia contra Camillum decernere. Itaq; cum amicos & cõmilitones Camillus congregaſſet & collegas: qui non pauci erant: ſũmis precibus illos orabat: ne ipſum falſo accuſatum ac ab inimicis deriſum deſererent. Amici bene prudẽterq; re inter eos agitata reſponderunt: aduerſus accuſationem eius nullum præſtare auxilium poſſe: cum iudicium ſẽtentiamq; de eo ferendam haud expectare uoluiſſet: ductus ira ſtatuit ex urbe decedere. Familiariter igitur blandeq; appellata uxore ac filio tacitus domũ uſq; ad portam egreditur. Ibi cũ ſtetiſſet: conuerſus retro & ad capitolium manus ſupinas tendens: deos precatur ſi noxius ex inuidia a populo pœnas ſumpſerit: q̄primũ Romanos pœnitentia capi: & ipſius opera in omnium mortalium aſpectu indigere: atq; Camilli deſiderio teneri. Ille igitur quẽadmodum Achilles imprecationes fouens aduerſus ciues abſens dãnatus eſt quindecim milibus aſſibus: qui numerus ad argenti rationem conſtituit mille & quingẽtas dragmas. Nam argenteus aſſis erat: & hic ex decem æreis denarius uocabatur. Nemo fuit ex Romanis qui non putaret Camilli preces ſtatim exauditas fuiſſe: & ultionẽ de iniuria non quidem iocundam: ſed triſtem ac celebrem & paſſim diuulgatam ſuſcepiſſe. Tanta Deorum Romã aggreſſa eſt ultio: & tanta ignominioſa opportunitas belli ĩuidiæq; ac periculi aduerſus urbem apparuit: ſiue q̄ talis fortuna ĩmineret: ſiue q̄ deorum quidam ſit: qui de ingratitudine contra uirtutem ultionem nõ remoretur: primũ quidem uiſum eſt ingrediente Iulii menſe magni indicium mali apparuiſſe: mortẽ uidelicet cẽſoris. Nã Romani putantes cenſorium magiſtratum ſanctum eſſe: plurimũ illi tribuebant. Secundo ante Camilli exilium Marcus Ceditius uir nec clarus nec ſenatorius ſed manſuetus atq; optimus apparens: rem ſolicitudinis plenam ad tribunos militum rettulit. Nam inquit cum in præterita nocte uiam iret: quam nouam uocãt: quẽdam alte eum appellantem accepiſſe: ſeſeq; auertentem neminẽ uidiſſe: audiſſeq; uocem humano ſonitu maiorem dicentem: Age Marce Cediti ad principes diluculo ueniens inquies breui tempore in urbe Gallos habituros eſſe. Hæc cum tribuni militum

audiuiſſent:tãq̃ ridicula ac iocoſa habuerunt.Paulopoſt ea quæ in Camillum ãcta ſũt euenire:Galli celtico genere orti:quia domi propter multitudinem haud nutriri poſſunt:foris ſedem ac uictum quærunt.Qui cum multæ ſint Myriadæ iuuenum bellicoſorumq; hominum plures ex filiis atq; mulieribus ſecum ducunt. Quorum quidẽ ad Boreum oceanum tranſeuntes ſuperatis Ripheis mõtibus extrema Europæ occupãt. Quidam inter pyrenos mõtes & alpes ſedem ponentes prope Senones ac Celticos diu incolunt. Tunc(ut fama eſt)primũ guſtantes uinum ex Italia delatum:ſic illius admiratione ac nouitate ſuauitatis amentes facti ſunt omnes:ut collectis armis ſumptiſq; filiis ad alpes conceſſerunt:quæſiueruntq; eam terram in qua huiuſmodi fructus oriretur: aliam autem infructuoſam atq; ĩmitem arbitrabantur.Primum qui ad illos uinum detulit ac in Italiam eos accerſiuit Aruntem tyrrhenum fuiſſe ferunt uirum & ſplendore & natura præſtantem. Verum hac laborauit calamitate.Curam gerebat cuiuſdam pueri orphani:qui & opibus & præſtantia formæ omnes ciues anteibat:nomẽ erat huic Lucomoni:hic ab ipſa pueritia ſub ipſo Arũte uixit. Et cum primũ adoleuit ætas :minus domum illius dimittens:q; amore uxoris Aruntis deperibat: fingebat cũ eo uitam læte agere uelle.Permultum temporis horum mutuus amor & conſuetudo latuit.Sed cum dux ita ambo amore inflãmarentur:ut illum haud amplius celare poſſent:iuuenis contra illum manifeſte irruit atq; e domo expulit.Ille cum ĩ ius Lucomonem uocaret:uictus cum multitudine amicorum Lucumonis: tamen pecuniis domũ ſuam deſeruit:qui rumore accepto de Gallis ad illos ſeceſſit:atq; in Italiam exercitum duxit.Illi irruentes q̃primũ uniuerſam antiquãq; regionem Tyrrhenorum ſub eorum imperio ab alpibus uſq; ad utraq; maria redigere:ut ipſius nomĩs appellatio teſtatur. Nam mare boreum adriaticum appellant a Tyrrhena urbe Adria:quæ ad notum inclinata eſt in conſpectu tyrrheni pelagi.Per hanc regionem arboribus plenam multa flumina fluunt:& lætus eſt ager pabulo.Hæc octo & decem pulchras magnaſq; urbes habet:& ad quæſtum & ad uictum ampliſſimas.Has Galli Tyrrhenis eiectis occupauere.Sed hæc quodã coniurationis tẽpore prius geſta ſunt:ea tempeſtate Galli ad Cluſiũ Tyrrhenam urbem caſtra locauerunt.Cluſini inſtituto refugio ad Romanos legatos litteraſq; ad Barbaros exararunt.Legauerunt Romani ex Fabiorum familia tres uiros qui honore & claritate in urbe inſignes habebantur.Hos Galli ob Romanũ nomẽ nõ inhumaniter ſuſcepere.Qui poſtq̃ prælium quod ad muros erat ceſſatum eſt: in colloquium cum Romanis uenerunt. Sciſcitantibus Romanorum legatis qua iniuria a Cluſinis laceſſiti eſſent:q; illorum urbem obſidione premerent: Brennus Gallorũ rex ridens:Iniuria nos afficiunt Cluſini inquit:cum parum terræ & regionis incolere poſſint:& q̃plurima occupare animus ſit:& nobis aduenis multiſq; ac egenis nihil ĩpartiri uelint. In hoc plane o Romani uobis iniuriam intulerunt primũ Albani & Fidenatæ atq; Ardeatæ.Nunc autem Veiorum ciuitas atq; Capenatæ multiq; Phaliſcorum Volſcorũq;:aduerſus quos caſtra mouete:etſi uobis ex rebus ſuis nõ ĩpartiũtur: in ſeruitutẽ agite:deſtruite:eorum urbes euertite.Hanc rẽ nulla in parte grauiter ferendam ducemus:& antiquã legem iubentem res minorum tribui maiori ab uſq; Deo incipiẽtem & ad beſtias uſq; finientẽ imitamini. Nã hoc naturæ quodam inſtinctu inſitum eſt uiuendi gratia:plura habere potentiores inferioribus.Deſinite igitur obſidioni Cluſinorum miſereri:ne doceatis Gallos optimos ac miſericordes amicos fieri illis: qui a Romanis iniuria affecti ſunt.His rebus cognitum eſt:Brenno ſtare ſententiam bellandi.Legati ex colloquio digreſſi cum in Cluſium ueniſſent:ſiue ut uires illorum experirentur:ſiue ut bellando ſeſe oſtentare egregium ducerent:Cluſinis ad conſerendas contra Barbaros manus animos fecere:impetu facto a Cluſinis cum prælium iuxta muros miſceretur:unus ex Fabiis Quintus Ambuſtus equo inſidens ſubditis calcaribus contra egregium forma uirum Gallum multo ante alios præequitantem irruit. Primo cũ ex uelocitate impetus cum fulgentibus armis faciẽ tegentibus incognitus fuit. Poſtq̃

uero uictor euaſerat:& Gallo ſpolia tranſſixo pectore gladio detrahebat:Brennus illū cognoſcēs:teſtatur deos:Quītū Ambuſtū oratorē prælio ſe admiſcuiſſe:& cōtra iuſgētium ægiſſe. Quare cum receptui canere iuſſiſſet:prælium q; ſubito diremiſſet: collectis uaſis Romam uerſus iter ītendit. Sed poſtq̄ Romam exercitum ductauit:ne uidere tur Romanos iniuria laceſſere:ac illis nolentibus ſine cauſa bellum mouere:nullis factis incurſionibus bella indixit. Romæ conuocato ſenatu multiſq; aliis geſta a Fabio accuſabantur. Sacerdotes facta re diuina iubebant ſenatum contra unum crimen expiare. Hos feciales Numa Põpilius manſuetudine iuſtitiaq; rex præſtantiſſimus conſtituit:qui pacis cuſtodes cognitores atq; iudices forent cauſarum:quæ iuſtum dicerent bellum. Rē ad populum ſenatu referente:& ſacerdotibus acta Fabii accuſantibus:ſic multis ex ipſis rem diuinam neglexerunt ac ludibrio habuerunt:ut Fabium cum fratribus eius tribunum militarem deſignarent. Celtæ cum hæc audirent:ferrētq; grauiter: nihil contra ægerunt:ſed q̄propere ad ipſorum multitudinem & ad primarios ipſius exercitus conceſſerunt. Et quāq̄ uim & animū eorum qui in medio erant: perterrefacerent: uiderentur regionem uniuerſam atq; urbes celeriter deſtructuros eſſe: nulla in re illos læſerunt:neq; ex agris quicq̄ uaſtatum eſt:ſed propīquius neglectis urbibus Romam proficiſci:& tantum Romanis bella inferri conclamant:alios autem populos minime hoſtes cenſendos. Cum Barbari Romam bello infeſtarent: tribuni militares romanos ad pugnam eduxere:qui numero haud tenues nō pauciores quadragīta milibus erāt. Sed īſueta armis multitudo tunc primū arma capeſſerat. Quo tempore nec litato nec auſpicato rem gerere in memoria fuit:tantum turbationis ad res diſponendas ea obſidione ſuſceptum eſt. Nam ante pugnam ineundam ac pericula aggredienda deos conſulere mos fuerat:& in minoribus periculis ſæpius monarchos:quos dictatores appellabant:eligere conſueuerant:non ignorantes quantum in ſe utilitatis periculoſa tēpora habent:ſi unus in principatu una ſententia ac libera & impuni magiſtratu fungeretur:& in manibus ad res pulchre ordinandas iudicia retineret. At non parum profecto rebus obfuit romanis Camilli ingrata ſeueritas:qui cum uir grauis eſſet neq; ad gratiam neq; blande magiſtratum gerebat. Cum igitur prope urbem ſtadios nonagīta uenīſſent Barbari:haud procul fluuio qui alia nuncupatur:qui non longe ab exercitu in Tyberim prorumpebat:conſederunt. Hic apparentibus Barbaris:cum male pugnatū eſſet:q; haud ſtructa acie dimicabant fuſa extemplo acies eſt:ad ripam fluminis quo ſiniſtrum cornu defugit:a Celtis magna ſtrages facta. Dextrum autem latus inclinans ſuperiorem partem ex planicie ad colles minus cædis patitur. Hinc multi fuga p agros ſaltuſq; diſſipati ad urbē rediere. Alii omnes qui Barbarorum manus euaſerant:ad Veios hoſtium urbem fugam arripuere:tāq̄ Roma capta eſſet & Romani omnes ibi trucidati. Fuga uero nocturna fuit. Eo tempore quo pugna cōmiſſa eſt: īſtabat æſtiua conuerſio circa plenilunium:& ſuperiori die magna calamitate fabicena domus perculſa fuerat. Nam tricenti ex eorum familia in tyrrheno bello ceciderant. Decretum eſt a ſecundo conflictu diem aliadam uſq; nunc a flumine nuncupari:de nefaſtis diebus ſiue opus ſit ſiue non aliquas bonas ponere. Heraclitus Heſiodum quaſdam probas quaſdam malas facientem redarguit:tāq̄ nō teneret naturam totius diei eſſe unam: quod alibi dubitauit. In hac re aliqua cōmemorare exempla forſan haud incongruum erit. Tunc quidem boetis inſtante menſe hippodromionis:ut uero ſecundum Athenienſium appellationem:hecatonueonis quarto die duas contigit clariſſimas uincere uictorias:quæ græcos libros reddidere:unam ſcilicet āpud leutras: alteram uero apud Geraſtrū. Hac prius pluribus ducetis ānis quādo Lettamiā ac Theſſalos uicerūt. Perſe mē ſe uordromionis ſexto die in marathonis tertio apud plateas & apud Michalim a Græcis ſuperati ſunt. Et quinto die in fine eiuſdem menſis circa pleniluniū in aruilis Athenienſes pugnā chiam in qua Cabria dux erat uicerunt. In Salamina autem circa uigeſimum diem (ut nos ī ānalibus legimus attuli)& mēſis thargilion Barbaris manifeſtū

infortunium. Nam Alexander in granico duces Regis Thargalionis uicit. Et Carthaginenſes in Sicilia a Thimoleone uicti ſunt ſeptimo die huius menſis: quo tempore uidetur Carthaleonem cœpiſſe Ilium: ut Ephorus & Caliſthenes & Damaſtes atq; Philarchus in hiſtoria ſcribunt. Econuerſo Metagẽnion quem Boetii Panenium uocant: non fœlix Græcis fuit. Nam huius menſis ſeptimo die in prælio quod geſtum ẽ ĩ Cranone abanti ſuperati: tandem fugati cæſiq; ſunt: & prius ĩ Cheronia aduerſus Philippum pugnantes uicti. Eodem die menſis Metagitnionis per eundem annum qui cum Archidamo in Italiam traiecerant a Barbaris ibi exiſtentibus necati. Carthaginẽſes autem nonum diem huius mẽſis in fine tãq̃ plurimas maximaſq; omnium calamitates attuliſſet: nefaſtum habent. Sed nõ me fugit per ea tempora quibus miniſteria agebãtur: iterum Thebas ab Alexandro dirutas eſſe. Et poſt hæc propugnaculum macedonum ſuſceperunt Athenienſes circa uigeſimam diem uordrominis. Quo tempore clã Bacchi ſacrificia peragunt. Romani quoq; eodem die prius quidẽ a Cimbris uicti Scipionis exercitum amiſere. Sed poſtea Lucullo copias ducente Armenios & Tigranẽ uicerũt. Attalus uero rex & Pompeius magnus eorum natalibus diem ſuum obiere. Sed tamen haud in animo eſt de multis: qui ſuis periodis uſi ſunt ſcribere. Verum Romanis hæc dies una eſt dierum nefaſtorum: et propter hãc quolibet menſe duæ alteræ ad plus religionis & labentis ſuperſtitionis ad ea quæ forte accidunt (ut conſuetum eſt) additæ. Hæc profecto in libris de romanis cauſis curioſius digeruntur. Confecto itaque prælio ſi confeſtim Galli fugientes Romanos conſecuti fuiſſent: haud obſtatum eſſet Romã funditus delere: & omnes qui in ea remanſerant capere atq; obtruncare. Tantum terroris ex ea calamitate fugientes tantumq; turbationis ac amentiæ retro attulerunt. Barbari magnitudinis uictoriæ ignari: conuerſi ex uictoria ad diripienda ĩ caſtris ſupellectilia facultatem fugiẽdi ex urbe multitudini præbuere. Et remanentibus præparationis & tutelæ ſpes iniecta eſt. Nam relictis cæteris urbis partibus Romani capitolium magna ui magnoq; præſidio telorum munierunt. Primum ex ſacris quædam in capitolium ſuſtulere. Virgines uero ueſtales rapto ex laribus igne cum ſacris fugerunt. Sed a quibuſdam memoriæ traditum eſt: nihil præter æternum ignem eſſe ſeruatum. A Numa. n. rege tãq̃ omnium principium eſſet ignis uenerari inſtitutum eſt: Nã mobiliſſimum quoddam ignis exiſtit in ipſa natura: & motio quædam eſt uel cũ motione totius generatio. Alia uero materia quæ calore uacat: ocioſe ignauiterq; iacens & cadaueri ſimilis ignis uirtutem tãq̃ animã cupit: & paulatim ſuſcepto igne ad agendũ quid uel patiendum uertitur. Numa Põpilius uir curioſus ac ſapientiſſimus qui ĩ colloquium cum muſis per ſapientiam ueniebat: ratione quadã philoſophiæ motus hũc ſeruari cuſtodiriq; perpetua uigilia ne corrumperetur uoluit. Tãq̃ æterna uirtus quæ omnia ſeruaret eſſet. Aliqui ferunt quẽadmodum apud Græcos ante ſacras ædes purũ ignem poſuiſſe: & quæ ſunt intus omnibus niſi ipſis uirginibus ueſtalibus eſſe abſcõdita. Magna præterea fuit fama troianum illud Palladium quod in Italiam Aeneas aſportauerat: ibi reſidere. Sunt quidam qui de ſamothraciis fabulantes ferunt Dardanum Troiam aduectum cum urbe concederet: ſacrificia ægiſſe: atq; illud conſecraſſe. Aeneam uero in ipſa urbis captiuitate furtim ſuſtuliſſe: ſeruauiſſeq; ad id temporis: quo in Italia urbem condidit. Quidam ut multa in hac re ſcire oſtentent: duo ĩeſſe nõ magna dolia ferũt: quorum alterum apertum ac uacuum alterum plenum ac clauſũ. Amborum uero aſpectus tantũmodo ſanctis uirginibus patet. Sed quidam hos mentiri arbitrantur: q; puellas multa ex ſacris corripientes fertur duo dolia abſcondiſſe ſub terra in templo Quirini: unde locus ille adhuc doliorum appellationem retinet. Virgines maiora ac digniora ex ſacris ſumentes ultra fluuiũ fugerant. Tunc Lucius Albinus uir popularis cum etiam ipſe fugeret: infantes filios uxoremq; ac neceſſaria utenſilia ſecum habens in curru uehebatur. Poſtq̃ uidit uirgines in ſinu deorum ſacra inculte ferentes ſolaſq; ac labore uiæ fatigatas: confeſtim uxorẽ cum filiis atq; ſupellectilia terra

exponit:& illas currum ingredi atq; in aliquam Græcorũ urbem fugere iubet. Indignũ fuit Albini non obſcuram pietatem atque honorem erga deos in grauiſſimis tempo ribus ſine aliqua memoria præterire. Aliorum ſacerdotes deorum ac ſeniores:qui conſulatu & triumpho potiti fuerant:non tulerunt urbem relictum iri. Qui cũ ſacras ſplendidaſq; ueſtes ſumpſiſſent:præſidente Fabio pontifice maximo pacem deorum expoſcentes ſeq; ipſos pro patria fortunæ deuouentes & fortunæ inſtantes:in eburneis ſellis in foro ornati conſederunt. Tertio die ab ipſa dimicatione Brennus cum exercitu ad urbem aduentabat:qui cum portas offenderet apertas:& nullas in muris ſtationes diſpoſitas:primũ inſidias dolumq; formidauit:admiratus paſſim in urbe ſolitudinẽ. Sed poſtq̃ per ſpeculatores rem cognouit:per collinã portam ingreſſus Romã occupa uit. Anno trecenteſimo & ſexageſimo ac pauloplus ab urbe condita Roma a Gallis cap ta. Si fidum eſt aliquam temporum diligentiam ſeruare in iis rebus:quibus illa rerum perturbatio de aliis nouioribus dubitationem iniecit. Capta urbe ut conſentaneũ eſt: celeris de hac re fama per Græciã peragrauit. Heraclitus ponticus qui paulo anteq̃ Ro ma caperetur obierat:in cõmentariis de anno inquit ueſperi ſermonem habuiſſe: quẽ admodum Roma græcia urbs quæ iacet ad magnum mare: ab exercitu ultra Hiper/ boreos montes aduentante caperetur. Non admiror plane Heraclitum fabuloſum hominem uera oratione de capienda urbe montes hiperboreos ac magnum mare extuliſſe. Ariſtotelem autem philoſophum certo dixiſſe ferunt:urbem a celtis capiẽdã: ſeruandam uero a Lucio. Erat hic Marcus Lucius Camillus. Sed hæc cõiectura quadã dicta. Cum igitur Brennus ſeruato capitolio Romam occupaſſet:uidiſſetq; inter tran ſeundum per forum quoſdam uiros inſigni habitu & ſedere & tacere:magnaq; admi ratione captus eſt:qui tãq̃ nullo reipub. uulnere ſauciarẽtur:neq; facie neq; colore mu tati ſunt: ſed cum eſſẽt animo intrepido flexi in ſcabellis quæ ſecum contulerant:ſeſe inuicem intuentes ſilẽtium agebant. Quare hac rerum nouitate admiratio Gallos ha buit:& tãq̃ de fortioribus dubitarent diu acceſſu tactuq; abſtinuere. Poſtq̃ autẽ quidã fidens animi iuxta Papyriũ Mariũ ſtetit:manũq; manſuete extendens promiſſam bar bam demulſit: Papyrius ſcipionem in capite feriendo cõtriuit. Barbarus ſtricto gladio illum necauit:deinde cæteros facto impetu morti tradiderunt. Et tandem late uagatur enſis:& nullo reuocatur pectore ferrum. Poſtea irati contra eos qui in capitolio erant: domos per multos dies ſpoliãt:parieteſq; eruti:faces tectis illatæ:q; capitoliũ ſeruãtes eorum imperium negligerent: & iactis telis pugnarent. Quapropter urbem rapina & i cendio miſcẽt:& uirorum ac mulierum ſenũq; ac puerorum atrox edita cædes: ac mul ta in medio ſine nomine plæbem obtruncant. Longa obſidione opus Gallis erat uic/ tus gratia frumentatum ire. Itaq; diuiſi inter eos aliqui circa capitolium cum rege aſſi/ dunt:aliqui regionem peragrantes irruenteſq; diuiſim uillas depopulantur. Alii bona fortuna elati ducem ordinemq; negligentes ſparſiq; nullo terrore uagabãtur. Plurimi ipſorum & maxime ea pars quæ inſtructior erat:ardeam ubi Camillus exulabat: & pri uate ocioſeq; uiuebat:ſeceſſerunt. Camillus ſpe quadam conſilia agitabat:non de ho/ ſtibus fugandis:ſed ſi daretur opportunitas:quomodo Romanis auxilio eſſe poſſet. Quapropter cum perſpiceret ardeatas multitudine quidem ſatis numeroſos:ſed prop ter imperitiam molliciemq; imperatorum minus audaces:primum ad iuniores oratio nem habuit:non cẽſendum eſſe Gallorum fortitudine Romanos perditos fuiſſe:neq; propter ea quibus in eum non recte ſenſerunt:illa pati contigiſſe: neq; iudicandũ ope ram eſſe eorum qui ad uincendum nihil præbuere: ſed putandum id fortunæ oſtenta tione accidiſſe. Quare egregium facinus fore:& iam cum ipſo diſcrimen Barbarorũ ad uenarumq; bellũ a ſe repellere. Itaq; ſi auderent habita temporis ratione tuto uictoriã ſe præbiturum. His ſermonibus perceptis a iuuenibus ad principes urbis uentum eſt. Camillus ad ſenatores ardeatas conceſſit. Poſtq̃ a ſenatoribus in ſententiam Camilli diſceſſum eſt:Camillus omnes quos ad ferenda arma adoleuerat ætas : intra muros

collectos ad pugnam inſtruit. Nam hæc ignota eſſe hoſtibus qui nõ longe ab urbe aberant meditabatur. Cum Barbari per omnem regionem paſſim uagarentur: & multã hominum pecudumq; prædam agerent: intrepide ac petulanter in caſtris militabant. Adueniente nocte ſomno uinoq; ſepulti fuſi per caſtra iacebant. De his Camillus per ſpeculatores certior factus ardeatas ducens: poſtq̃ ſub media nocte per ea loca quæ intererant: ab hoſtibus tacite pertranſiuit: uallum magno clamore ſuperat: & undiq; tubarum ſonitu omnia miſcet. Illi per crapulam uix e ſomno a ſonitu ac ſtrepitu excitantur. Pauci tamen ipſo in tumultu expergefacti ſeſe ad bellum accingentes tãq̃ ſtragem ſuam niterentur contra Camillum inſurgunt. q̃plurimi autem ex potentioribus ſopore uinoq; grauati cæduntur ĩermes: quot uero e uallo noctu fugam corripuere: qui nõ multi fuerũt: per regionem diffuſi ſub luce ab equitibus trucidati. Fama huius rei extẽplo diuulgata multos iã ætate adultos una collegit: & præſertĩ Romanos qui ex pugna quæ apud Alliam fluuium cõmiſſa eſt: ad Veios confugerant: qui inter ſeipſos lamentantes dicebant fortem Romanis imperatorem fortunam abſtuliſſe: & ardeatis Camilli res bene geſtas ornamento gloriæq; fuiſſe: & urbem quæ talis uiri & mater & nutrix fuit periiſſe. Nos uero imperatoris penuria alienis in urbibus ſedẽtes Italiam deſerimus. Eya ad ardeatas mittentes uel ipſorum ducem petamus: uel nos ipſi ſumptis armis ad ipſum ueniamus. Non. n. amplius ipſe a Roma exulat. Neq; nos patriæ inditionem hoſtium redactæ quæ nulla eſt: ciues ſumus. Cum ĩ unum ſententiæ omniũ cõgruerent: Camillum per oratores ſũmis precibus ducem accerſebant. Ille non prius inquit ſe magiſtratum accepturum: q̃ ciues qui in capitolio erant: id ipſis legibus decernerent: & ſe ducem ex conſulto dicerent. Eos. n. cenſendos patriam ſeruare. Qui ſi iubeant uoluntatem ipſorum non impigre ſeruaturum. Si autem ciues hoc minus agerẽt: nihil ĩuitis illis facturum. Camilli religionem probitatemq; omnes admirabãtur. Sed quomodo hæc in capitolium denuntiarẽtur: facultas deerat. Nam impoſſibile arbitrabantur: hoſtibus urbem habentibus in arcem mittere nuntium poſſe. Erat quidã adoleſcens Pontius comitius non ſũmo genere nec tamen obſcuris parentibus ortus: ueræ honoris gloriæq; cupidus. Hic ſua ſponte ad capitolium iter ſine litteris: ne ſi ab hoſtibus interceptus eſſet: Galli mentem conſiliumq; Camilli noſcerent: ingreditur: qui uili ueſte indutus & ſub ea ſuberum ferens aliam uiam intrepide peregit. Cum uero iam ueſperi ad urbem appropinquaret: & per pontem a Barbaris ſeruatum iter negaretur: capiti ueſtem inuoluens: quæ breuis leuiſq; erat: ſubero per aquas nãdo delatus flumẽ tranauit: & ad urbem aſcendit. Qui ſtatim uigiliis inſidentibus fugientibus quas coniectura & tumultu cognouerat: ad carmentalem portam contendit. Hic quod ageretur per ſilentium diu ſpeculatur. Nam huic capitolium maxime & directo ĩcumbit: & petrã magno circuitu atq; aſperitate natura ipſa locauit: per eã latenter aſcendit: & eos q bus cuſtodia arcis demãdata erat: magno laboř p locũ uacuũ petit: quos cũ ſalutaſſet: & ſuum ipſius nomen indicaſſet: receptus ad principes Romanorum contendit. Qui ad conuocatum ſenatum ingrediens: ſtatim uictoriam Camilli quam nõdum acceperãt denuntiauit: narrauitq; militum ſententiam: ac perſuaſit Camillo dictaturã deferri. Cum illum imperatorem tantum expeterent omnes ciues Romani qui eſſent extra urbem. Illi his auditis agitato conſilio Camillum dictatorem deſignant: & Põtiũ retro eadem uia remittunt. Qui ut prius bona uſus eſt fortuna: nam eius tranſitus hoſtes latuit. Itaq; Romanis qui Roma aberant: nuntiat ea quæ a ſenatu acceperat. Illi libenti animo Camillũ pro dictatore ſuſcipiũt. Camillus iã duo milia militum: itemq; plures a ſociis coegerat & ad hoſtes aggrediẽdos præparauerat. Hoc modo ſecundam Camillus dictaturam adiit. Qui dum ad Veios contendit: militibus occurrit: & a ſociis tãq̃ aduerſus hoſtes iturus eſſet plures milites collegit. Quidã ex Barbaris qui Romæ erãt: cum forte tranſirent per ea locã quibus noctu Pontius in capitolium aſcenderat: & ſæpe ueſtigia diſcernerent manuum ac pedum in aſcenſu & regreſſu: ſæpe autẽ attritam

ſemitam atq; dilapſus ad regem hoc referunt. Rex cum ad locum ueniret: proſpiceret q; tunc obticuit. Veſperi autem conuocatis his qui leui eſſẽt corpore: ac maxime quoſ dam ex celtis: quiq; ad ſuperandos montes idonei: inquit: Viam nobis īcognitam ho ſtes ad ipſos oſtendunt: ea parte qua nec aſcenſus nec reditus apparet hominibus. Ve hementer erubeſcendum eſt: urbem in ditionem noſtram occupaſſe: & hunc locū tāq̄ inexpugnabilem negligere ipſis docentibus hoſtibus qua uia arcem aggrediamur. Ea enim parte qua unus facile aſcendit: nec multis ſingulatim difficile: quinīmo mutuo auxilio aditus difficultas leuabitur. Itaq; munera ac honores pro cuiuſq; meritis refe rētur. Hac a rege habita oratione multi ex Gallis alacres ad mandata peragẽda ſeſe ac cingunt: & media nocte per petram ac uiua præruptaq; loca taciti ī capitolium ea par te qua aſcenſus mollior uidebatur euadunt: & arcem ſtationeſq; dormientes maximo apparatu inuadunt. Sed nec ab homine neq; a canibus hoſtium īgreſſus perceptus ẽ. Sacri anſeres iuxta Iunonis templū īerant: qui antea affluenti cibo paſcebantur. Tūc quia uictus caritate laborabant Romani: neglecti anſeres fame uexabātur. Eſt hoc ani mal natura pauidum: & ſenſu audituq; acerrimum. Illi propter famem uigilantes ac tumultuantes ſtatī Gallorum ingreſſum percipiunt. Qui cum inter ſe clangore & cur ſu feruntur: omnes a ſõno Romani expergiſcuntur. Barbari ne lateant tumultuando atq; uiolentius irruendo arma quæ fortuita parantur: rapiunt: & clamorem attollunt. Mālius uir conſularis & robore corporis atq; animi magnitudine clarus omnium pri mus duobus ex hoſtibus una occurrens: alterum eleuātem bipẽnem cæſa manu obtrū cat: alterum umbone percuſſum in facie retro per petram præcipitem dedit. Aliis con currentibus Romanis ipſe inſtans in muro quoſdam per murum fugere: quoſdam ſa lire de muro præcipitariq; coegit. Cum iam nondum multi murum ſuperaſſent: nec quid laude dignum ægiſſent. Cum ita periculum euaſiſſent Romani: & iam luceſce ret: illum qui uigiliis præerat: e muro ad hoſtes per petram præcipitarunt. Mālio uicto re primum decernitur: & potius dignitati illius q̄ neceſſitati cõſultum. Quantum .n. cuilibet dietim ad uictum impartiebatur: illi contulerunt. Nam conſueti farris ſex li bras: uini autem quartam partem menſuræ græcæ quam cotillum uocant tribuerunt. Sed Galli q̄ res minus proſpera erat: uictu laborabant. Nam Camilli terrore frumẽta tum ire arcebantur. Necnon peſtis multitudine cadauerum quæ paſſim proiecta iace bant: eos caſtra in loco depreſſo habentes urbem egredi non ſinebat. Tunc altitudo ci neris euaporantis propter uentos atq; calores per area ſiccitates tenuitatemq; habentẽ corpora hominum ex reſpiratione corruperat. Maxime autem huius rei cauſa fuit mu tatio uictus ex locis umbroſis: qui ad æſtiua agenda læta refugia præbent: necnõ acceſ ſus ad humilem depreſſamq; regionem: quæ autūnali tempore ingrata eſt: illorum ua litudinem cõmouit. Diuturna iam facta capitolii obſeſſio: ſeptimū mẽſem attigerat. Quare adeo magna hominum pernicies in caſtris orta eſt: ut propter cadauerum mul titudinem multa corpora ſepulchrum deſiderarent. Nec tamẽ propter hoc melius res obſeſſorum geritur. Fame. n. moleſtiaq; illi angebātur: quoniā quod Camillus ageret: cognoſcere non poterant. Nam ex eo q̄ intentius Barbari præſidia ſtationeſq; ad urbẽ cuſtodiendam locarant: aditus in capitolium negabatur. Quibus rebus ſic ſe habēti bus: primum fortuitu per ſtationes de componenda pace uerba fiunt: deinde optima tum ſententia Sulpitius Romanorum tribunus militum ad colloquia cum Brēno p fectus in pactionem uenit: mille pondo auri pendere: & illos ex urbe regioneq; decede re. Ad hanc rem iureiurando adhibito & auro delato: celtæ dum aurum põderaretur: cum adeſſent: & clam primum aperte deinde lancem primerent atq; grauarent: Roma ni in eos de hac iniuria queruntur. Brennus ridens ponderi gladium atq; cingulum fer reum appoſuit. Sulpitius cum interrogaret quare hoc: Quid aliud inquit Brēnus niſi opprobrium uictis? Qui ſermo ī prouerbium uſurpatus eſt. Romanorum autẽ quidā hoc grauiter ferebant: dicebantq; ſūpto auro retro abeundū: & Barbarorū expeditionẽ

ferendam. Quidã concedere: nec ad maiorẽ iniuriã prouocare ſanius arbitrabãtur. Nã habita temporum ratione iniuriam tolerandam eſſe: atq; aurum conferendum: quãq̃ non pulchrum ſed neceſſarium. Cum de his aduerſus Celtas altercatio a Romanis oriretur: Camillus ad portas cum exercitu aduentauit. Qui interrogando poſtq̃ de re certior factus eſt: exercitum ut erat ſequi iuſſit. Ipſe cum primoribus properãs ſtatim ad Romanos concedit. Suſceptus honorifice & cum ſilẽtio pro dictatoris dignitate: aurũ ex uehiculo arripiens ſeruis contulit: Celtas uehiculum atq; lancem capere & abire imperauit: dicẽs Romanis patrium morẽ eſſe non auro ſed ferro patriam tueri. Brẽno graiter hoc ferente dicenteq; iniuria affici: q; fœdera uiolarentur: Camillus ecõtra ĩquit: pactiones non ratas nec legitimas eſſe ĩiuſſu ſuo factas: cum ipſe dictator ſit: nec alter ſupra eum magiſtratum gerat: qui non habentibus facultatem paciſcendi cum hoſtibus auctoritatem præbuerit. Nunc quod uelint dicẽdum: cum legitimus dominus adſit: qui ueniam petentibus daturus eſt atq; ſupplicium: niſi eos pro iure nõ ægiſſe pœniteat. His uerbis Brẽnus tumultuans bellum acuit. Itaq; ſtrictis utrinq; gladiis adĩuicem mixti tumultuãdo per domos & angiportus: ut res poſcebat: diuertunt: cum pro ipſo rei militaris ordine loca occupare non poſſent: Brennus recte ſentiens ſtatĩ nõ cæſis multis Celtas ad caſtra deducit. Noctu dato ſigno: ut taciti omnes uaſa colligerẽt: urbem reliquit: & iter ſexaginta ſtadiorum profectus haud longe ſabina uia conſedit. Poſtq̃ dies illuxit: Camillus egregio cum exercitu Brẽnum petit. Camillus ſecũ Romanos tunc magna audacia frætos habens: cum iandiu fortiterq; pugnatum eſſet: multa clade occupatis caſtris Gallos fundit fugatq;. Fugientium quidam a perſequẽtibus cæſi quoſdam uero & plurimos per agros palãtes uicinæ urbes uillæq; occidere. Sic Romã captam profecto admirandum: ſed mirabilius per ſeptem menſes ſub ditione Barbarorum poſitam ſaluam eſſe factam. Camillus ut digna res erat: tãq̃ ille qui amiſſam recuperaſſet patriam: & ĩ priſtinum ſtatum reduxiſſet: triumphauit. Qui e Roma cũ filiis propter bella ſeceſſerant: ſtatim rediere. Illi uero quos in capitolio per obſidionẽ fames pene abſumpſerat: occurrentes ex ea præſenti & inſperata iocunditate adinuicẽ lachrymantes amplectebantur. Sacerdotes atq; templorum ædiles omnia quæ in fuga corripuerat ſacra uel occultando uel ſecum ferendo: ut illa ab hoſtibus ſeruarent: ciuibus qui illorum deſiderio uidendorum tenebantur oſtẽderunt. Illi læto illa animo tãq̃ deos ſuos Romam redeuntes conſpexerunt. Camillus facta re diuina: luſtraq; urbe: ac remotis his quæ indigna uidebantur: ſacra ſuis reſtituit. Famæ templum non ĩmerito eo loco: ubi diuina uox cecinit Cedicio Marco: qui exercitum Barbarum denunciauit: ĩſtruit: ſed magna cum difficultate multoq; augurum labore. Vrbes gloria Camilli in fidem Romani populi rediere. Verum cum opus eſſet urbem omni ex parte corruptam ædificatione reſtaurare: animi moleſtia ad opus faciẽdum multitudinem inuaſit: & ſegnicies Romanis inerat: quibus in omnium rerum difficultate poſitis tunc ocio ac laboris remiſſione propter recentia mala potius erat opus: q̃ moleſtia premii grauari: q̃ cum neq; rebus neq; corporis uiribus ualidi eſſent. Sed nec quies fuit. Conuerſis ad Veios animis: urbem omnibus rebus ornatam: & magiſtratus illis qui in adminiſtranda repub. ad gratiam agunt: impartiri ſolitam: ſeditioſi homines aduerſus Camillum uoces in uulgum ſpargere: illum honoris gloriæq; eius cauſa ipſos ornatiſſima urbe ſpoliare uelle: curareq; ſũmo conatu ut dirupta loca habitarent: & urbem quam fere funditus ignis abſumpſerat: renouaturum eſſe: ut non ſolum dux atq; imperator Romanorum: uerum etiam conditor contempto Romulo appellaretur. Qua ex re cũ magno inuaderetur terrore ſenatus: ne tumultus urbani fierent: Camillo quãq̃ inuito in ānũ dictaturam prorogauit: et ſi mos eſſet nullo modo ultra ſex menſes dictaturam retineri. Senatus uero blandiendo atq; exhortãdo populum placabat: & ſacra patriaq; ſepulchra atq; locos ſãctos: quos Romulus uel Numa uel quiuis alius regũ ipſis ſacrauerat dederatq;: oſtendebat: & in primis caput nuper inuentum in capitolio dũ fundamẽta

foderent: tāq̄ fatis datum eſſet: locum illum caput Italiæ futurum: & æternum ignem a uirginibus ueſtalibus cuſtoditum obſcurari rurſus ac reſtingui relicta urbe ad dedecus ipſis acceſſurum: ſiue q̄ eam ab aduenis habitatam uiſuri ſint: ſiue q̄ deſerta pecoribus paſcua ſit præbitura. Hæc cum ad ſingulos priuatī & publice multis perſuaſionibus apud populū agitarentur: rurſus a multitudine de inſtaurāda urbe in querelas itū eſt: & ſūmis precibus actum: ne ipſos tāq̄ ex naufragio nudos egenoſq̄ factos ad reliqua proſtratos urbis molienda coercerent: cum alteram urbem paratam haberent. Camillus ſenatus conciliū aduocauit: & multa ipſe pro repub. exhortando diſſeruit: multa etiam alii quibus orationem in ſenatu habere libuit. Tandem ipſe aſſurgens Luciū Lucretium: qui primo ſententiam dicere conſueuerat: iuſſit orationem primū habere: deinde ut ordine ab aliis ſententiæ dicerentur. Facto igitur ſilentio cum Lucretius principium dicendi aggreſſurus eſſet: forte fortuna centurio ex præſidiis diuturnis cum cohortibus reuertens præteribat: qui magna uoce ſigniferum appellās inquit: ſignifer ſtatue ſignum: hic pulchre manebimus. Quīimmo tēpore conſilium de futuro ac incerti tudo exortæ uocis fuit: quando Lucretium deum adorauit: ſupplicauitq̄ cū omnium aſtantium aſſenſu: ut eum ad id dicendum afflaret: quod bonum fauſtum fœlixq̄ ſenatui populoq̄ Romano foret. Admiranda fuit ex hoc homine permutatio animorū multitudinis de urbe requirēda: quæ ſeſe exhortando ad opera faciēda cōſequebatur: ſed non ordine aliquo aut laboris impartitione: uerum ut quiſq̄ paratus erat animo: ducebatur ad loca molienda. Itaq̄ urbem edificiis dirutam ciuibuſq̄ deſolatam celeri ſtudio ac ſolicitudine reſtaurauerunt. Ferunt .n. intra annum muris publicis & priuatis ædibus illam fuiſſe renouatam. Illi quibus a Camillo negocium datū erat: ut ſacras ædes ſuis locis reædificarent: turbatis omnibus rebus: poſtq̄ ī ædem Martis uenerūt: circumeūtes paulatim: nam & hoc ut alia ferro ac igne dirutum a Barbaris apparebat: cum operam purgandis locis & moliendis muris impenderent: forte in baculū Romuli profundiſſimo in cinere demerſum incidunt: hic ambas cuſpides flexas habet. Vocatur uero Lituus: & ipſo dum auibus auguria captant: in deſignandis futuri ædificii locis iacendiſq̄ fundamentis utuntur: quo & Romulus qui nihil niſi auſpicato faciebat uſus eſt. Sed poſtq̄ e cōſpectu hominū euanuit: ſacerdotes baculū ſumētes tāq̄ rē ſacram intactum ſeruauerunt. Cum hoc ab igne ſeruatum offendiſſent: cæteris rebus corruptis magnam de Roma ſpem ſuſceperunt: tāq̄ æterna illis ſalus futura eſſet: ſeruato ſigno. Nōdum iis rebus nauata opera erat: q̄ una Secani Volſciq̄ ac Latini ī agrū Romanum impetum fecere: & Tyrrheni circa Sutrium quæ ſocietatem cum Romano populo inierat: caſtra poſuerant. Cum tribuni militum qui belli prīcipatum habebāt: apud montem Martium a Latinis ferro fameq̄ premerentur: & in diſcrimine amittendorum poſiti Romam mitterent: Camillus tertio dictaturam induit. De hoc bello duplex fama eſt. Sed prius eam quæ uulgatior eſt: narrandam duximus. Ferunt Latinos ſiue ut occaſionem belli quærerent: ſiue ut ſic plane uellent rurſus ſanguinem Romanorum ſuo admiſceri: a Romanis uirgines mulieres petiſſe. Dubitātibus Romanis qd agendum eſſet: cum nōdum horridum bellum īmineret: neciā uires recuperaſſent: timerentq̄ ne Latini dum romana cōnubia peterent: obſides per inſidias quærerēt: ancilla nomine Titula: uel ut quidam dicunt: Philotida principes monuit: ut ancillas in morem nobilis ſponſæ ornatas: & maxime eas quæ & pulchritudine & liberali aſpectu exiſterent: cum ea mitterent: reliqua uero ſe curaturā. Principes perſuaſi habito electu ancillarum pro rei opportunitate & uoluntate illius illas & auro & ueſte ornatas Latinis: qui non procul urbe conſedebant: miſerunt. Noctu cæteræ ancillæ gladios hoſtibus ſubduxerunt. Titula uero ſiue Philotida caprificum excælſam aſcendens poſt terga ueſte reiecta: Romā uerſus quēadmodum cum principibus conuenerat: flāmam eleuauit: quod nemini aliorum ciuiū conſtabat. Quare poſtq̄ principes feſtinādo milites adinuicem exhortātes: & uix in ordinē ſeſe conſtituentes cōuocare: magno cū tumultu

illi ad pugnam egrediuntur. Cum ad uallum ueniſſent hoſtium: qui ſomno ſe dederāt: hoc minus expectātes caſtra occupāt: & plurimos ferro trucidāt. Hæc nunc iulii tūc quintilis nonis geſta ſunt: & ſoléne illud certamen cognomen illius rei factum eſt. Primum. n. per urbem congregati ambulantes: multorum nomina & patria & cōmunia magna uoce appellant: ut Caium: ut Marcum: ut Lucium & iis ſimilia: imitantes eam appellationem: qua tunc mutuæ compellando ex induſtria utebantur. Deinde ancillæ magnifice ornatæ circūeundo iocandoq; cum occurrētibus ſchōmatibus agunt: certātq; inter ſe imaginem eius certaminis quod cum Latinis habuerant: effingere. Cū uero conuiuantur: umbra fici teguntur: & diem illum capratinas nonas appellant: ut putāt propter ficum illam quam ancilla aſcendit ac flāmam extulit. Nam ſilueſtrem ficū caprificum uocant. Verum alii horum plurima in morte Romuli facta dictaq; eſſe arbitrantur. Eodem. n. die ipſum extra portam repente procelloſa caligine circūſeptum ab oculis hominum euanuiſſe ferunt. Sed ut quidam putant eam diē a ſolis eclypſi: quæ tunc facta eſt: nonas caprinas appellatā. Nam æga caprā appellant. Et Romulus apud paludem capream orationem ad ſuos habens euanuit: ut ī cōmentariis rerum ab eo geſtarum ſcriptum eſt. Plurimi ſcriptorum hānc alteram opinionem magis aſſerunt. Camillus tertio dictator deſignatus cum accepiſſet tribunos militum atq; exercitum obſidione arceri a Volſcis Latiniſq;: non ſolum ætate uirides: ſed quoſdam etiam qui iā annis graues erant: ad capienda pro patria arma coegit. Cum igitur per longam uiam lōgo circuitu ad montem Martium clam hoſtibus ueniſſet: poſt ipſos caſtra locauit: & p magnos ignes eius aduentū ſignificauit. Romani igitur qui obſidionē patiebantur: audaciores facti de prouocandis ad pugnam hoſtibus animo agitabant. Latini uero Volſciq; cum de hoſtibus ſuſpicarentur: ſeſe intra uallum magna lignorum oppoſitione tuentur: & undiq; exercitum obſtruunt: ſtatuuntq; uallo clauſos Tyrrhenorum atq; ea quæ e domo futura erant auxilia præſtolari. Hoc cum Camillus præſciſſet: timēs ne id quod hoſtibus ſibi accideret: ne clauſus ferro teneretur: rerum opportunitatem acceleravit. Cum ingens lignorum aſtaret aceruus: & magna ex mōtibus flamina ſpirarēt: parata ingenti pyra: diluculo copiis eductis: iuſſit quoſdam ſumptis telis ex una parte ſublato clamore contra hoſtes ruere: ipſe ſecum ducens eos quibus negocium erat datum ignem ea parte ualli proiicere qua uenti uehementius flarent: opportunitatē temporis expectauit. Pugna atq; ſole uentoq; ingenti exortis: dato irruendi ſigno repente circūcirca flammas iactant in uallum. Itaq; ſtatim accenſis magnis undiq; obicibus ligneis: nulla Latini medela: nullis præparatis argumentis extinguere ignem potuere. Sed poſtq̄ ignis quaſi uniuerſa caſtra corripuerat: in paruū locum collecti cum iam non amplius uires igneas ſufferre poſſent: ī armatas acies hoſtium quæ pro uallo aſtabant: ſeſe præcipites iaciunt. horum paucis fugere licuit. Deprehenſos autem intra uallum omnes ignis corripuit: donec Romani ut res hoſtium raperent flāmas extinxere. His confectis relicto ī caſtris Lucio filio quem cuſtodem captiuorum hominum ac rerum præpoſuit: ipſe in agrum hoſtilem incurſionem fecit. Et ecanorum urbe capta reconciliatiſq; Volſcis ſtatim copias ad Sutrium ducit. Nondum uero ea quæ illis acciderant didicerat. Sed tāq̄ exiſtimans illos a Latinis in rerum diſcrimine clauſos obſidione teneri: auxilia properabat. Illi uero iam hoſtibus urbem tradiderant. Ipſi autem rerum omnium ſpoliati niſi ueſtibus cum filiis atq; uxoribus fortunam eorū deplorātes Camillo aduentāti occurrunt. Camillus eo aſpectu miſericordia motus: cū uideret etiam Romanos collachrymantes: atq; hunc rerum euentum moleſte ferentes: Sutrinis ī hærentibus Romanis: ſtatuit ultionis abiecta dilatione eo die repente ad Sutrium iter corripere. Nam exiſtimabat hoſtes Sutrium urbem ditiſſimā omnes ingreſſos illam ſine timore incuſtoditam habere. Plane uera animo conſilia agitauit. Non. n. ſolū eius aduentus regionē uerum etiam urbem latuit. Itaq; & portas & muros nullis præſidiis ſeruatas occupauit. Nā illi per domos ſparſi uino ac ueneri indulgebāt. Poſtq̄ ſēſerūt

urbem ab hostibus iam captum iri: ita uehementer crapula grauati passim iacebant: ut paucis fugam arripientibus: omnes domi expectantes & sese hostibus præbentes: turpiter ferro perierũt. Vrbs Sutriorum quæ bis uno die capta est: hoc modo Camilli opera hostibus fugatis: a ciuibus recuperata est. Hic triumphus nõ minus gratiæ atq; gloriæ sibi comparauit: q̃ primi illi duo. Nam ciues qui ipsum odio insectabantur: omnia potius bona quadam fortuna: q̃ uirtute geri dicentes: tunc res gestæ prudentia ac fortitudine Camilli coegerunt illum gloria extollere. Marcus Mãlius qui primus Celtas Capitolium noctu aggredientes ex arce expulerat: unde Capitolinus appellabatur: Camillum inuidia odioq; apertissime persequebatur. Hic cum putaret se & gloria & auctoritate primum in repub. esse: & non posset Camillum optima natura uirum gloria superare: gesta Camilli ad tyrãnidem criminando extorquebat: & multitudinem ac præsertim ære alieno onustus per factionem sibi conciliabat: nam quosdam in iudiciis contra creditores patrocinio tuebatur: quosdam uero ui rapiebat: & pro legibus contra eos agi non permittebat. Quare breui multorum quibus res ampla domi nõ erat: beniuolentiam sibi conflauerat. Qui audacia petulantiaq; forum uexantes: multum terroris optimatibus iniecerant. Postq̃ eorum causa Quintus Capitolinus dictaturam iniit: in carcerem Manlium detrusit. Sed cum populus in signum mæroris uestem mutaret: quod usurpatum erat in mãgnis publicisq; calamitatibus: senatus pertimescens ne tumultus in ciuitate oriretur: iussit Manlium dimitti. Manlius dimissus nec tamen modestior erat: sed insolentius factiones seditionesq; in urbe agitabat. Itaq; Camillũ rursus ad tribunatum militarem senatus elegit. Cum igitur contra Manlium accusatiões adducerentur: magnopere accusatoribus aspectus obfuit. Nam is locus quem noctu ĩ Capitolium ascendit: unde Celtas pugnando propulsauit in conspectu eius dum causam oraret: astabat. Hic ad misericordiam mouit animos romanorum. Ipse enim manus illo extendens lachrymasq; effundens: pugnam illam ante oculos differendo posuit. Quare iudices pendentes reddidit: et iudicia differenda præbuit: qui ipsum in manifesto crimine deprehensum dimittere nolebant: neque legibus uti poterant: q̃ loco in quo pro republica fortiter pugnauerat: ante oculos situm habebant. Camillus cum rem prudenter perciperet: iussit mutato loco iuris: ut extra portam ad Lucum petilium iudicia agitarentur. Vnde cum non esset aspectus ad capitolium quando de eo iudicia tractarentur: & iudicibus memoria rerum ab illo gestarum animo excidisset: dignum pro meritis suis supplicium tulit. Mãlius igitur dãnatus ĩ capitolium deductus est: & per petram depulsus monumentum gloriæ & supplicii loco reliquit. Romani diruta eius domo ædem deæ quam Monetam appellant ibi dedicauerunt: sanxerunt q̃; decreto publico: nequis in futurum ex patriciis arcem habitaret. Camillus cum iam maturus æui esset: & quodãmodo ĩuidiam & odium suæ fœlicitati tanta gloria extimesceret: sexto tribunatum militarem renuit. Sed manifestissima erat excusatio corporis mala ualitudo. Illis. n. diebus in morbum inciderat: nec minus tamen magistratum ei populus præbuit exclamans: quã q̃ non equitaret nec arma ferret: tamen in bello esset terrori hostibus. Itaq; tantũmodo præsidere uolens: magistratum iniit: & cum uno ex collegis Lucio Furio contra hostes pergit. Hi Prenestini Volsciq; erãt: qui magno exercitu agros sociorum Romanorum depopulabãtur. Cum igitur non longe ab hostibus castra locauisset: quã q̃ pugnandum esset: putauit bellum terendũ tempore: ut corpus ad conseruanda prælia roboraret. Lucius collega eius ingenti gloriæ libidine ad pericula aggredienda sũmopere tractus persuasis centurionibus ac turmarum principibus: timens ne ĩuidia quadam a minoribus sibi gloria eriperetur: ĩuito Camillo in aciẽ copias eduxit. Ipse uero q̃ mala ualitudine laborabat: in castris cum paucis relictus est. Lucio prælium uelociter temereq; ineunte: cum Camillus perciperet Romanos in fugam uersos: sese non continuit: sed ex toro profiliens: & præfugientes irruẽs ad persequẽtes cum seruis ad portas ualli obuiam uadit. Quare statim quidam cõuersi illũ sequũtur.

quidam autem extra profecti ante eum ſtantes pugnabant:& ſeſe adinuicem hortabā tur:non deſerendum eſſe imperatorem. Tunc hoſtes ſic a perſecutione deſtiterunt. Poſtridie Camillus eductis copiis prouocatiſq; ad pugnam hoſtibus egregie ipſos de uicit:& in fugientes facto impetu uallū occupauit:q̄plurimoſq; ferro trucidauit. Poſt hæc cum audiuiſſet ciuitatem Sutrinorum a Tyrrhenis captam:& omnes habitatores qui Romani erant iugulatos:eos qui minus apti ad conſerendas manus Romā dimi ſit. Ipſe uero ſumptis his qui ætate & audacia uigebant:contra Tyrrhenos qui urbem occupauerant irruit:qui cum uiciſſet:partim expulit:partim morti tradidit. Camillus Romā rediens multaq; ſpolia referens declarauit eos qui neq; imbecillitatem corporis neq; ſenectutem pertimeſcerent:ſed illum & inuitum & ægrotātem potiuſq̄ floridos ætate iuuenes & magiſtratum ſūmis uiribus ambientes principem belli eligerent:pru dentia omnes ſuperare:dūmodo imperator & audacia & peritia rei militaris clarus eſ ſet. Quapropter fama exorta Tuſculanos deficere a fide populi Romani: bellum Ca millo demandatum eſt. Camillus cum ſibi conceſſum eſſet:ut unum ex quīq; collegis optaret:prætermiſſis aliis rogantibus Lucium Furium præter omnium ſpem optauit. Hic erat ille qui nuper præter Camilli ſentētiam pugnauerat:& rem male geſſerat. Ve rum cum uellet infamiam ac ruborem huius uiri obſcurare:eum ſibi collegam aduo cauit. Tuſculani ut malefacta diſſimularent tegerentq;:iam in eos motis a Camillo co piis:ad agros colendos tāq̄ tempore pacis homines ad opera facienda egredi iubēt. Por tæ patefactæ adſtabant. Pueri in ludo litteris indulgebant. Populus ī tabernis officiniſ q; artes ſuas exercebat. Ciues togati foro utuntur. Principes tāq̄ nec bellum expectarēt nec bellandi ſententia extitiſſet:amicitia Romanis pollicebantur. Nec tamē Camillus credidit:q; illi a populo Romano deſciſcere non ſentirent. Sed cum miſeratus eſſet eo rum pœnitentiam:iuſſit ut ad ſenatum uenirent ac iram eius placarent. quod ſi factū eſſet:ipſe in ſenatus ſententiam conceſſurū:& tāq̄ eius eſſet omnia crimina urbi remiſ ſurū. Hæc clara facinora ſexto eius militari tribunatu geſta. Poſt hæc Licinio Scolone magnas in urbe ſeditiones excitante contra ſenatum populus ſūmis uiribus anniteba tur conſtitutis duobus cōſulibus:ut alter popularis crearetur:cum neq; ex patriciis tri buni plæbis creati eſſent:nam multitudo comitia conſularia haberi non permiſerat. Itaq; cum res propter contumaciam principatus adminiſtrarentur:magnis ſeditioni bus quarto dictatura inuito populo a ſenatu Camillo demandabatur: ſed ipſe ad hoc non ſatis prompto animo erat:neq; aduerſus homines petulantes propter multa ma gnaq; bella cōtra eum tāq̄ pluribus cum ipſis militiæ bonis q̄ cum patriciis domi rēp. affeciſſet:contentiones ſuſcipere uolebat:& tunc propter inuidiam illorum electus:ut populum uincēs opprimeret:uel a populo uictus opprimeretur. Sed nitebatur Camil lus præſentibus rebus repugnare. Cum percepiſſet diem quo tribuni plæbis legem latu ri erant:numerum militum recenſuit:populumq; ex foro in campum accerſiuit:mina turq; non obedientes magnas pœnas daturos. Tribunis populi ex aduerſo dictatori re pugnantibus:indicentiq; pœnam quinq; myriadum argenti:niſi decretum ac legē con tra populum editam abrogaret:ſiue q; pœnam exiliumq; timeret ſe iam ſenectute cō fecto minime dignam:ſiue q; uires populi īmenſas inſuperabileſq; ſuperare poſſe mi nus confideret:domum conceſſit:& ſimulata corporis mala ualitudine dictaturam de poſuit. Senatus alterum deſignauit dictatorem. Ille magiſtrum equitum eligens Sco lonem principem ſeditionis:cauſa fuit:ut ea lex quæ magnopere patricios triſtia affici ebat:autenticaretur. Hic.n.legem tulit:neminem plura quingentis iugeribus habere poſſe:tunc quidem Scolon hoc decreto clarus habitus eſt. Sed paulopoſt ipſe eo crimi ne dānatus fuit:quod cæteris prohibuerat:& ſecundum eam legem quam ediderat pœ nas dedit. Cum iam controuerſiæ de comitiis conſularibus deficere inceptarent: quod grauiſſimum genus ſeditionis primas partes in urbe habuerat:& ſenatui aduerſus po pulum ſentienti maximas moleſtias præbuerat:clari in urbe rumores nūtiātur: Celtas

iterum ab adriatico mari traiicientes multis myriadibus Romã celeriter contendere: pariter cum hoc rumore belli opera inceptantur. Nam in regione iam agri ab hostibus uastantur: & quibus non facile erat Romã confugere: ad montes euasere. Hoc terrore omnis ciuilis seditio cessata. Et cum omnium sententiæ in unum concederent: quinto Camillum uno animo dictatorem deligunt. Hic iam senectute uehementer ĩgraueſcebat: & quasi octogesimũ ãnum attigerat. Qui cum necessitatem & periculum animaduerteret: neq; gloria ut antea allectus: neq; excusatione usus: sed statim sese accingens militum electum habuit. Animaduertens uiolentum Barbarorum robur positum esse in gladiis: quos barbarico more nulla arte ferebant: & capita humerosq; cædebant: galeis ferreis leuibusq; & plures circunferentias habẽtibus utebatur: ut ipso ictu gladii debilitarentur atq; frangerentur. Clypeos lamina ferrea circuit: cum ligni uires sua spõte ad ictus perferendos minus ualidæ essent. Ipse milites docuit: ut longis in manu hastis uterentur: ictibus gladiorum hostilium sese subiicientes impetus expectarent. Postq̃ Celtæ ad Anienem fluuium castra locauerant: ĩgẽti præda onusti: Camillus eductis copiis in mollibus tumulis undiq; fere clausis statiua habuit: & plurimã partem castrorũ celari: paruam uero aspici posse uoluit: ut cum ab hostibus tabernacula arduis in locis instructa perspicerentur: timere uiderentur. Hanc opinionem cum Camillus augẽdũ censeret: nulla illis quos hostes depopulati fuerant: auxilia tulit: sed uallo sese claudẽs nihil agebat: usq; quo pabuli causa quosdam uagos a castris progressos incessanter ad sũmam usq; ebrietatem gulæ indulgẽtes cognouit. Tunc cum iam adhuc nox esset: expeditos præmittens milites: qui Barbaris in ordinem constitutis impedimento essent: & egredientes turbarent: diluculo exercitum eduxit: & latis in campis multos forteq; non quẽadmodum Barbari expectabant: paucos atq; ignauos in aciẽ redegit. Hoc primũ animos Celtarum deterruit: q; Romani ad bellum eos eliciebant. Deindeq; expediti milites irruentes priusq̃ copiæ in ordinem redigerentur ac per turmas diuiderentur: irritarent: & ui ad congregatos milites irrumpentes: sine ordine dimicare cogerent. Tãdem Camillo iubente ordines prælium conserere: illi gladios attollentes celeri cursu ferebantur. Isti autem hastis occurrentes & partes ferreas ictibus supponẽtes: ferrũ molle illorum ac tenue longumq; sustinuerunt. Quare statim flectuntur gladii atq; dupli cantur. Scuta autem detractis pilis perforata & grauiter læsa. Quapropter priuati melioribus armis Barbari: nitebantur armis illorum rem gerere: & pila manibus capere atq; auferre. Romani aĩaduertẽtes eos ĩermes esse: gladiis utebantur. Itaq; miserrima orta cæde eorum qui erant in frontibus: alii per campos dissipati fugiunt: nam promõtoria Camillus occupauerat. Castra quia incustodita erant: q; magna fiducia pugnatũ ẽ: non difficulter capta sunt: hãc dimicationem & tertio fuisse anno post captam Romã ferunt. Romani qui magno Barbarorum terrore perculsi fuerãt: hac uictoria maximã contra Celtas audaciam suscepere: tãq̃ mala fortuna aduersante & non uirtute ac uiribus primo ab illis uicti fuissent. Sic igitur magnopere trepidatum est: ne lex fieret: ut a militia sacerdotes diuiderentur: si bellum gallicum non extitisset. Hunc itaq; finẽ habuerunt Camilli certamina militaria. Cum in hoc magistratu ociosus esset: urbem Beletranam sine bello cæpit. Erga Camillum in rep. maximo odio afficiebatur populus: qui potens ex uictoria rediens ãnitebatur contra legem alterum ex consulibus inuito senatu popularem eligere. Senatus uero Camillum deponere magistratum non sinebat: tãq̃ illo dictatore ampliori maiori auctoritate pro principatu optimatum pugnaturus esset. Postq̃ sedente Camillo ac in foro iura dicente: lictores tribunorum populi nomine iussit Camillum sequi: & tãq̃ illum ducturus manũ corpori abduxit: & maximus clamor ac tumultus forum occupauit: propulsãtibus lictorem ex suggesto iis qui erant circa Camillum: multitudine autem retro ut traheretur dicente: dubius præsentibus rebus Camillus magistratum non deposuit: sed assumptis secum iis qui in cõcilio erant: senatum petit: & priusq̃ dicere aggressus esset: ad Capitolium conuersus Deos

teſtatur:ut de ea dicturus ſit quæ tandem bene uertant reipub.& ſi ſeditio ciuilis tollatur:templum Concordiæ ædificaturum ſe pollicetur.Cum multæ in ſenatu uariæq; cõtentiones eſſent: q; in uarias ſententias mortalium mentes trahebantur:tandem ī hãc ſententiam itum eſt:ut alter ex conſulibus popularis crearetur.Dictator cum ad populum hoc nunciaret:ſtatim (ut æquũ erat)populus cũ ſenatu reconciliatus eſt: & Camillum plauſu ac clamore domum uſq; remittunt.Poſtridie autem cõgregati decreta tulere:ut Concordiæ quẽadmodum Camillus uouerat: in foro & in concione ingens pro rebus bene geſtis templum moliretur.In celebritatis quas latinas uocabant addita una die:per quatriduum ſolẽnitates inſtituerunt.Et deinde ſtatim Romanos coronas ferre ac rei diuinæ intendere uoluerunt.Comitiis a Camillo iuſſis:Marcus Aemilius ex patriciis:Lucius Sextus primus ex popularibus conſules deſignati.Res geſtæ a Camillo huiuſmodi exitum habuere.Superiori anno cum Roma graui peſte laboraret: ex multitudine innumera uis cecidit.Ex principibus uero plurimi:inter quos Camillus omnium annis grauiſſimus maturo funere obiit:& plus deſiderii ac luctus q̃ cæteri omnes: qui ea tempeſtate peſtilentia ceciderant:Romanis reliquit.

PERICLIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

CAESAREM CVM PEREGRINOS QVOSDã Romæ locupletes homines canum & ſimiarum catulos circũferentes gremio eiſq; deditos intueretur: interrogaſſe ferunt:nũquid apud illos mulieres liberos parerent.Sapiens profecto & digna principe admonitio:qua arguit eos:qui præter naturam eã īdulgentiam & caritatem:quæ maxime debetur hominibus:in feras impenderent. Num igitur quia canum & ſimiarum catuli docilitatis aliquid & attentionis ī ſe ad res inſpiciẽdas habere uidentur: iccirco animus noſter adducitur ratione ad eos reprehendendos:qui hoc ad aurẽs nec auribus cuiuſq̃ nec ſpectatione dignas contẽptis honeſtis & utilibus ſtudiis abutãtur? Nam ſẽſui quidem qui perturbatione ad omne quod ſe offerat atq; occurrat:mouetur:fortaſſe neceſſarium eſt id quod obiectum eſt:ſiue utile ſiue inutile ſit:contemplari.Mẽte autem & ratione cuiq; natura eſt datum (ſi uelit)uti:& ſeipſũ uertere ſemper: & ad id quod uideatur optimum:facillime immutare. Quocirca decet contemplationes circa optima occupatas tenere:ne contemplentur ſolum uerum etiam nutriantur. Vt .n. oculis is color eſt congruens:cuius ſpecies ipſa & uenuſtas aſpectum paſcit:ſic oportet ad ea ſpectacula intendere animũ:quæ ſuo & proprio bono uoluptatem & delectationem præbeant.Hæc ſunt ī iis operibus:quæ a uirtute ipſa proficiſcuntur:quæ aſpectu ipſo æmulationẽ quãdam & ſtimulos ad imitandũ iniici unt. At cæteris in rebus etſi nulla admiratio conſequatur factum:tamen ad opus ipſũ

propemmus plærūq; etiam contrarium eueniri ſolet. Opere.n. ipſo delectamur: eius auctorem contēnimus ac deſpicimus: quēadmodum in ſuauiſſimis unguentis ac pur puris: his.n. oblectamur: tinctores uero & unguentarios illiberales & ſordidos eſſe du cimus. Ex quo ſapiens illud Anthiſtenis: qui cum audiſſet Iſmeniam optimū eſſe tibi cinem: At homo nequā eſt inquit. Non.n. ſi probus foret: tibicen eſſet. Et Philippus cum accepiſſet filium ſuauiter quodam in loco ceciniſſe: urbane eſt obiurgatus: Non ne te pudet inquiens: q; ita pulchre canere ſcias? Satis eſt.n. regi canentibus aliis audiē di ocium ſupereſſe: ac permultum quidem uidetur impartiri muſis: ſi cæteris iis de re bus concertātibus ipſe ſpectatorem tantum ſe præbeat. Ipſum autem per ſe opus ex 2.
plere humilium atque abiectarum rerum: ex labore illis impenſo deſidiam ſuam ad præclara opera & inertiam facile arguit. Nec ullus unq̄ ingenuus adoleſcens cum Piſæ Iouem eſſet intuitus: Phidias fieri concupiuit: aut Iunonē Argis Policletus: nec Ana creon aut Philemon aut Archilocus: etſi uehementer eorum opera ſit admiratus. Nō enim neceſſarium eſt etſi admodum oblectet opus: q; iocundum ſit: iccirco ſtatim arti ficem eius probari. Vnde ea nihil ſpectantibus utilitatis afferunt: quibus nihil excitan tur ad imitandum: nec adducuntur quidem: ut eorum ſua familia eſſe concupiſcant. Verum uirtus eiuſmodi eſt: ut ipſis ſtatim rebus geſtis ita afficiat homines: ut nō mo do admirentur opera: uerum in auctores quoq; ſūmo ſtudio ac deſiderio incendātur. Nā in bonis quidem externis poſſidere tantum ac perfrui: ac in uirtutibus res ipſas ge ſtas expetimus. Ad hæc illa quidem nobis ab aliis: hæc autem aliis a nobis ſuppeditari uolumus. honeſtas.n. ad ſe allicit: atq; ad agendum ſtatim īpellit: nec imitatione ipſa ſpectatorem probum: ſed ipſo opere conſpecto efficit: ut anteponenda cæteris iudice tur. Quapropter nobis quoque faciendum eſſe uiſum eſt: ut uitas clarorum homi num (ut cœpimus) mandaremus litteris: & hoc decimo libro Periclis ac Fabii maxi mi: qui cum Hannibale bellum geſſit: uitam complexi ſumus: qui cum cæteris uirtuti bus inter ſe ſimiles: tum manſuetudine iuſtitia patientiaq; in tolerandis populi moti bus: & in collegarum inſolentia perferenda utiliſſimi patriæ extiterūt. Quod ſi re ipſa exquirere uolumus ueritatem: ex ipſis quæ de his tradūtur: facile eſt iudicare. Pericles 3.
enim tribu quidem Acarmantides: curia uero Cholargeus: familia autem & genere tū paterno tum materno clarus. Nam Xantippus qui in Italia regis præfectos deuicerat: Agariſtam ex Cliſtenis genere in matrimonio habuit: quæ Piſiſtrati filios expulit: a ge neroſo animo tyrānidem ſuſtulit: leges etiam tulit: optimeq; rempub. temperauit & ad concordiam & ad conſeruationem. Ipſa autem ſtatim per quietem ſibi uiſa eſt leo nem partu edere: & poſt paucis diebus Periclem peperit: ſpecie quidem corporis haud indecora: capite uero oblongo nec cæteris partibus reſpondēti. Ex quo omnes fere eius ſtatuæ uelantur caſſide: q; uidelicet nollent ſculptores ea re hominem deformiorem ui deri: & attici poetæ eum Schinocephalum contumeliæ gratia appellare ſoliti ſunt. Ex comicis Cratinus illi eſt infenſior: diſcordia.n. inquit & longæuū tempus admixta īui cem magnum procreant tytanum: quem Cephalegeretam dei nuncupant. Ac rurſus ī reprehenſione: Venis hoſpitalis ac bone Iupiter. Cūq; interdum difficultate rerum du bius eſſet: ſedere ipſum ait in ciuitate grauato capite temulentum nōnūq̄ ex capite: un de clinio tumultum magnum excitare. Epulis autem in populis cum audiret de ſingu lis principibus qui ab inferis redirent: ut Pericles nominatus ē ultimus: quod caput ab inferis eduxiſti. Ipſius autem in muſicis præceptorem Damonem plurimi fuiſſe con 3.
ſentiunt: cuius nomen aiunt correpta prima ſyllaba proferri oportere. Ariſtote les autem affirmat apud Pitoclem muſicæ operam dediſſe. At Damon uidetur cum maximus ſophiſta eſſet: quo multitudinē lateret uim artis muſicæ nomine tegere ſta tuiſſe. Verſabatur aūt cum Pericle aſſidue: ut cū Athleta Alipta ciuilium rerum ac ma giſter. Haud tamen Damonē lira potuit occultare: ſed ut homo factioſus & dominādi cupidus ciuitate electus comicis materiam præbuit. Plato igitur quēdā illum ita rogātē

inducit. Primū igitur dic mihi expetenti atq; optanti. Tu. n. ut aiunt: peſſime Periclē educaſti. Zenonis etiam eleatis phyſici: ut Parmenides auditor fuit: qui artem quādā dicendi quæ ex contradictione in ambiguitatem concluderet: edocebat: ut Timon Pliaſius inquit. Per hæc magnam uim in utranq; partem diſputandi aſſequutus eſt: non captioſam illam & ſedulam Zenonis omnia reprehendentis. Plurimū uero Claxomenio Anaxagora præceptore uſus eſt: qui illi magnificentiam animi atq; elationem grauiorem ad popularem potentiam capeſſendam iniecit: eiuſq; ingenium maxime excitauit atq; incendit. Hunc eius ætatis homines mentē appellabant: ſiue q; eius prudentiam in contemplanda cognoſcēdaq; rerum natura excellentem & ſingularem admirētur: ſiue q; rerum principia non in fortuna ac neceſſitate: ſed in mēte pura atq; ſecreta ab omni cōmixtione locaſſet: quæ cōmixtis cæteris & cōcretis æquales patticulas diſtribueret. Hūc uirum cum ī ſūma admiratione Pericles habuiſſet: in eo genere doctrinæ quod ſublime & excælſum uocant: maxime inſtructus: illam animi cælſitudinē nō modo in uita atq; oratione ſeruauit ab omni turbulēta & malicioſa ſcurrilitate ſeiunctā: ſed ore quoq; & uultu ipſo triſtior ac ſeuerior fuit: nulla iocunditate aut uarietate: & qui habitu etiam corporis ab omni animi perturbatione inuictus uideretur: ſono aūt uocis & confirmatione maxime placidus atq; ſædatus: ac cæteris quæ ſunt huiuſmodi mirifice perterruit omnes. Igitur ab imperito quodam & intemperato homine per diē totum conuitiis ac maledictis laceſſitus: ad porticum ſilentio pertulit: nocte uero modeſte & temperate domū diſceſſit. Cūq; eum maledicus ille ſequeretur: & quotidie magis maledicendo ferueſceret: ut autem ad ipſam ianuam uentum eſt: & iam tenebræ eſſent: quēdam ex ſeruis accepto lumine deducere hominem & domū ſiſtere iuſſit. Verū Ion poeta dicit morem Periclis in congreſſu & conſuetudine ſuperbum inflātemq; fuiſſe: eiq; elationi contentionem & deſpectionem aliorum admixtam fuiſſe. Laudat autem Cimonis ad omnem motum facilitatem: ſed Ion uirtutem tragica quadam diſciplina. Et hanc ſatyricam rationem omnino omittamus. Eos autem qui Periclis grauitatem & ſeueritatem elatæ opinionis & inflationis nomine criminātur: hortatur Zeno: ut eiuſmodi ſibi aliquā inflationem pergant parare: ut ipſa ſimulatione honeſtorū ſibi æmulationem quandā latenter ſuggerant. Neq; hos ſolum ex Anaxagoræ conſuetudine Pericles fructus percæpit: uerum etiam ſuperſtitiōe ſe liberaſſe uidetur: quæ ad res ſublimes metum iniicit ignorantibus cauſas & circa diuina ob imperitiam pauidis atq; attonitis: quæ phyſica ratio amouens: ſecuram & ſpes optimas afferentem religionem inducit. Dicitur Pericli ſemel arietis caput cum uno cornu ex agro eſſe delatum: atq; Lāponem uatem cum cornu eſſet intuitus: robuſtum & ſolidum in media fronte ſitum dixiſſe: Cum duæ eſſent factiones ī ciuitate: Tucydidis unam: ac Periclis alterā: ad eam peruenturum eſſe imperium: apud quam eiuſmodi portētum naſceretur. Tū Anaxagoram aperto capite arietis offendiſſe cerebrum teſtā non compleuiſſe: ſed eſſe acutum ī formā oui & ex omni parte coire ad eum locum: ubi cornu radix eſſet affixa: qua re Anaxagoram primum admirationem præſentibus attuliſſe: ſed paulopoſt Lāponem cum ſublato Tucydide omnes populi opes ad Periclem delatæ eſſent. Prohibuit autem nihil phyſicum ac uatem ueritatem attingere: cum hic cauſam rei ille exitum optīe percepiſſet. Huius. n. facultatis erat: ex quibuſnā id cauſis ortū eſſet: & quo pacto ortum eſſet: contemplari: huius uero cuius gratia & quod ſignificaret: prædicere. Qui autem cauſæ inuentionem abolitionem ſigni aiunt eſſe: non animaduertunt ſe una cum diuinis coniiciendi quoq; artem reſcindere: fragores diſcorum faculatum lucem obumbrationes gnomonis: quorum unūquodq; ex principio quodam & cauſa cuiuſdam rei ſignum eſt factum. Sed hæc quæ ad huius operis ſcriptionem non pertinēt: in aliud tempus differantur. Pericles igitur cum iuuenis foret: uehementer eum uerebatur populus. Etenim uidebatur Piſiſtrato tyranno forma quidem perſimilis eſſe: uocis quoq; ipſius ſuauitatem & uolubilitatem celeritatemq; linguæ ſenes admodum

propter ſimilitudinem extimeſcebant: cum uero diuitiis & genere & opibus amicorum præſtaret plurimum: ueritus teſtæ exilium nulla ex parte rempu. attigit: in imperiis militaribus uir fortis & expertus. Itaq; poſt Ariſtidis obitum & Themiſtoclis fugam: cū Cimonem quotidie fere procul a Græcia peregrina militia detineret: ſic iam ſeipſū Pericles populo dedit: præter eius naturam: quæ minime popularis erat: diuitū loco uulgi & pauperum partes ſecutus: metuens ſcilicet inuidiam & ſuſpicionem appetendæ tyrannidis: & q̄ uideret Cimonem maxime optimatibus ſtudere: & ſumma diligentia obſeruari a nobilitate: ſe ad populum contulit: ut ſuarum rerum ſtatum roboraret: & ſibi contra illum opes & potentiam compararet: ac ſtatim in iis quæ ad uitam & uictū pertinēt: alium ſibi ſtatuit ordinem. Vna. n. uia tantum in urbe qua ad forum & iudicium itur: utebatur: cœnarumq; apparatus & cæteram huiuſmodi omnem beneficentiam contēpſit ac reiecit: ut tam longo tempore quo in repub. uerſatus eſt: nūq̄ apud amicum cœnarit: præter q̄ Euritolemo nuptias celebrante: uſq; ad libationes cum affuiſſet: ſtatim diſceſſit. Conuiuia. n. ad omnem animi elationem deprimendam ualent: nec facile in conſuetudine expectationem grauitatis & ſeueritatis conſeruare. In uera autem uirtute quæ maxime apparent: quæq; in promptu ſunt: omnibus pulcherrima uidentur eſſe: & ī bonis & probis uiris nihil eſt quod tā moueat exteris admirationē: q̄ congredientibus quotidiana uitæ conſuetudo. Hic autem populi frequentiam & ſatietatem quam interuallis explebat: fugiens: non omni de re dicebat neq; accedebat in cōcionem: uerum ſeipſum ut ſalaminiam Triremē Critolaus ait: ad res maximas & opportuniſſima tempora reſeruabat: cætera per amicos & oratores alios gerebat: quorum Ephialtem unum fuiſſe ferunt: qui Areopagitarum potentiam ſubſtulit: & magnā (ut inquit Plato) & īmoderatam ciuibus libertatem parauit. Ex qua populum ueluti equū īmitem & indomitum comedi aiunt. Præterea imperia recuſare: mordere uolentes inſilire. Ad ipſum uitæ cultum & apparatum magnitudinemq; animi idoneam rationem ueluti exædificatum ſibi quoddam organum Anaxagoram frequenter adhibuit: ac ſi ad fucum oratorium philoſophicam diſciplinam adiunxiſſet: hāc. n. mētis altitudinē omni ex parte perfectam & abſolutam: ut diuinus ille inquit Plato: ad ipſam īgenii naturæ bonitatem cōparauit ſibi ex philoſophia: quam cōmoditatem cum ad ipſā dicēdi artem adiunxiſſet: permultum cæteris oratoribus præſtitit: iccirco & cognomen ſibi Olympium additum ferunt. Atqui plæriq; ex monumentis lociſq; publicis: quibus urbem exornauit: alii ex ui & acrimonia qua ſe præſtitit in adminiſtranda repub. īperiiſq; militaribus Olympium ipſum nuncupatum eſſe opinantur. Nec īmerito quidē uidetur ex multis eius uiri maximiſq; ornamentis hanc illi gloriam acceſſiſſe. Hoc aūt ſibi cognomentum ex eloquentia impoſitum declarant poetarum ætatis comœdiæ: quorum ſūt illæ tū ſerio tum ioco in eū uirū cōiectæ uoces: quibus illū cū concionaretur coruſcationes effūdere: ciere tonitrua: horrendū in līgua fulmē gerere dixerūt. Eſt etiam illud Tucydidis Mileſii in Periclis uim dicendi falſe urbaneq; dictum. Erat. n. Tucydides nobilis uir: qui diu in repub. Pericli eſt aduerſatus. Archidamo. n. Lacedæmoniorum rege rogante: uter alteri palæſtra: Pericles ne an ipſe præſtaret: Vbi ego inquit hominem pugnando deieci: ipſe ſe non cecidiſſe defendens uicit: intuenteſq; e ſēntia deiicit. Verū tamen ad dicendum timide accedebat: ut cum ſuggeſtum eſſet aſcēſurus diis uota faceret: ne quod uerbū ſe īprudente aut īuito efflueret: quod ad rē ipſā minus pertinere uidetur. Itaq; nihil ab eo præter decreta quædam: mandatum litteris extat. Memorantur autem in hoc ipſo genere perpauca omnino: ut eſt illud quo Eginam ueluti Pyræi Lippedinem delendam cenſuit: quo quæ ſe inquit proſpicere bellū a Peloponēſo īpendere ciuitati. Et cum Sophoclem collegam haberet in prætura: ac ſimul aliquando nauigaſſent: collaudaſſetq; Sophocles formoſum puerum: non ſolū inquit o Sophocles prætorem decet manus uerumetiam oculos continentes habere. Narrat etiam Steſimbrotus eum: cum laudaret eos qui in Samo īterierant: dixiſſe eos

ueluti deos īmortalitatem eſſe conſecutos: non. n. eos ōculis: ſed quibus affecti ſūt ho noribus intuemur: hiſq; bonis quæ aſſecuti ſunt īmortales eſſe cōiicimus. Hæc igitur manere eos qui mortem pro patria oppetierint. Tucydides optimatum quandam Pe riclis rempu. ſūmatim perſcribit: quæ uerbo quidem reſpub. foret: re autem regnum: q; uir unus in ea principatum obtineret. Sunt alii quoq; permulti: qui dicant ab eo pri mum in mores ciuitatis inductum: ut ad captas urbes mitterentur coloni: ſpectatores quoq; emittendi: & æra diuidendi auctorem fuiſſe: q; ītueretur populum ob eam quæ tum uigebat adminiſtrandæ reipub. rationem male aſſuetum: intentumq; largitioni bus atq; īmoderatum eſſe: qui ante modeſtus & miniſteriis deditus fuiſſet. Licet autē ex ipſius rebus geſtis cauſam huius mutationis intueri. Ab initio enim (ut diximus) ob Cimonis gloriam blanditiis populum capere atq; pellicere nitebatur: uerum copiis di uitiiſq; inferior: quibus ille pauperes delinierat: tum cœnam quotidie Athenienſium ī digenti cuiq; præberet: ſenioribus etiam ueſtes: macerias quoq; agrorum ſuſtuliſſet: ut ad colligendos fructus uolentibus pateret aditus. His populari gratia ſuperatus ab eo ad publicorum diuiſionem conuertitur: Oetheo demonide ſuadēte: ut Ariſtoteles tra didit: ac celeriter cū ad ſpectationes & iudicia facta largitione aliiſq; premiis & choroꝝ apparatibus multitudinem affeciſſet: eius ope contra Ariopagi ſenatum utebatur: cu ius ipſe expers erat: q; neq; prætor neq; Teſmoteta ſorte lætus eſſet: neq; belli dux. Hi enim magiſtratus uetere inſtituto ſortito capi ſolebant: & per eos comprobati in Ario pagum aſcendebant. Quare magis Pericles cum plurimum iam ualeret in populo: cō citatā ſeditione eum ſenatum delere geſtiebat. Itaq; multa ei iudicia per Ephialtē abla ta ſunt: & Cimon ut laconum ſtudioſus populoq; infenſus in exilium pulſus: qui pul cherrimas uictorias ex Barbaris reportaſſet: pecuniiſq; multis & ſpoliis hoſtium urbē locupletaſſet: ut in eius uita ſcripſimus: adeo munitus erat Pericles opibus & gratia po pulari in eiuſmodi exilio: quod Oſtraciſmum illi uocabant: decēnii erat exulibus tem pus diſinitum: per id temporis cum Lacedæmonii infeſto exercitu Tanagraicū agrum inuaſiſſent: occurrentibus ſtatim obuiam Athenienſibus: Cimon ab exilio rediens in acie arma conſtituit: ac opera quidem cupiens Laconicam calumniam purgare: ſi una cum ciuibus ſe periculis obiectaſſet. At Periclis amici facto impetu eum ut exulē expu lerunt. Iccirco uidetur Pericles decertaſſe fortiſſime in eo prælio: ſplendoreq; & gloria exuperaſſe omnes: q; ne corpori ſuo quidem pepercīſſet. Interierunt omnes in acie Ci monis amici: quos inuidiam Pericles laconicæ amicitiæ adduxerat: ac pœnitentia fac ti Athenienſes & Cimonis deſiderium cœpit: req; in finibus atticæ male geſta & graui ore belli expectatione uehementer ſoliciti erant. Quæ cum ſenſiſſet Pericles impigre ſe ad leniendos multitudinis animos contulit: ipſeq; ſub decreto hominem reuocauit: at ille abiens cum ciuitatibus pacem compoſuit. Erat. n. cum eo Lacedæmoniis ne ceſſitudo & amicitia: quēadmodum cum Pericli ac cæteris hominibus popularibus ma xime inimicitiæ: nonnulli tamen aiunt non prius reditum Cimoni a Pericle eſſe decre tum: q̄ ſecreta fœdera per Elpinicem Cimonis ſororem conſtituta eſſent: ut Cimon cū ducentis nauibus permiſſo ſibi extra urbem militari imperio ad regis agrum occupan dum nauigaret: ciuilium rerum adminiſtrationem Pericles haberet. Viſus eſt autem iā ante Elpinicis opera Pericles permultum de aſperitate remiſiſſe: cum ipſe in cauſa ca pitali defendit: cum aliis tum Pericle impulſu populi accuſante. Itaq; cum eum Elpi nices ſupplex audiret: ſurridens o Elpinices inquit: uetula es magiſq̄ res tantas tranſi gere queas: ueruntamen ad eius orationem ſe colligens: repudiata accuſatione ex om nibus accuſatoribus minime Cimoni infeſtus diſceſſit. Quonam igitur pacto Dome neo credendum putamus: cum Periclem accuſet: dicatq; ab eo Epialtem hominem po pularem amicum ſuum & gerendæ reipu. ſocium ac participem conſiliorum ob ſuſpi cionem atq; inuidiam illius gloriæ dolo eſſe ſublatum? Hæc. n. neſcio unde quaſi col lectam homini bilem iniecerit: omnino quidem haud reprehendendo: ueruntamen

parum conſentaneum uidetur hominem magno generoſoq; animo præditum tam te trum & tam crudele in ſe facinus ſuſcepiſſe. Ephialtem igitur cum meticuloſus nobili tati foret & in exigendis rationibus perſequendiſq; populi aduerſariis implacabilis: ini mici Ariſtadico Tanagrico percuſſore clam per inſidias adhibito oppreſſerunt: ut Ari ſtoteles affirmat. Cimon in Cypro imperator diem obiit: optimates uero cum intuerẽ/ tur Periclem cæteris ciuibus omnibus maxime opibus antecellere: uellentq; illi uirum quendam præpotentem aduerſæ factionis opponere: qui eius licentiam reprimeret: ne ſolus omnino rerum libere potiretur: Tucydidem ex tribu Alopecia Cimonis affinem conſtituerunt Pericli aduerſaturum: qui cum bellica quidẽ gloria ĩferior eſſet q̃ Cimõ: forenſibus uero ciuilibuſq; negociis longe ſuperior: frequentiuſq; urbem coleret: nec/ non cum Pericle ad pulpitum in certamen deſcenderet: celeriter contrariam factionem ad reſiſtendum ualidam in repu. ſuſcitauit. Non. n. nobiles & locupletes homines diſ ſipari nec populo admiſceri: ut ãte a multitudine dignitate ſua ſpoliatos: ſed ſecernẽs omnium potentiam iam ualidam & corroboratam in unum corpus coegit. Suboccul ta. n. quædam ſimultas ab initio fuit: quæ ueluti ferro inſtructa ſignificatione quadã emergentem diſcordiam plæbis ac nobilitatis portenderet: quorum diſſenſione & con tentione ortum eſt: ut altera ex factionibus plæbs: altera pauci dicerentur. Quare tum Pericles cum populo habenas relaxaſſet: ad popularem gratiam & nutum rempub. ge rebat: quotidie celebre aliquod ſpectaculum in urbe inſtruere: præbere epulum: celebri tatem inducere: nec imperitis uoluptatibus ciuitatem delinire. Sexaginta autem trire/ mes quotannis emittere: in quibus multi ex ciuibus nauigabant: ſtipendiumq; ſingu lis octo minæ erat: qui ea pro meditatione & excitatione nauticam & maritimam diſci plinam perciperent. Ad hæc mille homines in Cheroneſum miſit eius loci agrum ſibi diuiſuros: in Naxum uero quingentos: in Andrum dimidiam horum partem: in Thra ciam quinq; milia Colonorum dimiſit: Beſaltorum urbem una cum ciuibus habitu/ ros: aliam quoq; ĩ Italiam Coloniam Sybarim quos Thurios appellarunt. Atq; hæc eo conſilio fecit: ut deſidioſo uulgo & ob ocium rerum nouarum ſtudio erecto ciuitatem leuaret: proſpiceretq; plæbis difficultatibus: ac ſocios colonis additis metu præſidioq; ab ĩnouandis rebus prohiberet. Quod autem ciuitati magnopere uoluptati: cæteris ãt hominibus terrori & uniuerſæ Græciæ eorum potentiæ & antiquarum copiarum cer/ tiſſimo teſtimonio fuit: id eſt ſacrorum donorum apparatus. Hoc maxime ex Periclis actis quæ in repub. geſſit: eius inimici atq; obtrectatores reprehendere criminariq; & ĩ concionibus iactare ſoliti ſunt: populum dignitatem ſuam male & flagitioſe tueri: q; cõmunes Græcorum opes in rem ſuam uerteret: cuius rei hanc honeſtiſſimã & pro/ batiſſimã cauſam habuit ad refellendam calũniam Barbarorum uidelicet metu ſuſtu liſſe ĩde: atq; in tuto collocaſſe. Hanc eandẽ uulgauit Pericles. Ac uidetur Græciã maxi mã contumeliam & ſuperbiſſimã tyrãnidem pertuliſſe: cum ea ſpectante ex ſuis neceſ ſariis ad bellum impenſis illuſtraremus auro urbem: & ſuperfluis ornamẽtis gloriam quæreremus: ueluti iactabunda & moroſa mulier lapides precioſos ſigna & tabulas: ad mirati & mille talentis exædificatas naues. Edocuit igitur Pericles populum non debe ri ſociis rationem: cum primi ipſi bellum iniiſſẽt Barbaroſq; prælio deuiciſſet: ipſis nõ equũ non nauem non peditem ſed pecunias ſolum ſoluentibus: quæ non in eorũ qui dant: ſed qui accipiunt poteſtate ſunt: ſiquidẽ ſoluiſſent pro eo quod acceperãt: opor tet autem ciuitatem rebus omnibus neceſſariis ad bellum optime inſtructam ex iis ſi bi parare diuitias: quibus parandis gloria ĩmortalis cõſequatur. Parti autẽ copiæ ſup/ petant omni artificio uariiſq; miniſteriis conſtitutis: quæ cum artem omnem excitent omnemq; moueant manum: mercedem uniuerſæ referunt ciuitati: quippe quæ ex iis non ornetur ſolum: uerum etiam alatur & ſuſtentetur. Iis. n. rebus illis qui ætate & ui ribus præualebant: ex militia opes parabantur. Indigeſtum autem uulgum & ignobilẽ cum nec expertem quæſtus eſſe uellet: nec per ocium deſidiamq; lucrari: ad magnas

rerum parandarum acceſſiones artificioſaſq; & multi temporis multæq; operæ indigẽ tes inſtitutiones plæbem traduxit: ut ne quid minus ii qui domi forent: q̃ qui naui/ garent: aut in præſidio eſſent: aut militarent: ex publicis bonis ratione aliqua iuuaren tur: eorumq; participes fierent. Vbi. n. materies eſſet lapis æs ebur aurum ebanum cu/ preſſus: ibi hanc tractantes & exercentes artes architecti fictores fabri lapidarii tincto res: qui aurũ & ebur mollirent: pictores quoq; & qui acu intexerent: tornarii exportato reſq; horum & baiuli mercatores nautæ & gubernatores quæ ad rẽ maritimã ſpectãt. Quod autem ad terreſtrem rationem attinet: qui currus facerent: qui ad iugum alerẽt equos aurigæ: & qui funes pararent: lapidarii cerdones ſtatuarii & metallorum fabri. Singula autem ars ueluti imperator priuatum exercitum ex iis qui ære alieno ſeruitia debebant & idiotis compoſitum habuit uulgus: quorum corpore ad miniſterium ue/ luti inſtrumento uteretur. Itaq; uſus & artificia diuiſerunt: diſſeminaruntq; in omnẽ ætatem atq; ordinem quæſtus & lucri facultatem. Surgentibus autem & ſe paulatim altius attollentibus operibus magnitudine quidem ipſa eximiis: forma uero & gratia ſingularibus: nec imitatione ab ullo exæquandis: artificibus quoq; artes ipſas ingenio ſuo & artificio illuſtrare certantibus: maxime admirabilis erat in iis conficiendi celeri/ tas. Nam quorum ſingula uix uidebantur multis ſucceſſionibus atq; ætatibus confici poſſe: ea uniuerſa una ĩnouatione reipub. ad finem perducebantur. Atqui per id tẽpo ris ferunt Agatharco ſe efferente celeritate & facilitate pingendi animalia: audientem Zeuxim dixiſſe: ego uero in longo tempore. Nam in opere faciundo prõptitudo ac ce leritas haud poteſt ſtabilem grauitatem et exquiſitam pulchritudinem rebus adiunge re. At labori tempus impenſum robur ad conſeruationem & perpetuitatem operis af fert. Vnde Periclis opera magis admiranda uidentur breui confecta quæ tandiu eſſent permanſura. Nam ſpecie quidem & pulchritudine ſingula iam tum ab initio uetuſta erant: flore autem ac uigore uſum ad hanc ætatem recentia ac noua. Sic ĩ illis quotidie quædam nouitas effloreſcit: quæ aſpectum ipſum intactum uetuſtate atq; ĩuiolatum conſeruet: non aliter acſi opera ipſa perpetuo quodam ſpiritu atq; animo illis ĩſito alã tur & uigeant. Iis autẽ omnibus diſponendis moderator Phidias & ſpectator ĩterfuit: etſi præclaros artifices opera haud deſiderant. Nam quod Hecatompedon parte noua uocant Callicrates & Ictinus ædificare cœperunt. Et Eleuſi initiandi loco quod celeſtri on dicebant: Coræbus fundamenta iecit: colũnaſq; inferiores idem erexit: & epiſtiliis iuga impoſuit: quo mortuo Metagenes Xipetius procinctum & ſuperiores colũnas ad didit: adyto faſtigium impoſuit Xenocles colargeus: at longum murum de quo Socra tes audiſſe ſe refert: cum Pericles ſententiam dixit: Callicrates faciendum conduxit. In uehitur autem in opus Cratinus: ut tarde cunctãterq; abſolutum. Diu. n. ante ait ipſũ Pericles uerbis ædificare aggreſſus eſt: opera autem non attigit. At Odion quod uocãt illi interiori ſitu multis ſedibus & colũnis ornatum eſt: tecto uero pronum & decliue ex imo tantum faſtigio inſtructum. Simulacrum autem id & monumentum regii ta bernaculi fuiſſe tradunt: eumq; duce & auctore Pericle conditum eſſe: iccirco in Thra cibus Cratinus in Periclem iocatur: Schinocephalus hic inquiens Iupiter accedit Peri cles: Odion in capitulo gerens poſtea q̃ oſtracon præbuit. Ambitione quoq; impulſus muſicæ certamen in Panatheneis celebrari decreuit. Idem etiam præfectus exhibendis premiis ſtatuit quẽadmodũ & quatenus tibias inflari deceret: aut cantu & cithara uti. Spectabãtur uero & tunc & aliis temporibus ĩ odio muſica certamina. At arcis ueſtibu la quinquẽnio ædificata ſunt Mneſicle architecto. Fortuna autem admirabilis quæ cir ca eam fabricam euenit: indicauit nunq̃ abfuturam deam: ſed adiumento operi ſẽper futuram. Nãq; unus ex fabris: qui laborioſiſſimus et promptiſſimus erat: cum decidiſ ſet ex alto: langueretq; uehemẽter: deſperata a medicis ſalute: hac re mirifice dolore cõ fecto Pericli dea per quietem ſe offerens curationem oſtendit: qua ille uſus hominem ſtatim ad ualitudinem reſtituit. Huius gratia ſalubris Palladis in arce prope arã ſignũ

conſtituit: ſicuti antea fuerat: ut fertur. Phidias uero aureum deæ ſigillum finxit: eiuſ q; ut fictoris in colūna nomen erat inciſum. Omnia. n. fere eius conſilio gerebantur: atq; iis omnibus ut diximus fabris ob Periclis amicitiam præfuit. Atq; hoc alteri īuidi am conflauit: in alterum maledicta excitauit: q; libere Pericli mulieres ad opera daren/ tur poſtulante Phidia. Et comici hinc argumentum ſumentes: grauiter ī eius petulāti am inuecti ſunt. Iniecta calūnia in Menippi uxorem hominis Periclis amici: ſecundū q; poſt eū imperatorem locum obtinentis: & ī Pirilāpi auium nutritiones: cui cum Pe ricli amicus foret: crimini eſt datum pauones mulieribus ſubmiſiſſe: quibus cum Peri cles coiret. Verum quis miretur ſatyricos homines & uitæ hominum obtrectantes: ue/ lut pernicioſo quodam dæmone inuidia impulſus ī meliores ubiq; maledicta coniice re: cum Steſimbrotus deteſtandum facinus ac fabuloſum in filii coniugem cōtra Peri clem conferre non dubitarit. Sic perdifficile ualideq; laborioſum uidetur ueritatē ipſā hiſtoria conſequi: quando quidem & poſteris ex antiquitatis memoria rerum cognitio repetenda eſt: & ii quibus contigit præſentibus res ipſas geſtas intueri: partim odio & inuidia partim gratia & aſſentatione ueritatem corrumpunt ac peruertunt. Cum autē clamitaret Tucydides: diceretq; Periclem pecunias ac prouentus profundere: populū rogauit in concione nunquid uideretur multa expendiſſe? reſpondente uero plurima: Sint igitur inquit hæc non uobis expenſa uerum mihi: & in ipſis donis meum tātum nomen inſcribam. Hæc dicente Pericle: ſiue admirati eius animi magnitudinem: ſiue de operum gloria certarent: reclamārunt iubentes publice ſumptum faceret: nec ulli ī/ pēſæ parceret. Ad poſtremū cum de decēnali exilio cum Tucydide ī diſcrimen certamē q; ueniſſet: illum eiecit: & contrariam factionem euertit. Poſtq̄ igitur ſublata penitus ſeditione & pacata & in unum redacta ciuitate: in ſeipſum omnino Athenas ſuſcepit: compoſitaſq; & ualidas Athenienſium res: tributa exercitus triremes inſulas rēq; om/ nem maritimā multas item tum ex Græcis tum ex Barbaris collectas uires & īperiū ex ſubditis nationibus amicitiis quoq; regum & ſocietatibus principum ſeptus undiq; ac munitus eſſet: non eundem ſe nec ut ante mitem et manſuetum populo præbuit: nec uero facile concedere et fræna relaxare cupiditatibus et quaſi flatibus multitudinis: ſed ex diſſoluta illa et gratioſa populariq; ratiōe: quēadmodū ex florida et molli armonia optimū atq; regium gubernandæ ciuitatis morem in rempub. reuocauit: eoq; eſt hone ſte ac laudabiliter uſus: maxime quidem docendo et ſuadendo agebat populum: inter dum eo coacto et inuito utilitati publicæ conſulebat: medicorum conſuetudinem imi tatus: qui in uariis ac diuturnis morbis interdum uoluptates quaſdam cautas: īterdū ſecationes et medicamēta ad ſalutem adhibent. Cum. n. uaria illi (ut conſentaneū eſt) homini īnumeroſo adeo populo tantam molem imperii obtinenti conflarentur incō/ moda: ita ſolus omnium inſtitutus erat: ut ea diligētia ſua ſopiret et tollere poſſet: ma xime uero ſpe ac metu: ut gubernaculis quibuſdam datum populum ſibiq; præſidētē reprimens: languentem uero ac labentem excitans: oſtendit ueriſſimū eſſe illud Plato nis oratoriam uim animis hominum imperare: eoſq; ad quoſcūq; uelit motus impel lere: et eius opus permaximū in formarum et perturbationum cognitione conſiſtere: quæ ſunt ueluti quidam accentus et uoces animi diligentis: eius pulſu indigentes. Cau ſa eſt non nuda orationis uis: ſed ut Tucydides inquit: Vitæ dignitas atq; exiſtimatio īnocentiæ abſtinentiæq; præclara: quibus ille ciuitatem magnā diuitiis et potentia am plificauit: et ad ſūmū pene perduxit: qui cum uiribus multis regibus ac tyrānis excelle ret: quod liberorum gratia quidē faciunt: a patre relictum ſibi patrimonium: ne una q dem dragma cumulauit. Atqui eius potentiam perſpicue declarat Tucydides: crimino ſe comici indicant: cum Piſiſtratides iuuenes eius amicos nuncupent. Ipſum autem iu raſſe ſe tyrānide non uſurum: q; ei excellentia quædā et magnitudo ſupra popularem ſtatum ineſſe appareret. Teleclides ait Athenienſes illi ciuitati tributa permiſiſſe ipſaſ q; ciuitates. Has quidem ligare: illas ſoluere: lapidea mœnia tum ædificare: tū rurſus

eadem deiicere: fœdera opes potentiam diuitias quoq; fœlicitatemq;: atq; hæc nõ ex tẽ pore aut ad gratiam florente repub. ſed quadraginta annos Ephialtis Leocratis Myro nidis Cimonis Tolmidæ Tucydidiſq; factionibus Athenis præfuit. Poſt cladem & fu gam Tucydidis non minus quinq; annis rem diſtulit: & qui unus in annuis imperiis magiſtratum & dignitatem aſſecutus ſeruauit ſe pecuniis inuictum: etſi nõ a quæſtu pecuniario abfuit: ſed paternas & iuſtas diuitias ne eas per deſidiam & inertiam amit teret: neq; circa alia occupatus negocii ex illis nimium caperet: ad eam rei domeſticæ ra tionem diſpoſuit: quã facillimã diligentiſſimamq; putauit. Annuos. n. fructus ſimul omnes uendebat: deinde ſingula neceſſaria ad uictum quotidianum emebat ex foro: ex quo neq; iocundus adultis liberis erat neq; ſumptuoſus in cõiugem. Quare impro bant illi uehementer hunc quotidianum diligentiſſime collectum ſumptum: cum ni hil in adeo magna domo & locuplete redundaret: ſed omnis ſumptus omniſq; prouẽ tus ad menſuram & numerum uocarentur. Is uero hanc omnem diligentiam in ſe ſu ſceperat. Vnus erat ſeruus frugi & nuntius: quaſi nullus alius foret idoneus: niſi a Pe ricle ad curam rei domeſticæ conſtitutus. Quæ omnia ab Anaxagoræ ſapientia abhor rebant: ſiquidem ipſe rem domeſticam non curauit: & agrum incultum pecori paſcen dum dimiſit: magnificentia animi & diuino quodam furore correptus. Nõ eadem eſt enim propoſita uitæ ratio cõtemplatiuo ciuiliq; philoſopho. Verum hic quidem ſine inſtrumento aliquo & materia externa mentem ad res pulcherrimas ĩueſtigandas per ſpiciendaſq; intendit. Illi uero cum ad uſus humanæ ſocietatis uirtutem ſuam accom modet: non ſolum explendæ ſuæ neceſſitatis: ſed aliorum gratia honeſtarum copiarũ ratio eſt habenda: quod Pericles fecit: qui pauperes multos ſuis copiis ſuſtentabat. Ac etiam ferunt Pericle negociis intento Anaxagoram deſtitutum omni cura decrepita iã ætate ſponte mortem fame ſibi cõſciſcere: eo nũtio permotum Periclem ad eum ſup plicem cucurriſſe: omneſq; preces lachrymis adiũxiſſe: non illius ſed ſua potius gratia ſiquidem talem in repub. ſocium conſiliorum amitteret: expirantem uero Anaxagorã o Pericles dixiſſe: & qui lucerna indigent: ĩfundunt oleum. Sed cum Lacedæmonii cre ſcentes Athenienſium res ægre ferre inciperent: Pericles populi animos excitare: & ad res magnas erigere: decernere etiam: ut omnes græci ubicũq; Europæ atq; Aſiæ habitã tes hortarentur Athenas uolentes colloquium mittere pro Græciæ templis incenſis a Barbaris: proque ſacrificiis: quæ diis ĩmortalibus uouerant: quo tempore cum Barba ris pugnatum eſt. Ad hæc ut firmata pace cõmuni conſẽſu tutum omnibus pateret ad nauigandum mare: horum gratia uiginti uiri qui quinquageſimũ annum exceſſerãt: miſſi ſunt: quorum quinq; Iones Dorienſeſq;: qui Aſiam incolebant: & qui ĩſulas ha bebant Leſbum uſq; ac Rhodum accerſitum ire. Quinq; obierunt Thraciam & Hele ſpontum uſq; Bizãtium: Quinq; poſt illos Boetiam Phocidem ac Pelopõneſum: ĩde per Locros ad proximam continentem in Acarnaniam & Ambraciam miſſi ſunt: reli qui per Euboiam ad iteos & ſinum Maleæ & Phidias Achiuos Theſſalos perrexerunt: ſuadentes Athenas proficiſci & conſiliis intereſſe ad pacandum ĩnouandumq; Græci am. Nihil eſt autem factum: neq; ciuitates coiere: Lacedæmoniis aduerſantibus ut fer tur: primũq; in Pelopõneſo deprehendi cœpti conatus. Hæc addidi ut prudentiã eius animiq; magnitudinem oſtenderem. In imperiis uero militaribus adminiſtrãdiſq; bel lis maxime eius gloria illuſtris fuit: q; dubie nimium pugnæ periculum non ſponte ſu ſciperet: neq; eos duces qui adeundis periculis clari eſſent: celebratiq; ab omnibus ada mauit: neq; ſibi ad imitandum propiunt: cum ciuibus quotidie diceret quantum in ſe eſſet: ĩmortales eos futuros. Itaq; cum intueretur Tomidem Tolmei filium ſuperioti fœlicitate eximiiſq; honoribus ſibi ex bellicis rebus habitis nulla oblata opportunita te temporis in Boetiam parantem inuadere ſuadentẽq; iuuentuti ſponte militiæ mu nus obire. Iãq; ad quinq; milia in ſententiam ſuam traduxerat abſq; aliis copiis cum mittebatur in concione ab incepto ſuadendo uulgatum illud addens ſi minus Pericli

parendum putaret: haud temere faceret ſapientiſſimum datorem conſiliorum tempus expectans. Tunc igitur illi hæc dicẽti parum eſt applauſum: ſed paucis poſt diebus allatum eſt in urbem nuntium Tolmidem prælio circa Coroniam ſuperatum concidiſſe: multoſq; fortes ciues in ea clade deſideratos eſſe: quæ res Pericli magnam cum beni uolentia gloriã attulit: ut prudenti uiro & ſaluti ciuium conſulenti. Ex eius imperiis illud laudatur imprimis: quo græcos homines Cheroneſum incolentes ſeruauit. Nõ. n. ſolum mille Athenienſium colonis eo deductis ciuitatum animos cõfirmauit: uerum etiam collem inter duo maria muniens uallis atq; aggeribus inſultus Thracum Cheroneſo īminẽtium excæpit: graue autem & aſſiduum bellum excluſit: q; regio perpetuo tenebatur ob Barbarorum uicinitatem latrociniis infeſta. In eo uero plurimũ apud exteras gẽtes cum admiratione celebratus eſt: q; Pelopõneſum circum nauigaſſet ex Megalicæ fontibus centum aduectus triremibus: Non. n. ſolum maritimas urbes: ut Tolmides ãte populatus eſt: ſed etiã lõgius prouectus a mari cum pedeſtribus copiis quas in nauibus habuit: alios quidem in mœnia repulit metu periculi & terrore perculſos: at in Nemea Sycionis excipientibus prælium q; ſtrenue conſerentibus fuſis: trophæũ ſtatuit: ex Achaia uero militibus ad ſupplendas triremes acceptis in oppoſitam e regione continentem nauigauit: Acheloũq; tranſuectus: Acarnaniam excurſionibus infeſtã habuit: Oenadaſq; in mœnia compulit. Cũq; agrum magnis cladibus uaſtaſſet populatuſq; foret: demũ ſoluit: cum magnum terrorẽ iniecĩſſet hoſtibus: uir in bello fortis ſtrenuus ciuibus uiſus eſt: nulla. n. incidit eo duce ne ciuibus fortuna quidem belli offenſio. Deinde magna claſſe optimeq; ornata & iſtructa græcas quidem ciuitates: quarum ope & ſubſidio iuuabantur benigne humaneq; tractauit. Vicinis autem barbaris nationibus regibus ac tyrãnis oſtendit potentiæ molem licentiamq; & audaciam quacunq; libitum foret nauigãtium: mareq; totum ſub ſuam ditionem imperiumq; ſub ægiſſe. Sinopenſibus tredecim cum Lamacho reliquit naues: ac milites contra Timeleum tyrãni quibus perẽptis belli calamitate una cum ſociis & amicis decreuit: ut ſexcẽti Athenienſes uolentes Sinopem præſidio nauigarent: unaq; cum Sinopẽſibus urbẽ incolerent: potiti domo & agro quod ante tyrãni habuerant. Cæterum præterea nihil conceſſit neq; indulſit libidini & cupiditati ciuium: cum fortuna & uiribus adeo elati animis forent. Decreuit etiam de recipiendo Aegypto uexandiſq; regis maritimis ciuitatibus. Multos etiam mala illa & infauſta Siciliæ inuadẽdæ cupiditas habuit: qua Alcibiade & eius æquales oratores in poſterum exarſerunt. Erat quoq; nõnullis Hetruria & Carthago inſtar ſõnii: quas ſpe & opinione occuparant: magnitudine & nomine imperatoris proſperæq; ad uoluntatem ſuam fluentibus rebus. Verum Pericles continuit eiuſmodi excurſorem & effrænatam rerum cupiditatem frægit cohibuitque: maximãque copiarum partem in rerum partarum cuſtodiam & firmamentum cõtulit: magnum opus ac difficile ſtatuens eſſe Lacedæmonios arcere: quibus uehementiſſime īfẽſus erat. Idque cum aliis q̃pluribus declarauit: cum iis potiſſimũ quæ in ſacro bello cõtigerunt. Cum. n. duxiſſent Lacedæmonii expeditiones in Delphos: Phocenſibus templum obtinentibus: Delphis tradiderunt: ſtatim illis abeuntibus tranſmiſſis eo copiis introduxit Phocenſes. Cũque Lacedæmonii oraculum quod a Delphis acceperant: in fronte æreĩ lupi incidiſſent: acceptum & ipſe oraculum in eiuſdem lupi dextro latere incidi iuſſit. Quod uero res Athenienſiũ tota in Græcia optime ab eo adminiſtratæ ſint: ipſa facta teſtimonio ſunt. Primũ. n. Euboenſibus deficientibus: eos cum exercitu īuaſit: nec ita multopoſt allato nuntio Megalenſes ciuitate exactos copias hoſtium in finibus eſſe Atticæ duce Priſtonacte Lacedæmoniorum rege: Pericles exercitum ad atticũ bellum ſũma celeritate reduxit: ſed prælio abſtinuit prouocantibus multis ac ualidis hoſtibus. Cum autem animaduertiſſet Pliſtonactem iuuenem admodum cleandride conſilio regi: quem ſibi ob ætatẽ Ephori imperii ſocium & cuſtodem adiunxerat: hunc corrumpere pecuniis aggreſſus celeriter donis datis muneribuſque perfecit: ut ex attica

hoſtes abduceret. Vbi uero exercitus abiit & per ciuitates diſſolutus ẽ: grauiter cõmoti Lacedæmonii pecuniis regem mulctarunt: quas cum ob magnitudinem ſoluendo nõ eſſet: ex Lacedæmone ſeceſſit. Cleandrides autem fugiens rei capitalis dãnatus eſt. Hic pater Gilippi fuit: qui in Sicilia Athenienſes bello ſuperauit: uiſuſq; eſt illi gentile in quendam morbum ipſam cupidinem quæſtus iniecisſe: qua in ſpe quoq; turpiter ſcelere deprehenſus: Spartaq; pulſus pœnas exilio luit: ſed hæc in Lyſandri uita latius diximus. Pericles ĩ deponendo prælio cum decem talentorum ob belli opportunitatẽ impensã decreuiſſet: populus rite eq; republi. factum comprobauit: nec ſolicitus nimis in re obſcura perquirenda fuit. Quidam prodiderunt in quibus eſt Theophraſtus philoſophus a Pericle decem talenta quotãnis Spartam mitti ſolita eſſe: quibus cum principes ciuitatis ſubornaret: ſopitum bellum tenebat: non pacem quidem mercatus ſed tẽpus ĩ quo per quietem compoſitis paratiſq; rebus robuſtius ad bellum incũberet. Qua re ſtatim ad eos qui defecerant conuerſus aduectuſq; in Euboiam quĩquaginta nauibus & quinq; milibus militum ciuitates in ditionẽ redegit: ex Chalcidenſibus eos quos Hippobotas uocant diuitiis & gloria florentes exegit. Heſtienſes uero omnes cum ex regione expulſiſſet Athenienſium Coloniã eo deduxit. Iis autẽ ſeueriſſime uſus eſt: q; cum nauem atticam cæpiſſet: eius homines obtruucarunt. Poſthac factis cum Lacedæmoniis triginta annorum induciis: nauigatio in Samũ decernitur: in crimen uocatis ſamiis: q; iuſſi a bello contra Mileſios diſcedere non paruiſſent. Sed cum dicatur Aſpaſiæ gratia permotus Samios oppugnaſſe: Hic iam tempus admonet: ut de illa aliquid perquiramus: quæ ars in ea aut quæ uis tanta fuerit: ut principes ciuitatis caperet: & a philoſophis tantopere laudaretur. Nam fuiſſe illam Mileſiam genere Axiochi filiam conſenſu omnium ſatis patet. Dicitur autem Thageliæ cuiuſdam æmulatione: quam unam ex ueteribus Iadibus fuiſſe ferunt: per inſidias ac blandicias ĩ maximorum uirorum amicitiã inſinuaſſe. Etenim Thargelia eximia forma & pulchritudine fuit: ad hæc ualebat plurimum ui ſuauitateq; dicendi: Plurimis autem Græcorum ſe expoſuit: omnes uero qui cum ea coierunt: cum rege familiaritate coniunxit: eorumq; freta opibus ſemina quædam ſuffuſit ciuitatibus medicæ contagionis. At Aſpaſiam ſunt qui dicãt ob eius ſapientiam ciuilemq; diſciplinam ſũmo ſtudio a Pericle obſeruatam fuiſſe. Nam & Socrates cum diſcipulis nonnunq̃ illam adibat: mulieres quoq; ii qui fãmiliares erant ei in diſciplinam tradebant: etſi parum pudice uitam inſtituiſſet: ſiquidem apud eam puellæ quædam alerentur: quæ uulgato corpore quæſtum facerent. Ait aũt Eſchines Liſiclẽ ouium uenditorem ex obſcuro & humili natura homine primũ Athenienſium Aſpaſiæ conſuetudinem euaſiſſe. Poſt Periclis obitum & in Menexeno Platonis etſi prima iocoſe ſcripta ſunt: tantum tamen hiſtoriæ ineſt exiſtimatam eſſe mulierculam ob uim oratoriam cum multis Athenienſium cõgredi ſolitam. Apparet igitur hanc Periclis cum Aſpaſia neceſſitudinem amatoriam magis fuiſſe. Erat. n. ei coniunx generis coniunctione proprinqua: quam Hipponicus ante uxorem habuerat: ex quo Calliam generauit illum diuitem: ex Pericle uero Xantippum & Paralum: deinde cum ingrata utriq; foret conſuetudo uitæ eam haud inuite alteri in matrimonium dedit: ipſe deinde accæpit Aſpaſiam: quam unice adamauit. Nam & cum exiret domo & cum ingrederetur (ut aiunt) eam amplexus oſculabatur: & Omphala puella & Deianira ac rurſus Iuno dicebatur a comicis. Cratinus autem contra Pellicẽ ipſam uocauit his uerſibus: Iunonemq; ſibi aſpaſiam parit & petulãtum pellicem impudentẽ. Videtur & notum ex hac ſumpſiſſe: de quo inducit Eupolis ĩ popularibus eum rogantem. Notus autem mihi uiuit: & Pironidem reſpondentem: ac iam pridem fuit uir: ni iam meretricibus malum horret. Atq; ita Aſpaſiam nomine & gloria claruiſſe ferũt: ut Cyrus q de ĩperio Perſarum cum rege bello decertabat: cariſſimã ſibi ex pellicibus Aſpaſiam nuncupauit: cum ei antea miltæ gnomentum fuiſſet. Erat autem Phocenſis genere Hermotini filia: quæ Cyro in prælio ĩterempto ducta ad regem captiua: apud eum

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

plurimū ualuit. Hæc quidem quæ iam e memoria abierāt ſcriptorum inopia reieciſſe ac tacita præteriiſſe fortaſſe cōtra humanitatem fuiſſet. Quæ autem in bello cōtra Samios geſta ſunt: decreto Periclis ob Mileſios rogatu Aſpaſiæ facta dicuntur. Ciuitates .n. de pœna bellum gerebant. uictores Samii iubentibus Athenienſibus a bello diſcedere: & ſibi iudicium permittere: non paruerunt. Eo igitur Pericles nauigans: paucorum principatu cui apud Samios ſūma rerum permiſſa erat: ſuſtulit: ex primoribus accæptis obſidibus pueris quinquaginta totidemq; puellis eos in Lemnum miſit. Atqui ferunt ſingulum obſidem pro ſe talentum dediſſe: multaq; alia eos qui ad populum rēpub. deferri nolebant. Piſſuthnes etiam uir Perſa: beniuolentia Samiorum decēmilibus aureorum ad illum miſſis ueniam ciuitati orabat: nihil tamen Pericles accæpit: ſed ut decreuerat de Samiis tranſegit: cōſtitutaq; populari adminiſtratione: diſceſſit Athenas. Verum illi ſtatim defecerūt: obſidibuſq; per Piſſuthnem ſibi furtim reſtitutis parabantur ad bellum: ex quo Pericles in eos nec quietē agentes nec metu perterritos: ſed erectis animis maritima pugna dimicare paratos. Cōmiſſa igitur acri pugna circa īſulā quam Tragias uocant: uictor Pericles hoſte fuſo quattuor & quadragīta nauibus ſeptuaginta hoſtium naues debellauit: quarum uiginti prætoriæ erant: in ipſaq; fuga & p ſecutione portu ipſo potitus obſedit Samios: non tamen illis adeo deciderant animi: quin auderent interdum urbem exire: & pro mœnibus hoſtem excipere. Sed cū maior claſſis Athenis acceſſiſſet: ex omni aditu clauſis Samiis: Pericles acceptis ſexaginta triremibus ad oceanum nauigare contendit: ut quidā ferunt Phœnicibus nauibus ſe obiecturus: quæ in Samū ſubſidio ferebantur: cum quibus inſtituerat q̄longiſſime prælium conſerere: Vt Steſimbrotus autem affirmat: in Cyprum miſſus: quod parum cōſentaneum uidetur eſſe: ſed quocūq; id conſilio fecerit: parum res ſibi ex ſententia cecidit. Nauigante. n. ipſo: Meliſſus Hithagenis filius & philoſophus Samiq; imperator: deſpecta Athenienſium nauium paucitate ducumq; imperitia: ſuaſit ciuibus Athenienſes inſidiis opprimi poſſe: Itaq; conſerto prælio: apud Samios uictoria fuit: qui multis ex Athenienſibus captis: permultiſq; corruptis nauibus: mari potiti ſunt: reſq; ad bellum neceſſarias quibus ante carebant: importarunt. Ab ipſo etiam Meliſſo Periclem tradit Ariſtoteles nauali prælio primū eſſe ſuperatum. Samii perſecuti contumelias Athenienſium captiuis noctuam in frontibus iunxerunt: nā eorum captiuis Athenienſes ſamenam. Eſt autem ſamena nauis quædam rotunda & concaua & in uentris ſimilitudinē formata: ut mare percurrere ac celeriter cōuerti poſſit. Hoc uero illi quod in Samo reperta eſt primū nomen eſt inditum: ibiq; a Policrate tyrāno exædificata eſt. Ad hæc ſtigmata aiunt illud Ariſtophanis pertinere: populus eſt Samiorum q̄litteratus. Pericles igitur cumprimum ſibi de accæpta in exercitu clade allatū eſt: propere auxilium tulit: ſuperatoq; Meliſſo acriter inſtanti & ī fugam coacto: hoſtes continuo aggere circundedit: quod ſtatuiſſet īpenſa ac tēpore magna quā uulneribus ſuperato hoſte urbem uictoria obtinere. Vbi uero animaduertit Atheniēſes perteſos moræ ad prælium maxīe ſpectare: nec eos a ſe facile contineri poſſe: diuiſo in octo partes omni exercitu: rem traduxit ad ſortem: cuiq; alba faba obueniſſet: epulari atq; ī ocio eſſe permiſit: cæteris pugnantibus. Iccirco dicitu poſteros: dum uoluptatibus operam darent: album illum diem ab alba faba nūcupare ſolitos. At Euphorus ait Periclem machinis uſum eſſe nouitatem admiratum præſente Artemone fabro: qui cum loripes foret: ob idq; ad opera uigentia lætitia delatus: inde Periphoretum cognomētum traxiſſe. Hæc igitur ex Anacreontis poematis arguit Heraclides ponticus: ī quibus Periphoretus Artemon uocatur: permultis anteq̄ ea Samio bello geſta ſunt ſæculis. Addit etiam Antemonem ipſum hominem delicatum ac mollem in uita fuiſſe: metuq; fractum atq; ſtupidum: plurimum temporis domi uixiſſe: duobus ſeruis æreum ſcutum ſupra eius caput ſublatum tenentibus: ne quid ī eū deſuper caderet. Quod ſiquo caſu cogeretur egredi: lectica tecto adoperta circunlatum ferri ſolitum: ob hoc Periphoretū nūcupatū

eſſe. Nono autem menſe Samii belli Pericles potitus urbe mœnia deiecit: ablatiſq; na uibus multis pecuniis mulctauit Samios: quorum partim continuo diſſoluerunt: par tim inita pactione tempore conſtituto ad ſoluendū dederunt obſides. Quæ Duris Sa mius accuſans tragicis pene uocibus in Athenienſium & Periclis crudelitatem inuehi tur: de qua nulla neq; a Tucydide neq; ab Ephoro aut Ariſtotele mentio uſq̄ facta lit teris extat. Verum in eo potiſſimū uanus & mēdax fuiſſe uidetur: ab eis ait Trierarchos & milites Samiorum in forum Mileſiorum adductos: ibi decem dies alligatos tabulis eſſe detentos. Cūq; iam parum admodum uitæ ſupereſſet: iuſſu Periclis eſſe ĩeremp tos lignis quibuſdam confractis quibuſdam capitibus: deinde quorundam corpora ab iecta exequiis extremo honore ſepulturæ caruiſſe. Duris igitur cum neq; ubi nulla pri uata calamitas agitur: etiam ueris in rebus ſatis fidei habere ſit ſolitus: magis uidetur hoc loco cladis patriæ conten diſſe: ut hanc Athenienſibus crudelitatis notam ĩureret. Subacta uero Samo Pericles ut primum Athenas rediit: iis qui in bello ceciderant: ho norificentiſſime funus faciendum curauit. Cumq; ad monumenta eos funebri oratiõe laudaſſet: ſummam de ſe admirationem prebuit: deſcendentemq; e pulpito aliæ qui dem mulieres benigne excipientes coronis ac uittis quemadmodum uictorem athle tam exornabant. At Elpinice accedens propius: Admiranda ſunt iſta inquit Pericles: & coronis decoranda: qui nos multis & fortibus ciuibus ſpoliaſti: cum nec Phœni cibus nec medis intuliſſes bellum: ut meus frater Cimon: ſed urbem ſociam & neceſ ſitudine nobis propinquam ſub imperium redacturus eſſes. Hæ dicente Elpinice ſur ridens Pericles: dicitur ad eam ſædato animo illud Archilochi dixiſſe: Haud unguenti uetula cum ſis oblita es. Tradit Ion mirifice elatum fuiſſe Periclem debellatis Sami is: quod Agamēnon decem ānis barbaram urbem: ipſe decem mēſibus Ionum primos ac potentiſſimos deuiciſſet. Neq; hoc ſibi iniuria aſſumebat: adeo dubia belli fortuna magnumq; periculum fuit: ſiquidem tradit Tucydides parum abfuiſſe: quin Samio& ciuitas Athenienſibus imperium maris eriperet. Poſt hæc fluctuante iam pelopõneſia co bello ſuaſit populo Corcyreis auxilium ferre: cum ipſi a Corinthiis premerētur: & ĩ ſulam naualibus maritimiſq; rebus ualidam ſociam ſibi adiūgere: præſertim cum iam a Pelopõneſo impendere bellum & prope inſtare uideretur: decretoq; a populo auxilio decem tantum naues miſit. Lacedæmonio Cimonis filio duce illis propoſito quaſi con tumeliæ gratia: multa .n. beniuolētia & amicitia Cimonis familiæ cum Lacedæmoniis erat. Vt igitur nullo magno aut præclaro facinore a Lacedæmonio in imperio geſto ex Lacedæmoniorum amicitia eum inuidiam magis & offenſionem adduceret: paucis eū nauibus præfecit: inuitumq; & coactum extruſit: & ab urbe quotidie Cimonios procul filios habendos curauit: ut qui ne ipſis quidem nominibus indigenæ: ſed alieni atque aduentitii uiderentur: q alteri Lacedemonio: alteri Theſſalo nomen fuit. Videntur. n. omnes matre Arcadica geniti eſſe. Cum igitur Pericles ob decem ei datas triremes male audiret: q & parum ſubſidii expetentibus atq; indigentibus miſiſſet: occaſionem uero magnam obtrectatoribus ad obiurgādum dediſſet: alias rurſus plures in Corcyrā defe rendas decreuit: quæ confecto iam prælio Corcyram appulſæ ſunt: hanc rem ægre ferē tibus Corinthiis Athenienſeſq; in Lacedæmone accuſantibus acceſſerunt: Megarenſes grauiter querentes præter ius gentium: præterq; Græcorum fœdus omni cõmeatu ſe ac portibus Athenienſium prohiberi. Eginetæ autem q ſibi male tractari uidebantur: atq; indigna pati: incitabant clam Lacedæmonios: q arguere palam Athenienſes non auderent. Eodem tempore Potidea ciuitas: quæ ſub iure Athenienſium erat: corinthio rum colonia ob defectionem obſeſſa ab Athenienſibus maturauit bellum. Verūtamē Lacedæmoniis mittētibus Athenas legatos regeq; Archidamo permulta ex criminibus refellente lenienteq; animos ſociorum: haud eſt uiſum quidem aliis de cauſis bellum Athenienſibus eſſe inferendum: ſi abducerentur: ut decretum contra Megarenſes reſcī derent: & cum eis in gratiā redirent. Igitur cum Pericles huic rei maxime aduerſaretur

concitataq; multitudine pertinax contra Megarenſes in ſentẽtia perſtitiſſet: omnem belli inuidiam in ſe uertit. Ferunt legatos ex Lacedæmoniis profectos Athenas his de rebus in ſenatu dixiſſe: & cum Pericles legem quandam protuliſſet: quæ tolli tabulam prohiberet: in qua decretum erat inſcriptum Polyarcem quendam ex legatis dixiſſe: tu uero Pericles ne tollas ſed conuertas tabulam. Nõ. n. hoc fieri prohibetur lege: quæ oratio cum æqua & probabilis uideretur: nihilo magis Periclem permouit. Suberat igi tur quædam (ut uidetur) priuata in Megarenſes ſimultas. Communi autem cauſa pa lam crimini dabant: ſacrum eos lucum cecidiſſe. Decernit igitur legatum ad Megaren ſes eũdemq; ad Lacedæmonios: qui apud eos Megarenſes accuſet. Hoc Periclis decre tum mite humanumq; uiſum eſt: & æquitatis plurimũ præ ſe ferre. Sed cum Atemo critus miſſus legatus culpa Megarenſium: ut ferebatur: interiiſſet: decernit Cotinus ho ſtiles eſſe inimicitias nec ante denuntiatas & indictas. Quicũq; autem poſthac Mega renſis in Attica eſſet deprehenſus: capite plecteretur: militeſq; cum iureiurãdo adigerẽ tur: patrio more adiicerent iuramento ſe bis quotãnis in Megarenſium agros inuaſu ros. Ad hæc Antemocritus cum humi mandaretur iuxta Triaſias portas: quæ nunc Di plon uocantur: Megarenſes inficias ibant: cauſamq; Antemocriti necis ĩ Aſpaſiam Pe riclemq; tranſferebant: nitebatur uero peruulgatis quibuſdam Acharnei uerſibus: qui tum omnibus erant in ore & in quibus id quodãmodo ſignificari uidebatur. Ab initio igitur quo pacto res ſe habuerit: non facile eſt cognoſcere. Quod autem decretum ſub latum non ſit Pericle auctore una omnes factum eſſe teſtantur. Præterq̃ aliqui dicunt eum magnitudine animi & iudicio & conſilio optima quadam ratione in ſententia per manſiſſe: q; uiſum Lacedæmoniorum experimentum inconſtantiæ conceſſionem ue ro cõfeſſionẽ imbecillitatis eſſe duceret. Alii uero magis ſuperbia quadam & contuma cia oſtentandæ potẽtiæ gratia Lacedæmonios deſpexiſſe. Verum turpiſſima cauſa om nium & quæ plurimos habeat teſtes: huiuſmodi fuiſſe dicitur Phidias pictor ſimula crũ: ut diximus: faciendum conduxerat: amicus Pericli & ſumma apud illum gratia & auctoritate: ob eum inuidia flagrans nõnullas in ſe inimicitias concitauit. quidam multitudinis animos in eo tẽtare aggreſſi: quale de Pericle factura eſſet iudiciũ: Mem nonem quendam ex Phidiæ operariis ſubornatum ſupplicem in forum adducunt pe tentem impunitatem iudicii & accuſationis in Phidiam: ſuſcipiente autem populo ho minem: conſtitutaq; in concione accuſatione: furti quidem facta mentio non eſt. Au rum. n. ita ſtatim ab initio ad ſimulacrum accõmodarat Phidias Periclis ſententia: ut facile cum uellet demoliri atq; expendere poſſet: quod & Pericles tum fieri iuſſit: cuius gloria operis Phidiam onerauit ĩuidia atq; ob id potiſſimum: q; cũ in ſcuto deæ Ama zonum pugnam effingeret: ſui quoddam ſimulacrum expreſſit: calui ſenis ſaxũ amba bus manibus attollentis: Periclis quoq; formam pulcherrimã imitatus eſt: cum Ama zone conſerentis manus. Habitus autem & figura eiuſmodi: ut haſtam ante oculos Pe riclis prætenderet: idq; ex induſtria & ſũmo artificio factum: quaſi ſimilitudinẽ occul tare uellet: quæ undiq; apparebat. Phidias igitur coniectus in carcerem: morbo uitam finiuit: ut uero alii opinantur ueneno inuidiæ Pericli concitandæ gratia ab inimicis pa rato. Iudex uero Gliconis decreto ĩmunitate a populo donatus eſt: mandataq; prætori cura eſt: ne quid homo detrimenti caperet. Per id temporis Aſpaſia lenocinii accuſata eſt ab Hermippo comico. Obiiciebatur. n. illi: q; mulieres liberas cum Pericle coeũtes lecto exciperet. Et Diopites decretum fecit: ut omnium qui de diis non recte ſentirent: aut de rebus cæleſtibus nouos ſermones inducerent: nomen deferretur. Volens hãc ꝓpter Anaxagoram in Periclem ſuſpicionem conferre. Iubente autem populo delationeſ q; admittente: ſic decretum fit ratum Dracontido decernente: ut rationes pecuniarum a Pericle ad prætores referrentur: iudices autem ab ara ferentes ſuffragium in ciuitate iudicarent. Agon uero hoc ex decreto ſuſtulit: ſed a mille & quadringentis iudicibus iudicium fieri decreuit: cum quis furti aut ambitus aut iniuriarum litem exiſtimari

uellet. De Aſpaſia igitur cum multa deploraſſet præter religionem iudicii lachrymiſq; ſuis & obſecratione: iudices ad miſericordiam cõmouiſſet: impetrauit. Sed cum de Anaxagora eſſet ſolicitus: eum integra re urbe emiſit. Vbi uero Olphidiã in inuidiam & offenſionem populi incidit: iudicium reformidans impendens bellum & ardẽs magis incendit: in ſpem adductus poſſe hoc pacto crimina edocere & inuidiam lenitũ iri: cum in maximis laboribus periculiſq; ciuitatis ei ſe uniuerſa ob illius auctoritatẽ atq; opes cõmiſſura eſſet. Cauſæ igitur quibus Pericles non permiſit populum Lacedæmoniis obtemperare: hæ fuiſſe dicuntur: ueritas autem incerta & obſcura eſt. At Lacedæmonii cum intelligerent eo ſublato: æquiores ſe Athenienſes ad omnia eſſe habituros: iuſſerunt eos urbem expiare: q; piaculo iam pridem: ut Tucydides inquit: Pericles genus eſſet obnoxium. Verum ea pertentatio longe contrariũ q̃ illi opinati fuerant exitũ habuit. Non. n. modo ſuſpicionem Pericles & calũniam fugit: uerumetiam maiorem auctoritatẽ & honorẽ a ciuibus conſecutus eſt: quippe quem hoſtibus odio maxime atq; formidini eſſe opinarentur. Quare anteq̃ Archidamum cum Pelopõneſiis in Atticã inuaſiſſet: ſignificauit Athenienſibus: ut ſi Archidamus uaſtatis cæteris uetuſto iure hoſpitii ius belli ſuis agris abſtineret: ſiue ut in urbe occaſionem calũniæ inimicis & aduerſariis daret: ſe agrum omnem atq; uillas ciuitati dare ac donare. Igitur Lacedæmonii Archidamo duce in Atticam cum ſociis magno exercitu impetum faciunt. Deuaſta eoq; agro in Acharnitias profecti: ibi caſtra poſuerunt: ſperantes fore ut Athenienſes ta calamitate permoti haud iniuriam ferrent: ſed continuo in pugnã deſcẽderent. Sed Pericli magnum ac periculoſum uiſum eſt: cum ſexaginta Pelopõneſium milibus (tot enim fuerant qui primũ inuaſerant) pro libertate ciuitatis manus conſerere: erectos ãt pugnandi cupiditate labemq; illam & ignominiam indigne ferentes leniuit oratione: cum diceret cæſas arbores celeriter renaſcere: interẽptos autem homines recuperare difficillimũ eſſe: populum tamen haud uocauit in concionem: ueritus ne quid præter ſententiam facere cogeretur. Sed quẽadmodum nouus gubernator ſpirante uento in pelago omnibus rite diſpoſitis rebus intendens arma artificio ſuo utitur deſpectis lachrymis precibuſq; timentium nautarum & nauſeam non ferentium: Sic ille clauſa urbe præſidiiſq; firmata ſuo iudicio arbitrioq; rem gerebat: clamores & offẽſionẽ hominũ paruifaciens: etſi multi ex amicis precibus: ex inimicis minis & increpatione frequẽtes inſtarent: plærique obſcœni cantibus atq; cauillis inueherentur in illius præturam: ut ignauam effœminatamq; & quæ res Athenienſium hoſtibus proderet. Excitabatur ẽt Cleon frætus ira ciuium in Periclem concitata ad demulcendum ſe multitudine conferens. Hermippo quoq; anapeſticos quoſdam uerſus in eum efferente: nihil horum Periclem ĩmutare potuit: ſed miti animo ac ſilentio ignominiam inuidiamq; ſubiens perferebat: cum. C. nauium clam in Pelopõneſum mitteret: haud tamen ipſe una rẽ maritimam: ſed in urbe aſſidue manens ciuitatem in manibus habuit: quoad Pelopõnẽſes motis ex Attica caſtris abierũt. Et cum proſpicere multitudini ſtatuiſſet: agrorũ eã (ut in bello fieri ſolet) diuiſionibus repetiuit: agriq; ſortiones edixit. Eiectis. n. Eginetis õibus diuiſit eorum agrum Atheniẽſium iis: quibus ſors euenit. Quædã etiã ex hoſtium detrimentis conſolatio afflictis rebus afferebatur. Nam claſſis Pelopõneſum circuens: magnam agri partem uaſtarat: uillaſq; & paruas quaſdam urbes diripuerat: & ipſe Pericles pedeſtribus copiis facto impetu in agrum Megarenſium omni ex parte populatus eſt. Sic multis utrinq; terra mariq; illatis multiſq; accæptis cladibus nunq̃ tam longe Pelopõnenſes traxiſſent bellum: ſed celeriter fatigati eſſẽt: Vt ab initio Pericles prædixerat: niſi diuina aliqua uis humanis conſiliis obſtitiſſet. Nam cõtagioſa lues quæ ĩ uaſit urbẽ ſublato iuuentutis flore: Athenienſium uires uehementer attriuit. Quibus rebus uexatis peſte corporibus: animis omnes in Periclem exaſperati incenſiq; erãt: Ac ueluti aduerſus medicum aut partem mentis errore ex morbo contracto inſurgebant: ſcilicet ſuaſi ab hoſtibus peſtem ex confluxione in urbem agreſtis uulgi eſſe conflatã:

multis ſimul ueris tempore confuſe in paruis domibus feruentibuſq; habitaculis ſub tecto & ocioſe uiuere coactis: qui ante puro aeri & aperto aſſueti erant: huiuſq; rei auctorē fuiſſe: qui ſuſcepto bello multitudinem ex agro in urbem cōpuliſſet: nec ullo opere tantum numerum hominum exerceret: ſed inſtar pecudum adinuicem corrumpi ſineret: nec cōmutare ſe unq̄ aut reſpirare pateretur. His igitur ſanādis hoſtibuſq; repriměndis cum adieciſſet animū. C. &. L. naues compleuit: multiſq; & fortibus ciuibus īeas impoſitis nauigare iam properabat. Eæ res cum optima ſpe confirmaret ciuiū animos: non mediocrem hoſtibus formidinem tanta potentiæ mole allatura erat. Iamq; paratis inſtructiſq; nauibus ſuam triremē Pericles conſcenderat: ecce ſolis defectio īcidit: inductiſq; tenebris attoniti omnes ueluti magno quodam tecto prodigio animis conciderunt. Cum igitur gubernatorem perterritum atq; animi dubium intueretur Pericles: ſublatam ad eius faciem oppoſuit chlamydem: uelatiſq; luminibus rogauit: nū quid horrēdū aut horridæ alicuius rei ſignū putaret. Abnuente illo: quid igitur ītereſt īquit aut quid diſtat hoc ab illo: niſi q̄ maius quiddam ē chlamyde id quod nunc tenebras agit. Verum hæc in philoſophorum ſcholis diſputantur. Itaq; aduectus claſſe Pericles: aliud nihil uidetur geſſiſſe tanto apparatu dignum: ſed cum ſacram Epidaurū obſediſſet: ac iam breui deditionem factura uideretur: de ſpe magna peſte inualeſcēte deiectus eſt: quæ repente exorta non ipſos modo Athenienſes: uerumetiam ſiqui modo aliquo ad exercitum propius acceſſiſſent: contagione necabantur. Ex hoc infēſos ſibi Athenienſes lenire ſpeq; addita animis excitare atq; erigere nitebatur. Haud tamen ſuſtulit iram: neq; ab incepto furore reuocauit: priuſq̄ ſumptis in manum ſuffragiis: abdicandi eum imperio & pecuniis mulctandi permiſſa poteſtas eſt: quam mulctam quinq; & decem talenta qui minimam ſcribūt: quinquaginta qui maximam fuiſſe tradunt. Ei cauſæ ſcriptus ē accuſator: ut Hidomeneus teſtatur: Cleō: ut autē Theophraſtus: Sīmias. Ponticus autem Heraclides Lacratidam fuiſſe aſſeuerat. publica igitur inuidia ipſa ira ueluti aculeo in illum una cum plaga dimiſſa a multitudine celeriter deſitura uidebatur. Verum premebatur domeſticis incōmodis: q̄. n. neceſſariis diuturna diſſenſione laborantibus: ex iis non paucos peſte amiſiſſet. Nam maximus natu filius eius Xantippus & ipſe natura improbus & uxorem iuuenem & profuſam nactus Iſandri Epilici filii filiam: patris diligentiam & parſimoniā ægre ferebat: q̄ ſibi parce nimis & exiliter ſumptus ſuppeditaret. Mittens igitur ad quendam ex paternis amicis: Periclis nomine argentum accepit. Qui in poſterum repetente: Pericles litem reiecit ad filium. Quare aduleſcens Xantippus difficultate maxima circunuentus: in patrem male dicta coniicere: & primū domeſtica eius ſtudia ad irriſionem efferre: ſermoneſq; quos cum ſophiſtis conferebat. Vt cum Epithimius Theſſalus equū ī acie iaculo interemiſſet: cum Pythagora diem totum conſumeret in perquirēdo utrum iaculum aut qui iaceret aut ii qui premia ponunt rectius mortis cauſa iudicandi ſint. Ad hæc & uxoris calūniam a Xantippo Teſimbrotus ait in multitudinem diuulgatam eſſe: atq; omnino inſanabilem uſq; ad extremū uitæ hanc aduleſcenti cum patre ſimultatem manſiſſe. In ea. n. peſte cum incidiſſet in morbum Xantippus: interiit. Defuncta eſt etiam Periclis ſoror ex affinibus quoq; complurimi: & ii quidem quorum opera in repub. plurimum iuuabatur. Nunq̄ tamen fatigatus eſt: ſed illam animi magnitudinem īuictam ſemper a calamitatibus infractamq; conſeruauit: nec eum flere aut funus ducere aut ad ſepulturā alicuius neceſſe accedere quiſq̄ aſpexit unq̄: priuſq̄ Paralo eſſet orbatus: qui ei ex legitimis filiis reliquus eſſet. In hoc autē inflexus animo parūper tolerare tam̄ ſuo more nitebatur: & ſolitam grauitatem & conſtantiam retinere. Coronatus etiā cū mortuo filio intereſſet: aſpectu ipſo doloris magnitudine ſuperatus eſt. Nam & flebilem edidit uocem: & uim lachrymarum emiſit: cum nihil tale unq̄ in reliqua uita feciſſet. At ciuitas multos ad bellum duces experta multoſq; oratores: cum nullus nec grauitate nec auctoritate idoneus eſſet uiſus: cuius fidei tantum imperium cōmittēdum

foret:Periclemq; ipsum sūmo desiderio ad tribunal prætorium reuocaret:mæstus atq; exanimatus domi iacens:Alcibiade aliisq; amicis suadentibus eo se contulit. Sædatis plæbis concitatis in se temere motibus:conuersus iterum ad rempub.capessendam: prætorq; designatus:auctor legis de nothis abrogandæ fuit: quam ipse antea tulerat: nec omnino successoris inopia familiæ nomen & genus deficeret. Quæ uero ad legem spectant:ita se habuerunt:Pericles cum in repu. maxime floreret multis ante temporibus filiosq; legitimos haberet:ut diximus legem tulit:solos Athenienses haberi qui ex duobus Atheniensibus nati essent.Postea uero q̄ rex Aegyptiorum quadraginta milia medimnorum frumenti dono Atheniensibus misit:oportuit per eum ciuibus diuidi. Permultæ sunt igitur nothis ex ea lege exortæ accusationes:quæ tūc quidem latuerūt: contemptiq; sunt.Sed multi horum delatores in posterum destiterunt. Qui igitur dā nati iudicio reddere coacti sunt:haud multo pauciores quinq; milibus fuerunt.Reliq qui Athenienses iudicati in repub.manserunt:quattuordecim milia & quadraginta inuenti sunt. Quare perindignum uidebatur:legem quæ in tot homines ualuisset:nunc ab eo ipso rescindi qui tulerat.sed præsens fortuna domus Periclis afflicta: qui ueluti contumaciæ elationisq; suæ pœnas luisset:flexit Atheniensium animos existimātium ipsum numinis iram perpessum:humana ope subleuandum esse. Itaq; contesserunt sibi: ut filius nothus in genus ascriberetur:eiusdemq; illi nomen esset. Atqui hūc qui dem posteriori tempore in argiuis cum nauali prælio deuicisset Peloponnenses:populus una cum cæteris ducibus interemit.Ac uidetur tunc quidem pestis non ui repētina illa ac uehemēti Periclem cæpisse:qua cæteros:sed quæ remisso quodam & tenui morbo per uarias mutationes prouecta longius sensim paulatimq; conficeret corpus & elationem animi superaret.Itaq; Theophrastus in suis libris quos de morali philosophia edidit:dubitans:nūquid circa animos uertantur mores & acti corporis doloribus a uirtute desciscant:tradit Periclem cum langueret ex morbo:amico cuidam: qui eum uisēdi gratia adierat:incantationes quasdam pendentes collo a mulieribus alligatas ostendisse:ut apparet hominem pessime animo affectum fuisse:cum eiusmodi insanias perferebat.Cumq; iam esset ad moriendum uicinus:circunstantes principes ciuitatis atq; ex amicis ii qui supererant in mentionem illius uirtutis uenerunt:quanta extitisset metiebantur res gestas:trophæorum numerum recensebant.Nouies.n.uictor pro patria trophæum statuerat.Atq; hæc quasi illo nihil audiente:sed priuato omni sensu inter se loquebātur.At ille sui adhuc compos omnibus adhibuerat mentem: & in medium locutus inquit se admirari:si hæc in eo maxime laude digna & memoria ducerent:quorum fortuna sibi partem uel maximam uendicaret: & quæ multis iam ducibus contigissent:quod autem maximum & pulcherrimū esset omnium silentio præterirēt.Nemo.n.inquit Atheniensis propter me nigram induit uestem. Vir igitur admiratiōe dignus non solum mansuetudine & clæmentia:qua se turbulentissimis temporibus magnisq; offensionibus præstitit:uerum etiam ob eam animi sententiam qua erat: siquidem ex suis rebus pulcherrimam putabat esse in tantis opibus imperii:nihil neq; inuidiæ un̄q neq; iracundiæ concessisse: neq; in aliquē præcipit inimicum crudelem se præstitisse.Ac mihi quidem uidetur cognomentum illud præclarum ab adulescentia sibi īditum hanc unam rem potissimū:mite eius ingenium ac uitam in licentia castissime ītegerrimeq; uersatam uerum atq; uacuum ab inuidia reddidisse.Quemadmodum deorum genus quod bonorum causa sit malorumq; innoxium:dignum ducimus rerum omnium potestatē atq; īperium obtinere: nō ut poetæ nos imperitis opinionibus perturbantes suis poematis capiunt:cum locum quem a diis habitari dicunt:tutam & trā quillam sedem appellent:ad quam neq; uenti neque tenebræ aspirate queant: sed iocunda serenitate & pura luce per omne tempus perpetuo illustretur: q̄ eiusmodi uitæ status & immortales beatos maxime decore uideatur. In ipsos autem deos autumant desidia odia inimicicias irā aliasq; pturbationes frequenter cadere:quæ ne in homines

quidem:ut qui modo aliquid ſapiant:poſſunt conuenire. Sed hæc fortaſſis uideri poſ ſunt alterius diſputationis eſſe. Igitur Periclem aduerſa tempora ciuitatis cognitū atq; optatum Athenienſibus tradiderunt. Nam homines offenſi potentia eius:ut ſibi ob/ ſcura atq; incognita eo ſtatim ſublato e medio:cum in aliis oratoribus ac ducibus feciſ ſent periculum:confeſſi ſunt in elatione animi modeſtiam:in manſuetudine uero gra uitatem natura eſſe non poſſe. At illas in inuidioſas eius opes dominumq; & tyrannū ab initio nuncupatas:ſalutare præſidium ciuitati fuiſſe apparuit: tanta poſt contagio totq; ſceſera in republica inuaſerunt: quæ ille cohibēdo deprimendoq; incurabilia fie/ ri licentia prohibebat.

FABII MAXIMI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAE CO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

PERICLEM VIRVM INTER MEMORIA DI gnos cōnumeratum:ut accæpimus:Fabio comparan dum duximus. Ferunt una nympharum hunc geni/ tum eſſe. Quidā uero Herculem apud fluuium Ty berim cum muliere indigna congreſſum habuiſſe aſ ſerunt:& Fabium uirum optimum:a quo familia fa biorum Romæ initium habuit:genuiſſe. Quidā aūt priſcos huius generis uiros ab agrorum foſſione Fo/ dios olim appellatos memoriæ tradiderunt. Sic.n. hucuſq; foſſæ nuncupantur:& fodere dici tur. Deinde mutatis binis litteris Fabii cognominati ſunt. Cum multi magniq; uiri ex hac familia a maximo Rylao deſcendiſſent: & prop/ ter hoc maximū Romanis cognominantibus. Quartus erat Fabius maximus: de quo hæc ſcripturi ſumus. Erat ei corporeum pronomen Verrucoſus:q; paruam carnis ela/ tionem īnatam in ſuperiori labii extremitate habebat. Sed Ouicula quod agnomē ſibi erat:paruam pecudē ſignificat. Nam cum puer eſſet a magnitudine & grauitate morū hoc nomen ſibi uendicauit. Verum ex eo q; quietem atq; taciturnitatem adamabat:& multo cum pudore pueriles uoluptates attingebat:& ſerius ac difficilius diſciplinas p cipiebat:ſeſeq; familiaribus facilem obſequentemq; præbebat:in torporis atq; inſcipiē tiæ ſuſpicionem minus domeſtici illius homines ducebantur. Pauci erant qui animi ſui īnatam latentemq; conſtantiam & egregiam magnanimitatem cognoſcerent. Ve rum extemplo indies rebus excitatus:id quod facilitatem iudicabant:animi īmobilita tem:timorem uero cōſilium:ignauiam autem omnibus in rebus: & quod nihil egre gie præter cætera ſtudebat:conſtantiam atq; grauitatem eſſe multis ſignificauit. Nam cum animaduertiſſet reipub. magnitudinem bellorumq; multitudinem:corpus ad rē militarem tanq̄ ſibi hoc īnatum eſſet:exercuit:& eloquentiæ ad populum perſuaden/ dum:quod maximū eſt uitæ ornamentum atq; decus:ſe contulit. Non.n. promptus ad dicēdum:neq; omnino ineptus natus erat:ſed rude īgenium atq; nō ſatis mediocre

acumen mentis natura eum induerat. Orationes ſuas Tucydidi perq̃ſimiles fuiſſe aſſerunt. Nam eā habemus orationem laudatiuam: quam poſt cōſulatum in funere filii ad populum habuit. Triumphos quinq; ægit: ſed primo deuictis Libycis triumphauit. Nam Libyci ab eo ī acie ſuperati multos ex ſuis amittentes ad alpes ſeſe recæperūt: & miſeri ac rebus ſuis ſpoliati ab Italiæ finibus ſe cæpere. Poſtq̃ Hānibal ī Italiam irruptus: & primū apud Trebiam fluuium dimicās victor euaſit: per Tyrrhenumq; agrum prædando iter fecit: terrorem ingentem atque trepidationem Romanis iniecit: prodigia partim Romæ conſueta ex fulminibus partim omnino extranea atque horrenda cecidere. Nam ēx ſcutis ſanguinem emanaſſe & metētes apud Antium cruentas ſpicas cecidiſſe: & lapidibus igneis atque ardentibus aere pluiſſe relatum eſt. Cælum ſupra phalerios ſcindi uiſum: & multas hinc ſortes excidiſſe. In quarum una hæc erat ſcriptura: Mars ſua tela quatit. Caius uero Flaminius conſul uir magno animo & gloriæ cupidus magnis ſucceſſibus antea audacter uſus elatus nihil ad hæc trepidare: qui cum a ſenatu reuocaretur præter collegæ ſententiā ui facto impetu gallos uicerat. Fabium autem prodigia q̃q̃ multa inſtarent: q̄ nulla inerat ratio: minus flexerunt: & cum paucitatem hoſtium ac rerū penuriam audiuiſſet: Romanos forti animo eſſe adhortabatur: perſuadebatq; ex eo q̄ Hānibal exercitatum militem ad plurima bella haberet: minime cum illo manus conſerendas eſſe: Verum ſociis præſidia mittenda & ſic uires Hānibalis ſtantibus ciuitatibus in fide populi Romani per ſeipſas tāq̃ ſplendēs flāma quæ lenibus modiciſq; fomentis alitur: infirmandas fore. Sed Flaminium ī ſententiam ſuam trahere Fabius non potuit: dicentem non permiſſurum hoſtes Romæ appropinquare: neq; quēadmodum olim Camillus in urbe pro patria dimicaturum. Itaq; iuſſit tribunos militum copias educere. Ipſe cum in equo inſideret: equo fremente nulla manifeſte cognita cauſa: mirabile dictu: ītercurrendum corruit ín caput. Nec tamen ſententia ſua Flaminius deſtitit: ſed ut prius conſilium cæperat: Hānibali obuiam exercitum ducere: apud lacum tranſimenum in Hetruria copias ſtruxit. Cum milites prælia conſererent: terremotus factus eſt: & urbes ſubmerſæ: & curſus fluminū ſedes dimiſerāt ſuas: montium præcipitia ſciſſa ſunt. Quæ prodigia etſi tantopere ſæuirent: nemo tamen pugnantium illa per tumultum accæperat. Ipſe quidem Flaminius poſtq̃ multa facinora geſſiſſet: & Roma & forti uiro digna: cū multis ex optimatibus oppetiit. Aliorum uero qui fugæ terga dederant: ingens eſt edita cædes. Quindecī milia hominum eo die cæſa: totidem capta: Flaminii cadauer: quod propter uirtutem illius tumulo mandare atq; honeſtare cupiebat Hānibal: inter mortuorum funera haud inuētum eſt: & ubi occultum iaceret omnino Hānibalem latuit. Calamitas apud Trebiam ſuſcepta neq; per litteras imperatoris neq; per nūtiū Romæ recte cognita fuit: Sed dubia incertaq; opinio mentita eſt. Hanc autem ut primū Pomponius prætor audiuit: conuocato populo: neq; ambages neq; captiones memorās: Inquit o uiri Romani magno in prælio uicti ſumus: exercitus perditus: caſtra direpta. Flaminius conſul in acie cecidit. Conſulite igitur de ueſtra ſalute. Hæc oratio apud tantum populum quēadmodum mari uis immanis uentorum incumbens: ita ut torpore quodam mentes omnium occupauit: ita urbem perturbauit: ut in tanto terrore cōſilia hominum rationeſq; non ſufficerent. Sed ab omnibus tamen tandem in unam ſententiam itum eſt: dictatorem deſignari oportere: qui fortitudine animi & ſapientia cūctis præſtaret: hūc uero eſſe Fabium maximū uirum huic magiſtratui parem animi magnitudinē & morum grauitatem cum ætate habentem. Qui animum ad conſilia corpus uero ad robur in adoleſcentia inſtituit: & audaciam cum prudentia temperauit. Poſtq̃ in unum ſententiæ omnium congruerunt: Fabius dictator deſignatus magiſtrum equitum Lantium Minutium dicēs primū a ſenatu petiit: ut equo uti ſibi dictatori liceret. Non. n. ātea equitare dictatori fas erat: ſed per quandam ueterem legem prohibitum fuerat: ſiue q̄ maiores uires ineſſe ac pedes manumq; conſerere arbitrarentur: & propter hoc

hoc imperatorem in Phalange permanere oportere: nec locum deſerere: ſiue quoniam ad alia omnia tyrānica magnaq; ſit principatus potentia: in hoc apparet dictatorē uolente populo indigere. Verum Fabius cum uellet imprimis principatus magnitudinē ac molem oſtendere: ut magis obſequentes ſibi ciues redderet: in unum collectis quattuor & uiginti lictoribus progreſſus eſt. Altero ex conſulibus occurrēti per præmiſſum miniſtrum iuſſit: ut apparitoribus dimiſſis īſignibuſq; magiſtratus depoſitis: ſibi priuate obuiam incederet. Poſt hæc cum pulchre orſus eſſet populumq; edocuiſſet: quēadmodum ignauia negligentiaq; aduerſus numina & non improbitate pugnantium male dimicatum eſſe: exhortatus eſt ſuos haud hoſtes formidādos eſſe: uerum diis honoris propitiationiſq; gratia hoſtias eſſe mactandas: non ſuperſtitione ſed pietate Romanorum uirtutem ad audaciam reuocans: & deorum confidentia terrorem ex mentibus conſolando propulſans. Tunc inſpectis multis ex libris ſibyllinis: ubi rerū romanarum ſecreta recondita erant: ferunt quædam ibi oracula inuenta eſſe: quæ ad fortunas & ad res illas geſtas conferebant: & id quod ibi cognitum erat: non licebat ad alteꝛ loqui. Progreſſus dictator ad plæbem uouit diis omnia eius anni caprarum ſuum ouium atq; boum fœta: quæ Italiæ montes planitieſq; ac flumina & prata ea in regione educarent: ſe mactaturum fore: & trecenta. xxx. tria ſextertia: totidēq; denarios pro muſeicis ſpectaculis faciendis in ipſa impenſa ſe collāturum tertiamq; partem additurū. hoc caput eſt: octo miryade drachmarum & drachmæ tria milia quingentæ octoginta tres & oboli duo. diligenter ad diuiſum huius multitudinis oratione reddere perdifficile eſt. Is qui ternarii numeri uirtutem laudare uoluerit: quod natura perfectus ē: & primus perfectorū principiūq; multitudinis in ipſo eſt: & primas differentias ordineſq; totius numeri miſcens atq; apte diſponens: in ipſum reſumit. Cum igitur Fabius ſētē tiam multitudinis circa rem diuinam compoſuiſſet: iocundam ad futura illam reddidit. Ipſe cum ſpem omnem uictoriæ in ſe repoſuiſſet: tanq̄ deus uirtute ac ſapientia rebus aſpiraret contra Hānibalem iter intendit: non eo animo ut dimicare uellet: ſed ut tempore illius uires attritas redderet & rerum copiam ad īopiam & exercitus magnitudinem ad tenuitatem reduceret. Vnde hoſtes proſequens per loca edita exercitū ductabat: & poſitis caſtris tacitus conſedebat. Dum uero illa mouebat: per loca mōtium cum exercitu iter faciebat: & tantum ſeſe Hānibali oſtendebat: q̄tum ex loci intercapedine ad pugnandum inuitus cogi non poſſet. Itaq; hoſtibus tanq̄ pugnaturus eſſet: ea cunctatione terrorem incutiebat. Sic itaq; tempora producentē Fabium omnes aſperabantur: & ſordida de eo in caſtris fama uagante hoſtes eum magnopere formidātē nulliuſq; precii eſſe arbitrabantur. Hānibal uero multa audacia uirum eſſe Fabiū cēſebat. Nam ſolus ille Fabii grauitatem atq; ſententiam bellandi cognoſcebat: animaduertebatq; multa arte multa ui illum ad conſerenda prælia alliciendum. Res Carthaginenſium ad perniciem futura eſſet: cum iis rebus quas ad bellum portauerant: non dimicando uti non poſſent: & homines ac res quibus egerent: minuerentur: atq; fruſtra conſumerentur. Itaq; Hānibal omnia tentans: uerſāſq; animum huc atq; illuc tāq̄ fortis athleta ad omne genus doli ac fraudis īpellendi gratia Fabii ad conſerendas manus ut eum ad illud dimicationis traheret: quod præter ſecuritatem rationemq; conſiliorū eius eſſet: uariis modis illum laceſſebat. At Fabiū prudentem fortēq; uirum nullo modo dolis fallere potuit. Sed Minutius magiſter equitum homo ferox & īportunus atq; temerarius & lingua īmodicus: qui ſtudium atq; auram exercitus quem inſano impetu & īani ſpe impleuerat: de Fabio turbulentos rumores efferebat. Qui in Fabium per contationem maledictā torquebant: Hānibalis pedagogum appellabant. Minutium uero magnum uirum & Romæ dignum imperatorem prædicabant. Minutius magis īelationem animi atq; petulantiam ductus: illum per montes copias ducentem tanq̄ pulchra & æterna ſibi ſpectacula feciſſet: reſpicere hoſtes Italiam ferro igniq; uaſtātes: ludibrio habebat. Qui amicos Fabii interrogans inquit: ſi in cælum migraret Fabius:

num exercitum tanq̃ habitandæ terræ ſpe deiectus duceret:& nebula atq; caligine tectus hoſtes fugeret? Cum hæc ad Fabium per amicos relata eſſent:& perſuaderetur: ut potius pericula adiret:q̃ infamiam toleraret:reſpondit: formidoloſior quidem nũc uiderer: ſi dum ſchõmata conuitiaq; timerem:a meorum ratione cõſiliorum diſcederẽ: ſi hic timor quoad patria turpitudine careat. Verum terror qui ad gloriam hominum & calũnias falſoſq; rumores attinet: minime quidem dignus eſt homine huiuſmodi magiſtratum gerente:ſed eo qui ſeruit illis:qui ipſum male imperare ac dominari ſentiunt. Poſt hæc Hannibal in errorem incidit. Nam cum uellet longius a Fabio exercitum ſeducere:& in planicię pabulo exuberantem uenire:iuſſit repente poſt cœnã a ducibus in Caſinatem agrum duci. Illi ab Latinorum nominibus propter Barbaricũ idioma abhorrẽtes ad Campaniæ fines ad urbem Caſilinum exercitum Hãnibalis ducũt. hanc urbem Alocronus fluuius:quem Vulturnum Romani uocant per medium fluens diripit. Hæc regio montibus circunſepta eſt:& ad mare uallis exitum aperit:hic circunfuſus fluuius ex ſtagnis oriens profundiſſimas arenas habens: ad mare rapido impetu profluit. Huc cum Hãnibal contendiſſet: Fabius cognitis uiarum greſſibus: ad fauces quattuor milia militum collocauit:alio exercitu ſuper alios colles pulchre diſpoſito:ipſe cum leui expeditaq; armatura in ultimos hoſtium irruens inuiſum exercitũ diſturbat:& ad octingentos trucidat. Qua ex re Hãnibal cum uellet ex hac ualle copias eripere:cognito loci errore ac periculo:duces in cruẽ ſubſtulit. Sed per hoſtes loco muniſſimos ferro uiam facere diffidebat. Nam cum trepida omnia undiq; ad ſuperandos ſaltus exiſterent:& omnino erumpẽdum eſſet:ſtatuit artificioſa calliditate hoſtes circunuenire. Sed hoc huiuſmodi fuit:cum duo milia boum ex agreſti præda colligenda iuſſiſſet: imperauit ut omnium ambobus cornibus faces ardentes ex aridis minutiſq; uirgis colligarentur:deinde ortis tenebris:editoq; ſigno boues loca arta ad cuſtodias hoſtium & ad cacumina montium ab illis quibus res demandata eſſet cõcitarẽtur. Ipſe quod reliquũ erat exercitus per ſilẽtium ducebat: boues uero acti quouſq; ignis paulatim materiam exarſit:nullo impetu ferebantur. Quo factum eſt:ut in admirationem paſtores ex mõtibus proſpicientes ea flãma quæ ſũmis in cornibus fulgebat traheret: tanq̃ exercitus ſub uno multarum lampadum ordine progrederetur. Poſtq̃ uero exuſtis cornibus ignis carnem tetigerat:& inuſtione uexati capita quaſſabant:adĩuicemq; ſeſe igne repleuerant:ſine ordine gradiebantur. Verum anxii atq; exterriti curſu:per montes diſſipati ferebantur:& frontes ſũmaſq; caudas incenſas habentes multum ſiluæ qua fuga inerat:incendiis miſcebant. Quare Romanis qui ad ſaltus inſidendos montium diſpoſiti erãt:horrenda ſpectacula præbuerunt. Nam faces illis proſpicere uidebantur:quæ a diſcurrentibus paſſim hominibus comportarẽtur. Itaq; Romani multo terrore affecti:ne ab hoſtibus hinc atq; hinc circũuenirẽtur:ad maiora caſtra uenientes tumultuando præſidia deceſſere. Interea ſũmis montium iugis a leui Hãnibalis armatura occupatis:reliquum exercitum multamq; prædam agens:ĩtrepide mõtes conſcendit. At Fabius ipſis in tenebris dolos perſenſit. Nam quædam ex bobus palantes in conſpectum eius prodiere. Quare timens ipſa ĩ nocte ĩſidias:exercitum ĩ acies redactum ſilentem tenuit. Poſtq̃ lux orta eſt:Fabius in ultimos hoſtium irruit: & paſpera iniquaq; loca magno cum tumultu prælia miſcuit:donec ab Hannibale miſſi Hiſpani homines leuiſſimo corpore celeribuſq; plantis & ad montes ſuperãdos aptiſſimi:clamore in grauem armaturam Romanorum irruunt:& magna edita cæde Fabium ad caſtra concedere cogunt. Tunc accidit:ut turpes de Fabio rumores fabularẽtur: & per contẽptionem haberetur. Nam cum non multum audaciæ uteretur in re militari:tãq̃ conſilio & prudentia Hãnibalẽ expugnaturus eſſet:iis duabus rebus ſuperatus & aſtutia bellica uictus apparuit. Cum.n. Hãnibal uellet Romanorum iram magis cõtra Fabium iritare:poſtq̃ in agrum illius uentum eſt:omnia alia diripi ac incendio corrumpi iuſſit:quæ autem Fabii erãt tantũmodo ſeruãda curauit:& cuſtodias appoſuit.

quæ uim atq; ferrum ignemq; a rebus Fabii propulſarent. His Romā relatis multum a tribunis plæbis de Fabio in concione ad plæbem inclamatum eſt. Metellus ſuadēdo atq; iritando nō propter inimicitias erga Fabium: ſed Minutii magiſtri equitum fami liaritate ad honorem atq; gloriam Minutii calūnias Fabii tranſferebat. Non parū eti am ſenatus ira in eum afficiebatur: accuſans pacti conditionem: quam de captiuis cū Hānibale habuerat. Nam conuenerat inter Romanum pœnumq; ducem ex captiuis uirum pro uiro commutare: & qui plures reciperet q̄ redderet: pro quolibet drachmas quinquaginta & ducentas ſolueret. Poſtq̄ igitur compertum eſt dictatorem quadragī ta & ducētos plures captiuos recepiſſe q̄ dediſſe: ſenatus pactam mercedem pro redēp/ tione perſoluere noluit: ſed Fabium accuſauit q̄ inutiliter & inconſulto ſenatu homi nes qui hoſtium præda ex ignauia facti eſſēt: redimeret: ciuium irā æquo animo tulit. Sed cum ſibi pecuniarum inopia eſſet: & fidem erga Hānibalem uiolandam non cēſe ret: & ciues captiuos haud deſerendos putaret: filium Romā legauit: præcepitq; ut uen ditis agris argentum e ueſtigio in caſtra ad eum exportaret. uenditis ab adoleſcente uil lis acceleratoq; ad patrem reditu: ad Hānibalem redemptionis promiſſam mercedem legauit: captiuoſq; recæpit. Poſtea multis pecuniam reſtituere uolentibus illam peni/ tus renuit atq; dimiſit. Poſthæc Romam ſacrorū cauſa accitus dictator: Minutio exer/ citum tradidit: & non modo imperauit: uerum etiam multis admonitionibus atq; pre cibus ægit: ut cum hoſtibus prælium miſcere non auderet. Hac oratione nequaq̄ per/ ſuaſus Minucius: repente animum ad pugnandum applicuit. Cum Hannibalem ma gna cum parte exercitus frumentatum eſſe profectum animaduertiſſet: ad reliquos ir ruens uſq; ad uallum ingenti edita ſtrage omnibus terrorem obſidionis iiecit: & ab Hā nibale recollecto exercitu tutus in caſtra ſeſe recæpit: ſeipſumq; īmenſa iactatione atq; audacia extollebat. Confeſtim fama ipſo facinore maior Romā aduētauit. Fabius hac re accæpta inquit magis ſecunda Minutii ſe pertimeſcere. Populus uero hoc ſucceſſu e latus animo in forum lætus concurrebat. Metellus tribunus plæbis orationem ad po/ pulum habens Minutium laudibus extollebat: Fabium uero non ignauiæ ſed proditi onis accuſabat. Necnon ex aliis primos ac potentiores q̄ bellum ad populi interitū p/ traherent: increpabat: inquiens urbem ſtatim in monarchiam liberam atq; impunem futuram: Hānibalemq; propter rerum īmorationem uires aucturum: qui tanq̄ Italiæ ditionem haberet: rurſus indies ex Libya alterum exercitum ſuſcepturum. Fabius pro grediens nulla in re dicta tribuni plæbis diluere curauit: ſed inquit q̄primū ſacra eſſe ce lebranda: ut exercitum repeteret: & Minutius pro neglecto imperio: q̄ iniuſſu ſuo pu gnauerit: pœnas lueret. Ingens in populo his uerbis tumultus ortus eſt: tāq̄ ipſe Minu tius in diſcrimen mortis futurus eſſet. Nam licebat dictatori hominē in uinculis cōiice re: & condēnatum necare. Præterea arbitrabantur animū Fabii ex multa manſuetudi/ ne dimotum durum atq; inexecrabilem futurū. Quare alii timore affecti ſilētium age bant: Metellus uero auctoritate tribunatus: nam ſolus hic magiſtratus deſignato dic/ tatore auctoritatem ſuam aliis amittentibus retinebat: multis precibus populum co/ hortabatur: ne Minutium deſereret: neq; ea pati ſineret: quæ Mallius Torquatus filiū ſubire coegit: quem re bene geſta coronatum ſecuri percuti iuſſit. Se Fabii tyrānidem abolere curaturum: & pericula Minutii propulſurum aiebat. Romani hac oratiōe per ſuaſi de abrogando Fabii imperio nihil audere: etſi de Fabio fœda fama in uulgus diſ ſipata fuiſſet: ſed Minutium dictatori imperio agendo belloq; adminiſtrādo pari auc toritate æquarunt: quod antea Romæ nemini unq̄ acciderat. Deinde poſt cannenſē ca lamitatem hoc iterum actum. Nam tunc cum in caſtris dictator præeſſet Marcus Iuni us: & cum in urbe opus eſſet ordinem ſenatorium repleri: q̄ multi in bello ſenatores eciderant: alterum dictatorem creauerunt Fabium Bulconem. Hic poſtq̄ ad bellū exi uit: numerum honminum recenſuit atq; ſenatores in demortuorum loco ſuffecit: ea demq; die lictores amittens: ſeſe inter turbam admiſcuit: & ad negocia peragenda cum

ſuis diſpenſatoribus tanq̃ priuatus in forum ſe contulit. Minutio ad parem imperii portionem deſignato opinio erat Fabium tumultuaturum eſſe: ac uehementer miſerum fieri: qꝫ in eum haud recte iudicatum fuiſſet. Sed non ſuam calamitatem eſſe cẽſens illorum inſitiam: ſapientis Diogenis animum ſe induit: qui quodam ad eum dicente: Hi te riſu proſequuntur: Inquit at ego minime ridiculus ſum: cum arbitrer ſolos illos ridiculos eſſe: qui alios rideant: & qui huiuſmodi rebus moueantur. Sic Fabius æquo animo ſemper tulit ea quæ contra eum agebantur: mentem ſibi philoſophorum fingens: qui ſentiunt nulla iniuria uirum probum atq; ſtudioſum affici poſſe. Sed eum propter rempub. temeritas populi qui formidabat de ſalute Minutii inſani entis libidine conſerendæ pugnæ cruciabat. Fabius pertimeſcens: ne Minutius omnino demẽs gloria atq; elatione quid mali ageret: clam omnibus ex urbe ad caſtra diſceſſit. Qui poſtq̃ in caſtris ſeſe recæpit: Minutio uolenti mutuis uicibus æquatum imperium agere: haud ceſſit. Sed illud optimum ratus exercitum cum eo diuiſit: ut ſolus ille nõ ſummam imperii ſed partem retineret. Ipſe primam & quartam legionem ſuo ſub imperio aduocauit: Minutio autem pariter diuiſis ſociorum præſidiis ſecundam ac tertiam impartiuit. Cum Minutius propter æquatum ſibi ſummum imperium ſpiritus extolleret: & quodammodo Fabii dignitatem per ſe deluſam putaret: Fabius Minutium monuit: ſi recte ſaperet: arbitraretur non aduerſus Fabium ſed contra Hannibalem ſibi bellum conſtare: Si uero cum collega dimicaret: ſibi perſuaderet: q̃q̃ Fabiũ uinceret atq; male afficeret: non tamen ciuibus uiciſſe & gloriam conſecutus fuiſſe uideretur: cum ſalutem ipſorum contempſiſſet. Ille uero hæc ironiam eſſe ſeruilem putauit. Qui ſortitum exercitum accipiens: priuatam diuiſamq; militiam agebat. Hãnibal haud ignarus harum rerum: inſidias tendebat. Erat tumulus quidam medius ĩter caſtra Romanorum atq; pœnorum ad occupandum facilis: & occupatus caſtris præſidium erat: & ad omnia congruus: hinc ſubiecta planicies propter nuditatem lõge proſpici poterat: habebat uero quaſdam foſſas aliaſq; concauitates. Quapropter hac facilitate occupandi Hannibal tumulum occupare neglexerat: ſed ut dimicandi opportunitas in eo eſſet: in medio illum reliquit. Poſtq̃ cognouit Minutium a Fabio ſeiunctum: noctu per latebras tumuli quoſdam ex militibus diſpoſuit colles occupaturos: ut illuxit dies aliquot palam mittit: qui Minutium circa hunc locum ad pugnam prouocarent: quæ res pro ſententia Hannibalis euenit. Primum Minutius leuem armaturam: deinde equites procedere iuſſit: poſtremo animaduertens hoſtibus qui erant in tumulo ſubſidia ab Hannibale mitti: ſtructis omnibus legionibus procedit: & fortiter atq; æquo marte contra hoſtes in tumulo pugnauit: donec Hannibal poſtq̃ ratio agendæ rei & tempus conueniebant: qꝫ latera nuda inſidentibus ille præbebat: ſignũ aggrediendi ĩſidiatoribus edidit: dato itaq; ſigno una ĩſurgunt inſidiæ: & clamore incurſantes poſtremoſq; trucidantes ingenti turbatione ac terrore Romanos opprimunt. Minutius cum luſtraret oculis omnes duces locum in acie reliquiſſe: & deſperata ſalute in fugã ſeſe uertiſſe: omnis animi ſui ferocia cõcidit. Numidæ iam pugna ſuperiores per planiciem undiq; diſcurrentes diſſipatos Romanos trucidant. Cũ tanta calamitate Romani laborarent: periculum minime Fabium latuit. Sed cum uideretur futuris rebus auxilia eſſe præſtanda: legiones in aciem ſtruxit: curauitq; quo ĩloco belli fortuna eſſet cognoſcere: ſed non per exploratorem: uerum ipſe pro uallo omnia ſpeculabatur. Vt animaduertit diſſipatas Romanorum copias & undiq; ab hoſte circunuentas ingenti clamore ſuſpirans coxamq; pulſans ad ſuos inquit: o Hercules celerius q̃ ego expectabam: tardius uero q̃ Minutius acceleraverit ſeipſum perdidit. Cum iuſſiſſet ſigna ſtatim efferri & milites ſequi: exclamauit: Nunc nunc o milites quocunq; Marcum Minutium memoria tenet: curſum properet. eſt. n. cum ſplendore tũ patriæ amore uir præſtantiſſimus. Si autem ſua celeritate in aggrediendis hoſtibus erratum eſt: aliud ſuccẽſendi tempus habendum. Itaq; primum diſcurrentes Numidas

per campum ferociter fundit fugatq; :deinde contra eos qui a tergo Romanos infecta bantur irruens: obuios trucidat. Reliqui priuſq̃ caperentur ac ſe effunderent: inclinata acie diffugiunt. Hannibal cum perſpiceret ſuorum fugam: uideretq; Fabium ſtrenue egregieq; inter Pœnos pugnantem: ſupra ad Minutium in tumulo pugnam cohibuit: & receptui dato ſigno Carthaginẽſes in caſtra reduxit. Necnon a Romanis libenter tentoria ſua repetuntur. Ferunt Hannibalem e pugna diſcedentem loquentẽq; de Fabio ad ſuos iocando dixiſſe: Nonne ego uobis prædixeram ſæpius: hãc nubem quæ his in montibus ſedebat: tempeſtatem & procellam nobis oblaturam? Confecto prælio Fabius omnia hoſtium cadauera ſpoliauit atq; diſceſſit: & aduerſus collegam nihil ſuperbe nihil moleſte prædicauit. Minutius conuocatis militibus ſuis huiuſmodi orationem habuit: Viri commilitones nihil errare magnis in rebus maius quoddam eſt q̃ ſit pro natura humana: ſed boni ſapientiſq; uiri eſt: ſi ipſe errauerit: in reliquum tempus doctorem ſe ſibi aſciſcere. Ego itaq; parum fortunam accuſãs: fateor circa res magnas laudem uerſari. Quæ. n. per tantũ æui non percæpi: exigua pars diei me monuit. Nam cum minus idoneus ſim aliis imperare: opus mihi eſt alteri parere: nec illos uelle uincere: a quibus pulchrum eſſet ſuperari. Vos cæteroſq; ſub imperio dictatoris militia agere decet. De officio autem quod erga nos Fabius contulit: ipſe dux ad agẽdas gratias futurus ſum: primumq; meipſum præbiturus ad eius iuſſa atq; imperium ſubeundum. Hoc cum dixiſſet motis ſignis ſequentibus omnibus ad caſtra Fabii exercitũ ductauit. Ingreſſus uallum cunctis admirantibus atq; ambigentibus ad tabernaculũ prætorium contendit: & pro tentorio poſitis ſignis Fabium egredientem eius parentẽ magna uoce compellat. Milites quoq; militum patronum dicebant. Nam hæc erat ea appellatio qua ſeruati homines erga eos quibus ſalutem comparaſſent: utebãtur. Facto ſilentio in hæc uerba Minutius ſermonem inſtituit: Binam o dictator uictoriam eodem die ingenti cum gloria comparaſti: fortitudine quidem hoſtes: prudentia ac probitate collegam uiciſti. Quarum altera nos ſeruaſti: altera ſuperatos docuiſti turpi pugna ab illo: a te autem & uirtute & ſalute uictos. Quare cum digniorem appellationẽ non habeam optimum patrem te appello: quoniam maiora in me merita ſunt tua: q̃ ea quæ a patre acceperim. ab illo. n. uitam duntaxat: a te uero ſalutem una cum his accepi. His dictis Fabium amplectitur. Hoc idem milites facientes adinuicem oſculabãtur. Itaq; gaudium atq; ſuauiſſimæ lachrymæ caſtra occupauerant. Deinde Fabio magiſtratum deponente conſules rurſus deſignantur. Ex his primi ſpeciem belli quã ille inſtituerat: ſeruauerunt: nam ſociis præſidia ferentes: defectioneſq; prohibentes cum Hannibale manus in acie non conſerebant. Terentius Varro conſul deſignatus: obſcuro genere ortus: uita autem ſeditione populari atq; petulantia inſignis uidebatur: cõfeſtim rerum imperitia atq; temeritate pro rerum ſumma talos iacturus: in concione enim proclamauit: bellum eouſq; duraturum: quouſq; ex Fabiana familia imperatores crearentur: ipſum uero eodem die & hoſtes uiſurum eſſe & illos expugnaturũ. His dictis maiorem exercitum q̃ per cætera ſuperiora tempora luſtrauit: atq; conſcripſit. Nam octo & octuaginta hominum milia ad bellum parauit. Hæc res magnum terrorem Fabio omnibuſq; prudentibus præbuit. Nam ſi talis exercitus perderetur: nunq̃ ſperabant rempub. ſpirare poſſe. Quapropter collegam Terentii Paulum Aemilium uirum bello egregium peritumq; : ſed populo non probatum: qui terror multitudini erat propter dãnationem quandam contra eum publice factam Fabius admonuit: ut illius inſaniam increparet: nec minus certaminis cum collega q̃ contra Hannibalem ſibi futurum exiſtimaret. Nam in aciem deſcendere uelle: eſt eius qui ſuam uirtutẽ non intelligit: & eius qui ſuam imbecillitatem cognoſcit. Mihi inquit o Paule maior fides præſtanda eſt de rebus Hannibalis q̃ Terentio. Quod ſi hoc anno in nullum cum eo certamen deſcendimus: ipſe in Italia permanens: aut uires ſuas abſumet: aut fugam arripiet. Qui etſi nunc ſuperior in bello uideatur: nemo tamẽ ſibi cõceſſerit. Exercitus

autem quem ex Aphrica portauit: uix tertia pars ſuperſit. Ad hæc ferunt Paulum dixiſ ſe: Ego quidem o Fabi ſi mearum rerum rationem conſulo: ſanius mihi eſt hoſtiū te/ lis: q̄ iterum decretis ciuium accumbere. Verum ſi huiuſmodi loco remp. ſitam habe/ mus: dabo operam pro uiribus: ut potius pro cupiditate animi tui: q̄ pro uolūtate cæ terorum omnium qui de ſententia tua deſciſcunt: officiū probi imperatoris perficiā. Hoc animo Paulus ad bellum egreſſus eſt. Terentius uices īperii per dies cum illo for titus: cum Hānibal apud Aufidium fluuium caſtra haberet: prope cānas orto die extē plo belli ſignum extulit. Nam erat rubea quædam ueſtis ſupra conſulis tentoriū pro tenſa. Quare Carthaginenſes proſpecta imperatoris audacia & copiarum multitudīe: cum ipſi haud ad medium numerum attingerent: principio ingenti trepidatione per/ culſi ſunt. Hānibal iubēs exercitum arma capere: ipſe eques cum paucis ex quodā hu mili tumulo hoſtes: qui iam legiones in aciem ſtruxerant ſpeculatur. Cum quidam ex iis qui circa ipſū erant: uir haud inglorius: cui nomen erat Giſcon diceret: admirabilē ſibi uideri hoſtiū multitudinem: contrahens faciem Hannibal: īquit alterū uidiſſe te puto hoc admirabilius: quod e memoria tua exceſſit. Interrogāte Giſcōe q̄d illud eſſet: reſpondit Hānibal: q̄ īter hos tot homines nemo ſit qui Giſcō appelletur. Hæc ſchom mata præter opinionem accidentia omnes in riſum milites coniecerunt. Qui e colle de gredientes occurrentibus hos iocos recenſebant. Itaq; multi in magnum riſum iniecti ſunt. Et qui circa Hannibalem erant nullo modo ſeſe riſu arcere poterant. Quare Car/ thaginenſes cum perſpicerent imperatorem eorum in periculo iocari & rem paruifice re: audaciores facti ſunt. In bello conſerendo Hannibal aſtutia militari uſus: primo lo cum ad pugnam aptiorem nactus: ita aciem ſtruxit: ut a tergo uētus ſibi ſpiraret. Nā in morem ardentis fulminis flabat rapidumq; puluerem ex patentibus torridiſq; cam pis eleuabat: & ſuper Carthaginenſium phalanges ad ora Romanorum impellebat. Romani faciem percuſſi ſeſe auertebant. Deinde acies optimo conſilio locauit. Nam milites fortiores bellicoſioreſq; in extremitatibus diſponēs: ipſe cum debilioribus me/ dium: ubi multi ex fortibus uiris præerant tenuit. Hoc agmine uſus eſt: q̄ multum ex alia phalange pertinebat. Iuſſerat. n. principibus: ut quando Romani in hos impetū facerent: & ad medium intra phalangem ueniſſent: celeri conuerſione irruerent: & re/ tro Romanos ſepirent atq; concluderent. Hoc in agrum ſtragem edidiſſe uidetur. Nā poſtq̄ Romanorum irruentium impetum medium ipſum ſuſcepit: phalanx Hanni/ balis permutata aciei forma: illam in cornua protendit: & ordinis duces uiri fortes Ro manos partim ſcutatos partim haſtatos inclinantes extemplo in Indas partes irruūt: & omnes quos in medio concluſos habuere trucidarunt. Fertur etiam equites Roma/ nos in maximum errorem incidiſſe. Nam cum equus Pauli conſulis ſauciatus Paulū in terram excuſſiſſet: eorum qui erant circa ipſum nunc unus nunc alter ad terram de ſcendebat: & relicto equo pedeſtri certamine Paulum protegebant. Hoc cæteri equites cum intuerentur: tāq̄ dato ſigno omnes ad pedes ad conſerendas cū hoſtibus manus deſilierunt. Quod Hannibalem perſpicientem dixiſſe ferunt: Malo hoc: q̄ ſi uīctos ſe mihi traderent. Sed hæc ab iis qui curioſiores hiſtorias ſcripſere narrantur. Ex conſuli bus Varro cum paucis equo deuectus: Venuſiam urbem defugit. Paulus autem ī ſtra ge atq; fuga illa multis uulneribus animū corpuſq; confoſſus: tanta calamitate anxi/ us in quodam ſaxo opperiens hoſtem: qui eū iugularet: inſederat. Sed habebat adeo ſanguine oppletum caput atq; ora: ut a paucis cognoſceretur: & amici miniſtriq; eius eum incognitum præterierant. Solus uero Cornelius Lētulus adoleſcens nobiliſſimus cum eum uidiſſet: conſulemq; eſſe cognouiſſet: ab equo ad pedes deſiliit. Cui cum ſe adhæreret: hortabatur illum: ut ſe ciuibus ſuis ſeruare uellet & equū aſcenderet: tunc præſertim cum bono imperatore Romanis opus eſſet. Paulus haud precibus Lentuli ſuaſus iterum illum lachrymantem equū aſcendere cogebat. Deinde aſſurgēs dexterā adoleſcentis amplexus: nuntia inquit o Lentule Fabio maximo: tuq; mihi ipſe teſtis

ſis:Paulum Aemilium præcæptorum eius uſq; ad mortem memorem extitiſſe:nec ul lis in rebus ſibi promiſſis fidem uiolaſſe:ſed prius a Varrone deinde ab Hannibale de uictum fuiſſe.Hæc cum dixiſſet Lentulumq; dimiſiſſet:hoſtes dilapſi in eos Paulum occidere.Ferunt in eo prælio ex Romanis quinquaginta hominum milia cecidiſſe: ui uos autem captos quattuor milia.Capti uero in ambobus caſtris poſt conflictum nō pauciores decem milibus fuere.Amicis hortantibus Hannibalem in tali ſecunda for tuna:ut fugientes hoſtes proſequeretur:& urbem peteret:quoniam quinto die a uic toria in capitolio cœnaturus eſſet.Admiranda profecto res eſt:qua ratione ab hac ſen tentia ſe auerterit.Verum fortunæ uel dei cuiuſdam opera ac impedimento mora & timor in hac re accidiſſe uidentur.Quare Barcham Carthaginēſem iratum aduerſus eum dixiſſe ferunt: Vincere ſcis Hannibal: uictoria uti neſcis.Sed hæc uictoria tan tam rerum permutationem præbuit:ut cum neq; urbem neq; portum neq; forum an te uictoriam Hannibal occupaſſet:& uix cum labore prædando exercitum rebus neceſ ſariis aleret:& bellum nulla ratione gereret:ſed tanq̄ prædo magno cum exerci tu erra ret atq; diſcurreret:tunc parum affuit:quin omnem Italiam in ſuam ditionem redige ret.Nam plurimi magniq; populi poſt cannenſem calamitatem ſponte ad eum defe cerunt:& Capuā cuius nomen poſt Romam inter urbes maximum erat:in ius ditionē q; ſuam redegit.At non ſolum dicebat amicos(ut Euripides inquit)non patuū malū ſed etiam prudētes imperatores experiri.Nam id quod ante bellum in Fabio timidita tem dicebant atq; ignauiam:poſt dimicationem ſtatim non humanum conſilium ſed diuinum quid ex mente illius profectum:q; futura præſagiſſet: quæ uix credibilia ad ferendum erant:eſſe apparuit.Vnde Romani cum ſubito reliquū ſpei in illo coniecif ſent:& omnia Fabio tanq̄ ſacro numini crederent:primam ac maximā illius cognoſcē di prudentiam occaſionem habuere:quemadmodum in gallica calamitate cōtigit.Nā ille qui illis temporibus nihil poſſe uidebatur:timidus deſpectuſq; apparens nūc om nibus cæteris in maximo luctu maximoq; animi mærore occupatis ſalus per urbē miti inceſſu grauiq; aſpectu gradiebatur: & humana appellatione plantus conuentuſq; fœminarum:quæ in publicis uiis publici luctus gratia conuenerant:coercebat:& ſena tus ut congregaretur: magiſtratus ut confiderēt hortabatur.In eum ut fortem & pro bum exiſtentem omnis principatus oculos referebat.Ad portas qui egredientem turbā prohiberent cuſtodias diſpoſuit:& complorantibus locum tempuſq; aſſignauit. Iu bens licere cuiq; uolenti intra ſuum limen per triginta dies ſuos luctus agere:exīde om ni luctu urbem ſoluit atq; purgauit:cum per eos dies feſta Cereris inſtarent.Sanius ēē omnino ſacrificia pompamq; dimittere:q̄ magnitudo calamitatis paucitate ac mæro re conuenientium accuſaretur.Nam ſacrificium illud gratum erat: ſi a lætis homini bus celebraretur.Omnia quæ aures deorum placandorum uel prodigiorum propulſā dorum gratia perſuaſerat:confecta ſunt.In Delphum.n.Apollinis conſulendi cauſa Pictorem augurem Fabii cognatum legauerunt.Ex duabus ueſtalibus uirginibus ī ſtu pro deprehenſis altera ſub terra pro conſuetudine uiua obruta eſt: altera ſibimetipſa mortem conſciuerat.Sed lōge prudentem & manſuetam urbem exiſtimamus:q; cōſu li Varroni ex fuga redeunti:q; turpius atq; infœlicius q̄ unq̄ alter rediret:humili mæ ſtoq; ad portas ſenatus populuſq; ſalutatum obuiam inceſſit.Optimates primoreſq; ex ſenioribus:inter quos erat Fabius facto ſilentio Varronem laudauerunt:q; de ſalu te reip.poſt tantam calamitatem non deſperauiſſet:uerum præſenti animo uſus de ſa lute ciuium curam ſuſcepiſſet.Poſtq̄ Romani acceperunt poſt pugnam Hannibalem ad reliquā Italiam diuertere:reſumptis animis exercitum atq; imperatores contra Hā nibalem miſere.Marcellus.n.ut de eo legimus:ſtrenuitate atq; animi elatione clarus erat:& ad conſerendas manus promptiſſimus:ac tali informatus natura: quales præ ſertim uocat Homerus in impetu congreſſuq; bellicoſos atq; ſuperbos.Hic contra Hā nibalem primus audenti animo prælium conſeruit.Fabius uero qui erat eodem animi

consilio:quo antea q̃q̃ nemo cum Hannibale in aciem descẽderet: atq; eũ prouocaret: sperabat illum per se indies suas uires attriturum:ac quẽadmodum athleta qui labo/ res corporis laboribus aggerat:suũ robur amissurum. Vnde Possidonius refert hunc a Romanis clypeum:Marcellum uero gladium uocitatum. Sed cõmixto Fabii consilio & cuntatione cum audacia atq; promptitudine Marcelli salutem Romani inuenere. Marcellus cum Hannibali sæpe ut torrens occurreret:illius uires frangebat ac dissipa/ bat. Cum etiam haud furenti morte in illum irrueret:fugere cogebat:& in tantam rerũ indigentiam impulerat:ut bello fessum reddiderit. Fabium uero non pugnantem Hã nibal timuerat:nam plurimũ temporis cum iis quandoq; prætoribus quandoq; pro/ consulibus bellũ habuit:ipsorũ.n.uterq; quinquies consulatu functus est. Sed Mar/ cellum in quinto eius magistratu insidiis interceptum hostes interfecere. Fabium autẽ cum Hannibal omni fraudis genere & conatu prosecutus esset:frustra omnia ægit: ni si q̃ semel paululũ abfuit:quĩ eũ punica arte ĩtercepissет. Nam simulatas epistolas no mine principum Metaponti ad Fabiũ misit:q̃ si ipse adesset:urbem sibi fore illos da/ turos:& eos qui hanc rem acturi essent: expectare illum ut aduentaret: & propius cũ exercitu appareret. His litteris cõmotus Fabius assumpta copiarum parte noctu iter in greditur:deinde cum minus secundũ auiũ habuisset augurium:pedem rettulit:& pau lopost litteras ab Hannibale ad eum dolo scriptas animaduertit:cognouitq; illũ sub urbem insidiis consedisse. Verum ab hac fraude Fabium fuisse seruatum deorum be niuolentia factum esse quidam arbitrabantur. Rebelliones uero urbium defectiõesq; sociorum prohibendas placandasq; esse mansuetudine ac miti oratione Fabius cẽ suit:neq; omnem suspicionem accusare:atq; omnino omnibus suspectis molestum esse. Cum animaduertisset militem quendam Marsum & fortitudine & genere inter socios primarium defectionis accusari a quibusdam qui erant in castris: nullam in il lum ægit animaduersionem:sed cum sineret se præter dignitatem neglectum iri:nũc inquit duces ad gratiam iniendam potius accusantur: q̃ pro eorum uirtute honores impartiantur:deinde illum accusauit:q̃ nulla in re officium eius exposcebat:hæc cum dixisset:acerrimo equo aliisq; muneribus illum ornauit. Quare exĩde uirum sibi fide lissimum studiosissimumq; effecit. Absurdum.n.ducebat:si equi & canes uenatici pp ter hominum curam atq; familiaritatẽ uictumq; potius q̃ uerberibus aut catenis diffi cultatem & acerbitatem feritatemq; deponerent:imperantes uero hominibus nõ gra/ tia & mansuetudine rebelles animos hominum sibi conciliarent. Asperiora profecto uiolentioraq; sunt ea:quæ agricolæ agunt de caprifico ac pirastro oleastroq;. Nã has ar bores in oleas ficusq; ac piros domesticas fouendo ac blandiendo conuertunt. Alterũ militem genere Leucanum cohortum principes accusauerunt:q̃ ex castris se subripi/ ens sæpius ex ordine discesserat:hos Fabius interrogauit:qualem hunc hominem esse animaduertissent:approbantibus omnibus:q̃ haud facile talis miles alter esset: nar/ rantibus etiam eius quasdam res gestas claraſq; uirtutes:cum Fabius causam scrutare tur cur de ordine discederet:comperit hominem ancillæ amore captum esse:illãq; ma gno cum periculo longis itineribus ex castris petisse. Itaq; dimissis quibusdam q muli erculam comprehenderent:eam in tentorio abditam recondidit:& Leucanum ad se ac citum benigne appellat: Non te fugit inquit q̃ præter leges ac mores romanos multo tiens e castris noctu discesseris. Sed antea bonum fuisse uirum haud oblitus es: erro/ res igitur tui cum rebus abs te bene gestis recompensentur:sed in futurum aliis ĩ rebus te obseruabo. Itaq; eductæ ex tentorio mulierculæ dexteram admirãtis iuuẽis dexteræ coniunxit: Inquitq; hæc nobiscum in castris apud te propius manebit: Tu autem ita efficies:ut appareat hanc adesse:nisi propter aliam quandam improbitatem hinc di/ scedas. Sed huius amore e castris te discedere ferebatur. Hæc de his apud historiã scri/ bentes scripta comperio. Vrbem Tarentinam quæ proditione capta fuerat:hoc modo recuperauit. Quidam adolescens tarentinus:qui Tarenti sororem sui amantissimam

fideliſſimamq; habebat: ſub Fabio militabat. Hāc uir quidam Brutius: quem Hanni
bal præſidio urbis præfecerat: adamabat: hoc in maximā ſpem rei conficiendæ Tarenti
num hominem coniecit. Cōſenſu Fabii ſimulata ad ſororem fuga ad urbem diſceſſit.
Primis diebus cum illa hanc rem latere fratrem putaret: uir Brutius ſeſe ab illius con
greſſu quieuerat. Deinde adoleſcens ſororem alloquitur: profecto magnus rumor eſt
inquit: tecum quendam ex potentibus magniſq; uiris congreſſum habere: quis nā hic
eſt? Si gloria & uirtute (ut ferunt) inſignis eſt: bellum omnia miſcens generis claritatē
oſtendit. Sed nihil turpe quod neceſſitas ſuaſerit: uerum fœlicitas quædam eſt: eo tē
pore quod iuſtā habeat infirmitatē moderate deſiderata re potiri. Deinde mulier uiz
Brutium accerſiuit: fratrēq; eius illi cognitum reddidit. Ille cum ſtatim animū ſuum
aperuiſſet: & maiori beniuolentia ac manſuetudine q̄ antea Barbaro ſororem prebuiſ
ſet: illum ſibi magna fide in ſententiam ſuam traxit. Quare cum Barbarus ſūma qui
ete amore ſuo potiretur: allectus ſpe magnorum munerū quæ nomine Fabii pollicebā
tur: mentem militandi ſub Hānibale cōmutauit. Hæc de his rebus a plurimis ſcripto
ribus traduntur. Quidam uero mulierem cuius amore Brutius ille deperibat: non Ta
rentinam ſed Brutiam fuiſſe tradunt: quæ cum Fabium alloqueretur: ut cognouit &
notum & conciuem eſſe Brutiorum principem: tunc Fabium certiorem huius rei feciſ
ſe quidam tradunt: & cum in colloquium ſub muris ueniſſet: hominem perſuaſiſſe:
remq; uerbis tranſegiſſe. His peractis uolutans animo Fabius: qua arte Hānibalem ca
ſtris longius abire impelleret: militibuſq; qui ī Rhegio oppido erant: iuſſit: ut per lit
teras in Brutium agrum īcurſionem facerent: & per agrum Caulonium pro uiribus ir
ruentes cum octo milibus militum agros hoſtiles inuaderent: trāſfugas uero multos ſe
cum ducerent: & ex Sicilia a Marcello male honoratos & ignauoſq; homines: quibus
parū doloris ac detrimenti urbs capere poſſet ſi necarentur: ſumeret. Sperabat. n. iis tā
q̄ eſca obiectis Hānibali ipſum a Tarento abiturum: quod ita contigit. Celeriter enim
Hannibal illuc cum exercitu aduolauit. Sexto die Fabio tarentinos obſidente: adole
ſcens Brutiū allocutus cum ſorore noctu ad eū uenit. Et locū cuius cuſtodiæ Brutius
præerat: ante Fabius prorumpere uolebat: multa cum diligentia ſpeculatus Fabius ta
men non ſecurus a proditione: illuc cum paucis ueniens ſilētium ægit. Reliquū quod
erat exercitus ad muros terra mariq; magno clamore atq; tumultu irruit: donec pluri
mis Tarentinorum illuc defendendæ urbis gratia concurrētibus: Brutius Fabio ſignū
dedit: appoſitis ſcalis ſuperatiſq; muris urbs capta eſt. Hic uidetur Fabium haud libe
raliter rem geſſiſſe. Nam ut obſcurum eſſet per proditionem urbem cæpiſſe: iuſſitq;
primū Brutios interfici: hac re gloriam ſuam minus ſplendidam effecit: & in perfidiæ
& crudelitatis nomen incidit. Multi ex Tarentinis etiam abiere. Triginta milia homi
num bona a militibus direpta: delata autem in ærarium talenta tria milia omnibus ali
is rebus direptis. Cum ſcriba Fabium īterrogaſſet: quid de aliis iuberet: ſic picturas ſta
tuaſq; appellans inquit: deos Tarentinis iratos dimittamus. Veruntamen ingentē ſta
tuam Herculis Romā delatam in capitolio conſtituit: iuxtaq; imaginem eius equeſtrē
ex ære locauit: qua in re Marcello admirabilior apparebat. Sed ut ſcriptum eſt ī rebus
ab eo geſtis: multomagis illa oſtendebant illum manſuetudinis & humanitatis admi
ratione digniſſimū. Hānibalem ferunt quinquaginta ſtadiis procul a Tarento caſtra
poſuiſſe: & aperte quidem dixiſſe: Romani alterum Hannibalem habent: urbem Ta
rentinam ea arte qua cæpimus amiſimus. Priuatim etiam ad amicos in hæc uerba ſer
monem habuit: Iam antea Romanorum fortunam aduerſam grauem etiam proſpe
xi. Nunc tales in Italia imperatores habent: ut impoſſibile eſſet nos bello ſuperiores e
uadere. Fabius clariorem primo hunc ſecundum triumphum ſibi comparauit: qui tā
q̄ fortis athleta cum Hannibale bellauit: & res ab illo gerendas ut nodos anſaſq; non
dum ad perfectionem ſui deductas reſoluit. Nam Hannibal partim propter delitias
atq; diuitias ſuas uires dinumerat: partim uero obtuſus ac fractus īſuetus certamibus

fuit. Cum Hannibal Tarentum occupauit: Marcus Lucius præsidii præfectus arcē tu tatus illam seruauit: quousq; urbs a Fabio recuperata est: hūc gloria Fabii mærore affi ciebat: hinc fuit q; quandoq; apud senatum inuidia & ambitione allectus inquit: non Fabium sed ipsum recuperati Tarenti causam extitisse. Fabius ridens: Vera prædicas ī quit: Nam nisi tu urbem amisisses: ego illam non recuperassem. Romani aliis etiam ī rebus Fabium multo splendidiorem effecerunt: & filio eius Fabio consulatum deman dauerunt: qui cum magistratum iniisset: & quædam ad bellum disponeret: pater siue propter senectutem & imbecillitatem: siue ut filium experiretur: equo insidens per oc currentes & circunstantes proficiscitur. Adolescens procul hoc intuens: rem minime tú lit: sed ad eum lictorem misit: qui iuberet equo desilire: & patrē pedes incedere: siqua ī re sibi magistratu opus esset. Hæc iussa alii molestе ferentes Fabium tanq̄ indigna glo riæ suæ patiētē tacite ītuebātur. Fabius repēte ex equo desiliens & celerius q̄ pedetentī filium mansuete petens & salutans amplexansq;: Bene inquit o fili sapis agisq;: cum imperii dignitatem ac magnitudinem amplificandā curas: sic nos maioresq; nostri ro. imperium auximus: & liberos nepotesq; nostros sic alimus: ut semper patriæ amplitu dinem latiorem efficiant. Ferunt quidem Fabii proauū: qui gloria & potentia Romæ floruit: quinquies consulem fuisse & clarissimos triumphos ex maximis certaminibus ægisse: & filio consulatum gerente legatum ad bellum uenisse. In triumpho autē alter quadriga ītectus ē: alter ī equo. s. Fabius exultās cū aliis cōsequebatur: quoniā filii do minus ciuium uero maximus erat. Sed illum aliis in rebus admirabantur. Nam cū fi lius eius diem suum obiisset: pro dignitate sapientis uiri & optimi patris calamitatem modestissime tulit. Orationem laudatiuam quam in funere clarissimorum uirorum haberi usurpatum erat: ipse in foro pro filio habuit: & scriptam protulit. Postq̄ Corne lius Scipio in Iberiam missus Carthaginenses plurimis præliis fugauit: & multas gen tes multasq; urbes splendidissima spolia referens in ius ac in ditionem populi Roma ni redegit: omnis superiores imperatores beniuolentia ac gloria ī reditu superauit. Cū consulatum gereret: animaduerteretq; magnas ab eo res gestas a populo spectari: con tra Hannibalem exercitum ductare: priscum ualde antiquūq; arbitrabatur. Quare cū statim agrum Carthaginensem Libycumq; armis & milite compleuisset: ad depopu landos agros & bellum ex Italia in hostilem regionem reiicere animum applicuit: & ī hanc sententiam toto animo populum prouocauit. Tunc Fabius in maximum terro rem iniiciens ciuitatem: q; imperito adolescenti maximum atq; ultimum reip. pericu lum demandaretur: cum neq; uerbis neq; factis pepercisset: ciues in uoluntatem suam conuertit: & senatum quidem persuasit: populus autem opinabatur Fabium inuidia secundarum rerum Scipionis ductum illi refragari: timereq; si Scipio quid egregium gereret: uel bellum Italia eiiceret: uel omnino hostem expugnaret: ne ipse ignauiæ ac molliciei: q; tandiu rem bellicam administrasset: accusaretur. Fabius in principio ma gnopere sollicitus ut permultum reipu. saluti prospiceret: contra Scipionem sentire uidebatur. Sed magis apparebat quodāmodo bellum longius protrahere: & propter ā bitionem ac gloriæ certamen ne laudes Scipionis excrescerent: obstare. Qui Crassū col legam Scipionis adhortabatur: ne Scipioni cederet: sed si uideretur ipse in Libyam cū exercitu traiiceret. Qui cum non permisisset Scipioni belli causa pecunias erogare: Sci pio coactus ad inueniendas pecunias ipsemet sibi ex ciuitatibus Tyrrhenis priuatim p familias mutuando congregauit. Crassus partī ex eo q; toga præstantior q̄ armis erat: partim ex eo q; pontificis maximi magistratum gerebat: domi se continuit. Iterum ali am rationem impediendi Scipionem iniens Fabius iuuenes qui cum illo profecturi ad bellum erant: ne proficiscerentur: effecit. In senatu & in concionibus exclamans: q; nō solum ipse Scipio Hannibalem fugeret: uerum etiam reliquum exercitum sumens ex Italia enauigaret: & iuuenibus ingenti spe persuaderet: ut parentes & uxores atq; urbē cuius portas hostis in superando uincendo obsideret: desererent. Hæc cum diceret:

ingentem Romanis errorem iniecit. Romani ſancierunt Scipioni licere tantūmodo co piis quæ erant in Sicilia uti: & trecentos milites ex iis qui eſſent in Hiſpania fideliſſi mos ſibi optare. His in rebus Fabius rempub. pro uoluntate ſua adminiſtrauit. Poſtq̄ Scipio exercitum in Libyam portauit: & ſtatim Romā fama de rebus ab eo bene ſplen dideq; ac magnifice geſtis aduolauit: & de multis ſpoliis in teſtimonium rumoris: & de capto Numadum rege: & de duobus exercitibus ſub uno tempore igne combuſtis: cū īgēti hominum atq; equorū armorūq; clade ſermo efferebatur. Carthaginēſes autē orantes Hānibalem per legatos accerſebant: ut dimiſſis Italiæ rebus infectis: domū co pias auxiliaq; reportaret: & Romæ Scipio in ore omniume ſſet: Fabius nullam habens aliam occaſionem: animo conſilia agitabat: alium imperatorem qui Scipioni ſuccede ret deſignare. Admonebat. n. periculoſum eſſe huiuſmodi res unius hominis fortunæ cōmitti: difficile nanq; eundem imperatorem ſēper bona uti fortuna poſſe aiebat. Sic multis tāq̄ homo difficilis: ſiue inuidia motus: ſiue q; omnino iam ſenectute confec tus nihil auderet atq; ſperaret: refragabatur: & plus q̄ deceret Hānibalē extimeſcebat. Nam cum ipſe Hānibal nauigando Italiam deſtruxiſſet: non permiſit eam lætitiam quietam & influctuoſam haberi. Sed cum rem in ſūmum diſcrimen eſſe diceret: urbē ingenti moleſtia repleuit: grauius. n. ante Carthaginē in Libyam contra ipſos Hanni balem irruiturum & exercitum iam calido ſangnine imperatorum dictatorumq; ac cō ſulum madentē Scipioni occurſurum. Quare his ſermonibus ciuitatem iterum ptur bans dum in Libya bellum eſſet: arbitrandum propius Romæ terrorem ineſſe aiebat. Sed paulopoſt cum Scipio Hānibalem dimicando ſuperaſſet: & ingentes illi ſpiritus depreſſiſſet: calcaſſetq; diruta Carthagine in maiorem lætitiam maioremq; ſpē ciues ſuos coniecit: & profectu īperium multa tēpeſtate concuſſum iterum firmauit. Fabius uero maximus ante finem belli diem ſuum obiit: neq; deuictum Hānibalem accæpit: neq; magnam ſtabilemq; ſecūda fortuna patriam aſpexit. Sed per ea tempora quibus Hannibal ex Italia in Libyam traiecit: morbo uexatus īteriit. Epaminundam quidem Thebani propter paupertatem eius publica impenſa tumulo condiderant. Nā eo mo riente nihil domi compertum eſt præter ueru ferreum. Fabium uero Romani haud publice ſepulchro mandauerunt: priuatim autem quilibet paululum nūmorum con tulit: non propter indigentiam: ſed tanq̄ moriente populi parente: ut honore gloriaq; pro dignitate uitæ ſuæ in obitu afficerent.

PELOPIDAE VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

CATO SENIOR QVIBVSDAM STRENVVM hominem audacemq; laudantibus inquit: in rebus bel licis differre plurimum: uirtutem dignam exiſtimare: & non multifaciendam uitam putare. quidem cum apud Antigonem Itamus qui corporis aduerſa ualitudine la borabat militaret: interrogatus a rege quæ cauſa pallo ris eſſet: reſpondit: quandam eſſe ægritudinē īcognitam

Postq̃ rex liberalitate quadam motus ac magnificentia iussit medicis: ut siqua essẽt remedia ad sũmas eum curarent: & bonæ ualitudini restitutus est: non tamen amplius ĩ petu ac ardore animi in certamine pericula aggrediebatur. Quare Antigon hanc mutationem accusare atq; admirari. Sed uir ille cum minime causam celaret: O rex inquit: Tu me minus audacem fecisti: q; iis malis liberum reddidisti: quibus a me uita contẽptui habebatur. Præterea apparet uirum quẽdam deliciarum calũniatorem dixisse: spartanos non multa facere oportere in bello: cum tot laboribus taliq; dieta liberarentur: sed diuitiarum cõtẽptores: quia delicias ac mollicies ob honesti studium atq; cupiditatem despiciunt: iure uidentur uitam despicere & mortem minime timere. Lacedæmones uero (ut epigrãma ostendit) & uiuendum libenter & moriendum: sed utrunq; cum uirtute censebãt. Hi. n. dicunt moriturus sum: neq; uiuere neq; mori pulchrum arbitrantes: sed hoc utrũq; prospiciẽdum putantes. Non. n. quis accusandus q; mortẽ fugerit: si uitam haud turpiter concupiuerit: neq; laudandus q; illam pertulerit: si uitam contẽpserit. Vnde Homerus fortes uiros atq; bellicosos pulchre armatos producit ad pugnam. Græcorum autem legumlatores hominem scutum proiicientem pœna afficiunt: qui uero aut gladium aut hastam minime docentes potius nauandam esse operam ne quid mali patiatur: q̃ hostes repellere: & hoc præsertĩ & ciuitatis & exercitus ducis officium est. Si enim (ut Epycrates dicit) manibus pedites similes sunt: pedibus uero equites: ipsa phalanx pectori & thoraci capiti autem imperator: non se solum tueri dux uidebitur: sed uniuersum exercitum: sic etiam e contra. Vnde & Callicratidas: etsi cæteris in rebus magnus non bene tamen aduersus uatem sermonem instituit: cũ ipse multis precibus oraretur: ut se ea morte caueret: tanq̃ hostiis præostendentibus: inquit non in unius morte Spartæ salutem esse positam. Nam cum pugnaret Callicratidas unus erat: necnon cum nauigaret militaretq; : cum uero esset imperator uices omnes ĩ se habebat comprehensas: quare non unus erat cum exercitus curam imperiumq; haberet. Verum melius Antigon senex: qui cum circa Andrum nauale ageret bellum: dicente quodam multo plures hostium naues esse: me autem inquit aduersus quot oppones? ut decet magnificans ipsum principatum prudenter & cum uirtute ordinatũ. Cuius primũ munus ẽ: seruare cætera omnia seruantem. Itaq; pulchre Thimoteus: q; cum quidam ostenderet Athenienſibus cicatrices quasdam pro patria in corpore acceptas: clypeumq; hasta transfixum: Ego inquit permultum erubesco qui mihi Samũ obsidenti prope me sagitta cecidit. quæ uero erga me non tanq̃ ducem tanti exercitus: sed ut adolescentem ægit. Vbi. n. imperatoris periculum magnum fert momentũ: hic pro uiribus & manu & corpore utendum: dicendumq; ualedicentibus: sic decet bonũ imperatorem esse: & præsertim in senectute. Si autem non senex sit: senem mori. Vbi uero res parum processerit: & re male gesta omnia pereunt: nullus rationem rei gestæ ĩ periculo imperatoris requirit. Mihi uitam Pelopidæ & Marcelli & qui magni fuerunt uiri & strenue in bello obiere: scribenti: hæc præloqui decuit. Nam cum in conserendis manibus fortissimi essent: & clarissimis imperiis patriam honestassent: & cum terribilibus hostibus dimicauere: ambo temere conciderunt. Nam hic Hannibalem uirum ĩ superabilem (ut dicitur) primus in fugam uertẽs: & hic Lacedæmonios duces terra mariq; in acie uincens uiros principesq; uehementer secundum tẽpora expectabant. Quapropter nos eorum similitudinem secuti in scribendo adinuicẽ comparauimus. Pelopida Hippidi filius Thebis quẽadmodum Epaminunda genere nobilis fuit: qui nutritus in magnis diuitiis domũ in iuuentute splendidam sumens: indigentibus auxiliũ suum præstitit: & sibi pecunias non se pecuniis seruire ostendit. Ex multitudine quẽadmodum Aristoteles inquit: quidam eo q; paruis uilibusq; rebus mentẽ intendunt: non sibi uirtutis quidam autem semimentes opesq; dilapidantes luxurioſe abutũtur. Hi. n. assiduam uoluptatibus præstant operam: illi negocii nũq̃ uacui sunt. Cæteri igitur Pelopidæ gratiã habentes liberalitate & humanitate eius utebãtur. Solus ex amicis

Epaminundas haud adduci potuit:ut diuitiarum particeps fieret:ipſe uero fingali ue ſte & tenui menſa uſus in partem paupertatis illius deſcendit:& circa labores impiger fuit. In re militari ſine dolo gloriam adeptus:quẽadmodum Euripidis Capaneus: cui uita lõga erat:ſed minĩe ꝓpter ãtiquas diuitias ſupbia utebatur: ſe hũit. Erubeſcebat enim ſi appareret uti pluribus circa corpus:q̃ ille qui minima apud Thieanos poſſide ret. Epaminundas cui paupertas & familiaris & paterna erat:uitam a principio in ſoli tudine degens:philoſophiæ operam tribuens:anguſtiorem illã fecit leuioremq;. Pelo pida ex clara nobiliq; uxore filios habuit:ſed non tamen quæſtui pecuniiſq; eo inten/ tius ſtuduit:& cum uniuerſum tempus reip. operam impenderet:diuitias diminuit:a micis monentibus atq; dicentibus eum tanq̃ neceſſario pecunias paruifacere:neceſſa/ rio per Iouem Nicodemo huic oſtendit claudum quendam eſſe cæcumq;. Erant quidẽ ad omnem natura uirtutem ſimiles:niſi q; Pelopida gymnaſio uti magis gaudebat. Scientiæ autem & litterarum ſtudiis plus operis impendebat Epaminundas. Hic palæ ſtra uenationeq;:ille audienda magis philoſophia afficiebatur. Quibus cum multa ad gloriam pulchram utriq; exiſterent:nihil tamen gloria dignum ſapientes exiſtimaue/ runt in ipſis eſſe:q̃ fuerit irreprehenſibilis beniuolentia atq; amicitia: quæ a principio ad finem uſq; per tot certamina per tot reip. adminiſtrationes atq; imperia firme ſtabi leſq; permanſerunt. Siquis Ariſtidis atq; Themiſtoclis & Cimonis & Periclis & Aniti Alcibiadiſq; politicam contempletur:quantum differentiæ & inuidiæ zelotypiæ inter eos haberent:& reſpiciat rurſus Pelopidæ erga Epaminundam honorem beniuolentiã q;:rectioremq; horum q̃ illorum concordiam:ni in poteſtatibus atq; imperiis iudica/ bit qui potius adinuicem q̃ cum hoſtibus certantes excellentia ĩter ipſos pugnauerũt. Cauſa huius certaminis erat uirtus:propter quam non gloriam nõ diuitias: ex quibus grauis & contentioſa naſcitur inuidia:ipſis operationibus ambiebãt:ſed omnes ab ini tio amore quodam diuino tenebantur. Videre fuit ſub ipſis patriam ſplendidam ma gnamq; tanq̃ ſuis egregiis facinoribus notata opera eſſet. Multi putant magnam inter eos ortam amiciciam beniuolentiamq; fuiſſe:ex eo q; ſimul ĩ Mãtinea merere:ubi una cum Lacedæmoniis adhuc amicis ſociiſq; exiſtentibus præſidio ex Thebis miſſo rẽ mi litarem agebant. Nam cum in eodem ordine inter milites adinuicem eſſent: & contra Arcades pugnarent:ut uidetur:cumq; Lacedæmoniorum cornu iuxta eos ſtetiſſet: ac multorum fuga facta eſſet:ipſi ſeſe irruentibus hoſtibus oppoſuerunt:ſuoſq; protexe runt:qua in pugna Pelopidas ſeptem uulnera aduerſa ſuſcepit:& inter multa tũ ami corum tũ hoſtium cadauera defluxit. Epaminũdas etſi eum mortuum putaret:tamẽ ut corpus atq; armà recuperaret:progreſſus eſt:& periculum ſolus contra multos adi/ it:ſtatuens potius mortem obire q̃ Pelopidam iacentem deſerere. Cum hic iam male ſe haberet:& tum in pectore ſpiculo:tum in brachio ex gladio uulnera accæpiſſet: ab utroq; cornu ſpartanorum rex Agipolis auxilium ferens ipſos ambos ex inſperato cir cuiuit atq; redemit. Poſt hæc cum ſpartiani amicos ſocioſq; Thebanorum ſe ſimula/ rent:& ciuitatis factũ ac potentiam proſpicerẽt: oderentq; uehementer Hiſmeniæ & Androclidis ſocietatem:cuius particeps Pelopida eſſet:q; amica & popularis eſſe uide/ batur:Archia Leontidas & Philippus uiri & principatu & diuitiis clari:ſed nihil mode ſtum ſentientes:Phynidæ Laconico perſuaſerunt:ut electis copiis celeriter Thebanam arcem:quæ cadmia nuncupabatur occuparet:& illis qui eis obuerſarẽt ſub Lacedæmo niorum dominio eiectos principatum reip. in paucorum arbitrio conſtitueret. Cum il le perſuaderet nõ expectãtibus Thebãis illum irruturum:theſmophoris exiſtentibus occupata arce Hiſmenia captus & in Lacedæmoniam ductus: paulopoſt interfectus ẽ. Pelopida ferenitus & Androclidacum multis fugam arripientes in exilium abiere. Epa minunda uero qui parui exiſtimabatur in urbe remanſit. Nam ex eo q; philoſophiæ operam impendebat:tanq̃ nil agens ꝓpter paupertatem tanq̃ impotens habebatur. Poſtq̃ Lacedæmonii Phynidam a principatu abdicauerunt:&.x. milibus dragmarum

punierunt: in arce tamen disposito præsidio cæteri omnes græci hanc absurditatem admirati sunt: cum auctorem rei pœna affeciſſent: operationem autem approbauiſſent. Thebanorum uero remp. obliteraſſent: & sub seruitutem ab Archia & Leõtide traducta nulla spes delendæ tyrãnidis supereſſet: cum quia Spartanorum potentiã munita & inexpugnabilis erat: tum quia illi qui terra mariq; dominarentur: expellendi erant. Leontida cum accepiſſet Athenis exules uitam agere: & multitudinis beniuolentia susceptos honore apud honestos uiros bonosq; affici: illis clam insidias tendit: & homines incognitos misit: qui Androclidam incautum interfecerunt. Quapropter Lacedæmoniorum nomine litteræ datæ Athenienſibus: quibus orabantur neq; illos suscipere neq; concitare: uerum exules tanq̃ publicos hostes sociis factos expellere. Atheniẽses pro eorum consuetudine innataq; humanitate Thebanis nulla iniuria affectis suum officium præstiterunt: ex eoq; una cum populo redierunt: sanxeruntq; siquis Athenienſium aduersus tyrãnum per agrum boetium arma ferret: neminem ex boetiis bellum audire aut prospicere. Pelopida etsi iunior esset: priuatim & publice apud omnes exules sermonem instituit. Inquit neq; honestum esse neq; pium patriam sub seruitute cõsti tutam prospicere: & ipsos exules: qui solum patriam seruari & liberari cupiant: Athenis propter decreta pendere: seruireq; illis qui dicendi & persuadendi facultatem habe rent: qui uirtutem audaciamq; Trasibuli in medium exempli gratia adducens: ĩquit: magnis rebus aggredienda pericula: ut quẽadmodum ille ex Thebis antea profectus tyrãnos Athenis deleuit: sic per ipsos rursus ex Athenis discedentes Thebas in libertatẽ esse restituendas. Postq̃ hæc persuasit: amicos qui Thebis remanserant: quid aggrediẽdum statuerint clam certiores faciunt. Hac ab illis laude data Caron ut erat uir clariſſimus domi se copiã facturum pollicitus est. Philida operam nauauit: ut Archia & Philippus cæteriq; polemarchi pro scriba eum sumerent. Epaminunda iuuenes Lacedæmoniorum qui magna audacia erant: uerberibus afficiebat: nam iussit quosdam ex Lacedæmoniis in gymnasiis luctari. Deinde cum animaduertisset interuincendum superbo animo esse: uerberibus mulctabat: ut magis demũ ipsum seruarent: si per ignauiã illis seruirent: quos tantum uiribus superarent. Die constituta ad rem aggrediendam uisum est exulibus phœnicum quosdam congregare: & in locis Athenis Thnasio permanere: paucos autem ex iunioribus periculi aggrediendi causa ad urbem proficiſci. Si uero isti quid mali ab hostibus paterẽtur: cæteris omnibus curæ esse: ut neq; filii neq; parentes rebus necessariis carerent. Pelopida primus rem subiit: deinde Melon. Andemoclides & Theopompus uiri primũ familiares: qui adinuicem pro gloria & fortitudine semper certatim sese habuerunt: in cæteris uero amice fideliterq;. Qui duodecim penitus existentes salutis qui relinquebant: & nuntio Caroni præmisso: canes uenaticos tætiaq; ferentes: ne cui eorum qui interambulandum obuiam darentur suspicionẽ iniicerent: sed diuisi erant: uenariq; uiderentur: chlamydati incœptum moliuntur iter. Postq̃ ad Caronem nuncius uenit: monuitq; iter ingressos esse: Caron haud rei ponderе tenefactus nulla in re sententiam animi sui mutauit. Sed cum uir forti animo esset: domũ præbuit. Hipposthenida quidam non maliguitate naturæ: sed patriæ exulũq; beniuolentia affectus: uerum homo non ea audacia: quam & res & ĩminentia tẽpora expostulabant: tanq̃ stupefactus ac mente alienatus pro magnitudine certamĩs: quod iam in manibus erat: haud cum ratione conueniens: nec intelligens q; quodãmodo prĩcipatum Lacedæmoniorum fluctuantem: necnon potentiam quæ illĩc pẽdebat: destrueret: si dubiæ spei exulum crederet: domũ repetens ex occulto quendam amicum ad Melonem Pelopidamq; mittit: quibus persuadebat impræsentiarum ab incœpto resilire: & meliora mollioraq; expectantes tẽpora Athenas discedere. Lidoni nomẽ erat nũtio: qui cum domum de industria ad ipsum diuerteret: & equũ duceret: frænum petiit: negante muliere se daturam: primo exortis iurgiis: deinde cum pergeret maledicere: inquit illum ipsum & mittentes in malam rem abire. Cum multum diei Lido ꝓpter

iram ī his triuiſſet:& quod acciderat:malum omen exiſtimaret:omiſſo itinere ad aliud agendum diuertit. Interea eo rerum ſūma acceſſerat:ut ſtatim in principio ipſa opportunitas ſubterfugeret:Pelopida & qui cum eo erant agreſtium ſumptis ueſtibus:p diuerſas urbium partes diuiſim proficiſcuntur:die adhuc exiſtente cum iam aer initiatium turbationis oſtenderet:ſpirantemq; flumina uiroſa & q̄plurimum homines timore aquarum domos repeterent:minus cogniti erant. Ab illis quibus antea agēdi negocium datum erat:data opera eſt:ut exules in domo Caronis cōuenirent. qui cū exulibus conuenirēt octo & decem fuerunt. Quod ad tyrannos attinet:ſic ſe habet. Phillida (ut diximus)ſcriba conſcius ac ſocius omnium quæ agebantur eo die potationē quandam ac conuiuium:quod iam diu pollicitus erat:interuenientibus mulieribus Archiæ & cæteris Polemarchis accitis Leonidæ & Hipato inſtruxit:ut illos uentri & gulæ intentos uinolenteſq; facilius aggrediendos irrumpentibus præberet exulibus. Cum iam fere ebrietate tenerentur:quidam haud falſus nuncius:ſed nullis certis indiciis aduentauit:monuitq; exules latere in urbe. Archia:q̄q̄ impedire illum Phillida conatus eſſet:tamen quendam ex ſeruis ad Caronem mittit:iubetq; ſuo nomine ut Caronem doceat ad eum uenturum. Iam ueſperi Pelopida cæteriq; armis domi accīcti ſtabant. Cum ſubito percuſſis foribus quidam accurrens iubēte ſeruo Caronem ad Polemarchos accedere:intus tumultu quodam omnes ſtatim docuit:dicens negocium compertum eſſe:& morituros fore:nec ullum clarum facinus aggredi poſſe. Sed tamen omnibus uiſum eſt:Caronem principibus obedire:ac ipſum ſine ſuſpicione præbere. Qui etſi in aliis rebus homo ī aggrediendis periculis magna fortitudine & audacia cōſilioq; eſſet:tunc illorum gratia tenefactus:ne aliqua proditionis de eo ſuſpicio haberetur:ſi tot taleſq; ciues morte plecterētur:ſecum angebatur. Cum igitur diſceſſurus eſſet:ſumpſiſſetq; ex Cyneceo filium puerum pulchro robuſtoq; corpore:ac inter æquales primarios Pelopidæ cæteriſq; ꝓ obſide præbuit:ut ſiquid doli aut proditionis in eo cognoſcerent:nulla adhibita uenia pro hoſte uterentur. Multi lachrymas effundere ea ſuſpicione atq; fide:quæ in Carone erat. Omnes autem moleſte ferebant:q; adeo timere uideretur:atq; tum ſeſe angi:ut ſuſpicaretur omnino accuſari. Itaq; rogabant: ne filium ipſis admiſceret:ſed longe ipſum exponeret:ut ille a tyrānorum manu ſeruatus:ciuitati amicis uxoriq; ſupereſſet. Filium Caron minime cenſebat ſeruandum: putabat .n. nullam honeſtiorem eſſe ſalutem:ea inuiolata morte qua una cum patre atq; amicis moreretur. Poſtq̄ deos in uota uocauit:amplexis omnibus fidēs animi abiit: & ſeipſū ſibi uendicans habitum oris uultumq; in dicendo compoſuit atq; firmauit:ut firmitate uocis diſſimillimus iis quæ perpetrauerat uideretur. Cum ad fores eius eſſet Archia & Phillida:Archia inquit:o Caron:quos audiui acceſſiſſe & in urbe latere & quos ex ciuibus in re conſcios eſſe. Caron primū turbatus eſt:deinde interrogauit Archiam:qui eſſent illi qui in urbem profecti eſſent:& qui illos celatos haberent: & oſtendēs ſermonem Archiæ nil claritatis habere:q; temere abſq; alio indicio ſuſpicaretur:inquit uidēdum ne quodam uano timore trahamini. Verūtamen rem haud negligendā eſſe. Hæc Phillida præſens laudauit:& ea ſpe quædam mulieres uenturæ erant. Archiam ad potum reductum in multam rurſus intemperantiam coniecit. Poſtq̄ Caron domum rediit:& uiros non tanq̄ uictoriam aliquā ſalutēue ſpectantes:ſed ut morituros glorioſe accinctos & multa cū hoſtium cæde offendit. Pelopidā res ut ſe habuerat docuit apud cæteros: quibuſdā āt in rebus falſus fuit:fingendo alia de re ſecum Archiam ſermonē habuiſſe. Poſtq̄ prima pericula euaſiſſent:fortuna altera diſcrimina uiris adiecit. Nā quidam ex Athenis nomine Archiæ ierophantis ad Archiam ſui equiuocum atq; hoſpitem amicumq; epiſtolam non uanam ſuſpicionem neq; fictam ſed clara omnia de iis quæ futura erant habentem (ut poſtea cognitum eſt)detulit. Tabellarius ad Archiam tunc minime ſobrium adductus:cum epiſtolam porrigeret inquit: is cuius nomine ad te hanc fero: iuſſit ut q̄propere eam legeres. Nam ex induſtria ac ſerio ſcripta é.

Archia cum risisset: igitur inquit in crastinum diem hæc quæ industria & serio scripta sunt differamus: & suscepta epistola illam sub puluinari deposuit. Ipse autem rursus Phillidæ de iis quæ acciderant: differenti attentas præbuit aures. Qui sermo in prouerbii loco usq; in hodiernam diem usurpatum est. Cum iam mollissima opportunaq; tẽpora uiderentur: in duas partes diuisi rem aggrediũtur. Pelopida & Damoclida ad Hipatum prope habitãtes petiit. Caron uero & Melõ supra thoracem uestes muliebres induti ex abiete & pinu sũptis bene consertis coronis adulterina facie fictaq; Archiã atq; Philippum adeunt. A quibus ubi ad portas simposii uentum est: primum plausu tumultuq; facto: creditum est ab illis eas esse mulieres: quas diu ad se expectabãt ituras. Postq̃ circũcirca simposium conspexerunt obseruaueruntq; diligenter discumbentiũ quẽlibet: per mẽsas & pocula strictis gladiis cõtra Archiã atq; Philippum ĩpetum fecere: & qui essent apparuere. Phillida quosdam astantium silere persuasit. Alios uero q̃ una cum Polemarchis defensionem agere conati sunt per ebrietatem consurgentes nõ multa cum difficultate morti tradiderunt. Pelopidæ & sociis res magno cũ labore successit. Etenim ad sobrium grauemq; uirum Leontida uenientes: q̃ iam quieti & sõno se dederat: portas clausas offendunt. Cum diu fores pulsarent nemine audiente: uix tãdem experrectus seruus ac descendens: postq̃ obices claustraq; hostii admouisset: una cum ipsa portarum reseratione congregatim irruentes: adducto seruo in thalamum feruntˢ. Leontida coniectura quadã strepitus ac rursus quod inerat assecutus: e strato se corripit gladiumq; stringit. Sed lichnos restinguere & illos per umbras inuadere oblitus est. Itaq; in multo lumine contectus ad hostiũ thalami ipsis obuiam uadit. Et primo Cephisodorum ingredientem uulnere conficit: deinde cum Pelopida manũ conserit: & cadauere Cephisodori in limine iacente grauem ac difficilem pugnam cõmiscet: introitumq; hostibus prohibet. Tandem a Pelopida uicto interfectoq; Leontida: statĩ Pelopida & socii ad Hipatum abeuntes contra illum irruerunt: quẽ præsentientẽ statimq; ad uicinos se proripientem sine obstaculo ĩsequentes cœperunt: necaueruntq;. His peractis cum ad Melonem cæteroſq; se recepissent: Athenas ad exules qui ibi remãserant mittunt. Et ciuibus ad libertatem conuocatis ac ablatis deceptisq; ex porticibus spoliis fractisq; tabernis & officinis armamentariis qui prope erant: arma adeuntes ciues induũt. Epaminũda & Gorgida collectis optimatũ multis iuuenibus atq; senibus cũ armis auxilio ueniũt. Vniuersa ciuitas cũ iam suspensa esset: dubitaretq; quid tumultus ac discursus adinuicem per domos multis luminibus significaret: nondum in unum collecta multitudine: sed exterrita iis quæ agebantur: nihil clarum prospiciente ad lucem usq; expectatum est. Vnde cum subito Lacedæmoniorum principes neq; cõcurrere neq; congredi prospicerentur: mortem obiisse apparuit: præsidium arcis quod fere ex mille & quingentis militibus constabat: multis ex urbe ad arcem concurrẽtibus clamorem igneſq; ac turbam undiq; secedentem extimescens: silentium ægit: & ipsã arcem retinuit. Orta iam luce exules ex Athenis armati aderant: populus autem in concione erat. Epaminunda & Gorgida Pelopidam socios a sacerdotibus coronas porrigentibus ciueſq; uocantibus: ut patriæ ac diis auxilium ferrent: circũdatos introduxerunt. Concio conspiciendi gratia cum plausu erecta ac clamore surrexit: uiroſq; tãq̃ benefactores ac patriæ liberatores susceptit. Deĩde Pelopida cum Melone & Carone Boetiæ prĩceps electus muro arcem ab muro intersepire: propugnacula undiq; erigere iussit. Conatus multo studio priusq̃ ex Sparta aduentaret exercitus: Lacedæmones expellere: arcemq; libertati restituere: quod pro uoluntate sua successit: & uiros ad Megarum euntes cum fide publica tutos dimisit: donec Cleombroti in thebanos magnis copiis proficiscenti obuiam darẽtur. Spartiatæ ex tribu suiris qui exĩtegro componendæ renouandæq; reip. gratia Thebis erant: Hermipidã peremerunt. Tertius uero Dysoariola multis pecuniis mulctatus extra Pelopõnesum relegatus est. Has res gestas uirtute periculisq; ac certaminibus uirorum rebus a Trasibulo gestis similes simulque a fortuna

adminiſtratas ſororem illius græci appellauere. Non.n. pro ipſa ueritate dici poſſe uidetur: pauciores audacia & fortitudine plures potẽtioreſq; ipſis ſuperauiſſe: & maiorũ patriæ bonorum cauſam extitiſſe. Hanc rem gloria pleniorem effecit mutatio rerum. Nam hoc bello Spartanorum auctoritas extincta eſt. Et q̃ ipſorum prĩcipes terra mariq; expulſi ſunt: ex ea nocte factum eſt: in qua Pelopida non præſidia non muros nõ arcem occupans: ſed in domum. xii. principum quibus reſp. ſeruiebat ueniens: ſcilicet per methaphoram: uerum loqui nodos principatus Lacedæmoniorum indiſſolubiles ac nullo modo credibiles apparentes diſſoluit amputauitq;. Poſtq̃ Lacedæmonii magno exercitu in Boetiorum agro impetum fecerunt: Athenienſes tunc horrendi a ſocietate Thebanorũ: q̃ res paꝝ procedere illis uidebatur: deſtiterũt: necnõ carcerẽ factiões Boetiorum coniecerunt: partim morti partim exilio partim pecuniis mulctantes: nemine ipſis auxiliante. Pelopida & Gorgia Boetiæ duces facti cum inſidias pararent: ut Athenienſes rurſus a Lacedæmoniorũ ſocietate ſeparārẽt: huiuſmodi machinaṁta moliti ſunt. Sphodria Spartanus nobilitate ac gloria belli inſignis: ſed leuitate quadã ingenii notatus: necnon ad nouas ſpes inſane ambitione intentus cum exercitu apud Theſias aberat: ut eos qui a Thebanis deficerent: ſuſciperet atq; adiuuaret. Hunc Pelopida per quendam negociatorem amicum multas pecunias multaq; uerba ferentem hortatur: ut Pyræum a Thebanis non cuſtoditum ex inſperato nudaret atq; occuparet. Quod ſi faciat Lacedæmoniis Athenarum capiendarum gratia nihil carius futurum. Thebanos autem qui pro hoſtibus ac proditoribus habitos ab ipſis Athenienſibus nullum ipſis auxilium laturos. Sed in hac re ut decet magnis in rebus minime mẽtiri: plus uerba q̃ pecuniæ potuerunt. Tandem cum aſſenſiſſet Sphodria: ſumptis nocte militibus in agrum atticum incurſiones faciens progreſſus eſt uſq; ad Cleuſinos. Illic.n. militibus timentibus ne difficile eſſet Spartanis bellum ſuſcipere: tum res iam turbulenta ac comperta appareret: ad Theſbias receſſit. Dehinc ex integro promptiſſime cum Thebanis Athenienſes concertauerunt: & pro dominio maris pugnãtes & circũcirca euntes: illos qui a græcis deficiebant: in beniuolentiam ſuſceperunt. Thebani per ſeipſos ubiq; in Boetia cum Lacedæmoniis manus conſerendo bellandoq; pugnis non magnis ſed magno ſtudio magnaq; exercitatione cõmiſſis: ad remp. animos irritauere: corporaq; laboribus tradidere: & experientiam conſuetudinemq; cum audacia & certaminibus conſecuti ſunt. Quapropter ferunt Antaclidam Spartanũ poſtq̃ Hageſilaus ex Boetia uulneratus pedem rettulit: dixiſſe ei perpulchra gymnaſia apud Thebanos offendens nolentibus ipſis bellare præceptor eris. Erat ſane præceptor nõ Hageſilaus ſed illi qui opportuna ac cum ratione Thebanos tanq̃ catulos prudenter hoſtibus obiicerent. deinde guſtata uictoria cunctaq; audacia ultro bella expetebant. His rebus magnam Pelopida gloriam adeptus eſt. Ex quo.n. primo ducem creauerũt nũq̃ ceſſatum annuatim principem ſuffragiis deſignare. Et uel ſacram cohortem ducere: uel q̃plurimos ex Boetiæ ducibus uſq; ad finem creare. Itaq; apud Plateas atq; Theſpias Lacedæmonii uicti fugatiq;. Qua in acie Phiuida qui arcem thebanam occupauerat: multis ad Tanagram in fugam uerſis una cum Panthide: qui magiſtratu reformandæ urbis functus fuerat: cecidit. Sed iis certaminibus tanq̃ ſi uiciſſẽt: in faſtũ atq; audaciam adducti. Sic ſuperati non multum ſeruitutis animum patiebantur. Nã nõ ex acie atq; aperto mãrte ordine ac legibus pugnas obibãt: ſed tumultuario milite utẽtibus nunc irruendo nunc fugiendo egregie prælia conſerebant. Bellum quod apud Tegrias cõmiſſum eſt: quodãmodo leuctrico produxit: & ſũmopere Pelopidam ad gloriam compoſuit direxitq;. Non.n. ad uincendum dubiam ſpem cæteris imperatoribus reliquit: neq; hoſtibus ut uincerentur: occaſionem opportunitatemq; abſtulit. Nã ciuitati Orchomeniorum res ſpartanas capienti ſuſcipientiq;: duas ipſorum partes pro ipſa ſecuritate: aſſiduas inſidias diſpoſuit. Poſtq̃ audiuit a præſidiis exercitũ apud Locrenſes eſſe: ſperans deſertã Orchomeniorum offẽdere occupareq;: cum ſacra cohorte

pauciſq; equitibus caſtra mouet. Vt uero ad urbem profectus inuenit milites aduẽtaſ
ſe:præſidiumq; reſtauraſſe retro cum exercitu per Tigrias:quæ undiq; deſertos præbe
bant trãſitus receſſit. Nam medius per uniuerſam uallem Melon fluuius prope ex fõ
tibus in lacus ſtagnaq; nauigabilis fluens trãſeundi efficit difficultatem. Paulo hĩc lõ
gius templum eſt Apollinis Tegyreæ:quod uſque ad bellum Medoꝝ præſidente En
checrato uaticiniis floruit. Verumenĩuero hic deum eſſe fabulantur. Mons qui prope
eſt ad cuius radices undæ fluuii franguntur:Delos cognominatur. Poſt templum duo
mirabiles ſuauitate fontes copiaque ac frigiditate fluxuque ſcatent. Quorũ alterũ pal
mam:alterum oliuam uſq; ad hæc tempora appellamus:non ex duobus in medio plã
tis:ſed quia fluuium dea peperit. Nam prope eſſe dicunt præcipitem locum unde ipſa
cecidit ſubito apparente apro & ea quæ ad Phytonem pertinent:& ea quæ ad Titium
ſimiliter quod factum eſt in ipſius dei generatione:huic attribuunt. Sed plurimas in
hac re coniecturas prætereo. Non.n. in eos qui ĩmortales facti ſunt: ex mutatione ſer
mo patrius deum hunc manibus reliquit:ut Herculem & Bacchum qui ex mutatione
uirtute mortalitatem ac paſſibilitatem proiecerunt. Sed ex his qui externi ingenuiq;
ſunt unus eſt:ſi decet ex dictis ſapientium antiquiſſimorumq; uirorum cõiecturas ar
gumentaq; in huiuſmodi re ſumere. Thebanis igitur qui eodem tempore ex agro Or
chomeniorum abierunt:& Lacedæmoniis qui e contra locis caſtra mouerant:ad Tegy
ras uenire contingit. Cum primũ cognitum eſt per difficilia arctaq; loca iter habituros
eſſe:quidam accelerans o Pelopida inquit:incidimus in hoſtes:quid magis inquit q̃ ſi
illi in nos? Quibus dictis tanq̃ futuri belli præludium: equam a cauda impelli iuſſit.
ipſe autem ſperans ea parte qua irrueret:magnopere hoſtes qui numero præualebant
comprimere atq; ſuperare:trecentos milites leuis armaturæ in unum coegit. Erant La
cedæmoniis duæ cohortes. Cohortem Ephorus quingentos eſſe uiros affirmat:Caliſte
nes uero ſeptingentos:Quidã alii quod Polibius ſẽtit nonaginta. Polemarchi duceſq;
Spartanorum Gorgoleon & Thepompus magna animi audacia contra Thebanos ru
unt:magno congreſſu facto inter ipſos duces utrinq; multa ui atq; furore. Primũ La
cedæmoniorum principes contra Pelopidam irruentes cecidere:deinde uulneratis cæ
ſiſq; qui circa illos erãt:uniuerſus exercitus timore perculſus contra utrunq; Thebanis
ſeſe diſpoſuit:ſiue ut uellent illos uulnerare ſiue occidere. Pelopida poſtq̃ illos terre
factos palatoſq; per agros multa ſtrage agebat:non diu illos inſectatus eſt. Timebant
.n. Thebani & reſtauratas Lacedæmoniorum copias & Orchomeniorum exercitus: q̃
non logius caſtrametauerant:ſed quantum ſũmis uiribus & progredi & uincere ſupe
ratũ palatũq; exercitũ potuere:uictoriã proſecuti ſunt. Qui ubi recæptui canere ſigna
auditum eſt:ſpoliis cadauerum detractis:multa gloria domũ abiere. In tot.n. certami
nibus (ut uidetur) græcis & barbaricis prius geſtis: nunq̃ Lacedæmonii q̃multi contra
paucos exiſtentes uicti ſunt:ſed nunq̃ æquis copiis pugnatum. Quare cum terribiles ĩ
ſuperabileſq; eſſent:opinione hoſtes deterrebantur:qui neq; putantur pares copias cũ
paribus dimicare:cum Spartanis manus conſerebant. Illa autem prima dimicatio &
alios docuit græcos:non Eurotam neq; nationis locum uiros pugnatores bellicoſoſq;
producere: ſed illi qui uituperanda abhorrent: & pulchra audent:magis turpia faci
nora q̃ pericula fugientes fortes ſunt & hoſtibus terribiles. Gorgia primus ex quadrin
gentis electis uiris quibus ciuitas exercitationẽ dietamq; in arce thebana militantibus
præbuit:ſacram cohortem (ut ferũt) ordinauit:& propter hoc cohortem ex ciuitate uo
cauerunt. Nam ciuitates uiri ea tẽpeſtate uiuentes iure ciuitates nominauerunt. Qui
dam & amatoribus dicunt atq; amatis hanc aciem eſſe conſtitutam. Et illa acies quæ p
ipſa diſciplina præſtans dicta eſt exploſa. Inquit.n. non pro ordine aciei illud Neſto
ris apud Homerum eſſe:qui iubebat per tribus atq; partes earum cohortes acieſq; græ
corum coordinari:ut tribus tribubus ac pars parti auxiliarentur. Aequum eſſe amato
rem iuxta amatum collocare. Nam ordo ſecundum tribus non multum rationis in

periculis habet: ſed ſi cuneus ex amicis inter ſe amantibus extitit: indiſſolubilis ac inſeparabilis efficitur: cum hi amatorum mirabili amore teneantur: & illi amantiũ magnopere pudeat: ad unum præſenti animo pericula perferunt. Sed haud hoc eſt admiratione dignum. Si. n. rubore quodam notantur abſentes: multo magis ſi præſentia utuntur: ut ille qui cum ipſum iacentem hoſtis trucidaturus eſſet: interrogatus ab hoſte: cur potius in pectore q̃ humeris uulnerari uellet: inquit: ne ſi is qui me amat: terga perfoſſa uulnere reſpexerit: erubeſcat. Dicitur & id eum Herculis qui amabatur certaminis premia coram feciſſe ac ſocium protexiſſe. Ariſtoteles quidem etiam pro ſententia animi ſui ait apud ſepulchrum Iolei amantes atq; amatos tumulo ſolẽnia miſiſſe. Iure igitur cohortem ſacram eſſe appellatam. Quapropter diuinum amicum amatorem appellabat Plato. Fertur hanc ſacram cohortem uſq; ad bellum quod in Heronia cõmiſſum eſt: inſuperabilem inuictamq; permanſiſſe. Poſt quã dimicationẽ cum Philippus eo in loco ſtetiſſet: ubi pugnatum erat: inſpexiſſetq; trecenta cadauera hoſtium ſimul iacentia: qui in cõfertiſſimis armis obuiam ſariſſis iuerãt: ubi audiuit ſacrũ agmen illud eſſe: admiratum uehementer ferunt: dixiſſeq; : Dii eos perdant: qui iſtos uel facere uel pati turpiter aliquid ſuſpicantur. Tandem non ut poetæ a Thebanis diſcunt: q̃ lauis principium conſuetudinis cohortis amatorum fuit: ſed legum latores: ut ĩnatam illorum iracundiam atq; intemperantiam q̃propere ab adoleſcẽtia reprimerent: multũ ſonitus ſtudio & diſciplina omni admiſcuerũt ad honores & magiſtratus illos adhortantes temperanteſq; iuuenum mores clarum amorem in palæſtris nutriuerunt. Recte igitur ad hoc deam ex Marte & Venere natam in urbe uoluerunt: & ibi res militaris & maxime ſita ciuitas perſuaſionum ac gratiarũ particeps uerſaretur: & omnibus per harmoniam concomitatemq; conſtitutis ac diſpoſitis conſtitueretur ĩ repu. longe morigerata atq; ornata. Hanc ſãctam cohortem Gorgia in primis ſedibus & ĩter uniuerſam phalangem armatorum diſpoſuit: ſed claram nõ reddidit neq; cõmunẽ fecit uirorum uirtutem: quæ diuiſa ac multis in locis diſpartita impotentior erat. Pelopida poſtq̃ una cum illis rerum bene geſtarum apud Tegiras ſplendorem clariſſimũ cõſecutus eſt: non amplius cohortem diuiſit atq; dilatauit: ſed tanq̃ toto corpore utens magna ac periculoſa certamina aggrediebatur: quẽadmodum equi dum ruunt effuſi carcere currus: celerius q̃ per ſeipſos impulſi currunt: non dico quando percuſſum aera multis tinnitibus ſcindunt: ſed quando ardore animi inuicem currere contendunt certantq;: ſic fortes uiros amore quodam atq; ardore pulchrarum rerum gerendarũ certantes utiliſſimos in rep. atq; prõptiſſimos eſſe putabat. Poſtq̃ Lacedæmonii pacẽ cum omnibus græcis compoſuerunt: ac Thebanis bellum intulerunt: & Cleombrotus rex in expeditionem decem milia peditum & mille equites agebat: periculumq; non de his quæ antea Thebanis ĩminebant: ſed deſolatam urbem præbiturum ſe rex mirabatur: & maiori terrore q̃ prius Boetia perculſa eſſet. Pelopida domũ egrediens lachrymãte uxore & exhortante ac rogante ſeipſum ſaluũ reddere: inquit: O mulier priuatorũ ſemper eſt admonere: ducum autem ac imperatorũ alios ſaluos facere. Cum ueniſſet ad exercitum: & duces minus concordes offendiſſet: primũ Epaminunda qui decernebat cum hoſtibus bellum miſcere: ſententiam animi ſui aperuit. Boetiæ ĩperator Epaminunda non erat: ſed cum plurimũ fidei adhiberetur: ut æquũ erat homini: qui talia urbi ſigna ad libertatem dederat ſacræ cohorti præerat: ut uiſum eſt cum hoſtibus manum conſerere ĩ leuctris Pelopida terrore cuiuſdam uiſionis magnopere perculſus eſt. In agro leuctrorum Cedaſi filiæ quas Leuctradas a loco appellant ſepulturam habent. Nam ab hoſpitibus ibi ſpartanis uiolatis occiſiſq; corpora humo mandari contigit. Hac ĩdigna re atq; iniqua pater ubi apud Lacedæmonios iura ſibi comparare nõ licuit: exercitationibus ſpartanis laceſſitis ſeipſum in tumulis natarum ferro trucidauit. Spartani ſedulo oraculis admonebant leuctrica monumenta uenerari cuſtodiriq; nequa magna multitudo conflueret: ſed locũ ĩgenti cura multaq; diligẽtia cuſtodirẽt:

quoniam & paruam Lacones urbem ad mare habent: quæ Lecturum nominatur: nec non in magna urbe Arcadiæ locus est eiusdem nominis. Hæc igitur calamitas multo ā tiquior erat Leuctricis. Pelopidæ cum somno & quieti sedulo indulgeret: uisum ē puellas lamentantes spartanosq; execrantes circa busta intueri: Scedaphumq; iubere flauā puellis uirginem pro hostia mactari: si eo anno esset ut hostes ab eo superatum expugnatumq; iri uellet. Hæc præcepta cum grauia atq; indigna uiderentur: exurgens & ꝑ uatibus & principibus in medium rem omnē exposuit: quorum aliqui præpositis maiorum exemplis: uidelicet ne micei creōtis & thethiodis Herculis censebant: & impigre & fideliter hostiam mactandam. Deinde Phorecidem sapientem a Lacedæmoniis necatum: & pro oraculi monitu a regibus eius pellem seruatam: & Leonidam qui oraculo pro Græcia quodāmodo seipsum mactauerat: adducebant in exemplum: necnon illos qui ante bellum nauale in Salamina cōmissum a Themistocle Baccho crudeliter iugulati īmolatiq; fuerant. Illis res bene gestas: huic autem Hagesilaum qui aduersus eosdem hostes & eodem loco quo Agamēnon militauerat: testimonia esse aiebat. Nā dea per uisionem in aulide insula ibi dormienti filiam īmolari iusserat. Cui cum minime nauare operam uellet: mollicie quadam animi cōpulsus exercitum nulla cōparata gloria nullo suscepto emolumento dimisit. Quidam in contrariam tracti sententiam aiebant huiusmodi īmolationem barbaram crudelemq; existere: & a nemine eorū qui aut meliores aut potentiores extiterunt pro uirtute habitam esse. Non. n. imperare Tiphones illos atq; gigantes sed omnium patrem hominumq; deorumq;. At non stultū est credere deos inferiores sanguine hominum gaudere ac nece: qui cū huiusmodi sint tanq̄ impotentes negligendi sunt: cum īnata quadam animi imbecillitate atq; improbitate & absurdis iniquisq; affectibus afficiantur. Has disceptationes consiliaq; agitantibus primoribus: cum Pelopida nunc huc uersaret animū: nunc illuc: & in partes traheret uarias: equa quædā iuuenilibus annis ex grege se eripiens per arma per uiros cursu delata iuxta illos stetit: spectaculumque omnibus de se præbuit: quæ splendida cute ardentissimis iubis & austera ac electa terribiliq; uoce erat. Theocritus augur: cū hoc perspexisset: aduersus Pelopidam inclamans inquit: O diuine Pelopida hostia ad te ꝑfecta est: minime alia uirgo expectanda: sed quod deus obtulit: suscipiendum. Deinde suscepta equa est: & ad uirginum busta deducta pro consuetudine īmolata. Itaq; in castris de uisione Pelopidæ & īmolatione sermo exoritur. Phalanx Epaminundæ cū dextrum cornu Spartanorum lōgius esset ab aliis græcis: & cum ui impetum faceret: & cōgregati per cornua Cleombrotum repelleret: ad futurum certamen in sinistrum cornu obliquā tracta est. Hostes cum hoc animaduerterent: seipsos ab instituto ordine dextro latere extenso productoq; in ambitum mutauerunt: ut Epaminūdam cum multitudine circūuenirent atq; comprehenderent. Pelopida in tecta cum sacra cohorte currens irruensq; Cleombrotum prius conspexit ac superauit: q̄ cornu ab illo extenderetur: & in unum acies conduceretur cōcludereturq;. A Lacedæmoniis fracto ordine una contra hostes tumultuatum atq; itum est. Spartani uniuersa in re militari sūmi artifices sūmiq; magistri nullo pacto tanta prudentia tanta peritia fuere: ut efficerent: ne ordo ac acies dissoluta turbaretur ac nauigaretur: sed omnibus omnium ducum imperio obtemperantibus: uel conserendo uel acies instruendo nulla rei militaris legitima disciplina gerebatur. Facto impetu ab ipso Epaminunda cū sacra cohorte: Pelopida despe ratione quadam atq; audacia in armis existens adeo illorum animi elationem atq; disciplinā oppressit contusitq;: ut maior fuga maiorq; clades Spartanorum q̄ unq̄ facta sit. Quapropter Epaminunda imperator non imperans & totius exercitus dux paruæ partis ductor: æqualem sortem gloriæ illius uictoriæ reportauit. Cum ambo imperatores essent in Pelopōnesum copias ductauere: & plurimū Laconiæ multosq; populos a Lacedæmoniis deficientes Elium Argos uniuersamq; Arcadiam in fidem Thebani populi reduxerunt: quo tempore hyemis rigoribus in conuersione existentibus: cū

menſi qui magiſtratui terminus aſtabat:pauci dies ſupereſſent:munus primo menſe futuro deſignati imperatores inituri erāt. Quare illis qui exercitui præerant:uel imperium deponendum:uel capitis pœnas ſubeundum. Cæteris ducibus hanc legem timẽtibus hyemẽq; fugientibus cura ſtudiumq; fuit cum exercitu tecta domoſq; repetere. Pelopida primum una mente eademq; ſententia cum Epaminunda factus: perſuaſis compulſiſq; ciuibus ad Spartam copias duxit:& ultra Eurotam traiecit:uniuerſa regione depopulata: deductiſq; uſq; ad maritima littora.lxx.milibus militum græcorum ex quibus minor pars q̄ duodecima erant ipſi Thebani multas urbes illorum occupauit. Sed gloria uirorum ſine decreto publico effecit:ut omnes ſocii libenter illos duces ſequerentur. Lex & prima & antiqua(ut uidetur)egenti ſalute principem cuius operis erat ſaluum facere: reddidit:etſi ita ſe haberent quemadmodum ſereno aere utentes: uel iuxta littus nauigantes:qui petulanter apud rectores nauis ſe haberent:& audacter periculum ac hyemẽ ſubeunt:ſperantes gubernatorum ductu pericula eſſe euaſuros. Argii & Elii & Arcades in conſiliis diſſentientes cum Thebanis de duce: quem contra eos miſerant:& q; præter æquũ illorum ducibus qui ſeſe pro eorum uoluntate & non publicis ſuffragiis ī imperium ſubrogauerant:obtemperabāt:in ea dimicatione ſequebantur: uniuerſamq; ſub uno imperio Arcadiā redegerant. Maſſanam autem urbem quam ſpartiatæ incolebant:occupantes: reuocatis reductiſq; antiquis Meſſanatibus habitandam præbuerunt:& cum domũ repeterent: per centuriones facto itinere Athenienſes qui retro per loca arcta pugnam miſcere & tranſitum arcere conabantur: uicerant. His rebus cæteri omnes hoꝝ uirtutem fortunamq; magno amore ac admiratione proſecuti ſunt. Sed inuidia:quæ innata domeſticaq; ac familiaris in ciuitatibus ſemper fuit:ſimul cum gloria uirorum aucta non pulchre decenterq; ſuccedentia tempora ipſis præparauit. Nam cum domũ rediiſſent:ambo rei capitis accuſati in iudicium uocantur:quoniam non depoſito magiſtratu eo tẽpore quo lex iubebat: quẽ ap pellant:quattuor uniuerſos menſes præter legem functi eſſent:quo tempore eſſe Meſſanam Arcadiamq; atq; Laconiam exercitum ductauere. Pelopida quia primus in iudicio accitus:maiora pericula ſubiit:utriq; uero abſoluti ſunt. Sicophantias & inuidorum conatus Epaminunda:cum in animũ ſibi induxiſſet:tolerantiam in rebus ciuilibus magnam eſſe partem fortitudinis atq; magnanimitatis æquo animo tulit. A Pelopida uero nam iracundo ab amicis impulſo repugnatum atq; obſtatum. Meneclides unus ex his qui cum Pelopida & Melone in domũ Caronis euenerant:poſtq̄ pari auctoritate & cæteri in rep.non habebantur:cum homo eſſet lingua procaci & magna eloquentia maliſq; moribus inſtitutus:pro natura atq; ingenio ſuo bonos calũniari aggreſſus eſt:qui nec etiam poſt iudicium illud quieuit. Itaq; legem præſcripſit: ne Epaminũdæ imperio cæteriſq; urbis muneribus fungi liceret:& per multum temporis a re pub.abiecit. Pelopidæ uero apud populum per calũnias inurere maculas non ualuit: Sed adhibitis magno conatu ſicophantis apud Caronem cum quo cõmune quoddam inuidiæ ſolatium habebat:calũniis agebat:& quibuſcunq; ipſi non poterant boni apparere:hos alio quodã modo cæteris improbos prædicabant:& multis laudibus uerborum elatiõe geſta imperia ac trophæa Caronis Menoclides apud populum extollebat: uictoriam apud Plateas habitam equeſtri acie antẽ conſertum in leuctriis campis prælium duce Carone. Hoc pacto in oblatione ad deos obſcurare molitus eſt. Androclides Sicizenus cui negocium datum erat:ut alia bella ſcriberet:operam nauauit in Thebis: cum rebellio eſſet:inſtaretq; bellum: Thebani apud ſe tabellas finis non multum egẽtes:retinuerunt. Huic cum diis illas uoueret ſuſpenderetq;:perſuaſit ut nomen Caronis ſubſcriberet:ut Pelopidæ atq; Epaminundæ gloriam offuſcaret. Erat autẽ temeraria ac ſtulta quædam gloriæ contentio:ad eum qui tot taleſq; uictorias conſecutus fuiſſet. Cum ipſe unius belli uictoriæq; tantam gloriam comparaſſet: quo in certamine Gerendas quidam Spartanus obſcurus homo cum.xl.cecidit. Aliud laudis dignum a

Carone geſtum non tradunt. Hoc decretum quod iniquũ aſſerebatur: Pelopida tulit: quod Thebanis non patrium erat quẽdã priuare uirum aliquo honore afficere: ſed publicæ patriæ nomẽ uictoriæ ſeruare. Caronem per totam cauſam magna uerborum copia ſine inuidia laudatum habuit. Menecledam uero inuidum improbumq; accuſãs: Thebanos interrogauit: ſi nihil pulchrum ipſis factum eſt: quid ſit q̃ non Meneclida pecuniis mulctetur. Quam poſtea cum exoluere non poſſet: propter multitudinẽ ad ortus eſt remp. nouis rebus agitare. Hæ quandam habent uitæ contemplationem atq; iudicium. Poſtq̃ Alexander Phereus aperte multis theſſalorum bellum inferebat: omnibus autem inſidias tendebat: oratores ad Thebas ciuitates legauerunt imperatorem exercitumq; implorantes. Pelopida cum uideret Epaminundam res in Peloponeſo diſponere atq; diſpenſare: nec alio imperatore opus eſſe: ubi Pelopida adeſſet: ſtatĩ aliis neglectis ad theſſalos iter intendit. Vbi in Theſſaliam copias ductauit: Lariſſam q̃primũ cæpit: & Alexandrum uenientem timentemq; pro uiribus operam dedit: ut ĩ beniuolentiam redigeret: & ex tyrãno iuſtum principem manſuetumq; theſſalis redderet. Cum aduertiſſet illius animũ eſſe in auariciam crudelitatemq; præcipitem ac ĩmedicabilem: petulantia quadam exaſperatus Pelopida aduerſus eũ indignatus eſt. Quare fugiens cum ſatellitibus Alexander abiit. Pelopida redactis multa in ſecuritate ac cõcordia cum tyrãno theſſalis: ad Lacedæmonios diſceſſit. Ptolemeus cum bellum Alexãdro Macedonum regi inferret: accerſitus Pelopida ab utriſq; rei conciliandæ cauſa: ut tanq̃ iudex ſociuſque ac patronus eius qui iniuria afficiebatur: cauſam ageret: profectus ſædatis contentionibus reuocatiſq; exulibus pro obſide Philippum fratrem regis trigintaq; alios pueros claro genere ortos Thebas adduxit: ibiq; conſtituit: ut oſtenderet græcis thebanos apud peregrinas gentes rerum geſtarum æquitate ac gloria pollere. Hic ille Philippus erat: qui poſtea pro græcorum libertate pugnas obibat. Tunc puer exiſtens multum temporis Thebis in dieta ac diſciplina rei militaris continuit. Quapropter Epaminũdã imitari uiſus eſt: forſan q̃ ipſũ peritũ ſtrenuũq; ĩ rebus bellicis & in re militari exiſtimabat: cuius uirtutis parua pars in uiro erat. Ex continentia uero iuſtitiaq; magnanimitateq; ac manſuetudine magnũ plane comparauerat ſplendorem. Philippus neq; natura neq; imitatione partem aliquam conſecutus eſt. Poſt hæc accuſantibus Phereum Alexandrum theſſalis: q̃ turbatione ciuitates fatigabat: Pelopida cum Iſmeneo legatione functus haud futurum bellum ratus ſine exercitu ꝓfectus eſt: ſed a theſſalis pro iis quæ ĩminebant uti exercitu eſt coactus. Interea rurſus rebus in Macedonia turbatis Ptolemeus regem interfecit: regnumq; occupauit. Amici regis qui mortem obierat: Pelopidam accerſiuerunt. Qui cum in rebus bellicis gloriã quæreret: & proprios milites non haberet: militibus conductis ad Ptolemeum iter habuit. Vbi prope uentum eſt: militibus a Ptolemeo pecunia corruptis perſuaſit: ut Pelopidam dimitterent. Ptolemeus nomine atq; gloria Pelopidæ terrefactus: tanq̃ potẽtiori occurrit: quem cum & amplexu & precibus proſecutus eſſet: fratribus regis regnũ pollicitus eſt ſe cuſtoditurum: Thebanis autẽ ipſum hoſpitẽ & amicum habiturum. Pelopida Philoxenum Ptolemei filium &. L. alios obſides Thebas miſit. Stipendiarium perditionem grauiter ferens: cum audiuiſſet & filios & uxores illorum cum plurima ſupellectile in campis eſſe pharſalicis: tanq̃ de illis imperium habuiſſet: digna pœna pro his quibus iniuria laceſſitus fuerat: affecit: & quibuſdam ex theſſalis ſũptis in pharſalum concedit. Quo ut uenit: Alexander tyrãnus q̃primũ cum exercitu apparuit. Pelopida expugnaturũ ſe illum ꝓficiſci arbitratus: ad ipſum uiã ĩgreſſus eſt: quem etſi peſtiferum homicidamq; cognoſceret propter patriam atq; auctoritatẽ gloriãq; nihil iniuriarum pati cenſebat. Ille ut uidit illos inermes, ſoloſq; gradientes: ſubito capi iuſſit: & pharſalum occupauit: terrorem ac metum ſubditis iniecit: tanq̃ poſt talem ĩ iuriam atq; audaciam omnes ſupplicio mulctaturus: & ita uſurus eſſet contingẽtibus rebus & hominibus quaſi uitã in deſperatione poſuiſſet. Thebanis his accæptis animi

ſeſe angere & iratum exercitum ſubito ad Epaminundam aliis electis ducibus miſe-
runt. Pelopidam ad ſpheras ductum principio tyrānus omnes adire permittebat: pu-
tans illum uinclis & carcere fatigatum miſerum mæſtumq; eſſe factum. Poſtq̄ phere-
is Pelopida lamentantibus perſuaſit bono animo eſſe: tanq̄ rex ſtatim pœnas daturus
eſſet: ad illum ipſum ſuo nomine nuntiauit abſurdum eſſe miſeros ciues īſontes quo
tidie morte afficere: ſibi autem parcere quem maxime cognoſcat ulturum: ſi ſeruetur.
admiratus Alexander eius animi magnitudinem ac loquendi licentiam: quidnā inquit
accelerat mortem Pelopida? Ille cum hoc audiſſet: inquit: Tu diis inuiſus q̄celerius op
petes. Deinde prohibuit quenq̄ ab extra ad ipſum accedere. Thebe nata Iaſone Alexan
dri uxor: cum audiuiſſet ab iis quibus Pelopidæ cura traducta eſſet: magna uirum fi-
ducia magnaq; generoſitate inſignem eſſe: maxima cupiditate & uidendi illum & allo-
quendi capta eſt. Cui cum ad ipſum accederet: præſtantiam formæ uinclis & carcere fa
tigatum principio perſpicere non licuit. Sed ueſte & capillo barbaq; demiſſa ægritudi
nem animi in eo aſſecuta collachrymauit. Primū Pelopida incognita muliere quæ eſ-
ſet: uehementer admiratus eſt: quam ut cognouit more patrio eam compellat. Nā &
familiaris & amicus erat Iaſoni. Dicente illa miſeret me tuæ uxoris: & me reſpondit Pe
lopida tui: q; libera ſis & Alexandrum feras. His uerbis concitata mulier tyrāni crudeli
tatem ſuperbiamq;: cum alia petulantia iuniori fratre in turpi uenere utebatur: grauī-
ter ferebat. Quapropter perſæpe Pelopidam petens: multa cum audacia ſermone inſti
tuto de his quæ paſſa erat: ad multum irarum atq; odii in Alexādrū irritata eſt. Poſtq̄
in Theſſalia facto impetu res male geſta eſt: & imperitia quadam ac mala fortunā du
ces turpiter pedem rettulerunt: illorum ſinguli mille dragmarum pœnas dederunt: &
Epaminunda cum exercitu miſſus eſt. Subito igitur ob nomen gloriamq; imperatoris
magno theſſalorum motu exorto paruo rerum momento ut tyrānus perderetur opus
erat: tantus terror ducum atq; amicorum regis mentes occupauerat: tantuſq; impetus
ad rerum defenſionem ſubditus fuit: expectantibus q̄propere tyrānum pœnas datu-
rum. Verum Epaminunda gloriam ſuam ad ſalutem Pelopidæ ferens timenſq; ne re-
rum mutatione Alexander ſui diffidens: tanq̄ fera in illum irrueret: bellum intercape-
dine quadam ac tarditate protrahebat & moderabat: placabatq; tyrānum ne pertina-
cia atq; temeritae ſua uteretur: & ne ad iram atq; ad exacerbationem illum irritaret. Au
dita eius crudelitate atq; iniquitate: q; uiuos quoſdam homines ſepelierat: & quoſdā
aprorum atq; urſorum coriis circundatos telis & canibus uenaticis lacerandos lanian-
doſq; præbuerat. Melibœum puberem apud ſtotiſas compoſitis induciis atq; amicitia
cum ciuitatibus unā circunſtantibus ſatellitibus iugulauit. Haſtam qua Polifranem
auunculum morti dedit: ſacrauit atque coronauit: & tanq̄ deo rem diuinam fecit.
Cum ſemel Tragœdum quendam reſpiceret Euripidis Troianos inducentem fugien-
téq; ex theatro abiit: & per internuncium iuſſit ne propter hoc deterius tragœdiam age
ret. Non. n. inquit diſcedere ille diſpliceret: ſed q; ciuibus erubſceret ſi lachrymās nemi
nem ex iis quos leto præbuiſſet: in malis Hecubæ atq; Andromachæ uideret. Hic & glo
ria & nomen & fama imperii militiæq; Epaminunda ſtupore quodam terrefactus: ut
gallus uictus inclinatis pénis timuit: & quoſdam expurgandi ſui gratia ad ipſum mi-
ſit. Epaminunda autem pacem amicitiamq; cum tali uiro Thebanos componere non
tulit: ſed percuſſo fœdere datiſq; triginta dierum induciis belli ſumpto Pelopida ac Iſ
menia ſeceſſit. Thebani a Lacedæmoniis Athenienſibuſq; diſſentientes ad magnum
regem legatos pro ſocietate mittentes Pelopidam legauerunt: illius gloriæ optimæ cō-
ſulentes. Primum quidem magno cum honore ac nominis celebritate per urbes regis
iter habuit. Non. n. gloria rerum geſtarum contra Lacedæmones obſcura per aſiā cu-
currit. Sed poſtq̄ rumor de bello leuctrico exortus eſt: ſēper addita noua aliqua bona
fortuna longius fama nomenq; Pelopidæ euolauit: qui poſtq̄ conſpectus eſt ad fores
a ſatrapis ac ducibus: ſermo admirabilis de illo habitus eſt: q; ille hic uir erat: qui terra

mariq; Lacedæmonios fugauerat: necnon q bellū quod erat apud Suſas & apud Euatanos ad Getam atq; Eurotam Spartamq; quæ pauloante magno regi & Perſis p Hageſilaum imperabat conſtituit. His rebus Hartaxerxes gaudio affectus eſt: & Pelopidæ gloriam & nomen magis ac magis admiratur: qui cum optaret a maximis uiris & coli & magnificum beatumq; uideri: honoribus magnificauit. Poſtq̄ eum uidit: & ſermões atticis ſtabiliores Lacedæmoniis animaduertit: & magis eū amauit: & cū affectu quodam regio afficeretur: plurimum illi tribuens: aduerſus uirum honorem non celauit: neq; alios legatos latuit. Ex græcis Andaclida præſertī Lacedæmoniū ficto honore honeſtauit: & corona qua in potatione utebatur: tincta odorifero unguēto eum donauit. Erga Pelopidam uero non ſic ab eo geſtum eſt. Nam multis priuilegiis illi cōceſſis maximis ſplendidiſq; muneribus eum honoratum dimittere uoluit. Enimuero ſui iuris græcos fecit: & Meſſanam habitādam præbuit. Thebanos quoq; patrios græcoſq; amicos appellabat. His habitis priuilegiis nihil munerum recepit: quod beniuolentiæ atq; gratiæ ſigna non eſſēt. Itaq; alios legatos quia ſecus ægiſſēt accuſabat. Timagorā Athenienſes in ius uocatum quoniam multa munera ſupceperat: & ſi recte iuſteq; illa ſūpſiſſet: interfecerunt. Nam non modo aurum atq; argentum ſed etiam lectum ſumptuoſum ſeruiliaq; ſtrata acceperat. Hoc græcos celatum ire exiſtimans: & octuaginta boues tanq̄ mala ualitudine laboraſſet: & bouino lacte indigeret acceperat. Tandē ī lectica delatus in mare deſcendit: & quattuor talenta laboris precium ferentibus a rege data. Sed uidetur non munerum ſuſceptione Athenienſes Timagoram morti condēnaſſe. Epicrates cui ī quandam expeditionē impedimentorum cura fuit: cum eo animo eſſet: ut minime neganda a rege munera eſſent: hoc decretum tulit: ut annuatim loco nouem principum nouem legati ad regem ex popularibus ac pauperibus mitterentur: ut ſuperceptis muneribus ditiores efficerentur. Hæc res populū lætitia affecit: ſed quoniam apud Thebanos hoc fecerat moleſte tulerāt: non cogitantem quātum gloria Pelopidæ oratoris perſuaſionibus potentior erat apud homines eos colentes: qui ſēper ī rebus bellicis uictores euaſiſſent. Ea igitur legatione redeunti Pelopidæ: q̄ meſſanā habitāndam a rege multaq; alia uiuendi pro ſuis legibus iura impetrauerat: non paruum beniuolentiæ incrementum factum eſt. Alexandro iterum ad naturam ſuā recurrente & hominum pecudumq; prædas ex theſſalico agro agēte Phitionis autem achiuis omnibus magniſq; præſidium imponente: cum auditum eſſet Pelopidam redire: ciuitates ſtatim quoſdam Athenas legauerunt: & exercitum imperatorēq; illum petierūt. Cū a Thebanis decretum eſſet copias ac imperatorem mittere: omnibus alacri animo paratis cum iam dux iter ingreſſus eſſet: ſol eo die fictus tenebris eclipſim ſuſcepit. Pelopida hac de re cum animaduerteret omnes metu & mala ſpe perculſos: non putauit præter eorum uoluntatem eſſe homines cogendos: neq; in pericula ſeptem milia ciuiū ducendos: ſed ipſe cum aduenis ac trecentis uoluntariis equitibus in expeditionem profectus eſt: non per augures non per alios ciues habitis auguriis. Nam ingens & manifeſtum e cælo ſignum aduerſus uirum apparuit. Hic ira quadam q̄ ab eo iniuria laceſſitus fuerat: calidus hanc rem aduerſus Alexandrum aggrediebatur: ſperans domū illius infirmam corruptamq; inuenturum: & iis quæ Thebæ perſuaſerat: & maxime ipſum prouocabat rei pulchritudo & gloriæ ambitio: itemq; q̄ multum honoris ea tempeſtate qua Lacedæmoni Dionyſio Siciliæ tyrāno duces uiroſq; qui ex integro leges muneraq; ciuitatum renouarent: miſerant: comparauerant. Athenienſes Alexandrum ſub ipſis merentem habebant: & tanq̄ officioſum benefactoremq; eorum erexerant. Tunc græcis ſoli thebani oſtenderunt pro libertate Græciæ: ut iniquos uiolentoſq; potentatus delerent: bella ſuſcipere. Vt igitur in Pharſalum uenit: congregato exercitu contra Alexandrum progreditur. Hic cum perſpexiſſet non multos cum Pelopida eſſe Thebanos: & ſe aut plures theſſalis aut bis tot milites habere: obuiam cum ingentibus copiis aduentare eo melius inquit: Nam plurimum uictoria nobis aderit: cum tumuli quidā

altiſſimi procliuiq; ac plurimi qui canis capita cognominabantur intereſſent: ab uno q; imperatore peditibus negocium datum eſt illos occupare. Pelopida cum equitibus & multis & fortibus in equites hoſtiles irruit. Poſtq̃ iſti uicerunt: & cum fugientibus ī planicie manus conſeruerunt: Alexander poſt uenientibus theſſalis peditibus conanti buſq; euadere ad loca multa ui munita & altiſſima tumulos occupare uolens ac ī illos irruens: primos interfecit: alii acceptis uulneribus nihil ægerunt. Quod uidens Pelopi da reuocatis equitibus in aciem hoſtium irruere iuſſit: ipſe curſu delatus ad eos qui cir ca tumulum pugnabant: ſumpto ſcuto factoq; impetu ad primos qui retro ſequeban tur ad tantum roboris tantumq; ſpiritus omnes cõmouit: ut hoſtibus uiſum ſit & cor pore & animo alios eſſe. Quo factum eſt ut duo uel tres phalanges turbatæ fugatæq; ex primis partibus extiterint. Reſpicientes autem hos cum impetu uenientes & equitẽ a fuga uerſum regreſſi manus cõſerunt. Pelopida qui omnem exercitum hoſtium e tu mulo reſpiciebat obſeruabatq;: nondum in fugam ſuis cõuerſis: ſed iam tumultu tur bationeq; repletis: ut gradum compreſſit: Alexandrum quæritans & animo & oculis: uiditq; ipſum ad dexteram ſuos exhortantem ac in ordinem redigentem: nõ coacta ira ratione: ſed ad ipſum intuitum pectora incenſus dato corpori animo & dato imperio operationi multo ante oculos prouectus uociferans tyrãnumq; uocans impetũ fecit. Ille haud expectato ſuſceptoq; impetu fugiens inter ſatellites delituit. Stipendiarii q primo pugnam laceſſere inceptarunt: a Pelopida regreſſi ſunt: & quidã uulnerati mor te obierunt. Multitudo telis longius in arma cõiectis: Pelopidam uulnere confecerũt: quouſq; theſſali dolore affecti concurrentes ex tumulis auxilium tulerunt: ſed iã mor te obierat. Equites facto impetu uniuerſam phalangem in fugam uertunt: & inſequẽ tes cæſis plus tribus milibus q̃plurimis campos cadaueribus repleuerunt. Sed Theba ni qui aderant mortem Pelopidæ ægro animo ferebant: patrem ſenatoremq; ac magi ſtrum maximorum & pulcherrimorum bonorum uocitantes. Haud ualde admirãdũ: Theſſali ſociiq; omni humano honore quo uirtus digna eſſet: ſatis ſuperq; honeſta runt: demonſtrauerunt q; magis ipſo animi affectu beniuolentiam: qua erga ipſũ affi ciebantur. Ferunt. n. eos qui rei affuerunt: audito eius obitu neq; thoracam ipſis neque frænos eqs detraxiſſe nec uulnera ligauiſſe: ſed ad cadauer ꝓperantes: ut hoſtiũ ſpolia circa illud colligerent: cum armis ire pergunt. Tonſis equis uiriſq; haud ſuſcitato igne nullo cibo corpora refecerunt: ſed tanq̃ in ſeruitutem redacti & non uictores ſed uicti ſuperatiq; a tyrãno eſſent mærore affecti ſilentium agebant. Poſtq̃ hoc diuulgatũ eſt: ex ciuitatibus magiſtratus & ephebi pueriq; ac ſacerdotes cũ trophæis coroniſq; diuer ſiſq; aureis armis funus ſequebãtur. Cum iam feretrum ſubeundum eſſet: maioribus natu theſſalorum orantibus ſepeliendi cadaueris negocium ſibi mandari: Vnus hanc in medium orationem habuit: Viri ſocii ī hac tam triſti aduerſaq; fortuna gratia qua dam hoc honoris atque conſolationis a uobis oramus. Cum non contigerit theſſalis ui uum Pelopidam neq; remittere neq; dignis honoribus eum in uita honoratum redde re: ſi euenerit impræſentiarũ eius corpus tangere ferreq; ac ſepulchro condere: comper tum uobis erit theſſalos maiori calamitate affectos eſſe q̃ thebanos. Vobis enim uiro optimo duce nobis autem & hoc & libertate priuari accidit. Nam quo pacto alias aude mus ducem a uobis petere: cum Pelopidam minime uiuum reddiderimus. Thebãi his in rebus theſſalis morẽ geſſere. Cæteras omnes ſepulturas Pelopidæ ſepulchra magni ficentia atq; ſplendore ſuperare uidentur. Quarũ ſplendorem non in ebore auroq; ac porphyro ponendum exiſtimant: quẽadmodum Phyliſtus qui Dionyſii ſepulturam magnæ tragœdiæ tyrãni theatralem cantum exiſtentem laudat atq; admiratur. Alexã der magnus moriente Ephiſtone non ſolũ equos muloſq; tonſos fieri uoluit: uerũ eti am pinnas propugnaculaq; ex muris tundi præcipitariq; iuſſit. quo mœnia urbis mor te Ephiſtionis magno ſui relicto deſiderio mærere luctuq; affecta uideretur: q; priſtina pulchritudine prioribuſq; ornamẽtis ſpoliata nudataq; eſſent. Hæc cum herili quodã

iuſſu uiolentoq; & multa cū inuidia odioq; facta nulla beniuolētia nullo honore: ſed quadam oſtentatione diuitiarum barbaricæq; ſuperbiæ & quadam inani ambitione ac iactantia luxuri oſe aguntur. Pelopida uir popularis qui apud exteras gentes diem ſuū obiit: cognatorum præſentia & uxoris & filiorum deſtitutus nemine aut rogato aut co acto a tot populis totq; ciuitatibus certatim agētibus coronatus præmiſſus delatuſq; uerum ſui deſiderium uerāq; fœlicitatē abeundo reliquit. Non. n. pro ſētentia Aeſopi: mors grauior eſt eorū qui in fœlicitate moriuntur: uerū beatiſſima ſi ī urbe & libera & grata oppetere & res bene geſtas deponere contigerit: non mutata cum morte bona fortuna. Quapropter optime Laconius ille: qui cum ſalutaſſet uictorem in olympo Dyagoram habentem filios coronatos & nepotes ex filio filiaq;: inquit: Moriēdum ē o Dyagora: ne alias in olympum aſcendas. Siquis olympias phyticaſq; uictorias in unū colligeret: non puto unicæ uictoriæ æquandas Pelopidæ dignum putaret. Qui cum multotiens prælia conſeruiſſet uictorq; euaſiſſet: & plurimū uitæ gloria & honore conſūpſiſſet: Tandem in decimo tertio imperio in quo contra tyrānum uictoriæ premium aſſecutus erat: pro libertate theſſalorum diem ſuum obiit. Cuius mors non paruam animi ægritudinem ſociis præbuit: ſed multo autem magis auxilio fuit. Nam poſtq̄ thebani Pelopidæ mortem accæperunt: remota omnino ultionis dilatione: ſtatim Malti cum & Diogetonum cum ſeptem milibus peditum & ſeptingētis equitibus aduerſus Alexandrum miſerunt: quem cum ſine militibus deprehendiſſent: coegerunt illum ut theſſalis occupatas urbes reſtitueret: & Magnetas Phitiotaſq; Achiuoſq; dimitteret: & præſidiis dimiſſis iuramento obligarent pro thebanorum uoluntate eos ad bellum ſe ſecuturum. Alexander his legibus coactus eſt. Quas pœnas paulopoſt dederit: pro his quæ in Pelopidam ægit: narrabo. Thebem eius uxorem (ut dictum eſt) Pelopida hortatus fuerat: ne externum ſplendorem atq; apparatus qui in externis militibus eſſēt trepidaret. Deīde cum perfidiam eius timeret: oderetq; crudelitatem: cum tribus ſuis fratribus Ethiſiphone Pitalo & Lycophrone hoc modo coniurationē ſtruxit. Alia domus tyrāni a nocturnis ſtationibus ſeruabatur. Thalamus in quo ſōnos capere conſueuerat in altiſſima parte ædium: pro cuius foribus canis ligatus omnibus niſi cuſtodibus & ſeruo qui cibos porrigebat aſtabat cubabatque. Cum iam tempora inſtarent: in quibus res aggredienda erat: Thebe fratres celatos in proxima domo diſpoſuit. Cū ad Alexandrum dormientem ſola ingrederetur: ut cōſueuerat: pauloq; poſt egrederetur: iuſſit ſeruo canem extra abducere: uelle. n. inquit regem dormire ſine ſtrepitu: timens ne aſcendētibus iuuenibus per ſcalas ſtrepitus fieret. Lana illas ſtrauit ac molles reddidit. deinde ubi cum gladiatis fratribus in thalamum uentum eſt: & fidum capiti ſubduxerat enſem: ſignificauit regem dormire. Exterritis adoleſcentibus illos irata increpabat: iurabatq; Alexādrum ſe experrecturam niſi inceptum peragant. Qui timore pudoreq; exciti: ablato lumine Alexandrum dormientem petunt. Quorum ab altero preſſis detentiſq; ui pedibus: ab altero per crines inflicta ceruice: tertius gladio illum tranſfixū conficit. Quantum ad celeritatem mortis pertinet: forſan illum atra dies funere acerbo merſit. Quantum uero ad ſolitudinem primus tyrānus fuit: quem ſua uxor interfecerit: & cuius corpus poſt mortem ſupplicio afficeretur: quod cum peſſundatum & præda alitibus datum a Fereo populo fuiſſet: dignum moribus factiſq; ſuis exitum uitæ ſuæ inueniſſe arbitramur.

MARCELLI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

DARCVM CLAVDIVM QVINQVIES ROMANorum consulem Marci filium extitisse tradunt: eiq; (sicuti Possidonius refert) cognomẽ quod Martium ẽ: primũ ex familia fuisse Marcello. Exercitatione nãq; bellicosus erat robustus corpore manu potens natura uir ad dimicandum ardens: & quod illius certamina declarant: acer ac strenuus: ad cæteras uitæ partes humanus atq; modestus. Græcæ uero disciplinæ ac discendi studiis eousq; affectus: ut earũ rerũ peritos honore & admiratione haberet: eas per occupationes minime assecutus: q̃q̃ ad ipsas perdiscendas exercendasq; propensius ferretur. Nam si ullis unq̃ (quẽadmodum Homerus ait) ab deo tributum est: ut ab ineunte ætate ad senectutem usq; tristia bella trectarẽt: id uel imprimis ea tempestate Romanis attigisse arbitror. Qui cum iuuenilibus quidem annis pro Sicilia cum Carthaginensibus bello implicati fuissent: adulti uero Italiæ causa cum Gallis: ætate maturiori cum Hãnibale atq; Carthaginensibus iterum bellum gessere: adeo nullam ab senectute quemadmodum complures bellorũ requiem nacti: quin ad imperia resq; militares ab uirtute & animi nobilitate ducti. Quibus ĩ rebus egregie Marcellus excelluit: ad nullum pugnæ genus aut segnis aut parum exercitatus: tum uero ad certamẽ singulare fortissimus: quo quidem in genere cum prouocatorem neminem fugerit: cesis uniuersis uictor euasit. Fratrem Otacilium ab se in Sicilia protectum ab ĩminenti periculo liberauit: trucidatis qui in eum acri ferebantur impetu. Quapropter iuuenis adhuc coronas cæteraq; ab imperatoribus consecutus est premia. Cũq; gloriæ plurimum comparasset: ædilis curulis a populo augura sacerdotibus designatur. Id sacerdotii genus est: cui ex auibus uaticinia contemplari ac obseruare mos est. Edilitate uero inita accusatorem se & inuitus quidem ægit. Nam cum eiusdem nominis filium indole ac forma decorum: plurimũq; ob modestiam ac morum elegantiam ciuibus conspicuum haberet: eum Capitolinus Marcelli collega uir audax ac ĩtemperans illius amore correptus appellauit. Cuius conatus cum per se puer ab initio propulsasset: iterum tentante Capitolino rem patri detulit. Id grauiter ferens Marcellus: hominis facinus senatui renuntiat. Capitolinus multas causas multaq; cõmentatus effugia tribunitiã potestatem implorat. Tribunis autem eius appellationem abnuentibus: inficiari crimen pergit. Cuius rei quia testis aderat: nemo ad se acciri iuuenem uisum est patribus. Eius producti cum ruborẽ lachrymas & perpetuæ simul iracundiæ pudorem ĩmixtum animaduerterent: nullo alio egentes indicio aduersus Capitolinum pronunciauere sententiam: eumq; in exoluendis mulctauere pecuniis: qbus argenteum uas comparatum Marcellus deorum ministerio dedicauit. Post primi belli punici uixdum sædati uigesimũ secundum annum gallici belli primordia Romanos continuo inuasere. Hiberi nanq; (ea uero gallica gens est) qui uicina alpibus pascũtur Italiam: q̃q̃ magni ac potentes per se gallorum tamen auxilium uiresq; conuocabant: quos mercede militiam agentes gessatas appellabant. q; uero gallicum simul cũ punico nõ eadem tempestate bellũ irruperat: mirum uidebatur & quoddam fortunæ beneficiũ. Cæterũ ii iure consultoq; durante bello cessauerant: ut ascitis sibi gallis postmodũ tanq̃ ex insidiis uictores adorirentur: quietosq; lacesserent. Quod quidem ad bellũ finitimũ atq; domesticũ plurimũ conducere putabatur & loci propinquitas & gallorũ dignitas: qui maxime Romanis terrori esse uidẽtur: ut qui olim ab eis urbe deiecti spoliatiq; sint. Quãobrem decretum est: ut sacerdotibus militiæ munere uacare liceat: nisi denuo gallicũ bellũ ingrueret: eorũ formidinem uel ipse declarat apparatus. Nunq̃. n/

tot Romanorum milia ſimul ī armis extitiſſe: ac tam nouos ſacrorum ritus factos memoriæ proditum eſt. Qua in re nihil īmane aut inhumanum ab eis ſponte peractum eſt. Quippe cum maxime græcanico more pii ac mites rem diuinam faciant: uerum .n. tunc eo ingruente bello quibuſdam monitis ſibyllinis cedere coacti ſunt. Quapropter duos græcos uirum ac uxorem totidemq; gallos in foro boario uiuos defodere: quibus hodieq; nouembri menſe clam quidem græcis & gallis dantur inferiæ. Principio a Romanis parta uictoria nunc acceptis cladibus decertatum eſt: quæ res nullum certū attulit rebus exitum. Cum Flāminius ac Fuluius conſules in Iſombres copias haberent: fluuius qui per picœnum agrum labitur: cruore fluxiſſe uiſus eſt. Tres quoq; græcos penes Ariminum apparuiſſe traditum eſt. Comitiis conſularibus cum augures malis ac infœlicibus creatos auſpiciis conſules affirmaſſent: ſenatus eueſtigio illos ab exercitu litteris miſſis reuocandos curauit: ut redeuntes depoſito ſtatim conſulatu nihil aduerſus hoſtes uti cōſules gererent. Receptas Flaminius litteras non prius aperuit: q̄ collata pugna uerſiſq; in fugam barbaris in agrum eorum excurſionem fecerit. Redeunti igitur ac multa referenti ſpolia non proceſſit obuiam populus: quia reuocatus nō cōtinuo mandatis obediuerat: uerum ea per ſuperbiam contempſerat. Quapropter ut ſibi triumphus denegaretur: parum abfuit: quem tamen priuatum ægiſſe conſtat. Is .n. antea ſimul atq; collega conſulatu ſeſe abdicare coacti ſunt. Adeo uniuerſa Romanorum geſta referebantur ad deū: ut nec ī auguriorum nec patrii moris deſpiciētiā uel ī maximis benegeſtarum rerum ſucceſſibus fieri paterentur: Maius profecto momentū in religionis obſeruantia: q̄ in uincendis hoſtibus ad ciuitatis ſalutem pertinere arbitrātes. Tyberius itaq; Sempronius mira fortitudine & æquitate prædītus plurimæq; īter Romanos dignitatis: cum conſul ſibi ſubrogandos Scipionem Naſicam &. C. Martium deſignaſſet: iiq; iam prouincias obtinerent: animaduertit ſe: cum libros militariū præceptorum legeret: ſolēne aliquid inſcium præteriſſe. Id erat huiuſcemodi: Cū quis ex optimatibus in pomœrio domum aut tabernaculum mercede conduxerit: & in eo pro captandis ſedeat auſpiciis: poſtmodum firmis nondum ſignis ſiqua illum in urbē cauſa retraxerit: primū omitti oportere tabernaculum: alterum uero ſuſcipiendum: ex quo nouus auſpiciorum inſtauretur aſpectus. Hoc latuiſſe Tyberium uidetur: qui bis eodem uſus tabernaculo dictos deſignarat conſules. Animaduerſo poſtmodum uicio req; ſenatui relata: ſenatus tam paruulum minime contemnendum errorem ratus: ſignificare illis ſtatuit: quapropter ii continuo e prouinciis Romā rediere: ſeq; magiſtratu abdicauere. Hæc tamen poſterius geſta ſunt. Eiſdē ferme temporibus duo illuſtriſſimi flamines ſacerdotiū āmiſere: Cornelius Cæthegus: ꝙ exta uictimæ non rite admouiſſet: &. Q. Sulpitius ꝙ ei interſacrificandum apex: quem flamines ferunt e capite ꝓ lapſus eſſet. Cum Minutius dictator. C. Flaminium magiſtrum equitum deſignaſſet: ſtridore ſoricis cōſecuto uterq; dignitate iuſſus abire: alii creati denuo ſunt. Hoc pacto tam accuratam uel in paruis diligentiā obſeruantes: nullum aut nouū aut non patriū religionis ritum admiſcere uoluerunt. Cum igitur cōſulatum Flaminius depoſuiſſet: Marcellus per īterreges conſul creatur. Inito conſulatu. Gn. Cornelium collegam ſibi deſignat. Poſtmodum cum multa a gallis de concordia agitarentur: ad pacem inclināte ſenatu: ad bellum Marcellus multitudinem concitabat. Qua in re haud tamen: quo minus pax crearetur: efficere ualuit. Paulopoſt geſſatæ ſuperatis alpibus bellum innouauere: qui primum caſtra mouentes in Iſombres: eos ſibi ſocios aſciuere: qui triginta milia numero erant: cum ii longe plures eſſent. Dehinc alacres & elati in Acerras impetum faciunt. Id autem oppidum eſt ſuper amni Pado locatum. Hinc rex eorum Briomatus decem milibus geſſatarum ſecum aſſumptis circumpadanam populatur orā. Quæ cum Marcellus accepiſſet: relicto ad Acerras collega ſimulque peditatu ac cæteris grauioris armaturæ & tertia parte equitum: ipſe cum reliquis equitibus & expeditiſſimis militibus ferme ſexcentis ad hoſtes contendit: non noctu non īterdiu iter omittēs

donec ea decẽ milia geſſatarum circa capidium Galliæ uicum nuper imperio Romano rum adiunctum offendit. Vbi nec ſuorum corpora curare nec ullum quieti tempus da re licuit. Confeſtim. n. barbari ubi eum aduentaſſe ſentiunt: paucifaciunt: q; pedeſtres quidem copias paucas haberet: equites uero præ ſe nihil ipſi penderent galli: qui cum equeſtri præſertim pugna fortiſſimi bellatores excellant: ipſa quoq; multitudine Mar cellum ſuperabant. Quãobrem ſtatim in eum grauiſſima minitantes perĩde ac ui om nia direpturi duce rege concitis feruntur equis. At Marcellus ne pauciſſimus ſuorum numerus diffuſis circũueniretur hoſtibus: procul ab equitatu deducto agmine: donec paululum ab hoſte aberat: tenuiſſimo cornu progreſſus eſt. Cũq; ad conſerendas ma nus ſuos conuerteret: hoſtium clamore ac ſtrepitu perterritus equus Marcellum retro uiolenter aufert. Eapropter ueritus: ne ea res ullam Romanis perturbationem religio nis obiiceret: retractis ſtatim habenis equũ in ipſos cõuertit hoſtes: & ne caſu magiſq; conſilio eo uſus circuitu uideretur: ſolem ſupplex adorauit. Is. n. in initio pugnæ ſupe ros adorare Romanorum mos eſt. Cũq; hoſtibus iam ĩmiſceretur: Ioui feretrio opima ex hoſtibus ſe conſecraturum arma uouit. Inter hæc cum illum gallorum rex cõſpexiſ ſet: ob inſignia ducem opinatus: ante omnes ei concitato occurrit equo: & quaſſans ha ſtã uiq; clamore, uocat. Is erat ĩter gallos eximia corporis magnitudĩe: armatura auro argentoq; ac uariis diſtincta coloribus fulgoris inſtar perlucida. Quæ ubi Marcellus pulcherrima ex toto conſpicatur agmine: ea futura meditatus: quæ concepta deo uota perſolueret: uirum adoritur: quem haſta thorace perfoſſo ſimul equi uiribus ĩnixus ui rum reſupinat: iterumq; ac tertio uulnere repetitum ſtatim exanimat. Tum equo deſi liens Marcellus & exanguis arma manibus tangens ad cælum conuerſus: O magna in quit ducum opera & imperatorum geſta bellaq; ac pugnas contuẽs Feretri Iupiter ob teſtor Tertius ego Romanorum dux ac imperator uirum hunc ducem ſimul ac regem propria manu confoſſum occidi. Hæc tibi prima opimaq; ſpolia dedico. Tu nobis dum ad belli reliquias uertimur: ſimilem præſta ſucceſſum. Tum Romani equites pe ditibus equitibuſq; ſimul ĩmixti pugna cõmiſſa ingentem ac mirandam quodãmodo uincunt uictoriam. Conſtat. n. tantum equitatum ac peditatum non antea nõ poſtea uſq; a tam paucis ſuperatum. Tum cæſis plurimis prædam & arma ſecum tenens ad collegam regreditur: per id tempus aduerſum gallos infœliciter dimicantem ad Medi olanum ampliſſimã quidem & populoſiſſimã Galliæ urbem: quam Galli Metropolĩ appellantes: pro ea ſtrenue præliantes: obſidione Cornelium circũuenerant. Vt uero re deuntem Marcellum regemq; profligatum ac necatũ ſenſere geſſatæ: profugiũt. Qua propter Mediolanum a Marcello captum: cætera oppida dedentes Galli Romanis ul tro cuncta permittunt. Hoc pacto tranquilla ſatis utrinq; pax contigit. Poſthæc decre tus a ſenatu ſoli Marcello triumphus. Qui cum ditiſſimus ſpoliis ac ingentibus capti uorum corporibus ſplendidiſſimus duceretur: rariſſimæ admirationis habitus eſt: ma ximæ uero uoluptatis & nouitatis ſpectaculum oſtẽdit. Cum Ioui barbarica deferebat arma. Trunco ſiquidem montanæ quercus abſciſſo & in trophæi modum fabricato af fixa quaq; uerſum ſpolia impendebant ornate plurimũ ac decore diſpoſita. Mox acce dente populi frequentia Marcellus in currũ tollitur. Cuius rex triumphale ſimulacrũ pulcherrima per urbẽ pompa magnificentiſſime tranſmiſſũ eſt. Ornatiſſimis prædi tus armis aſſequebatur exercitus: deo ac imperatori condita carmina & uictoriæ pæana canentes. Inde procedens & ad Feretrii Iouis tẽplũ aſcendens: ea illi ſolẽni dedicatione ſuſpendit. Tertius & ad noſtri uſq; tẽporis bella poſtremus. Primus. n. Romulus ſpo lia ab Acrone Ceninenſiũ rege detracta rettulit. Secũdus Cornelius Coſſus a Lumnio Hetruſco. Poſt hos Marcellus a gallo rege Briomato: poſt quem nullus. Eũ uero de um cui hæc tranſmittũtur iccirco Iouem feretrium (ut quidam aſſerũt) appellant: q; ſe cundũ græcorũ linguam quam olim latinis plurimum ĩmixtã fuiſſe conſtat: trophæa feretro uecte ideſt e feretro trophæa ferantur. Alii ideo ſic appellatum Iouem dictitãt:

q̄ fulmine feriat. Cæteri q̄ in bello feriri ſoleat: id exortum nomen inquiunt. Nam & nunc quoq; in perſequendis hoſtibus dum ſe inuicem milites exhortãtur: frequenter feriri iubẽt. Manubias autem cõmunes quidem ſpolia priuatas uero opimas uocitãt. Numã tamen Põpilium in cõmentariis prima ſecunda & tertia memoraſſe opima tra ditum eſt. Primaque capta Ioui feretrio : ſecunda Marti : Tertia Quirino conſecrari iuſſit: primo aſſes trecentos: ſecundo octuaginta: tertio centum premium eſſe con ſtituit. Hæc ut plurimum fama tenuit: perinde ac ea tantũmodo illuſtria ſint: quæ pri ma in agmine duci dux detraxit. De his hactenus. Ea uictoria & belli exitus lætitiæ tan tum Romanis attulit: ut librarum aureũ cratera Pythio Apollini Delphos uſq; pro earum rerum gratulatione tranſmiſerint. Sociis quoq; ciuitatibus ampliſſimã exuui arum partem diſtribuere: nec minus regi Syracuſanorum Hieroni Romanorum ami co & ſocio. Cum Hãnibal in Italiam irrupiſſet: Marcellus ĩ Siciliam cum claſſe miſſus eſt. Poſt cãnenſem uero cladem: in qua non pauca Romanorum milia pugnando cæ ſa ſunt: paucis qui ſalutem fuga comparauerant: ſeſe Cãnuſium recipientibus ingens erat expectatio Hãnibalem confeſtim Romam caſtra moturum: q̄ ei attritis Romano rum uiribus optime conduxiſſet: Marcellus ſtatim mille & quingentos ex nauibus mi lites urbis præſidio miſit. Poſtea acceptis a ſenatu litteris Cãnuſium contendit: a diũc toſq; quos ibi collegerat: ne liberum hoſtibus agrum permitteret : deducit ex arcibus. Cæterum poſt excellentiſſimos ac fortiſſimos bello uiros ĩteremptos Romãi. F. Maxi mũ plurimæ dignitatis fidei ac ſapientiæ uirum ueluti cunctatorem & parum in rebus gerendis audentem ĩprobabant: q̄ & accuratus nimiũdiligens nequid pateretur aduer ſi conſultabat. Eiuſmodi autem imperatorem non ad ulciſcendum ſed ad tutandum ſatis eſſe arbitrantes: ei Marcellum addidere : ut ad res tute ac cãute gerendas ſuam cum illo audaciam efficaciamque temperarent. Vtrunque igitur interdum conſu lem nõnunq̄ conſulem alterum altero proconſule creatum emittebat. Vt. n. Poſſido nius refert: Fabium clypeum Marcellum enſem appellabant. Solebat etiam dicere Hã nibal ſe Fabium quidem ut præceptorem: Marcellum autem ut pugilem reformidare. Ab illo. n. ne mali quicquam perpetraret: cohiberi: ab hoc autẽ nõnunq̄ grauiora per peſſum. Itaq; poſt illam uictoriam cum tantum alacritatis & audaciæ ſuis iniectum eſ ſet militibus: ut longe a caſtris diſperſi ac palantes regionem occuparent: ipſos ador tus Marcellus uires eorum frægit profligauitq;. Poſthæc Neapolim Nolãq; eis laturus auxilium ſe cõuertit. Cũq; Neapolitanos in fide permanentes comperiſſet: eis ſtabili tis: Nolam contendit: ubi diſſidentem a plæbe ſenatum inuenit: nec plæbis animos ad Hãnibalem inclinatos tractare aut componere ſenatus poterat. Erat ĩ ea ciuitate uir & nobilitate primarius & fortitudine conſpicuus. L. Bandius: qui ad Cãnenſem pugnã obtruncatis pœnorum pluribus egregie dimicauerat. Eum poſtmodum multis confi xum ſpiculis inter cæſorum corpora repertum Hãnibal admiratus: non ſolum abſq; precio domũ remiſerat: uerum & donatum inſuper amicum ſibi hoſpitalitatis iure cõ iunxerat. Ob cuius gratiam meriti cum Bandius ad Hãnibalem prõptiſſime inclinare tur: ad eum quoq; plæbem confirmabat: ad defectionemq; ſolicitabat. Marcellus uirũ illuſtrem & in maximis bellorum caſibus Romanorum ſocium necare ducebat ĩpiũ. Erat præterea ingens ĩ Marcello naturæ humanitas ſuauitas lepor & affabilitas: ita ut quẽuis ad ſe ſua comitate pelliceret. Cum igitur illum Bandius aliquãdo ſalutaſſet: quiſnam ſit homo Marcellus rogat: quãuis illum probe norat antea. Ad ſermonis ini tium occaſionem quoq; perquirebat. Eo autem reſpondente. L. Bãdius quaſi lætatus magnopere admiratuſq; Marcellus: Tu ille Bandius es inquit: cuius maxima inter cã narum bellatores fama Romæ eſt: q̄ Paulum Aemilium cõſulem ſolus ne deſerueris. in quem cum denſiſſima coniicerentur miſſilia ea corpore ſubiens excepiſti. Aſſentiẽ te Bandio & uulnera quædam oſtentante: talia inquit cum ĩ nos amicitiæ ſigna perfer res: ad nos cur non confeſtim ibas? An uero nos ad retribuẽda amicorũ uirtuti premia:

quibus & penes hoſtes tantus habetur honos:iniquos cẽſuiſti? Hæc benigne locutus comprehenſum dextra iuuenem eximio ad pugnã equo & quĩgẽtis argẽti dragmis donat. Quas ob res effectum eſt:ut Bandius conſtantiſſimus Marcello ſocius propugnatorq; fuerit:& eorum qui diuerſæ factionis erant:grauiſſimus accuſator & index. Erãt complures qui cum Romani in hoſtes egrederentur:ſarcinas & impedimenta diripere ſtatuerant. Quod ubi Marcellus accepit:intra mœnia inſtruxit exercitum:& intra portas impedimenta tute diſpoſuit: Nolanis per præconem ne muros adirent inhibitis. Erat in muris armorum ſolitudo. Eapropter tumultuantes in ciuitate ratus Hãnibal ĩ fuſum muris admouit exercitum. Tum Marcellus patefieri portam iubens cum ſtrenuiſſimis irrupit equitibus:rectaq; concitus uia conferitur hoſtibus. Paulopoſt per alteram portam ingenti curſu & clamore peditatus emittitur. Poſt hæc cum acies Hãnibal partiretur:tertia porta recluditur:qua reliqui procurſantes undiq; pœnis inſperata ſtupentibus incumbunt. quos cum poſtremo irrumpentes pœni cõſpexiſſent:ignari cum conſertis pugnare Romanis incipiunt. Hic primũ Hãnibal terga Romanis oſtẽdit. Pœni itaq; terrore ac uulneribus confecti in caſtra compulſi ſunt. In ea pugna plura quinq; milibus hoſtium deſiderata traduntur. Ex Romanis uero non plures quĩgẽtis:q̃q̃ Liuius tantam hoſtium ſtragem fuiſſe nequaq̃ affirmet. Ea pugna ingentem Marcello gloriam peperit adaucti Romanis animi. Non.n. ſibi cum inexpugnabili & inuicto prorſus hoſte:ſed qui uinci & cladibus affici poſſet:certamen eſſe didicerant. Poſt hæc mortuo altero conſule:Marcellus in demortui locum ſubrogãdus abſens accitus eſt a populo:qui donec ab exercitu rediret:ĩuitis optimatibus dilata comitia ſũt. Marcellus cunctorum ſuffragio deſignatus conſul eſt. Ob crebra deinde tonitrua cum augures minime læta pronuntiaſſent ſigna:palamq; illum ob plæbis metum cohibere torpeſcerent:is ſe magiſtratu abdicauit. A re tamen haud ſe trahens militari: procõſul creatus Nolã ad exercitum profectus eos qui punicæ factionis eſtiterãt:ſupplicio affecit. Poſt hæc Hãnibal magnas ſecum uires trahens aduentat. Cui ex acie laceſſenti minime certandum Marcellus cenſuit. Cum uero maximã copiarum partem prædatũ dimiſiſſet:eum perinde pugnam detractantem Marcellus adoritur. Diſtribuerat autem naualis belli longiora pila militibus:eminuſq; illis ferire Carthaginenſes docuerat:qui cum iaculari neſciant:breuibus utuntur manu ſpiculis. Iccirco qui tunc manus conulere:terga Romanis dederunt:& irreuocabilem fugere fugã. In eo prælio pœnorũ quinq; milia cæſa ceciderunt:elephãtes quattuor:uiui duo capti ſunt:quod autẽ maximũ extitit:hiſpani equites mixtiq; numidæ ſupra trecẽtos tertio poſt pugnam die ad Marcellum tranſfugerũt. Is tunc primum Hãnibali caſus obtigerat:qui ex tam uariis multifariiſq; moribus in unum quidem & barbaricum congregatas gentes exercitum unanimes tãdiu conſeruaſſet. Ii igitur Marcello cæteriſq; ducibus fideles ad omne poſtmodum facinus permanſere. Marcellus tertio conſul creatus in Siciliam traiecit. Hãnibalis.n. res bene geſta Carthaginenſes ad uendicandam iterum inſulæ dominationẽ uehementer extollebant:præſertim cum Hieronis tyrãni morte Syracuſis tumultuatum ſit: q̃obrem eo præmiſſus exercitus prætore Appio:eam cum Marcellus recæpiſſet:ei ad genua Romanorum multitudo procumbit. Hi fuerant huiuſcemodi calamitate pculſi Romanorum:qui aduerſus Hãnibalem ad cãnas in acie pugnauerant:cum nonnulli fugiſſent tot capti uiui ſunt:ut qui pro murorum cuſtodia locarentur:uix relicti ſint. Quos cum Hannibal uel modicis preciis redimi pateretur: tanta Romanis animi magnitudo tantumq; elati ſpiritus erat:ut ne reciperentur publice decretũ ſit:eoſq; tum necari tum extra Italiam uenundari paruifecerint. Qui uero profugerant:in Siciliã relegati ſunt:& ne donec aduerſus Hannibalem belligeraretur:in Italiam reportarẽtur edictum eſt. Marcello igitur aduentanti hi ſimul procubuere:ſeq; humi conſternãtes inſignis officium militiæ depoſcebant. Clamore maximo lachrymiſq; polliceri ſe ſua declaraturos opera magis ex infœlicitate quadam:q̃ eorum ignauia eam cladẽ eſſe

factam. Hos miſeratus Marcellus ad ſenatum litteras dedit: ut eis ad militiæ ſupple-
mentum uti liceret deprecans. Poſt multa in ſenatu agitata: decretum eſt: Romanis ad
rempub. ignauis minime hominibus opus eſſe. Marcello tamẽ ſi eorum uti opera uo-
luerit: liceat: modo nullam uirtutis gratia coronam aut premium aſſequerentur. Hoc
decretum dolore Marcellum affecit: q; aduerſis ciuium caſibus mederi & in melius cõ-
ſtituere pro eorum multis ac magnis in rempub. meritis haud permitteretur a ſenatu.
Idq; poſt confectum in Sicilia bellum in curia queſtus eſt. Hæ autem in Sicilia res ge-
ſtæ ſunt. Marcellus ubi primũ ab Hipocrate Syracuſanorum duce uiolata fœdera cõ-
perit: qui occupato dominatu: ut Carthaginenſium gratiam iniret: complures in Leõ-
tinis Romanos interemerat. Vbi Leõtinorum urbem expugnat: oppidanorum nemo
uiolatus: tranſfugas quicunq; in poteſtatẽ redacti ſunt: uirgis cæſos pœna affecit. Nũ
tius ab Hipocrate Syracuſas mittitur: qui referat Leontinos omnes aduſq; tenerã æta
tem a Marcello trucidatos. Qua re accepta tumultuantibus Syracuſanis aduentat Hi-
pocrates: & urbem occupat. Marcellus motis caſtris Syracuſas profectus haud procul
ab urbe metatus: legatos qui res in Leontinis geſtas denuntiarent mittit: quod aduer-
ſantibus Syracuſanis conduxit parum. Iam. n. Hipocrates rerum dominium obtine-
bat. Inde terra mariq; Syracuſas adoritur. Appius quidem terreſtres copias admouit.
Marcellus ſuper octo iunctis mutuo nauibus ingentem attollens machinam: inde pẽ-
tiremibus ſexaginta omnifariam telorum armorumq; genere referctis muris ãnauiga-
uit: quibus facile potiri cum apparatus magnitudine atq; ſplendore: tum propria fræ-
tus gloria animũ induxerat. Ea uero pro ſuis machinamentis nihilipendebat Archime
des: quæ olim non uti ſtudio digna opera: ſed uti quædam geometriæ ludrica extra
ordinẽ uir ille cõdiderat: præſertim cum regem Hieronem hiſce delectatum cerneret:
qui Archimedem ut ab cogitationibus ad corporea quoq; artis uerteret: induxerat. Sic
q; rationem præceptorum ad uſum ac neceſſitatem ſenſibus aperuit. Hanc. n. uulgatã
& paſſim complacitam machinamentorum artem primũ Eudoxus & Archytas incho
auere: geometriam uariis cælaturis exornãtes. Ipſius quoq; rationes ac difficiles demõ
ſtrationes occultaſq; ſcientiæ propoſitiones per ſenſuum ac inſtrumentorum exẽpla
edidere. Sicut eam rationabilem propoſitionem: quæ circa duas medias dicitur: quæq;
ad multa perſcripta neceſſarium quoddam eſt elementum. Hi ambo in comparandis
produxerunt inſtrumentis ſemiſcriptis quibuſdam lineis figuriſq; geometricis machi
namenta formantes. Quapropter in eos moleſte concitus eſt Plato: q; geometriæ præ-
ſtantiam ſuſtuliſſent: quæ ab cogitatione & rebus incorporeis ad ſẽſibilia decurriſſet:
quaſi ad ſui uſum corpore & mercenaria indigeret inertia. Hoc pacto fabricandorum
induſtria machinamentorum a geometria dilapſa ſecernitur: ac diutius a philoſophia
neglecta una militaribus ãnumeratur artibus. Cæterum Archimedes ad regem Hiero-
nem cui & neceſſitudine & amicitia iunctus erat: ſcripſit: quoduis onus additis moue-
ri poſſe uiribus: eumq; ſuo robore demõſtrationis gloriantem iactare ſolitum aiunt: ſi
quem alterum nactus terræ globum eſſet: hanc ad illam profecto ſe tranſlaturum. Id
admiratus Hieron erat: ut quod proponit: deducat in actũ: & magnum quippiã puſil
lis moueri uiribus indicet. Nauem igitur onerariam ex regiis mercatus eſt unam: quã
ſimulac ſolitum adiecit onus: labore maximo ingens hominum manus traxit. Is inde
procul aſſidens nullo corporis nixu: quieta ducens manu: rapturum autem multa dice
res: eam tranquille planeq; quaſi mari perlaberetur: adduxit. Eo ſtupore perculſus Hi
eron artis intellecta potentia Archimedem exorauit: ut eum ad propugnandum tũ ad
laceſſendum omne tormentorum genus bellicorum inſtrueret: quibus cum pacificam
tranquillamq; omnem ferme uixiſſet ætatem: nec quicq̃ uſus eſt Hieron. At tum Sy-
racuſanis in tempore & machinæ ſimul & machinator obtigerant. Romanis itaq; ter-
ra mariq; urbem adortis Syracuſanos terror affecerat. Pauida ubiq; ſilentia: haud. n.
tanto robori tantiſq; obſiſtere poſſe uiribus exiſtimabant. Vt uero machinas inſtruxit

Archimedes uaria miſſilium genera & īmenſæ magnitudinis ſaxa īcredibili fragore ac celeritate iaculata aduerſum terreſtres emittebat copias. Qua in re cum nullus omnino ſeſe ab hiſce tueretur molibus: conglobatos prouoluebat totaq; diſſipabat agmina: inde trabes e muris repente libratæ firmiſſimoq; deſuper iactatæ pondere nōnullas ī profundum naues præcipitabāt: quaſdam ferreis manibus & in roſtri genus admodū forcipibus per proram in ſublime raptas cum ſtatuiſſet: in puppim īmergebat. Aliæ interioribus rotatæ machinis cum ingenti nautarum ſtrage præcipitibus illidebantur ſcopulis. Cælſius interdum a mari ſuſpēſa nauis nunc huc nunc illuc agitata horrendum præbebat ſpectaculum: quoad eiectis prouolutis uacuata uiris: dum quæ ſuſpenderat catena remitteretur: muris illiſa recideret. Deinde cum ſuam Marcellus machinā iunctis ſimul nauibus muro admouet: eam autem ob muſici ſimilitudinem inſtrumenti Sambucam appellabant: in hanc dum adhuc procul abeſſet: primum dehinc alterum mox tertium decem talentorum ponderis ſaxa proſiliunt: quæ magno fragore & quodam tempeſtatis impetu irrumpentia diſiectis clauis ipſius baſim diſſipauere machinæ. Ea coactus neceſſitate Marcellus nauibus ac terreſtribus copiis: ut abſcederēt eueſtigio imperauit: conſilio habito noctu muros inuadere ſtatuunt. Archimedes. n. tormēta ut longe emittant inſtruxiſſe. At cum interuallum ictus non habeat: eorum omnis erit conatus inefficax. Verūenimuero haud minorem ad hæc dudum antea fecerat apparatum. omnis inſtrumētorum impetus pro ſpatii magnitudine per tela per breuia crebroq; repetita. parui ſcorpiones erant diſpoſiti: qui plurimis frequentiſſimiſq; uulneribus ex occulto peterent hoſtes. Quapropter cum clāculum muro ſuccedere arbitrātur: miſſilibus occurunt modicis: ingeſtis lapidibus capiti ſaucii & undiq; e muro perīde ac ad perpendiculum collabentibus telis obruti: q; ſi retro cederent: pro ſpatio locata iacula in uaſto cadentia impetu intercipiebant abeuntes. Maximo igitur & uirorum ſtrages & nauium facta uexatio: cū īterim permanſiſſent hoſtes ītegri. cūcta. n. ferme inſtrumēta poſt mux locarat Archimedes. Eapropter grauiſſima ex occulto ppeſſi Romani aduerſum deos pugnare uidebantur. Marcellus igitur eius fabros & machinatores conuitiis carpens ſimulq; fugiens: num deſiſtemus inquit contra hunc Geometrā pugnare Briareum: qui ſedens in littore ludenſq; noſtras naues cum ingenti diſiecit ignominia? ipſos uero fabularum centimanes ſuperat: tot nos telis uno petens ictu. Et profecto uniuerſi quidem Syracuſani ad machinas pro Archimedis corpore erāt. Qui uero cuncta mouebat ueſabatq; unicus exiſtebat animus. Cæterorum quidem arma īmota quieſcebāt ſolis Archimedis armis perculſi hoſtes & protecti ciues. Deniq; Marcellus ſi ſuper e muris funem & malum quendam conſpicaretur: quampiam in ſe machinam ab Archimede motam arbitratus īplicitos terrore milites clamanteſq; retroq; fugiēs abducebat. Ab ea igitur oppugnatione omni conatu abſiſtere & ī poſterum hoſtem obſidione cingere ſtatuit. Hoc tam profundæ mentis acumen & tam īmenſum ſpeculandi theſaurum aſſecutus Archimedes: in quibus non humanæ ſed diuinæ potius ſapientiæ gloriam comparauit: nec unum eorum poſteris ſcripto cōmendare uoluit. Verum ipſam machinamentorum negociationem totamq; neceſſitati coniunctam artem minus ingenuam ac mercenariam ducens: ea tātūmodo reliquit: quæ ad ſui nominis propagationem pertinere cenſuit: quibus cum pulchritudo ac excellentia nulla certe ineſt neceſſitatis admixtio. Cūq; ipſorum difficilis in demōſtrationibus ſit materia: nullam cum cæteris comparationem habet: Hæc quippe magnitudinem ac pulchritudinem: illa ſolertiam & mirabilem quandam præ ſe fert poteſtatem. Difficiliores. n. grauioreſq; in geometria materias ſimplicioribus aut purioribus deſcriptas elemtis concipere minime licet: quod nōnulli homines ingenio nōnulli induſtriæ ac laboris aſſiduitate: ab eo ſine labore factum autumant. Nec utrūq; factu difficile. Quiſqs. n. perſcrutatur: nullam per ſe demōſtrationem inuenit. Vt uero earum rerum diſciplinam acceperit: planam compendioſamq; eius ſcientiæ uiam ab ſe quoq; reperiri

potuisse iudicat. Quapropter iis quæ de ipso cõmemorari solent: habenda fides ẽ. Propriæ cuiusdam ac familiaris amœnitate sirenis allectum: cibum & corporis curã oblitesse. Sæpenumero inuitus ductus ad balnea dum perungendus in cratere constitueretur: per corporis unguenta geometriæ figuras ac liniamenta digito inscribebat. Tanta eius rei dulcedine capiebatur: ut uere illum musarum instinctu correptum dixerim. Is cum multa pulcherrima excogitasset: amicos ac necessarios orasse fertur: ut post eius mortem ambitam cylindro spæram eius sepulchro imponerent: inscriberentq; ex cõtinenti firmamento ad contentum quænam excessus sit proportio. Talis igitur Archimedes quantum in eo fuerat se simul ac urbem inuictum conseruauit durante obsidione. Marcellus Megarensium longe sicularum uetustissimã urbem cœpit. Hippocratis quoq; exercitum: dum castra penes Anxillas poneret: cœpit: occiditq; hominum supra octo milia: totamq; ferme Siciliam excursionibus uexauit: ciuitates ut a Carthaginensibus deficerent: effecit. Vniuersos autem rem acie discernere ausos uictor profligauit. Post hæc cum spartanus Damippus a Syracusis nauigaret: ĩ eius ditionem relatus est. quem cũ Syracusani redimere uehementer optarent: & illius rei gratia frequentiora traherentur colloquia: turrim quandam contemplatus est: accurate parum obseruatam: quæ quoniam cõmodus ascensu murus existebat: clanculum admittere uiros poterat. Eo igitur cum multotiẽs collocuturus accessisset: illius altitudinẽ coniectura permẽsus: scalas comparat. Per id tempus Syracusani ad humum largius metati festũ Dianæ diem inter iocos actitabant. Qua re Marcellus obseruata nõ solum turrim cœpit: uerum etiã murum furtim undiq; armato compleuit milite: quod non ante factũ oppidani intellexere: q̃ dies illuxisset: & fractum esset exapilum. Id ubi sentiunt: moueri ac tumultuari cœptum. Tum Marcellus iussis canere tubis terrorem ĩgentem ac fugã ingessit uniuersis: nullam nõ ab hoste partẽ occupatã ratis. Fortissima uero ac pulcherrima ãplissimaq; erat Achradina: quæ q̃ ĩ exterioribus urbis partibus murata extabat nõdũ capta restabat: Enisneã & Thycã nominãt. Mox per Exapilũ ĩgredientẽ uniuersi eius primores beatum uocabant. Is in superioribus locis constitutus subiectam oculis magnificentiam ac splendorem urbis conspicatus diutius illachrymasse traditur. Cũq; status eius iamiã futuram permutationem animo uersaret: casum incũbentem miseratus est: q; diripienda militibus esset. Nam cum prædam milites efflagitarent: in eos reluctari prorsus audebat nemo: nonnulli delendam incẽdio funditusq; euertendam hortabantur. Quem sermonem nullo pacto Marcellus admisit. Inuitus tamen ac coactus bona tantum ac seruos prædam esse concessit. Ingenua uero corpora constuprari aut occidi aut deniq; attingi uetuit: nec Syracusanorum quẽpiam ĩ seruitutem redigi passus est. Qua in re tãetsi modestius ægisse uideretur: non miseranda tamen non pati ciuitatem existimabat: e tantoq; alacritatis cumulo compatientis ac condolentis animi emergebant indicia: cum ingentem fœlicitatis splendorem paruo momento cernebat extingui. Nam non minus hanc opulẽtam q̃ quæ postmodum Carthagine suscepta est: prædam fuisse tradunt. Reliquã uero urbem cum paulopost proditione cœpissent: ui totã diripuere præter gazam regiam: quæ in ærarium trãslata est. Præcipue autẽ Marcellũ casus Archimedis dolore confecit. Is. n. in contemplandis liniamentis oculis studio ac cogitatione simul intentus: non discurrentes Romanos non captã urbem senserat: cum repente miles quidam astitisset: seq; ut ad Marcellum sequeretur imperasset: non ante uoluit Archimedes: q̃ rem propositam applicata demonstratione perfeciſſet. Quãobrem ita percitus miles: eum nudato mucrone confodit. Alii tradunt Archimedem cum Romanum suspenso ĩ suam necem gladio conspiceret: ne rem inuestigatam ĩperfectã indiscussamq; relinqueret: moræ paululum orasse: eius uero rei securum militẽ illum obtruncasse. Tertius de illo iactatur rumor. Ei ad Marcellum saotherа spæras angulos & quædam alia mathematica ferenti instrumenta: quibus solis magnitudinem ad aspectum accõmodare solebat: fiunt obuii milites eumq; aurum uase

portare rati necauere. Id uero Marcellum ægre tuliſſe: homicidam q; perinde ac cæde pollutum abominatum eſſe certum eſt. Illius quoq; neceſſarios honoribus cumulaſſe cõſtat. Cæterum cum Romani bello quidem fortes & in cõſerendis manibus ſtrenui ac terribiles haberentur: nullum autem comitatis clæmentiæ urbanitatis prorſus exemplum de ſe exteris nationibus præbuiſſẽt: tunc primo græcis oſtendiſſe Marcellus uidetur iuſtitia quoq; & æquitate præditos extitiſſe Romanos. Talis. n. ĩ hoſte fuit totq; ciuitates & priuatos homines tãtis proſecutus eſt beneficiis: ut quod aduerſum Aethnẽſes Megarenſes ac Syracuſanos ĩmite perpetratum eſt: eorum magis qui perpeſſi ſunt q̃ qui ĩtulerũt culpa geſtũ eſſe cẽſeatur. E multis unũ memorabo. Vrbs eſt Siciliæ Egion haud magna uerum ãtiquiſſima & dearum religione celeberrima: quas Maceras appellant. In ea templum eſt quod a Cretenſibus ædificatũ traditur. haſtæ quædã ex ære q; caſſides oſtenduntur tum Merioni tum Vlyxis: qui eas dearum ſimulacris affixerãt inſcripta habentes nomina. Hæc cum ad res Carthaginenſium inclinaretur: Hicias in ciuitate uir primarius: ut ad Romanos animũ applicarent: palam ac intrepide pro concione conſultabat nonnũq; aduerſariorũ ſententiam arguens: qui hominis auctoritatẽ ac potentiam ueriti illum captum pœnis tradere deliberabant: quod cum Hicias intelligeret clandeſtinam circa ſe diſponens cuſtodiam: manifeſte in materas deas cœpit intempeſtiuus ac ineptus obloqui: multaq; aduerſus earum diuinitatem ac gloriam: ut ĩcredulus & contemptor perpetrare: exultantibus mirum in modum inimicis: q; ſuoꝝ cauſas malorum præbuiſſe uideretur. Inde cum ad eum corripiendum ſe pararent aduerſarii: tantiſper Hicias in concione ciuium cum orare ac publica cõſultare cœpiſſet: corpus repente demiſit ad terram. Vbi paululum ĩmorante magno cum ſtupore ſilentium (uti par erat) exortum eſt. hinc caput attollens & uoce ſubtremula graui circũ agitans acutum paulatim protendit ſonitum. Quare cum theatrum ſilentio & horrore ſimul implicitum uidiſſet: abiecto amictu & intima abſciſſa tunica ſeminudus emicans ad theatri fores curſu feſtinat: ſe ab materarum numine agitatum clamitãs. Quẽ cum religionis cauſa attingere uel refragari nullus auderet: & proinde uniuerſi cederẽt: extra portas curſu defertur: nullo ĩterim lymphantis clamore aut ĩſanientis uſus impetu. Huius. n. aſtus conſcia coniunx: prius ſuſceptis filiis in dearum templo ſupplex aduoluitur: inde uirum errantem ſe quæſitum ire ſimulans: prohibente nemine tuta ex urbe deceſſit. Eo pacto liberati Syracuſas ad Marcellum contendunt. Poſtea cum egiõnates ob eorum petulantiam & cõmiſſa facinora Marcellus uniuerſos ligari: ut eos ſupplicio afficeret: iuſſiſſet: Hicias aſtabat illachrymãs eius manus ac genua complectens ſuos ciues & in primis aduerſarios depoſcebat. Qua re placatus Marcellus miſſos fecit uniuerſos: ciuitatem nulla affecit iniuria. Hiciæ quoq; magnis honorato muneribus: agri plurimũ uendicauit. Hæc quippe Poſſidonius philoſophus in hiſtoria tradidit. Marcellus ad uicinum ac domeſticum Romæ bellum accitus: priuſq; rediret: pulcherrima ac plurima Syracuſis ſigna detraxit: ut cũ ad ſui triumphi ſpectaculum: tũ ad urbis ornamentũ eſſent: quæ nihil ãtea laſciuũ aut luxurioſum habebat aut nouerat. Nõdum in ea gratioſa hæc & amabilis ſculptura penetrauerat. Verũ armis referta barbaricis cruentis ſpoliis trophæis ac triũphalibus coronata monumentis nullum lætum aut intrepidum utpote delitioſis nõdum ſpectatoribus ſpectaculum exhibuerat. At ſicut Epaminundas boetiũ agrum Martis Orcheſtrã & Xenophon Epheſum belli officinã appellat: ſic Romã tunc belligeri tẽplum Martis (ut Pindarus ait) uocari potuiſſe arbitror. Itaq; cum Marcellus in urbem græcanicæ iocũditatis ſupellectilem & uarias aſpectu intuliſſet illecebras: plurimũ plæbis fauorem comparauit. Fabius autẽ maximus ſenatus gratiam conſecutus: q; urbe Tarentinorum capta: nullum ex ea ſignum mouiſſet aut Romam tranſtuliſſet: uerum inde pecuniis opibuſq; tranſmiſſis Deorũ imagines dimiſerat: Id quod ſæpe cõmemorari ſolet adiiciens: Hos inquit Deos relĩquamus Tarentinis iratos. Marcellum incuſabant primum q; magnam in ciuitatem conflaſſet

inuidiam:cum non homines tantum uerum & Deos etiam perinde ac captiuos inter triumphandum ægiſſet:deinde quod aſſuetum bello ac rebus ruſticis populum necdū delicias expertum aut deſidiā & ut ab Eripiclide de Hercule dictum ē:rudē ac minime lautum ſed frugi maxime ocio nugiſq; referſerat:qui dum circa artis artificumq; oblectamenta uerſantur: diei plurimum mirando terebant. Attamen gloriari Marcellus docereq; Romanos ꝙ pulcherrima & mirabilia græcorum ornamenta uenerari admirarique neſcirent. Cæterum cum aduerſātibus inimicis ei triumphus negaretur:quia nō nulla adhuc in Sicilia nauanda reſtabant:erat uero plenus tertius inuidia triumphus: factum eſt ut ingentem quidem ac integrum ī albano mōte triumphum duceret:ouās autem urbem ingreditur. Euam quidem græci:ouationem autem latini uocant. Eā uero in curru laureatus nec circunclangentibus tubis ad pedes patriciis in calceis modulantibus tibiis myrteam geſtans coronam ducit:nulla belli facies quæ iocundum magiſq̄ terribilem parit aſpectum. Quæ res ingenti mihi extat indicio ratione magiſq̄ magnitudine gerendi diſtīctos olim fuiſſe triumphos. Nam qui prælio & cædibus hoſtem ſuperaſſent:Martium illum ac terrificum agentes triumphum:quēadmodum & ī luſtrandis exercitibus fit:arma uiroſq; lauro de more coronabant. At qui ſine pugna beniuolentia & comitate orando rem benegeſſerant:iis imbellem hāc pacificamq; pæanis cantu pompam lex ſinebat agendam. Tibia.n.pacis eſt: ueneris quoq; arbuſcula myrtus quæ uim maxime bellumq; peroſa eſt. Cæterum hoc triumphi genus non ab ouatione hoc eſt clamore bacchico:ſicuti multi putauere:appellatur ouatio: tametſi illam ouantes canenteſq; tranſmittant. Credunt hoc a græcis nomen in conſuetudinē deriuatum:ſimulq; nec huius honoris quicq̄ ad Liberum patrem pertinere:quem Euā & Triambum nominant:hoc nequaquam uerum eſt. Ac tum milites in magno triumpho bouem:in hoc īmolare ouem conſueuerunt. Vnde huic triumphi generi nomē extat. Dignum eſſe arbitror eum ſpartanorum legiſlatorem contemplari: qui contrario Romanorum more ſacrificandum inſtituit. Nā ſiquis Lacedæmoniorū dux:quod uelit dolo aut perſuaſione cōfecerit: bouem mactat:ſin bello res geſta fuerit: gallū. Ii.n. tametſi bellaciſſimū genus ſit:ampliora tamen magiſq; homine digna:quæ ratione ac prudentia q̄ quæ ui aut fortitudine confecta ſint iudicabant. Hæc quoquo ſe habeant pacto conſiderari poſſunt. Caterum poſtea q̄ Marcellus cōſul quarto creatus ē:eius inimici Syracuſanos induxerunt:ut de eo Romā queſtum uociferatūq; uenirent: ꝙ graueiſſimas ab eo res contra fœdera & iura ſocietatis paſſi forent. Tum Marcellus rem diuinam in capitolio faciebat. Sedentibus itaq; patribus Syracuſani ſupplices aſternuntur:dicendi locum & pro uiolata ciuitate iuſtitiā implorantes: ꝙ cum abſentis gratia Marcelli ægre collega pateretur Syracuſanos arcebat. Id ſimulatq; Marcellus accepit: ſtatim affuit:& ſella poſita cum ſediſſet :ut conſul ius dixit. Perfectis cæteris deſcendens e ſella in eum locum uti priuatus migrauit:quo in ius uocati ſolent. Syracuſanis de ſe querendi facultatem præbuit. Qui ubi uiri dignitatem auctoritatem maieſtatem & inuictum armis ducem ſecum uerſare:confuſi perturbatiq; ſunt:terrorem magis augebat ſplendor purpuræ:qua nec eum cernere patiebantur. Verū tamen aduerſariorū exhortationibus excitati flebilibus lamentis incuſationem exorſi ſunt:cuius ſūma hæc fuit. Se cum ſocii amiciq; populi Romani eſſent:quod nec etiam ſub reliquis imperatoribus pertulerīt hoſtes:ppeſſos. Ad ea Marcellus eos nihil niſi quod ui & bello capti quodq; arceri nequeat pertuliſſe:qui cum ab eo multa ſuaderentur:& cōmonefierent: audire ſibi noluiſſent. Nec.n.a tyrānis pugnare coactos uerum & eos ſub belli nomīe dominatum uſurpaſſe. His peroratis cum patres Syracuſanos de more dimiſiſſent: Marcellus in ſenatu relicto collega ſimul exceſſit ante fores curiæ expectans nil aut pœnæ metu aut in Syracuſanos ira ſolitam īmutauit habitudinem:quin ſūma benignitate & modeſtia ſenatuſconſulti finem operiebatur. Deinde patrum decreto Marcellus uictor declaratur. Quapropter Syracuſani ſeſe ad eius genua proiecerunt lachrymis

obſecrantes:ut abiecta aduerſū præſentes iracundia reliquā miſeraretur ciuitatem:im mortales ſibi gratias proīde habituram. Quibus placatus Marcellus cum iis præſenti bus tum uniuerſis conciliatus eſt Syracuſanis.quos ī poſterum perpetuis proſecutus eſt beneficiis.Senatus quoq; reſtitutam libertatē illis leges impoſitas compluraq; ad iudicata prædia rata cenſuit habēda.quorum gratia meritorum cum īmenſos alios ho nores a Syracuſanis aſſecutus eſſet:tum decreuere ut quotiens Marcellus aut eius quiſ piam poſterorum in Siciliam traiicerent:obuiam Syracuſani coronati prodirent:& Di is ſacrificia inſtituerentur.Hinc Marcellus ad Hānibalem uertitur:aduerſus quē poſt Cānenſem cladē cæteri conſules ac uniuerſi ferme duces inſtructas conſerere acies nuſ q̄ auderent:& tumultuariis tantūmodo præliis uterentur.ipſe diuerſam aggreſſus uiā uerſabat animo quēadmodum Hannibal poſtq̄ attritam uaſtaſſet Italiam nunc poſ ſet ab Italia profligari.Fabium quoq; haud recte conſulere:qui dum ſemper tutis īni titur:ut languenti patriæ mederetur:differendum eſſe bellum cenſebat:cum interī la befactatæ uires contabeſcerent:quēadmodum trepidi ac minus audentes medici facti tant:qui cum bona ualitudo ac uigor abſumitur:opem ægrotis ſerius afferunt. In pri mis igitur quaſdam Sānitum ampliſſimas urbes cœpit:in quibus ingentem tritici uī repoſitam & grandem pecuniam & tria Pœnorum milia: quæ in eis præſidii cauſa re licta fuerant.Poſt hæc cum Hānibal.Gn.Fuluio proconſule in Apulia cū undecim tri bunis militum cæſo:maximam exercitus partem trucidaſſet:Marcellus Romā litteras quibus ciues conſolaretur:dedit:mox.n.ſe ut ea ex regione Hānibalem expelleret:trā ſgreſſurum.Quæ ubi lectæ ſunt haud demptū Romanis mœrorem uerū etiam adiec tum terrorem Liuius tradit:eo magis accepta clade impendere diſcrimen ratis:quo Ful uio longe Marcellus præſtabat.Cæterū is quemadmodū ſcripſerat:continuo Hanni balem petens:Lucaniam īgreditur.Vbi cum ad Miniſtronem oppidū pœnū munitos tenere colles offendiſſet:ipſe plano in loco caſtra poſuit.Poſtridie dū prior ad pugnā copias eduxiſſet:in aciem Hannibal deſcendit.Itaq; conflixere:ingens atroxq; utrinq; præliū geſtū:neutri uictoriam adiudicauit.Ab tertia.n.hora collatis manibus in mul tam uix noctem dirempti ſunt.Poſtera die cum primum illuxit: Marcellus productis copiis pro acie per cadauera ſtetit:& ut pro uictoria decertaretur Hānibalem prouoca bat.qui cum caſtra mouiſſet ſpolia hoſtium legit humatiſq; ſuis hoſtem iterum inſe quitur:pluribus ſūmiſſis inſidiis in nullas Marcellus incidit:in omnibus tumultuari is pugnis uſq; ſuperior. quibus in rebus magna Marcelli laus erat & admiratio.Inſtā tibus iccirco comitiis ſenatus decreuit alterum potius e Sicilia conſulem q̄ implicitum Hannibali Marcellum ſubducere:qui reuerſus dictatorem dicere iuſſus eſt.Q.Fabiū. Non.n.dictator a populo aut a ſenatu deligi poteſt. Verum alter conſulum aut impe rator progreſſus ad populum quem cenſeat dictatorem dicit. Vnde quia dictus ſit:dic tatorem appellant.Nōnulli ab eo nuncupatum dictatorem aiunt:q; nō populi ſuffra gio aut aſſenſu:uerum q; is cenſeat: imperet: ſiquidem iuſſa magiſtratuum: quæ græ ci diacagmata:Romani uocant edicta .Is itaq; Marcelli collega e Sicilia reuerſus cū ali um dicere dictatorem mallet:ne inuitus cogeretur:noctu in Siciliam traiecit. Quāob rem.Q.Fabium dictatorem nominante populo ſenatus ad Marcellum litteras dedit: ut hunc diceret.Sic Marcellus dixit & ſcito plæbis auctoritatem adiecit.Ipſe dehīc pro conſul deſignatus:cum Fabio maximo ſtatuit:ut is Tarentinos adoriretur:ipſe conſer tus Hannibali eum diſtrahat:ut quominus illis auxilium ferret:īpedimento eſſet. Tū Cānuſium contendit pœnoq; ſæpenumero caſtra permutanti pugnamq; detractanti undiq; īminebat. Tum uallum iacienti actius īſtare leuibus præliis eum ut migraret co gere.Deniq; cum ipſum pelliceret:nec pugnam Hānibal detractaret:nox prælium di remit.q̄primum dies illuxit:Marcellus in armis ſtructa inſpectabatur acie.Quare irita tus Hannibal coactus ad concionem Carthaginenſes obſecrare:ut pro uniuerſis olī ge ſtis eam decertarent pugnam.Cernitis inquit:ut poſt tot partas bello uictorias: nulla

nobis aut reſpirandi aut quietis facultas adſit: niſi hunc propulſemus hominem. At hiſce adhortationibus prælium ineunt: q̃ quod ad rem Marcellus q̃ ītempeſtiua uſus eſt militia ſuccubuiſſe uidetur. Dextro. n. laborante cornu cum Marcellus ordines ī primā ſuccedere aciem iuſſiſſet: turbatis ea mutatione ordinibus collata eſt hoſtibus uictoria. In ea pugna Romani ad duo milia ſeptīgentos cæcidere. Marcellus ubi ī uallum rediit: conuocato ad concionem exercitu multa ſe ait Romanorum arma & corpora: at Romanū uidere neminem. Eis autem ueniam implorantibus non uictis inquit ſed ſi uicerint daturum: cras denuo conflicturum: ut antea uictoriam q̃ fugam ciues audiāt. Hæc locutus uictas cohortes pro tritico hordeo pauit. Quas ob res cum plures ex ea pugna ſūmo cū diſcrimine ægre ſe haberent: neminē tamē accepta magis uulnera q̃ Marcelli cōfecerat oratio, prima dehīc luce ſignū prælii rubicūda depromitur tunica. Tū cohortes quæ per ignominiam habitæ fuerant: in primā educi aciem impetrant: reliquas tribuni militum copias productas proxime collocat. Id poſtq̃ Hānibal accepit: Dii boni īquit: quiſnam hunc tractarit hominem? qui nec ſecundam nec aduerſam ferre fortunam ſciat. Solus hic ocium nec uincendo præſtat nec ſuccumbendo ſuſcipit. In hūc perpetuo uidemur pugnaturi: cui re tum aduerſe tum proſpere geſta audaciæ ac fiduciæ maiorem pudor cauſam iniicit. Tunc collatæ copiæ par utrinq; uirorum fortitudo Hannibal contra Romanos in primā aciem elephantos locari iubet: ingēti mox tumultu primi turbati ordines ſunt. Tum Flauius tribunus militum correpto ſigno obuius fertur: & primū elephantem aduerſa percuſſum haſta uertit in fugam: quare dum ille refugit proximū primo dehinc irruentes cæteros conturbat. Id conſpicatus Marcellus tumultuantibus concitos pro uiribus inferri iubet equites: ut ipſos longe hoſtibus iritatiores redderet. Sic ſtrenue īuadentes pœnos uſq; in caſtra trucidāt. Plurimā eorum necem dum necantur caduntq; fecere beluæ. Ibi ſupra octo milia deſiderati traduntur. Romanorum cæſa tria milia: omnes ferme ſaucii. Quæ res Hannibali requiem ac ſpatium comparauit q̃procul nocte inſequenti caſtra mouendi. Marcellus cum. n. ob ſā uciorum multitudinem perſequi nequiret: in Campaniam paulatim duxit exercitum: & dum curarentur milites ad Sueſſam ægit æſtiua. Hānibal ut primū ſeſe a Marcello abrupit liberum recipiens exercitum intrepidus circūuagabatur uniuerſam incendens Italiam. Quapropter aduerſus Romæ de Marcello rumor diſpergebatur. Eius inimici Publium Bibulum tribunum plæbis: qui illum accuſaret incitabant: uirum utiq; ferocem & in dicendo grauiſſimū. Is uocato perſæpe ad concionem populo de abrogando Marcelli imperio: & altero ſubrogando imperatore ægerat. Aiebat. n. Marcellum paulo bellis exercitum perinde ac palæſtra fatigatum ſeſe curandi gratia corporis ad callida conuertiſſe balnea. Hæc ubi Marcellus accæpit: relicto legatis exercitu: Romā ad deprecandas uenit calūnias, quarum paratam in ſe ſentētiam comperit: die ad circum flaminium præſtituto ingens eo populi multitudo confluxit. Tum aſcendens Bibulus accuſator extitit. Marcellus pauca ſimpliciaq; de ſe cōmemorans refellit. Illuſtriſſimi uero ciuitatis principes plurima de eo dilucide ac liberius prolocuti orare ne iniquiores hoſte iudices uiderentur: neq; formidinis dānare Marcellum: quem is ſolum ex Romanis ducibus fugiat: ſemper cum eo imperatore pugnam detrectat: cum cæteros laceſſat ad prælium. His peroratis adeo iudicii ſpes fefellit accuſatorem: ut non modo ab hiſce criminibus inſōs Marcellus mitteretur: uerum etiam ipſe quinto conſul deſignaretur. Inito conſulatu intentas ad defectionem Hetruriæ ciuitates: eius aduentu ſædauit placauitq;. Poſt hæc cum ex Siculorum manubiis gloriæ ac uirtutis ædificatum templum dedicare uellet: a pontificibus inhibitus eſt: q̃ negarent unicam duobus Deis ædē haberi poſſe: quapropter aliam exædificare cœpit: haud facile ſe impeditum ferens: quaſi id ei dirum eſſet augurium: multa quoq; illum ſigna perturbabant. Nonnullæ ictæ fulminibus ædes: mures in cella Iouis aurum obroſere. Nuntiatum quoq; eſt bouem humanam emiſiſſe uocem: infantem elephātis capite natū. Quæ cum poſtea libatiōibus

& ſacrificiis expiarentur: male litatum eſt: quare illum Romæ augures detinebant bel li cupiditate flagrantẽ. Neminẽ. n. cuiuſpiã rei deſiderio adeo affectum conſtat: quãtũ ille uir: ut rẽ cũ Hãnibale ferro decerneret. Hoc illi nocturnũ erat inſõniũ: hoc unũ cũ amicis collegiſq; cõſiliũ: hæc una uox ad Deos: ut cũ Hãnibale ſtructa cõiũgeret acie: eũq; auidiſſimũ dixerĩ: ut ĩtra murum aut uallũ quopiã ĩcluſo utrĩq; decertaretur exer citu: & niſi uir parta inſignis gloria & quod teſtatur experientia omnium imperatorũ grauiſſimus idemq; ſapientiſſimus extitiſſet: ei iuuenile quoddam obtigiſſe uicium: & præter ingraueſcentem ipſius ætatem glorioſum fuiſſe fortaſſe quis diceret: ſupra ſexa ginta. n. natus annos quintum agebat conſulatum. Non tamen prius ab urbe diſceſ ſit: q̃ uatum monitu ſacrificia procurationeſq; peregiſſet: quibus rite peractis cum col lega profectus ad bellum eſt. Tum inter Bantiam ac Venuſium conſidentem offẽdens Hannibalem: eum ad prælium prouocabat. At ille pugnam detrectabat. Cæterum cũ ad zephyrios locros ac Petuliam conſules partem copiarum mitterẽt: idq; ſenſiſſet Hã nibal: locatis ſub tumulum inſidiis. ii. cccc. &. d. Romanos cæcidit. Ea res Marcellum iratum exciuit ad pugnam. proinde propius admouit exercitum. Inter amborum ca ſtra munitus admodum ſurgebat tumulus uaria denſus ſilua. Accliues utrinq; ſpecu læ inde fõtani labuntur riuuli. Mirari profecto Romani q; hunc tam cõmodum genio locum haud prior occupans Hannibal eum reliquerat hoſtibus. Verũ Hãnibal illum cum caſtris aptum tum uero longe inſidiis aptiorem iudicauerat. Ipſum itaq; ad huiu ſcemodi tantũmodo rei uſum affectãs: ſiluam & cauernas iaculatoribus haſtatiſq; cõ pleuerat: ratus huc ob loci cõmoditatem Romanos ituros. Nec illum ſpes fefellit. mox .n. inter Romanorum caſtra fremebant eum occupari locum oportere. Ea res conſules mouit munitiore q̃ hoſtes loco habituros caſtra uel caſtello tumulũ firmaturos. Mar cellus igitur locum cum paucis ſpeculaturus equitibus ſũpto uate ĩmolauit. Primæ ie cur hoſtiæ ſine capite fuiſſe haruſpex oſtendit: ſecundæ quãĩmenſum caput emicuit. Cætera quoq; mirum in modum læta apparuere. Quibus cum prioris ſolutus eſſe ti mor uideretur: reſponderunt haruſpices ſe proĩde ueritos turbatoſq; q; lætiſſime poſt fœdiſſimas atq; mœſtiſſimas hoſtiæ ſuſpicionẽ abſurdæ mutationis ingerunt. Sed. n. fatum non ignis non ferrea arcebunt mœnia: ut eſt apud Pindarũ. Marcellus ſũpto collega Criſpino & filio tribuno militum egreditur cũ equitibus ducentis &. xx. ex qui bus nullus Romanus aderat: hetruſci complures: fragellani quadraginta fidiſſimi uſ quequaq; Marcello. Cæterum inter ſilueſtria obtecti uerticis loca nulli uiſus inſederat ſpeculator. qui omnia in Romanorum caſtris facta proſpectabat. Hic inſidentibus aduentare Marcellum ſignificat: qui ubi propius illum acceſſiſſe ſciuerunt: repente ex inſidiis prodeunt: ſimulq; undiq; circunfuſi iaculantur: feriunt: fugientes inſectãtur: in reluctantes manus conferunt. Hi uero ſoli quadraginta fuerant fragellani: qui ter rore confectos uidentes hetruſcos: protegendorum cauſa conſulum pugnam commit tunt: quoad Criſpinus duobus ictus iaculis uerſo profugit equo. Marcellum lata trãſ fixit lancea: quam lonchen græci uocant. Tunc perpauci qui ſupererãt fragellani: eum prolabentẽ deſerunt. Filium uero ſaucium in caſtra fugientes arripiunt. Cæſi haud plu res quadraginta: capti lictores quĩq;: equites duodeuigĩti. Criſpinus haud multis poſt diebus ex eis uulneribus diem obiit. Superiori tempore tãta necdum Romanis clades obtigerat: uno prælio utrũq; mori conſulem. Hãnibal ubi Marcellum cecidiſſe nuntia tum eſt: cæteris paucifactis: ad locum cædis aduolat: ubi cadauer nactus diuq; formã roburq; membrorum contemplatus: nihil aut uoce ſuperbum aut uultu lætus emiſit: quemadmodum nõnulli tam indomito tãq; difficili cæſo feciſſent hoſte: uerum necis indignitatem admiratus ei dempſit annulum. Inde corpus ſplendide ac magnifice or natum cremauit. Poſtmodum reliquiis argentea in urna conditis coronam imponens auream filio mittere curauit. Quæ dum ferrentur interuenere numidæ: qui ut uas cor riperent: portantes adhorti ſunt. parte alia dum obſiſtitur uiq; pugna cõmittitur: oſſa

diſperguntur. Id cum audiſſet Hannibal: adſtantibus dixiſſe fertur: Profecto nil fieri Deo licet inuito: & affectis pœna Numidis amplius legendas tranſmittendaſq; neglexit reliquias: quaſi numen aliquod Marcellum ſic uita defunctum indigne quoq; ſepultura carere iuſſiſſet. Hæc a Cornelio nepote atq; Valerio maximo ſcripta tradūtur. Liuius autem & Cæſar auguſtus id uaſculum ad filium deportatum & ſplendide humatum prodidere. A Marcello complura præter ea quæ Romæ extant: Diis dedicata cernuntur. Nam Catinæ Siciliæ oppidi eius exiſtit gymnaſium: ſtatuæ ac tabulæ ex iis quas Syracuſis detraxit: in Samothracia poſitæ ſunt ad deos quos Cabiros appellant. Inde Līdi in æde Palladis ibi in Marcelli ſtatua īſcriptum hoc Poſſidonius refert: Claudius hic Romæ quōdam memorabile ſidus Marcellus patrum ſtirpe ſatus ueterū: Septenas moderans per mārtia geſta ſecures: Cædibus hoſtiles ſæpe manus domuit. Nam huius epigrāmatis auctor proconſularem dignitatem ab eo bis adminiſtratam quīq; conſulatibus ānumerauit. Eius clariſſima progenies ad Marcellum uſq; Cæſaris nepotem propagatur: quem Octauia Cæſaris ſoror ex. C. Marcello ſuſcepit. Hic dum ædilitatem ageret: paulopoſt q̄ Cæſaris filiam duxiſſet uxorem: mortem ſponſus obiit. Ad eius autem decus ac memoriam Octauia mater bibliothecā cōſtruxit. Cæſar uero theatrum Marcelli nomine inſcripſit.

HANNIBALIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER DONATVM ACCIAIOLVM VERSA.

I PRIMI PVNICI BELLI: QVOD CARTHAGInenſes cum populo Romano geſſere: memoria repetatur: multi imperatores nobis occurrent: qui ex rebus geſtis gloriam conſecuti celebrem famam ſuis poſteris reliquerunt. Sed ex pœnorum ducibus nemo eſt: quē omnes græci latiniq; ſcriptores magis extollant: q̄ Hamilcharem Hānibalis patrem cognomēto Barcham uirum ſine dubio præſtantem & rei militaris: ut in illa quiſque ætate poterat: peritiſſimū. Is primum in Sicilia Romanorum impetum: qui multas inflixerāt ſuæ reipub. clades: diutius q̄ par erat ſuſtinuit. Deinde aphrico bello cum mercenarii milites ſeditione factā rem Carthaginenſium in extremū periculum conieciſſent: ſic ſtrenue incendium illud reſtinxit: ut ſit omnium ſententia iudicatum: ea tempeſtate unius Hamilcharis opera patriam fuiſſe ſeruatam. In Hiſpaniam poſt hæc cum imperio miſſus quo tempore Hānibalem puerum ſecum duxiſſe traditur: cū multa geſſiſſet memoratu digna: tandem. viiii. anno q̄ in eam prouinciam uenerat: aduerſus Vetheones fortiter pugnās interiit. Poſt Hamilcharis mortem Haſdrubal eius gener: quem Carthaginenſes fauēte factione barchina exercitui præfecerant: octo ferme ānos imperium obtinuit. Is Hānibalem non multo tempore poſt interitum patris repugnantibus etiam alterius factionis principibus in Hiſpaniā uocauit: ut ſicut antea puer uiuēte Hamilchare cœperat

bellicis artibus erudiri: ſic etiam tunc robuſtiore ætate periculis laboribus ac omnibus officiis militaribus aſſueſceret. At uero etſi ab initio memoria patris non parum ſibi in exercitu profuiſſet ad fauorem conciliandum: paulo tamen poſtea ſua opera atq; ingenio factum eſt: ut ueteres milites aliorum ducum deſiderio depoſito hunc ſibi animo proponerent: quem præcipue imperatorem deligendum putarent. Omnia. n. quæ magno futuro duci expetenda eſſe uidebantur: abunde Hānibali aderāt. Quippe erat ei conſilium ad egregia facinora promptum: conſilio autem neq; induſtria neq; audācia deerat. Nulla pericula nulla incōmoda corporis quæ cæteros remorari ſolent & a rebus gerendis abducere: inuictum animi uirum terrebant. Vigilare feſtinare cuncta obire quæ aut ſtrenuo milite aut egregio īperatore digna uidebātur. His artibus Hānibal ſub Haſdrubale per triēnium meruit: quo quidē tempore adeo totius exercitus fauorem ſibi conciliauit: ut ſtatim poſt Haſdrubalis mortem ingenti militum conſenſu īperator ſit appellatus: quam prærogatiuam militarem fauente factione Barchina populus Carthaginenſis ſine controuerſia comprobauit. Sex & uiginti ānos cum eſt imperator ab exercitu declaratus: Hānibalem natum comperio. Nouem. n. annorū fuiſſe conſtat: cum eum pater in Hiſpaniam duxit: atq; ab eo tempore uſq; ad interitum Haſdrubalis auctore Polibio ſeptem & decē numerantur anni. Verum ex quo die Hānibal exercitum ac totius reipub. adminiſtrationem ſuſcepit non longam moram īterponēdā putauit: quin populo Romano: quod multo ante animo agitauerat: bellum īferret. Nam erat ei indignatio primū aduerſus Romanos ob Siciliam Sardiniāq; amiſſam cum omnibus Carthaginenſibus pene cōmunis. Accedebat deinde priuatum odium & quaſi hæreditarium ab Hamilchare patre accæptum: quo nemo alter ex Carthaginenſium ducibus nomini Romano fuerat infeſtior. Traditum quoq; memoriæ eſt Hamilcharem ſacrificātem eo tempore quo īHiſpaniam profectionem parabat: Hānibalem admodum puerum iureiurando obſtrinxiſſe: cum primū per ætatem liceret: populi Romani fore inimicum: cuius quidem rei memoria & acerba ſane recordatio ueluti quædam paterni odii imago ante oculos iuuenis uerſabatur animūq; urgebat: ut ea ſemper moliretur: quæ ad euertendum romanum īperium pertinerēt. Præterea factio Barchina frequentibus ſtimulis eum incitare non deſiſtebat: ut armis & imperio opes q̄maximas cōpararet. Eæ igitur tū publicæ tum priuatæ cauſæ cum Hannibalē hortarentur ad ſuſcipiendum cum Romanis bellum: ferox iuuenis occaſionem nouandarum rerum ex tali materia cæpit. Erant in Hiſpania per id tempus ſaguntini quaſi medii inter Romanorum & Carthaginenſium fines iure fœderis in libertate relicti. Hi poſtea ſe totos Romanis addixerant: initaq; ſocietate Romani imperii fidiſſimi cultores habebantur. Quare Hānibal conſtituit animo nihil opportunius fieri poſſe ad elicien dam Romanorum iram ac incendium quod ſibi optatiſſimū erat concitandum q̄ ſagūtinos armis belloq; laceſſer. Sed priuſq̄ ſocios populi Romāi aperte adoriretur: ſtatuit in olcadas alioſq; trans hiberum populos exercitum ducere ac iis ad deditionē cōpulſis aliquam Sagunto nocendi cauſam reperire: qua non tam meditato conſilio a ſe illatum: q̄ a ſaguntinis contractum bellum uideri poſſet. Primū igitur Olcadum gente ad deditionem compulſa: Vacceos deinde aggreditur: agros depopulatur: oppida p multa expugnat: Hermandicam & Arbocolam urbes opulentiſſimas capit ac iā prope omnem regionem in poteſtatē redegerat: cum plæriq; ab Hermandica profugi ſe īuicē confirmantes aduerſus pœnum coniurant: multitudinem cogunt: exules Olcadum ſocios ſibi adſciſcunt: deinde perſuadent Carpentanis: qui ſibi finitimi erant: ut cōmuni conſilio pœnum in reditu ſuo nihil tale expectantem inuadant. Facile in hanc ſententiam diſcedentes populi bellandi cupidi recentibuſq; iniuriis laceſſiti arma capiunt: ac ingenti multitudine coacta (Erant. n. ſupra centum milia) Hannibalem redeuntem ex Vacceis prope flumen Tagum adoriuntur. Ad quorum conſpectum ſubito conſtitere Carthaginenſium ſigna: totoq; agmine pauor & trepidatio fuit. Nec ābigitur quin

pœni eo die insignem cladem accepturi essent: si repentino hostium aduentu cõmoti prædaq; onusti cum ferocissimis gentibus conseruissent manus. Sed prouidus imperator Hãnibal hæc animaduertens prælio supersedere statuit: atq; ibi castra posuit. proxima, deinde nocte quãto maxime silentio potuit copiis amnẽ traductis: locum ea parte qua transitus hosti facillimus dabatur: ab omni præsidio uacuum reliquit: ut partĩ simulato metu: partim occasione oblata barbaros ad transeundũ flumen alliceret: nec uirum qui astutia omnes duces ætatis suæ sine controuersia superauit: opinio in decipiẽdo hoste cõsiliumq; fefellit. Barbari. n. natura feroces multitudine quoq; sua plus nimio fidentes: dum Carthaginenses perterritos esse arbitrantur: magno impetu se in aquam proiiciunt. Hos incompositos ĩplicatosq; prius q̃ omnino flumen traiiciãt: equitibus primũ: mox omnibus copiis aggrediuntur pœni: magnoq; eorum numero ĩterfecto reliquos ĩ fugam uertunt. Post hanc uictoriam cuncti trans Iberim populi deditionem faciunt præter Saguntinos: qui &si Hãnibalem suis ceruicibus ĩminẽtẽ conspiciunt: tamen populi Romani societate confisi defensionem suscipiendam putant: Romam q̃celerrime legatos mittunt: qui senatum doceant quanto in periculo res eorũ sint: & aduersus acerrimũ hostem iam sibi uim haud dubie inferentem auxilium petant. Vix saguntinorum legati ex Hispania discesserant Romã profecturi: cum pœnus iam in apertum bellum prorũpens omnibus copiis ad obsidendum oppugnandumq; Saguntum accessit. Quod ubi Romã nuntiatum est: agitatumq; in senatu de sociorũ iniuria: miti sententia decreuerunt patres: ut. P. Valerius Flaccus &. Q. Fabius Pãphilus ad Hãnibalem mitterentur: ut a Sãgunto recederet: qui si non pareret: Carthaginẽ ire iussi sunt ad ducem ipsum pro uiolato fœdere deposcẽdum. Hos oratores auditos esse ab Hãnibale uanaq; ab eo tulisse responsa Polibius refert. Liuius contra nec auditos nec in castra admissos scribit. Ambo tamen in eo conueniunt: q̃primũ in Hispaniam deinde in Aphricam profectos Carthaginem uenisse tradunt: expositisq; patrum mandatis sic aduersam habuisse dicunt factionem Barchinã: ut neglecti despectiq; re infecta Romã redirent. Erant omino in senatu Carthaginensium factiones duæ: quarũ altera iam inde ab Hamilchare cognomento barcha initium trahẽs Hãnibali filio qua si ex hæreditate obuenerat: auctaq; deinceps in tantas creuerat opes: ut domi foriscq; in omni re decernenda superior haberetur. Altera uero principem habebat Hãnonem uirum grauem sũmæq; in ea repub. dignitatis: toga tamen magis q̃ armis egregium. Is ea tempestate qua legati Romanorum Carthaginẽ uenerunt quæstũ de sociorum iniuriis: solus fuisse traditur: qui omni prope repugnante senatu fœdus cum populo Romano seruandum censuit: monuitq; ut ab eo cauerẽt bello: quod extremã erat suæ patriæ perniciem allaturum. In quo si Carthaginenses non tã animum Hãnonis q̃ eius consilium respicere uoluissent: & pacis potius q̃ belli auctorem audiendũ censuissent: sanctius sibi suæq; reipub. foret consultum. At illi unius iuuenis seu furorem seu cupiditatem secuti tantorum malorum: quæ postea in sua capita redundarunt: ex eo tẽpore occasionem dedere. Quocirca sapientes uiros & optimos rerumpub. gubernatores finem magis in rebus humanis q̃ initium spectari: & priusq̃ ad arma bellaq; prorũpãt: experiri omnia consilio decet. Cæterum Saguntini per id tempus quo ab Hãnibale obsessi sunt: cum præter ius fasq; sibi bellum inferri uiderent: plures menses obstinatis animis obsidionem tulerunt. Ad extremum multitudine hominũ superante pœno (ad centum. n. & quĩq̃ginta milia habuisse ĩ armis creditur) cum iam magnã ex parte diruta mœnia essẽt: excidium urbis expectare maluerunt: q̃ ĩ acerbissimi hostis potestatem uenire. Octauo mense q̃ cœptum oppugnari: captum Saguntum quidã auctores sũt: quibus nec Liuius assentiri uidetur nec aliud certum tempus obsidionis illius ĩ mediũ afferre. At uero expugnatio huius opulentissimæ urbis cœptis Hannibalis multis ĩ rebus adiumento fuit. Nam ciuitates nonnullas quæ punici ĩperii pertesæ metum defectionis præbebãt: exemplo saguntiæ cladis ĩ fide retinuit: militum animos cõfirmauit

ditato exercitu ingenti præda: precioſa munera ex ſpoliis ſaguntinorum Carthaginem miſit: quibus ſibi primarios obligauit ciues paratioreſq; reddidit ad futurum bellum: quod cum populo Romano non in Hiſpania (ut multi arbitrabantur) ſed in Italia ſibi erat in animo gerere. Inter hæc legati Romanorum cum in urbem a Carthagine rediiſſent: uana quæ ibi accæperant referentes reſpõſa: & ſub idem prope tempus excidium ſaguntinum nũtiatum eſſet: ſera tandem populum Romanum pœnitentia cæpit: q; labenti reipub. ſociorum opemq; in extremo periculo poſtulanti non ſubueniſſet. Ita plæbs patreſq; incredibili miſericordia moti ſimul indignatione accenſi conſules prouincias ſortiri iubent. P. Cornelio Hiſpania. T. Sempronio Aphrica. Ii. n. tum conſules erant: cum Sicilia euenit. Legatos deinde Carthaginem mittunt: principes ciuitatis qui coram ſenatu poſt lõgam diſceptationem de fœderum iure cum ſemina futuræ cõtentionis quaſi in conſpectum omnium effudiſſent: magnaque ferocitate obtuliſſent bellum: Carthaginenſes econtra non minore audacia oblatum ſuſcepere: malo tamen conſilio: ut poſtea res ipſa & belli exitus declarauit. Verum Hannibal cognitis iis quæ in ſenatu Carthaginẽſium acta erant: cum iam tempus eſſe arbitraretur: ut ſicut ab initio inſtituerat: Italiam peteret: res neceſſarias ingenti ſtudio parat: claſſẽ inſtruit: ex fidiſſimis ciuitatibus auxilia accerſit: omnes copias Carthaginem nouam conuenire iubet. Poſt hæc Gades profectus ante omnia cõmodiſſimũ eſſe ſtatuit opportunis cuſtodiis Aphricam Hiſpaniamq; munire: ne dum ipſe in Italiã contendit: uacuæ ab omni præſidio Romanis relinquantur. Itaq; ĩ Aphricam primũ mittit equites mille & ducẽtos: peditum ex hiſpanis tredecĩ milia. Deĩde ex diuerſis ciuitatibus Aphricæ q̃ttuor milia peditũ euocat: quos Carthaginẽ tueri iubet: obſides ſimul hĩturus & milites. Hiſpaniæ autem præficit Haſdrubalem fratrem: eiq; reliquit. L. nauium claſſem & ad duo milia equitum: peditum uero ad duodecim milia. Atq; iis præſidiis utranq; prouinciam firmat: nõ quia ea ſufficere arbitretur aduerſus romanas opes: ſi moles belli aut in Hiſpania aut in Aphrica ſuſtinenda foret: ſed q; hæc ſatis eſſe exiſtimet ad hoſtem ſuis finibus arcendum: dum ipſe terreſtri itinere exercitum ducens bellum in Italiam tranſferat. Sciebat præterea populum Carthaginenſem pro magnitudine imperii facile poſſe cum uellet nouas copias parare: nec ſolum reficere exercitũ domi ſi opus eſſet: ſed etiam ſupplementum ſibi ĩ Italiam mittere. Ex quo. n. graue ac periculoſum bellum mercenariorum indignatione contractum a ſuis ceruicibus depulerant Hamilchare primũ: deinde Haſdrubale: poſtremo Hãnibale duce continẽter uictores ita punicum imperium auxerant: ut ea tempeſtate qua Hãnibal in Italiam uenit: longe late q; eorum paterent opes. Nam omnem Aphricæ oram: quæ noſtro mari abluitur: tenebant. Ab aris Philenorum haud multum diſtantibus a magna ſyrte uſq; ad columnas Herculis continet ea longitudo duo milia paſſuum: trãſgreſſiq; paruum fretũ: quod Aphricam Europamq; interiacet: omni prope Hiſpania potiti erant uſq; ad Pyreneũ montem: qui eam prouinciam a Gallis diuidit. His rebus in Hiſpania atq; Aphrica cõſtitutis Hãnibal Carthaginem nouam reuertitur: ubi iam copiæ inſtructæ paratæq; in armis erant. Quapropter nihil ultra expectandum ratus aduocata concione militũ animos uerbis confirmat: ſpem magnarum rerum proponit: fertilitatem Italiæ prædicat: amicitiam Gallorum cõmemorat. Demũ hortatur ut lætis animis profectionem ſuſcipiant. Sequenti die a Carthagine mouens per maritimã horam ad Iberum ducit. Sunt qui proxima nocte quieſcenti Hãnibali iuuenem admirabili ſpecie uiſum in ſõnis tradunt: hortantem primo ut ſe ducem in Italiam ſequeretur: deinde cum magno ſtrepitu ſerpentem apparuiſſe raræ magnitudinis: cupientiq; ſcire quidnam id portenderet: uiſum ſibi audire uaſtitatem Italiæ eſſe. Nec mirandum fuiſſet: ſi intentæ Hãnibalis curæ cogitationeſq; uehementes: quibus ille uigilans bellum italicum agitabat: quaſdam nocturnas peperiſſent ſpecies. nunc uictoriæ nunc cædis & ĩcendii aliarumq; belli calamitatum ſimilitudinem præ ſe ferentes. Fit. n. interdum ſicut orator inquit: ut

cogitationes ſermoneſq; noſtri pariant aliquid in ſõno tale: quale de Homero ſcribit Ennius: de quo uidelicet ſæpiſſime uigilans ſolebat cogitare & loqui Hannibal ſuperatis Pyrenei iugis cõciliatiſq; ſibi multis donis Gallorum animis: paucis diebus ad Rhodanum uenit. Rhodanus amnis non longe ab Iſtre Rheniq; fontibus ſurgens: octīgẽtis prope emenſis ſtadiis in lacum Lemānum ſe condit: indeq; egreſſus in occidentem ſe uertens Gallias aliq̃diu dirimit: Arariſq; & aliorũ fluminum acceſſione non mediocriter auctus: tandem inter Volcas & Cauares pluribus capitibus in mare influit. Volcarum gens ea tempeſtate circa utranq; ripam colebat Rhodani: hominũ abundantiſſima erat & inter gallicas gentes opulentiſſima. Hi primo Hānibalis aduentu amnem tranſgreſſi conſtiterant in ripa fluminis: ut pœnos tranſitũ prohiberent. Nam cæteris pacatis gallis hos neq; donis capere Hānibal: neq; metu compellere potuit: ut amicitiã experiri q̃ uim Carthaginenſium mallent. Igitur dolis cum tali hoſte agendum ratus: Hānoni Bomilcharis filio præcipit: ut occulte Rhodanum trāſmittat: & cum parte copiarum gallos nil tale opinantes adoriatur. Is ut imperatum erat: longiore itinere progreſſus: ubi cõmodiſſimũ uiſũ eſt flumen traiicit: & circũductis copiis prius ad hoſtiũ caſtra puenit: q̃ plane ab his uideri aut quid rei gereretur cognoſci poſſet. Galli clamore a tergo audito: cum neq; conſilii habendi neq; arma capiendi ſpatium daretur: & iã a fronte inſtaret Hannibal pluribus nauigiis ad traiiciendum paratis: ſubito caſtris exceſſere: & quantum curſu ac uiribus efficere potuerunt: ſe in præcipitem dederunt fugam. Sic igitur ex aduerſa ripa hoſtibus pulſis reliquæ Carthaginenſium copiæ īcolumes traducuntur. Interim crebri rumores de aduentu Hānibalis ad. P. Cornelium Scipionem: qui pauloante Maſſiliam uenerat: deferebantur. Quæ ut certius cognoſceret conſul: alam lectiſſimorum equitum ad exploranda cõſilia hoſtium mittit: quibus ut mandatum erat celeriter proficiſcentibus: quingenti numidæ equites obuii fiunt: miſſi & ipſi a pœno ſpeculatum romana caſtra. Nulla mora interiecta eſt quin prælio cõtenderent. Pugnatum eſt acriter ab utriſq;. Tandem ſuperiores Romani multis ex ſuis amiſſis: pluribus ex hoſtibus cæſis: reliquos in fugam coniecerunt. Poſt hæc Hannibal certior factus: quo in loco Romanorum copiæ eſſent: agitare ſecum cœpit: præſtaret ne cœptum iter in Iraliam proſequi: an aduerſus præſentem conſulem exercitũ ducere & euentum totius rei experiri. Cum multæ utrinq; rationes occurrerent: tandẽ fluctuantem animo Boiorum legati in eam partem traxerunt: ut omnibus rebus poſtpoſitis in Italiam contenderet. Nam Boi iam ante pyrenei tranſitum legatis Romanorum per fraudem captis: Manlio prætore magna clade affecto ſolicitatis Inſubribus ad pœnum defecerant: ea præcipue cauſa indignati: q̃ Romani pauloante Placentiam Cremonamq; colonias miſerant. Itaq; horum conſiliis perſuaſus Hannibal caſtra mouit: & per ripam Rhodani aduerſo flumine profectus paucis diebus peruenit ad locũ: quẽ inſulam Galli appellant. Hanc Arar & Rhodanus amnis ex diuerſis montibus confluentes efficiunt: ibiq; nunc Lugdunium eſt celeberrima Galliæ urbs: quam lõgis poſtea temporibus a Planco Numatio conditam fuiſſe accepimus. Hīc profectus Hannibal regionẽ Allobrogũ ingreditur: diſcordiiſq; duoꝝ fratrũ de regno īter ſe certātiũ ſublatis par Caſtinorum & Vocontiorum fines ad flumen Druentiam uenit. Druentia oritur ex alpibus & citato deſcendẽs curſu ī Rhodanum ſeſe effundit: & quia uada frequẽter mutat: ægre pedibus tranſiri poteſt. Eo tamẽ tranſmiſſo amne per aperta loca quãtum facultas dari potuit exercitum ducens: alpes petit. Verum in ſuperandis alpibus tot tantaq; īcõmoda perpeſſum Hānibalem tradunt: ut quidam auctores æquales tẽporibus eius belli ex ipſo pœno audiſſe dicant: ſe ſupra. xxx. hominũ milia maximũq; iumentorũ numerum ī tranſitu alpium amiſiſſe. Non ſolum. n. cum montanis incolis multotiens ſibi pugnandum: ſed etiam aduerſus anguſtias aſperitateſq; uiarũ ſic ei laborandum fuit: ut quibuſdam locis per īgẽtia ſaxa igni acetoq; putrefacta ſibi aperuerit iter. Quītodecimo die ſuperatis alpibus in agrum taurinum deſcendit. Quo

mihi ueriſimilius uidetur per mõtẽ Genuæ(ſic. n.uulgo appellãt)q ex altero latere flu
men Druentiam:ex altero exitum in taurinos habet:pœnum tranſiſſe. Poſtq̃ in Italiã
uentum eſt:quæ aut quantæ copiæ Hãnibali fuerint:quia diuerſa auctores rettulere:
difficile ad fidem eſt exacto affirmare numero. Alii centum milia peditum.xx.equitũ:
alii.xx.peditum.vi.equitum ex Aphris Hiſpaniſq;.Quidam uero Gallis Liguribuſq;
additis. Lxxx.milia peditum.x.equitũ fuiſſe ſcribũt. Sed credere libet:neq; ita magnũ
ſibi fuiſſe numerum copiarum:ut aſſerunt primi poſt tot emenſa terrarum ſpatia tan
taq; detrimẽta accepta:neq; ita exiguum:ut ſecundi uolunt:cum maxime res quas po
ſtea geſſit:menti occurrunt. Qui uero mediã ſequũtur uiam probabiliora dicere uiden
tur: cum ex. Lxx.milibus peditum.x.milibus equitum:quæ ex Hiſpania mouit: ma
gnam partem in Italiam duxerit:ſatiſq; conſtet confluxiſſe ad eum ingentem multitu
dinem Ligurum Gallorumq;:qui ea tempeſtate non minore odio in Romanos q̃ Pœ
ni ardebant. Cum ex taurinis in agrum inſubrium ueniſſet Hãnibal:aduerſum habu
it.P.Cor.Scipionem:qui a Maſſilia ingenti celeritate in Italiam reuerſus Pado Tici
noq; traiectis haud procul ab hoſte conſedit:breuiq; interiecto ſpatio ambo ii duces al
ter alterius caſtra ſpeculatum profecti:equeſtre prælium cõmiſerunt: in quo aliq̃diu
pari prope certamine dimicatum eſt. Ad extremũ Romani cum uulneratus eſſet con
ſul & Numidæ equites paulatim circumeundo a tergo ĩminerẽt:pedem referre coacti
ſunt. Iraq; ſenſim cedendo & conſulem protegendo:ſeſe in caſtra recæperunt. Sunt q
ab Aphricano filio iam tum pubeſcente ſeruatum patrem Cornelium ſcribunt. Quæ
quidem laus &ſi maxima ſit in tam recenti teneraq; ætate:non tamen a uero nec a præ
claris rebus quas poſtea geſſit:aliena uidetur. Hoc prælio expertus Scipio quãtũ equi
tatu præualeret hoſtis:ſtatuit ſibi ea loca petenda eſſe:in quibus pedeſtres copiæ & cõ
ſiſtere tutius & dimicare cõmodius poſſẽt. Itaq; ſequenti nocte quanto maxime ſilen
tio potuit omni exercitu Padum traducto in agrum placentinum contendit: Eodẽ ue
nit paulopoſt. T.Sempronius Longus litteris ſenatus ex Sicilia accerſitus:ut ambo cõ
ſules cõmuni imperio cõmuniq; conſilio rempub.adminiſtrarẽt. Hãnibal etiam poſt
equeſtrem pugnam cum omnibus copiis Scipionem ſecutus ad flumen Trebiam con
ſederat:ſperans propinquitate caſtrorum fore aliquam dimicandi facultatem: quam
ſibi datum iri uehementiſſime cupiebat:non ſolum quia longam moram ſuſtinere nõ
poterat ob cõmeatus inopiam:ſed etiam quia uerebatur infirmitatem Gallorum: qui
& ſpem nouarum rerum & equeſtris uictoriæ famã ſecuti:ut facile in ſuam fidem at
q; amicitiam conceſſerant:ſic etiam leui momento fieri poſſe credebat:ut durante ĩ ſu
is ſedibus bello odium a Romanis in ſe unum auctorem belli tranſferrent. Igitur om
nibus modis materiem quærebat:unde occaſio cõmittendi prælii oriretur. Accidit autẽ
opportune per eos dies:ut Sempronius cõſul nactus hoſtium agmen præda graue pa
latumq; per agros inuaderet in fugamq; coniiceret:atq; ex ea re proſpere geſta de euen
tu totius rei coniecturam faciens:in maximã ſpem ueniret uictoriæ conſequendæ ſi iu
ſta acie conſereretur manus. Quare priuſq̃ Scipio conualeſceret:& noui conſules crea
rentur:alicuius præclari facinoris edendi cupidus:in certamen prodire decreuit. Rẽ im
probante collega : clamanteq; nihil intempeſtiuius agi poſſe:q̃ omnibus prope aduer
ſantibus Gallis ſũmam reipub.in diſcrimen offerre:Horum diſſenſiones per occultos
exploratores deferebantur ad pœnum. Quibus cognitis callidus imperator extemplo
locum inter utraq; caſtra ſeptum undique & ueſtitum uepribus & dumetis inuenit:
ibiq; Magonem fratrem cum delecta manu conſiſtere iuſſit. Deinde equitibus numi
dis negocium dedit:ut adirent romana caſtra hoſtemq; laceſſentes ad prælium excirẽt.
Ipſe interim reliquũ exercitum cibo potuq; refectum in aciem deducit:ut in omnẽ oc
caſionem gerendæ rei intentus paratuſq; in armis eſſet. Sempronius conſul ad primũ
tumultum Numidarum ſubito equitatum:deinde ſex milia peditum: poſtremo om
nes copias ex caſtris educit. Erat autẽ brumæ tempus & ſũma uigebat aſperitas hyemis

in iis præſertim locis quæ alpibus apœninoq; clauduntur. Numidæ ut præceptū erat ci
tra flumen Trebiam Romanum ſenſim trahentes: ubi ad eum locum uenerunt: unde
ſuorum ſigna conſpici poterant: ſubito uerterunt in effuſum hoſtem equos. Eſt enim
Numidarum conſuetudo: ut ſponte plærunq; cedant: mox ubi uiſum fuerit: ſiſtant:
rurſus maioreq; impetu q̄ prius hoſtem īuadant. Sempronius extemplo equitibus ad
ſubſidia reuocatis pro neceſſitate temporis aciem inſtruit: pugnam cum hoſte: qui om
nia ad futurum certamen præparauerat: cōmiſſurus. Iam. n. cum inſtructis copiis ade
rat Hānibal: ut præſenti occaſione certandi uteretur. Pugna primū a leui armatura: de
inde ab equitatu inita eſt: ī qua Romani equites cum impetum hoſtium ſuſtinere nō
poſſent: facile ceſſerunt loco. Prælium deinde legiones excepere tanta contentione tā
q; paratis ad dimicandum animis: ut reſiſtere poſſe uiderentur: ſi eis fuiſſet cū ſolo pe
dite decernendum. Sed hinc equites elephantiq; terrebant: hinc pedites inſtabant acri
ter pugnantes aduerſus corpora fame frigoreq; confecta. Itaq; magis animis q̄ uiribus
hanc molem circunſtantium incōmodorum ſuſtinentes Romani: pugnam extraxere:
quouſq; Mago ex inſidiis exortus cum clamore ac tumultu incautos īuaſit: & media
pœnorum acies iuſſu Hānibalis impetum in Cēnomanos fecit. Tunc fuga ab auxilia
ribus cæpta Romanorum frægit animos. Nam ad decem milia peditum ex Romano
exercitu fuiſſe dicuntur: qui per medios erumpentes hoſtes ſe Placētiam contulere. Ex
reliquis copiis fugientes perſecuti maiorem partem conciderunt pœni. Euaſit tamen
Sempronius cōſul ſūmo periculo manibus hoſtium euitatis. Nec pœnis incruēta uic
toria fuit: multis ex ſuis militibus ac omnibus prope elephantis amiſſis. Poſt hanc pu
gnam Hānibal per omnem regionem uagatus cūcta ferro igniq; uaſtauit: oppida quæ
dam cæpit ac ingentem multitudinem incolarum nullo ordine militari in certamen eū
tem parua manu fudit fugauitq;. Vere primo maturius q̄ tempus poſtulabat ex hyber
nis mouens cum in Hetruriam contenderet: & prope apœnini iuga ſæua tempeſtate re
pulſus exercitum in agrum placentinum reduxit: breuiq; interiecto ſpatio cum multæ
neceſſariæ urgerent cauſæ rurſus eandem profectionem ſicut īſtituerat: ſuſcipiendam
putauit. Nam Gallorum inſidiis prope circunuentus: calliditate ingenii periculum ca
pitis euitauerat. Aegre. n. ferentes Galli bellum in ſuis agris diutius conſiſtere: unum
Hānibalem caput belli petebant. Quo periculo compulſus pœnus maturandum ſibi
atq; in aliam prouinciam omnem exercitum traducendum putabat. Accedebat præte
rea q̄ ad opinionem gentium & ſuorum militum alacritatem magni intereſſe arbitra
batur tantas uideri Carthaginenſium uires: tantum ducis animū: ut in propinquas ro
manæ urbi regiones arma tranſferre auderet. Quare poſtpoſitis omnibus rebus caſtra
mouit: ſuperatiſq; apœnini iugis p Ligures ea uia qua ad paludes ac planiciem flumi
nis Arni eſt iter in Hetruriam deſcendit. Arnus uehementius excreuerat per eos dies: at
q; omnes circūadiacentes campos aquis inundauerat. Igitur Hānibal tantum exercitū
ſecum trahens priuſq̄ e paluſtribus locis egrederetur: uitare non potuit quin ingētem
hominum ac iumentorum iacturam faceret. Ipſe quoq; dux &ſi elephanto: qui unus
ſuperfuerat ex multis eminens ueheretur: plures tamen dies ac noctes aeris intemperie
uigiliiſq; confectus alterum amiſit oculum. Inter hæc. C. Flaminius conſul exercitu a
Sempronio accepto Aretium uenerat inconſulto ſenatu ægreq; ferente: q̄ relicto Ro
mæ. Cn. Seruilio collega ſine inſignibus ſine lictoribus furtim in prouinciam conten
diſſet. Hunc uirum natura ferocem plæbis fauor ſupra modum extulerat: atq; ita au
dacem reddiderat: ut appareret omnia incaute inconſulteq; acturum. Quod ubi Hāni
bal comperit: cōmodiſſimū eſſe ſtatuit ingenium conſulis irritare: conariq; omnibus
modis: ut anteq̄ collegæ iungeretur: ad pugnam alliceret. Itaq; caſtra mouens per agrū
feſulanum arretinumq; magno impetu uagatur: omnem regionem terroribus implet:
cuncta ferro igniq; peruaſtat: nec prius populationibus aut incēdiis finem facit: q̄ paſ
ſim uaſtatis agris ad montes cortonenſes atq; inde ad Tranſimenum lacum peruenit.

Ibi locum contemplatus cum capere insidiis hostem quæreret: prope angustam uiam quæ ad Transimenum ducit: sub quibusdam tumulis equitatum locat: post montes leuem armaturam considere iubet. Ipse cum reliquis copiis in planiciem descendit suspicatus id quod accidit: Romanum consulem non quieturum. Homines. n. furentes ī genio facile ad omnes machinas atq; insidias hostium patent: sæpeq; salutaribus consiliis spretis sūmam rerum in discrimen obiiciunt. Flaminius ubi passim agros sociorū diripi: frumenta succidi: ædificia incendi sensit: subito contra omnium sentētiam qui collegam expectandum censebant: castra mouit: citatumq; agmē ad hostem duxit. Cū occidente iam sole ad angustias Transimeni lacus peruenisset: eo in loco constitit continenti itinere defessus miles. Sequenti die sub primam lucem nulla re antea explorata saltum transcendit. Hānibal uero qui omnibus antea præparatis occasionem expectabat gerendæ rei: ubi in patentiorem campum Romanum deductum cernit: dat omnibus inuadendi signū. Tunc undiq; surgentes pœni hostem lacu & montibus clausū adoriuntur: nec solum a fronte: sed etiam a tergo & lateribus instant. Contra Romani nullo ordine militari prælium ineuntes constipati conglobatiq; in nebula: quæ omnium oculos occupauerat: ueluti in umbra pugnant: ut mirandum fuerit: cum ab omni parte circūsepti tenerentur: quibus rebus fræti tandiu pugnam distulerint. Nam supra tres horas ita acriter certatum constat: ut neq; maximus terremotus eo tempore a pugnātibus auditus sit: nec prius Romana īclinata acies: q̄ manu equitis cui Ducario nomen erat: consulem tota acie uolitantem interfectum fama uulgauit. Tunc Romani spoliati præsidio ducis ac omni spe destituti terga uerterunt: alii mōtes alii lacū petentes: quorum multi in fuga sunt comprehensi atq; interfecti. Cecidere ī ea pugna ex copiis Romanorum ad. xv. milia hominum & ad. x. milia uariis itineribus euasere. Fuisse etiam dicuntur sex milia peditum qui ab initio pugnæ impetu facto saltum superarunt: & in eminenti quodam tumulo constiterunt: postea uero finito prælio accepta a pœnis fide proditi fraudatiq; ī uictoris potestatem uenerunt. Hānibal hac īgenti uictoria parta multos ex captiuis italici generis liberaliter prosecutus sine precio dimitti iussit: ut humanitatis & indulgentiæ fama per populos uulgaretur: a quibus tamē uirtutibus īgeniū eius longissime aberat. Fuit. n. Hānibal ferus īmanisq; natura: & adiūxit etiam a prima pueritia disciplinam: qua non iura non leges non ciuiles consuetudines: sed bella cædesq; & hostiles proditiōes tractaī didicerat. Itaq; crudelissimus euasit dux: & in fallendis hominibus callidissimus. Nam ad decipiendum hostem semper intentus: quos aperto marte superare non poterat: dolis aggrediebatur: ut facile ex præsēti pugna & ex prælio quod antea cum Sempronio ad Trebiam cōmisit: possumus iudicare. Sed hæc in alium locum differantur. Romam uero ubi Flaminium consulē uictum cæsumq; cum magna parte copiarum nuntiatum est: ingens repente luctus ciuitatem inuasit. Alii publicam alii priuatam quidam utranq; calamitatem deplorabant. Miserabile spectaculum erat multitudinis mulierum uirorumq; confluētis ad portas: ut priuatim quisq; de suis necessariis certior redderetur. Proditum quoq; memoriæ est mulieres duas stantes solicitis ac pendentibus animis pro salute filiorum: cum præter spem filii occurrissent: subita lætitia expirasse. Sub idem tempus quattuor milia equitum ad Flaminium consulem mittebantur a Seruilio collega nondum sciente prælīū ad Transimenum factum. Hi in itinere audita suorum clade cum in umbriam se reciperēt: ab equitatu hostium excepti ad Hānibalem deducūtur. Cæterum cum tot tāq; multiplicibus accæptis ī sūmo periculo res romana esset: placuit extra ordinarium imperium quæri dictatoremq; creari: quod unū remedium alieniſſimis temporibus reip. adhiberi solitum erat. Sed cum obsessis omnibus uiis Seruilius consul Romā uenire non posset: nouo exemplo populus Romanus dictatorē. Q. Fabium: cui postea Maximo fuit cognomen: &. M. Minutium magistrum equitum dixit. Erat autem Fabius uir magni consilii atq; prudentiæ & sūmæ in repu. dignitatis. Itaq; eo tempore omnes

ciues hunc unum intuebantur: iamq; ſibi perſuaſerāt eo duce aut nullo alio defēdi ſta
tum ciuitatis poſſe. Hæc ille non ignorans ingenti cura rebus neceſſariis comparatis ab
urbe proficiſcitur: & exercitu a Seruilio cōſule accæpto duabuſq; legionibus additis ad
hoſtem pergit. Iam Hannibal a Tranſimeno lacu recto itinere Spoletum profectus: tē
tauerat primo impetu ſi id oppidum capi poſſet. Concurſu oppidanorum ad tuenda
mœnia facto cum egregie defenderetur: uaſtatis omnibus eorum agris uicis ædifici-
iſq; incenſis in picentes atq; inde per marſos & pelignos in Apuliam contenderat. Dic-
tator hoſtem ſecutus prope Arpos haud procul a punicis caſtris conſedit: eo cōſilio ut
morando cunctandoq; bellum traheret. Nimia. n. ſuperiorum ducum ferocia in eum
locum rem romanam deduxerat: ut a totiens uictore hoſte non uinci eo tēpore pro uic
toria haberetur. Itaq; omnia repente mutauit imperator mutatus. Nam cum Hanni-
bal primo in aciem deduceret: deinde quieſcente hoſte omnem regionem popularetur:
ut uaſtando in oculis agros ſociorum dictatorem exciret ad prælium capeſſendum: ni
hilo magis motus Fabius ſuos in caſtris continebat. Hanc cunctationem Romani du-
cis iniquo animo ferens Hānibal: frequenter caſtra mutare conſtituit: ut pluribus ade
undis locis aliqua uel fallendi hoſtem uel cōmittendi prælii occaſio oriretur. Quaprop
ter ſuperato Apœnino ex agro arpinati in Sannium uenit: pauloq; poſt quibuſdā cā-
panis quos ad Tranſimenum captos liberaliter dimiſerat: afferētibus ſpem Capuæ po
tiundæ caſtra mouit: perito quodam regionis admonito: ut in agrum caſſinatem exer
citum duceret: ſimilitudine nominis Caſſilinum dux itineris pro Caſſino accipiens: lō
ge diuerſa uia per Calentinum & Calenum agrum in campum ſtellatem Hannibalem
traxit. Vbi cū ſepta undiq; montibus & fluminibus regio teneretur: cognito errore pœ
nus hominem crudeliter excruciatum necari iuſſit. Fabius per id tempus incredibili pa
tientia uſus: uagari pœnum permiſit: donec occupato gallicano & caſſilino monte op
portuna loca præſidiis firmauit. Quo factum eſt: ut punicus exercitus prope circūuen
tus uel opprimi cōmeatus inopia uel turpi fuga ſibi conſulere cogeretur: niſi Hānibal
arguta fallacia fruſtrato hoſte periculum euitaſſet. Nam hac re animaduerſa: cum ſibi
opportunum uiſum eſt: imperat militibus ſuis: ut ex agreſti præda quam abunde ī ca
ſtris habebat: ad duo milia boum ad ſe deducant. Horum cornua facibus uīciri iubet.
Deinde quoſdam idoneos deligit uiros: qui ſub primā uigiliam facibus incenſis ad ſū
mos montes bæluas concitent. Nihil ex iis quæ imperata erāt: prætermiſſum fuit. Agi
tati boues ardentibus facibus ſūma montium petunt. Copiæ paulatim ſequūtur. Ro-
mani qui multo ante firmis præſidiis ſaltus occupauerant: re noua perterriti & inſidi-
as eſſe rati ſubito ex opportunis locis diſceſſere. Fabius quoq; punicam fraudem ſuſ-
pectam habens: cum non ſatis conſtaret quidnam rei eſſet: ſuos in caſtris cōtinuit. In
terim pœnus haud procul ab aquis ſueſſanis: quem locum hac tempeſtate incolæ regi
onis turrim balneorum appellant: ſaltum tranſgreditur: atq; in agrum albanum cum
omnibus copiis incolumibus ſeſe recipit: breuiq; interiecto ſpatio caſtra mouet: quaſi
recta uia Romā petiturus. Sed poſtea conuerſo itinere in Apuliam rediit. Ibi potitus
oppido Glereno opulento ſane & abundanti omni copia rerum hyberna in iis lo-
cis habere conſtituit. Nec multo poſt dictator ſubſecutus haud procul a punicis caſtris
in agro Larinati conſedit. Inde reipub. cauſa Romā accerſitus: cum celeriter ſibi profi-
ciſcendum eſſet: magiſtro equitum denuntiat: ut ſeſe loco teneret: neue abſente ſe cū
hoſte manū conſereret. Nam ſicut ab initio propoſuerat animo: ita etiam poſtea ī eo
perſeuerandum putabat: ut neq; hoſtem in prælio laceſſeret: neq; laceſſitus in āciē de-
ſcenderet. Sed accidit poſt diſceſſū eius: ut. M. Minutius præceptorum īmemor: ho-
ſtium manum adoriretur frumentatum ab Hānibale miſſam palantemq; per agros
cum multa cæde in caſtra coniiceret. Extemplo huius rei fama Romā perlata auctaq;
rumoribus ueluti adeptæ uictoriæ nomen obtinuit: ac ita multitudinis impleuit aures
ut repente ſit magiſtro equitum: quod ante id tēpus contigit nunq̄ cū Fabio dictatore

æquatum imperium. Hanc iniuriam ſibi indigno illatam magno animo ferens Fabius in caſtra reuertitur. Iam duo dictatores uno tempore erant: res ante eam diem inaudita: diuiſiſq; inter ſe copiis ſicuti conſulibus mos fuit: pari imperio exercitibus præerant. At. M. Minutius ex iis rebus tantam ſibi arrogãtiam ſumpſerat: ut quod uix Hãnibal totiens uictor auderet: auſus ſit quadam die inconſulto collega certamen inire: ac in eum locum copias ſuas perducere: ubi punicis inſidiis circũuentæ ad arbitriũ hoſtium cædebantur: nec ullam euadendi uiam habebant: niſi Fabius publicæ ſalutis magis q̃ accæptæ iniuriæ memor in tempore ſubueniſſet. Nam recentibus copiis certamini ſuperueniens haud dubie terruit pœnum: & facultatem legionibus romanis dedit: ut ſeſe in locum tutum reciperent. Maximã hinc uirtutis & prudentiæ famam cũ apud ſuos tum apud hoſtes eſt Fabius conſecutus. Nam & Hãnibalem in caſtra redeuntem dixiſſe tradunt eo prælio a ſe. M. Minutium: ſe autem a fabio eſſe ſuperatum. Et ipſe Minutius cognita prudentia uiri iuxta Heſiodi ſententiam meliori parendum ratus: cum omnibus copiis in caſtra Fabii uenit: magiſtratuq; depoſito honorificentiſſimis uerbis patrem Fabium ſalutauit: longeq; is fuit cunctis militibus lætiſſimus dies. Cæterum utriſq; exercitibus in hyberna diſcedentibus poſt lõgam contentionem creati ſũt conſules noui. L. Paulus Aemilius &. C. Terentius Varro homo ex infima plæbe popuları aura ad conſulatum euectus. His conceſſum eſt: ut maioribus copiis q̃ cõſueuerant priores duces: rem romanam gererẽt. Auctæ legiones & nouæ quoq; ueteribus additæ. Profecti ad exercitum conſules diuerſi ingenii diuerſam in adminiſtrando imperio rationem ſeruabãt. L. Paulus uir prudens & fabianæ artis & conſilii memor: bellũ trahere: hoſtem morari: prælio abſtinere. Varro contra: furere: audere: certamen expoſcere. At breui ſpatio interpoſito patefactum eſt cum magna calamitate ac pernicie ciuitatis: quantum inter modeſtiam Aemilii & Varronis arrogantiam intereſſet. Nã Hãnibal inopia frumenti timens ne aliquis motus ĩ caſtris oriretur: ex Glereno profectus cum calidiora petiiſſet Apuliæ loca: cum omnibus copiis ad Cannas conſedit: quem inſecuti Romani conſules bina prope poſuerunt caſtra: ita inter ſe iuncta ut tantum Aufido dirimerentur amne. Is ſolus fluuiorum: ut tradunt quidam: Apœninum diuidit: atq; ex ea parte qua montes ad mare inferum ſpectant oritur: in adriaticum influit ſinum. Verum. L. Paulus cum uideret pœnum in aliena morantem terra: non poſſe tot tãq; diuerſarum gentium copias diutius ſuſtinere: in eadẽ ſententia perſeuerabat: ut bellum duceret. Hanc unam tutam uincendi uiam: hanc hoſti perniciosã ſuæ reip. ſalutẽ eſſe cenſebat. Quod ſi hoc. C. Terentio perſuaſum eſſet: ſatis apparebat a ſedẽtibus Romanis frangi poſſe Hãnibalis opes. Sed uir inquieti animi nõ ſolum nõ mouebatur auctoritate Aemilii prudentiſſime conſulentis: ſed ipſum etiam ĩcrepabat: fremebatq; per uulgus: q̃ in aciem prodeunte hoſte militem ocioſum in caſtris cõtineret. Quãobrem cum ueniſſet dies in qua ſũma ĩperii ſibi obtigerat: uiciſſim. n. exercitibus præerant: prima luce tranſmiſſo Aufido ſignum dimicandi proponit inconſulto collega inuitoq; magis: quia repugnare non poterat: q̃ ſponte eum ſequente. Hãnibal lætus occaſione pugnandi: q̃ omnem dilationem ſibi aduerſam eſſe cenſebat: copias amnem traducit paratiſſimas quidem atq; omni armorũ genere ornatiſſimas. Multa. n. ſpolia ex hoſtibus parta materiem præbuerant ad ornatum. Erat autem Romanorum acies in meridiem uerſa. Horum oculos occupabat puluis meridiano excitatus uento: quem incolæ uulturnum appellant. Hoſtes contra ſeptentrionem ſpectabant: atq; ita in acie diſpoſiti erant: ut utrunq; cornu tenerent Afri: in medio conſiſterent Galli atq; Hiſpani. Primũ a leui armatura: deinde ab equitibus concurſum eſt: & quia exiguum ad peruagandum ſpatium inter amnem pedita tumq; relictum erat: atrox magis q̃ lõgum fuit certamen. Pulſo tamen equitatu Romano pedeſtris acies prælium excæpit tãto ardore animorum: ut nullum aliud tempus ad dimicãdum habitura uideretur. Sed nimia uincendi cupiditas ut primo congreſſu initium lætum: ſic etiam poſtea exitum

triſtem Romanis dedit. Nam Galli atq; Hiſpani: quos in medio locatos ſupra oſtendi mus: non ſuſtinẽtes impetum Romanorum: ſeſe ad Aphrorum ſubſidia recæpere. Romani uero effuſo curſu in hoſtem delati dum urgendo cædentes in medium coeunt: occaſionem dederunt pœnis: ut ex utraq; parte cornua circũducerent. Quingenti quoq; Numidæ equites qui pauloante ſimulata fuga a conſulibus fuerant comiter accæpti: ac in poſtremo agmine conſiſtere iuſſi: ubi tempus uiſum eſt gerendæ rei: a tergo ſeſe oſtendunt: ſubitoq; imprudentes atq; inopinantes hoſtes aggrediuntur. Tum undiq; perturbata romana acies haud dubiam pœno uictoriam dedit. Ad. xl. milia peditum: ad duo milia ſupra ſeptingentos equites auctore Liuio eo prælio cæſa dicuntur. Polibius longe maiorem numerum cæſorum affert. Sed his in medio relictis illud affirmare libet: hac cãnenſi clade nullam maiorem unq̃ nec primo nec ſecũdo punico bello a pœno hoſte illatam eſſe Romanis. Nam in ea pugna cæſus eſt Paulus conſul uir memoria dignus: & uſq; ad ſupremũ diem omni officio in patriam functus. Seruilius quoq; prioris anni conſul & alii conſulares tum prætores prætoriiq; uiri: tribuni militum ac ædilitii quidam aliiq; permulti honeſtiſſimi ſenatores tum opportunorum ciuiũ exercitus: qui ad ſatietatem crudeliſſimi hoſtis interempti ceciderunt. Terentius conſul q̃ auctor fuerat prælii cõmittendi: ubi in omni parte pœnum ſuperiorem uidit: ſalutem ſibi cõparauit fuga. Et Tuditanus tribunus militũ cum magna manu per medios hoſtes erumpens Cãnuſium uenit. Ibi ad. x. milia hominum ex manibus hoſtium tãq̃ ex tempeſtate emerſa conuenerunt: ſũmaq; imperii omnium conſenſu ad Appium Pulchrum &. P. Cornelium Scipionem: qui poſtea hoc bellum confecit: delata eſt. Hunc tandem exitum cãnenſis habuit pugna. Quæ celeriter Romã perlata: & ſi omnem ciuitatem (ut par erat) mæſtitia luctuq; repleuit: ſenatus tamen populuſq; Romanus ĩ tã aduerſis rebus dignitate retenta non modo de ſeruanda urbe: ſed etiam de reparando exercitu cogitauit: iuniores ad arma conciuit: nec Siciliam Hiſpaniãq; neglexit: ut hæc cõſiderans mirari debeat tm̃ ea tẽpeſtate uel animi uel conſilii in illo ordine populoq; fuiſſe. Nam ut cæteras omittam: clades ad Ticinum ad Trebiam ad Trãſimenũ accæptas: hoc poſtremũ uulnus quo pene Romani imperii opes conciderunt: quæ alia gens ſuſtinere potuiſſet? Tulit tamen populus Romanus: atq; ita tulit: ut neq; induſtria cõſilio neq; cõſilium magnitudini animorum defuiſſe uideretur. Hãnibal quoq; uictor in reficiendo exercitu tempus terens ſpatium uictis dedit ad reſpirandum. Nam ſi extemplo finita pugna uictorem exercitum Romam duxiſſet: procul dubio aut ſuccumbendum omnino aut extremũ ſubeũdum diſcrimem Romanis erat. Huius poſtea taditatis ſæpe perteſum Hãnibalem tradunt: palãq; conqueſtum: q̃ conſulentibus quieti militum magis eo tempore credidiſſet: q̃ Maharbali præfecto equitum: qui ſubito Romam caput belli petendum cenſuit: cunctantiq; pœno illud uulgatum protuliſſe dicitur: Vincere ſcis Hãnibal: ſed uictoria uti neſcis. Verum non omnia (ut Neſtor ille apud Homerum inquit) data ſunt hominibus ſimul. Aliis. n. ars uincendi: aliis celeritas conficiendi: quibuſdam etiam conſeruandi ſtudium defuit. Pyrrhum Epirotarũ regem: qui bellum intulit populo Romano: præſtantiſſimũ belli ducem fuiſſe accepimus: hunc tamen memoriæ proditum eſt egregium in acquirendo imperio: in conſeruando uero minime aptum fuiſſe uirum. Sic etiam alia aliis adfuiſſe: quædam etiam defuiſſe bellicis laudibus digna per ueteres hiſtorias cognoſcer̃ licet. Cæterum poſt hoc prælium ad Cãnas cõmiſſum Atelani Calatini Sãnites Brutii præterea atq; Lucani alii q̃ permulti Italiæ populi fama ingentis uictoriæ moti ad Hãnibalem defecerunt. Capua quoq; quod multo ãte cõcupiuerat Hãnibal ueteribus relictis ſociis nouã ſe ei ſocietate coniunxit: idq; ad opinionem gentium magnũ momentum rebus Carthaginẽſium attulit. Erat. n. ea tempeſtate ualidiſſima urbs multitudine ciuium incolarumq; & poſt Romã florentiſſima omnium Italiæ ciuitatum. Hanc Hetruſcorum coloniam (ut multa quæ de ea referuntur: paucis uerbis complectar) Vulturnum primo: Capuã

deīde a duce eorum Capio: uel quod propius uero eſt: a campeſtri agro appellatam cō ſtat. Circum. n. adiacent campi omni fertilitate terræ pulchritudineq; agrorū inſignes: quos appellant græci. Hanc quoq; regionem ex omni parte illuſtres popu li cingunt. Nam maritimam oram incolunt Sueſſani Cumani Neapolitani: mediterraneam a ſeptentrione Calentini & Caleni: ab oriēte & meridie Dauni & Nolani. Præterea locus ipſe natura munitiſſimus eſt: hinc mari: illīc maximis perpetuiſq; mōtibus cingitur. Ea uero tempeſtate florentes mira fœlicitate Campani cum uiderēt prope ad internicionem Romani imperii pugnatum eſſe ad cānas: facile (ut plærūq; fit) ad uictoriam inclinarunt. Hānibalemq; uictorem non ſolū ſibi ſocietate iunxerunt: ſed etiā incredibili honore accæperunt in urbem: ſperantibus ciuibus confecto bello ſe inter Italos potentia atq; opibus longe primos fore: adeo plærūq; mortales in rebus humanis ſpes ac opinio fallit. Venienti Capuam Hānibali ingens multitudo obuiā effunditur ſtudio uiſendi celeberrimi nominis ducem: cuius tot uictoriæ & ſecunda cōmiſſa præliā in ore atq; oculis omnium uerſabantur. Ingreſſus urbem deducitur ad domū Pacunii familiaris uiri & potentia atq; exiſtimatione facile principis Cāpanorum. Cœna cō quiſitiſſimis epulis cōparatur. Ex cāpanis ciuibus nemo ad conuiuium adhibetur præter Vibellium Tauream uirum fortiſſimū & filium Pacunii hoſpitis: cui pater iratū Hānibalem eo q; Decium Magium pro romana ſocietate pugnātem ſecutus erat: magno negocio placauit. Sed operepreciū eſt uidere quanta & q̄uaria pericula præter opinionem hominum maximis interdum accidant uiris. Nā is iuuenis licet ſimulatiōe reconciliatus Hānibali: nocendi tamen occaſionē expectans: dum celebratur omnium ſermone lætitiaq; conuiuiū: patrē in īteriorem partē ædium adducit: eumq; hortatur: ut ſimul ſecum gratiam populi Romani graui peccato amiſſā ſūmo beneficio redimere uelit. Conſilium deīde aperit: quo animū induxerat: Hānibalē patriæ ſuæ totius Italiæ hoſtē de medio tollere. Homo qui id auctoritatis & parens eſſet filii dicto uehemēter obſtupuit: iuuenēq; cōplexus magno labore multis cum lachrymis uix tandē exorauit: ut abiecto gladio domi ſuæ hoſpitē tuto eſſe ſineret. Ita Hannibal qui ab oceano Hiſpaniæq; ultimis oris per ingentia terrarum ſpatia militem trahens nūc hoſtium telis: nunc gallorum inſidiis petitus euaſerat: parum abfuit: quin unius iuuenis manu ī ter epulas menſaſq; necaretur. Poſtero die frequens ſenatus Hānibali datus eſt a Campanis: in quo ille gratiſſimis uerbis audientium impleuit aures: multa promittēs multa ſuadens: quæ facile credebant Campani: proptereaq; ſibi opinionis errore de Italiæ principatu ſperabant. Quare ita turpiter ſe ſubmiſerunt pœno: ut quaſi libertatis obliti: non ſocium in urbem ſed dominum accepiſſe uiderentur. Quinetiam præter alia petenti Hannibali ſibi tradi Decium Magium principē factionis aduerſæ non modo ſer uili decreto ē ſenatus aſſenſus: ſed etiā paſſus eſt: ut ſpectante populo catenis uinctus in caſtra duceretur uir ātiquæ ſocietatis memor reiq; publicæ magis q̄ barbaris gētibus affectus ciuis. Dum hæc Capuæ geruntur: interī Mago Hannibalis frater Carthaginē profectus fœliciſſimæ uictoriæ nuntium ſuis ciuibus detulit: reſq; ab Hānibale geſtas magnificentiſſimis uerbis in ſenatu expoſuit: & ad faciendam fidem orationi ſuæ effūdi iuſſit in ueſtibulo curiæ aureos anulos Romanis equitibus ademptos: quorū cumulum alii modii unius alii trium modiorum dimidiiq; menſuram exceſſiſſe tradunt. Petitum deinde ſupplementum conceſſumq; a ſenatu eſt maiore ſtudio q̄ poſtea miſſū. Nam præſentibus rebus cōmoti Carthaginenſes: ut initium lætum: ſic proſperum belli finem ſibi animis proponentes fauendum Hānibali delectum habendum: perſeuerandumq; in armis cenſuerunt: uno tantum repugnante Hānone perpetuo hoſte factionis barchinæ: cuius ſalutare conſilium pacem ſuadens cum alias ſæpe: tum eo tēpore maxime poſthabitum reiectumq; a pœnis eſt. Hānibal poſt ſocietatem cum Cāpanis initam ad urbem Nolam exercitum admouit: oblata ſibi ſpe per uoluntariā deditionem illius oppidi potiundi. Nec iā eū fefellit opinio: niſi prætor Marcellus cōcitatī

multitudinem ſubito aduentu repreſſiſſet: ſuccedentēq; mœnibus hoſtem tribus portis eruptione facta cum magna cæde in caſtra adegiſſet. Hic eſt Marcellus uir bello inſignis & militari gloria clarus: qui primus magnitudine quadam animi atq; īgenii Hānibalem docuit poſſe uinci. Poſt hæc Hānibal rem nolanam in aliud tempus differendam ratus: Acerras petit: nullo negocio urbem capit diripitq;. Maiore deinde conatu Caſilinum aggreſſus locum ad nocendum Capue peropportunū: cum oppidanos preneſtinoſq; qui ibi præſidio erāt neq; pollicitationibus neq; denuntiatione periculi permouere poſſet: exiguam partem copiarum ad obſidendum oppidum reliquit: ipſe reliquū exercitum in hyberna deducit. Capuam autem locum ſtatiuis deligit urbē amœnam & omni delitiarum genere abundantem. Ibi miles aſſuetus ſub diuo uitam agēr: frigus famē ſitī patiēti animo tolerare: cū uariæ ſpecies uoluptatū ſibi quotidie offerrētur: breui ex ſtrenuo ignauus: ex forti timidus: ex ſolerti iners molliſq; euaſit. Corrumpunt. n. blandæ uoluptates omne robur animi indolemq; uirtutis: ingenium labefactant: conſilium eripiunt: quo quid perniciоſius humano generi afferri poteſt? Merito igitur Plato eſcam malorum appellat uoluptatem. Et in præſentibus rebus campanæ delitiæ magis q̄ alpium iuga q̄ armati Romanorum exercitus pœnis obfuerunt. Nam una hyems ſegniter molliterq; acta tantum ualuit ad extīguēdum uigorem animorū: ut milites principio ueris in cāpum progreſſi omnis uirtutis bellicæ obliti uiderentur. Hānibal exacta hieme ad Caſilinum reuertitur: ſperans oppidanos poſt tam longam obſidionem etiam inuitos in ſuam poteſtatem uenturos. At ii &ſi omnium rerum inopia laborarent: tamen conſtituerant animis extrema etiam experiri: priuſq̄ ſe crudeliſſimi hoſtis fidei arbitrioq; permitterent. Quāobrem farre primū: nucibus deinde per Vulturnum a Romanis accæptis: rem eouſq; extraxere: ut cōfectus tedio Hānibal pactione: quod antea recuſauerat: oppidum reciperet. Cæterum hoc bellum in quo mira fœlicitate omnia prope læta ſecundaq; euenerāt pœnis: nulla tot uictoriis intercedente clade memoriæ digna: cœpit per id tempus uarios euentus uariamq; rerum conditionem ſortiri. Nam ſocietas inita cum Philippo Macedonum rege & ſupplementum a Carthagine miſſum: & Petilia Conſentia aliæq; ī Brutiis expugnatæ urbes ſpes Carthaginenſium confirmabant. Ex altera parte Romani maximis prœliis in Hiſpania Sardiniaq; hoſtibus fuſis animos uehementer erexerant ad ſpem bene gerendæ rei. Præſtantiſſimos eo tempore quæſiuerant duces Fabium Maximū Sempronium Gracchum: &. M. Marcellum uirum omni bellica laude dignum: qui ita impigre rem romanā adminiſtrabant: ut ſentiret pœnus ſibi cum acerrimo ſimul prudentiſſimoq; hoſte bellum eſſe gerendum. Primū. n. apud Cumas a Sempronio Graccho magna ſuorum cæde repulſus coactus eſt obſidionem relīquere: pauloq; poſt apud Nolam iuſta acie cū Marcello magnam plagam accæpit. Nā ex Romanis citra mille: ex pœnis ſex milia partim prælio cæſa partim in fuga capta dicuntur. Hæc autem pugna quāti momenti fuerit: facile ex eo intelligi licet: q; extemplo Hānibal Nolæ oppugnatione omiſſa Apuliā petens: militem in hyberna deduxit. His factum eſt: ut ueluti ex graui morbo reſpirantes Romani ſūmis uiribus aduerſus hoſtem contenderent: iamq; non ſolum tueri ſua ſed etiam aliena aggredi auderent. Maxime uero conuerſi erant ad Capuam oppugnādam refricante animos frequenti Cāpanorum iniuria: q; extemplo poſt cānenſem pugnam alieniſſimo reipub. tempore defecerant ad uictorem pœnum: multorum beneficiorum obliti quæ olim Romani in eam ciuitatem contulerant. Campani contra ſui delicti conſcii nouoq; apparatu Romanorum perterriti ad Hānibalem in Apuliā mittunt oratum: ut maxime neceſſario tempore ſociæ urbi ſubueniat. Is nulla interpoſita mora ex Apulia profectus magnis itineribus ī Campaniam uenit: caſtriſq; ad tifata ſuper Capuam poſitis magis diſtulit in aliud tempus: q̄ prohibuit īminentem peſtem cāpanis. Sed cum crebris excurſionibus per agrum Neapolitanum uagaretur: oblata eſt ſibi denuo ſpes Nolæ per proditionem occupandæ. Erat. n. in ea urbe ſicut in plæriſq;

Italiæ ciuitatibus plæbs a ſenatu diuiſa. Multitudo auida nouarum rerum Hānibali: optimates meliores conſilio populo Romano fauebant. Pœno igitur ad occupandam Nolam proficiſcenti: ut alias ſæpe ſic etiam tunc cum inſtructis copiis Marcellus occurrit: primoq; congreſſu prælium cōmittere non dubitauit: in quo ſuperior Romanus tanta alacritate hoſtem reiecit: ut ſatis appareret eo die calamitoſam fuiſſe Carthaginenſibus futuram pugnam: ſi equites diuerſo itinere profecti ut a Marcello inſtitutum erat: in tempore adfuiſſent. Hannibal non ſine magno detrimento copiis ī caſtra reductis paulopoſt ex eo loco proficiſcitur: atq; in agrum ſalētinum exercitum ducit. Nam quidam iuuenes Tarētini ī aduerſis præliis Romanorum iam pridem capti liberaliterq; dimiſſi cum in referenda gratia memores eſſe uellent: ſpem Tarenti recipiendi Hānibali fecerāt: ſi propius urbem exercitum admouiſſet. Quorum pollicitationibus compulſus pœnus omnibus modis huic rei ſtudendum cenſuit: ut quod multo ante animo concupiuerat: aliquo maritimo oppido potiretur. Erat autem ex maritimis urbibus nulla alia Tarento cōmodior ad auxilia ex Græcia accerſenda & multa in exercitum tranſportanda: quæ īdies ad neceſſarium uſum expetebantur. Verum &ſi aduerſante Romanorum præſidio res in longum protracta ſit: tamen non prius ab incœpto deſtitit Hānibal q̄ Nico & Philomenus auctores defectionis prodiderunt urbem. Arx ſolum a Romanis retenta: quæ tribus fere partibus mari abluitur: reliqua quarta eſt: quæ aditum habet a terra: quam murus & foſſa muniebat. Ab hac parte Hānibal fruſtra expugnationem expertus cum ſtrenue defenderetur: fauces tarentini portus impedire inſtituit: ratus hanc unam ſupereſſe uiam: qua Romani cōmeatu excluſi ad deditionem compellantur. Sed difficile opus apparebat futurum: cum clauſtra portus poſſiderent hoſtes & naues quibus exitus obſidendi erant exiguo ſpatio incluſæ tenerentur. Has ex portu cui arx ſupererat: ſubducere oportebat: & in proximū mare deferre. Nemo ex Tarentinis reperiebatur qui rationem huius rei explicandæ in medium afferret. Hānibal tantum cum optarent reliqui unus uidit naues machinis ex portu ſubduci plauſtriſq; impoſitas per mediam urbem ad mare deferri poſſe. Itaq; adhibita ſolertia hominum paucis poſt diebus ſubductæ naues in altumq; delatæ contra fauces portus ſtetere. Hānibal recuperata poſt centeſimū prope annum: q̄ in Romanorum poteſtatem uenerat: Tarentinis urbe: & arce terra mariq; obſeſſa: in Sānium rediit. Nā cōſules Romani frumentatoribus campanis oppreſſis direptiſq; ad Capuam duxerāt legiones: ac omnia ſtudia belli in expugnationem eius urbis ītenderant. Quāobrem pœnus cogitationem Campanæ rei ſtudio ingenti ſuſcipiens cum omnibus copiis aduerſus hoſtem contendit: breuiq; interiecto ſpatio nō detrectantibus pugnam Romanis utriq; in certamen progrediuntur: prælium q; inſigne apparebat futurum: niſi eodem tēpore Sempronianus exercitus: qui Sempronio Graccho ī lucanis amiſſo a Cn. Cornelio in Campaniam ducebatur: certantes diremiſſet. His. n. copiis procul uiſis priuſq̄ diſcerneretur quis eſſet: territi Romani pariter pœniq; copias ī caſtra reducunt. Poſt hæc conſules ut Capua auerterent pœnum: cum diuerſas regiones alter Lucaniam alter Cumas petiiſſent: Hānibal in Lucanos profectus occaſionem cæpit cum. M. Centenio confligendi: qui temeritate atq; audacia inſignis exercitum ſibi a ſenatu pariter prudenter creditum callidiſſimo hoſti obiecit. Cōmiſſo prælio Centenius audaciſſime pugnans occiditur: ex reliquis pauci euadunt. Acceſſit tunc ad hoc incōmodum: ut Hānibal paulopoſt in Apuliam proficiſcens alium exercitum Romanorum: cui præerat Fuluius prætor: inſidiis circūuentum profligaret deleretq;. Nam ex. xx. milibus hominū cū ad libidinem crudeliſſimi ducis trucidarentur: uix duo milia ſuperfuere. Conſules ī ter hæc ex diſceſſu Hānibalis occaſionem nacti cum omnibus copiis ad Capuam redeuntes undique cinxerunt urbem. Quod ubi Hannibal cognouit: cum expedito exercitu in Campaniam profectus: primo aduentu caſtra Romanorum inuadit: monitis āte Campanis: ut eodem tempore eruptionem faciant. Imperatores Romani ad primum

tumultum hostium partitis iter se copiis obuiam progrediuntur. Campanis nullo negocio in urbem compulsis durior aduersus pœnum dimicatio fuit: qui cum alias sæpe tum eo die acerrimũ imperatorẽ se præstitit in prælio conserendo. Tentauit etiã siqua fallacia capere hostem posset. Nam cum sui castra Romanorum irrumpere conarẽtur: misit quendam latinæ peritum linguæ: qui iussu consulum alta uoce denuntiaret Romanis: ut castris iam prope amissis in proximos montes confugerent. Vox inopinata facile audientes mouisset: nisi Romani punicis dolis assueti cognouissent fraudẽ. Itaq; celeriter se inuicem confirmantes hostem pedem referre seq; in castra recipere coegerunt. Hãnibal tentatis omnibus modis: cum uideret nullam sibi facultatem relinqui: qua duces Romanos a Capua remoueret: pro sociorum periculo anxius: cõfugit ad iã multo ante agitatum & ueluti ad extremũ reseruatum consilium. Cunctis. n. necessaria is comparatis castra mouet: & quanto maxime silentio potest trãsmisso Vulturno amne per agrum Sidicinum Allifanum Cassinatem infestis signis Romã petit: ratus aut hac uia nulla alia solui tam pertinacem obsidionem posse. Quod ubi Romã certis auctoribus nuntiatum est: tantus repente terror inuasit: ut raro sit unq̃ intra mœnia uehementius trepidatum: Cernebant. n. acerrimũ hostem quem totiens in magnis reipub. malis experti erant: infesta iam patriæ signa inferre: & quem absentẽ sustinere non poterant: præsentem senatui populoq; Romano seruitutem minari. Igitur in tam trepida re placuit: ut Fuluius Flaccus alter ex ducibus Romanis a Capua accersitus & consules noui Sulpitius Galba & Cornelius Centimalus extra urbẽ haberent castra &. C. Calphurnius prætor ualido præsidio capitolium tueretur: & ii ciues qui sũmos magistratus gessissent: repẽtinos tumultus auctoritate imperioq; sædarent. Hãnibal continuato itinere non prius constitit q̃ ad Anienem tria milia passuum ab urbe posuit castra: pauloq; post cum duobus milibus equitum ex eo loco profectus ita urbi appropĩquauit: ut a porta collina usq; ad templum Herculis obequitãs situm mœniaq; tã amplæ ciuitatis non solum spectaret: sed etiam ociose cõtemplaretur. Quem conspicatus Fuluius Flaccus ferre indignitatem non potuit. Itaq; celeriter Romanos equites aduersus hostem ĩmisit: qui ut imperatum erat magno impetu prælium ineuntes: facile ex eo loco sũmouerunt pœnum. Sequenti die Hãnibal exercitum ex castris educit: aciem instruit: nullam dimicandi moram facturus si allicere hostem ad certamen posset. Idem Romani faciendum & prælium cõmittendum putant. Quare progrediuntur in cãpũ armatæ utrinque copiæ tanta alacritate animorum: ut nullum periculum recusaturæ uiderentur pro eius diei uictoria consequenda. Etenim Carthaginenses de imperio orbis terræ: quod in eo ueluti supremo certamine collocatum putabant: Romani de patria de libertate de bonis omnibus utrum sua uel in hostium potestate futura essent: paulopost dimicaturi erant. Sed accidit res memoratu digna. Nam dum parati ĩ armis signum dimicandi expectant: repente superuenit imber frequẽtibus procellis effusus: cuius tanta uis & asperitas fuit: ut cogeretur quisq; militem in castra reducere. Proximo quoq; die in quem pugna dilata uidebatur: rursus in aciem utriq; exeuntibus similis tempestas exoritur: quæ non minus q̃ superior Romanos pariter ac pœnos afflixit compulitq;: ut instantis dimicationis obliti de salute tantum & fuga cogitarẽt. Hæc animaduertens Hãnibal conuersus ad suos exclamasse dicitur: modo sibi mentẽ potiundæ urbis Romæ: modo facultatem non dari. Id quoque turbauit pœnum: q̃ se tantis equitum peditumq; copiis ex propinquo Romã urgente: supplementũ ĩ Hispaniam missum: & agrum in quo ipse constiterat longe maiore precio q̃ par erat emptum fuisse cognouit. Quare indignatione accensus argentarius: officinas ciuium Romanorum per præconem uenire iussit. Verum post hæc siue animo reputans quantæ molis esset expugnare Romanã urbẽ: siue inopiam frumenti metuens (decem. n. dierũ secum cibaria tulerat) castra mouere cõstituit. Itaq; ex eo loco decedẽs ad lucũ Feroniæ se recipit: ac templum quod ibi opulentissimum fuisse tradunt: diripit: pauloq; post

in Brutios Lucanoſq; contendit. Quod ubi Campani cognouere deſperantes de ſũma rerum dederunt urbem Romanis. Sic igitur Capua recepta & in Romanorum poteſtatem redacta: magnum momentum apud omnis Italiæ populos magnumq; nouarum rerum deſiderium fecit. Mouit etiam animos gentium ipſe Hãnibal hoſtis: qui multa oppida quæ tueri non poterat: malo conſilio diripi uaſtariq; iuſſit. Nam ut antea ſæpe uictor plæriſq; captiuis ſine precio dimiſſis multorum uoluntates liberali officio deuinxerat: ſic etiam per id tempus inhumana quædam illius crudelitas cauſa fuit: ut multæ urbes punici imperii perteſæ in Romanorum fidem redirent. Quarum ĩ numero Salapiam fuiſſe tradunt: quæ auctore Blacio principe factionis romanæ prodita cõſuli Marcello eſt: & lectiſſimorum equitum ala quæ urbi præſidio erat prope ad internicionem deleta. Hæc eſt urbs in qua ſcriptores nõnulli pœnum amore cuiuſdam puellæ captum fuiſſe tradunt: & ĩmodicam cupiditatẽ uiri calũniis proſequũtur. Alii ſũt qui huius ducis modeſtiam efferentes nec primũ cum bellum ĩ Italia geſſit: nec poſtea cum in Aphricam rediit: aut cubantem cœnaſſe: aut pluſq̃ ſextario uini ĩdulxiſſe dicunt. Quidam etiam reperiuntur qui Hãnibali crudelitatem perfidiam aliaq; eiuſdem generis uitia tribuentes: nullam de pudicitia aut impudicitia hominis mentionem faciunt. Vxorem tantum ei fuiſſe ſcribũt Hiſpani generis ex Caſtulone non ignobili oppido: cui ob egregiam eorum hominũ fidem Carthaginẽſes indulgebant præcipue & cõfidebãt maxime. Veꝝ ut ſupra oſtẽdimus: Hãnibal amiſſa Salapia paulopoſt occaſionem habuit longe maiorem q̃ accæperãt reddendi Romanis cladem. Nam per id tempus Fuluius proconſul apud Herdoneam ſedebat: ſperans ſe urbe ſine ullo certamine potiturum. Sed quia nullus in propinquo eſſet hoſtium metus (conceſſerat. n. in agrũ brutium Hãnibal) negligenter obibat munera uigiliarum: atq; in omni adminiſtratione belli indignam Romano duci ſegniciem præſtabat. Hanc negligẽtiam cum p occultos exploratores cognouiſſet pœnus: non putauit occaſionem negocii benegerendi ſibi omittendam eſſe. Itaq; in Apuliam cum expeditis copiis profectus tanta celeritate ad Herdoneam uenit: ut parum abfuerit: quin Fuluium nil tale opinantẽ in ipſis caſtris opprimeret. Romani tamen ingenti animorum fiducia primũ impetum excipientes: pugnã diutius q̃ par erat extraxere. Demũ ſicut biẽnio præterito circa ea loca duce alio Fuluio: ſic etiam auſpicio huius Fuluii proconſulis uictæ ſuperataeq; romanæ legiões profligantur: & dux ipſe cum magna parte copiarum occiditur. Erat per id tempus in Sãnio Marcellus conſul: quo cum eſſet nuntiata clades imprudentia ducis accepta: q̃q̃ ſerum auxilium perditis rebus allaturus uidebatur: tamẽ cupiens quod proximũ auxilio erat detrimentum ſarcire: in agrum Lucanum (eo. n. poſt uictoriam ſe receperat Hãnibal) exercitum ducit: caſtriſq; in conſpectu hoſtium poſitis: paulopoſt in aciem deſcendit: nec pœni dimicationem ſibi fugiendam putant. Prælium extemplo committitur tanta obſtinatione animorum: ut equis prope uiribus uſq; ad occaſum ſolis certatum ſit. Nox dubiæ pugnæ finem fecit. Poſtero die Romani iterum in aciem exeuntes timoris confeſſionem expreſſerunt hoſti. Hãnibal. n. ſuos ĩtra uallum tenuit: & ſequẽti nocte ſilenti profectus agmine in Apuliam uenit. Marcellus quoq; per ueſtigia ſecutus pœnum: occaſionem quærebat: ut aliqua memorabili pugna de ſũma belli decerneret. Iam. n. ſibi perſuaſerat maxime ex Romanis ducibus ſe conſilio ſolertia diſciplina ac omni munere militiæ conferendum Hãnibali eſſe. Sed tempus iam inſtãtis hyemis impedimento fuit: ne iuſta acie cum hoſte contenderet. Nam leuibus quibuſdam cõmiſſis præliis cum non fatigandi milites fruſtra uiderentur in hyberna conceſſit. Principio ueris partim litteris Fabii: qui alter ex nouis conſulibus eius anni erat: partim natura ſua excitatus celerius opinione omnium ex hybernis egreditur: & aduerſus ſedentem eo tempore ad Cannuſum pœnum exercitum ducit. Factum eſt autem propĩquitate caſtrorum & certandi ſtudio: ut paucis diebus ter collatis ſignis acie dimicarẽt. Primo die cum pari prope ſpe uſq; ad noctem perduceretur pugna: & ad neutrã partem

partem uictoria ĩclinaret:utriq; ueluti ex compoſito ſe in caſtra recipiunt. Secundo die ſuperior pœnus duobus prope milibus & ſeptingentis ex hoſtibus cæſis reliquas copi as in fugam uertit. Tertio die Romani deluendæ ignominiæ cupidi:quam ex proximo detrimẽto accæperant:primi pugnam expoſcunt:& a Marcello in aciem deducuntur: cuius ferociam admiratus Hãnibal:dixiſſe traditur:Rem cum eo hoſte ſibi eſſe geren dam:qui nec uictor nec uictus quieſcere poſſet. Prælium deinde atrocius q̃ ullũ ex ſu perioribus fuit nitentibus Romanis recens incõmodum reſarcire:pœnis uero indignã tibus q̃ nuper uicti uictores ultro ad pugnam prouocarent. Tandem Romani a Mar cello increpiti monitiq; darẽt operam:ut non ante cladis q̃ uictoriæ nuncius Romam ueniret:gradum acrius intulere:nec prius dimicationi finem fecere:q̃ triplicata prope illata clade hoſtem in fugam coniicerent. Sub idem tempus ſimili prope ratione qua a miſſum fuerat:Fabius Maximus Tarentum recepit. Quod ubi pœno nuntiatum eſt: dixiſſe eum tradunt:Et Romani ſuum Hãnibalem habent. Sequenti anno Marcellus & Criſpinus creati conſules omnibus uiribus incũbẽtes ad bellum duos cõſulares exer citus aduerſus hoſtem ducunt. Quos Hãnibal æquo campo ſuſtinere poſſe diffidens: cum alias ſæpe tum eo tempore omne ĩgenium adhibendum putauit: ut hoſtẽ quem aperto marte ſuperare non poterat:dolis caperet. Hæc cogitanti longe maior q̃ auſus eſſet optare:occaſio gerendæ rei obiicitur. Silueſtris erat tumulus medius pene ĩter pu nica & Romana caſtra:ſub quo turmæ quædam Numidarum latebant iuſſu Hãniba lis opportunis locis conſtitutæ:ut aliquos ex hoſtibus uagos palantes exciperent:ex al tera parte conſules cõmuni omnium uoce & ſententia moti uiſẽdum hunc tumulum: deinde ſi opus foret:occupandum cenſent:ne eo neglecto potiantur hoſtes:& ſuis deĩ de ceruicibus ĩmineant. Sed priuſq̃ exercitum moueant:ut ſpeculentur nãturam loci: ambo ex caſtris exeunt:& eo cũ paucis equitibus proficiſcentes incautius q̃ tãtos uiros decebat in præparatas inſidias incidunt. Momento temporis circũuẽti cum neq; perrũ pere a fronte poſſent:& a tergo cæderentur:neceſſitate magis q̃ conſilio prælium ĩeũt: in quo Marcellus egregie pugnans occiditur:& Criſpinus uulneratus uix tantum ſpa tii adeptus eſt:ut ſe ex manibus hoſtium eriperet. Hãnibal poſtq̃. M. Marcellum:qui maxime ex Romanis ducibus repreſſerat curſum uictoriarum ſuarum interfectũ audi uit:ſubito in collem ubi pugnatum fuerat:tranſtulit caſtra. Ibi inuentum Marcelli cor pus honorificentiſſime ſepeliri iuſſit:ex quo percipi licet quantum ualeat apud omnis generis homines animi magnitudo excellentiaq; uirtutis:cum interitum præſtantiſſi mi ducis ne crudeliſſimus quidem hoſtis honore ſepulturæ paſſus ſit carere. Romani interim altero conſule amiſſo altero ſaucio: extemplo ſe in proximos montes recæpe rant:& in loco tuto poſuerant caſtra. Ipſe autem Criſpinus uicinas ciuitates monitum miſerat:quia collega ĩteriiſſet:& ãnulo eius potitus eſſet hoſtis:a litteris nomine Mar celli compoſitis ut cauerent. Salapiã iam Criſpini nuntius uenerat:cum litteræ ab Hã nibale afferuntur ſignificantes Marcelli nomine:ſe eo proxima nocte uenturum. Sa lapitani cognita fallacia uiri nuntioq; remiſſo:intentiſſima cura hoſtium aduentũ ex pectant. Quarta uigilia Hãnibal ad urbem uenit. In primo agmine locati ex induſtria erant perfugæ Romanorum:ut latine loquentes fidem facerẽt Marcellum adeſſe. Ho rum cum ad ſexcentos oppidanis introduxiſſent:clauſa porta reliquas copias telis re pellunt:introductos ad internicionem cædunt. Ita Hãnibal irriti ĩcæpti perteſus caſtra mouet:& in Brutios proficiſcitur:ut Locrenſibus terra mariq; a Romanis obſeſſis au xilium ferat. Poſt hæc ingenti cura patrum plæbiſq; noui conſules facti duo perituſſi mi belli duces. M. Liuius & Claudius Nero:qui partitis inter ſe copiis in prouincias p ficiſcuntur. Claudius in Salentinos:Liuius in Galliam contendit aduerſus Haſdruba lem Barchinum:qui ſuperatis alpibus ingentibus peditum equitumq; copiis iungere ſe fratri properabat. Accidit autem per id tempus:ut Hãnibal magnis afficeretur incõ modis a Claudio conſule:qui primum in Lucanis adhibitis etiam punica arte inſidiis

hoſtem fudit. Deinde in Apulia prope Venuſiam pœno cõgreſſus tumultuariam pugnam tanto impetu conſeruit: ut magnum numerum hoſtium interficeret. Quo detrimento affectus Hãnibal extemplo ad reparandum exercitum Metapontum ſe contulit. Ibi paucos moratus dies copias ab Hãnone accipit & ſuis adiungit: ac rurſus Venuſiam repetit. Claudius non longe a Venuſia habebat caſtra: & interceptis hoſtium litteris cum Haſdrubalẽ appropinquare cognouiſſet: dies noctesq; agitabat aĩo: quibus modis efficere poſſet: ne tantorum ducum copiæ ſimul iungerentur. Itaq; omni ratiõe ſubducta conſilium cæpit periculoſum: ut apparebat futurum: ſed forſitan eo tempore neceſſarium. Nã ſub legati cuſtodia caſtris relictis ipſe cum parte exercitus magnis itineribus in picœnum profectus ſexto die Senam peruenit. Ibi conſules ambo iũctis copiis propter methaurum flumen Haſdrubalem adorti ſecundiſſimo prælio conflixerunt. Ad. Lvi. hoſtium milia eo die cæſa dicuntur: paremq; prope aiunt acceptæ ad Cãnas redditam hoſti cladem. At Claudius Nero poſt hanc memorabilem victoriam nõ minus celeriter: q̃ profectus erat: Venuſiam repetens caput Haſdrubalis prope ſtationes hoſtium poni captiuoſq; dimitti iuſſit: qui tantæ calamitatis nũtium ad pœnum deferrent. Nam eum ignorare compertum eſt: quæ parata primũ occultis cõſiliis: quæ deinde acta proximis diebus fuerant. In quo mirari libet callidiſſimi ducis ſolertiã ſic deceptam fuiſſe a Claudio in tam modico caſtrorum interuallo: ut prius cæſum cum omnibus copiis fratrem: q̃ profectum reuerſumq; in caſtra cõſulem romanum ſciret. Verum Hãnibal hoc tam ingenti non ſolum publico: ſed etiam priuato perculſus uulnere uiciſſitudinem carthaginenſium rerum ſe agnoſcere inquit: pauloq; poſt ex iis locis profectus ĩ agrum brutium ſe recæpit. Non. n. latebat peritiſſimũ ducem quãtum acceſſionis romanæ rei ea plaga ad methaurum accepta: quantumq; momenti ad ſũmã uniuerſi belli factura eſſet. Ipſe tamen omnibus uiribus quæ ſibi in Italia poſt tot conſerta prælia tot expugnatas urbes relinquebantur: ſimul collectis ĩuicto animo per id tempus bellum ſuſtinuit. Et quod mirum cuiq; uideri debet: exercitum ex Hiſpanis Aphris Gallis atq; ex aliis gentibus mixtum ſic concordem ſiue auctoritate ſiue prudẽtia tenuit: ut ne minima quidem ſeditio diſſenſioue militaris ſit in caſtris audita. Nec iam Romani Sicilia Sardinia Hiſpaniiſq; receptis hunc hoſtem aut ĩ Italia delere aut ex Italia deducere prius potuerunt: q̃ in Aphricam mitterent. P. Cornelium Scipionẽ: qui ex propinquo inferens pœnis arma: in tantum diſcrimen rem carthaginenſem impulit: ut extemplo neceſſitate coacti Hãnibalem ex Italia reuocarent. Erat per id tẽpus ſicut ante dictum eſt: in agro brutio pœnus: ac excurſionibus magis q̃ iuſtis prælijs gerebat bellum: niſi q̃ aliquando cum Sempronio conſule tumultuariam pugnam conſeruit: nec multo interiecto ſpatio cum eodẽ iuſta acie dimicauit. Primo certamine pœnus: ſecundo romanus ſuperior fuit. Nec iam ultra in Italia quicq̃ memoria dignum apud græcos latinoſq; auctores ab Hãnibale geſtum comperio. Iuſſu. n. Carthaginẽſium in Aphricam accerſitus: poſt ſextum & decimũ huius punici belli ãnum Italiã reliquit: multum prius de ſenatu Carthaginenſi multum etiam de ſeipſo queſtus. De ſenatu quidem q̃ ſe tam diuturno tempore in hoſtili cõmorantem terra parum ſupplemento pecunia & cæteris rebus quæ ad uſum belli expetebantur: adiuuiſſet. De ſe uero q̃ totiens romãis legionibus fuſis cæſiſq; : moram ſẽper poſt uictoriã trahẽs ſpatiũ deditſſet hoſti ad reſpirandum. Memoriæ quoq; proditum eſt: eum priuſq̃ claſſem conſcenderet: prope Iunonis laciniæ templum arcum condidiſſe punicis græciſq; litteris ĩ ſculptum: ĩ quo res a ſe magnifice geſtæ ſũmatim continebantur. Decedens autem ex Italia Hannibal ſatis proſpera nauigatione uſus: paucis diebus Leptĩ tenuit: ac omnibus copiis in terram expoſitis Aſdrumentum primo atq; inde Zamam profectus: cum cognouiſſet quo ſtatu res Carthaginenſium eſſent: cõmodiſſimum eſſe ſtatuit de finiendo bello cõſiliũ inire. Itaq; placuit ei: ut ad Scipionẽ mitteret: qui ab eo poſtularent: ut aliquẽ locũ mediũ utriuſq; colloquio deligeret: Velle ſeſe de ſũmis rebus cũ

eo agere. Nec ſatis conſtat utrum iuſſu ſenatus an priuato conſilio id factum a pœno ſit. Colloquii renuendi Scipioni cauſa non eſt uiſa. Quamobrem conſtituto die con uenere ī patenti campo cum ſingulis interpretibus duo celeberrimi duces & potentiſſi marum gentium imperatores diuerſis ſententiis de pace & bello ſermonem habituri. Nam Hānibal maxime ad pacem inclinauerat animum: q̄ cernebat rem Carthaginen ſium deteriorem indies fieri: Siciliam Sardiniam Hiſpanias iam eſſe amiſſas: bellū ex Italia in Aphricam tranſlatum: Siphacem potentiſſimū regem a Romanis captū: om nem ſpem ſalutis in iis copiis eſſe repoſitam: quas ipſe uelut diuturni belli reliquias ex Italia traieciſſet: quibus ſiquid durius contīgeret: uix tantum Carthaginenſibus uel ex terni uel ciuilis roboris ſupereſſe: ut ad tuenda Carthāginis mœnia ſufficere poſſet. Igi tur longa oratione uſus uehementiſſime contendit Scipionem in eam ſententiam tra here: ut pacem q̄ bellum mallet. Sed Scipio cum in magna ſpe eſſet conficiendi belli: a pacis conſiliis abhorrere uidebatur. Itaq; poſt longum ſermonem ultro citroq; habi tum re infecta ex colloquio diſceſſerunt. Nec multo ītericcto ſpatio prælium illud me morabile apud Zamā conſeruerunt: quod ſecundiſſimū Romanis accidit. Primo con curſu elephanti Carthaginenſium in ſuos cōuerſi equitatum Hānibalis perturbarūt: & Lelius ac Maſiniſſa ex utroq; cornu pauorem augentes nullum equitibus ſpatiū de derunt: ut ſe ex fuga reciperent. Pugnatum eſt tamē a pedeſtri acie diu atq; acriter: cū pœni ſuperioribus uictoriis fræti in ſuis dextris totius Aphricæ ſalutem collocatam pu tarent: Romani autem animo pares ſpe etiam ſuperiores eſſent. Sed Romanis nō me diocre momentum ad uictoriam fuit: q̄ Lelius ac Maſiniſſa profligatis equitibus op portune in prælium redeuntes maximū terrorem iniecerunt hoſti. Eorum. n. aduentu celeriter factum eſt: ut pœni remittentes ardorem pugnæ nullum ſaluti ſuæ præterq̄ ī fugam remedium quærerēt. Supra. xx. milia hoſtium eo die a Romanis cæſa totidem prope capta dicuntur. Ipſe Hānibal dux ad ultimū euentum pugnæ moratus: e media cæde cum paucis effugit. Accerſitus deinde Carthaginem: ut labenti reip. ſubueniret: oſtendit ſenatui nullam ſpem in armis ulterius eſſe ponendam: ſuaſitq; ut poſtpoſitis cæteris rebus mitteret ad imperatorem Romanum: qui quacunq; ratione poſſēt: de pa ce agerent. Miſſi. x. legati cum pacis conditiones Carthaginem rettuliſſent: ferunt Giſ gonem quendam paci aduerſantem ſententiam dixiſſe de renouando aduerſus roma nos bello: quæ cum a multis audiretur: indignatus Hannibal eo tempore ab imperitis uiris talia iactari: dicentem adhuc hominem ex ſuperiore loco deturbauit. Et cum hoc audax negocium ac libera ciuitate indignum uiſum multitudini eſſet: ſuggeſtū aſcen dens: Neminem inquit indignari oportere: ſi is qui a prima pueritia a Carthagine pro fectus in bello & armis ætatem ægiſſet: urbanas conſuetudines ignoraret. Poſt hæc de conditionibus pacis ita prudenter dixerunt: ut extemplo Carthaginenſes tanti uiri auc toritate cōmoti accipiendas eas leges quas uictor & neceſſitas daret: cenſerent. Fuerūt autem conditiones admodum duræ: quales uictores uictis in extremis rebus imponere conſueuere. Sed præter cætera Carthaginenſes annuum ſtipendium populo Romano uſq; ad certum tempus ſoluere tenebantur. Cum ueniſſet dies in quo prima pēſio con ferenda Romanis erat: & ingemiſcerent omnes ad uocem tributi: ferunt Hānibalē cō motum inutili lamētatione pœnorū riſum effudiſſe: & īcrepitum ab Haſdrubale He duo: q̄ in cōmuni totius ciuitatis mæſticia tā effuſe lætaretur: reſpōdiſſe: non lætantis hominis illum eſſe riſum: ſed eorū inanes lachrymas deridentis: quæ eo tempore in le uiore malo: quod cuiuſq; priuati ciuis pecuniā tangeret: potius manarent: q̄ ātea cum Romani claſſes arma & ampliſſimarum uictoriarum ſpolia Carthaginēſibus detrahe bant: uictiſq; īponebant leges. Non me præterit auctores eſſe: qui dicant Hānibalem ueritū ne petēti Scipioni dederetur: ſtatim re male geſta ī Aſiam profugiſſe. Sed utrū ſubito hoc factum fuerit: an aliquanto poſt prælium illud ad Zamam cōmiſſum: pa rum referre arbitramur: cum ſatis cōſtet eum deſperatis rebus in aſiā pfectū exilioq;

mulctatum ad Antiochū peruenisse. Fama quoq; haud dubia est tam hospitaliter tāq; honorifice accæptum esse a rege: ut statim publicis pariter ac priuatis consiliis adhiberetur. Erat. n. Hānibalis nomen magna apud omnes gloria: cōmunis insuper accedebat ira cōmuneq; in Romanos odium: uehemens stimulus ad excitandū bellum. Qua re opportune accessisse uidebatur: non solum ad inflāmandum animū regis sed etiā ad aperiendam uiam gerendi aduersus Romanos belli: quam unicam tātum esse dicebat: si arma in Italiam transferrentur: & italici generis compararentur milites: quibus solis uictrix aliarum gentium prouincia superari posset. Centum nauium classem: decem & sex milia peditum: mille equites petebat a rege. His copiis se Italiam intraturū pollicebatur ac turbaturum italicas gentes: quas sciret ob recentem memoriam punici gesti belli uehementer horrere Hānibalis nomen. Spem insuper afferebat de punico renouando bello: si per regem sibi liceret Carthaginem mittere: qui factionem barchinā concitarent: atq; eorum animos permouerent: quibus imperium populi Romani erat inuisum. Assentiente rege Aristonem quendam tyrum delegit hominē callidum & idoneum ad hoc negocium conficiendum. Huic magnis premiis pollicitationibusq; persuasit: ut Carthaginem peteret: amicos conueniret: & mandata quædam uerbis suis ad eos deferret. Ita Hānibal patria exul per totum orbē terrarum aduersus Romanos cōcitabat bellum. Nec iam inanes eæ cogitationes uidebātur futuræ: si Antiochus ut ab initio cœpit: sic etiam postea ei magis q̄ adulatoribus & purpuratis suis fidem præstitisset. Sed inuidia quam plærūq; regiæ domus alunt: multos Hānibali aduersarios peperit: qui cum uererentur: ne callidus imperator iis consiliis aucupando gratiam regis ī maximū auctoritatis & potentiæ gradum ascenderet: eum suspectum reddere nitebantur. Accidit etiam per id tempus ut. P. Villius legatus Ephesum ueniens frequentē cū pœno sermonem haberet: ex quo facile data est obtrectatoribus criminādi facultas: & tanta suspicio de fide Hānibalis Antiocho orta: ut omnino a consilio regio excluderetur. Sunt qui dicunt eodem tempore. P. Aphricanum unum ex legatis ad Antiochum missum cum pœno esse locutum: & inter alia multa ab Hānibale petiisse: ut ex animi sententia diceret: quem maximū imperatorum fuisse censeret: Hānibalem autē respōdisse: primo loco sibi Alexandrum Macedonum regem: secundo Pyrrhum epirotam: tertio seipsum collocandum uideri. Ad hoc leniter arridētē Aphricanum dixisse: Quid censeres Hānibal si me uicisses? Me proculdubio inquit cunctis aliis imperatoribus anteferrem. Hoc responsum placuisse Scipioni ferunt: q̄ se nec posthabitum nec adhibitum in comparationem: sed ueluti īcomparabilem occulta quadam assentatione a punico ingenio relictum uideret. Post hæc Hānibal occasionem nactus Antiochum allo quendi iam inde a prima pueritia repetens sic seipsum purgauit: sic de odio suo in Romanos disseruit: ut in pristinam gratiam regis quam prope amiserat: amicitiamq; rediret. Itaq; rex constituerat animo hunc ducem cum regia classe in Italiam mittere: ut præstantissimi uiri & perpetui hostis populi Romani sicuti iam sibi persuaserat: aīum ingeniumq; experiretur. Sed unus Thoas princeps ætholorum huic sententiæ aduersatus seu inuidia seu q̄ re uera ita agendum censeret: mutauit animū regis: & hanc deliberationem quæ magnum momentum ad bellum habitura uidebatur: omnino euertit. Hortatus est. n. Antiochum ut in Græciam traiiciēs ipsemet rem suam ageret: nec pateretur huius belli gloriam ad alium peruenire. Rex igitur persuasus paulopost in Græciam proficiscitur ad excitandum aduersus Romanos bellum: ubi non longo ītericcto spatio cum de concilianda Thessalorum gente cōmuni consilio agitaret: Hannibal nominatim sententiam rogatus non tam de Thessalis q̄ de summa rerum ita elato animo disseruit: ut approbationem omnium qui ibi aderant: assēsumq; moueret. Non. n. de Thessalis magnopere laborandum sed curandum omnibus modis censuit: ut Philippus Macedonum rex aut in belli societatem ueniret: aut neutri parti adhærēs dimicationem ocioſus spectaret. Adiecit præterea consilium de īferendo ex propīquo

Romanis bello: ſuam quoq; operam ad id cõficiendum ampliſſimis uerbis pollicitus eſt: & detulit. Auditus eſt pœnus ſũma attentione: ſententiaq; illius laudata magis q̃ poſtea re aut effectu comprobata. Ex quo plæriq; mirantur hunc ducem qui tot ãnos cum populo Romano omniũ pene gentium uictore certauerat: eo tempore poſthabi tum eſſe a rege: quo erat eius opera & conſilium maxime expetendum. Quis. n. in toto orbe terrarum callidior imperator reperiri poterat? quis ad gerendum cum Romanis bellum accõmodatior? hunc tamen poſthabuit rex initio gerendarum rerum: nec mul tum tempus præteriit: cum cæterorum conſilia deridens faſſus eſt unum Hãnibalem præuidiſſe ea quæ in rem eſſent. Nam cum bellum ĩ Græcia proſpere eueniſſet Roma nis: ceſſit ex Europa Antiochus: & Epheſum ſe recepit. Ibiq; ſolutus curis pacem ani mo deſtinabat: minime credens timenda eſſe in Aſia romana arma. Nec deerat talia cõ cupiſcenti adulatorum aſſentatio: perpetuũ malum regum: qui dum ea quæ uolũt: li benter audiunt: ſe adulari ſinunt: & falli æquo animo patiuntur. Sed Hãnibal cui no ta erat potentia Romanorum & dominandi cupiditas: regem monuit: ut de omnibus aliis præter q̃ de pace cogitaret: Romanos crederet nunq̃ quieturos: niſi cum experti eſ ſent: an ſicut in Aphrica Europaq; : ita etiam in tertia parte orbis terrarum extendere fi nes imperii poſſint. Motus auctoritate uiri Antiochus extemplo Polixenidam homi nem ſagacẽ & maritimis certaminibus aſſuetum aduentanti Romanorum claſſi ire ob uiam iuſſit: & pœnum in Syriam miſit: ut magnam uim nauium compararet. Huic deinde claſſi Hãnibalem ipſum & Apollonium quendam ex purpuratis ſuis præfecit: qui cum audiſſẽt Polixenidam cum Romanis congreſſũ haud proſpere rẽ geſſiſſe: præ lium ipſi cum Rhodiis: qui ſocii erant populi Romani: cõmittendum putarunt. Han nibal in ea pugna Eudamũ præfectum Rhodiorum a ſiniſtro cornu inuadens iam præ toriam nauim circunuenerat: & ſine dubio ſuperior erat: cum ex alio cornu hoſtes fu gato Apollonio aduolarunt: & uictoriam prope iam certam ex eius manibus extorſe runt. Poſt hanc naualem pugnam parum fœliciter tẽtatam nihil fere memoria dignũ ab Hãnibale geſtum accæpimus. Nam debellato Antiocho Romani præter alias cõdi tiones quas impoſuerunt regi: Hãnibalem perpetuum ſuæ reipu. hoſtem ſibi tradi po ſtulabant. Hæc Hãnibal multo ante proſpiciens ſubito poſt illam memorabilẽ pugnã ad Magneſiam cõmiſſam: qua regiæ opes conciderunt: ab Antiocho diſceſſit: & lõgis erroribus euagatus: tandem ad Pruſiam Bithyniæ regem confugit: non q̃ in amicitia eius ſpem multã reponeret: ſed quia per orbem terrarum longe terra mariq; dominan tibus Romanis armis locum magis neceſſarium quem poſſet q̃ tutum quem uellet: ſi bi petendum cẽſebat. Sunt qui uicto Antiocho ĩ Cretam profectum ad Cortynos Hã nibalem dicunt: ibiq; extemplo uulgatum eſſe eum magnam uim auri argentiq; ſecũ ferre. Ex quo ueritum ne Cretenſes ſibi manus iniicerent: tale remedium inueniſſe ad periculum euitandum. Amphoras plumbo aurato refertas in templo Dianæ collocari iuſſit: ſimulans ſe eas ueluti theſauri ſui maximã curam ſolicitudinemq; habere. Ex altera parte ſtatuas æneas quas pecunia impleuerat: domi abiecit. Dum illi templũ cu ſtodiunt: ne amphoræ ſe inſciis auferantur: interim Hannibal uelis in altum datis ĩ Bi thyniam profugit. Eſt autem in Bithynia uicus iuxta littus maris: quem incolæ regiõis Libyſſam appellant: de quo uulgatum carmen circũferri ſolitum aiunt: Corpus Hãni balis libyſſa tumulabit terra. Eo in loco diuerſabatur pœnus non inerti quidem ocio ui tã agens: ſed in nautis equis ac militibus exercendis ſtudium adhibens. Dicunt autem ſcriptores quidã hoc tempore Pruſiam gerentem bellum cum Eumene Pergami rege: qui ſocius & amicus erat populi Romani: claſſi Hãnibalem præfeciſſe. Hunc uero no uo cõmento Eumenẽ aggreſſum ex nauali prælio uictoriam reportaſſe. Nã priuſq̃ pu gnam inirent: Hãnibalem tradunt magnam ſerpentum copiam in uaſa fictilia conie ciſſe: deinde inito prælio: dum omnium animos oculoſq; occuparet certamen: uaſa ĩ hoſtium naues ĩmiſiſſe: atq; eo pacto implicatos hoſtes & re noua perterritos in fugã

uertisse. Eius autem sic gestæ rei non uetustiores ānales sed Aemilius & Trogus memi nerunt. Itaq; fides penes auctores sit. Cæterum horum regum contentionibus Romā perlatis: senatus. T. Flaminium cuius ob res in græcia gestas celebre nomen est: legatū in Asiam misit: ut (quantum coniectura assequi possum) cum utroq; rege de pace ageret. Is cum ad Prusiam uenisset: iniquo animo ferens hominem inimicissimū nomini Romano ex tot domitis gentibus populisq; cæsis supersesse: magna contentione a rege impetrauit: ut sibi Hānibal dederetur. Iam inde ab initio pœnus leuitatem Prusiæ suspectam habens: in diuersorio plures cuniculos fecerat: sepiēq; exitus præparauerat ad capessendam fugam: siqua repentina necessitas compulisset. Auxerat etiam non mediocriter hanc suspicionem suam Flāminii aduentus: quem sibi tum publice ob commune odium urbis: tum priuatim ob memoriam Flāminii patris ad trasumenum lacum interempti omnium Romanorum infestissimum esse credebat. Ita anxius curis remedia (ut supra diximus) ad euadendum inuenerat parum sibi aduersus tantas opes profutura. Cum milites regii frequentes ad eum capiendum missi undiq; cīxerunt domū: ad primū eorum aduentum tentauit Hānibal per q̄occultissimū exitum fugam capessere. Vbi eum locum custodiis teneri sensit omni spe euadendi abiecta: statuit morte uoluntaria Romanorum manus effugere. Alii seruum ab eo iussum compressa gula spiritum intercluisse tradunt. Quidam sanguinem tauri: sicut Clitarchus Stratocles q; de Themistocle finxit: bibisse eum dicunt: atq; eo potu mortuum concidisse. Liuius autem locupletissimus historiæ auctor Hānibalem scribit uenenum ad similes casus præparatum popposcisse: & pene mortiferam illam potionem tenentem manu dixisse: Soluamus ingenti cura populum Ro. ubi mortis iam consumpti senis tantū tāq; præsens desiderium tenet. Romani patres Pyrrhum Epirotarum regē infestis signis appropinquantem mœnibus romanæ urbis a ueneno monuerunt: ut caueret. Hi auctores fuere: ut regiæ dignitatis uinctæq; dextræq; oblitus hospes hospitem scelere prodiret. His dictis regem Prusiam multis execrationibus detestatum ueneno sibi consciuisse mortem. Lxx. ætatis anno: ut quidam memoriæ prodiderunt. Defuncti corpus apud Libyssam collocatum dicunt in lapideo sepulchro: in quo scriptum fuit: Hānibal hic situs est. Sed eius mortis nuntium accipientes Romani: uarie id prout cuiusq; ingenium erat interpretabantur. Plæriq; Flaminium crudelitatis arguebant: q; ueluti præclari cuiusdam facinoris gloria adepturus auctor extitisset opprimendi exacta ætate uirum: a quo nullum ulterius periculum reipublicæ iam prope uictrici omnium gentium timeri poterat. Quidam uero factum excusantes: Flaminio etiam tribuebant laudi: q; perpetuum hostē populi Ro. de medio sustulisset: cui etsi uires corporis ac robusta ætas: non tamen ingenium consilium rei militaris peritia deesset: quibus Prusiam ad arma concitare: Asiamq; nouis bellis cōmouere ac perturbare potuisset. Erant. n. p id tempus ita amplæ Bithyniæ regni opes: ut non facile contēnendæ uiderentur. Nam posteris temporibus Mithridates Bithyniæ rex diu naualibus terrestribusq; copiis populum Ro. fatigauit: aduersusq;. L. Lucullum ac. CN. Pompeium præstantissimos īperatores cum magnis exercitibus in acie stetit. Idem a rege Prusia duce præsertim Hānibale timeri poterat. Quare nonnulli ea præcipue causa. Q. Flaminium opinantur ad Prusiam missum esse legatum: ut Hānibalis necem secretis consiliis agitaret. Verū credere libet hoc quæsitum esse a. Q. non tam ut præsēti morte Hānibalem de medio tolleret: q̄ ut homo qui tot inflixerat suæ reipub. clades: Romā uiuus perduceretur: idq; populo Ro. utile: sibi uero honorificū esse censeret. Tali genere mortis interiit Hannibal pœnus uir: ut alia omittam: bellicis sine dubio laudibus uehementer excellēs: cuius siue animus siue ingeniū siue egregia rei militaris disciplina quanti momēti fuerit ī rebus: facile ex eo ītelligi licet: q; Carthaginēses bello tāta cōtētione susceptо: nō prius se uictos cōfessi sunt: q̄ cū fuit Hānibal apud Zamā magno illo prælio supatus: ut bellicæ eorum uires stetisse simul cū Hānibale duce atq; una cum eo cōcidisse uiderentur.

SCIPIONIS AFRICANI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER DONATVM ACCIAIOLVM IN LATINVM VERSA.

CORNELIO SCIPIONI QVI PRIMVS NOMIne uictæ a ſe gẽtis Africanus ẽ dictus: patrẽ fuiſſe cõſtat .P. Scipionem uirum patritium ex nobiliſſima Corneliorum gente: cum quo primũ Romano imperatore Hannibal pœnus ſigna in Italia contulit. Is cum multas eſſet in Hiſpania uictorias conſecutus reſq; geſſiſſet memoratu dignas: demũ quodam prælio aduerſus hoſtes inito dum ſeſe offert: ubi plurimus labor plurimũ periculi erat: ſubito perculſus ictu occiditur. Simili pene caſu. CN. Scipio eius frater paucis poſt diebus fortiter pugnans interiit. Amboq; ii imperatores præter rerum geſtarum nomẽ: magnum quoq; fidei temperantiæ uirtutis deſiderium non modo militibus ſuis qui ſuperfuere: ſed etiam hiſpanis gentibus reliquerunt. At uero. CN. Scipionis. P. Cornelius Naſica filius fuit uir conſularis triumphaliſq;: qui adoleſcens cum eſſet pro accipienda matre Idea ĩ tota ciuitate eſt uir optimus iudicatus. Publii autem filii fuere Scipiones duo egregia ſine dubio proles: quorum alterum ob Aſiam deuictam Aſiaticum: alterum uero domitorem Africæ ob memorabilem uictoriam de Hannibale & de pœnis: ut ſupra diximus: Africanum appellant: de quo hæc ſcribenda ſuſcepimus: non tam ut eius nomẽ a græcis latiniſq; ſcriptoribus celebratum his litteris fieret illuſtrius: q̃ ut rerum geſtarũ ſeries & domeſtica diſciplina eſſet noſtra opera ĩ oculis hominum collocata: quã uelut imaginem præclaræ uirtutis imperatores & duces cum ĩtuerentur: imitatione digniſſimam iudicarent. P. Cornelius Scipio iam inde a pueritia cum eximiæ indolis & ſummæ uirtutis ſpecimẽ præ ſe ferret: ſub auſpicio patris cœpit diſciplinis militaribus eruditi. Ductus eſt enim in caſtra initio ſecundi punici belli. vii. &. x. agens annum ac breuis temporis ſpatio factum eſt: ut magnam laudem a ſummo uiro & ab exercitu cõſequeretur: equitando uigilando omnia militari labore tolerando. Ea inſuper documenta animi atq; ingenii dedit: ut gratiam ſimul adipiſceretur: & admirationem gentiũ cõmoueret. Nã equeſtri prælio quod ad ticinum amnem. P. Cornelius conſul cum Hãnibale commiſit: interfuiſſe Scipionem conſtat: proditumq; memoriæ a quibuſdam auctoribus eſt: Cornelium patrem Saucium ac prope ab hoſtibus circumuẽtum a Scipione filio iam tum pubeſcente fuiſſe ſeruatum. Eo deinde tempore quo apud cãnas cũ magna calamitate ac prope pernicie romani imperii certatum eſt: cum ad decem milia hominũ Cannuſium perfugiſſent & omnes uno ore Apio pulchro qui proxime ædilis fuerat. P. Cornelio admodum iuueni imperium detuliſſẽt: declarauit Scipio quanta ſibi uirtus quantaq; animi magnitudo ineſſet. Nam quibuſdam iuuenibus de relĩquẽda Italia agitantibus ĩ conſultantium cætum prorupit: ac ſtricto gladio iurare omnes coegit ſe remp. non deſerturos. Hæc aliaq; eiuſdem generis magnitudine quadam animi atq; ingenii ab eo iuuene edita populum romanum compulerunt: ut ei ſupra ætatem ſupra etiam conſuetudinem magiſtratus curamq; maximarum rerum deferret. Quippe ante legitimum tempus ædilitatem petens & ſi tribuni plæbis aduerſarẽtur: quia nondum ſatis annorum eſſet: peruicit tamen ut per tribus duceretur atq; extẽplo frequẽtibus ſuffragiis quiritum ædilis curulis eſt declaratus. Cũ uero pater patruuſq; duo egregii imperatores breui interuallo in Hiſpania cecidiſſent: curandumq; a populo romano eſſet: ut aliquis dux ſingulari uirtute ĩ eorum locũ ſuccederet: nemo reperiebatur: qui ad hoc graue & periculoſum bellum poſt tantorum imperatorum interitũ proficiſci auderet. Itaq; habitis comitiis ut proconſul crearetur: cum cæteri reipublicæ principes in tanta facultate ſilerent: unus Scipio: iiii. & uiginti annos natus ĩ medium

profiliens ingenti fiducia profeſſus eſt ſe hoc munus libenti animo ſuſcepturum. Hac fortiſſimi iuuenis audita uoce nulla mora interpoſita eſt: quin īcredibili ſtudio ſuffragiorum imperiū in Hiſpaniam Scipioni decernerent. Sed paulopoſt ſecum reputantes quirites aduerſus quos pœnorum duces & in quibus regionibus bellum gerendum eſſet: uix cenſebant fieri poſſe: ut imbecillitas ætatis tantam grauitatem rerum ſuſtineret. Quare momento temporis quaſi iam decretæ rei centurias pœniteret magna aiō cōmutatio facta eſt. Quod ubi animaduertit Scipio: ſtatim aduocata concione ſic de ætate ſua ac de bello quod gerendum erat diſſeruit: ut ad ſe unum intuendum omnes audientes conuerteret: & ad priſtinam ſpē bene gerendæ rei populum Ro. animi aliiſq; uirtutibus uehementer excellens: ſed præſtans etiam pulchritudine oris & totius corporis forma conſpicuus læta atq; hilari fronte: quæ plurimū ualent ad gratiam hominum conciliandam. Habebat & in geſtu & in motu ſūmā dignitatem. Ad hæc animi bona muneraq; naturæ cum militaris accederet gloria dubium erat gratior ne gentibus domeſticis uirtutibus an mirabilior bellicis artibus foret. Imbuerat etiam animos multitudinis ſuperſtitione quadam: q; ſingulis diebus ex quo uirilem togam ſumpſerat: ī capitolium aſcendere ac ſine arbitris ædem ingredi conſueuit: ut crederent homines ſicut iam multo ante Numā Pompilium ab Aegeria nympha: ſic etiam archana quædā in templo doceri: quæ cæteris non eſſent cōmunia. Præterea ut olim de Alexandro Macedonum rege: ſic ea tempeſtate de Scipione quidam finxiſſe uidentur anguem in cubiculo matris frequenter uiſam. Cæterum iis omiſſis. P. Scipio ex Italia decedens cum decem milibus peditum. xxx. nauium claſſe omnes autem quinqueremes erant in Hiſpaniam proficiſcitur: ac paucis diebus ad emporia delatus copias expōit: terreſtriq; itinere Tarraconem concedit. Ibi concilio indicto legati ex ſociis urbibus frequentes conuenere: qui comiter benigneq; accepti grata reſponſa domū rettulerunt. Poſt hæc Scipio ingenti cura ad futurum bellum intentus cōmodiſſimū eſſe ſtatuit: reliquias ueteris exercitus quæ uirtute. L. Martii ſeruatæ erant: ſuis copiis adiungere. Nam poſt duorū Scipionū interitum: cū Hiſpaniæ prope amiſſæ: Romanæ legiones fuſæ fugataq; eſſēt: unus. L. Martius romāus eques collectis duorum exercituū reliquiis præter omnium ſpem exultantes uictoria hoſtes contriuit: bellumq; in Hiſpania aduerſus tres pœnorum duces incredibili uirtute induſtriaq; ſuſtinuit. Ad has igitur copias quæ in hybernis conſtitutæ erant: cum ueniſſet Scipio: excitati ſunt omnium animi ad ſpē bene gerēdæ rei: & ueterum imperatorum memoria renouata ut nemo miles eſſet qui iuuenem intuendo explere deſiderium poſſet. Ipſe uero collaudatis militibus: q; de rep. non deſperaſſent: ante omnes. L. Martium in præcipuo honore habuit: ut oſtenderet uirum qui ſuis uirtutibus confideret: alterius gloriæ non īuidere. Exacta hyeme cū nouum ueterēq; exercitum ex hybernis deduxiſſet: omnium primum Carthaginē nouā oppugnare conſtituit. Nulla. n. ex Hiſpanis ciuitatibus opulentior habebatur: nulla cōmodior erat ad bellum terra mariq; gerendum. Quinetiam Carthaginēſium duces omnem apparatum belli & quicquid precio dignum habebant: in hanc urbem congeſſerant. Eam quoq; ac eius arcem ualidis præſidiis munierāt. Ipſi uero ne tribus una regio premeretur: diuerſa petierant loca: nihil minus eo tempore q̄ Carthaginis oppugnationem timentes. Scipio iam omnibus neceſſariis comparatis ad eam obſidēdā cum omni exercitu profectus terra mariq; urbem aggreditur. Negocium arduum & diuturnum apparebat futurum: q; urbs munita erat & defenſores ita animati: ut nō modo tueri Carthaginis mœnia: ſed etiam erumpere in hoſtem & caſtra Romanorum aggredi auderent. Verum multa interdum quæ uiribus ſuperari non poſſunt: īgenio cōficiuntur. Compertum habebat Scipio ſtagnum: quod haud procul abeſt a Carthaginis mœnibus æſtu maritimo decreſcere & uado ea parte tranſiri poſſe: unde ad murū facilius eſſet acceſſus. Tali occaſione qua nulla maior ad capiendam Carthaginē dari poterat: utendum ratus: cum tempus cōmodum uiſum eſt expediri acies & diſtributis

copiis urbē uehemētius q̄ unq̄ antea oppugnari iubet. Ipſe īterim fortiſſimoꝝ uirorū manū deligit: quibus īperat ut ſuperato ſtagno in muꝝ ab ea parte: quæ minime ſuſpecta erat euadāt. At hi quibus negociū datum ē: proſpere traiecto ſtagno: cū ex alia parte urbis acerrime pugnaretur: locū quē petebāt neglectū īueniunt: celeriterq; ſcandētes muꝝ hoſtes a tergo adoriūtur. Oppidāi & externi præſidii milites: quibus tantū tepētini periculi præter opīonē acciderat extēplo mœnia deſerunt: ancipitiq; pauentes malo ſe ī fugā cōiiciūt. Inſtāt tergis Romani: ſubitoq; urbē capiunt diripiuntq;: ubi ī gēs præda & oīum reꝝ quæ ad bellū uſui erāt ſūma ē facultas īuēta. Scipio ob bene nauatā operā collaudatis dōatiſq; militibus cū ei qui primus muꝝ aſcēderat: muralis corona dāda eēt: & cōtētio īter duos milites orta omnē prope exercitum ī certamē traxiſſet: extēplo cōcioē aduocata cōpertū ſe habeř dixit ābos pariter muꝝ aſcēdiſſe: atq; ambos coronis mutalibus donādos eſſe. Quo factū ē: ut oīs cōtētio quæ iā ad ſummū puenerat: tolleretur. Poſt hæc obſides quoꝝ ī ea urbe īgēs copia erat: ciuitatibus Hiſpaniæ reſtitui iuſſit: ex quo maxīe humānitatis & clæmētiæ nomē ſibi cōparauit: multoſq; populos hac īdulgētia mouit: ut ad romanum redirēt a punico īperio. Sed omniū primum eius famā & beniuolētiā auxit id quod a cūctis ſcriptoribus ut ſummæ uirtutis exēplum celebratur. Adducta ē eīm ī cōſpectum īperatoris una ex captiuis uirgo lōge āte alias ſpecie ac pulchritudīe īſignis. Hāc & Scipio cuſtodiri diligētiſſime: & ſeruari ītegerrime iuſſit: pauloq; poſt cū deſpōſatā cōperiſſet Luceio prīcipi Celtiberoꝝ: ſponſo ad ſe accito (is adoleſcēs erat) ītegrā īuiolatāq; reſtituit. Res ē profecto celebrāda litteris: & ipſe Scipio dignus ut tātæ māſuetudinis & cōtinētiæ ab oībus ſcriptoribus ferat fructū. Huius beneficii memor Luceius: cum liberalitatē modeſtiā & ſingularē ī omni genere uirtutis præſtātiā romani ducis per ſuos populos diuulgaſſet: paulo poſt cum magna equitū manu ī romāoꝝ caſtra rediit. Carthaginēſium duces Mago Haſdrubal Barchinus & alter Haſdrubal Giſgonis filius Carthagīe noua amiſſa: & ſi nō ignorabāt quātum ad opīonē gētium & ſummā uniuerſi belli eēt detrimēti acceptum: tamē rē prīo tegere: deīde uulgatā extenuare uerbis quoad poterāt nitebantur. Scipio uero multis populis prīcipibuſq; hiſpānis: īter quos duo reguli Mādonius & Indibilis fuere ſibi adiunctis: cōſtituit aīo ī ea loca iter facere: quibus ī locis Haſdrubalē Barchinū eē audiebat: ut prius cum eo q̄ Mago & alter Haſdrubal ſe ei cōiungerēt decertaret. Haſdrubal Barchinus prope flumē beſuliā habebat caſtra: auidus & ipſe certamīs & ſuis copiis ſatis fidēs: ueꝝ ubi appropīquare Scipionē cognouit: ex planitie ī tumulū quendā ſatis natura munitum ſeſe recepit: quē inſecuræ romanæ legiōes nullā morā īterponendā putarunt: quī cedēti īſtarēt hoſti: & prīo aduētu caſtra adorirētur: nō ſecus q̄ ſi una expugnaretur urbs: circa caſtra pugnatum ē. Carthaginēſes natura loci & neceſſitate: quæ etiā ignauos excitare ſolet: fidēres īpetum hoſtiū ſuſtinere nitebātur. Romani ecōtra ſpe & audacia pleni acriter dimicabāt: atq; eo magis q; in conſpectu Scipionis atq; oīs exercitus res gerebatur: ut nullum paulo fortius factum latere poſſet. Itaq; nō prius remiſſa oppugnatio ē q̄ omni conatu annixi romāi uallum ſuperarūt: pluribuſq; locis caſtra irrumpētes ī fugā cōpulerūt pœnum. Haſdrubal uero dux priuſq̄ caſtra ī pt̄atē romanoꝝ ueniſſēt: cum paucis militibus fugit. Hoc prælio facto Scipio cō ſuetudīe ſua oīs captiuos hiſpani generis ad ſe uocari & ſine precio dimitti iuſſit. Adoleſcēte ex his regii generis Maſiniſſæ nepotē comiter benigneq; acceptum ad Maſiniſſā remiſit: magnificētiſſimā quoq; adiecit dona: ut oſtēderet īperatorē exercitus nō minus liberalitate & dōeſticis uirtutibus: q̄ bellicis artibus ornatū eē oportere. Eſt enī belli finis uictoria: cuius fructus maxīe ī liberalitate clæmētiaq; cōſiſtit. Hīc ducum gloria: hīc īperatoriæ laudes emanāt: ut ī præſētibus accidit rebus. Nā Hiſpanoꝝ multitudo quæ ibi frequens aderat: hāc īdulgētiā rōani ducis admirata cōtineri nō poterat: quī eum honoris & uirtutis gratia appellaret regē. Sed Scipio hāc uocē rōanis auribus inſuetā ſubito oppreſſit: nec eū titulum ſibi tribui paſſus ē: quē optimorum ciuium conſuetudini & romanæ libertati aduerſum eſſe ſciebat. Hortatus ē tantum hiſpanas gentes: ut ſi in referenda gratia memores eſſe uellent: fidem in populum romanum

beniuolentiāq; ſeruarent. Dū hæc a Scipione gerebantur: īterī alii duo Carthaginēſiū duces accepto nuntio male geſtæ ad Beſulam rei iūgere copias proparūt: pauloq; poſt Haſdrubali barchīo ſe cōiunxerunt: ut cōi cōſilio de ſūma belli decernerēt. Itaq; inter ſe collocuti poſt lōgā diſceptationē ī ea ſn̄ia cōueneř: ut Haſdrubal barchinus ī Italiā ubi Hānibal frater & caput belli erat trāſiret: Mago uero & alter Haſdrubal ī Hiſpāia remanerēt: ſupplemētum a Carthagīe peterent: nec prius cum īpatore rōano ſigna cō ferrēt: q̄ undiq; cōuocatis auxiliis īgentes copias cōtraxiſſent. Poſt hæc petēte Italiam Haſdrubale: miſſus ē ex Africa ī eius locum īpator Hāno: quem prīo aduentu celebe riām cōcitātē. M. Scyllanus iuſſu Scipiōis aggr̄ditur: prælioq; cōmiſſo ſupat capitq;. Erat una urbs: quā īcolæ regioīs oringē appellant: opulentiſſima ſane & accōmodatiſ ſima ad renouandum bellum. Ad hāc oppugnandā cum parte copiaꝝ miſſus. L. Scipio locum munitiorē īuenit: q̄ ut prīo īpetu capi poſſet. Itaq; corona circūdedit urbē: pauciſq; diebus expugnatam direptāq; ī poteſtatē r̄degit. Inſtabat iā ꝑpīqua hyems: & tēpus admonere uidebatur: ut hyberna utriq; peterent. Quare his rebus proſpe geſtis: Scipio Tarraconem Mago & Haſdrubal Giſgonis filius ſe ad oceanum recepūt. Sequenti æſtate magna cōtentōe renouato ī ulteriore Hiſpāia bello Rōani Carthaginenſeſq; ꝑpe Beſulam cōgrediunt: iuſtaq; acie prælium cōmittunt: ī quo poſt lōgum certamen ſupior Scipio ī fugam uertit hoſtes: magnoq; numero eoꝝ interfecto: neq; ſui colligendi: neq; cōſiſtendi facultatem dedit: neq; prius uictoriæ modum īpoſuit: q̄ Haſdrubal & Mago ex cōtinenti pulſi gades ſe recipe coacti ſunt oībus prope copiis amiſſis. Erat ī exercitu Carthaginenſium Maſiniſſa iuuenis magni animi magniq; cō ſilii: qui opportūitate capta clā cum Scyllano cōgrediēdi prīos aperuit ei amicitiæ aditus: ſiue Scipionis liberalitate allectus: ſiue tēpus ueniſſe ratus: ī quo uictoribus romanis adhærendum cenſeret. Hic ē Maſiniſſa: q poſtea beneficio romanoꝝ potētiſſimus euaſit Numidiæ rex: ac multis ī rebus populo rōano uſui & adiumēto fuit. Cæteꝝ eo anno: q̄ erat. xiiii. ſecundi punici belli fœlici auſpicio procōſulis Scipiōis Hiſpāia prima ex cōtinentis regiōibus uicta: poſtrema tamen ī prouinciæ forma redacta ab Auguſto Cæſare lōgo īteruallo fuit. Scipio nō cōtentus maximis rebus: quas breui tēpore in Hiſpāia geſſerat: cum iam ſibi Africam aīo deſtīaret: cōmodiſſimū eē ſtatuit Syphacem Maſſeſſuloꝝ regē omni arte ī rōanoꝝ amiciciam trahere. Itaq; explorata uoluntate regis: cum nō alienam a ſocietate populi romāi cōpiſſet: extemplo oībus rebus poſt poſitis duabus q̄queremibus ī Africam cōtendit. Veniebat a Gadibus eodem tēpore Haſdrubal Giſgōis filius: ac ueluti ex cōpoſito hi duo clariſſimi īpatores regem adierunt: certatī quiſq; pro ſua rep. amiciciam petituri. Syphax hoſpitio ābos comiter benigneq; accepit: opamq; dedit ut pariter eadem menſa eodem cubiculo uterent̄: ne alter alteri prælatus ī honore uideri poſſet. Tradunt Haſdrubalem præſentis Scipionis āimum ingeniumq; admiratū ſecum agitaſſe quantum piculi ex eo uiro ſuæ ciuitati atq; omni Africæ īmineret. Iuuenem eīm ācrē & ſūmis uirtutibus prædītum: tū multis prælīis uictorem eſſe cernebat: nec ī tam florenti ætate adduci poſſe credebat: ut pacem q̄ bellum mallet. Suſpicabatur etiam ne Syphax eius auctoritate & præſētia motus ad Rōanos animum īclinaret. Nec iam eū fefellit opīo. Nam Syphax &ſi primo aduentu parem ſe utriſq; præbens ſermonem īduxiſſet de finiendo inter Rōanos Carthaginenſeſq; bello: tamē poſtea negante Scipiōe īcōſulto ſenatu qcq̄ agi de pace poſſe poſthabendum Haſdrubalem cenſuit: ac deſiderio Scipiōis obſecutus cum populo Rōano fœdus iniit. Scipio ī Hiſpaniam reuerſus Iliturgium & Caſtulonē & quaſdā alias ciuitates: quæ populi Romani detrectabant īperium: partī ipſe ui expugnauit: partim auſpicio. L. Martii in ditionem redegit. Et ne tot tantiſq; rebus proſpere geſtis aliquod deeſſet letitiæ genus: Carthaginem nouam profectus ludos gladiatorum magnifico apparatu fecit: quibus non ſolum ſpectando: ſed etiam pugnando multi clari uiri interfuerunt. Sed ex Hiſpanis duo præter alios inſignes nobilitate prīcipes Corbis & Orſua de regno inter ſe diſſidentes eo die controuerſiam finiere: altero eorum alterius manu interempto. Grauis ſpectantibus eorum dimicatio: grauior etiā

qa patrueles erant mors interempti fuit. Poſt hæc Scipionem longe maiora q̄ ea quæ geſſerat meditantem aduerſa ualitudo corripuit: cuius famā per Hiſpaniam uulgata: & ut plærunq; fit ſermonibus aucta ad ſpem nouarū rerū non ſolum Hiſpanas gētes: ſed etiam romanoꝝ exercitum: quem ille ad Sucronem reliquerat concitauit. Soluta primum militum diſciplina imperatoris abſentia fuerat: mox rumores de ægritudine eius & de periculo uitæ in exercitum delati tantam ſeditionem motumq; fecerunt: ut quidam contempto tribunoꝝ imperio iiſq; demum fugatis duos gregarios milites ſibi crearent īperatores: qui non ſolū nomen īperii a uanis auctoribus delatum: ſed etiam faſces & ſecures præ ſe ferre auſi ſunt: adeo furor plærunque & mala ambitio mortalium mentes exagitat. Nec quieuere Hiſpanæ gentes: Mandonius præſertī atq; Indibilis: qui affectantes Hiſpaniæ regnum poſt expugnationem Carthaginis nouæ ad uictorem Scipionem defecerant. Deīde Romanoꝝ potentiam longe lateq; diffuſam: iniquo aīo tolerantes aliquam nouandarū rerū occaſionem quærebant. Acceptis autem rumoribus non ſolum de morbo: ſed ꝓpe etiam de morte. P. Scipionis fideq; adhibita extēplo exercitum cōparārunt: & Sueſitāis qui ſocii & amici erāt populi rōani ītulerūt bellum. Veꝝ cōualeſcēte Scipione: ut ex fama eius mortis falſo credita multiplex tumultus fuerat exortus: ſic cōpetta ueritate rei territi ſūt omniū animi: nec quiſq̄ auſus ē ī nouādis rebus ulterius progredi. Scipio magis externis bellis q̄ dōeſticis ſeditionibus aſſuetus: & ſi militibus qui deliquerāt grauiter ſuccēſēdum putabat: tamē ne dū iræ īdulget exceſſiſſe ī puniēdo modū exiſtimari poſſet: de hac re ad cōſiliū refert. Maior pars ī eos a quibus initiū tumultus ortum erat: animaduertēdum & reliquis ignoſcēdum cēſuit. Sic eīm fieri poſſe oſtēdit: ut pœna ad paucos: exēplū ad multos perueniret. Hāc ſētētiā ſecutus Scipio extēplo exercitum ſeditōis auctorē ad accipiēdum ſtipēdium Carthaginē nouā acciri iubet. Edicto paruerūt milites alii ſuam culpā: ut plærunq; ſibi īdulgēt hoīes leuiorē rati: alii Scipiōis fræti īgenio quod mite ī puniēdo eē cōpererāt. Dicere eīm ſolitus fuit malle ſe unū ciuē cōſeruare: q̄ mille hoſtes perdeř. Vulgatum quoq; erat aliū Scipiōis exercitum paratū eē ī armis & aduētum eoꝝ oppiri: ut ōes copiæ ſimul iūctæ aduerſus regulos in ſueſitanos ducātur. Quāobrē ex Sucrone diſcedētes: magna ſpe ueniæ cōſequēdæ Carthaginē ueniūt. Sed poſtridie eius diei: quo urbē īgreſſi ſunt: ī foꝝ uocati ac īermes cōſiſteř iuſſi armatis legiōibus circūdātur. Tū Imperator romanus tribunal aſcēdēs uniuerſæ multitudini ſeſe oſtēdit ea ualitudine eo uigore: qualis ī pubeſcēte ætate unq̄ fuerat: concionē deīde habuit lōge acerrimam & grauiſſimis querimoniis plenā: ut nemo miles ex īermi exercitu eēt: qui aut a terra oculos erigere: aut dicētis uultū ſuſtīere per pudorē poſſet. Cōſciētia enī perpetratæ rei ac ſupplicioꝝ metus terrebat aīos: & optimi ducis præſētia noxiis pariter atq; innoxiis ruborē īcutiebat. Itaq; triſti ſilētio torpebāt oīa. Poſteaq̄ finē dicēdi fecit: prīcipes ſeditōis ī cōſpectū multitudīs producūtur. Ibi uirgis cæſi more maioꝝ ſecuriq; percuſſi: horribile ſpectaculum uiſētibus præbueř. His rebus ita cōpoſitis Scipio reliquiſq; militibus nouo ſacramēto adactis expeditionē ī Mādoniū atq; Indibilē pronūtiari iubet. Nā hi ſecum reputātes a militibus rōanis qui caſtrēſis ſeditōis auctores fuerāt: pœnā eē repetitā: omnē ſpē abiecerāt ueniæ īpetrādæ: atq; ex eo. xx. milia peditū: duo milia equitū cōparauerāt: ut his copiis aduerſus rōanos progrederētur. Quod ubi cognouit Scipio: priuſq̄ augerētur reguloꝝ uires: & plurs populi cōſpirarēt: maturat a Carthagine proficiſci: & quāta maxīe celeritate pōt ad hoſtē pergit. Reguli loco ſatis munito habebāt caſtra: ſicq; ſuis copiis fidebāt: ut nec alios prouocare: nec prouocati pugnā detrectare parati eēnt. Factum ē aūt propīquitate caſtroꝝ: ut paucis poſt diebus a rōanis laceſſiti ī prælium deſcēderent: ī quo quidē aliquādiu ſumma contētione dimicatū ē. Tādem Hiſpāi a tergo circumuenti: ac ī orbē pugnaī coacti ſuperātur. Vix tertia pars ex eoꝝ numero aufugit: Mādonius atq; Indibilis nullum remedium perditis rebus eē cernētes: legatos ad Scipionē miſerunt: qui ſuppliciter pacem peterēt: & ueniā deprecarentur. At Scipio & ſi quātum ī ſe atq; ī populum rōanum facinus admiſiſſent: ītelligebat: tamen nō minus decoꝝ putās hoſtē clæmentia & māſuetudīe ſuperari: q̄ armis

regulis ignouit:pecunia tãtum:ut militi ad ſtipẽdium ſoluerent:ſperata. Per id tẽpus Maſiniſſa a Gadibus profectus ī continẽtem uenit:ut amicitiæ fidem:quã per. M. Syllanum abſenti Scipioni obtulerat:præſenti confirmaret. Simul ut ipſum Scipionem alloqueretur:quem ob res egregie geſtas præſtãtiſſimum eſſe uirum conſtituerat aīo. Verum nec iam opīoni Numidæ uirtus. P. Scipionis:nec expectationi(ut plærunque accidere conſueuit)præſentia defuit. Nã præter īgentia animi bona:quibus Scipio cæteros alios anteibat:præ ſe etiã ferebat eximiã formã:& ōi amplo dignam īperio. Erat præterea uir benignus ī audiẽdo:facundus ī reſpondẽdo:& ī conciliãdis homībus egregius artifex. Habitu corporis uirili: cæſarie promiſſa utebat. Hũc igitur Maſiniſſa ſalutatum ueniens:ut primũ cõſpexit: ſic uiꝝ admiratus eẽ dicit:ut nec ab eo dimouere oculos nec ītuẽdo explere deſiderium poſſet:ãpliſſimis uerbis ei gratias ægit pro nepote ad ſe remiſſo:& fidem ſe præſtaturꝝ initæ amicitiæ dixit:quã poſtea erga populum Romanum uſq; ad exitum uitæ conſtãtiſſime coluit. Iã uero omnes Hiſpaniæ populi aut īperium aut ſocietatem Romanoꝝ acceperãt:cum Gaditani idem ſibi licere arbitrãtes:ſponte Romanis ſe dedidere:gens uetuſta origīe:& ſi famæ credere libet:ut Carthago ī Africa:in Boetia Thebæ:ita Gadis ad oceanum Colõia Tyrioꝝ fuit. Scipio ꝛceptis Hiſpãiis:pulſis Carthaginẽſibus:cũ nihil relīqueretur quod ſibi cõſtituẽdum putaret. L. Lẽtulo & Mãlio Accidio ,puīcia tradita Romã rediit. Veniẽti ſenatus extra urbem datus ẽ ī æde Bellonæ:ubi cum res a ſe ꝑ multos ãnos fortiter fœliciterq; geſtas expoſuiſſet:oſtẽdiſſetq; quattuor hoſtium duces:quattuor exercitus multis prælīs a ſe uictos:Carthaginẽſes ex Hiſpaniis eiectos:nullas gẽtes ī his terris relictas:quæ non ueniſſẽt ī populi rõani poteſtatem:res ãpliſſimo triũpho dignas eẽ cẽſebat ſenatus. Sed q̃ nemini adhuc cõtigerat:ut cum procõſul & ſine magiſtratu eẽt pro rebus geſtis triumphãti inuehi liceret urbẽ:nec pr̃ibus uiſũ eſt:nec ipſe Scipio magnope cõtendit:ut nouo exẽplo morem maioꝝ ſui cã cõmutarent. Ingreſſus urbem paulopoſt īgenti ſtudio populi rõani cõſul declarat. Tradũt raro unq̃ frequentiorẽ multitudinem nõ tã ad celebrãda comitia q̃ ad cõſpiciendum. P. Corneliũ Scipionem Romã ueniſſe. Itaq; nõ ſolum q̃rites:ſed externi etiã homīes hũc unum ītuebãtur publice:priuatīq; dicebant mittendum ī Africã eẽ ad īferendum ex ,ppīquo Carthaginẽſibus bellum. Idem cũ ſẽtiret Scipio:de hac re ad populum ſe relaturꝝ ſignificabat:ſi tã ſalutari cõſilio aduerſaretur ſenatus. Quidã enim ex pr̃ibus:atq; inter eos præcipuæ auctoritatis Fabius maximus huic ſententiæ acriter reclamabat. Scipio ī cõtrarium nitebatur ratõibus multis oſtendens hac una uia ſupari Pœnos & Hãnibalem deduci ex Italia poſſe: cætera uana eẽ cõſilia. Poſt lõgam altercationem Scipiõi Sicilia decreta:p̃miſſumq; a ſenatu ẽ: ut ſi arbitraret utile exq; rep. eẽ cũ õi exercitu ī Africam traiiceret. Hoc ſenatuſcõſulto ī populum edito ſic erecti ſunt oīum animi ad ſpẽ magnaꝝ reꝝ:ut iã de Africa cogitarent:& bellum poſſe cõfici nõ diffiderent. Sed Scipiõi ī rebus neceſſariis cõparãdis maxīa difficultas proponebatur:cum ob ærarii īopiã:tũ ob iuuentutis penuriã: cuius florem præteritæ clades a pœno illatæ abſumpſerant. Ipſe tamẽ ne tantæ expectationi deeſſet:īgẽti ſtudio ī apparatum belli ītendit. Et adfuerũt ei multi Hetruriæ atq; Vmbriæ populi:quoꝝ alii materiam ad fabricandas naues:alii arma: q̃dam frumentum: ac oīs generis cõmeatum ad iuuandum exercitum detulerunt. Quadrageſīo quīto die quod uix cuiq̃ credibile uidẽtur:fabricata ītructaq; claſſe ex Italia decedẽs Scipio ī Siciliam cõtendit. At cũ exercitum ī ordīes redigeret:eos præcipue ſeligẽdos putauit:qui ſub. M. Marcello multos annos meruerant:ſummãq; ſciẽtiam rei militaris habere exiſtimabant. Siculos aũt partī auctoritate:partī gratia īpulit ad ſubmīſtrandum auxilium futuro bello:quod ī Africam tranſferre cum primum ꝑ anni tempus poſſet omni ſtudio parabat. Tradunt præter alia Scipionem ex uariis ciuitatibus. ccc. iuuenes legiſſe totius prouīciæ nobiliſſimos:ac eis præcepiſſe:ut certa die cum armis equiſq; ad eẽnt. Hi ut īpatum erat:cum præſto fuiſſent ad cõſtitutã diem:optionem detulit conſul:q̃ uel ipſi ſecum ī Africa militarent:uel totidem aliis ſubſtitutis equos armaq; largirentur:utrum uellent accipent. Singulis remiſſionem militiæ petentibus dati ſunt

uicarii.ccc.Rõani iuuenes quos Scipio ĩermes ex Italia adduxerat:eo cõſilio uel Siculo
rũ ĩpẽſa ſicut euenit armis equiſq; iſtruerẽtur.Hoꝝ opa multis poſtea certamĩbus fi-
deli atq; utili ĩ Africa uſus ẽ.Iam tẽpus hybernoꝝ erat cũ Scipio nõ ſolum ĩ apparati
bus belli:ſed etiã ĩ cõponẽdis Siciliæ rebus curam adhibẽdã ratus Syracuſas petit.Vbi
cum ex multoꝝ querimoniis cognouiſſet ſatis magnam copiam Italicoꝝ militũ ĩ eadẽ
urbe uerſari:q res bello partas deĩde Syracuſanis p ſẽatum reſtitutas retinerẽt:ſtatĩ eos
partĩ edictis partĩ iudiciis cõpulit ad ea implenda:quæ ſenatus cẽſuiſſet.Qua ex re ma
gnam gratiam & iuſti cõſulis famã apud Siculas gentes ẽ adeptus.Interĩ per.C.Leliũ
multa cũ præda ex Africa redeuntẽ certior fit Maſiniſſam regẽ cupidiſſime aduẽtũ ſu
um oppiri monere atq; rogaſſ:ut ſi reip.cõmodo faceſſ poſſit:q̃primũ ĩ Africã traiiciat.
Idẽ cupe multos Africæ populos:qui odio habẽtes Carthaginẽſium ĩperiũ:aliquã no-
uãdaꝝ reꝝ occaſionẽ expectẽt.Nec iam ulla Scipiõis ſecordia eã ꝓfectionẽ diſtulerat:
cum raro quiſq̃ alter ĩp:tor aut efficacior aut ſolertior ĩ rebus agẽdis fuerit.Veꝝ ſicu
læ res & occaſio recipiẽdi locros ĩpedimẽto fuere:quo minus negociũ pro ſuo arbitratu
cõficeret.Acceſſit etiã cã quædam Pleminii legati:qui locris a Scipiõe relictus cum õe
genus ĩprobiratis libidinis auariciæ ĩ oppidanos exercuiſſet:facile multitudinẽ perpu
lit:ut oĩa mallet:q̃ ĩpuriſſimi homĩs ĩperiũ ferre.Miſſi igitur a Locrẽſibus Rõam lega
ti cum ĩ ſenatũ ueniſſẽt:& grauiſſimas ĩiurias a Pleminio acceptas queſti eẽnt:ſic pa-
tres mouerunt:ut nõ ſolum ĩ Pleminium:ſed etiam ĩ Publium Scipionẽ atroces ſentẽ
tiæ dicerẽtur.Hĩc obtrectatores Scipiõis amplam materiam calumniæ nacti aſſereſſ nõ
dubitabant eum cognouiſſe Locrẽſium ĩiurias:Pleminii ſcelera:ſuoꝝ militũ diſſenſio
nes:atq; oĩa lentius tuliſſe q̃ optimũ cõſulem deceret.Addebãt præterea exercitum in
Sicilia habere uecordẽ: & õi diſciplĩa ſolutũ militari:ipſum ducẽ oſcitantẽ totum ſe
ad uoluptates & ocium cõtuliſſe.Et præter cæteros Fabius Maximus ĩ Scipionem ĩue-
ctus ſic modum exceſſit:ut extẽplo reuocandum ex Sicilia abrogandũq; ei ĩperium cẽ-
ſeret.Hæc nimis aſpera uiſa õibus ſentẽtia ẽ.Quamobrem.Q.Metelli cõſilium ſecu-
ti patres decreuerunt:ut decem legati ĩ Siciliam tranſmittentes:cuncta quæ de.P.Sci-
piõe ad ſenatum delata erant:diligẽti ſtudio perquirerent:ſi nocentem ĩueniſſẽt ſtatĩ
iuſſu ſenatus ĩ Italiã reuocarẽt:ſin uero falſa eẽnt crimĩa:& uanæ ĩuidoꝝ calumniæ:
dimitterẽt ad exercitũ:hortarẽturq; ut fidenti aĩo bellũ ſuſcipet.Profecti ĩ Siciliã lega
ti ĩ diſcutiẽdis ſingulis rebus nullã Scipiõis culpã ĩuenire potuerũt:niſi q̃ ĩiurias a Ple
minio Locrẽſibus illatas nimis leni aĩo ptuliſſet.Erat enĩ Scipio ĩ remunerãdo largus:
ĩ puniẽdo mitis & clæmens.Exercitũ uero claſſem & omnẽ apparatũ belli cũ ĩtuerent:
ſic admirati eẽ dicũtur copiã & ordinẽ ſingulaꝝ rerũ:ut poſtea ĩ urbẽ redeuntes ãpliſ-
ſimis laudibus.P.Scipionẽ efferrent:& reiectis ĩuidorũ calumniis ad certiſſimã uicto
riæ ſpem ſenatũ populumq; Rõanum reuocarent.Cæterũ dõeſticis ĩpedimẽtis ſubla-
tis aliæ foris ſupuenerũt curæ:quæ nõ mediocriter animũ Scipiõis mentẽq; turbarũt.
Nã oratores a Syphace miſſi denuntiarũt ei nouum ſibi fœdus cum Carthaginẽſibus
ictum:affinitatem cũ Haſdrubale cõtractã:filiã eius ſibi matrĩonio iunctã: propterea
monere ut ſi ſuæ reipublicæ cõſulere uelit:Africa abſtĩeat:eoſdem enĩ quos Pœni ha-
berent ſe amicos inimicoſq; hĩturum.Hos legatos Scipio:ne mãdata regis offerrẽtur:
extẽplo ad Syphacem remiſit cũ litteris:quibus poſtulabat ut initæ ſocietatis iũctæq;
dextræ memor caueret: ne quid noĩe rõ ĩno & regia fide ĩdignũ moliretſ.Poſt hæc cõ
cione aduocata legatos Syphacis ueniſſe ĩ Siciliã dixit:ut ſicut ãtea Maſiniſſa:ſic eti
am hi nimiã dilationem aduẽtus ſui queretſntur.Itaq; maturãdũ ĩ Africã eẽ:atq; ideo
cũctis militibus edicere:ut arma expediãt:& ad profectionem neceſſaria cõparẽt.Hoc
edictũ Rõani ducis ubi p Siciliã uulgatũ eſt:ſtatĩ multitudo ĩgẽs Lilybeum cõfluxit:
nõ hõĩnum ſolum q ĩ Africã traiecturi erãt:ſed eorum etiã qui ſpectatum uenerant
romanã claſſem:q̃ raro unq̃ ĩſtructior:aut omni armorũ genere ornatior uiſa fuerat.
Ipſe uero Scipio ſatis iã õibus cõſtitutis e Lilybeo ſoluit tãta cupiditate trãſmittẽdi:ut
nulli ei neq; remi neq; uenti ſatiffacerent.Deuectus eſt tamen paucis diebus ad pro-
mõtoriũ pulchri:atq; ibi omnes copias ĩ terram expoſuit.Sed celeriter eius aduentus

Carthaginē nūtiatus ſic ciuitatē turbauit: ut cōclamatum ēē ad arma ſtationeſq; ī portis muriſq; diſpoſitas quidā auctores ſint. Nā a. M. Regulo uſq; ad eum diē. L. prope ānoꝝ īterceſſerat ſpatium: ex quo nullus īpator Rōanus cū ualido exercitu terrā Africā ītrauerat. Merito igitur pauoris ac tumultus oīa erāt plena. Augebat etiā terrorem Scipiōis nomē: cui Carthaginēſes: quē ducē aut opponerēt: aut parē arbitrarētur nō recipiebāt. Haſdrubal Giſgōis filius egregius ea tēpeſtate īpator habebatur: quē uictum a Scipiōe fugatūq; ex Hiſpāia meminerāt. In eo tamē atq; ī Syphace potētiſſimo rege magnā ſpē ſeruādæ patriæ reponētes Pœni hūc rogare: illū moneī nō deſiſtūt: ut quāta maxīe celeritate poſſunt Africæ rebus ſubueniāt. Sed dū hi copias iungunt: īterim Hāno Amilcharis filius proximā regionē tueri iuſſus obuiā Rōais progreditur. Scipio populatis agris ditatoq; exercitu īgēti præda prope Vticā cum ōibus copiis cōſederat: ut celebrē urbē & opportunā ad bellū terra mariq; gerēdum ſiqua uia fieri poſſet: ī poteſtatē redigeret. Et ſub idē tēpus Maſiniſſa ī caſtra Rōanoꝝ uenerat ardēs incredibili cupiditate belli gerendi aduerſus Syphacem regem: a quo non multo ātea pr̄no regno ſuerat expulſus. Hūc Scipio quia iuuenē acrē & manu prōptū ī Hiſpāia cognouerat: priuſq; maiores copiæ a Carthaginenſibus cogerentur: ſpeculatum mittit hoſtium caſtra: atq; ei præcipit: ut ōi īgenio adhīto Hānonem ad pugnā eliciat. Maſiniſſa ut īpatum erat hoſtem irritando ſenſimq; trahendo pducit ad ea loca: quibus ī locis Scipio cum armatis legiōibus cōſtiterat expectās occaſionem gerendæ rei. Defeſſa iā erat hoſtium acies: cum Rōani recētibus copiis obuiā facti prælium ineunt. Prīo cōgreſſu ſupatur Hāno: & ipſe cum parte copiaꝝ occiditur. Reliqui terga dātes: q̄ pōt quiſq; fugā per diuerſa petunt. Poſt hāc uictoriam Scipionem ad oppugnandam Vticam redeuntē abſiſtere incepto coegit ſubitus Haſdrubalis & Syphacis aduētus: qui īgentes peditū equitumq; copias ſecum ducēres haud ꝓcul a Rōanis poſuerūt caſtra. Quod ubi aīaduertit Scipio: ſtatī ſoluta obſidiōe caſtra ī quodā promontorio cōmuniuit. Vnde procedere obuiā hoſti: & uexare Vticēſes: & claſſē ſubductā tueri poſſet. Cæteꝝ cum tēpus poſtulare uideret: ut hyberna utriq; peteret: placuit ei ad Syphacem mittere: qui tentarēt animū regis: & quātum ī eis ēēt a Carthaginēſium amicicia abducerēt. Hunc enī ſciebat Sophoniſbæ nuptiis agitatum: & q̄ſi muliebribus īſtructum furiis eo inſaniæ deueniſſe: ut nō mō Rōanos nō iuuādos: ſed etiā cōtra ius fœderis oppugnandos cenſeret. Quod ſiqua uxoris ſatietas hominē cepiſſet: iā ad ſāitatē eū reuerti poſſe arbitrabat. Syphax auditis his quæ noīe Scipiōis ad eū deferebātur: tēpus iā eē reſpondit: ut nō de relīquenda Pœnoꝝ ſocietate: ſed de abiiciendis belli cōſiliis agat: ſe optimum pacis auctorē fore pollicetur. Huic ſermōi Scipio aures adhibendas putat ſolerti aīo rem nouā meditatus. Nā ex ōi exercitu ſtrenuos milites deligit: quos ſeruiles ueſtes īdutos comitari oratores iubet: & qd fieri uelit oſtendit. Hi ut præceptum erat: dū legati & Syphax de conditionibus pacis īter ſe agunt: & lōgior cōſulto producitur ſermo: ſpeculatum ꝓficiſcūtur hoſtium caſtra: ōes aditus exituſq; explorāt. Hoc ſæpius facto ad Scipionem reuertuntur. Certum erat īduciaꝝ cōſtitutum tēpus: quo elapſo Scipio ſimulat ſe ōi ſpe pacis abiecta arma claſſē machinaſq; parare: ut antea oꝛſus fuerat Vticā oppugnatum redeat. Hoc q̄late p regionē uulgari: hoc ab hoſtibus credi uolebat. Ipſe uero tribunis militū cōuocatis cōſilium ſuum apit. Docet bīa eē hoſtiū caſtra paruo īter ſe diuiſa ſpatio: quoꝝ altera ex lignis hybernacula: altera ex harūdīnibus cōtexta habeāt: utraq; deleri incendio poſſe. Quāobrem Maſiniſſā &. C. Lelium ad ſe uocat atq; eis præcipit: ut ītēpeſta nocte Syphacē aggrediātur: ignem caſtris iniiciāt: ſe ex altera parte Carthaginenſes īuaſuꝝ pollicetur. Hi mādata īpigre exequentes conſtituta hora Numidaꝝ caſtra adoriuntur: & ignem harundīnibus applicāt: quæ ſubito īcēdium effuderunt: & pene ī omnem locum caſtroꝝ diſtulerunt. Numidæ fortuitū primo īcendium arbitrati ad opem ferendam celeriter cōcurrerunt: mox ubi ī legiones hoſtium īcidentes trucidari cœpti ſunt: ācipiti pauentes metu ſeſe fugæ mādarunt. Simili pene ratōe ab altera parte exercitus: cui Scipio præerat: īcenſa ſunt Carthaginēſium caſtra: & profligati hoſtes tāta fugientium ſtrage: ut ad. xl. milia hominum ex pœnis

numidiſq; ea nocte abſumpta quidā auctores ſint. Hæc clades Carthaginē delata ſic terruit ciuiū aīos ut alii ex italia Hānibalē reuocādū: alii pacē petendā a Scipione cenſerent. Sed factio Barchina potēs polleſq; cū abhorreret a cōſiliis pacis: peruicit ut noui delectus haberent ad reſtituendū bellū. Igitur Syphax & Haſdrubal magna multitudine peditatus equitatuſq; coacta celerius opinione omniū exercitū repararunt: atq; rurſus ī cōſpectu Romanoꝝ poſuerūt caſtra. Qua re cognita Scipio non cunctandū exiſtimauit dū milites ſui alacres eſſent & fiduciæ pleni: quī pugna decertaret. Accidit autē ab initio ex propīquitate caſtroꝝ: ut leuia quædā comitterētur prælia: ad extremū uero ōibus copiis cōcurſum ē: tantuſq; ardor Romanoꝝ militū fuit ut primo impetu numidas pœnoſq; ī fugā cōuerterēt. magnāq; partē fugientiū interficerēt. Haſdrubal & Syphax citato curſu ex media cæde profugerūt: ad quos cōſectandos Scipio Maſiniſſam &. C. Leliū cū expedito equitatu miſit: Syphax ī Numidiā atq; inde ī antiquū regnum profectus ex ōi genere hominū exercitū coegit: obuiamq; Maſiniſſæ & Lelio factus prælīū cōmittere nō dubitauit: malo tamen cōſilio cū eſſet hoſtibus longe inferior: non tam dimicātiū numero: q̄ q; nec miles cū milite: nec duces cum ducibus erāt conferendi. Itaq; a bellaciſſimis uiris facile ſuperatur: & q; Maſiniſſa uix auſus eſſet optare in prælio capitur: & cū multis nobilibus uiris ad Scipionē perducitur. Cæperat primū lætitia omniū aīos cū Syphacē ī caſtra adduci nuntiatū eſt: deinde ubi uīctus in conſpectū multitudinis eſt perductus: tanti uiri præſentia & priſtinæ maieſtatis recordatio miſericordiā intuentibus mouit. Meminerāt enī q̄ celebre eius regis nomen: q̄ florentes opes & ampliſſimi regni uires paulo ante extiterāt: poſtea uero ex tanto faſtigio prolapſum cernētes miſerebātur. Ipſe autē imperator Romanus benigne eum affatus: quæſiuit quæ nā tanta cauſa aīmū eius mutaſſet impuliſſetq; ad inferēdum Romanis bellū. Tum rex ueteris hoſpitalitatis iunctæq; dextræ memor fidenti animo Scipioni reſpondit ſe cōiugis Sophoniſbæ amore captū tantum facinus quantū oēs ſcirent in populum Romanū admiſiſſe: atq; extemplo eas dediſſe pœnas: quas cæteri pro documento habere poſſent: ut in fide atq; officio permanerent. Sed in extremis malis hoc ſibi ſolatii cōtigiſſe: q; inimiciſſimū hominē Maſiniſſam eadem inſania: qua ipſe laboraſſet: correptum uideret. Nam poſt uictum captūq; Syphacem Maſiniſſa Cyrtham caput regni petens cum urbem in poteſtatē redegiſſet: Sophoniſbam multis precibus ſibi blandientem ardere cæperat: mulieriq; fidē dederat ſe eam a Romanoꝝ manibus uendicaturum & ut id cōmodius præſtare poſſet nouis nuptiis ſibi deuinctam uxorem duxerat. Hæc celeriter ad Scipionem delata magnopere hominē pertub arunt. Conſtabat enim auſpiciis Romanoꝝ uictum Syphacē eſſe: & quæcūq; ſuæ ditionis fuerant ad eorum iudiciū ptinere. Quod ſi Maſiniſſa incōſulto Scipione Patrocinium Sophoniſbæ ſuſcipiēdum putarat ſimul & imperium ducis & maieſtatē populi Romani uiſus fuerat cōtempſiſſe. Accedebat huic culpæ turpiſſima libidinis cauſa: quæ tanto grauior uideri debuit: quanto erat Romani imperatoris cōtinētiæ maior: quam Maſiniſſa ante oculos habebat ad imitandum. Nam Scipio præter cætera uirtutis documenta ī ōibus locis quibus hoſtem ſuperauerat: a captiuis mulieribus uictrices ſemper abſtinuerat manus. Indignatus igitur aduerſus Maſiniſſam & ſi primū in caſtra redeuntem præſente multitudine benigne accepit: poſtea tamen ſeiunctum a cæteris ita obiurgauit: ut ſentiret Numida moderatiſſimo ſimul & ſeueriſſimo imperatori ſibi eſſe parēdum. Itaq; lachrymās & conſilii inops in tentorium abiit: pauloq; poſt cum fidem Sophoniſbæ datam præſtare non poſſe cerneret: atq; ex eo grauiter angeretur uenenum ei cum mandatis miſit: quo mulier repente hauſto uoluntariam ſibi cōſciuit mortē: Cæterum Carthaginenſes tot tamq; multiplicibus acceptis cladibus cum res in eum locum deductas uiderent ut iā non de propagādo imperio: ſed de ſeruanda patria eſſet cogitādum: Hānibalem ex Italia reuocarūt: qui celeriter ī Aphricā reuerſus: ſiue q; præſentis iuuenis fœlicitatem horreret: ſiue q; labenti & pene inclinatæ reip. diffideret: omniū primū cum .P. Scipione de pace

agendū cenſuit. Quapropter petenti locus ad colloquiū datus: in quo ſimul cōgreſſi longū ſermonē de tollendis cōtrouerſiis habuere. Ad extremū Scipio eas conditiones detulit pœno: quibus facile apparuit nō tedere belli populū Romanū & ipſū iuuenē ſpe uictoriæ magis q̄ concordiæ deſiderio trahi. Itaq; ōi ſpe pacis adēpta colloquium dirimūt: Atq; in poſterum diē certamen parāt duarū nobiliſſimaq; bello gentiū duo clariſſimi duces īperium orbis terræ breui ſpatio ſuis rebus p. aut daturi: aut erepturi. Locus prope Zamā fuiſſe traditur: ubi ſuprēas uires q̄ſi ī mediū effundētes pugnam memorabilē cōſeruere: ī qua uictores Romani primū hoſtiū elephātos: deinde eqtes in fugā uerterūt: demū acrius inferētes pedē totā aciē profligarunt. Cæſa aut capta ex Carthaginēſiū copiis ſupra .xl. milia hominū a Rōaniſ ferunt. Hānibal ex tanta cæde incolumis euaſit nullo ſtrenui ducis eo die munere prætermiſſo. Nā ſi unq̄ antea: tū ea pugna aciē peritiſſīe īſtruxerat: loco ſubſidiiſq; firmauerat: atq; ī ipſo certamīe dū manus cōſerebātur: ſic militibus ſuis officiū præſtiterat ut ſūmi īperatoris laudē etiā ab hoſtibus tulerit. Poſt hanc uictoriam Scipio nactus Verminā Syphacis filiū opem Carthaginēſibus afferētē fugauit: & uſq; ad mœnia portūq; Carthagīs exercitū admouit: ratus id quod accidit pœnos ſupplices ad pacē petendā uenturos. Nam ut ad bella ſuſcipiēda alacer & promptus fuerat Carthaginēſiū animus: ſic eo tēpore mollis ac minime reſiſtens mens eoꝝ fuit: Hānibale præſertim ſupato ī quo antea omnē ſpem ſeruandæ patriæ collocatā habebāt. Itaq; cōſternati animo legatos ad Scipionē mittūt: qui clemētiam uictoris implorēt: & multis precibus pacē expoſcāt. Iam Romæ deꝓuincia Aphrica cōtentiones erāt: & alter ex nouis cōſulibus ī exercitum ꝓperabat pari impio ad gerendū bellum. Quāobrem ueritus Scipio ne tāti belli cōfecti gloria ad alium ꝓueniret: æquo aīo a legatis Carthaginēſium ſe exorari paſſus eſt. Conditiones igit̄ pacis Carthaginēſibus datæ ex uictoris arbitrio: & præter alia oīs claſſis: qua maxime cōfidebant: adēpta. Ea cum cremaret̄ tam miſerabile ſpectaculum intuentibus præbuit ut nō ſecus in urbe: q̄ ſi Carthago a ſtirpe interiiſſet: cōploratum ſit. Ad qngentas enī naues oīs generis crematas quidā auctores ſunt. Verū hæc nos admonere debent fragilitatis humanæ: cuius nimia ut ille inquit in ꝓſperis rebus obliuio eſt. Qui enim antea ampliſſimis uictoriis cōſecutis omni ꝓpe Italia in ditionem redacta: urbe Roma audaciſſīe obſeſſa imperiū orbis terræ animis deſtinabāt: non multo interiecto ſpatio ī eum locū deducti ſūt: ut omni impio amiſſo nihil præter Carthaginis mœnia poſſiderent: eaq; ſeruare poſſe diffiderēt: niſi ſalua eſſe ſineret hoſtiū exorata clementia. Poſt hæc Scipio ex ſentētia ſenatus Maſiniſſam regē nō ſolum ī patrium regnum reſtituit: ſed adiecta opulētiſſima parte Syphacis regni præpotētem īter Aphricæ reges fecit: ſingulis deinde pro meritis præmia tribuit. Demū cōpoſitis Aphricæ rebus exercitū ī Italiā reportauit: ſub cuius aduētū multi mortales Romā cōfluxere: ut præſtātiſſimū belli ducē poſt tātas res geſtas ītuerētur. Itaq; celeberrimo triumpho urbē ē īuectus: quē ſecutus eſt Terentius Culeo Senator pileato capite: quia beneficio eius ex ſeruitute fuerat exemptus. Syphacē uero regē Polibius ī triūpho ductū: quidā priuſq̄ Scipio triumpharet: mortuū ſcribunt. Multi antea Punico & poſtea Macedonico atq; Aſiatico bello triūphantes plura uaſa aurea argēteaq; & maiorē copiā captiuoꝝ præ ſe tulerunt. Sed unus Hānibal uictus & tāti belli cōfecti gloria triumphū .P. Scipionis ſic celebrē reddidit: ut facile cæteroꝝ aurum pōpamq; ſuparet. Aphrica enim ſubacta nulla gens poſtea fuit: quæ uīci a populo Rōano erubeſceret. Quāobrē ex hac ꝓuincia gradus imperii ī Macedoniā ī Aſiā atq; in reliquas partes orbis terræ eſt factus. Cæterum Scipioni quē poſt Aphricam deuictā iam Aphricanū appellare licet: Rōam reuerſo neq; ciuiles dignitates neq; urbani honores defuerunt. Nā cum cenſoꝝ comitia haberētur & multi cōpetitores ex ſupna nobilitate cōcurrerēt: ipſe & Elius Petus prælati ōibus ſunt: creatiq; cenſores magiſtratū poſtea ſūma ītegritate cōcordiaq; geſſerunt. Sequētes deinde cēſores alii atq; alii principem ſenatus Aphricanum legerunt: quod genus honoris iis tātum uiris deferri cōſueuit: qui auctoritatē & gloriā maximis

ī remp. meritis præſtātiſſimiſq; rebus geſtis eſſent cōſecuti. Nec multo īteriecto ſpatio creatus eſt iterum cōſul collegaq; ei datus Sempronius lōgus Sēpronii illius filius quē Hānibal magna affectum clade ad flumē Trebiā ſupauit. Hi primi fuiſſe dicuntur: qui ī ſpectādis ludis patres a populo ſecreuerunt: quā ſelectionē plæbs Rōana moleſtiſſime tulit aduerſus cōſules īdignata: qui honorē Senatorii ordinis extuliſſe: ſuū cōtempſiſſe uiſi erāt. Et ipſū etiā Aphricanū aliqñ pœnituiſſe tradūt: ſe ueteris moris tollēdi: noui ītroducēdi auctorē fuiſſe. Erāt per id tēpus quædā cōtētiones de finibus impii īter Maſiniſſā & Carthaginēſes exortæ: ad quas cōponēdas Scipio duoq; alii legati a ſenatu miſſi cum cauſā diſcordiæ cognouiſſent: rē totā integrā ſuſpēſamq; reliquerūt: atq; eo cōſilio id factū dicūt: ut pœni domeſticis cōtētionibus occupati tenerent: neue aliis negociis uacare uel ad ſpem nouarū rerū erigere aīos poſſent. Vigebat enī cū rege Antiocho bellū & Hānibal pœnus cū eo erāt: qui nunq̄ ceſſabat ī populū Romanū ueteres hoſtes cōcitare: nouos acquirere: & oībus modis Carthaginēſibus ſuadere ut ſeruitutis iugum ſub titulo fœderis ſibi a Rōanis īpoſitum abiicerēt: & regum amicitiā experirent. Verum paulo poſt Rōani rebus ꝓſpere geſtis Antiocho e Græcia pulſo cum iā Aſiā animis deſtinarēt: Aphricanum intuebātur ueluti hominē natū ad bella magni pōderis finienda. L. autē Scipio & .C. Lelius cōſules erāt & uterq; ſibi Aſiam ꝓuinciam decerni cupiebat. Res arbitrio ſenatus ꝓmiſſa erexit ſtudia patrū: ſenatoreſq; dubios reddidit de tantis uiris iudicium facturos. Sed cum apud patres maior Lelii gratia: maior ēt exiſtimatio eēt & ſenatus ad eum īclinaret negociumq; deferret: ſurrexit. P. Aphricanus frater maior. L. Scipionis & illā ignominiā familiæ deprecatus eſt: dixitq; & ī frare ſuo ſūmam uirtutē eſſe ſūmumq; cōſilium: neq; ſe ei legatum defuturū. Extēplo hæc uox ingēti patrū lætitia excepta omnē dubitationē ex eorū animis dempſit. Decretū eſt igitur frequēti ſenatu ut. L. Scipio ī græciā aduerſus ætholos: deinde ī Aſiam ſi ei uiſum eēt: trāſiret ad inferēdum Antiocho bellū &. P. Aphricanum ſecū duceret: quē Hānibali uicto & pro Antiocho ī acie ſtāti uictorē opponeret. At uero. P. Scipionis pietatē quis nō iure miret: quā nō ſolū a prima adoleſcētia Cornelio patri: ſed etiā. L. fratri id ætatis iiſq; rebus egregiā præſtitit: & quāq̄ erat Aphricanus: qui Hānibalē uicerat: de pœnis triūpharat: oēs belli gloria & uirtute anteibat: imperio tam̄ minoris natu ſe ſpōte ſummiſit: ut is ī honore obtinēdæ ꝓuinciæ gratioſo collegæ præferret. Ex eo autē bello .L. Scipio conſul Aphricani conſilio egregio quidē & fideli uſus maxīam gloriā in patriā reportauit. Nā primū ī Græciā traiiciēs īdutias ſex menſium ætholis dedit: ſuadente Aphricano poſthabitis ōnibus Aſiam caput belli peteret: Pruſiā deīde Bithiniæ regē anīo fluctuantē Aphricani opa ab Antiochi ſocietate auertit. Magnum. n. erat Aphricani nomē & oēs: qui conſulē ādibāt: rem aliquā īpetraturi eo patrono utebātur. Cum uero in Aſiam pueniſſet & legatus Antiochi & Heraclides Bizātius præſto fuiſſet: ut de pace ageret: & publice expoſitis mādatis æquas cōditiōes impetrare nō potuiſſet: priuatī ſicut præceptū erat Aphricanū adiiſſe tradit: ac multis mōis tētaſſe aīum uiri ut ī regis deſideriū traheret. Nā & filium adoleſcēte: quē captū ī poteſtate haberet: Antiochū remiſſurū dixit: & Aphricanū ī totius regni ſocietatem titulo tātum ſibi reſeruato libētiſſime ſuſcepturū adiecit. P. autem Scipio ſicut multis aliis uirtutibus: ita fide & probitate præſtās cæteris poſthabitis filium ut gratū munus ſe accepturū reſpōdit: & pro priuato officio quātum ī eo eſſet: priuatā gratiā relaturum. Sed ante oīa regē hortari: ut abiectis belli cōſiliis quaſcūq; dederit ſenatus populuſq; Rōanus conditiones accipiat. Paucis uero poſt diebus Antiochus filiū ad. P. Scipionē ut pollicitus erat remiſit: quē alii iā īde ab initio belli a Chalcide Oricum petētem: alii paruo nauigio traiiciētem: quidā ꝓficiſcentē exploratum cōſilia hoſtium captū fuiſſe tradunt: atq; eo tēpore ad patrē Eleæ ægrotantē remiſſum dicunt. Ea indulgentia regis gratiſſīa (ut par erat) Aphricāo fuit: uiſuſq; ex lōgo īteruallo adoleſcēs aīum eius ſollicitum & corpus ægrum magnopere recreauit. Verum. P. Scipio ut aliquod grati animi iudicium præſe ferret: per legatos: qui ad eum uenerāt: āpliſſimas gratias Antiocho egit ꝓ filio ad ſe remiſſo: Deinde eum mōuit: ne prius ī aciē deſcēderet: q̄ ſe ab Elea in

caſtra reuerſũ ſciret. Motus auctoritate uiri Antiochus aliquãdiu ſe caſtris cõtinuit: & præliũ ĩ lõgũ differẽdũ putauit: ſperãs ꝑ Aphricanũ ſe aliquẽ aditũ ad cõſulẽ habiturũ. Poſtea uero cũ cõſul ad Magneſiã cõſediſſet: & laceſſẽdo atq; irritãdo hoſtẽ ad pugnã exciuiſſet: cõtinerẽ ſe nõ potuit rex qn iuſta acie decertaret. Ei prælio ĩter alios ꝛgios duces Hãnibal Carthaginẽſis ĩterfuiſſe tradit. Victus ꝓfligatuſq; Antiochus cũ ꝑditis rebus nullũ remediũ eſſe cẽſeret: ad Aphricanũ q̃ paulopoſt cõmiſſam pugnã leuatus morbo ĩ caſtra uenerat cõfugit: ac ꝑ eũ a cõſule ĩpetrauit ut de pace agi liceret. Veniẽtibus ergo ĩ caſtra legatis Antiochi: petẽtibuſq; ut regi ſuo ignoſcerẽt: & quaſcũq; uellẽt cõditiões dicerẽt pacis: Aphricanũ ex cõmuni oĩum ſẽtẽtia reſpõdiſſe tradũt: ñ eſſe cõſuetudinẽ Rõanoꝝ ut uel aduerſis rebus ſuccũbere: uel ſecũdis effetri ſciãt. Eaſdẽ cõditiões: q̃s ãte uictoriã detuliſſẽt ſe deferre ut Europa abſtĩeat rex cis taurũ mõtẽ uſq; ad Tanaĩ amnẽ poſſeſſiõem Aſiæ cedat. In. xx. ãnos tributũ pẽdat. xx. obſides ex arbitrio cõſulis dedat. Et ante oẽs Hãnibalẽ pœnũ cõcitatorẽ belli popoſcit. Sed is ut ĩ eius uita ſcripſimus: terra mariq; fractas uidẽs Antiochi opes: ſe mãibus Rõanoꝝ ſurripuerat: & ad Pruſiã Bithiniæ regẽ ꝑfugerat. Antiochus acceptis cõditiõibus pacis benigne ſibi a populo Romano factũ dixit: q̃ magna cura liberatus modicis regni terminis uteret. Ampla. n. ĩpia & nimiæ quæ expetunt opes: tot tãq; uarias & undiq; circũfuſas moleſtias habẽt: ut ñ minus uere q̃ elegãter a Theocrito dictũ ſit: Nõ mihi ſĩt opes Pelopis: nec multa talenta: Nec celeri curſu uentos ſupare fugaces. At uacuo curis liceat cantare ſub antro: Et ꝓcul e ſpecula mare ſpectare ꝓfundũ. Cõſul debellato potẽtiſſimo rege Aſiæ celeriuſq; opiniõe oĩum bello maxĩo cõfecto Romã rediit: & ſpecioſo triũpho urbẽ eſt ĩuectus. Cognomẽ quoq; ex deuicta ꝓuĩcia meruit: ut ſicut ante Aphricanus ob Aphricã: ſic ẽt iſte Aſiaticus ob Aſiã ſubactã diceret. Nec. P. Scipio cuius cõſilio. L. frater remp. fœliciſſĩe geſſerat expers honoꝝ fuit. Nã paulopoſt duo clari cẽſores. T. Q. Flamĩus &. M. Claudius Marcellus eũ prĩcipẽ ſenatus tertio legerẽt: ſicq; iis duobus luſtris: ex quo ẽ abinitio cõſtitutus ĩ ea dignitate ꝑmãſit. Veꝝ operæpreciũ eſt contẽplari q̃ uaria & q̃ ĩbecillis ſit reꝝ humanaꝝ cõditio. Erat ea tẽpeſtate cumulata õi genere honoris Scipionũ Corneliæq; gẽtis gloria: & Aphricani auctoritas in eũ gradũ ꝑuenerat: ut nõ eſſet priuato uiro ĩ libera ciuitate ulterius expetẽdũ. Hãc magnitudinẽ ſuſtinere nõ potuit inimicoꝝ ĩuidia: ſed erupit tandẽ ea quæ aĩs latebat: & ĩ tantaꝝ reꝝ auctores ſeſe effudit. Nã duo. Q. Petilii tribuni plæbis portii Catonis ut q̃dam ſuſpicant opera cõcitati diẽ. P. Aphricão dicũt: & pecuniæ ab Antiocho rege acceptæ & nõ ĩ publicũ ĩlatæ eũ iſimulãt. Is ſuæ ꝓbitatis cõſcius uocãti magiſtratui paret: ac ĩgẽti fiducia animi ĩ forũ ꝓgreſſus oratõem amplã magnificãq; hẽt de rebus a ſe pro rep. geſtis. quaꝝ cõmemoratõ nõ pro gloria ſed pro ſuo ꝑiculo hĩta a multitudine quæ ibi freq̃ns aderat: æquis aĩs accipit. Inſtãt tñ tribuni: multis calũniis hoĩem onerant: & q̃ſi culpæ obnoxium ſuſpitõibus magis q̃ arguñtis accuſãt. Seq̃nti die citatus iteꝝ Aphricanus ad conſtitutã horã præſto adeſt: & cũ magno cõitatu amicoꝝ ꝑ mediã cõtionẽ ad roſtra ꝓgreditur. Ibi ſilẽtibus cũctis: Memini ĩquit Quirites me tali die de Hãnibale & de pœnis e gregiã uictoriã cõſecutũ. Quãobrẽ poſtpoſitis litibus hĩc eundũ ĩ Capitoliũ cenſeo ut pro rep. fœliciſſĩe geſta diuino numini gr̃as agamus. ꝓficiſcentẽ deĩde. P. Scipionẽ nõ modo Capitoliũ ſed ẽt ad oĩa tẽpla urbis ſecuta uniuerſa cõtio eſt magiſtratu cũ ſolis miſtris relicto. Hæc uelut ultĩa proſpitatis dies & freq̃ntia hoĩum & beniuolẽtiæ ſignificatiõe q̃cunq; antecedẽti fœlicior Aphricão illuxit. Nã poſtea ruri agere uitã ꝓcul ambitiõe ac foro cõſtituit. Itaq; liternũ ſe cõtuliſſe tradit: ſeu uehemẽti ĩdignatione cõmotus: q̃ poſt tãta bñficia ĩ ciuitatẽ collata pro mercede ignomĩam reportaret: ſeu qa ſati etate gloriæ captus gñoſius duceret ſpõte inimicoꝝ ĩuidiæ cedere: q̃ ui & armis magnitudinẽ ſuã tueri. Accuſantibus deĩde tribunis cõtumaciã uiri ac. L. fratre abſentiæ ſuæ cãm ĩ ægritudinẽ referẽte: unus e tribunis plæbis Tyberius Gracchus: cui ſimultates cũ Aphricano erãt: cõtra opinionẽ oĩum hãc excuſationẽ accepit: & Scipionis cãm modo eũ ſũmis laudibus efferẽdo: modo aduerſarios deterrẽdo ſic egregie tutatus eſt: ut poſtea ſenatus freq̃ns: q̃ hãc ĩiuriã iniquo ferebat aĩo: ampliſſĩas ei gr̃as egerit. Sunt autẽ

qui uolūt Publiū Scipionē priuſq; Liternū cōcederet librū pro reddēdā rōe a .L.fratre ſenatū allatū ſuis māibus cōcerpſiſſe:atq; id nō fraude aut arrogātia feciſſe:ſed eadē fiducia animi: qua aliquādo ī quæſtores eſt uſus:cum clauis ad aperiendum ærarium contra leges popoſcit ut neceſſitati reip.ſubueniret. Quidā etiam dicunt non Aphrica nū:ſed Aſiaticū fuiſſe:quē tribuni plæbis ī iudiciū uocarūt:&.P.Scipionē q in Hetruria p id tēpus erat legatus: hac re cognita celeriter ī urbē rediiſſe:& prīo aduētu cū offē diſſet.L.fratrē dānatū & ꝑatos miniſtros:q eum uīctum ī carcerē ducerēt:ſic aīo exarſiſſe:ut uiatorē tribunoſq; plæbis ui a corpore frīs ꝑpulerit. Adiiciūt præterea Tyberiū Gracchum tribunum plæbis q̄ſtum prīo ſolutā eſſe a priuato tribunitiā poteſtatē:deī de poſtpoſitis ſimultatibus:quæ ſibi cū Scipiōibus ītercedebāt eoꝝ patrociniū ſuſcepiſſe:ut tribuni potius a Tribuno:q̄ a priuato uicti uiderent. Eodē die ſenatū ī Capitolio cœnātē auctorē fuiſſe ſcribunt:ut Aphricānus minorē ex filiabus Tyberio Graccho deſpōderet. Hac ſpōſione facta rediens domū.P.Scipio cū uxori nouā affinitatē nuntiaſſet: īdignata mulier dixiſſe fert nō debuiſſe eū īcōſulta matre filā deſpōdere etiam ſi Tyberio Graccho locare potuiſſet. Id reſpōſum Scipioni iocūdiſſimū fuit:cū uidit cōiugē ī eādē ſñiam:ī qua ipſe cōſtiterat:de locāda filia īcidiſſe. Nec ſane me fugit hæc quæ mō dixi:nō nullos de Tyberio filio & Appio Claudio eius ſocero tradidiſſe. Nam Polibius Plutarchus & alii locupletiſſī auctores Corneliā: quæ Caiū & Tyberiū pepit: poſt mortem Aphricāi Graccho nupſiſſe ſcribunt. Fuit.n.Aphricano æmilia uxor.L. Pauli filia:q cōſul pro rep.ad Cānas occubuit.Ex ea genuit filias duas:quaꝝ maiorē natu.P.Cornelio Naſicæ:mīorē ſeu ī uita ſeu poſt mortē prīs Tyberio certe Graccho nuptā cōſtat.De filiis uero pauca repiunt:quæ pro certis afferri poſſīt.Diximus de adoleſcēte ab Antiocho capto:& ad patrē liberaliter remiſſo:de quo nulla poſtea ſcriptores: quod cōptum habeā: mētionē faciūt:niſi q; eū prætura gegiſſe: & ī magiſtratu cōſeqn do a Cicereio prīs ſcriba adiutū fuiſſe qdam auctores ſunt. Proditū quoq; memoriæ ē Aphricanū mīorē a filio.P.Scipionis adoptatū fuiſſe.M.Cicero ī eo libro:q Cato maior īſcribit:Quā fuit ībecillis inqt.P.Aphricāi filius is q te adoptauit.Et ī ſexto de rep. libro pr æmilius Scipionē filiū hortat:ut ſicut Aphricānus auus colat iuſticiā & pietatē: De exitu autē.P. Scipionis uaria ſcriptores tradidere. Alii Romæ mortuū elatūq; ſcribūt: & ad fidē huius rei monumtū ad portā capenā ei factū: & tres ſtatuas ſuplocatas ferūt:quaꝝ duæ.P.&.L.Scipionū dicūt eē. Tertia.Q.Ennii poetæ.Huic ſēpētiæ illud Ciceronis cōuēire uident.Carus inqt Aphricano ſupiori fuit nr Ennius. Itaq; ēt ī ſepulchro Scipionū putat is eſſe cōſtitutus. Alii auctores ſunt & freq̄ntior fama eſt Literni Aphricanū mortuū:ibiq; ex ſua īſtitutione ſepultū eē:ne patria paꝝ memor bñficioꝝ ſuū funus celebraret:monumētūq; ei factū ac ſtatuā ſuppoſitā: quā poſtea tēpeſtate diſiectā Liuius ſe uidiſſe teſtat. præterea apud Caietā in marmoreo ſepulchro æneaq; urna hæc īſcripta repiunt.Deuicto Hānibale capta Carthagīe & aucto Impio hos cineres marmore tectus habes.Cui nō Europa:ñ obſtitit Aphrica quōdā.Reſpice res hominum q̄ breuis urua premit. Ego uero quæritās quo ānо ætatis Aphricanus obierit.iiii. &.l.ānos eū uixiſſe:pauloq; poſt īteriiſſe apud quoſdā oratores græcos īueni.Fuit aūt uir nō ſolum oī bellica laude dignus:ſed ēt domeſticis uirtutibus præſtās: quæ ſic eius aīum īgeniūq; alebāt:ut dicere ſolitus ſit nunq̄ ſe minus ocioſū eē:q̄ cum ocioſus:nec minus ſolum:q̄ cū ſolus eēt.Interdum .n. multitudinē cōſulto fugiēs tanq̄ ī portū ſe ī ſolitudinē r̄cipiebat.Sed ea erat reꝝ geſtaꝝ gloria:ut quocunq; proficiſceretur:cōcurſum omnis generis hominum commoueret. Tradit fama cum in Liternum ſeceſſiſſet prædones quoſdā eum ſalutatū ueniſſe: ut tātum uirū ītuerent dextrāq; illius fide & uictoriis præſtātē cōtingerēt.Magna eſt.n.uirtutis uis: & magna apud oēs gentes cum non ſolum bonos ſed etiā īprobos ad ſe amandum alliciat.

HANNIBALIS .P.Q VE SCIPIONIS COMPARATIO.

NAM uero res admonere uident ut Scipionis & Hānibalis geſta:& ea quæ ād domeſticā ptinēt diſciplinam paucis uerbis conferamus.Primum ſi res bellicas cōſiderare uelimus ſatis cōſtat ābos fuiſſe ſūmos præſtātiſſioſq; belli duces:ac nō mō

ætatis ſuæ: qua nulla bellaciſſiorũ uirorũ feratior fuit: ſed ẽt ſupiorũ tẽporũ cuilibet regũ ĩpatorumue pares. Id autẽ mirari libet: cũ potẽtiſſimos aduerſarios domi haberẽt: q̃ oĩa ſua cõſilia oppugnare nitebant: tãta eos ĩ externis bellis ſubſtinere aut pficere potuiſſe. Nam ut cætera omittã. P. Scipio aduerſante Fabio maxĩo aliiſq; principibus ciuitatis q̃ta cõtẽtõe pfecit ut ĩ Aphricã mitteret ad gerẽdũ ex ꝓpĩquo Carthaginẽſibus bellũ? Hãnibal uero quẽ aut qualẽ aduerſariũ habuit Hannonẽ principẽ factionis aduerſæ? Ambo igit multis domi foriſq; difficultatibus uictis ñ fœlici quadã temeritate: ut plæriſq; cõtigit: ſed arte ĩgenio conſilio res õi memoria dignas geſſere. Verũ Hãnibalis ferociã plæriq; mirant: qui expugnato Sagunto auſus ſit ab ultĩs terrarũ finibus in Italiã uenire: ĩgentes peditũ equitũq; copias ſecum ducere: ualidiſſimã remp. quã maiores ſui nõ mediocriter formidauerant: bello laceſſere: multis exercitibus cõſulibus ĩperatoribus cæſis ſub mœnibus Romanæ urbis caſtra ponere: externos reges longĩquas nationes cõmouẽre ad ĩferenda romanis arma. Hæc q̃ fecerit maxĩum ac fortiſſĩum ducẽ habẽdũ putãt. Alii uero ĩ Scipionẽ cõuerſi ſũmis eũ efferunt laudibus: q̃tuor nobiliſſimos duces q̃tuor exercitus ĩ hiſpania fuſos fugatoſq;: deuictũ & captum ĩgẽtis nomĩs regẽ enarrant. Poſtremo illam memorabilẽ pugnã extollunt: qua Scipio collatis ſignis Hãnibalẽ: pfligauit. Nã ſi Fabio ĩquiunt laudi datũ fuit: quia nõ ẽ a pœno ſupatus: quid de Aphricão dicẽdum erit: q̃ celeberrimũ ducẽ magno prælio fudit & grauiſſimũ bellum cõfecit? Hunc ĩſuper aperto marte bella gerere: cum hoſte æquo cãpo congredi cõſueſſe memorãt. Hãnibalẽ ecõtra ĩſidiis dolis atq; õi genere fallaciæ uti ſolitum tradũt. Itaq; oẽs græci latiniq; ſcriptores callidiſſĩum ducẽ appellãt. Sunt præterea q̃ Hãnibalem laudandũ cenſent: q̃ tam diuturno tẽpore: quo bellũ cum Rõanis geſſit exercitũ cõflatum ex õi genere hoĩum ſic quietum & cõcordem tẽuit: ut nulla unq̃ ĩ caſtris audita ſeditio ſit. Vitupandum ecõtra arbitrãtur q̃ poſt illam memorabilẽ cladẽ Rõanis illatã ſegniter ſit uictoria uſus: q̃ Cãpãiæ Apuliæq; delitiis ſic milites ſuos corrupe rit: ut nõ iidẽ poſtea uiderẽtur: qui Romanos ad Trebiã: ad Traſumenũ: ad Cãnas fudiſſent. Hæc cum oẽs auctores ĩ eo duce reprehẽdant: tum pfidiam & crudelitatẽ maxime deteſtant. Nam ut cætera omittã quæ ĩmanitas illa fuit: cum hoĩs arpinatis uxorẽ & liberos ĩ caſtra accitos uiuos cõbuſſit? Quid de illis dicẽdum: quos ex Italia decedẽs ĩ Iunonis Liciniæ delubro necarĩ iuſſit? At Scipionẽ ſi ſcriptoribus magis q̃ ĩuidorum calũniis credere libet moderatiſſĩum ducẽ: nec ſolum ĩ pugna ſtrenuũ: ſed etiã poſt uictoriã clemẽtẽ fuiſſe dicemus. Itaq; ſæpiſſime accidit: ut eiuſdẽ uirtutẽ hoſtes miſericordiam uicti fidẽ cæteræ gentes experiẽtur. Iam uero cõtinentia & liberalitas uiri quanta aut qualis fuit qua ĩ uirginẽ captiuam: qua ĩ Luceũ principẽ celtiberorũ eſt ĩ Hiſpania uſus? Quod autẽ ad utrũq; attinet ambo liberalibus artibus eruditi: ambo doctorum hoĩum amatores fuiſſe dicunt. Ttadunt eĩm ut Aphricanũ Ennio: ſic Hãnibalẽ Soſilo Lacedæmonio familiariſſĩe uſum. Sunt etiã qui pœnũ lĩarum græcarũ nõ modo nõ ignarũ fuiſſe ſcribunt: ſed ĩ hoc quoq; genere laudis tãtum ei tribuunt ut hiſtoriã de rebus geſtis Manlii Vulſonis græco ſermõe ſcripſiſſe uelĩt. Ego uero. M. Tullio libenter adhæreo: qui ĩ libro de oratore Hãnibalẽ dicit audiuiſſe Epheſi peripateticũ Phormionẽ de ĩperatoris officio & de õi re militari copioſiſſime diſſerentẽ: pauloq; poſt rogatũ quidnã de illo philoſopho iudicaret reſpõdiſſe non optĩe græce: attamẽ græce: multos ſe deliros uidiſſe ſenes: ſed qui magis q̃ Phormio deliraret uidiſſe nemĩem. Ambo præterea apti in dicendo: Hãnibal etiã acutus ĩ reſpõdendo fuiſſe tradit. Cum aliq̃n Antiochus populo Romano bellũ illaturus copias in aciẽ deduxiſſet non tã armis q̃ auro argentoq; ornatas quæſiuit a pœno an ſatis hæ copiæ ſibi uiderent. Tum ille ſatis ĩquit o rex q̃is hoſtes auariſſimi ſĩt. illud autẽ uere dici poteſt Hãnibalẽ res geſſiſſe magnas attamẽ ſuæ reip. calamitoſas. Cauſa enĩ ꝓnitioſiſſimi belli cauſa peſtis atq; exitii fuit. Scipio contra ſic remp. ſuam protexit: patriã conſeruauit: impium auxit: ut qui ea meminerunt Romam ingratã appellare non dubitent: quæ Aphricanum ſeruatorẽ urbis cedere ex urbe maluit: q̃ paucorum furorem audaciamq; reprimere. Ego uero nec eam ciuitatem gratam appellare poſſum: quæ præſtantiſſimi uiri ſimul & ĩnocentiſſimi tã

abiecte ignomīam tulit: nec tā uituperare scio: q̄ uitupandum cēserē: si ad eam īiuriā īferendā cōtulissē māus. Verū senatus ut oēs auctores asseuerāt Tyberio Graccho opē Scipionibus afferēti gratias egit: & plæbs relictis tribunis qui reum citabāt ꝑ oīa tēpla urbis Aphricanum secuta facile declarauit quanta beniuolentia quantoq; honore dignum censeret Scipionum nomen. Quod si ex talibus iudiciis ciuium animi metiendi sint: non tam ingrata ciuitas ī abiicienda beneficiorum memoria: q̄ in toleranda iniuria lenis mollisq; censenda erit. Pauci enim fuere qui reliquis indignantibus tale facinus audiendum putarunt. Cæterum uir magni animi Scipio facile contēnens inimicorum inuidiam cedere ex urbe maluit: q̄ intestinis discordiis ciuitatem euertere. Nec iam ipse ut Coriolanus Alcibiades aliiq; permulti ex antiquorum memoria infesta patriæ signa inferenda putauit: nec exteras gentes potentissimos reges cōmouendos censuit: ut eorum auxiliis fultus ei ciuitati uim afferret: quā spoliis triumphisq; decorarat. Quantum enim Romanæ libertati consuluerit: facile ītelligi potuit: cum regale nomen ab Hispanis delatum repudiauit: cum populo Romano succensuit: ꝙ eum ꝑpetuum consulem & dictatorem uellet facere: cum in comitio in rostris in Capitolio sibi statuas fieri uetuit: quæ omnia posteris temporibus ad Cæsarem: q Pompeium profligauit a seruientibus ciuibus sunt delata. Eæ igitur aliæq; eiusdem generis sunt Aphricani propriæ uirtutes: maximæ ac uerissimæ laudes continentur. Verum ut hæc omnia ad unam sūmam referantur: ii duo celeberrimi duces non tam domesticis uirtutibus: quibus Scipio magnopere præstitit: q̄ bellicis artibus & rerū gestaꝝ gloria cōparabiles esse uidentur. Exitus quoq; uitæ similitudinē quandā præ se ferunt: ꝙ ambo extra patrium solum obierunt: quanq̄ Scipio non a republica dānatus ut Hānibal sed uoluntario sibi exilio indicto uitam extra urbem finiēdam putauit.

la cōparaison de Scipion et de hambal

PHILOPOMENIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER GVARINVM VERONENSEM IN LATINVM VERSA.

CLEANDER ET GENERE PRIMARIVS ET INter amplissīos Mantiniæ ciues egregia potestate pollens fuit. Is ut fortunæ mos est ex eius urbe ꝓfugus Megalopolim ꝑuenit: maxime ob Crausin Philopomēis patrē: uirum cum omnibus in rebus clarissimum: tum uero præcipua secum familiaritate deuīctū. Cleander quoad Crausis in uita fuit: rerū oīum facultatem assecutus est. Ei autē mortuo amoris uicissitudinē & hospitii præmia reddidit. Eius siquidem filiū parēte destitutū educauit: quēadmodū Achillē sub phœnice enutritum Homerus tradidit: Cum illius mores statim generosam quandā abinitio uereq; regiā cōfirmationem incrementumue capesserent. Verum pubescēte iam Philopomene Eudemus ac Megalophanes Megalopolitani imprimis curā subiere: uiri cum Archesilao plurimū in Academia obuersati: maximi oīum ætatis suæ philosophoꝝ ad res urbanas & actiones studia perduxerant. ii cum occultos Aristodemi interfectores instruxissent: & propriam a tyrānide patriam liberam reddiderunt: & una cum Arato Nicoclē quoq; Sicyonium tyrānum eiecerunt. Deprecātibus deinde Cyreneis cum perturbata earum ciuitas intestino morbo teneretur eo nauigarunt: præstantissimisq; legibus ab se positis ciuilem statum optimis institutis adornarunt. Hi nimirum inter alia eorū opera & Philopomenis institutionē plurimi faciebāt: ut qui ī bonis huius hominis artibus publicum græcie emolumētū efficerent. Eteīm græcia cū post eximias antiqssimoꝝ ducum uirtutes hunc uirū perīde ac extrema senectute filiū ī lucē ꝓduxisset: ipsum præcipua

beniuolẽtia complexa eſt: ſimulq; cũ gloria eius poteſtatẽ adauxit. Romanus quidam Philopomenẽ laudibus extollẽs græcoꝝ poſtremũ appellauit: q̃ſi Græcia nullũ amplitudinis uirũ nec uere Græcia dignũ poſt Philopomenẽ edidiſſet. Fuit forma minime ſane turpi quẽadmndum quidam opinantur. Nam eius imaginẽ ſpectamus Delphis permanentẽ. Mulieris autẽ hoſpitæ Megarẽſis ignorationẽ ob indumẽtorũ tenuitatẽ & frugalitatẽ eius eueniſſe traditur. Illa eĩm cum Achæorum impatorem ad ſe aduentare accepiſſet: ingenti animi tumultu fluctuabat: & ĩ ipſo cœnæ apparatu (forte enim maritus aberat) agitabaꝫ. Interim Philopomẽ tenui admõm cũ chlamyde ſubit ædes: quẽ mulier ex mĩſtris quẽpiã præcurrentẽ anteuertiſſe ſuſpicata ut miniſtrãti ſibi opẽ adhiberet precabatur. Cõtinuo Philopomẽ relicta chlamyde ſcĩdere ligna cœpit. inter hæc hoſpes ĩgreſſus ubi rẽ conſpicatur: quidnã hoc eſt inquit o Philopomen. Cui Philopomen dorica reſpõdens lingua: Quidnam aliud ait q̃ ĩdecoræ faciei ſuppliciũ do. reliqui corporis effigiẽ Titus Flaminius mordẽs aliqñ: O Philopomen dixit q̃ pulchras manus habes & crura: cæterum uentrẽ nõ habes: & erat ſane mediis ex partibus gracilior. Verũ in ipſius facultatẽ relatus eſt Titi morſus. nã cũ bonos equites ac pedites haberet: interdum pecuniaꝝ inopia laborabat. Hæc quidẽ per ſcholas de Philopomene dictari ſolent: mores autẽ eius ꝓpter ingenitã honoris cupiditatẽ cõtentioſi crimĩe omnino nõ caruerunt: nec iracundia liberi fuere. Et licet Epaminũdæ ĩprimis æmulus eſſe nollet: eius profecto ſtrenuitatẽ ĩtelligentiã ĩtegritatẽ ita ut nullis afficeretur pecuniis magnum ĩmodum imitabatur. Verum cum ĩ manſuetudine grauitate humanitate ad ciuiles diſceptationes permanere iracũdia & cõtentione nequiret: ad rei militãris: q̃ urbanas uirtutes accõmodatior cẽſebatur. & enim ut primum ex ephœbis exceſſit ingenti quodã rei militaris ſtudio tenebaꝫ: & eaꝝ quæ ad hoc cõducerẽt diſciplĩaꝝ auditor erat eqtandi tractandorũ armorũ & pugnandi cupidiſſimus. Cum autem luctari cõmode uideretur: inuitantibus amicis & tutoribus ut Athletarũ arti quicq̃ operæ impartiret eos interrogat: nunquid ex Athletarum arte ad rei militaris exercitationem detrimenti pateretur? Cui id quod erat aſſeuerant: cum omnibus rebus inter Athleticum & militare corpus & uitam intereſſet: Tum uere aliam uiuendi formulam: & aliud exercitationis genus eſſe. pugiles quidã permultos ſopore aſſidua ſaturitate agitationibus ad certum modum & ordinem inſtitutis eorum habitudinem tutari: quæ quouis momento: & noua conſuetudinis excurſione ad permutatiõem dubia & periculoſa ſit: Militiam uero nullius erroris expertem per inæqualia cuncta uerſari: præcipue ĩopiam ac uigilias tolerare: & facile quidem ſolitam. Quibus auditis Philopomen non modo per ſe ſtudium omne pugilum fugit & deriſioni habuit: ſed etiam poſtea cũ exercitus ductaret: cum ignominia & probris quantum in eo fuit habuit: quippe cũ aptiſſima ad dimicationes neceſſarias corpora ineptiſſima redderet: & prorſus inutilia. A pedagogorum & præceptorum cura ſolutus in expeditionibus quas rapinæ populationiſq; gratia in ſparthanorum fines ciues incurſantes faciebant ita ſeipſũ cõſuefecit: ut quotiẽs educerentꝫ exercitus prĩus: Quotiẽs reduceretꝫ poſtrẽus uaderet. Vbi uero ociũ ab armis eſſet: corpus defatigabat: & aut uẽatõibus aut agricultura agile pariter robuſtumue comparabat. Agrũ enim bonum uiginti ab urbe ſtadia poſſidebat. Et poſt prandii aut cœnæ tempus quotidie cõmigrabat: ubi ſuper ſtramenta prout ſeſe obtulerant: ſicut quiuis colonorum deiectus quieti ſe dedebat. prima deinde luce ſurgens una cum uinitoribus aut bubulcis opus aliquod ſuſcipiebat. Inde in urbẽ denuo commeabat: Vbi reipublicæ negociis aut cum amicis aut cũ magiſtratibus occupatus erat. Quæcunq; illi bellicis artibus parta fuerant aut in equis atq; armis cõparandis aut in captiuis redimendis expendebantur. Rem uero domeſticam ex agricultura iuſtiſſimo ſane quæſtu amplificare & collocupletare nitebatur. Illud uidelicet inter ſuperuacanea minime ponens opera: uerum maiorem inmodum ad officium pertinere ratus: ita rem familiarem poſſidere: ut ab alienorum iniuria manus cõtineret: eloquentiæ & philoſophorum operibus aſſiduam curam adhibebat: nec tamen omnibus: ſed quæ ad uirtutem capeſſendã uſui ſibi fore iudicabat. Homericis

uero figmentis: quæcunq; ad ingenium uirtuti excitandum & ſtimulandum attinere putabat animum intendebat. Cæterum lectionibus Euangelii præcipue de remilitari ſtudioſius incumbebat. Hiſtorias Alexandri complectebatur. Id ſemper ſecũ uerſãs: quonam modo ad actionem uerba conuerteret: niſi quippiam ocioſe & inſtructuoſo ſermone uideret abſolutum. Etenim quæ ad rerum militarium ſpeculationem in tabulis pinguntur prorſus omittens: ex locis ipſius experientiam argumentumue captabat. At meditans exercitationem faciebat. procliues locorũ deſcenſus præruptaq; camporum præcipitia & quicquid ad fluenta foſas angiportus caſus & formæ in dilatanda rurſus in contrahenda phalange obuenire poſſet: Ipſe ſecum dum iter faceret conſiderare: aut comitibus proponere ſolitus erat. Hunc ſiquidem uirum pluſquam neceſſe fuerit rerum militariũ ſtudio & ornamentis incubuiſſe: & bellicas artis perĩde ac uariam multimodamq; uirtutis materiam caritate complexum fuiſſe conſtat: quas qui omitterent uelut ignauos: & ad nihil agendum natos cõtemptui prorſus habuit. Cum Philopomen annos uiginti natus eſſet: Rex Lacedæmoniorum Cleomenes Megalopolim noctu repentino adortus impetu: ui deturbatis excubiis: & intra mœnia irrupens forum omne captauerat. Contra Philopomen auxilium ferens: quanquam ſummis uiribus & magno capitis periculo decertarit: Hoſtem tamen reiicere non ualuit. Cæterum ſubducit furtim ex urbe ciues aduerſus infectantes armis occurrens: qua in re ita Cleomenem in ſeipſum elicuit: ut amiſſo prius equo & uulneribus acceptis difficile poſtremus euaſerit. His Meſanam contendentibus Cleomenes per legatos nuntiat locum ſe illis cum pecuniis reddere. Eam conditionem Megalopolitani libenter aſſumebant: in patriam redire properantes. Quod Philopomen conſpicatus obſtitit inhibuitq; orationis grauitate: cõmonefaciens Cleomenem haud ſane oppidũ reddere. Verum oppidanos ſibi uendicare: ut firmius oppidum tenere queat. Haud eĩm habiturum Cleomenem qua ratione domicilia & inanes muros ſedendo tueatur: Verum ob ſolitudinem e ueſtigio abiturum: quibus uocibus reditum ciuibus diſſuadens: occaſionem Cleomeni præbuit: ut magna ex parte diruta & uaſtata urbe grandi pecunia ditatus abierit. Poſtea uero Antigonus rex adiumento futurus aduerſus Cleomenem una cum Achæis ductauit exercitum. Quo Selaſſiæ colles & aditum occupante Antigonus admotas proprius inſtruxit copias: eo conſilio ut uiribus aggrederetur hoſtem. Erat autem ſuis cum ciuibus in equitum ordine Philopomen conſtitutus: proxime ſubinde illyrii: quibus uallantibus pro eorum multitudine ac robore extremũ agmen editum erat: ut reſidentes quieti perſtarent: donec ab altero cornu rubicundam a rege tunicam in ſublime tolli Sariſſa proſpicerent. At conantibus per Illyricos ducibus ui Lacedæmonios aggredi: Achæis autem uti fuerat edictum ordinem reſidendi ſeruantibus: Cleomenis frater Euclidas cognito q; diſiuncti hoſtes digrederentur: leuis armaturæ milites prope circummittit: quos in Illyricos impetum a tergo facere eoſq; diſtrahere imperat: ſeorſum ab equitum auxilio deſtitutos. His igitur iuſſa faceſſentibus ac perturbantibus rem conſpicatus Philopomen facile ratus leuis armaturæ milites aggredi: præſertim cum ad id conducat temporis occaſio: Primum quidem regis præfectis mentem aperit. Poſtea ut perſuadere ſe minime poſſe cernit: ſuos ſecum rapiens ciues hoſtem inuadit. nondum enim ad tantum imperatoris facinus ſatis ampla eius fides erat & auctoritas quin inſanire dicebatur. Hoſte igitur ab initio perturbato: tum multis cadentibus fugam capeſſente: ut magis regios animaret & tumultuantibus aduerſariis ocyus immiſceret: equum dimittit. Ipſe per obliquas conualles: confragoſoſq; torrentes in equeſtri thorace: & armatura grauiore difficulter: ac labore quammaximo decertabat: Cum interim ſub natibus uno per coxam utramq; telo tranſuerberatur. Vehemens quidem plaga: ſed nequaquam lætalis erat: ita ut teli cuſpis emineret. pincipio igitur non ſecus ac colligatus manſit immobilis:

ipſius enim iaculi infixa penitus acies durum ac grauem dum retraheretur motum faciebat. Verentibus autē qui aderant contrectare: ac ſubinde ardentius ſæuiente pugna: indignatione & decoris auiditate animo diſcruciatus ad dimicāndum ferebatur: paruo tandem motu & altera crurum ſupinatione confracto iaculo: fruſtrum utrunq; per ſe iuſſit educi: hoc pacto liberatus ſtricto enſe per propugnatores ī hoſtē uadebat. Qua ex re non mediocrem præliantibus promptitudinem: & uirtutis æmulationem iniecit. Victor igitur Antigonus Macedones tentabat: interrogans quamobrem ſuo iniuſſu equitatum concitaſſent. Quibus reſpondentibus ſe inopinantis & inuitos manum cum hoſte conferre coactos; Cum adoleſcens Megalopolitanus prior incurriſſet: Ridens Antigonus ille inquit adoleſcens ampliſſimi opus ductoris effecit. Hoc inſigne facinus plurimum gloriæ (uti par erat) Philopomeni peperit. cumq; Antigonus ut ſecum militaret ſummo ſtudio peteret: ac præfecturam ſimul & grandem pecūiam exhiberet: Repudiauit præcipue quia ſe eſſe eius ſciebat ingenii: ut aliorum ſubiici ditioni non niſi grauiter & moleſte poſſet. Vitam uero ocio & ſecordia terere minime cupiens: uſu ac rerum bellicarum diſciplina in Cretam militatum nauigauit. Vbi aliq̄ diu per uaria præliandi genera inter bellicoſiſſimos uiros continentes & uiuendi norma caſtigatos ſcientia & exercitatione uerſatus: Tanto ad Achæos ſplendore reuerſus eſt: ut quamprimum præfectus equitum deſignaretur. Solebant equites ſi quando in expeditionem eundum erat: puſillis & uiliſſimis equis qui forte ad manus obuenerant uti: ac multotiens militiam detrectantes alios ī eorum loco ſuffectos emittere. Quare omnes & bellorum imperiti: & audaciæ prorſus expertes erant. Hæc autem ſuperiores iccirco ſemper præfecti neglexerant: Quia inter Achæos equeſtris dignitas eximia poteſtate & honoris ac ſupplicii auctoritate præcellere. Tales itaq; Philopomen accipiens haud ceſſit: neque omittendos eſſe ſane duxit. At urbes obiens iuuentutem ad decus & laudem ad magnificentiam uiritim excitabat: quoſq; neceſſariis indigere cerneret mulctabat. Vbi uero frequens futurum erat ſpectaculum: exercitia ludos & mutuas concertationes inſtituere conſueuerat. Paruo igitur tempore mirandum cunctis robur & promptiſſimos adhibuit animos. Et quod in re militari maximum habetur agiles acreſq; reddidit: Et in acie ambire circumflecti equos uerſare declinare ſtrenuos habileſq; uſu & induſtria perfecit: adeo ut totius agminis dexteritas uarias mutando figuras unius corporis alacritati inter mouendum ſimillima eſſet. Quibus & ipſe exemplum erat: circa Lariſſum fluuium acerrima contra Etholos & Elienſes conſtante pugna. Elienſium equitum præfectus Demophantus in Philopomenē citato curſu adequitat. Cuius ille impetum excipiens: & haſta occupans Demophantum fortiſſimo proſtrauit ictu. ſtatim eo collabente: hoſtes fugam faciunt. Itaq; iam late Philopomenis illuſtre nomen erat: quippe qui neq; iuuenibus manu: neq; ſenioribus prudentia cederet. Verum in prælio & fortis militis operam & ſapientis ducis officium ſatis ſuperq; fungeretur. Rem Achæorum publicam primus Aratus ex humili ſane atq; abiecta ad dignitatis faſtigium potentiamq; prouexit. Qui conciliatis ciuitatibus græcienſi ritu & humanis inſtitutis ciuilem induxit ſtatum: deinde quemadmodum in aquis: pauca quædam & minuta ſubſiſtere cœperunt: reliqua prioribus affluentia ualidiore firmamento configuntur: & inter ſe mutuo implicita ſtabilius cohærent. Ita cum imbecilla & ad omnium incurſum facile ruitura Græcia per ciuitates dilaberetur: conſtantes in unum Achæi finitimas ciuitates quaqueuerſum ea tempeſtate nunc iuuando nunc a factioſis liberando ſuſcepere. Alias concordia & ciuitatis iure ſecum permiſcentes uniuerſam Peloponeſum unū corpus unam potentiam cōponere cogitarāt. Cæterum uiuente adhuc Arato ciuitates magna ex pte moré Ptolomeo gerētes Macedonicis ſubiiciebánt armis.

Dehinc Antigono & Philippo ītra Græciæ negocia obuerſatis adhærebāt. Vt uero Philopœmen ad rerum culmen prouectus eſt: ii contra potentiſſimos per ſe iam armis pares externis uti præfectis deſiere. Aratus quidem ad dimicandū lentior iucūdiſſima cō ſuetudine comitate & regiis familiaritatibus maximā rerum partem abſoluit: ut ī eius uita litteris commendatum eſt. Philopœmen uero bellator optimus & ad res armis gerendas ſtrenuus: itemq; in negociis magnifice adminiſtrandis & confectis ſuperiori tē pore pugnis ſecunda uſus fortuna una cum potentia: & Achæis animos extulit: cū eo proſpere ſæpiſſime bella facere & uictoriam reportare ſolitis. Principio itaq; quæcūq; in acie ſtruenda & armaturarum formis male ac inutiliter ſe habebant: permouit. Nā ſcutis leuioribus & anguſtioribus q̄ ad protegenda corpora ſatis eſſent: utebātur: haſtilia quoq; longe fariſſis minora geſtabant. Quocirca eminus quidem pugiles & bellatores erāt agiles: cominus autem hoſtibus uſq; quaq; cedebant. In acie forma illis ad ſpiram conſueta non erat. Quotiens phalange utendum eſſet: cum neq; frontem neq; teſtudinem ritu macedonico haberent: facile detrudi diſſipariue contingebat. Hæc Philopœmen alio captans ordine: eis ut pro ſcuto clypeum pro haſtili fariſſam capeſ ſerent: perſuaſit: utq; galea thorace ocrea tectos ſtatariam gradariamq; procurſatili ac tumultuaria pugnam exercerent. Cūq; omnes militari ætate florētes arma induere docuiſſet: primo quidem ipſos eo extulit: ut ſeſe bellis inuictos eſſe confiderent. Deinde delicatas & luxurioſas eorum impenſas ad optimum ornamentorum genus tranſpoſuit. Siquidem fas non erat inane penitus ac fatuum auferre certamen: æmulationem ue hominum diutius ante languentium ſuperuacuis ſtudentium indumentis purpura lectos intingentium in cœnis ac menſarum lauticia plurimum ſibi honoris & gloriæ uendicantium. Hos igitur cum a minime neceſſariis ad utilia & honeſta & expoliti onis cupiditate auertiſſet: omnes ita continuo permouit & induxit: ut quotidianis corporum uetitis impenſis in militaribus & bellicis apparatibus ſingulari ſe decore peror natos ſpectari cōcupiſcerēt. Ita cernere erat refercias calicibus fractis & pateris officīas: alii thoracas inaurabant. quidam ſcutis & frænis argentum imprimebant. ſtadia domantibus equos aut adoleſcentibus arma tractantibus plena. inter mulierum manus galearum coni pennæ uariis diſtinctæ coloribus: equorū uelamina: floridæ militū chlamydes: earum rerum aſpectus maiorem in modum fiduciam adaugēs atq; cohortās: ad ſubeundos terrores impetum & ſtrenuos ad pericula ſpiritus ingerebat. nam luxurioſa in reliquis ſpectaculis impenſa delitias affert: & molliciem utenti ſuppeditat: q̄ſi ſenſus ipſe cogitationem picturis frangat & titillatione corrumpat. Huius auté generis inſpectio mentem roborat: ac uires exacuit: uelut Homerus prope nouis ante oculos poſitis armis Achillem æſtuantem animis: & ad ea tractanda prorſus ardentē decātauit. Adornatus hunc immodum nunc cogitando nunc defatigando ipſos promptiſſime ſane obtemperantes Philopœmen exercebat. Nam ipſius agminis ordo mirifice dirigebatur: quia ſolitam integramq; firmitatem ſuſcæpiſſe uidebatur. Tātus erat geſtantium ſplendor & pulchritudo: ut arma iam ipſa corpori manſueta familiaria & cum iucunditate leuia forent. Bellum itaq; cupiebant: & mox cum hoſtibus rem ferro decernere. Eo tempore Achæi aduerſus Machanidam Lacedæmoniorum tyrannū bellum gerebant: qui pro ingenti potentia cunctis Pelopōnenſibus īſidias ordiebatur. Is ergo ut ad Mantineam incurriſſe renunciatus eſt: Philopœmen illico in eum ſuos educit. Vterq; penes urbem multis peregrinis omnibus ciuibus ſuas īſtruere copias. Conſerta manu Machanidas externo milite iaculatores Achæorū & haſtatos equites ī prima locatos acie uertit in fugam. Cūq; in confertiſſimos pugnatores citato gradu proficiſcendum ac perrumpēdum eſſet: inſectandi cupidus elapſus eſt: & Achæis ipſis phalangis ordinem ſtatim ſeruantibus Machanidas præteruectus eſt. Hunc initio perpetratum errorem cum res amiſſa & admodum deleta putaretur: Philopœmen aſpectās negligere ac diſſimulanter ferre: nihilq; graui ducere uidebatur. Hoſtes aūt cōſpicatus

quantum infectando aberrauerant a phalange diſiunctos uacuum præſtitiſſe locum: haud illis incubuit: cæterum longius abire ſinit: quibus magno diuulſis interuallo ſuos mox in grauem armaturam infert. cernebat enim Lacedæmoniorum phalãgem nudatam ac deſtitutam: rectoue incurſans curru intẽdit: ut neq; princeps præſto adeſſet: neq; pugnam expectarent. Nam cum Machanidam hoſtes fugãtẽ inſpexiſſent: penes ſe uictoriam eſſe non dubitant. Philopœmen autem cum hos multa cæde fudiſſet (ſupra enim quattuor milia cæcidiſſe dicũtur) reuertentem ab inſecutione cum peregrino milite Machanidã concitatus aggreditur: ingenti ac profunda in medium arcente foſſa utrinq; mutuos conatus edebant: ille quidem ut traiiciens fugam capeſſeret: Philopœmen ut impedimento eſſet. Erat autem ſpectaculum non uti dimicantium imperatorum: ſed uti beluarum totas in ſe uires neceſſitate uertentium cum fortiſſimus uenator Philopœmen ĩcumberet: uti robuſtus tyranni equus animoſus & calcaribus cruentis utrinq; ſtimulatus ſaltu tranſuadere auſus ẽ: & admoto iam foſſæ pectore priores figere ulteriori margini tibias enitebatur. Interim Simias & Pholienus qui aſſidue Philopœmeni interpræliandum adeſſe & latus protegere conſueuerant: infeſtis ãbo ĩ curſant haſtis: quos Philopœmen anteuertens obuium ſeſe Machanidæ offert: cuius equus cũ ante corpus caput attolleret: Philopœmen ſuo pauliſp ſeorſũ ĩclinato manu telum adigi & obnixe ſimul incutiens effuſum ſternit hominem. Hoc geſtu Philopœmenẽ Achæi delphis ex ære locauere: & ĩſigne ipſius facinus & expeditionem illam ſingulari admiratione proſecuti ſunt. Cum Philopœmen ſecundum imperator inſtante nemæorum celebritate non longe poſt Mantineæ uictoriam ocioſus per dies feſtos eſſet: tunc primum græcis phalangem ornatiſſimam oſtentaſſe proditum eſt. Quonã pacto motus illos continua quadam aptitudine compoſitos non minori agilitate q̃ robore militariter ederet. Certantibus inde citharœdis ſpectaculum ingreſſos ſecum adoleſcentes militaribus chlamydibus & purpureis ĩdumentis ornatos habebat. Cernere erat uniuerſos & corporum & ætatis uigore florentes: magnam erga imperatorem ueneration em & iuuenilibus animis elationem præ ſe ferentes: quam multis clariſue certaminibus contraxerant: quibus nuper intrãtibus forte Pylades Citharœdus illuſtris Timothei uerſus inceptarat. Hoc duce libertas græcas ornauerat urbes: cum uocis magnitudo & poetici ſtili pariter altiloquentia decorem mutuum afferrent: omnium ſpectatorũ oculi in Philopœmenẽ cõuerſi: & lætiſſimus undiq; græcorũ ſublatus applauſus cum priſtinæ dignitatis recuperandæ ſpes eſſet ĩiecta: & ad eam animorum magnitudinem fiducia etiam proxime accederet. Achæorum copiis ad dimicandum & ſubeũda pericula id contingebat: q; & equis nouellis uſu euenit: qui conſuetos affectant eq̃tes: ſin alium geſtare obtingat: ſtare loco neſciunt: emicant: & nouo quodammodo afficiuntur. Sic & milites ipſi: ſiquidem alter ductaret exercitum triſtes erant: illum ſpectabant: illum oculis illum mente quæritabant. ſin eius modo conſpectus eſſet oblatus: confeſtim oblatam fiduciam erectos & ad aliquid agendũ ſtrenuos animoſoſq; cerneres. Quæ & ipſi hoſtes ĩtelligentes huius dũtaxat imperatoris aſpectum ferre nõ quibant: ob nominis ſui gloriam pauore perculſi: uelut ex rebus eorum geſtis manifeſtum eſt. Rex Macedonum Philippus eo peruenerat opinionis: ut modo Philopœmẽ abeſſet: Achæos denuo nominis ſui terrore ſibi ſubdere: qui Philopœmenẽ obtruncarent: clãdeſtinos mittit. Cognitis autem inſidiis tantum odii apud uniuerſos cõtraxit græcos: ut paſſim hominem probro & conuitio inſectarentur. Boetii Megara obſidione cinxerant. Cũq; mox potiundæ urbis ſpe tenerentur: ecce repẽtinus rumor ĩgruit: qui confictus erat importantem obſeſſis auxilium Philopœmenẽ propius adeſſe: quo circa hærentes iam mœnibus ſcalas omittentes fuga capta abſceſſere. Onabis poſt Machanidam Lacedæmoniorum tyrannus de repẽte Meſſanam occuparat: Philopœmes per id tempus haud illarum copiarum dominus priuatus erat. Orat itaq; Lyſippum Achæorũ imperatorem: ut Meſſaniis ſuccurrat: quod cũ ab eo impetrare non poſſet:

potitis enim urbe hostibus res omnino perditas esse aiebat. Ipse nulla lege nullo decreto assumptis secum ciuibus opem præstare constituit. Eum perinde ac præstantiorem principem sibi a natura conciliatum uniuersi sectabantur. Ergo iam propinquum Onabis audiens: tam & si castra intra muros haberet: haud expectandum esse duxit. Verum per alias elapsus portas celerato gradu suos eduxit: haud parua se usurum fœlicitate existimans si profugere contingisset: effugit itaq; & Messaniorum ciuitas pristinæ libertati restituta est. Hæc quidem ad Philopœmenis decus & dignitatem. Ipsum uero Cretam repetiisse: ut petentibus Gortiniis belli usibus se ducem exhiberet: crimini datum est: q; uidelicet eo potissimũ tempore: quo eius patria ab Onabide bello uexaretur: abesset: aut bellum fugitando aut honorem apud exteras nationes intempestiue quæritando: adeo autem mature tunc Megalopolitæ bellati sunt: ut & se mœnibus tenerent: & intercepto ab hostibus agro & sub ipsas pene portas locatis castris angiportus seminare cogerentur: cum longinquis interim cretensibus imperator belligerãs ac domesticum euitans bellum inimicis in se ansas criminationis suppeditaret. Erant nõ nulli qui dicerent Philopœmenẽ iccirco ocium suum Gortiniorum postulantium usibus ad bellum concessisse: quia Achæis alios diligentibus prætores priuatam uitam degeret. Ab ocio uehementer abhorrebat: præsertim cũ imperatorias artes & militarẽ uirtutem supra rationem omnem usu & exercitatione tenendam sibi esse censeret: sicut & scitum illud Ptolomæi declarauit. Nam quibusdam per eximias laudes illum extollentibus qui exercitium quotidianis exercitiis agitaret: & corpus laborum & armorũ studio haud torpere sineret: quisnam inquit regem admiretur: qui hoc ætatis non re ipsa se comprobet ac obstentet: uerum meditatione & cogitatione ducatur? Hoc igitur Megalopolitani grauiter ferentes seq; proditos arbitrantes extorrem eum facere conati sunt. Quod Achæi inhibuere Misso Megalopolim Aristeo prætore: qui licet Philopœmeni aduersaretur: cum eo de republica contentionem habere solitus: illum dãnari minime permisit. Hanc ob causam Philopœmen extra suos ciues habitus multos ex adiacentibus uicis ad defectionem concitauit eos allegare docens: q; ex initio neq; illis tributa penderent: neq; Megalopolitanorum legibus tenerentur: neq; eorum iuris essent: ea dicentibus illis aperte se patronum adiutorẽq; præbebat: simulq; in Achæos seditiosam ciuitatem perturbabat. Hæc autem posterius acta. In Creta bellum pro Gortiniorum causa gerebat: non uti peloponnensis aut ex Arcadia natus homo non simplice quodam & ingenio bellandi ritu: sed Cretensium mores induens & illorum uersutias fraudes furta & insidiosas in eos usurpans artes. Ipsos contra ueram peritiam ĩsipienti ac inani calliditate contendentes puellos demõstrauit. Rebus igitur ibi magnifice gestis singulari admiratione & nominis claritate celebratus in Pelopõnesum relatus: Philippum a Tito debellatum offendit. Onabim quoq; Achæorum atq; romanorum armis implicitum aduersus hũc dux creatus naualem aggressus pugnam Epaminundæ casus incurrisse uisus est: suæ longe deterius uirtutis opinione ac gloria maritimo congressus prælio: attamen sunt nonnulli qui Epaminundam segniorem iccirco extitisse tradũt: ut suos degustare maris emolumenta ciues pateretur: ne pro statariis militibus nautas (ut inquit Plato) corruptos sensim haberet. Et ita ex Asia & insulis ultro re infecta reuertisse. Philopœmen pedestris pugnæ scientiam ad conferendum: mari quoq; certamen sat fore sibiipsi persuadens exercitationem intellexit: & qualis uirtutis portio & quantam omnes ad res assueris facultatem adhibeat. non modo enim in ipso nauali prælio propter imperitiam minus habuit: uerum etiam quandam nauem famosam quidem cæterum ab annis quadragĩta peruetustam deducens expleuit: qua fatiscente magnum nauigantibus discrimen importasse. Ad hæc cognito qui hostes p ipsius contemptum perinde ac ex mari prorsus fugati superbe Githium obsedissent: confestim in eos uictoria sparsos dissolutosue haud quaq̃ expectantes annauigat: deinde noctu milites adducens ĩmissis intra tẽtoria ignibus & castra incendio uastauit:

& multos obtruncauit. Paucis poſt diebus cum per aſpera quædam loca iter ageret: de repente Onabis interuenit: quæ res tantum Achæis intulit trepidationis: ut ex locis difficillimis & in hoſtium poteſtate conſtitutis ſalutem deſperarent. Paululum inde ſubſiſtens ac loci ingenium oculis amplexus ſtruendarum acierum ſolertiam ſummum ī re bellica faſtigium obtinere demonſtrauit. Pauliſp nāq; mota phalange & ad præſentis loci naturam accōmodata: facillime nullo tumultu ancipitē ſtatū ac periculū ꝓpulſauit. Tum hoſtes aggreſſus late fuſos terga uertere coegit. Poſtea uero q̄ profugiētes non directo quidem ad oppidum curſu: ſed alium alia palantes & diſperſos cernit (cū ctus autem ager propter ſaltus & collis frequentis īuium ſeſe per fluenta ualleſq; præcipites præbet) ſuos ab inſequendo reuocauit: & nondum adueſperaſcente caſtrameta tus eſt. Promiſerat enim hoſtes ſeſe ex fuga in urbem ſingulos binoſue per tenebras recepturos. Complures igitur ex Achæis per ripas & tumulos circa mœnia cum pugionibus ex īſidiis locat: hic plures ex Onabidis commilitonibus cecidere: ut qui minime cōferti pariter regrederentur: ſed uelut unicuiq; fuga obtigerat inſtar auium ſub ipſa urbe captabantur: in ipſas hoſtium manus incidētes. Quibus in rebus cum græci & ſumma eum caritate complecterentur: & magnificis ītra ſpectacula honoribus afficerent: Titum honoris auiditate flagrantem tacitus dolor inurebat: quoniam romanum conſulem maiori q̄ ex Arcadia natum hominem penes Achæos admiratione dignum iudicabat: cum & beneficiorum magnitudine non mediocriter antecelleret: qui una præconis uoce Græciā priſtinæ libertati reddiderit: quæ Philippo & Macedonibus ſubiecta ſeruiret. Deinde Titus depoſito cum Onabide bello pacem pepigit. Nec multopoſt Onabis Etholorum fraude intercæptus occiditur. Qua ex re Spartæ perturbatione orta: Philopœmen occaſionem nactus cum exercitu eo facit impetum: & alios ui alios ſuaſione adducens cū Achæis ciuitatem cōpoſitā adiunxit. Quo facto Philopœmenis nomen apud Achæos mirifice illuſtratum eſt: quibus ex tam præclara ciuitate tātū dignitatis tantū poteſtatis uindicaſſet: haud enim parū erat Sparranam ciuitatem Achaæ partem effeciſſe. Optimates Lacedæmoniorum ſibi deſumpſit: qui eum libertatis cuſtodem & defenſatorē ſeſe habituros eſſe in ſpē uenerant. Quapropter uenundatis Onabidis ædibus & ſupellectile in .xx. ac cētum talētū argēteum redactis: eius illi muneris erogandi decretum fecere. Miſſi ad eum ciuitatis nomine legati: ubi Philopœmēis integritas & ab omni labe purus animus enituit: quippe non modo uideri ſed eſſe uir optimus ſtuderet. Itaq; primum Spartanorum legati tali uiro ne uerbum quidē facere de largitate uoluerunt: ueriti autem inter ſe & reluctantes hoſpitem eius Thimolaum interceſſorem poſuere. Deinde Thimolaus ipſe Megalopolim profectus: & cū Philopœmene conſilium agitans: cœpit auſteritatem eius ſermonis & honeſtam ſimul & tenuiſſimam uitæ frugalitatem intueri. Quibus cum ad inuictos ipſius mores pecuniam nullo pacto penetrare poſſe intelligeret: de munere quidem egit ſilētium: ficta uero alia ad ſe ueniendi cauſa ex urbe cōceſſit. Rurſus ac ſecundo miſſus idem paſſus ē. Tertio regreſſus uix affari auſus: q̄ promptus eſſet ī eum ciuitatis animus explicauit. Philopœmen uerba comiter ac iucunde accipiens Lacedæmona peruenit. Quibus conſilium præbet: ne & amicos & bonos uiros largitionibus contaminare quærant: quia illorum uirtute uel gratis frui liceat: ſed improbos & eos qui ciuitatem ī ſenatu & cōcione quotidianis ſeditionibus & diſcordiis perturbant: eruendos & corrumpendos eſſe: ut accæptis preciis ore compreſſo minus turbatum atq; tumultuatum eāt. Longe. n. præſtantius eſſe hoſtibus dicēdi licentiam adimere q̄ amicis. Hūc ī modum Philopœmenis ad pecuniam ſplendor apparuit. Diophanes deinde Achæorum imperator Lacædemonios nouis ſtudere rebus audiens eos ſuppliciis afficere uolebat. At illi contra ad bellum ītenti cunctam Pelopōneſum perturbabant. Conabatur uero Philopœmē mitiorem hominem reddere: iracundiamq; ſedare: temporis genus docens. Quo rex Antiochus & romani tam īſtructis in terra græcia exercitibus ſublimes animis īcūbāt:

oportere præfectum huc mentem huc cogitationem uertere: domeſtica minime commouere. Quædam uidentẽ diſſimulare: & nonnulla hæc obaudire. Dicta hæc aſperna tus Diophanes unaq; cum Tito laconicos fines ingreſſus confeſtim ad urbem cõmeabat: quod Philopœmen iniquo ferens animo opus non ſane legitimum aut exæquitatis diligentia: ſed ingens ingenti ſpiritu cõfectum auſus Lacedæmonem aduentat. Et Acheorum imperatorem & romanorum conſulem homo priuati iuris excludit: ciuiles tumultus ſopit. Communem ut antea Lacedæmoniis ſtatum iterum inducit. Poſteriore deinde tempore cum præturam Philopœmen adminiſtrauit: quadam eorũ culpa Spartanos reduxit exules & Lacedæmonios: ut quidem Polibius ſcribit octuaginta. ut autem Ariſtocrates trecentos & quinquaginta interfecit: & mœnia diruit: & magnam agri partem intercæptam Megapolitanorũ iuri adiudicauit: quicunq; ab tyrãnis Spartana ciuitate donati fuerant: omnes in Achaiam migrare iuſſit: tribuſmilibus dũtaxat excæptis. Hos cum ex parte diſcedere neglecto īperio noluiſſent: uenũdedit. Poſtmodum ueluti in rebus inſultans hiſce pecuniis: Megalopoli porticum ædificauit. Satiatus demum & expletus Lacedæmoniis & indigna oppreſſos calamitate calcans immaniſſimum & iniquiſſimum in rempublicam perfecit opus. Lycurgi enim inſtitutione deleta & omnino ſublata pueros ac puberes immutata patriæ diſciplina Achaiæ moribus & ritu informare coegit. Hos enim inter Lycurgi legem & inſtituta haud unq̃ mediocre quippiam ſapere poſſe. Nunc igitur ex miſeriarum magnitudine quaſi Philopœmenẽ ciuitatis neruos concidendo mãſueti humiles & dimiſſi facti ſunt: poſterius tamen petita ex romanis uenia ciuilem Achaiæ inſtitutionem fugientes: ritus patrios atq; præcepta ſicut ex tot malis & tam corruptis moribus fas erat: recuperarunt & reſtituta ſunt. Romanis deinde aduerſus Antiochũ bellum in thraciam gerentibus Philopœmen angebatur animi: qui eo potiſſimum tempore priuatus Achæorum dux nõ eſſet: quo Antiochus ipſe chalcide reſidens ītempeſtiuis nuptiis & uirginis amoribus ocia tereret. Syroſq; nullo ſparſos ordĩe ſine præfectis intra oppida ſegnes & deliciis īmerſos ſedere ſpectaret: ad romanos dictare ſolebat: Veſtræ equidem īuideo uictoriæ. Nam ſi mihi ut ducatum gererẽ īpræſentiarum obueniſſet: hoſtes omnis intra uinarias tabernas obtruncaſſem. Antiocho deĩde ſuperato Romani magis atq; magis Græciæ rebus incumbentes Achæos poteſtate quaq; uerſum ambibãt. Iam enim primores urbium ſummiſſiores erãt: iam omnium uires cum fortuna latæ ferebantur: iam prope finis aderat: quo fœlicitatis ambitus aduentabat. Tum Philopœmen boni ac periti more gubernatoris ad undarum incurſum firmiter obſiſtens: tum cædendo tum ſubĩclinando moderabatur. Hi autem plurimis diſceptationibus quibus & dicendi & agẽdi ius inerat: eos ad tutandum libertatẽ allicere conciliareue omni ſtudio contendebat: cum Ariſteus megapolita inter Achæos promptiſſimus & Romanorũ ſemper ſtudẽs partium nulla in re Romanis aduerſandum: aut ĩ ſenatu quippiam ingratum agẽdũ eſſe cenſeret: Philopœmen taciturnus audiebat: & dicentem grauiter ferebat. Tandem ſtimulante ira indignabundus ad Ariſteum conuerſus: quidnam homo inquit Græciæ fatum inſpectare properas? Poſthæc romanorum cõſule Manlio cum Antiochũ profligaſſet: & Lacedæmoniorum exules reduci ſineret: petente idem etiam poſtulãte Tito Philopœmen inhibuit: haud exulibus ſane obſtaturus ſed ſibi & Achæis: non autem Titi uel Romanorum gratia factum illud adſcribi uolẽs: poſtmodũ ipſe creatus ĩperator eiectos in exilium reuocauit. Sic enim magiſtratibus ex animorum elatione litigator aliqua ex parte atq; contentioſus erat Philopœmẽ: ſeptuageſimum iam natus annum: & octauum iam creatus imperator in ſpem deuenerat non ſolum bellorũ expertem eam ſe deducturum præfecturam: ſed uitæ reliquum a rebus gerẽdis ocioſum quietumue ſibi datum iri. Nam ſicut tabeſcẽtibus corporum uiribus una & morbi ipſi contabeſcunt: ſic & in græcanicis ciuitatibus diminuta potentia contẽtionũ ſtudia

ipſa deſinebant. Verũenimuero ſors inuida:cum perinde ac pugilem egregia currẽdi agilitate uolantem ſub ipſam iam uitæ metam aduentantem præcipitauit:ad terrãq; deiecit. Quidam in frequenti conuentu uirum quẽpiam idoneum ſane ac imperatorẽ præſtantem laudibus efferebant: quibus Philopœmen: quonam ait modo eius uiri digne habenda mentio eſt:qui in hoſtium poteſtatem uiuus peruenit? Paucorum interiectione dierum Dinocrates meſſenius homo cum priuatis contentionibus Philopœmeni ſemp aduerſatus:tum uero improbitate ac flagitiis aliorũ odio infectatus:& Meſſaniã ut ab Achæis deſtiterit:ĩduxerat:& uicum quem Colonidem appellãt: mox occupaturus & in poteſtatẽ redacturus nuntiabatur. Forte Philopœmen Argis id tẽporis febricitabat:ea ut ad eius aures peruenerunt: Megalopolim plus quadringenta ſtadia die una cõtẽdit:eo ex loco ut ſuccurreret eueſtigio equites accæpit. Ii ciues illuſtriſſimi & q̃iuuenibus uigentibuſq; annis eximia quadam Philopœmenis beniuolẽtia & pietate ſecum militiam ſponte ferebant. Meſſaniam itaq; uerſus adequitantes ad Euandri tumulum obuium abiicere Dinocratem. Marte collato eum fundunt:in fugã. q; uertũt. Inde quingenti milites: quibus Meſſeniorum fines tueri datum erat: auxilium laturi ſero aduentant:quos ut aſpectant ii qui modo ſuperati fugerant:ſtatim per colles congregantur. Veritus Philopœmen:ne hoſte circũducto clauderetur: ſuorũ ſaluti cõſulens reuocatis equitibus per duriſſima loca ſeſe recipit. Ipſe in extremo agmĩe ſæpenumero in aduerſum ſeſe inferebat hoſtem:cunctos in ſe perliciens: cum tamen congredi nullus auderet:& uociferatiõis circũagitatis curſibus eminus uterẽtur. Multotiens igitur aſſiſtens dum ſingulos in tutum iuuenes præmittit: inter frequẽtes ab ĩcauto ſolus hoſtes deſtituitur. Nec ſic conferre quẽq̃ manum cœpit audacia:procul tãtum ictibus pulſatus:cum ad lapidoſos præcipiteſue locos urgeretur:nunc huc nũc illuc crebris perfoſſum calcaribus equũ agitabat. Nec uero ſeniles anni aut ingraueſcẽs ætas:quo minus ſalutem compareret:ulli ſibi impedimẽto erat. Quippe quã pmultũ exercitam laboribus alacrem ſtrenuãq; reddiderat. Verũ cum debilitatũ ualitudĩe corpus & iam graue ac peregrini itineris & uiarum longitudo fatigaſſet:equus offenſo pede eũ deiecit ad terram:quo caſu duro quidem atq; aſpero cũ uehemẽs atroxq; capiti dolor infligeretur:aliq̃diu ĩtercæpta uoce iacuit. Illum igitur hoſtes expiraſſe rati:uerſato corpore ſpolia rapere cœperunt. Poſtq̃ aũt caput attollens oculos aperuit:caterua tim irruentes manus in terga inflexas colligant:& ingenti dedecore & contumelioſiſſimis uocibus hominẽ ducunt: quem a Dinocrate hiſce probris affectum iri:ne in ſomniis quidem unq̃ ab ullo ſperatum eſt. Oppidani hoc accepto nuntio mirum ĩ modũ elati ad portas confertiſſimi congregantur:ut uero Philopœmenẽ præter gloriæ ſupioris rerum geſtarum triumphorumq; dignitatem raptatũ conſpexere:maxima ex parte obortis lachrymis miſerantes condoluere. Subinde exiſtimantes q̃ caduce q̃ infide ſermo emanauit:reuocandum eſſe priorum beneficiorum memoriam:& libertatis quã eiecto Onabide tyranno ſibi reddidit. Pauci Dinocratis gratiæ aſſentantes torqueri hominem: & ut infeſtum inimicum & implicabilem necari iubebant. Terribiliorem ipſi Dinocrati ſi euaſerit fore:a quo tam ignominioſe habitus & in captiuitatem redactus extiterit. Ipſum igitur in ſubterraneum ferunt domicilium:cui theſauro nomen indiderunt:neq; auras neq; lucem extrinſecus excipiẽs. Cũq; fores nullas haberet:ſaxum ĩmane obtrudentes includunt:ubiq; circũlocatis militibus deponunt. Interea equites ut ſeſe ex fuga recæperunt:comparentem nuſq̃ Philopœmenem extinctum eſſe credẽtes:dudum ſubſtitere iactatis late uocibus hominem reuocare:inq; uicem ſermones edere:iniuſtam profecto turpemq; ſibi ſalutem uendicatam eorum imperatore hoſtibus omiſſo: qui ipſorum gratia ne propriæ quidem uitæ pepercit. Deĩde progreſſi ac curata indagine cuncta perluſtrant:donec illius captuitate accæpta nuntios ad Achæorum oppida dimiſere:qui permagnam eam infœlicitatem faciẽtes uirũ ex Meſſeniis miſſa legatione repoſcere decreuerunt: exercitum interim apparãtes. Hæc quidẽ apud

Achæos agebantur. At uero Dinocrates Philopœmeni tempus q̃maxime ſalutare metuens: ut Achæorũ apparatibus anteuerteret: ubi primum ītendentibus tenebris Meſſeniorum uulgus abſceſſit: carcerem aperit: ſeruum publicum intromittit: uenenum afferre iubet: donec illud epotarit præſentem aſtare mandat. Philopœmen chlamyde obuolutus decubabat: non ſopore quidem uerum triſtitia & mentis æſtu tenebatur. Lumen itaq; & hominem propius cum ueneni calice adſtãtem conſpicatus: ſiquid de equitibus præſertimq; de Lycorta audiſſet: eum percõtatur. Reſpõdente homine euaſiſſe q̃plures: capite anteiuit: & comiter intuens hominem recte inquit dicis: ſi omni ex parte nobiſcum infœliciter actum non eſt: nec alia emiſſa uoce uenenum hauſit: & iterato recubuit. Nec ulla potioni perturbatione exhibita ſtatim adiuuante morbo extinctus: cum primum ad Lachæos de Philopœmenis ītеritu perlatum eſt: publicus mœror & luctus ciuitates habuit. Qui per ætatem ferre arma poterant ſimul & urbiũ primates Megalopolim conuenientes: nullam uindictæ moram facere: ſed delecto imperatore Lycorta fines Meſſeniorum ingreſſi: cuncta ferro igniq; peruaſtant: donec cõcordi conſilio ciuitas Achæos acciperet. Dinocrates hoſtilem occupans ſæuiciam: necẽ ipſe ſibi conſciuit. Quicunq; occidẽdo Philopœmenẽ aſſenſum tribuere: ultro uitam finiere. Quiſquis eũ torquendum eſſe cenſuit: eum Lycortas in uinculis coniecit. Poſt q̃ uero eius cadauer combuſtum & compoſitis in urna reliquiis caſtra mouerunt: non quidem confuſo aut temerario incedendi ordine: ſed triumphali quadam & uictrici pompa ſacris parentalibus immixta: cernere erat eoſdem & coronis ornatos & lachrymis afflictos. Colligati ſubinde ducebãtur inimici. Vrna præ coronarum & teniorum quaq; uerſum pẽdẽtium multitudine uix apparebat. Hanc ferebat ītperatoris filius Polibius circũſtantibus Achæorum uiris primariis & excellentiſſimis milites armis inſignes ornatis ſequebãtur equis: neq; ut in tanti uiri luctu mœrentes: neq; in uictoria exultantes. Ex mediis urbibus & uicis multi mortales obuiam perinde ac ab expeditione reuertenti prodibant: & beniuole ſalutato urnam attingentes Megalopolim frequenti comitatu deducebant. Vt uero grandiores natu mulieres ac pueri ſeſe aduentãtibus īmiſcuerunt: luctus uniuerſi exercitus ſuſpiria querimonia uociferationes ad urbẽ uſq; perueniebant: præ deſiderio caſus hominis acerbiſſime ferentes: ſimulq; cum Philopœmenis iactura & maieſtatem & faſtigium dignitatis inter Achæos tenuiſſe reputãtes. Sic pro meritis ſumma cum gloria humatus eſt circa monumẽtum Meſſeniorũ. Captiui lapidibus obtriti ſunt. Cũq; ſtatuæ illius permultæ & ingẽtes pro ciuitatum decretis honores extarẽt: Romanus homo in euerſione Corinthi cunctas diruere conatus ẽ: illum non ſecus ac ſuperſtitem romanorum hoſtem atq; maliuolum inſectari gloriabundus. Verum eius rei diſſeminato rumore ac multa in calũniatorem referente Polibio: neq; Mãnius neq; legati honores clariſſimi uiri deleri paſſi ſunt: tam&ſi maxima Tito & Mãnio impedimenta infeſtus obieciſſet: &enim illi a commoditate uirtutem & honeſtum (ut par erat) ab utilitate recte proq; officio diſtinxerũt: cum his qui de nobis benemeriti ſunt: mercedem & gratiam ab ipſis in quos beneficia collata fuere: bõis autem decus & honorem a bonis referri debere exiſtimarent. Et de Philopœmene quidem hactenus.

TITI QVINTI FLAMINII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

PHILOPOEMENI. T. QVINTVM FLAMI-nium comparamus. Is quali ſtatura fuerit: ab ærea licet imagine cerni: quæ Romæ apud Apollinem magnum e Carthagĩe aduectum contra circũ poſita eſt græcis iſcripta litteris. Natura uero huiuſcemodi ad iram & gratiam celer fuiſſe traditur: haud tamen ad utrãq; rem ſimilis. Nam in puniendo mitis ac minime pertinax: ad gratificandum efficax & aſſiduus: quibuſq; beneficia contulerat: perinde ac recæpiſſet promptus & perpetua beniuolentia affectus: q; ii rẽ pulcherrimã colẽdi conſeruandiq; cauſa eſſent. Honoris & gloriæ cupidiſſimus præſtantiſſima quæq; atq; eadem maxima ipſe agere uolebat: longe magis beneficium affectãtibus q̃ erogantibus gratulari ſolitus: q; illos uirtutis materiam hos autem gloriæ competitores duceret. Cæterum cum multa & ĩgentia romanos implicarent bella: ſtatimq; ab ineunte ætate iuuentus ad res bellicas iſtruebatur: Titus mores ac diſciplinam aſſecutus militarem tribunus militum ſub Marcello cõſule in eo quod aduerſus Hannibalẽ gerebatur: bello primam egit militiam. Poſtq̃ uero Marcellus per inſidias mortem oppetiiſſet: capto iterum Tarento Titus eius prouinciæ præfectus creatus plurimum gloriæ ſplendorem uero minus in adminiſtranda iuſtitia q̃ bello comparauit. Quãobrem ad duas colonias alteram Narniam alterã Cõſam deducendas prĩceps delectus eſt: quæ res ad medias quaſdam & iunioribus tribui conſuetas dignitates omittendas tribunatum uidelicet præturam & ædilitatem illum extollebat: ſtatimq; in petitione cõſulatus prona in ſe habuit ſuffragia. Fuluius tamẽ & Manlius tribuni plæbis ei magnopere reſiſtebant: iniquum eſſe aſſerentes iuuenem uirum ad uſurpandam ſummam dignitatem præter leges irrumpere: qui ad ſacra reipublicæ myſteria necdum initiatus acceſſerat. Ea propter ſenatus ſentẽtiam reiecit ad populum. At populus Titum eueſtigio triginta nondum annos natum conſulem cũ Sexto Ellio deſignat. Aduerſus Philippum ac Macedones bellum ſortitus ẽ. In quo deligendo romanis iccirco rebus fortunæ fauor aſpirauit: q; græci homines non tam bello ac uiribus q̃ facundia & comitate uincendi captãdiq; erant. Quippe Philippo cũ ad propulſandam pugnam ſat eſſet macedonicus principatus ad inferẽdum etiam ipſa græcorum potentia ſuæ omnino phalangis inſtrumentum durante bello uires ſũptus ĩpẽſam refugiumq; ſuppeditabat. Nec profecto: niſi diſiunctis a Philippo græcorum auxiliis in eo bello unius prælii opus extitiſſet. Græcia quoq; necdum romanis inclinata rebus tum primum gerendis implicita: niſi frugi natura ducem & eloquentia magis q̃ uiribus frætum quiq; oratione ac lepore tum monendo tum audiendo homines alliceret & iuſtitiæ rigorem ſeruaret: nacta eſſet: non facile pro ſuis alienigenam optaſſet principatum: quæ omnia in eo extitiſſe uiro ſua geſta declarant. Cæterum cum ſuperiores audiſſet imperatores tum. P. Sulpitium tum. P. Villium tarde in Macedoniam profectos: lente quoq; bellum adminiſtraſſe: eoſq; modo pro locis leuibus prælĩis modo pro uiis interfrumentandum a Philippo fuſos non eos duxit imitandos. Ii enim cum omnem ferme annum dignitatibus & officiis reip. domi conſumpſiſſent: ad belligerãdum poſtmodum ſeſe contulerant. Titus ſui conſulatus ānum partim domi partim militiæ nequaq̃ ducendi ratus ampliorem comparaturus gloriam: q; ſimul imperio cõſularis aſſociabitur dignitas: urbanos magiſtratus ac dignitates omiſit: fratrem Luciũ claſſis præfectum a ſenatu ſibi in ea expeditione dari impetraſſe: deinde ex his qui in Hiſpania cum Haſdrubale confluxerant: Hannibalemq; in Africa Scipionis auſpiciis

profligauerant: lectis tribus milibus adhuc ætate robustis & ad dimicandum impigris tutus in Epirum traiecit: ubi Publium cum copiis aduersus Philippum metatum offẽdit. Contra Philippus ubi Hapsus irrumpit fluuius pro statione dudum tenuerat angustias: & ne Publius egregium quicq̃ efficeret: impedimento erat locorum asperitas. Titus autem simulatq; exercitum accæpit: dimisso Publio loca exploraturus adit. Ea sunt uero minus q̃ tempe munita. Cæterum arbustorum pulchritudo quẽadmodũ illis & spatiosa siluarum uiredo: eaq; pratorũ amœnitas nequaq̃ adest. inter magnos & cælsos utrĩq; montes uasta profundaq; uallis deducitur: per quã cursu atq; celeritate par Peneo Hapsus elabitur: qui omnem ferme radicem montis occupans præcipitẽ angustamq; relinquit in ripa semitam haud exercitui transitu facilis: si pro statione teneatur omnino insuperabilis. Erant qui circũducto per dassaretida penes lyncũ tramite habilem Tito aditum patefacerent. Ille ueritus ne longius a mari sterilia & inculta ingressus tesqua detrectante pugnam Philippo rebus infectis: q; & superiori duci contigerat: mare iterum ob commeatus inopiam coactus repeteret: summa ope contẽdit per montis fastigia occupare trãsitum. At ea res nullum belli finem afferre: nihilq; conducere uisa est. Siquidem Philippus cum cacumina phalãge teneret: obliquis undiq; missilium atq; sagittarum ictibus romanos petebat. Acri pugna cõmissa saucii & exangues cadunt plurimi. Accedunt interea pastores quidam indigenæ: qui p quosdam neglectos ab hostibus anfractus exercitũ sese ducturos: & tertio demũ die in summis constituere montibus polliceantur. Fidei uero cognitorem confirmatoremq; præstitere Charopen Machatan. Is erat inter epirotas homo primarius plurima romanis affectus beniuolẽtia clam eis ob Philippi metum fauens. Cui fide habita Titus quẽdã ex tribunis militum cum peditibus. iiii. milibus & equitibus trecentis mittit: pastores illi reuincti præcedebãt. Interdiu quidem per cauernas & loca siluestria taciti sedebãt: noctu uero per lunam quæ semipleno lucebat orbe: iter agebant. Titus diebus quibus eos emisit: cessantem tenuit exercitum: adeo ut leuibus præliis exciret hostẽ. Qua uero die præmissi sese collibus desuper ostentare milites debebãt: cum primum illucescit uniuersos & grauis & leuis armaturæ mouet. Et tripartito agmĩe ipse per angustũ fluminis marginem rectas agens cohortes macedonibus qui sese per rupes oppossuerant: conseritur: cæteros qui duabus illati partibus per locorũ asperitates impigre adoriantur: immittit. Exorto iam sole fumus montanæ more caliginis incertus procul ascendens emergebat. Is hostes (eis enim a tergo erat) latuit: iãq; occupati montes erant. Romanis intercertandum laborandumq; fides ambigua uersabatur: spemq; pro cupiditate sumebant. Postq̃ uero crescens magis atq; magis aerem denigraret: iãq; plurimis scandens sociorum ignis esse cernebatur: sublato clamore acriter incumbunt: ut hostẽ ad superiora iuga pellicerent: alii quoq; summis de collibus contra inclamitant. Quas ob res in fugam cuncti mox uersi sunt. Et quia montis iniquitas ultra insequi uetuit: haud amplius duo milia cecidere. Romãi rebus seruis castrisq; direptis angustiisq; potiti: inde per Epirum ea modestia eaq; abstinentia transcurrunt: ut cum procul a mari ac nauibus essent: nec unius fruges mensis haberent: nec emendi facultas adesset: ob eius causam regionis præda multifariam sibi temperauerint. Philippus autem fugatis more Thessaliam percurrens abductis quidem in montibus incolis urbes incendebat: supellectilia uero quæ aut multitudine aut onere relinquebantur: militibus diripiẽda proponebat: ita ut quodammodo romanis regiõe cedere uideretur. Hæc ubi Titus accæpit: egregia quadam liberalitate milites obsecrabat: ut derelicta ab hostibus loca perinde ac propria peragrantes obseruarent: curarentq;. Cuius quidem prudentis consilii & optimæ dispositionis fructum mature sensere. Nam cum primum Thessaliam attigere: eis sese ciuitates sponte dedidere. Græci autẽ q intra thermophilas sunt: spe ac desiderio afficiebantur: ad Titum Achæi Philippi societate repudiata cum romanis bellum aduersus Philippum gerere statuũt. Hopuntii uero cum eorũ urbem ætoli recipe

ac cuſtodia tenere concupiſcerent: q̃q̃ romanorum arma iuuarent: eos aſpernati ſunt. Accito autem Tito ſtatim ſe illius fidei commiſerunt. Pyrrhus cum primum e ſpecula ornatiſſimum romanorum conſpexiſſet exercitum: dixiſſe traditur: haud barbaricā ſi bi uideri illam barbarorum aciem. Eos quoq; qui obuium primo habuere Titum: eaſ/dem emiſiſſe uoces oportuit. Ex macedonibus enim audiuerant barbarici ducem exer citus aduentare: qui armis cuncta proſternens omnes in ſeruitutem detraheret. At po ſtea uirum ætatis flore uirentem aſpectu benignum græca uoce ac eloquentia ſuauẽ: & gloriæ haud inanis cupidum conſpicati: ob eius beniuolentiam mirum in modũ de mulcebantur. Cæteri ciuitates obeuntes eius hominis ſtudio & amore uniuerſa cõple/bant: q; eas iam libertatis ducem aſſecutas eſſe prædicarent. Poſtq̃ Philippum ad pacẽ inclinatum audiſſet: habito cum eo colloquio pacem illi amicitiamq; populi romāi ꝓ poſuit: modo græcos ab eius præſidiis liberatos ſuo iure legibuſque uiuentes ſineret. Quod omnino Philippus facturum ſe eſſe negauit. Apud eos qui rerum Philippi ſtu dioſi erant: uulgatum eſt: romanos non aduerſum græcos ſed pro græcis aduerſũ ma/cedones bella geſturos aduentaſſe. Dehinc cum cætera Tito tranquilla ſuccederent: in boetiam ſine ulla belli facie proficiſcenti primores thebanorum obuiam prodierāt. Ii tam & ſi macedonicæ partis per Bracchillelim eſſent: tamẽ perinde ac utriuſq; fouẽtes amicitiam Titum honorifice ſalutatum exierũt: quos dextera prenſos benigne admo dum allocutus Titus: intereundum nunc ſumma comitate percontabatur: nunc de in duſtria nonnulla narrabat: quoad ex itinere ſeſe milites reciperent. Hoc pacto una cũ Thebanis urbem ingreſſus eſt: quem cum id haud ſatis collibuiſſet: arcere tamen ueri ti ſunt: q; non parua iam militum manus fuerat conſecuta: Titus attamen perinde ac ciuitatem in poteſtate non haberet: perſuadere Thebanis cœpit: ut eos ad ſuſcipiendā romanorum ſocieratem induceret. Ad idem quoq; faciundum cum rex Attalus orādo Thebanos pelliceret: ſupra ſenectutis uires ſuam ī dicendo potentiam per quādā lau/dis & gloriæ cupiditatem oſtentare conatus: ſubita interorandum capitis uertigine aut humoris deſcenſu correptus amiſſis ſenſibus concidit: paulopoſt nauibus relatus ī A/ſiam ſupremum uitæ diem obiit. Thebani romanis conceſſere. Poſtea Romam exeũ/tibus a Philippo legatis ſuos quoq; Titus mittit: qui durante bello tempus ſibi proro gari ab ſenatu impetrarent: aut ſaltem ab eo pacẽ fieri decernant. Is enim honoris per cupidus: ne alter ſuffectus ad bellum imperator ſuam illi gloriam interciperet: magis atq; magis uerebatur. Cæterũ cum eius amicorum opera Philippus ex his quæ poſtu/laret nihil impetraſſet: eius adminiſtratio belli ac imperium Tito demãdatur. Qua de re ubi ſenatus decretum accæpit: ſpe elatus ſtatim in Theſſaliam ad debellandum Phi lippum concitatus eſt: ſupra uigintiſex milia hominum habens: ex quibus peditũ q/dẽ ſex milia: equites uero quadringentos tradiderāt ætholi: tantus ferme Philippi exer citus. Poſtq̃ uero ad Scotuſſam caſtris caſtra collata ſunt: ubi futurum erat utrinq; pi/culum: non ut fit trepidare duces inuicem ſed impetu magis & gloriæ cupiditate com pleri. Romani macedones quorum in fortitudine ac uirtute plurimum per Alexãdrũ nomen erat: uincere contendebant. Macedones ſi romanos quos certe perſarum fortiſ ſimos arbitrabantur: ſuperaſſent: clariorem Alexandro Philippum ſe demonſtraturos eſſe ſperabant. Titus igitur milites pro cõcione hortari: ut fortes ac ſtrenui forent: eos ī Græcia pulcherrimo quidem orbis terrarum ſpectaculo aduerſus præſtantiſſimos iã iam decertaturos hoſtes. Philippus ſeu forte ſeu opera dedita buſtum quoddam excæl ſum: quod extra uallum prominet: intempeſtiuus aſcendit: ex eo priuſq̃ pugnam ini/ret de more ad concitandos ſuorum amicos cõcionẽ orſus. Quæ res ubi dirum animis ac triſte obiecit augurium: turbatus ea die prælio abſtinuit. Poſtridie ante ſolis ortum ob mollem ac humidum eius noctis auſtrum uerſis ī caliginem nubibus profunde cã/pos compleuerant tenebræ: ſummis quoq; de mõtibus inter amborum caſtra craſſus delabebatur aer: qui mox incohante die locorum faciem obduxerat. Quapropter qui

ſpeculandi & inſidiandi gratia utrinq; prodierãt: mox inuicem illabentes prælio acre committunt: ubi nunc canis capita appellant. denſi enim cumuli & parui mutuo colles prominẽt: quibus ex formæ ſimilitudine id nomen extat. Cum inter locorum iniqtates uariæ nunc fugando nunc fugendo fierent mutatiões: laborantibus cædẽtibuſq; e caſtris amborum ĩmittebantur auxilia. Cũq; inclareſcente iam aere quæ geſta ſunt: cernerent: tota ſignis ſigna conferunt. Philippus qui dextro præerat cornu ad teſtudinem ſtructa phalange e ſuperioribus locis enixe contra romanos infertur: cuius grauiſſimum impetum nec ipſi romanorum ſtrenuiſſimi ſufferre poterant. Interea cũ locorum aſperitatem & montis iniqui iuga conſtare phalanx & denſa prodire acie: qua ĩ re totius agminis uis roburq; cõſiſtit: nequiret: turbari ac diſpergi ſiniſtrũ cornu cœpit. Quod ubi Titus animaduertit: deſperata aliorum uictoria: huc ſuos acerrime cõcitat. Quippe macedonibus ut uirum uiro conſererent: impedimento erat armorum onus. Phalanx enim quoad membra coniuncta perſtant: & teſtudinem uno conſeruat ordine: ſicut inuictum quoddam animal ſuas gerit uires. Cæterum ea diſſoluta compage uniuſcuiuſq; robur ac fortitudo propter armaturæ genus ãmittuntur: quæ prius connexis mutuo partibus uehementer pollebant. His igitur uerſis romani alios fugientes inſectari alios interpugnandum diſcurrentes ex obliquo trũcare. Quæ res ita uictores macedones profligauit: ut repente proiectis armis fugam capeſſerent. In eo prælio octo milia hoſtium cecidere: circiter quinq; capta: ætholorũuero culpa Philippum euaſiſſe contigit: qui romanis adhuc hoſtẽ inſequentibus prædæ ſeſe ac diripiendis caſtris accinxerant: ita ut redeuntes illi nihil offenderint. Quãobrẽ grauiſſimis inter ſe contumeliis tum primum diſceptarunt: ita ut mœrore deinceps Titũ angere non deſiſterẽt. Sibi totam eius uictoriæ laudem adſcribere: græcoſq; ita rumoribus occupare: ut cum poetæ id facinus celebrarent: primos ætholos ſuis carminibus ſcriberẽt. Ex qbus hoc pcunctorum ora uolitabat epigramma. Fletibus & buſto ĩdecores terdena uiator Theſſaliæ oppetimus milia in hoc tumulo: Marte ſub ætholum domiti & uirtute latinũ: Quos Titus immenſa duxit ab italia. Aemachiæ cladem trux ſpiritus ille philippi Ceruorum curſu præpete lapſus abit. Hæc Alceus in Philippi uituperium edidit: in qbus & cæſorum numerum ementitus eſt. Ea cum paſſim canerẽtur: Titum q̃ Philippum acrius iritabant: qui Alceum carpens hoc carmen ſuis adiecit elegis: Frondibus & ueteri libro nudata uiator: Cælſa ſit alceo crux ſita in hoc tumulo. Hæ res Titum q̃ conparandæ ex græcis gloriæ ſummo ſtudio tenebatur: non mediocriter afficiebant. Quapropter neglecti ætholi in poſterũ cum ipſe per ſe bellum gerere ſtatuiſſet: grauiter tulere. Poſtea cum per legatos ſecũ de pace Philippus ageret: cæteras ætholi ciuitates obibant: pacem Philippo uenundari clamitantes: cum funditus bellum excindere & ipſius delere imperium liceret: qui uniuerſam ſeruitute græciam oppreſſerat. Hiſce rumoribus cum ætholi ſocios perturbaſſent: ad firmandas pacis conditiones accedente Philippo omnis exempta ſuſpicio eſt. Poſtq̃ enim ſe ac regnum Titi & populi romani poteſtati cõmiſiſſet: ictum fœdus eſt: uerum Titus ei regno macedoniæ reſtituto ab Græcia iuſſit abſtinere. Mille talentis tributi nomine & præter decem naues uniuerſa claſſe mulctatum: alterum ex liberis eius Demetrium nomine obſidẽ ſuſceptum Romam miſit. Quo quidem facto ipſum commodiſſime uſum tempore & impendentibus occurriſſe periculis liquet. Rex enim Antiochus cum poſt res ab ſe magnifice geſtas ingẽti parta gloria & uiribus auctis ad cũctorum principatũ oculos adieciſſet: tum uero uehementius aduerſus romanum inſurgeret imperium. Hannibal carthagine profugus romanorum ĩimiciſſimus ad eum profectus eſt: quẽ per ſe alioquin abunde perſuaſũ ad proſequendum fortunæ fauorem & affluentis potentiæ commodum aſſiduis incitabat ſtimulis: quibus acute ac ſapienter præuiſis: niſi Titus ad componendam pacẽ animum ĩclinaſſet: uerum intra Græciam contra romanos Philippus antea ſibi pro cõmuni cauſa belli ſociũ aſciſſet Antiochũ: qui ea tẽpeſtate duo maximi ac potentiſſimi

reges erant:profecto non minora q̃ ſecundi belli punici tempore certamina periculaq; romanis impendiſſent:reſtabant. Nunc uero cum utriuſq; belli mediam & peroppor tune quidem pacem Titus interieciſſet:ita ut priuſq̃ quod aduentabat:incoharetur: præſens abſcinderetur: factum eſt:ut extrema quidẽ ſpe Philippum prima autem pri uaret Antiochum. Inde decem ab ſenatu miſſi legati Tito conſulebant:ut cæteris liber tati priſtinæ reſtitutis:Corinthus Chalcis ac Demetrias præſidio īpoſito ſeruarentur: quo tutiores aduerſus Antiochũ eſſent. Tunc ætholi per ciuitates apertis calumniis ꝓ rumpebant:Soluit Titus inquiunt Græciæ compedes:Prædictas nanq; urbes eo nomi ne Philippus appellare ſolebat. Græcos quoq; percontabantur:ſi nunc grauiora qui dem aut leuiora q̃ olim uincula collo geſtantes gaudeant: & Titum perinde ac benefi cũ admirari pergant: qui ſolutis Græciæ pedibus ceruicem nodo perſtrinxit. Quas ob res Titus grauiſſimo dolore compunctus legatos crebris induxit precibus:ut ab his eti am ciuitatibus quo pleniſſima gratia & accumulatum foret beneficium deducere præ ſidia liceret. Itaq; dum agerentur iſthmia: & frequẽs hominum conuentus ad ludorũ ſpectaculum conſediſſet:utpote diuturnis laſſata bellis Græcia in ſpem libertatis pa cem feſtis celebrante diebus:iuſſo per tubæ ſonum ſilentio proceſſit ī medium præco: itaq; proclamauit:Senatus populuſq; romanus:ac Titus Quīctus imperator & cõſul rege Philippo & macedonibus debellatis ſine cuſtodiis liberos immunes ſuo iure uiuẽ tes fore permittunt Corinthios Locros Phocenſes Euboicos Achæos Phtiotas Magne ſios Theſſalos perrebos. Principio quidem cum non ad omnes ea uox aperte petuẽiſ ſet:ingens motus eſt in theatro fremitus mirantium inter ſe hominum dictaq; ſciſci tantium:& pronunciari rurſus orantium:iterum ſædato tumultu præco ita clara ꝓnũ ciauit uoce:ut per uniuerſos eius præconii clamor ierit:ob cuius rei claritatẽ immẽſus quidam & incredibilis ſtrepitus ad mare uſq; delatus eſt. Nulla inde certatorum habi ta mentione cuncti aſſurgunt ſtudioq; proſiliunt:& Titi dextram amplexantes ipſum Græciæ ſothera ac defenſorẽ ſalutabant. Tunc id quod ſæpenumero de īmenſa uocis magnitudine commemorari ſolet:cernere erat. Corui enim qui forte ſuperuolabãt:in ipſo decidere theatro: cuius rei cauſa conſciſſus aer extitit. Nam cum uox permagna editur:ipſius ui diſiunctus aer nullam uolãtibus firmitatem exhibet. Verum cũ iccir co lubricus factus ſit:aues perinde ac ad inane peruenerint:delabuntur: aut mediuſ fidius e clamoris ictu tanq̃ ſagitta quadam ſauciæ exanimes concidunt. Poteſt & qdã aeris ſicut & pelagi uortex eſſe:qui uiolento circũagat impetu. Titus tantæ multitudi nis frequentiam cõcurſumq; proſpiciens:niſi mature ſe ſubduxiſſet:tot undiq; ſimul inundantibus profecto ſupereſſe nequiſſet: qui ubi ingruente iam nocte circa Titi ta bernaculum clamare deſtiterunt:amicos aut ciues præ gaudio obuios ſalutabant:am plexabantur ad cœnas una potuſq; uertebant: tum lætiores ut fit longos de Græcia ſermones edebant:quæ libertatis gratia tot confectis bellis nondum illã iucundius aut ſtabilius eſſet conſecuta. Nunc autem alios nacta propugnatores nullo ferme cruore aut luctu præſtantiſſimum bellorum premium uendicauerit. Nam cum inter homi nes fortitudo atq; prudentia perrarum quiddam extiterit:tũ ex cæteris honeſtatis par tibus lõge rarior iuſtitia fuit & æquitas. Siquidem Ageſilai Lyſandri Niciæ Alcibiadæ bellum quidem adminiſtrare & terra mariq; dimicantes uincere norant:ſuas autem ui ctorias ad generoſum gratificandi & honeſtatis uſum accommodare neſciebant. Nã præter res Marathone geſtas bellum nauale Salaminæ Placenſe prælium Thermophi larũ Eurimedontis & cyprica Cimonis opera uniuerſas Græciam pugnas ad ipſius ſer uitutem perfeciſſe conſtat:& unumquodq; trophæum in ſui perniciem ac dedecus ex titiſſe:ipſamq; ſuorum improbitate ducum & mutua eorum contentione ſæpiſſime fuiſſe ſubuerſam. At homĩes exteri paruam ſecum neceſſitudinem & perexilem priſci generis communicationem habentes: ex quorum uerbo aut conſilio ullam ad græcos commoditatem peruenisse mirandum eſt: ipſos maximis adeo laboribus ac periculis

& grauiſſima tyrannorum ditione liberarunt. Talia per græcos colloquia manabant. mox rebus conſentanea fuere præconia. Simul enim Titus Lentulum ad liberandos Bargilietas miſit in Aſiam: Tilium ī Thraciam: ut ex oppidis ac inſulis Philippi præſidia ſubmoueret: Publius Villius ut cum Antiocho pro liberādis græcis quos oppreſſerat ageret: traiecit. Titus Chalcidem profectus inde in Magneſiam nauigans expoſis cuſtodiis rerum gubernacula publicarū ſuis reſtituit populis. Ad celebranda penes Argos Nemia ludorum præfectus deſignatus & magnificētiſſimum edidit apparatum: & ibi rurſus græcis libertatem præconis uoce pronunciauit. Ciuitates obiens legum ſanctitatem iuſtitiamq; conſtituere: illas mutua ſimul beniuolentia & charitate conciliare: diſcordias ac ſeditiones ſædare: exules reducere. Quibus rebus non minus q̄ uictis macedonibus lætabatur: ita ut iam pro cæteris beneficiis perq̄ minimum accepta libertas cenſeretur. Xenocratem philoſophum cum olim ad carcerem publicum pertraherent: ex ipſorum manibus Lycurgus orator eripuit: dehinc in eos ex ipſa petulātia grauiter animaduertit: poſtmodum cū in eius filios aliquādo Xenocrates incidiſſet: dixiſſe fertur: filii optimas genitori noſtro gratias reddo: eius enim opera laudibus unuſquiſq; proſequitur. Tito autem & romanis non modo laudibus uerum etiam fide ac potētia dignæ grates agebantur. Non ſolum enim accedentes eorum prætores læte excipiebantur: ſed accitis ultro ciuitates & populi ſuæ ſe ditioni dedebant. Reges quoq; cū aliorum regum iniuriis uiolarentur: ad romanorum confugiebant manus. Quāobrē factum eſt: ut diis iuuantibus mature cuncta romano ſubderentur imperio. Cæterū Titus Græciæ libertate gloriari admodum ſolitus cum argenteos clypeos ſuamq; delphis palmam affigeret: ita iuſſit inſcribi: Clara Iouis ſoboles ſtudium quā mulcet equorū: Spartani reges tyndareumq; genus: Hoc titus æneades ſummo uos munere donat: Quo duce libertas oppida græca tenet. Apollini quoq; auream imponens coronam ī hunc modum inſcripſit: Hæc tibi latonæ ſtirps o præclara corona Aurea cæſariem cōtegit ambroſiam: Quam titus æneadum dux ingens attulit: ipſi Da pharetrate uiro fortia geſta cani. Iam per iſthmiorum celebritatem terrā Græciam priſtina libertate donatam ſuiſq; reſtitutam legibus: Corinthiorum ciuitati bis ſaltem aſpexiſſe contīgit. primū quidem uoce præconis a Tito: quēadmodum ſuperius enarratum eſt: & ætate noſtra iterum a Nerone: dum is in foro Corinthi eſſuggeſto cōcionem habuiſſet ad populum. Verum hæc poſterius. Titus cum aduerſus Onabin pernicioſiſſimum flagitioſiſſimumq; lacedæmoniorū tyrannū longe pulcherrimum atq; iuſtiſſimum bellū ī cohaſſet: græcos ad extremum ſua ſpe fefellit: q; cum eū capturus exiſtimaretur: haud uoluit. Verum icto ſecum fœdere Sparten indigniſſima ſeruitute compreſſam omiſerat: ſeu ueritus ne diutius durante bello alter ex Roma ſuccedens imperator ſuam illi gloriam interciperet: ſeu Philopœmenis honoribus emulus & contentioſus. Dum. n. Philopœmenes uir cum cæteris in rebus græcorum ſtrenuiſſimus: cum in eo bello per quædam audaciæ & fortitudinis opera clariſſimus: æqualem Tito gloriam & pares in theatris honores apud Achæos conſequeretur: nimirū Titum dolor angebat: indigniſſimum exiſtimantem: ut Arcas homo finitimorum ac exiguorum dux bellorum ſimiles romano conſuli & Græciæ propugnatori laudes decuſq; uendicaret. Verūenimuero Titus aliam pro hiſce rebus excuſationem afferebat: cernere ſe non ſine magno ſpartanorum exicio perditum iri tyrannum. Achæi poſtq̄ honores illi complures decreuiſſent: nullus profecto ſuis adæquari poſſe beneficiis uidebatur: unico dūtaxat excepto munere: quod ei præ uniuerſis carum acceptumq; fuit. Id autem eſt huiuſmodi: romani acceptis ab Hannibale cladibus cū uenūdati & per uaria diſperſi loca ſeruirent: mille & ducenti in Græcia uerſabantur. Ii ex eo caſu cum ſemper miſerabiles: tum uero eo tempore magis: cum iſti quidem filiis alii fratribus alii familiaribus: & quod acerbius eſt: ſerui liberis & captiui uictoribus occurrerent. Titus q̄q̄ moleſtiſſime ferret: haud tamen illis quēq̄ priuandum eſſe dominum iudicabat. Achæi cum eos minis quinq;

collatis in capita redemiſſent: coactos unum in locum uniuerſos conſcendenti nauem Tito reddidere. Quapropter ſumma Titus alacritate diſceſſit. Pulchra nimirum hæc clariſſimorum operum premia ampliſſimum uirum ciuem ornatiſſimum & amantē patriæ decēt. Ea res illius triumpho maximum attuliſſe ſplendorem uidetur. Ii enim: qui mos ſeruorum eſt cum libertate donantur: raſis capitibus pileati in triūpho Titū ſunt conſectati. Specioſius uero ſpectaculum longo tranſmiſſæ ordine præbebant exi miæ Græciæ Caſſides Macedonicæ Peltæ & Sariſſæ. Grandem quoq; pecuniæ uim in eo triumpho tranſlatam Hycanus perhibet: defæcati auri pondo tria milia ſeptingēta tredecim: argenti quadragintatria ducenta ſeptuaginta: aureos philippeos. xiiii. milia .d. xiiii. Præterea mille talenta quæ Philippus tributi nomine debebat. ea in poſterum Romani Tito præſertim opitulante ac perſuadente remiſere Philippo: & cum eo decre to ſenatus ſocietatem iunxere: filium quoq; obſidē abſoluerunt. Inde cum Antiochus in Græciam ingenti claſſe & magnis copiis traieciſſet: ciuitates ad defectionem ſolicita tas ſeditionibus perturbabat: quā quidem ad rem Aetholos populi Romani dudū ho ſtes ac inimicos ſocios & conſpirantes habebat. Ii belli cauſam & prætextum afferebāt Græcorum libertatem: quibus cum liberi forent huiuſcemodi re haudquaq̄ opus exi ſtebat. Verum cum ad id honeſtiorem titulum non haberent ipſum pulcherrimo at q; optimo nomine uti condocefaciebant. Eius itaq; motus & potentiæ rumor cum ue hementē Romanis terrorem incuſſiſſet: Manlius Acilius conſul & imperator & Titus Græcorum gratia legatus eo miſſi. ex quibus cū primum apparuit: confirmatiores red didit langueſcentes alios & dubios: cum ſuam illis beniuolentiam perinde ac tempeſti uum aliquod medicamen adhibuiſſet: in fide tenuit & ne qua in re peccarent aut perfi de flagitioſeq; perpetrarent: uetuit. Eum tamen effugere perpauci: quos iāpridem ab Aetholis occupatos & corruptis penitus animis contaminatos offenderat: quibus tā &ſi Titus acriter ſuccenſeret: confecto tamen poſtea bello ipſos tueri ipſiſq; propitius eſſe nunq̄ deſtitit. Poſtq̄ Antiochus apud Thermophilas uictus ſalutem ſibi fuga cō parans traiecit in Aſiam: conſul Manius Aetholis partim obſidione captis: partim eos Philippo uaſtandos debellandoſq; demandauit. Macedo tum Delophas ac Magneſi os tum Achamanos & Aperantos uexare & abigere. Manius poſt direptam Eracleā Ae tholos intra Naupacton obſidere. Quibus in rebus Titus Græcorum miſericordia cō motus ex Peloponneſo ad conſulem nauigans: Primum increpare q; ſuarum premia uictoriarum Philippum ſibi uendicare ſinat: cūq; Macedones gentes plurimas regeſq; ſubuertant: is fruſtra tempus conterens unum oppidum & per iracundiam quidē ob ſidione cingat. Inde cum obſeſſi Titum e muris conſpicati protenſis palmis ſupplices conuocarent: nullo tunc uerbo lachrymis effuſis abſceſſit. Dehinc iram conſulis placi da oratione mitigans ætholis inducias ac tempus tantum impetrauit: quo miſſis Ro mam legatis ab ſenatu quicq̄ clæmentiæ ac humanitatis exorarent. Plurimum uero la boris & moleſtiarum pro exorando Chalcidenſibus Manio ſupererat: quibus īfenſus admodum erat: q; Antiochus uxorem intempeſtiue quidem ac præter ætatem ſuā ex illorum ciuitate duxerat: quā conſtante utrinq; bello is iam natu grandior eximia for ma Cleoptolemi filiam adamauit. Ea res Chalcidenſium animos ad Antiochum ꝓmp tius inclinauit: & ipſorum urbem ei ad bellorum uſus opportunum receptaculum ad ſciuerat. Antiochus inde e prælio fugiens cum Chalcidem appuliſſet: correptis opibus cum uxore ac amicis continuo tranſmiſit in Aſiam. Manio igitur per iracundiam illis exercitum admouenti Titus præſto aderat: eumq; ſimul & cæteros Romanorum ꝓce res nūc excuſando: ita placatos reddidit: ut Chalcidēſes omni ſoluti metu ac liberi om ni ſupplicio euaſerint. Quorum gratia Chalcidēſium meritorum ciuitas quicquid in eorum urbe ſplēdide ac magnifice extructum erat dedicauere Tito: ubi adhuc talia cer ni licet epigrammata: Populus Chalcidenſis hoc Tito Herculiq; conſecrauere Gymna ſium. alio in loco: Populus Chalcidenſis hoc Tito & Apollini delphima. Noſtra etiā

ætate Tito ſacerdos publice creari & res diuina fieri ſolet. Perfectis libamentis uerſibus editum quẽdam pæana canunt: cuius reliquas quidem partes ob prolixitatem omiſimus. Quæ autem poſt decantatum carmen dictitent ſcribenda eſſe cenſuimus: candidiſſimam Romanorum fidem conſtantiſſimo iureiurando colimus: Iouem maximũ Romam Titumq; ſimul romanã fidem puellæ canite Io Pæan io Tito Soter. Ab cæteris quoq; Græcis digniſſimos honores: & quæ ueros parit honores: mirificam beniuolẽtiam ex morum comitate compararat. Enimuero ſi ob rerum geſtarũ gloriam cuipiã ueluti Philopœmeni aut Achæorum duci Diophani diſceptaſſe aut controuerſiam egiſſe contingit: haud propterea graue aut incommodum aliquid per furorem ꝑpetrauit: eius quidem fiduciæ plena & ciuilis erat oratio: poſtmodum tamen acerba nemini. Eapropter eum nonnulli tum iracundum: tum fortuna leuem exiſtimabant. Alioquin conſuetudine & familiaritate iucundiſſimus non ſine gratia & grauitate facetiis & ſalibus utebatur. Cum Achæi Zacynthiorum inſulam ſuo iuri uendicare concupiſcerent: ut eos ab incæpto deterreret: periculoſum illis futurum ait: ſi quẽadmodum teſtudines ita illi longius a Pelopõneſo caput abducerent. Philippus cum pacem ac fœdera tractare cœpiſſet: Titum cum pluribus ſe uero ſolum aduentaſſe dixerat. cui Titus adiecit: te quidem ipſum neceſſariis ac familiaribus obtruncatis ſolum reddidiſti. Meſſanius Dinocrates in conuiuio Romæ temulentus muliebri ſaltarat habitu: poſtera die ab Tito ſubſidium inuocabat: q; ab Achæorum imperio ad defectionem ſolicitare Meſanam uerſaret animo. Tum Titus: de iis uiderimus: te uero miror inquit: cum res huiuſcemodi moliri audeas: uina ſaltare & canere poſſe. Cum Antiochi legati ingẽtium copiarum numerum delectumq; Achæis permultis uocabulis iactitarent: Titus olim ſe cum hoſpite quodam cœnitantem inquit multitudinem carnium admiratum ſubincuſaſſe: atq; interrogaſſe unde tãtam ferculorum uarietatem comparaſſet: ei autem hoſpitem porcina omnia reſpondiſſe: uerum ea apparatu ſaporibus condimento q; differre. Vos item uiri Achæi cum haſtatos iaculatores auditis & pedites: ne propterea tantopere Antiochi uires admiramini: q; eos armorum tantummodo genere differentes uniuerſos Syros eſſe conſtat. Poſt res in Græcia geſtas ac bellum cum Antiocho confectum Titus creatus eſt cenſor. Is autem ampliſſimus eſt magiſtratus & quodammodo perfectiſſimum reipub. culmen. huic Marcelli quinquies conſulis filius collega obtigit. Ii quattuor haud illuſtres admodum uiros e ſenatu mouerunt. Vniuerſos cenſos liberis natos parentibus inter ciuium Romanorum numerum receperunt: ab Terẽtio Leone tribunoplæbis coacti: qui maxime ut nobilitatem offenderet: ad id ſcito confirmandum plæbem induxit. Erant eo tempore nobiliſſimi ac excellentiſſimi uiri priuatis inter ſe contẽtionibus diſceptantes Scipio Aphricanus &. M. Cato: ex quibus uirum optimum ac primarium Scipionem ĩ ſenatu principem perſcripſit. Cum Catõe autẽ huiuſmodi calamitatis de cauſa acerrimas egit inimicitias. Tito frater erat. L. Flaminius: cum cæteris in rebus Tito perq̃diſſimilis: tũ ob illeberalis libidinoſaſq; uoluptates omnis contemptor honeſtatis atq; decoris. Hic puellum deperibar: adeo ut ſiue exercitus ductaret: ſiue prouincias adminiſtraret: ab eius nunq̃ latere diſcederet. Is ut aliquando Lucium per laſciuiam molliuſculis ad ſe blandimentis alliceret: ſe magnopere illum acclamare dictauit: q; tam & ſi quẽpiam nedum truncari uidiſſet hominem: tamen ut ſuæ potius q̃ propriæ morem gereret uoluptati: gladiatorum ſpectaculum omiſiſſet. Eo delectatus ſermone Lucius haud ardua inqt res ẽ. Ego uero tuæ iãiam cupiditati remedium ac medelam adhibeo: ſimulq; ex dãnatis unum adduci iubens ĩ cõuiuio accito lictore ſecuri percuti hominem imperauit. Valerius Antias non ad pueri ſed mulieris cuius amore teneretur: arbitrium id ab Lucio perpetratum affirmat. Liuius autem ſcriptum in oratione Catonis aſſerit: Gallum tranſfugam cum uxore ac liberis ueniſſe: & ab Lucio inter epulas exceptum: mox ut Scorto quod ardebat: obſequeretur: ab eo propria manu confoſſum. Hoc ad exacerbanda Lucii crimina iure dictũ a

Catone crediderim. Ipſum autem occiſum minime trāſſugam uerum ex dānatis unū in uincula coniectum extitiſſe: cum alii q̄plures: tum uero teſtis eſt Cicero in eo qui eſt de ſenectute libro: ubi omnem Catoni ſermonem & ipſius rei narrationem tribuit. Cato deinde cenſor creatus ut curiam tā libidinoſis expiaret maculis: Lucium q̄uis conſularis dignitatis uirum e ſenatorio eiecit loco. Eius ignominiam cum Titus ad ſe quoq; pertinere arbitraretur: is pariter & frater die Catoni ad populum dicta lachrymis ſupplices Quirites orabant: ut Cato rationē afferret: quāobrem illuſtrem adeo familiā tā tetra affeciſſet nota. Cato minime retardatus in medium cū collega procedens: Titū ſi quid de ipſo conuiuio compertum haberet: interrogauit: eo negāte Cato rem examuſſim expoſuit. Lucium ſubinde perconctatus: ſi quicq̄ emētiretur: tacente Lucio populus eum iure notatum cenſuit: & Catonem ampliſſima cum frequentia domum e foro reduxit. Poſtmodum cum Titus fraternum acerbiſſime caſum pertuliſſet: aduerſus Catonem cum eius inimicis conſpirans quodcunq; is ex ærario conductionis aut ēptionis nomine erogaſſet: irritum fecit: & ſenatus auctoritate reſcidit: eumq; ſæpenumero in grauiſſima uocauit iudicia. Cæterum haud ſcio q̄ recte q̄q; ciuili more factū: qppe cum propter hominem propinquum quidem uerum indignum & meritas dātem pœnas aduerſus elegātiſſimum principem & optimum ciuem capitales inimicitias ſuſcepiſſet: illi tamen poſtea romanus populus non mediocrem aliquando reſtituit honorem. Nam cum ludi publice ſpectarentur: & patres conſcripti digniori de more ſedíſſent ordine: Lucius in extrema theatri ſede abiectus humiliſq; conſpectus: populi in ſe miſericordiam commouit. Mox itaq; populus id acerbis ferens oculis crebris eum clamoribus ſuperiorem in partem tranſire coegit: quem e ueſtigio cōſulares inter ſe uiri ſeſſum receperunt. Titus natura uir laudis & honoris ſtudio incenſus: quoad idoneam belligerandi nactus erat materiam: clariſſimum ſibi nomen comparauit. Poſt conſulatum tam & ſi nullius rei uſus exigeret: tribunatum militum iniit. Deinde in grauēſcente magis ætate cum magiſtratus gerere deſiiſſet: reliquæ illius uitæ partes per ocium īprobabantur: ut qui immenſa gloriæ cupiditate & iuuenili quodam animi ardore ſtimulatus ſeipſum continere nequiret. Tali contra Hannibalem uſus īpetu plurimam in ſe conflauit inuidiam. Hannibal enim poſtq̄ ex Carthagine ad Antiochum confugiſſet: iſq; poſt confectum in Phrygia prælium pacem & libens quidem īpetraſſet: rurſum longis erroribus exul demum ad Bithyniæ regē Pruſiam ſe contulit. Quæ res cum nemini Romanorum eſſet incognita: tamē hominem ſenio & imbecillitate cō fectum & ab fortuna deiectum paruipēderant. Eodem tempore Titus alia de cauſa legatus ab ſenatu miſſus ad Pruſiam: cum ibi diuertentem uidiſſet Hannibalem: q̄ uitam degeret: uehementer indoluit: Pruſias qui ſupplicem illum ſuſceperat: cum p̄ mutua ipſorū cōſuetudīe p̄multis Titū precibus obſecraſſet p̄ eius ſalute: nihil īpetrauit. Cæterū cū uetus quoddā de Hānibalis morte hoc pacto uulgaret oraculū: Corpus Hānibalis libyſſa tumulabit gleba: ille q̄dē de Libya dictū & ſe Carthagine uicturū ac humatū iri ſuſpicabat. Bithyniæ aūt locus ē ī littore: p̄pter hūc aut āplus q̄dā uicus adiacet: quē Libyſſam appellant: in eo tunc diuerſabatur Hannibal: cū ſemper leuitatem Pruſiæ infidam ducens: tum Romanos reformidans. Quāobrem ipſe domum ibi ſeptenis ſub terra cuniculis aliis alio longe ferentibus clam inſtruxit. Poſtq̄ in ſe factum a Tito audiſſet edictum: per exitus illos conatus effugere in regias incidit cuſtodias: itaq; mori ſtatuit: de quo ſic nonnulli perhibēt: Poſtq̄ is collum īſeruiſſet amiculo: ſeruum ab eo iuſſum genu in aduerſis obluctantem natibus dehinc magnis trahentē uiribus obtortam frægiſſe gulam: donec compreſſo necaretur ſpiritu. Alii commemorāt eum Midæ & Themiſtoclis exemplo tauri cruore hauſto periſſe. Liuius refert uenenū quod habebat temperaſſe: deinde ſumpto poculo ita dixiſſe: Permagnam populi Romani curam ſollicitudinemq; ſoluamus: qui diuturnum & graue nimis cēſent odioſi mortem ſenis expectare. Nec uero Titus præclarum ex hac uictoria nomen reportabit:

haud ſuorum dignitatem maiorum imitatus : qui Pyrrho & hoſti & uictori impẽden tes uenenj inſidias renunciatum miſerunt. Hic uitæ exitus Hannibalis fuiſſe traditur. De cuius morte cum relatum eſt ſenatui plærique Titi facinus ut uacuum & crudele ni/mium carpebant: qui Hãnibalem ſicut auem quãpiam ſenectute nudatam explumẽ ac mancam & ex ſua manſuetudine uitæ reſeruatam: nulla de cauſa niſi ut illius inte/ritu nomẽ ſibi ac laudem quæreret: occiderat. Tum magis atq; magis Scipionis Aphri cani clæmentiam & animi magnitudinem ediſſerebant: eum mirum ĩ modum ĩuictũ & fortiſſimum prædicantes: qui Hannibalem a ſe in Aphrica ſuperatum nec ex urbe deturbauerat: nec a ciuibus tradi ſibi poſtulauerat: uerum ante prælium eũ iũctis dex/tris benigne allocutum: poſt prælium fœderibus compoſitis nihil in eum audacius cõ miſiſſe: aut fortunæ hominis inſultaſſe. Eos rurſum Epheſi conueniſſe dicitur: ubi cũ Hãnibal digniorem deambulando locum primus arripuiſſet: id Aphricanus æquo tu lit animo: ut facile nulla cum contentione ea fuerit ambulatio. Orta poſtmodum ĩter eos de ducibus mentione: cum Hannibal excellentiſſimum primo ducem Alexãdrum deinde Pyrrhum ſe autem tertium demonſtraſſet: ſubridens paululum Aphricanus: quid niſi te uiciſſem inquit? Tum Hannibal: Non tertium Scipio ſed me cæteris ante poſuiſſem ducibus inquit. Hæc cum de Scipione mirificis efferrentur laudibus : Ti/tũ uituperabant: q; alieno cadaueri manus intuliſſet. Erant qui id collaudarent factũ: Hannibalem dũ uita ſupereſſet : ignem quẽdam arbitrantes: cui excitantis opus eſſet flatibus. Non enim dum uires ĩtegræ ac robuſta uigebat ætas eius corpus aut manus: uerum conſilium atq; rei militaris peritiam terrori Romanis extitiſſe. Accedebant præ terea odium & innata quædam acerbitas : quæ res haud ſenectute tolluntur : uerũ cũ fortuna ĩmutentur: mores ac natura permanent. qui uero per odium inimicitiaſq; di/ſceptant: etiam uariante fortuna ad aggrediendum ſemper aliquod uocante ſpe conci tantur. Qua ĩ re Titi teſtimõio erãt Ariſtonicus Citharœdi: a quo p Eumenis gloriam uniuerſa bellis Aſia defectiõibuſq; refecta ẽ: & Mithridates: q poſt Syllã & Fimbriam poſtq; tantam exercituum & imperatorũ ſtragem rurſum tot terreſtribus maritimiſq; copiis aduerſus Lucullum ſtetit. Nec uero magis q̃. C. Marius depreſſus iacebat Han nibal: cui regis amicitia familiaritaſq; contigerat: in nauium præterea equorum ac mi/litum ſtudiis & aſſidua cura uerſabatur. Romani fata Marii dum Aphricam mẽdicus errabat: irridebant: quem poſtpaulo: dum ab eo iugularentur uirgiſq; cæderentur: per ſummam ueneratione colẽtes adorabant. Hoc pacto nihil eſt quod paruũ aut magnũ dici queat: Verũ unus qui uitæ idem & melioris fortunæ modus ac finis eſt. Quas ob res nõnulli hæc ab Tito haud ſponte facta cõmemorãt: quin miſſum propterea cũ. L. Scipiõe legatũ ut de Hãnibalis nece tantũmodo tractarẽt. Nullã ãplius ab Tito rẽ do mi militiæq; geſtã accæpimus. Qui cũ uitam tranquillus ageret : uita defunctus eſt.

COMPARATIO TITI ET PHILOPOEMENIS.

AVtuam ipſorum comparationem intueri iam tempus poſtulat. In maximis igitur erga Græcos meritis neq; Philopœmenem neq; ꝑmultos uiros optimos Tito cõferre dignum eſt: quippe cũ ab Græcis aduerſus Græcos: ab Tito autem minime Græco pro Græcis belligeratũ ſit. Cumq; Philopœmeni ſuis ciuibus ferendæ opis nulla facultas præſtaretur: enauigauit ĩ Cretã. Tũc Titus in media Græcia reportata ex Philippo uictoria & gentis & ciuitates uniuerſas libertate donauit. Quod ſiqs amborũ prælia diligenter exquirat: longe plures a Philopœmene Græcos: dum Achæorum præturam adminiſtraret: q̃ a Tito Macedonas: dũ Græcis ſuccurrit deletos ĩueniet. Quid ipſorum delicta? Vnius quidem permagna honoris ambitio: alterius uero contentionis pertinacia extitit. Cũq; ille ad iram facile moueretur: hic inexorabilis erat. Titus enim & Philippo regiam dignitatem conſeruauit: & in ætolos benignum exercuit animum. Philopœmen inſtigante ira adiacentium tributa uicorum patriæ ademit. Item alter ſemper ĩ eos de quibus bene meruerat: cõſtãs ſtabiliſq; permanſit: alter ex iracundia incohatam celeriter gratiam ſoluturus erat. Nãq; cum Lacedæmonios plurimis ãtea beneficiis affeciſſet: poſterius muros ſubuertit agrumq; uaſtauit: & ipſa deniq; reipub. inſtituta permutauit atq; corrupit. Indignatione quoq; ac intempeſtiua quadam peruicacia uitam abieciſſe uiſus eſt: qui dum acerbius q̃ ſatis erat: in Meſſanam urget impetum: non more Titi omni conſilio & ratiõe ad tutelam imperatoris uſus artibus. Philopœmenis peritia præliorum & trophæorũ multitudine firmior. Illi enim obuenit: ut in eo bello quod aduerſus Philippum gerebatur: rem duobus dũtaxat præliis cerneret. Hic autem infinitas ſtrenue committens pugnas in decertandi ſcientia ne unam quidem fortunæ temeritati dimicationem permittendam exiſtimauit. Præterea ille florentiſſima Romanorum potentia fruens: hic marceſcente iam Græcorum imperio epullulans nominis celebritatem & gloriam conſecuti ſunt. Quocirca quicquid magnifice confectum eſt: huius quidem priuatum: illius autem commune opus cenſeri debet. Ille nãq; bonis & fortibus præfuit: hic præfectus equitũ creatus bonos & fortes effecit. Prælia cum Græcis commiſſa acre ſane non fœlicitatis ſed uirtutis argumentũ ac demonſtrationem præbuere: q̃ ſi æqualia cætera dentur: uirtutis certe priores partis habet. Nam aduerſus Græcorum bellaciſſimos cretas & Lacedæmonios bellum gerẽs: magis atq; magis uafros dolo: fortiſſimos uero audacia ſuperauit. Ad hæc Titus ex ſubiectis & maiorum ſuorum inuentis uictor euaſit: bellandi ſolertia & collocandi agminis inſtructione ſicut aliunde doctus acceperat utens. Cæterum Philopœmen ordinem & earum rerum diſtributionem intulit ac uariauit. Eapropter commodiſſimum conſequendarum uictoriarum artificium alteri quidẽ cum non adeſſet inuentum eſt: reliquo cum adeſſet adiumento fuit. Philopœmenis multa & ingentia opera hoſtem manu feriendo claruere: alterius nulla. Quin ætolus quiſpiam nomine Archedemus illum carpere ſolebat: q̃ cum ipſe contra pugnãtes macedonas & confertiſſimos hoſtes nudo incurſaret enſe: Titus ſupinas in cælum manus tendens ſtaret deos in uota defatigans. Tito nimirum & duci & legato: ut honeſta cuncta conficeret: obuenit. Philopœmen non ſane deteriora præſtitit: nec ſe priuatus ſegniorem: q̃ Achæorum imperator præbuit: priuatus ex Meſſana Onabin tyrannum eiecit: Meſſeniiſq; libertatem reddidit: priuatus quoq; Diophanem prætorem & Titũ aduentantes ex Sparta occluſis portis amouit: Lacedæmonioſq; ſaluos fecit: ſic imperatorium habens ingenium non modo pro legibus ſed & legibus imperare uincente utilitate nouerat. Nec ei ut ab ſubditis imperandi officium caperet opus erat: ipſis tãtũ ubi tempus depoſceret uſurus eũ qui pro ſubditis ſaperet magis q̃ qui ab ſubditis deliceretur: ĩperatorem eſſe exiſtimãs. Generoſi animi benigni & perhumani Titi in Græcos opa. Generoſioris animi fortioris & libertatis amore facta flagrãtia Philopœmẽis

in romanos. Etenim facilius gratiam egenis impartire: q̃ potentioribus infestum obsi stere. Post q̃ igitur hunc in modum excussis ac disquisitis ambobus contemplatu sub obscurior differẽtia est: animaduerte: nũquid homini Græco bellicæ peritiæ & impera toriæ artis coronam: Romano autem iustitiæ ac bonitatis palmam reddẽtes arbitri mi nime contemnendi fore uideamur.

ARISTIDIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LEONARDVM ARRETINVM VERSA.

ARISTIDES LYSIMACHI FILIVS EX ANTIochide tribu & populo Alopeceno ortus est: de cuius fortunis ac facultatibus penes scriptores magna uari etas est. Sunt enim qui eum ita egregie inopem fuis se commemorent: ut & in summa tenuitate uixerit: & uita functus duas filias reliquerit: quæ multis ānis nubiles egestatis causa sine maritis fuerunt. Hoc tã &si complures patronos ac defensores inuenerit: con tra tamen in eo libro qui Socrates inscribitur: Deme trius Phalereus eum locupletem fuisse auctor est. A pud Phalerios enim fundũ qui Aristidis extitisse dici tur: cognoscere se refert: ubi ipse sepultus ẽ. Eius domum opibus abũdasse plæraq; ar gumento sibi sunt: & illud in primis: q̃ magistratum illum īsignem fabis ac suffragiis sortitus est: qui maximo censu censitis obuenire solebat: quos quingẽtum modiũ uul gus appellat. Secundum autem relegatio: quam exostraciſmum uocant: nullos enim inopes sed amplissimo loco natos: & qui superbia ac tumore cæteris anteirent: in exili um id genus missos esse. Tertium & extremum ẽ: q̃ ī Liberi patris templo tripodes ui ctoriæ uoto ad celebritatem dedicatos reliquit: qui in nostrã etiam ætatem hoc epigrã mate seruant̃: Antiochis tribus uicit: Aristides ludis præfectus fuit: Archestratus docu it. Hoc tam &si maximi momenti speciem præ se ferre uideatur: minimum tamẽ pon dus habet. Nam & Epaminundas: quem omnes mortales a pueritia uitam tenuiter e gisse sciunt: & Plato philosophus non ignobiles ludos ediderunt: quorum alter per ti bicines alter per cũctos circos celebritatem nobilitauit: cum huic Dion Syracusanus E paminundæ uero Pelopidas sumptus ipsos suppeditauerint. Haud iniuria quãdo bo nis uiris cum amicorum donis perinde ac inexorabile bellum indictum non sit: sed cũ ab illiberalibus munenbus: quæ lucri quæstusue causa suscipiuntur: abhorreant: si tẽ poris maturitas obuenerit: ea non repudiabunt: quæ honori laudi ac splendori cõiun cta sunt. Panetius uero Demetrium carpit: qui errore nominis captus in iis quæ de Tri pode scripsit mentitus est. Nam quæcunq; aduersus Persas gesta sunt usq; ad Pelopõ nesiaci belli finem memoria repetens solum duos Aristidas ludorum præfectos uicto res īscriptos fuisse tradidit: quorum neuter Lisymachi filius fuit: sed alter quidẽ Xeno philo patre natus est: alter uero longe posterior: ut & post Euclidem scripta declarant:

& inſcriptus inſuper Archeſtratus: quem medicis temporibus nemo nec Peloponeſiacis plærique chori magiſtrum fuiſſe prodiderunt. Verumenimuero quod a Panetio dicitur diligentius conſiderandum eſt. De relegatione autem quis dubitat eos qui uel gloria uel generis nobilitate uel eloquentia maxime præſtarent: oſtraco ideſt huiuſcemodi exilio q̃primum electos eſſe? Quo in numero Damon Periclis præceptor eſt: qui cũ plus ſapere uideretur: q̃ oporteret: hũc in modũ urbe exactus eſt. At Idomenæus ſcriptum reliquit Ariſtidem non ſuffragiis aut fabis ſed Athenienſium delectu illo magiſtratu functum eſſe: quem ſi poſt plateenſe præliũ geſſit: ut a Demetrio refertur & ueriſſimum eſt: ipſe magna gloria & magnis rebus geſtis in eo loco ciuitatis propter ſummam uirtutem conſtitutus eſt: quem reliqui propter diuitias capeſſerent. Sed certum & exploratum eſt non ſolum Ariſtidem uerum etiam Socratem inopia quaſi grauiſſimis malis a Demetrio liberatos eſſe. Hunc enim non ſolum domum peculiari iuri ſuo uendicaſſe: ſed etiam ſeptuaginta minas Critoni fœnoris cauſa mutuaſſe perhibet. Ariſtides uero Eliſthenis: qui poſt exactos tyrannos rempub. conſtituit: factus ſocius ſupra cæteros: qui ſe ad gubernandas ciuitates contuliſſent: Lycurgum Lacedæmonium admiratus & imitatus ẽ. Eum enim ſtatum maxime probauit: in quo bonis & optimatibus primus locus eſſet. Aduerſus eum plæbs ac multitudo Themiſtoclem Neoclis filium coluit: & gratia & ſtudio proſecuta ẽ. Eos a pueris cum una educarẽtur prope ſingulis & iocoſis & ſeriis in rebus ac uerbis contendiſſe: ſuiſq; controuerſiis utriuſq; naturam mores inſtitutionem q̃primum detexiſſe: multi auctores ſunt. Nam ut hic leuitatem temeritatem calliditatem & in omnes impetum: ſic Ariſtides cõſtantiam moderatiam æquitatem præ ſe tulit: qui nec mendacium nec in Deos intẽperantius dictũ nec fraudem uel ioco probare potuit. Horum ĩter ſe animos (ut Ariſtoni chio placet) amoris contentio quædam primum abalienauit. Steſiliam enim chiam: quæ ſpecie uultus ac corporis forma primaria erat: uehementius q̃ par erat depenbant. quinetiã poſt q̃ illius uenuſtas defloruit: graues inimicitias: quas huius leuitate cauſæ inuicem ſuperiori tempore conflauerant: retinuere. His rebus incenſi hoc quaſi præludio fræti conflictationes ſuas ſtatim in ipſam rempub. contulerunt. Quocirca Themiſtocles facilitatis artibus inſtructus adeo grandem ac popularem potentiam eſt aſſecutus: ut cuipiam eum admonenti optimo iure principem Athenienſium futurum: ſi cunctis æqualis & communis eſſet: reſponderit: nunq̃ profecto ea in ſella ſedere ſtatuiſſem ex qua mei ſtudioſi nihil amplius a me q̃ alieni habituri eſſent. Ariſtides autem: cui propria ĩ repub. uia conſtituta erat: animum induxit primum ne ſocii quenq̃ ſuo conſenſu iniuriis afficerent: aut nequaq̃ uereri quicq̃ negare: quod cuipiam mœrorem ĩferret. Deinde eam amicorum poteſtatem declinauit: qua uelut peccandi licẽtia plæroſq; frætos obſeruabat. Grauiter enim & uere ſibi perſuaſerat: hoc dũtaxat gaudio bonum ciuem affici: ſi uita & oratione quæ iuſta & recta eſſet: conſtantiſſime defenderet: quo uitæ inſtituto parumper deflectere coactus ẽ: cum Themiſtocles temeritate quadam ut ei reſiſteret: ac ipſius auctoritatem refringeret: multa in rep. commoueret. Vnde ei aduerſatus interdum quædam in eum tutatus ẽ: & ne ab ipſo nonnulla fierent: eo conſilio p̃hibuit: ut Themiſtoclis poteſtati: quæ multitudinis gratia creuerat: nihil accederet: præſtantius ac ſalutarius ratus: ſi aliqua ex iis: quæ ad ciuitatis utilitatem conducerẽt: prætermitterentur: q̃ ſi factis ex eius ſcientia decretis ſupra modum poſſet. Deniq; cũ Themiſtocle auctore commodum ac neceſſarium quippiam deliberatum eſſet: & Ariſtides fruſtra contradixiſſet: haud ſibi temperauit: quin cum ex concione diſcederet: clara uoce teſtatus ſit: niſi Themiſtoclem & ſeipſum in Barathrũ coniicerent: rem Athenienſium ſaluam eſſe non poſſe. Rurſus ad populũ rogationem ferebat: quam cũ ſibi uehementius exibilatum ac repugnatum eſſet: reuocauit: tam & ſi cõſilii principẽ populum rogaturum eſſe: & plurimos in eam ituros plane cognoſceret: quoniam interalterandum decretum illud reipub. detrimento fore didiciſſet. Ad hæc in concione ſæpe

nõnullos earum rerum:quas erat cõmẽtatus:auctores ſubiecit:ne ꝑpetua Themiſto clis altercatio ac diſſẽtio cõmuni utilitati ĩpedimẽto eſſet.Eius in conuerſiõe reꝫ urba naꝫ cõſtãtia laude & admiratiõe digniſſĩa uideť.Nec.n.ulli honoꝫ gradus ipſius ani mi magnitudinẽ extulerũt:nec ulli caſus aut offẽſiones demiſerũt.Vbi ſe ad remp.cõ tulit:ſibi nimirũ pſuaſit:etiã nulla pecuniaꝫ nulla gloriæ mercede ꝓpoſita ĩ officio p manendum eſſe.Quo factum eſt:ut cum ĩ theatro uerſus:quos Eſchilus ad Amphia rum ſcripſit:referrentur:hic eſſe iuſtus ac uideri : qui nihil auet : magnos profundi pectoris fructus legens : Conſilia de quo germinant clariſſima : omnes in Ariſtidem oculos conuerterent:uelut in eum cui optimo iure ĩ hoc uirtutis genere primas partes ſine controuerſia tribuerent.Sic igitur inſtitutus erat:ut nõ modo popularibus in cau ſis:quibus ſe beniuolentia ciuium muniret: acerrimus æquitatis defenſor eſſet: ſed ut eam fortiſſime ac ſeueriſſime tueretur:nullus iracundiam nullus inimicitiam nullus denique ſimultatẽ declinaret.Qua de re memoriæ traditũ eſt:cũ aliquando quẽpiam in iudicium uocaſſet:& ii qui rem illam iudicabant poſt Ariſtidis accuſationẽ reũ cau/ ſam dicentem audire nollent:quin ſuffragia quibus eum damnarent extẽplo poſtula rent:aſſurgens Ariſtides ſupplex apud iudices interceſſit:ut illum : quẽadmodum le/ gibus ſtatutum erat:diligenter audirent.Rurſus arbiter ĩter duos delectus:cum alter ut ipſum ĩ aduerſarium magis ac magis afficeret extra cauſam plæraq; illius in Ariſti/ dem maledicta recenſeret : hæc miſſa faciamus ait:tu uero bone uir ſiquid in te cõmi ſit explica:quoniam in præſentia tibi non mihi iudicium exerceo.Fiſci poſtea ꝓcura/ tor deſignatus non ætatis ſuæ ſolũ magiſtratus ſed & ſuperioris multa quæ ad remp. pertinebant ĩ rem ſuam uertiſſe declarauit.In primiſq; Themiſtoclem:qui tam&ſi ſa piens uir parum tamẽ continentes manus habuiſſe iudicatur . Quapropter collectis operis ſuis Ariſtides ab ipſo accuſatus & ut Idomenæus refert repetundarum damna tus eſt.Quæ res cum optimatibus acerba & grauis eſſet:Ariſtides non modo illo mul ctatitio argento liberatus ſed de integro huic ipſi curæ refectus eſt,quo in munere uni uerſam mutaſſe adminiſtrationis rationẽ ſimulauit. Iis ſiquidẽ qui reip.prouẽtus ſi bi per iniuriam uendicaſſent:leuis ac facilis uidebatur:ut qui nec eos more ſuo graui/ ter perſequeretur:nec ut diligentiſſime rationem redderent laboraret. Quo facto om nes:qui expilatione ciuitatis locupletabantur:Ariſtidem ferre in cælũ laudibus : & ſũ mo ſtudio populo blandiri:ut iterum eum ad hoc munus deligeret . Qui cum nõ ſuf fragiis ſed porrigenda manu magnã ſignificationẽ uoluntatis declaraturi forent : Ari ſtides eos hunc in modum acriter increpuit:Cum probe inquit integreq; remp. admi niſtro:exiſtimationẽ meam multis maculis aſpergitis:cum autem urbanis expilatori bus multũ cum fraude concedo:me quaſi ſumma uirum & ciuem admiratione digniſ ſimum reputatis.Quæ cum ita ſint Atthenienſes:iis honoribus:quos mihi nũc decer nere contẽditis:ut ego ſentio plus mihi dedecoris & turpitudinis affertur:q̃ prius alla/ tum eſt:cum mihi repetundaꝫ mulctam irrogaſtis.Quãobrem magnopere me ueſti ri miſeret apud quos ĩprobis obſequi glorioſis eſt : q̃ fortunas publicas conſeruare. Hæc cum dixiſſet & in huiuſcemodi furta uehementer inuectus eſſet:eos qui ſue lau dis buccinatores ac patroni fuiſſent tacere fecit:ſolidã inde & expreſſam quandã glori am iuſtiſſimis ex cauſis adeptus.Poſtq̃ Clathis a Dario miſſus uerbis quidem ut Athe nienſes:qui Sardis igni uaſtauerant : pœnas darent:re uero ipſa ut græcos in ius diti onẽq; ſuam redigeret:omnibus copiis ſe Marathona recæpit:populationibus ac præ dis in agros hoſtium impetum fecit.Hoc in bello Athenienſes decẽ imperatores præfe cẽrunt:inter quos dignitate gloria & potentia Milciades primas ſecundas autẽ Ariſti des partes habuit:qui cum ſua ſententia in bello gerendo Miltiadis conſiliũ cõfirmaſ ſet:magno profecto momento fuit.Duces enim eius collegæ cum ſic ĩter ſe ſtatuiſſẽt: ut in ſingulos dies rei ſũma ad unum deferretur:ipſe cum ea ſibi obtigiſſet : ius impe rii & auctoritatẽ ſuam in Milciadẽ contulit: & ſocios principes docuit melioribus ac

prudentioribus parere ſine ulla turpitudinis nota: ſalutare ac decorum eſſe. Hūcī modum animos pacans ac mitigans contentiones: eos induxit ut quieto animo unā optimam ſententiā cōmuniter uſurparent. Quod Milciadis imperiū perpetua poteſtate firmiſſimū reddidit. Vnus. n. quiſq; Ariſtidis exemplo ſe ab hoc collato ī diem munere ſponte abdicans Milciadi ſuo ex iure conceſſit. Dehinc cum Athenienſes media acie conſtituti interpugnandum ualde laborarēt: & Barbari ſatis ſupq; diu Leontidē ac Antiochidē tribu urgerent: Themiſtocles & Ariſtides e regione ſtructis interagminibus ſtrenue ac fortiſſime dimicauerunt: quoꝝ alter ex Leontide: Ariſtides autem ex Antiochide tribu erat. Ii cum Barbaros cædentes in fugā uertiſſent: acri impetu naues adorti ſunt: quæ cum ad inſulas (ut ipſi cernebant) nō ſe tranſmitterent ſed in uētorum ac tempeſtatis uexatæ ui Atticam terram repente referrentur: ueriti ne urbs ſine militibus ac defenſoribus deſtituta in poteſtatē hoſtium ueniret: in patriā nouē tribus ſubito reducere ſtatuunt: quod eadem die magnum itineris ſpatium emenſi conficiūt. Ariſtides ſua cum tribu Marathone cuſtodiæ relictus ut captiuos prædāq; ſeruaret: opinionē quā de ſuis moribus præſtiterat: non fefellit. Nam cū argenti & auri uis paſſim & ueſtimētorum omnis generis ac in tabernaculis īnumerabiles pecuniæ & in nauigiis eſſent: quibus Barbaros nudauerant: nec ipſe cōtrectare quippiam uoluit: nec ut ab aliis attingerentur paſſus eſt. Quapropter ſubreptiones nullæ factæ niſi ſi quis eo ignaro nōnihil prædæ ſibi ademerit: ut de Callia antiſtite traditum eſt. Quem cum Barbarus errore comæ ac coronæ captus quaſi regem adoraſſet: comprehenſa dextra ei ubi magnum auri pondus a Barbaris defoſſum erat: indicauit. Callias crudelitate ac iniuſtitia: quibus reliquos homines anteibat: frætus aurū capit: & hominē neſcio rumuſculis res ad alios deferrēt immaniſſime necat. Hīc a Comicis cæteri qui ex Calliæ familia fueat laccopluti ideſt ex foſſa locupletati cognominati ſunt: cum locum illum caperent ubi comperto auro Callias dives factus eſt. Ariſtides extemplo magiſtratum ex quo ſīgularē laudem comparauit iniit. Demetrius autem Phalereus ipſū poſt Platenſē pugnā paulo ante mortem hoc munere functum eſſe ſcribit. In iis uero poſt Xantippidē inſcripti ſūt: cuius tempore apud plateas Mardonius profligatus eſt. eius nominis inter multos neminē accepimus. Cæterū poſt Phampum: in cuius magiſtratu ex prælio quod apud Marathona geſtum fuit uictoriam retulerunt: Ariſtides illico princeps īſcriptus eſt: qui cum omnis uirtutis tum maxime æquitatis ac iuſticiæ apud populum periculum fecit: quæ ad ſummā ſemper multitudinis utilitatē ac fructum referuntur. Ex quibus Ariſtides quāq̄ uir inops & plæbeius regium tamem in primis ac diuiniſſimū iuſti ſcilicet cognomen aſſecutus eſt. Quod nullus unq̄ rex aut tyrannus appetiuit: ſed urbium expugnatores fulmina uictores aquilas accipitres appellari ſe ingenti cum uoluptate uoluerunt. Quāobrem quia uiribus & potentia potius ut cōſtat q̄ uirtute gloriam conſequi cupiere: Deus cui ſe ſimillimos efficere ſtudio cura opera conātur: iis tribus maxime præſtare cæteris omnibus uidetur īmortalitate ſcilicet poteſtate atq; uirtute: e quibus nihil uirtute pulchrius nihil honeſtius nihil diuinius eſt. Quid ni? nam & inanē & elementa natura ſua non intereunt. Terræmotus autem fulmina uentorum impetus ac fluuiorum curſus ingentem poteſtatem habent: ſed nihil diuinum eſſe poteſt: niſi quo prudentia ac ſapientia præditum ius faſq; ſibi comparārit. Proinde cum tria ſint: quibus omnes ad deum reuocantur: beatitudine uidelicet metu ac honore: eū quidē beatū exiſtimāt q̄ eā uitā uiuat: quæ cunctis ſæculis conſequentibus eadem ac immortalis futura ſit. Propter ſummam uero potentiā non timere non poſſunt. At iuſticia cauſa eſt cur ament honorēt colant. quæ quāuis ſic ſe habeant: ipſi tamē īmortalitatē: quā natura ſua nō patitur: & poteſtatē cuius plurima pars ī manu fortunæ poſita eſt: concupiſcunt. Virtutē autem cuius ſolius ex rebus diuinis particeps eſſe poſſumus: poſthabent atq; abiiciunt: īſipienter quidē: quoniā illud uiuēdi genus: quod maximis copiis opibus prīcipatibus nititur: ſi cū iuſticiæ dignitate

coniungitur diuinũ fit: ſin diſiungitur a fera & agreſti uita nihil diſtat. Hoc igitur fũdamẽtum cum primum Ariſtidi gratiam & auctoritatẽ: conſequẽti uero tempore odium ac inuidiam conflauit: præſertim cũ Themiſtoclis ſermones paſſim in uulgus diſſiparentur: quorum ſumma erat Ariſtidem hac ſua iudiciaria conſuetudine & forenſi poteſtate clam ſublatis iudiciis ſie ſtipatoribus ſibi regnum comparaſſe. Ciuitas quoq; uictoria iam inſolens facta atq; maximarum rerũ auida ægre ferebat: cum quoſdã auctoritate & gloria anteire cæteros audiret. Itaq; poſtq̃ frequens undiq; in urbem conuenit: Ariſtidẽ Oſtraco in exilium non affectati regni ſuſpicione: ut præſe ferebãt: ſed gloriæ illius inuidia relegant. Non enim Oſtraciſmus improbitatis caſtigatio eſt: ſed ad honeſtandũ facinus elationis: ac grauioris poteſtatis moderatio & pœna dicebatur. Erat ſiquidem humana liuoris conſolatio: quæ cum haud intolerabilis eſſet: mœrorẽ ac dolorem: quem cuiuſpiam amplitudo peperiſſet: ſuis ex finibus decẽ ãnos extermi naret. Poſtq̃ autem improbos ac humiles huic mulctæ ſubiici cœptũ: & poſtremus omnium Hyperbolus id genus exilii mulctatus eſt: mos ille deſtitit. Eum uero hac de cauſa relegatum nonnulli tradiderunt: Alcibiades & Nicias cum in ciuitate plurimũ poſſent: magna diſſentione factionũ prĩcipes erant: qui partium ſtudiis q̃ primũ proſpẽxerunt Oſtracum ſcriptionis gratia in eorũ alterum peti: una congreſſi communi conſilio cum ſuis complicibus egerunt: ut Hyperbolus hoc exilii genere plecteretur. Deinde facti indignitatem animaduertens populus: q̃ rei magnitudini abiecti hominis dãnatio contemptũ & turpes ĩmiſiſſet maculas: deinceps Oſtraci conſuetudinẽ pœnitus antiquauit: quæ ſcriptis noſtris hunc maxime in modũ adũbrari poteſt: Oſtraci ideſt calculi uiritim in conſilio dabantur: & in eis quiſq; quẽ ex ciuibus urbe cedere uellent: litteris indicabant: quẽ poſtea in unum fori locum cancellis circunſeptum deferebãt. Magiſtratus uero quibus negociũ dabat̃: primum quidẽ uniuerſos ſimul recenſebãt: qui niſi ſex milium numerum exceſſiſſent: nihil cõfectum eſſet: poſtea unius cuiuſq; calculis ſepoſitis: eum quem pluribus ſententiis damnatum cognoſcerent: decẽ annos extorrem fore declarabant: ea tamen conditione ut fructus ſuos capere liberum ſibi relinqueretur. Multis itaq; (ut unde diſceſſit reuertatur oratio) ĩ Ariſtidem ſcriptis: ignoratione litterarum nonnulli pœnitus agreſtes Oſtracum ſuũ Ariſtidi uelut uni ad quẽ nihil tale pertineret: ut in Ariſtidem ſcriberet̃: porrexerunt. Hic cũ multitudinis aduerſus ſe concitate ſtudium admiraretur: quæſiuit: num ab eo quẽ in exilium mittere ſtatuiſſent mali quicq̃ perpeſſi eſſent. Cui nihil ſibi mali factum nec a ſe uirum cognitũ eſſe ſed moleſte ferre dixerunt: q; omnibus in locis huncipſum iuſtum audirent. Quæ cum accepiſſet Ariſtides nihil locutus illis quẽadmodum contenderãt in ſcriptũ Oſtracum rediit. Dehinc concedens ex urbe manus ad cælum tẽdens non ſicut Achilles græcis iratus deprecatus eſt: ſed ut Athenienſibus quæcũque uellent ſic bene fauſte fœlicĩterq; euenirẽt: ut Ariſtides ſibi nunq̃ ueniret ĩ mentem. Tertio poſt anno cum Xerxes per Theſaliam ac Boetiam ductaret exercitum: & Atticam adoriri ſtatuiſſet: Athenienſes antiquata lege exules reſtituere Ariſtidis cauſa præſertim: quem omnes ſi cum hoſtium copiis iungeretur reip. pernitioſum fore: & complures eius auctoritate & gratia ciues ad Barbarum defecturos: formidauerant. Sed eorum q̃ falſo metu præoccupatus animus fuerit res hæc teſtimonio erit. Antea enim q̃ reditũ eius decreuiſſet ciuitas: nihil ſibi fuit antiquius q̃ ut græcos ad libertatem hortaretur: ſolicitaret & ſtudioſos & ardentes inflãmaret. Poſt reuerſionis ſuæ decretum Themiſtoclem: cui rerum ſũma cõmiſſa erat: cunctis ĩ rebus conſilio opera diligẽtia iuuit: & cõmunis ſalutis gratia inimiciſſimum ſibi laude & gloria ornatiſſimũ ac cumulatiſſimum præſtitit. Cum Euribiades Salaminã deſerere deliberaſſet: & regiæ Triremes noctu trãſuectæ circunſtarẽt: tranſitumq; ad inſulas corona cinxiſſent: cunctis rei huius ignaris Ariſtides aditis mille periculis ex Aegina p hoſtium claſſem traiiciens in tempore profectus eſt. Subinde noctu ad Themiſtoclis tabernaculum uenit: quẽ ſolum euocatum remotis arbitris ſic

alloquitur: Noſtræ partes ſunt Themiſtocles: ſi ſapimus: ut iam inani ac puerili diſſẽ ſione poſita: nouam de ĩtegro ratione ineamus: ut ſalutari ac honeſtiſſimo certami- ne contendentes: tu quidem imperio ac poteſtate: ego autem miniſterio græciam terrã conſeruemus. Quam ad rem tu ſolus optimã ſententiam attigiſſe ac probaſſe mihi ui deris: cum inter anguſtias de maturando nauali prælio decreuiſti. ꝙ ſi contraria ſocio- rum deliberatio nobis eſt: hoſtes: ut augurari cõiectura poſſumus: quodãmodo nobis adiumento ſunt: quorum nauibus uicinum mare a latere a fronte a deniq; omni par- te tenetur: ut etiam qui ſua ſpõte dimicaturi non ſunt: rebus deſperatis ſtrenue ac for titer manum conſerere neceſſitas cogat. Eum enim ĩ locũ deducta res eſt: ut nulla fu- gæ uia reliqua ſit. Ad hæc Themiſtocles uellem inquit o Ariſtides: ut in hac re mecum inito certamine ſuperares: ideoq; nihil prætermittã: ut tecum hoc honeſto contẽtionis genere decertans re ac factis ſuperior ſim. Deinde fraudẽ qua Barbarũ circũuenire mã- chinabatur patefecit: & ut Euribiadi ſuadeat nullam niſi ĩ nauali prælio ſalutis opem relictam eſſe cohortatur. eius enim fidem pluris faciebat. Ex quo Cleocritus Corĩthius imperatoribus in concilio coactis : cum Themiſtoclem de ſentẽtia deiicere cuperet: di xit: nec ipſi Ariſtidi qui præſens tacet conſilium eius probari . Cui ſic refragatus Ariſti des non tacerem inquit: ſi Themiſtocles quæ contra remp. eſſent in medium afferret: nec hoc tempore eius beniuolentia & gratia ſed decreti collaudatione tacebam. Hæc a græcæ claſſis præfectis agebantur. Ariſtides autem ut animaduertit Pſytaliam ĩſulam haud ſane magnã: quæ in tranſitu Salaminis ſita eſt: hoſtium copiis refertam: impoſi tos leuibus nauibus promptiſſimos in eam tranſmiſit: ubi collato Marte Barbaros ui- cit ac dele uit. Omnes enim in eo prælio deſiderati præter nonnullos clariſſimos ac pri marios homines: qui uiui capti ſunt. Hoc in numero tres Sanclauces ſororis regis filii erant: quos cum Ariſtides extemplo ad Themiſtoclem deferri curaſſet: Eufrantidis ua tis iuſſu crudo libero patri ſtatim immolauit. Extrema inſulæ ſtationibus militum cõ muniens: inſidias in illos qui tranſueherentur ita diſpoſuit: ut nec inſultus ſuis cædẽ nec hoſtibus fugã afferre poſſet. Hoc in loco quia magnis nauium conatibus ac ſũmis uiribus decertatum eſt: trophæum erexit. Prælio iam confecto Themiſtocles Ariſtidis animum tentare uolens illuſtres inquit res geſſimus cõfiteor: ſed ut uidere uideor: re- ſtat: ut illuſtriores conficiamus: ut ſcilicet Aſiam in Europa capiamus . id facile conſe quemur: ſi confeſtim ad Helleſpontum annauigãtes pontẽ refrĩgemus. His dictis Ari ſtides ut hæc miſſa faceret iuſſit: at uero potius quo pacto q̃primum Medum e græ- cia eiiceret: omni cura induſtria uigilantia cogitaret: ne tãtus militum numerus ſubla- ta fugiendi facultate coactus ad dimicandum conuertatur. Quæ cum audiſſet Themi ſtocles: rurſus Aruacẽ Eunucum unum ex iis qui uiui in deditionẽ accepti erant inter- nuntiũ emittit: ut clanculum regem edoceat græcos ad anguſtias tranſmittere & põtẽ reſcindere properantes ut eius ſaluti conſuleret animaduertiſſe. Is igitur hoc nũtio ac cepto confeſtim inde caſtra mouit & trepidatione ac metu plenus quãta celeritate po- terat ad Helleſpontum contendit. Quicquid uero floris & roboris in exercitu fuit (tre- centa autem ferme milia militum erãt) Mardonio duci reliquit: qui firmiſſimus pede ſtribus copiis confiſus adhuc magno terrori græcis erat: quibus minitabũdus hunc in modum ſcripſit: Viciſtis maritimis lignis terreſtres uiros omni ex parte naualis artis i- gnaros: Ecce nunc ampliſſima ac fuſa Theſſalia atq; Boetiæ campus ampliſſima loca ſunt: ubi recta ac iuſta pugna uera uirtute magno equitatu ac peditatu de ſumma reꝝ decernamus. Athenienſibus autem regis nomine litteras miſit: quibus in fidẽ ſuam re cæpit eorum urbem ferro igniq; paſſim deuaſtatã reædificaturum: & ipſis magnũ au- ri pondus daturum: eorumq; ciuitatẽ totius græciæ prĩcipem facturum: ſi bello quod nunc aduerſus græcos gereret abſiſterent. Id cum Lacedæmonii reſciſſent: magnopere ueriti legatos Athenas dimittunt: orant: ut liberos & uxores Spartam uenire iubeant: grandioribus quoq; natu ſe lubenter alimenta ſuppeditaturos. Peruaſtatis enim agris

& urbe eo res deducta erat: ut populus non modo caritate uerum etiam fame grauiter laboraret: quod quãq; sic se haberet: nihil tamẽ actum est. Hæc enim cum a legatis accepissent: grauissimam Aristidis sententiam qua sic Lacedæmoniis responderetur secuti sunt: Hostibus minime succensere Athenienses: si res omnis auro atq; opibus uenales existiment: penes quos iis imbecillis & commutabilibus pecuniæ mẽbris nihil pulchrius nihil præstãtius nihil amabilius est: subirasci autẽ Lacedæmoniis: qui necessitatem solũmodo atq; inopiã: quibus per id tempus laborent: diligenter animaduertãt: uirtutem autem suam & laudis & gloriæ cupiditatẽ obliuiscantur: cum ĩ animum sibi inducere contendant: ut cibaria mercede sua armis pro salute græciæ dimicent. Hæc cũ Aristides scripsisset: legatis in concilium introductis Lacedæmoniis renuntiari iussit: Athenienses erga græcorum libertatem sic animatos: ut nullum tantum auri pondus supra subterq; terram sit: quo adduci possint: ut ipsum saluti græciæ anteferrent. Mardonii quoq; legationi respondit: Quousq; hic quem uidetis sol cursum hunc currere perget: Athenienses cum Persis belligerabunt: ut absumptos fines suos & uiolatas ac demolitas sacras ædes ulciscantur. Sacerdotes etiam publice execrationes indicere constituit: si quis caduceatoribus missis de fœderis pacis amicitiæ conditionibus cũ medis ageret: aut græcorum societatẽ deferret. Mardonio ubi omnis mentio pacis excidit rursus exercitum in Atticam inducente: Athenienses denuo Salaminæ refecti sunt. Aristides Lacedæmonem missus eorum ignauiam tarditatem ac negligentiam grauiter castigauit: quibus factum esset: ut Barbari de integro Athenas recepissent. postremum orabat ut græciæ: quæ reliqua erat: saluti ope ac auxilio non deessent. Ephori ea re audita subsequẽti nocte (nã interdiu Zacynthiorũ celebritate ciuitas ludis & ocio teneri uidebatur) quinq; milia Spartiatarum: quorum unusquisq; septẽ secũ ilotes trahebat: insciis Athenienſibus emittunt. Paulopost Aristides cum se nihil impetrare censeret: aspere rursus societatis eos admonens reuertitur. Id cum risu Ephori exciperent eumq; garrire & sõno intentũ fuisse dicerẽt: suum siquidem iam apud Oresum aduersus externos (sic enim Persas appellant) proficiscentem exercitum esse. Tum Aristides respondere: cauillandi ac ridendi tempus non esse: nec ipsos amicos inimicorum loco fallere ac decipere pulchrum. Hæc ab Idomenæo traduntur. In eo autem decreto quo Aristidi assensum est apparet non ipsum sed Cimonem Xantippum & Mironidem hoc legationis officio functos esse. Cæterum Aristides omnium consensu imperator ad id prælium creatus cum octo milibus Athenienſium militũ Plateas uenit: ubi cum Pausania se coniunxit: qui quoniam græcis unus princeps erat cõstitutus: maximas undiq; tũ ex Sparta tũ ex cætera græcia copias contraxerat. Barbaris uero adeo innumerosa multitudo præsto fuit: ut nullus penes Asopum fluuiũ collatis castris terminus esset. Sarcinas autem & impedimẽta cæteraſq; preciosas res in mediũ coniectas muro quadrato circũuenierũt: cuius latera quaq̃uersũ denũ Stadiũ longitudine procedebãt. Pausaniæ græciſq; comiter Tisamenus Elienſis Augurali sciẽtia præditus portendi uictoriam prædixit si scuto potiusq̃ ense uterentur: præsagiebat enim eos uictores fore si in hostem non progrederentur: sed ultores Barbarorum impetum exciperent. Cum autẽ Aristides Delphos misisset responsũ hoc relatum est: Hoc in prælio Athenienses superiores futuros: si uouerẽt Ioui Iunoni Citharoniæ Pani Nymphis Sphargiticis: si Semideis quoq; Androcati Leuconi Pisandro Damocrati Hypsioni Actæoui Polyido sacra facerent: & in campo Cereri Eleusinæ atq; Proserpinæ: dicato periculum intra fines suos facerent. Hoc oraculo renunciato Aristidis anceps cura fuit. Heroes quibus facere ĩperatum erat auctores Plateenſium fuere. Sphargiticarumq; nympharum antrum ĩ altero Citharonis uertice extat: quod ad æstiuum solis occasum uergit: ĩ eoq; (ut aiũt) respõsa superiori tempore dari solebant: ubi accolarum multos numine afflatos asseuerent: quos Nympholeptos ideſt a nymphis captos appellabant. Campus autẽ Cereris Eleusinæ uictoriæ significatio: si suos intra terminos cum hoste pugnarẽt: iterum

Athenienſes in Atticam reuocabat ac traducebat bellum. Interim Arimneſtus Plateenſium dux per ſomnum a Ioue conſeruatore: quod græci facturi eſſẽt: ĩterrogari uiſus: ad Iouem conuerſus hunc ĩ modum reſpondit: Die craſtina ſumme rex motis caſtris apud Eleuſinã conſidebimus: quo in loco Pythio fræti conſilio ui & armis manus cũ Barbaris cõferemus. Cui tum Iupiter eos pœnitus falli ac decipi monuit: ea ſane quæ Pythius iuſſiſſet prope Plateenſem agrum ſi quærerẽt inuẽturos. Iis per quietem manifeſte uiſis Arimneſtus ſomno excitus & prudentiſſimos ciues & ætate maxime profectos confeſtim accerſit: quibus cum multis uerbis ultro citroq; cõgreſſus ſub Cithæronẽ penes Nyſeos uetuſtiſſimũ templũ ſtare deprehendit: quod (ut fama eſt) ipſi Cereri Eleuſinæ atq; Proſerpinæ dicatum eſſet. Id ut proſpexit: aſcitum Ariſtidem ad locum deducit: qui natura ſua ad inſtruendam ac diſponendam pedeſtrem phalangem iis: qui equitatu inferiores eſſent: cõmodiſſimus erat. Quoniam pars una Cithæronis conterminos & contiguos agros campo: in quo Sacellum ædificatum eſſet: equitibus inuios & inacceſſos aditus efficiebat (haud longe hinc Androcatis herois delubrũ fuit: quod nemorũ denſitate & arborum umbra quaſi quadam corona cingebatur) utq; nihil ad uictoriæ ſpem deeſſet: quam oraculum ſibi portendiſſet: Plateenſes Arimneſto legem ferente fines ſuos qui ad terram Atticam uergunt e medio ſublatis græciæ cauſa Athenienſibus dono dare decreuerunt: ut inter ſuum agrum: quẽadmodum reſponſis admoniti ſunt: cum hoſte ſigna conferrent. Hæc Plateenſiũ animi magnitudo ac magnificentia tanta omnium gentiũ prædicatione celebrata eſt: ut Alexãder multis poſt annis Aſia potitus Plateas mœnibus cinxerit: & ĩ Olympicis ludis per præconẽ ſic edixerit: Rex Plateenſium fortitudini ac magnitudini animorum hanc ĩ præſentia gratiam refert: quoniam bello medico agros græcis adiecerũt: & promptiſſimis animis atq; corporibus omni ex parte ĩ cõmunem græciæ ſalutẽ ſe contulerunt. Deinde inter Athenienſes (ut ad inſtitutum reuertar) & Thegeatis de inſtruẽdis aciebus orta contẽtio eſt. Athenienſes enim dignum eſſe cẽſere: ut nihil extra ordinem decerneretur: ſed ex more dextrum cornu Lacedæmonii ipſi ſiniſtrum haberẽt. Thegeatæ uero multis uerbis de magnitudĩe rerum diſſerere: quas maiores ſui ſuperiori tempore geſſiſſent. Id cum Athenienſes æquo animo ferre non poſſent: Ariſtides aſſurgens tali oratiõe uſus eſt: De nobilitate atq; fortitudine Thegeatis reſpondere mihi per hoc tempus nõ licet: uobis autem & Lacedæmonii & reliqui græci: qui nunc adeſtis: dicimus: quoniã locus nec uirtutem præſtat: nec adimit: quam uos nobis in acie partem dederitis: eam ĩſtruere ac tueri conabimur: ne rebus antea fortiſſime geſtis dedecori ſimus. Venimus enim huc non ut ſeditionibus cum ſociis cõflectemur: uerum ut ſociorũ cauſa cum hoſte ſignis collatis decertemus: nec ut parẽtes ueſtros ſolũ ſed ut noſipſos laudibus celebremus: & græciæ hodierna die ſtrenue nauemus operam. In hoc certamen deſcendimus in quo talem ciuitatem imperatorem militem præſtituri ſumus: qualẽ græco nomine dignũ putare debemus. Secundum Ariſtidis orationẽ imperatores & qui in contione aduocati erant ad Athenienſes inclinauere: & eis alterum cornu contulerũt. Per id tempus cũ rex græciæ fluctuaret & Athenienſium ſtatutis multis obnoxius periculis eſſet: homĩes locupletiſſimi & clariſſimo loco nati: cum belli cauſa in ægeſtatem incidiſſent: nouarum rerum cupidi facti ſunt. indignabantur enim: cum gloriam & potẽtiam quibus in ciuitate aliquando floruiſſent abſumptis ac exhauſtis opibus ſuis periſſe: & ad nouos homines ſpectatiſſimos deferri magiſtratus cernerent. Quãobrẽ Plateis quodam in domicilio frequentes occulte conuenientes in populi perniciem cõiurauerũt: q; niſi ad ſuum ſenſum ſuccederet: res diſturbare & Barbaris prodere conſtituerant. Dum hæc in exercitu aguntur: & huius mali contagio latius ſerperet: ad Ariſtidem eorũ omnium quæ acta erant inditium delatum eſt. Qui ubi hunc nuntium accæpit: temporis conditione ſolicitus nec rem tam fœdam negligere: nec prorſus detegere cenſuit: ut ad multitudinem quoq; inteſtina hæc diſcordia deferretur: iuſtã magis q̃ utilẽ rationẽ

ueſtigauit. Ex multis octo tantum comprehenſis ſolum in Eſchinem lambreũ & Agi-
ſiam acarnanium duos coniurationis principes iudicium latum eſt: qui raptim ex ca-
ſtris diffugiebant. Cæteros qui ĩ ea noxa erãt dimiſſos bono animo eſſe uoluit: eis quo
q; ut qui erratum ſuum obſcurum eſſe crederent: pœnitẽdi locum reliquit: adiecitq;
hoc prælium iudicem futurum: quo ipſi bene de patria meriti ab eis ſic accuſationibus
recte ac iuſte liberarent. Poſt hæc Mardonius: qui plurimũ græcis præſtare uidebatur:
collectum equitatum in hoſtes ĩmittens eorum animos tentabat: qui omnes radicem
Citharonis munitum ac petroſum locum præter Megarenſes inſederant. Ii tribus mi-
libus militum fręti campeſtri loco caſtra poſuerãt: quo factum eſt: ut temeritatis ſuæ
pœnas darent. nam frequentem in eos ingruentem equitem & impetum undiq; faci
entem cum ſuſtinere non poſſent: Pauſaniam per nuntium orant: ut integris ſubſidi-
ariis copiis in prælium ſubmiſſis pulſos ac cedentes & Barbarorum multitudine turba
tos tueretur. Pauſanias ea re audita anceps fuit: cernebat ſiquidem megarenſiũ caſtra
ob miſſilium ac ſagittarum denſitatem quaſi e proſpectu adempta: eoſq; cõfertos pa-
tum in orbem coactos: quibus Phalange Spartiatum quæ grauis arma curæ eſſet equi
tibus hoſtium ĩcũbentibus opem ferre nõ poſſet. Quocirca cohortũ ꝓfectos & duces
(multis enim ſtipatus erat) uirtutis & honoris cupiditate incendit: ut tunc ſponte cum
hoſte certarẽt: & reintegrata pugna recenti milite ad auxilium Megarenſibus ferendũ
procurrerent: cæteris ob diſcriminis magnitudinem certamen decertantibus. Ariſtides
Athenienſes id facturos in ſe recipit. Olympiodorum igitur ultra omnes cohortũ præ
fectos manu promptiſſimum ſtatim mittit: qui trecentis lectiſſimis militibus & per-
mixtis ſecum ſagittariis præpoſitus erat. Iis mature paratis ad ſeruandos ſocios curſu
properãtibus: Maſiſtius inter Barbaros præfectus equitum uir fortitudine admirabi-
li & magnitudine ac pulchritudine corporis ſingularis: ut animaduertit: in eos uerſus
ſubditis calcaribus q̃concitatiſſimum equum immittit: cuius impetum excipientibus
collato marte pertinaciter pugnatum eſt. Acrius etiam nitebãtur: quia hoc præſẽti cer
tamine de ſumma rei experimentum erat. Ruens autem equus ſagitta ſaucius Maſi-
ſtium præcipitẽ ad terram dedit: qui onere armorum iacens amoueri nequibat: & incũ
bentibus Athenienſibus ac manu cedentibus uix cõtrectari poterat: adeo pectus caput
pedes auro ære ac ferro munierat. Hunc tamen cum quis eam Galeæ partẽ quæ ſuper
eminet oculo aduerſa lãcea percuteret occidit: cæteri perſæ dimiſſo cadauere fugam cæ
pere. Tum deprehenſum eſt rem egregie geſtam eſſe non multa hoſtiũ occidione (pau
ci enim ceciderãt) ſed luctu ac clamore Barbarorum audito. nam Maſiſtii obtrũcati do
lore ſeipſos & equos ac mulos tõdere: & eiulatu ac plantibus campos ĩplere: quibus tẽ
perare non poterant: cum poſt Mardonium uirum uirtute ac potentia præſtantiſſi
mum tumultuario illo prælio perdidiſſẽt. Poſt equeſtrem pugnã multos dies utriq;
nihil actum eſt. Vates enim ex ſacris & Perſis & Græcis uictoriam quidem pollicebã-
tur: ſi ſe defendendo rem tranſigerent: laudem autem ſi primi certamen inirent. Sub
idem pene tempus Mardonius cũ paucorum dierum commeatus ſuper eſſent: quibus
aleret tantum exercitum ac ſuſtineret: contra græcis frequens quotidie multitudo con
iungeretur: Mardonius inq̃ hæc ſecum agitans animo non amplius cunctãdæ ſed ma-
turandæ rei conſilium capit. Itaq; prima luce Aſopum trãſgrediens græcos tale nihil
expectantes adoriri ſtatuit: ducibus quid facto opus erat prima ueſpera imperatũ. Me
dia uero ferme nocte magno ſilentio eques ad exercitum græcorũ uenit: militibus qui
pro ſtatione caſtrorum cuſtodias habebant obuiam factus iubet: ut colloquẽdi ſibi cũ
Ariſtide poteſtas fiat. Cui uocato & q̃primum prodeũti dixit: Alexãder Macedo ſum:
qui pro mea erga uos beniuolentia maximum diſcrimẽ ſubire nõ timui: ne ſubito ho
ſtium inſultu uos perturbati minus integris uiribus dimicetis: Mardonius cras de ſũ-
ma rei nobiſcum ſignis collatis dimicabit: nec ut rem maturet ulla bona ſpes aut auda
cia facit: ſed ulterius prorogandi tẽpus rei inopia non ſinit. Vates etiã diris oraculis

ne prælium ineat cohibent:& exercitus omnis mœrore ac ſtupore confectus eſt:ſed eo neceſſitatis uentum eſt:ut uel audendo fotuna tentanda uel diutius ſtãdo extrema fa mes expectanda ſit. Hæc cum dixiſſec Alexander Ariſtidem orabat : ut ipſe cõſcius me moria teneret:& neminem participem faceret. Cui tunc Ariſtides iniquum eſſe:Pauſa niam cui ſumma rerum commiſſa erat hæc ignorare:cum cæteris autem nullum ſe an te prælium uerbum facturum:at ſi uicerint(quod dii faxint)omnibus Alexandri uirtu tem ac promptitudinẽ notã fore. Iis ultrocitroq; dictis Rex macedonũ equo reuectus eſt. Tum Ariſtides ad Pauſaniæ tabernaculum profectus quo in ſtatu res eſſet expoſu it:cæteris poſt aduocatis ducibus imperatum:ut quiſq; ſuos in ordinem inſtruerent: & paratos quaſi iam pede collato confligendum eſſet continerent. Per id ferme tẽpus Pauſanias(ut ſcribit Herodotus)Ariſtide conuento dignũ putabat:mutato loco Athe nienſes dextro loco conſtitui:& aduerſus perſas obiici. melius enim cum ipſis decerta turos:cum & eorum belligerãdi arte experti & recenti uictoria audaciores eſſent. Se au tem ſiniſtro in cornu futurum quo ex loco græcos qui medorum partes conſectarẽtur exciperet. Reliqui Athenienſium principes ualde ſuperfluis in rebus occupatum & dif ficilem Pauſaniam dictitabant:ſi cunctis ſuis in locis dimiſſis ſolus Atheniẽſes uelut ilotes ſupra & infra collocaret:& arbitratu ſuo nũc pugnaciſſimæ genti obiectaret: Ari ſtides autem eos magno in errore uerſari docuit. Nam ſi paulo ante contendere cum Thegeatis inquit ut ſiniſtrum cornu haberetis ad ueſtram amplitudinẽ pertinere cre didiſtis:& eis iudicio prælati uos honeſtatos cenſuiſtis:in præſẽtia Lacedæmoniis ſpõ te nobis ex dextro concedentibus & quodãmodo ſummum nobis principatum con ferentibus:cur gloriam nobis propoſitam non amatis? præſertim cum in lucro pone re debeatis:ſi non aduerſus tribules & neceſſarios ueſtros ſed Barbaros hoſtes nobis a natura datos dimicandum ſit. Hæc cum diſſeruiſſet:Athenienſes ſiniſtrã Lacedæmo niis aciem ſummo ſtudio dare:in dextram ipſi concedere : plurimæ ſe inuicẽ exhortan tium uoces diſperſæ:hoſtes aduẽtare:qui nec armis nec animis ſuperiores illis eſſent: quos apud Marathona profligaſſent. Aſt eoſdem artus maiorem eandem ueſtis uarie tatem eundem aureum circa mollia corpora & uiles animos apparatum: nobis eadem arma & corpora & plæriſq; ſecũdis præliis maiorem audaciam. Certamẽ uero nõ agro rum aut urbis cauſa:ut maiores noſtri:ſed pro trophæis quæ Marathone ac Salaminæ conſtituimus:ut non Milciadis aut fortunæ ſed Athenienſium potius eſſe uideantur. Interea mutato loco aciem inſtruere:& ſe inuicem cõponere ſoliciti. Hæc Thebani per tráſfugas explorata Mardonio renuntiant. Qui extemplo ſiue Athenienſes timeret:ſi ue cũ Lacædemoniis maiori cũ laude congredi uellet:dextro cornu Perſas aduerſus La cedæmonios inſtruxit:cæteros uero græcos qui ſecum erant aduerſus Athenienſes ſta re iuſſit. Palam autem mutatione acierum facta:Pauſanias iterũ in dextrum cornu ſe recæpit:& Mardonius ſicut initio habuerat:ut manum cum Lacedæmoniis conſereret in ſiniſtrum reuertit. Eo die nihil actum:græcis in concilium uocatis lõgius caſtra mo uere uiſum:atq; locum ĩdagare unde opportunæ aquationes eſſent. propinqua enim omnia fluenta Barbari fœdauerant:& maximo equitatu occupauerant. Sequenti noc te cum duces ad deſtinatum caſtris locum ſuos agerent:multitndo uix conſtare ac dif ficile ſubſequi. Vt enim ex prioribus exceſſerunt munimentis:magno numero uerſus Plateenſium urbem paſſim diſcurrere. Vnde cum ſine imperio palati diſpergerentur: & tabernacula nullo ordine componerent:non mediocrem tumultum fecere. Lacedæ moniis autem ſolis ĩuitis obtigit:ut poſtremi cæteris procurrẽtibus relĩquerent. Amõ pharetus uir animoſus ac in adeundis periculis temerarius iandiu pugnandi cupidita te ardere: & diſcrutiari animo :quando huiuſcemodi tarditate prorogari pugnæ tem pus intelligeret:caſtrorumq; mutatione latentem fugam uociferãs exprobrare:& aper te dicere non tergiuerſabor:aciem deſerens:ſed meis commilitonibus hic perſtãs Mar donium effuſo impetu properãtẽ excipiam. Cui cum Pauſanias occurriſſet:iuſſiſſetq;

ut impigre faceret: quod conuocata concione græci faciendū esse decreuissent: Amom
pharetus ante pedes eius ingens manibus saxum attollens iecit. Et hoc īquit qui timi-
da consilia ac decreta repudio: ut pngnandi copia fiat: meum suffragiū est. Præsēs hic
status Pausaniæ dubitationem incussit. Itaq; Athenienses abscendentes misso nuntio
rogat: ut manerent & una secū iter agerēt: alias ipse copias Plateas ductabat: ut Amō
pharetum inde summoueret. Dum hæc geruntur: diluceſcente iam die Mardonius ad
uentans (non enim fugerat) græcos uacuis relictis castris exisse: cauto agmine īgenti cla
more Barbarorum ac strepitu in Lacedæmonios repente ferebat: q; in græcos fuga per
agros palantes non dimicaturus uerum spoliaturus irrueret. quod ut contingeret par-
uo momēto opus erat. Id ut Pausanias animaduertit iter continuit: & suos ī ordinem
redire quasi prælium inituros imperauit: cæterum uel iracundia in Amompharetum
concitus uel repentino hostis aduentu perturbatus græcis signū dare oblitus est. Quo
facto nec statim nec conferti sed rari & sparsi ī ipso ferme certamīe auxilio ueniebāt.
Vt uero primis hostiis litare non poterat: spartiatos scutis ante pedes positis quietos
considere iussit: nec iniussu eius certaminis studio in hostem exire: uerū animū adhi-
bere siquid imperasset. Eo rursus īmolante cum equites iactis cominus telis irruissēt:
unus Lacedæmonius ictus est. Inter hæc Callicrates qui angustia forma & corporis ma
gnitudine cæteros græcos qui in eo exercitu fuerunt: superasse traditur: sagitta percus-
sus ac propemodum exanimatus: Ego quidem inquit mortem non lugeo: quando do
mo proficiscens: ut pro græcia morerer huc uenerī: sed angor animo: q; nec strenue nec
fortiter dimicans oppeto. Hic casus etiam atq; etiam grauis erat: ubi tanta illorum ho
minum continentia fuit: ut admiratione dignissima sit: adeo ut irrūpentes hostes mi
nime propulsarint: sed eorum impetum ab deo atq; eorum duce dimicādi tempus ex
pectantes sustinerunt. Cum tamen interim hostis obnoxius aggrederetur: ac pertinaci
us aciem suam confundere ac dissipare niteretur: monumentis proditū est: dum Pau-
sanias paulisper extra militum stationes tem diuinam faceret: ac adoraret: nōnullos re
pente lydos irrumpentes sacrificiorum apparatum diripuisse ac disiecisse: quos ipse &
qui latus eius cingebant cum inermes essēt uirgis ac loris percussērunt. Ideoq; nūc La-
cedæmoniæ in huius excursionis memoriam in ephebos plagis circa aram sæuiūt: & de
inceps lydorum celebritatem seruant. Quæ cum ita essent: mœror ac grauior cura Pau
saniam incessit. Cæterum ubi uates sacrificia instaurauit collachrymans cōuersus ad tē
plum oculis & manibus ad cælum sublatis Iunonem Citharoniam & reliquos Deos ī
quorum tutela Plateēsis ager positus esset: obsecrauit: si græcos uictores fore fatatum
nō erat: saltē factis ipsis re strenue gesta hostibus ostēdant: aduersus fortes uiros belli-
cis artibus instructos bellum gessisse. Post Pausaniæ orationem qua auxiliares sibi de-
os īuocarat: cū sacrificia & augures in manu uictoriam esse portēderent: omnibus deī
de iussis: ut aduersus hostem starent: Phalāx unanimati similis uisaq; ferox & horrēs
tota in audaciam ac uigorem conuertitur. Tum Barbarus cum uiris certamen fore sen-
sit: qui non minus acriter q̄ pertinaciter uel immote pugnaturi essent. Quamobrem
multis factis sacras sagittas in Lacedæmonios coniiciunt: qui simul ad testudinē īstruc
ti hostem aggressi persicis repulsis missilibus gradum acrius intulere. Persarū uultus
ac pectora pilis ferentes compluris non impigre nec in cassum cadentes prostrauerūt.
Nam comprehensis nuda manu lanceis plurimos confringere: & ītrepide nudato fer-
ro ꝓcedentes gladiis & acinatibus diutius ex aduerso rem gessere. Athenienses uero La
cedæmonios expectantes quietem agere: donec magno pugnantium clamore & Pausa
niæ nuntio cognita re mature ad subsidium ferendum impetum fecerunt. Eis properā
tibus græci qui medis fauebant sese obuios intulerunt. Id ut Aristides cernit: cæteris re
lictis primus procedit: & Græcienses Deos testatus ipsos magna uoce rogabat: ne secū
prælium conferrent: neq; sibi impedimento forent: neq; prohiberent laborantibus au
xilium ferre: qui pro salute græciæ dimicarēt. Postq̄ autem eos ab huiuscemodi cōsiliis

alienos & ſtructis in ſe aciebus infeſtius iter intendere ſenſit: hunc in modum ab infe
rendo præſidio reuocatus cum iſtis cõgreſſus eſt: qui ferme quĩquaginta milia fuerũt.
Horum pars maxima cum magis tentaſſent prælium: q̃ iniſſent: inclinauerũt: & perĩ
de ac Barbaris effuſim iam in fugam uerſis abſceſſerunt. Pugna uero in primis anceps
fuit: ubi Thebani promptiſſime pugnabant: quorum multitudo non ex ſua ſententia
ſed potentiſſimos ac primarios uiros ſecuta medorum partes tuebatur. Sic itaq; diui
ſis copiis collato marte Lacedæmonii primum cõnixi perſas cedere coactos auertunt.
Mardonius ab Arimneſto ſpartiata ſaxo caput ſaucius: ut ab Amphiarai oraculo ſibi
prædictum erat: occiditur. Illuc enim lydum hominẽ Carem autem alterũ ad Tropho
nium emiſit. Cui carica lingua uates reſpondit: Lydo uero in Amphiarai templo dor
mienti quidam dei miniſter per quietem aſtitit: a quo illinc lydus abſcedere iuſſus cũ
dicto non audiſſet: magno lapide caput ictus uulnerari deinde mori iuſſus eſt. Hæc ita
prorſus eueniſſe traduntur. Lacedæmonii lignea intra mœnia fugientes perſas incluſe
re. Paulo poſt Athenienſes dare tegra Thebanos coegerunt: ubi trecẽtos qui primi ad
uerſus ſe irruerant: interpræliandum obtrũcarunt. His fuſis iam & fugatis Barbaros
intra uallum incluſos circunſederi nunciatur. Sic ſalutis occaſione græcis relicta ple
no gradu ad hoſtium caſtra ſuccedere: & Lacedæmoniis opem ferre pergunt: qui circa
munumentorum expugnationẽ per imperitiam tempus terebant. Aduenientes itaq;
Athenienſes magna cum ſtrage hoſtium uallum cæperunt. Ex trecentis enim milibus
quadragena duntaxat milia cum Artabazo fugiſſe traditũ eſt. Eo prælio ex iis qui pro
græcia pugnauerunt mille trecenti & ſexaginta ad ſummum cæſi: quorũ Athenienſes
duo & quinquaginta ex Eantide tribu fuerunt: quæ (ut Clidemus auctor eſt) acerrimã
pugnam ediderat. Quocirca tenuit conſuetudo: ut ſacra uictoriæ cauſa Pythio reſpõ
ſo Spargiticis Nymphis ſtata Eantidis tribules facerẽt: quibus impenſam reſp. daret.
Lacedæmonii unus & nonaginta: Thegeatæ uero ſex & decem periere. Mirandũ igitur
eſt illud Herodoti: quo pacto ſolos iſtos omiſſis cæteris græcis manus cum hoſte con
ſeruiſſe ſcripſerit: cum eſſet deſideratoq; multitudo: & monumẽta rem cõmuniter ma
gnifice geſtam eſſe teſtimonio ſint. Nec enim aram ſic inſcripſiſſent: ſi cæteris intra ca
ſtra quietis tres tantum ciuitates decertaſſent. Victores danai per martia geſta fugatis
Perſarum du cibus generi communia græco Iſta ioui ſtatuũt altaria libera patri. Hoc
prælium ſecundum Athenienſes quartadecima Boedromonis ſecundum Boetios au
tem ſexta & uigeſima Panemi mẽſis factum eſt. Quo die noſtra etiam ætate Plateis
frequens græcorum conſilium habetur: ubi uictoriæ huius cauſa Ioui liberatori ſacrifi
catur. Hanc dierum uarietatem nemo miretur: cum eos qui diligẽtiſſime aſtrorũ ratio
nẽ tenere hoc tempore profitentur: aliud & aliud menſis principium & exitum agant.
Subinde momento ferme temporis fortuna græcorum uerſa. Nam cum Athenienſes
Lacedæmoniis nec fortiſſime rei geſtæ præmiũ darẽt: nec trophæũ erigere permitterẽt:
ſed utrinq; armati diſceptarent: magno ĩ periculo res fuiſſent: niſi Ariſtides exercitus
duces collegas ſuos mitigans ac commonefaciens præcipue Leocratem & Mironidem
continuiſſet: eiſq; ſuaſiſſet: ut eam rem diiudicandam græcorum arbitrio dimitterẽt.
Hoc loco græcis ad deliberandum intentis Theogiton Megarenſis alteri dixit ciuitati
præmium dandum: niſi hoc iudicio inteſtinum bellum concitare uelint. Poſt quem
Cleocritus Corinthius aſſurgens quaſi Corinthiis præmium poſtulaturus ſuſpicionẽ
iniecit: quorum ciuitas poſt Lacedæmonẽ atq; Athenas ſumma dignitate nitebatur.
Hic autem grauiſſimã pro Plateenſibus orationem dixit: quæ uniuerſis placuit. Cõſu
luit enim ut ei optimæ geſtæ rei præmium decernentes quorum honores utriq; bonã
in partem acciperent graues lites. ac controuerſias e medio tollerent. His expoſitis
primus Athenienſium nomine Ariſtides deinde Lacedæmoniorum Pauſanias in hãc
ſententiam iuere. Hunc igitur in modum conciliati ex manibus exempta octuagĩta ta
lenta Plateẽſibus dono dederũt. Quibus æde Mineruæ locata & ſimulacro conſtituto

picturis delubrum exornarunt: quæ in hoc uſq; tempus integre uiſuntur. Trophæa ſeorſum Lacedæmonii ſeorſum Athenienſes poſuerũt. Poſtea cum de faciundo ſacrificio percunctarentur: Pythius reſpondit Ioui: in cuius tutela libertas eſt: aram dicato: ne prius rem diuinam faciũto: q̃ uniuerſæ regionis huius ignẽ quaſi a Barbaris uiolatum extinxeritis: tum purum ex Delphis uelut a cõmunibus laribus accenſũ capiũto. Ea de cauſa græcorum principes e ueſtigio circũeuntes omnes ignes reſtingui coegere. Euchidas Plateenſis pollicitus ignẽ ab deo quanta fieri celeritate poſſet delaturum uelociſſime Delphos perrexit: ubi expiato ac reſperſo corpore laurea corona redimitus ex ara igne ſumpto citato gradu ante ſolis occaſum uno die mille ſtadium iter emẽſus Plateas reuertitur. Hic ubi ciues comiter cõplexus ſalutauit: reddito igne ſtatĩ ĩ terrã ꝓlapſus haud multopoſt expirauit. cuius cadauer ſublatum hoc epigrãmate ĩ Eucliæ Dianæ templo a Plateenſibus ſepultum eſt: It Pythium euchidas & luce reuertitur una. Eucliã multi ſunt qui Dianã putent appellentq;. Nonnulli autem Herculis & Mirtæ filiam: quæ Patrocli ſoror Menetio patre nata eſt. Hæc cum uirgo e uita migraſſet: magno in honore penes Boetios & Locros fuit: eiq; ara & ſtatua in omni foro dicata: ſponſæ ſponſiq; priuſq̃ nuptiæ conficiantur ex more ſacra faciunt. Subinde cum frequentes græci cõmuniterq; conueniſſent: Ariſtides decretũ ſcripſit: ex cuius auctoritate edictum eſt: ut græciæ principes & legati ad ſacras celebritates publice miſſi quotãnis apud Plateenſes cõcilium haberent: quo in loco liberalia quinquẽnali certamine celebrarẽt. Expenſam quæ ad hanc rem neceſſaria foret cõmuni collatiõe græcia ſuppeditaret: ſcutorum decem milia mille equos naues centum eius quod aduerſus Barbaros geſtũ eſt belli memoria: ad hæc Plateenſes qui pro græcia deo ſacrificarent ſacroſãctos eſſe. Iis præcone referente auctoritate publica confirmatis Plateenſes ꝓmiſerunt ſe græcis: qui hic ceciderunt & humati eſſent: in perpetuum parentaturos. quod etiam nunc ĩ amacterione mẽſe: quem Alaleſmenium Boetii nominant: ſeruari uidemus. Celebrem. n. cœtum ſexto & decĩo die: ut primũ illuxit: emittũt: cui tibicĩa bellicũ canẽs itineris dux eſt uehicula Mircho: & coronis paſſĩ cõpleta Laurus deĩceps colorĩ fuſco: ſubſequũtur lactis & uinĩ libationes ĩ amphoris: olei quoq; ac ungenti croſſos (id enim uaſis nomẽ eſt) liberi adoleſcentes deferunt. Nam cum uiri quibus parentationes fiunt defendẽdæ libertatis cauſa uita exceſſerũt: nulli ſeruo fas eſt quicq̃ cõtrectarĩ: quod ad hoc ſacrorũ miniſterium pertineat. Summus deinde Plateenſium princeps: cui nec alio tẽpore ferrum tangere: nec niſi candidam ueſtem induere ius eſt: puniceã nunc ueſtitus tunicã e tella litteraria uas aquarum attollẽs nudato pugione per mediam urbem procedit: aqua dehinc ex fonte ſupra columnas abluens unguento aſpergit: poſtea mactato ante pyram tauro: ubi Iouem & Mercurium infernum adorauit: fortes uiros qui pro græcia mortem obierunt: ad cœnam & cruentum hoc miniſteriũ inuitat. Suppoſitũ merum cratere temperans libanſq;: uiris inquit propino: qui ut fortiter græcorum libertatem tuerentur fato functi ſunt. Plateenſes hanc conſuetudinẽ a maioribus acceptam adhuc retinent. Ariſtides poſtq̃ Athenienſes in urbem regreſſos: ut ciuitatis ſtatum ad populi ditionẽ ttanſferrent: ſtudioſos animaduertit: plæbis ob res bene geſtas mẽte curam ſuſcipere non iniquum ratus eſt. Cum igitur haud facile populum armatũ & uictoria exultantem coercere poſſe uideret: illius ſententiæ auctor fuit: quæ remp. cõmunem fore & ex omni Athenienſium ordine magiſtratus delectum iri decernebat. Cum Themiſtocles aliquando cum populo agens aſſeueraſſet ſibi conſilium in mentem ueniſſe: quod ſi ſecreto tranſigeretur ad ciuitatis utilitatem & ſalutem plurimum conferret: Ariſtidi ſoli populus negocium dedit: ut & ad hanc rem diligenter animum intenderet: & ſi e rep. uideret ꝓbaret. Cui ubi Themiſtocles uerſare animo dixit nauale græcorum ſuccendere: quo pacto Athenienſes uniuerſæ græciæ prĩcipes futuros ſperabat: Ariſtides concionem habens expoſuit Themiſtoclis cõſilio nihil commodius eſſe: ſed nihil iniuſtius. Hæc cum audiſſent Athenienſes; tantum apud eos æquitatis cauſa &

integerrimi uiri conſtantia pondus habuit: ut Themiſtoclem hac de re nullū deinceps uerbum facere iuſſerint. Poſtq̄ Ariſtides belli gerendi cauſa cum Cimone īperator miſſus eſt: Pauſaniam ac cæteros Lacedæmoniorum principes ob difficiles mores ac ferociam in ſocii nominis militem plurimum in ſe maliuolentiæ ac ſimultatis conflaſſe conſpicatus benigne clæmenter humaniter manſuete cum ſociis uerſatus eſt: & Cimonē multa dexteritate ad hominum conſuetudines concinū & in expeditionibus æquabilē præſtitit. Quibus ex rebus latuit Lacedæmonios cum eos non armis non claſſibus nō equeſtribus copiis: ſed comitate, placabilitate atq; clæmentia principatu græciæ ſpoliabat. Nam cum Ariſtidis æquitas & Cimonis facilitas: quæ apud omnes commendabilia erant: Athenienſes græcis caros feciſſēt: Pauſaniæ auaritia ac difficultas adhuc cariores reddidit: haud iniuria quādo ſociū primores ſemper iracunde ſēper aſpere ſemper contumelioſe alloqueretur: ac multitudinem plagis caſtigaret: & ferream ancorā ceruicibus ſubnectens uniuerſum diem ludibrio ſtare cogeret: nemini præterea fas eſſe uellet ut ante ſpartiatas legendi ſtramenta pabulandi aut aquandi poteſtas eſſet. Quod ne cuiq̄ obſcure foret per ſuos lictores loris uenientes arcebat. Quapropter Ariſtidi quid facto opus eſſet docere ac increpare uolenti: Pauſanias contracto uultu ocium ſibi non eſſe reſpondens aurem minime præbuit. Quocirca nauium præfecti & græcorum duces in primis autem Chii Samii Leſbi cum Ariſtide egerunt: ut ſociorum cauſam ſuſciperet eoſq; ſibi deuinceret: quia iandiu a Lacedæmoniorum imperio liberari & ad Athenienſes tranſferri cuperent. Quibus cum Ariſtides in eorum quidem orationibus neceſſitatem ac æquitate m ſe facile intueri reſpondiſſet: cæterum ad id conficiendum fide opus eſſe: qua deuicti de integro incœptum irritum relinquere non poſſent: Vliades Samius & Antagoras Chius cōiuratione īter ſe facta primo incurſu Pauſaniæ triremem a ſe circa Bizantium roſtris incuſſam (reliquam enim claſſem præcedebat) inter ſuas intercæperūt. Perculſus ea re Pauſanias etiam atq; etiam iracunde ſe breui demonſtraturum interminatus eſt: eos non in prætoriam nauem uerum in patriam ſuam impetum feciſſe. Hunc fortuna: qua frætus fœliciter apud Plateas rem geſſiſſet: contentum abire iuſſerunt: quia tamen ſibi uenerationes græci tribuant: ut ne æquam ac parem meritis pœnam ab eo exigere uelīt. Hoc deniq; pacto ad Athenienſes defecerunt. Qua in re admirabilem Lacedæmoniorum animi magnitudinem intelligere licet. Nam ut prīcipes ſuos per ſummam peccandi licentiam magis atq; magis corrumpi: ac deprauari ſenſere: ſponte principatu cedentes īperatores ad bellum gerendum mittere deſtiterunt: ſuis rationibus conducibilius eſſe rati: ciues moderatos: qui ſanctiſſimis maiorum ſuorum legibus audirent: q̄ totius græciæ principatum habere. Sub idem tempus græci principe quoq; Lacedæmone belli adminiſtrandi cauſa pecunias conferebant. Ab Atheniēſibus Ariſtidē petūt: ut eo auctore ſingulis ciuitatibus iuſtus cēſus deſcriberet: eiq; ne muneris cura rei familiaris detrimento eſſet: fundum ac fructus quos ipſe redimeret conſtituere: ut quaſi quadam in ſpecula poſitus quantum uniuſcuiuſq; dignitas & facultas pateretur æſtimaret. Hic tantæ licentiæ creatus dominus (quodāmodo enim græcia omnium ſuarum rerum ſibi liberum ius permiſerat) cum ad hoc munus obeūdū tenuis exiſſet: tenuior ea quoq; exiſtimatione reuerſus eſt: ut non modo iuſtiſſime ac integerrime officio ſuo ſatiſfaceret: ſed apud omnes quorum cenſum deſcripſit caritatis facilitatiſq; perpetuum monumentum reliquerit. Quippe ut uetens ætatem Saturni: ſic Athenienſium cēſum ab Ariſtide ſtatutum diuinis laudibus celebrantes: quandam græciæ fœlicitatem appellabant: præſertim cum paulopoſt duplex deinde triplex factus ſit. Quē. n. Ariſtides quater centies & ſexagies talentum expleuit: huic Pericles tertiam ferme partē adiecit principio belli. Tuchidides auctor eſt: a ſociis ſexcenta talenta ad Athenienſes pueniſſe. Pericle uero uita functo duces populi cenſum urgentes ad mille & tricētum ſummā talētum retulerunt: non quia uel belli diuturnitas uel aduerſa prælia tantū ſūptū

tantum diſpendium poſtularent: ſed ut in plæbem publicum æs diuiderent: & ſtatuas & ſacras ædes magnificentiſſime apparārent: ciuitates exhauriebant. Quocirca cū Ariſtides propter cenſus coaptionem ingentem & admirabilem eſſet gloriam cōſecutus: magnopere Themiſtocles irriſiſſe fertur: quaſi id in quo exiſtimationis ſuæ fundamē tū ieciſſet: nō uiri ſed ſcrinii tuto aurū ſeruantis laus eſſet. Quo ī loco Ariſtidē parum appoſite ulciſci uiſus eſt: qui ſua loquendi libertate frætus ſic paulo āte Themiſtoclē increpuerat. Hic enim cum hoſtium conſilia ſcire ac præſagire ſummam imperatoris uirtutem eſſe diffiniret: Ariſtides hoc neceſſarium eſt inquit o Themiſtocle: ſed manus abſtinentes habere pulcherrimum & ueri imperatoris munus eſt. Ariſtides Atheniēſium non re iuratus cæteros græcos ſacramento adegit: utq; rectum fœdus firmaret poſt exacrationes: quas in perfidos fieri mos erat: ignitos ferreos orbes in mare cōiecit. Magna poſtea ut apparet conuerſione rerum facta: Athenienſes tenaciorem imperandi rationem ordiri coactos ipſe ut perierationem in caput eius uerterēt iuſſit: & quæcū q; ad ſalutem & publicam utilitatem conducerent facere non dubitarent. Itaq; non abre Theophraſtus ſcriptum reliquit: in cunctis quæ uel ad ſuam rem familiarē uel priuatim ad ciues pertinerent: nunq̄ enm ab æquiſſimi homīs officio defuiſſe: In his uero quæ ad remp. ſpectarent aliquando: ut patriæ rationē haberet: quæ ſalua honeſtate nōnunq̄ ſaluari nō poterant: a uitæ ſuæ curriculo deflexiſſe. Nam cum uiolatis conuētis quæ cum Samiis haberent: ex Delo theſaurum Athenas delatum iri decerneret: principio orationis affirmaſſe dicitur: id de quo uerba facturus erat: tam & ſi nō æquū commodum tamen eſſe. Ciuitate deniq; tot moralium ab eo principe conſtituta: īops eſſe perſeuerauit: nec minori ſtudio ex paupertate q̄ ex trophæis gloriam aſſequi contendit. Quod uel hinc facile demonſtrauit: Callias daduchus (id autem ſacerdotii nomen eſt) ſibi neceſſitudine coniunctus inimicorum poſtulatiōe capitis reus factus eſt. Qui poſtq̄ ſatis multa de accuſatione dixiſſent: extra cauſam tali oratione uſi ſūt: Ariſtidem Lyſimachi filium: cuius ſummam dignitatē uniuerſi græci admirantur: ſeueriſſimi iudices plane cognoſcitis: Eius quatēus res domeſtica ſit (certo ſcio) pro ueſtra prudentia cogitatis: cum ipſum trita adeo lacerna indutum in luce omnium in oculis ciuitatis uenire intueamini. Quis tam male de rebus ſentit: ut non intelligat: eū qui aperte frigus patiatur: domi fame ac multis quæ ad uitam neceſſaria ſūt etiā atq; etiam laborare. Hūc tamen ſummū uirum patruelem ſibi a natura datum uxore ac liberis & egregia paupertate grauatum Callias Athenienſium omnium ſine controuerſia ditiſſimus contemnit. Cuius tamē opera fide ac diligentia ſæpenumero & intra hos cācellos patrocinio fructum eſt ampliſſimum conſecutus. Hanc orationē cum īgenti acerbitate: ut ex murmure Callias aīaduertit: iudices accepiſſēt: Ariſtidē uocat: rogat ut grauiſſimo ſuo teſtimonio iudicibus certum ac exploratū faciat: cū ei multas dediſſet: & ut acciperet oraſſet: ut caperet nunq̄ adduci potuiſſe. Tum Ariſtides ſe magis inopia q̄ Calliam maximis opibus gloriari par eſſe. Compluris enim uidere ē qui fortunas quibus abundant uel turpes uel īhoneſtos ī uſus collocēt: qui uero paupertatem generoſe ferāt pauciſſimos. Quocirca paupertatem uelut malum obiectare mihi deſināt: quæ niſi quibus inuitis accedit indecora eſſe non debet. Hæc cum Ariſtides ſūma cum dignitate Calliæ teſtificatus eſſet: ex his q aderāt nemo fuit: quī eo cōſilio diſceſſerit: ut īops quēadmodum Ariſtides q̄ locuples ut Callias eſſe mallet. Hæc ex monumentis litterarum quæ Eſchines Socraticus commendauit accæpimus. Plato uero tātum Ariſtidi tribuit: ut præcæteris cunctis clariſſimis uiris: qui Athenis floruerunt: eum ſolum exiſtimatiōe laude admiratione dignum demonſtrauerit: Cum Themiſtoclē Cimonē Periclem porticibus pecuniis multis deniq; deliramentis ciuitatem compleſſe: hunc unum ſolida & expreſſa uirtute ad remp. ſe contuliſſe contenderit: qui ſuæ maſuetudinis & moderationis erga Themiſtoclem grauiſſimum ſæpe periculum fecit. Nam cum ī cūctis publicis muneribus eo uno omnium inimiciſſimo uteretur: & exul ipſius artibus

opera calumnia ciuitate ceſſiſſet:oblata ſibi eadem malefaciendi occaſione officium ſu um tamē & decorem ſeruauit. Themiſtocli ſiquidem maieſtatis ad populum arceſſi/ to quaſi triſtem ſuorum temporū memoriam oblitus nullo loco aduerſatus eſt: quī potius:tam &ſi Cimon & Alcmeon aliiq; q̄plures accuſatiōi ſtudioſe ac diligenter īcū berent:ſolus Ariſtides inuentus eſt qui nec re nec uerbo quicq̄ fecerit:unde afflictis ini mici rebus uoluntatis fructum capere uideretur:ſicut & priſtinæ illius fœlicitati nunq̄ inuidiſſet. Ariſtidem cum in Pontum reip. cauſa traieciſſet nōnulli ultimum ibi uitæ diem obiiſſe:quidam autem admodum grandem natu magno in honore ac admirati one ciuium habitum Athenis fato functum eſſe prodiderunt. Cæterū Cratherus Ma/ cedo de eius morte quædam huiuſmodi refert. Secundum Themiſtoclis exilium cōtu melioſo facto populo uberrima inſimulatorum multitudo pullulauit:qui cum poten tiſſimis ac optimis uiris diem dicerent:eos plæbis inuidiæq; potentia & ſecūdiſſimis re bus īſolentes eſſe obiectabant. Ex hoc fuiſſe numero Ariſtidem ſcribit. Qui Diophan to Amphitropei populi accuſatore ſubiecto repetundarum cōuictus eſt:q; cum tribu/ ta redimeret ab Ionibus magnam argenti uim recepiſſet. Hic condemnatiōe aduerſus eum lata cum quinquaginta minas ſoluendo non eſſet:tranſfretauit:deīde circa Ioni/ am uita exceſſit. Cratherus nullum ad hanc rem ſcriptorū argumentum adhibuit:nec curioſiſſime more ſuo ullum decretum uel indicium attulit:nec auctores qui hanc ſē/ tentiam probarēt:ut ipſe conſueuit in ſuis libris adiecit. Reliqui autem (ut ita dicam) omnes qui plæbis aduerſus imperatores errata litteris mandauerunt: Themiſtoclis exi lium Miliciadis uincula Periclis mulctam & Pachetis miſerabilem caſum: qui in forē ſis ſubgeſto conſtitutus:ut ſe conuictum iri conſpicatus eſt:ſibiipſi mortem cōſciuit. Plæraq; id genus in unum locum collecta in nulgus efferūt. Ex Oſtraciſmo quoq; Ari ſtidem urbe exactum:nulla autem huiuſcemodi dānatione affectum eſſe commemo/ rāt. Apud Phareos etiā ſepulcrum eius oſtenditur:quod ſibi publice conſtructum fe runt. Hic adeo inops mortuus eſt:ut ſuo ſumptu ſummo die efferri non potuerit. At eius filias perhibent ex curia traductas maritis datas eſſe:& ciuitatē ut eas publice deſ/ pōdit utriq; dotem tria milia drachmarum decreuiſſe. Lyſimacho quoq; filio argenti minas centū & totidē conſiti agri iugera populus erogauit:& quotidie quattuor drach mas adiecit. quod plæbiſcitū Alcibiade referēte factū eſt. Lyſimachus uita fūctus (ut Caliſthenes auctor eſt) Polycritā filiā ſuperſtitem reliquit. Huic tantum alimēti quā tum Olympionicis populus decreuit. Demetrius Phalerius Hieronymus rhodius mu ſicus Ariſtoxenus & Ariſtoteles:ſi librum qui de nobilitate ſcriptus eſt inter ueros eius codices recenſuerimus:Myrtham neptem Ariſtidis Socrati illi ſapienti:qui aliam uxo rem habebat:matrimonio iunctam eſſe:memoriæ tradiderunt: Cum illam ea potiſſi/ mum ratione cæperit:quia ob fortunarum tenuitatem non modo in uiduitate relīqui uerum etiam rebus ad uitam neceſſariis carere percepiſſet. His auctoribus Paneti/ us in his quæ ab eo de Socrate ſcripta ſunt commode ac grauiter cōtradixit. Cæterum Phalerius in Socrate Lyſimachum Ariſtidis ex filia nepotem eximie pauperem fuiſſe memoria tenere ſe refert:qui penes Lachium (ſic enim appellant) reſidens ex quadā ta bella ſomnia coniectans alimenta ſibi ſuppeditabat. Quo rogationem ferēte populus matrem ipſius matriſq; ſororē quotdiebus triobolo donauit. Cæterum lege a Demetri o lata decretum factum eſt: utriq; mulieri publice drachmā dari. Nemini mirū uide ri debet:populum tantam eorum qui aſſidue in urbe uerſarētur curā egiſſe. Qui cū au diſſet apud Leranon Ariſtogionis ex filia neptem īfimo ſtatu eſſe:& āguſtia rei dome ſticæ marito collocari non poſſe:Athenas reuehi iuſſerit:& hominē honeſtiſſimo loco natum ſibi maritali copula deuinxerit:eiq; prædium:quod Potamico populo adiacet dotis nomine dederunt. Quapropter ciuitas multis humāitatis & benignitatis monu mentis:quæ nec ætate noſtra intermittit:ab omnibus optimo iure & diligitur & admi ratione digna iudicatur.

.M.CATONIS SENIORIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER FRANCISCVM BARBARVM IN LATINVM VERSA.



ARCVM AVTEM CATONEM GENERE Tuſculanum fuiſſe: & priuſq̃ ad militiã atq; remp. ſe conferret: in agro paterno circa ſabinos uixiſſe memoriæ traditum eſt. Cuius cũ maiores prorſus ignobiles eſſe uiderẽtur: ipſe Cato Marcum patrem: ut uirum bonũ fortem acĩ re militari uerſatũ efferret laudibus: Catonem etiam proauũ ſæpenumero per premiorum onera ab imperatoribus laudatum & quĩq; bellantium equorum: quos interdimicandum amiſerat: precium fortitudinis ſuæ teſtimonium a populo ſibi reſtitutum refert. Cum ex more Romani eos qui generis gloria carentes a ſeipſis initium caperent nominis ſui: nouos homĩes quemadmodum & ipſum Catonem appellarẽt: ipſe ad gloriam quidem ac magiſtratus ſe nouum eſſe rebus uero geſtis ac uirtute maiorum uetuſtiſſimum prædicabat. Prĩcipio autem tertio nomine non Cato: ſed Priſcus uocabatur: cõſequenti tempore Cato ei uirtutis cognomentum extitit. Nam Romani eum: in quo multarum rerum uſus ac experientia ſit: Catonem nominãt. Fuit hic de quo uerba facimus Cato ſpecie ſubruffus & glaucus: ut poeta quiſpiã haud amice ſcribens his uerſibus expreſſit: Porcius hic mordax glaucis ſubruffus ocellis Interiens herebo ſedes non comperit ullas. Verumenim uero corporis habitum a puero & a laboribus & moderate uiuẽdi ratione ex rei militaris conſuetudine ad robur & bonam ualitudinẽ conſtãtiſſimum nactus eſt. Orationẽ tanq̃ alteram perſonam magno ſtudio magna cura componebat: quaſi omnibus qui grauibus in rebus nõ p ſecordiam ſed cum dignitate uerſarentur neceſſarium id inſtrumentum eſſet. Quocirca paſſim per accolarum uicos & caſtella ſe dicendo exercebat: quiq; ſua indigeret opera deerat nemini. Quaĩ re tantum ualuit: ut primũ promptiſſmus diſceptator poſtea eloquẽtiſſimus orator iudicatus ſit. Omnes præterea quibus cum uiuebat: tantam in eo morũ grauitatem & animi magnitudinem animaduertebant: ut magnis operibus & magnificentiſſrma quadã rep dignum arb.itrarẽtur. nõ ſolum enim forenſibus in cauſis ab opera mercenaria ſe liberauit ſed nec eam gloriam maximi facere uiſus eſt: quam ex huiuſcemodi contentionibus conſequi poſſet. Longe uero magis cum adhuc eſſet adoleſcens ex pugnis quibus cum hoſte manum conſereret & bellicis artibus laudem uendicare ſibi cupiens multis aduerſis uulneribus cõfoſſum corpus habuit: ipſe enim ſe ſeptem & decem annos natum prima tum meruiſſe ſtipendia dicit: cum Hãnibal ſecundis præliis uſus incendebat Italiam. Interdimicãdũ autem talem ſe præſtitit ut manu quidem pugnator egregius: in ſtataria uero pugna ĩmobilis ac coſtans oculis frõte uultu terribilis uerbis minax eſſet. Aſperitate præterea uocis utebatur: cũ &ſi recte ſuaſiſſet & cæteros admoneret: plærũq; huiuſcemodi res hoſtibus maiorem terrorem inferre q̃ enſes. Cum iter faceret: ipſemet arma uno ſubſequente miniſtro ferebat: qui ſecum ea quæ uitæ neceſſaria erant comportaret. Huic uel prandium uel cœnam miniſtranti nunq̃ Catonẽ ſuccenſuiſſe aut male dixiſſe: quĩ eum plurimum iuuiſſe & una minima quoq; paraſſe: cum res ipſa militaris uacãtionẽ ſibi liberam cõceſſiſſe proditum eſt. In exercitu quaſi ſemper aqua utebatur: q; ſi quãdo magis atq; magis calore percitus ſitiret: aceti frequẽter hauſtu ſitĩ ſædare: uel ſiquã do uires priſtinas deſideraſſet: uegetandi corporis cauſa Leuiuſculi non nihil uini delibare cõſueuerat. Penes agrum ſuum ciuis. M. curii uilla fuit: qui tertium triũphauit. Hanc cũ ſæpenumero peteret & tenuitatẽ agelli & domicilii frugalitatẽ cõtemplaretur

cœpit eum illius uiri cogitatio: qui tam & ſi princeps inter Romanos eſſet: & ferociſſīas gentes ſubegiſſet: Pyrrhū q; de poſſeſſione Italiæ reieciſſet: agellum tamen hunc foderet: & poſt tres honeſtiſſimos triumphos ædiculam hanc incoleret: ubi cum illū ad focum ſedentem & rapas coquentem legati Samnitium offendiſſent: magnum auri pōdus dabant. Quo q̄ primum repudiato illius auro minime opus eſſe īquit: quibus cœna huiuſcemodi ſatis eſſet: quiq; aurum habentes uincere longe pulchrius q̄ aurū habere iudicarent. Hæc ſecum animo uerſans Cato diſcedebat domū ſuama: gros ſeruos & uitæ formulam diligenter intuens in opere faciundo ſtudioſior erat: & luxum etiam atq; etiam omni ex parte circuncidebat. Cato cum adhuc admodum adoleſcēs ſub Fabio maximo qui Tarentū recepit militaret: Nearcho Pythagoreo philoſopho & hoſpite familiariter uſus eſt: cui ut honeſtiſſimorum ſtudiorū ſocietate coniūgeretur ſūmopere cōtēdit: a quo & cōplura accæpit: quæ & a Platone: qui uoluptatē maximā malorū eſcā appellat: uſurpātur: & primariam animo noſtro calamitatem accedere cum corpori coniungitur: depurationem autem & diſſolutionē aſſequi cum cogitationes eā a corporis cupiditatibus ſeparant atq; diſiungunt. His ab ipſo plane percæptis Cato longe magis frugalitatem ac continentiam animo complexus eſt: eum ſero græcas litteras didiciſſe plæriq; auctores ſunt. In ſumma enim ſenectute græcos libros in manu ſumēs breues ex Tuchidide cōmētariolos plures autem ex Demoſthene confecit: quos in cauſis orandis mag no ſibi uſui fuiſſe conſtat. Scripta quoq; ſua græcis & ſententiis & hiſtoriis diſtincta etiam atq; etiam exornauit. Plæraq; grauiter & ſapienter dicta ad uerbum e græco in latinum traduxit. Erat per id tempus Romæ Valerius Flaccus cum patritio genere tū poteſtate primarius: qui cum uirtutē a natura datam ſagaciſſime adoriri poſſet: magna beniuolentia liberaliter inſtitutos educabat: & ad gloriam promouebat. Hic fundo. M. catonis uicina prædia nactus a ſeruis & familiaribus ſīgularis cū admiratione moderatiſſimum ac operoſum eius uiuendi genus accepit. Catonem ut primū illuxiſſet ī forum deſcendere aiebant: quiſq; ſua fide ac induſtria uti uellēt præſto eſſe. Cum autem domum reuerteret: hyeme quidem tunica demptis manicis indutum æſtate uero nudum labore cum ſeruis certare: quibus cum ſedere ſolitum eodē pane eodemq; uino ueſci. Eius cum multis in rebus æquitatem moderationē graues commemorantibus illis ac ſapiētes ſententias percepiſſet: ad cœnam uocari hominē iuſſit: quo deinceps uſus manſuetis atq; urbāis ipſius moribus ſicuti uirgulto cultura & præclara loci conditione opus eſſe animaduertit. Quāobrem Catonē induxit: animauitq;: ut rem Romanam attingeret. Eo igitur profectus nonnullos ſtatim adeptus eſt: quos & uirtutis ipſius admiratione & forenſi patrocinio ſui ſtudioſos fecit. Cumq; Valerius multum dignitatis ac poteſtatis in Catonem contuliſſet: Cato primum tribunus militum deinde quæſtor factus eſt. Poſtero autem tempore cum iam late clarus eſſet & cognitus foris maximis ī magiſtratibus: Valerio comes fuit. Ex maioribus natu Fabium maximum delegit: cui quoniam gloria rebus geſtis potentia primoribus urbis anteiret ſe totum dedicauit. Illius mores & uitam uelut pulcherrimum bene uiuendi exemplū ſibi proponens eius ueſtigia ingreſſus eſt. Hac de cauſa Scipionis illius maioris qui cū necdum ex adoleſcentibus exceſſiſſet: per quandam æmulationem aduerſus Maximi auctoritatē obſiſteret: inimicitias & ſimultates paruifecit. Cum quo bello Punico quæſtor miſſus: ubi ſplendidos illius ſumptus & largitiones in exercitum animaduertit: in Scipionem multa cum grauitate locutus eſt: nō q̄ ī penſam plurimi faceret: ſed q̄ maiorem continentiam corrumpi quereretur: cū militem ad uoluptates ad delitias affluēti rerum uſu conuerſum cerneret. Ei cum Scipio ſe quæſtore nimium diligēti nequaq̄ egere reſpondiſſet: ſed qui plenis ad bellum uelis ageretur: & ciuitati rerum geſtarum non pecuniarum rationem deberet: Cato Sicilia excedens una cum Fabio māgnis in ſenatum clamoribus uenit: Scipionem inconſulte publicum æs effundere: & in palæſtris ac ſpectaculis iuueniliter exerceri: quaſi nullum iſtic imperium gerat: ſed ludos feſtos

agitet. Quãobrem ſenatui tribunos plæbis ad eũ dimitti placuit:qui ſi uera fuiſſe accuſationum capita reſciſſent:ipſum Romã reducerent. Cæterum Scipio uictoriam in apparatu belli ſignificans:per ocium quidem cum amicis conſuetudine comis ac iocũdus ĩ re autem ſeria & magna propter munifice aut liberaliter expendẽdi ſtudiũ nũq̃ ſegnis uiſus eſſet:enauigauit ad bellum. Cato quoniam eloquẽtia plurimum poterat: uulgo Romanus Demoſthenes dicebat. At ipſius uita lõge clarior ac ſpectatior erat. Fuit per id tempus eo in loco propoſita dicendi facultas ut ad hanc iuuentus ipſa magno ſtudio uelut ad commune certamen ferretur. Qui uero priſtinum illud & laboriosum uitæ genus ſuſtineret:& tenuem cœnam incoctum prandium hirtam ueſtẽ plæbeiam domum libenter amplectaretur:quiq; ſuperuacaneis rebus non indigere:q̃ hãc minime neceſſariam ſupellectilem poſſidere præclarius putaret:ea tempeſtate rarus erat. Nam imperii magnitudine priſcam illam ſeueritatem ac puritatẽ minime reſpublica retinebat:quæ ditionis amplitudine multas & conſuetudines uariis ex gentibus exempla uiuendi ſuſtiperet. Quocirca iuſtis ex cauſis uniuerſa ciuitas in Catonem uer ſa uehementer admirabatur:cum reliquos uel laboribus fractos uel uoluptatibus ener uatos hunc utrinq; inuictum eſſe intueretur. Nec id ſolum adoleſcens laudis & honoris cauſa feciſſe creditur:ſed poſt conſulatũ & triũphum iam grandæuus ut uictor at leta conſuetas exercitationes perpetuo ſeruauit:a quibus non prius deſtitit q̃ e uita migrauit. Nunq̃ enim ueſte maiore centum drachmarum ſumptu uſum ſe refert. Et imperator & cõſul eodem uino quo & operarii defunctus pulmentum ad cœnam ex foro aſſibus triginta comparare ſolebat:nec id uoluptatis ſuæ ſed cõmunis uoluntatis cauſa fecit:ut rei militari corporis uigor ſufficeret. Cũ Babylonia ſupplex hæreditatis iure fortunis ſuis acceſſiſſet:ut q̃primum uænũdaretur:curauit:nullam eius uillã tectorium habuiſſe:nec ullum mancipium ultra mille quingẽtas drachmas emiſſe dicit: quaſi nõ delicatis & formoſis ſed colõis ac robuſtis:ut ſtabulariis & bubulcis ſibi opus eſſet:quos deinde ſenectute confectos nõ paſci ſed inutiles uendi oportere iudicauit. Præterea nihil bene conſtare:quod nequaq̃ neceſſarium eſſet:quin ne a ſe huiuſcemodi quippiam emeretur:pluris q̃ par eſt cõſtituiſſe aſſeuerabat. Paſcuum & ſeminariũ agrum q̃ floreum & irriguum maluit. Hæc nonnulli nimiæ paruis in rebus diligentiæ tribuũt:quæ plæriq; ĩ eã partẽ accipiũt:ut ĩ æmulãdis ac moderãdis cæteris factũ putẽt. Verum illud iſtitutũ nimis rigidum:quo ſeruos ſenio eorum debilitatos quemadmodum mutos animantes eiicere ac uendere conſueuerit:quaſi commoditate e medio ſublata nihil humanitatis ipſis hominibus debeamus:quãq̃ latiorem benignitati q̃ iuſticiæ locum concedi uideamus. Natura namq; nobis datum eſt ut in homines dumtaxat iuſtitia legitime utamur:in eos autem quibus aut gratia aut beneficio deuincti ſumus etiam ſi rationis uſu priuati ſint mãnſuetudo uelut ex abundanti quodam fõte plærũq; defluat. Equis enim & canibus cum cõfractæ labore uires fũt: non modo pabula ſed etiam quædam ſenectutis ĩdulgentia a bono uiro debẽtur. Athenienſes cum Heccatompedon exædificarent:quotquot ex mulis egregie laborẽ toleraſſent:uinclis ſolutos libere paſci ſinere:quibus quodãmodo libertate donatis cum ſpõte quiſpiam ad operam deſcenderet:& iumentis quæ currus ad arcem urbis uectarent exhortantis ſpetie ducis præcurreret:ut publice ad extremum uitæ finem nutriretur:decreuerunt. Ad hæc equarum Cimonis ſepulchra:quibus olympia tertium uicit:penes ipſius monumẽtũ uidentur. Quid canes familiares ac domeſticos & alii multi & Xanthippus ille Priſcus diligentiſſime humandos curauerunt? Is enim canem qui eo tempore quo ciuitas urbe relicta Salamina tranſmittebat triremi ſecum enatauerat: ĩ arce ſepelliuit:cui loco etiam ætate noſtra Cinthaphium cognomentum eſt. Indecorũ enim nos animantibus uelut calceis aut uaſis uti:quæ ubi uſu fracta & atrita fũt abiicimus, q; ſi nulla alia ratione ſaltem exercendæ humanitatis cauſa noſmetipſos conſuefaciamus oportet:ut ĩ hoc genere manſueti faciles iocũdiq; ſimus. Nam ut de meipſo dicã

nec bouem laboribus ſocium ſenectutis iam urgentis gratia uenderem: nedū hominē grandem natu ex loco in quo educatus eſt:& ex inſtituta uiuendi cōſuetudine uelut ex patria relegatum:iis pariter qui emunt & iis qui uendunt inutilem factum:parua pro ſtipe uænire oportere cenſeā. Cato uero huiuſcemodi rebus gloriari ſolitus : equū quo conſul in rem militarem uſus eſt ī Hiſpania reliquiſſe ſe dicit: ne uecturæ illius reip. rationem redderet. Quæ ſiue magnitudine animi ſiue tenuiſſimæ diligentiæ tribui debeāt: iudicio diſputari licet. Inter cætera uero continētia Cato magnopere admiratiōe dignus fuit:nunq̄ enim imperator & ſui contubernalium commeatus cauſa nūq̄ inq̄ amplius q̄ tres tritici mendinos Atticos & in ſingulos dies iumentis unicum & dimidium hordei mendinum cæpit. Hic cum Sardiniam prouinciā obtinuiſſet: ſua parſimonia plurimum a cæteris:qui ante ipſum præturam illam adminiſtraſſent:differre ſe demonſtrauit. Nam ut illi publicis tabernaculis lectis ueſtimētis magnifico apparatu numeroſa ſeruorum ac amicorum multitudine conuiuiis graues erant:ſic ipſi nullam ad rem publico ſūptu opus fuit. Cū urbes adiret ſine ræda proficiſcebatur: unus autē publicus miniſter ueſtem & turibium ferens:quo cū ſacrificaret:ſequebatur . In his adeo tenuis adeo facilis ſubditis uiſus:alia ex parte grauem & elatum ſe gerebat. Nam & ad ea quæ ad iuriſditionem ſuam pertinerent inexorabilis:& ī his quæ ad imperium ſpectarent adeo ſeuerus & īteger fuit:ut nūq̄ populi Romani maieſtas illis terribilior nūq̄ carior extiterit. Ipſius orationis genus haud ſane diſſimile fuiſſe perſpicuū eſt. In eius enim ſermone comitate grauitas terrore iocunditas & ſalubris auſteritas condiebatur. Qui ſi exterius in congreſſus ſpectaretur: nullius dignitatis imaginē:ſed ſatyricū carpendi ſtudium præ ſe ferebat:ſin interius ſeriis & dignitate rerū refertus erat:ut iis quibus cum loqueretur lachrymas mouere:& animum quo uellet trahere poſſet. Quocirca haud ſatis ſcio q̄ nonnullis ī mentem uenerit:ut genus dicēdi quod a Catone uſurpatum eſt: Lyſiæ conferrēt. Verum hæc uiderint qui uarias orandi formas diiudicare ſuum eſſe officium putant. Nos uero breuia quædam ſcribemus : quæ memoriæ prodita ſunt:cum longe ſignificantius ac apertius ex ſermonibus q̄ ex liniamentis oris(ut plæriq; arbitrantur)de moribus hominum cenſeamus. Hic aliquādo cum populū Romanum importune tumultuantē a partiendo ac diuidendo frumento auertere ſtatuiſſet:hunc in modum orſus eſt: Difficile quidem eſt Quirites ad carentem auribus uentrem uerba facere. Ciuitatis rurſus mores increpans inquit:Laborioſum eſt illam rem publicam ſaluam fore:ubi piſciculus pluris q̄ bos uænit. Romanos etiam mutis pecudibus conferre ſolebat. nam ut illæ ſingulæ nemini obtemperant:uniuerſæ autem gregis principem ſequuntur:ſic & uos ab iis:quos priuatī nequaq̄ conſiliarios habere uelletis:hic frequentes coacti agi æquo animo permittitis . De uxoria poteſtate ſic eū locutum accæpimus:Omnes homines uxoribus imperāt:nos ōnibus hominibus:nobis autem uxores. Hoc enim eſt ex eorum genere:quæ a Themiſtocle grauiter ac prudēter dicta ſunt. nam cum ſibi filius matris ītercеſſione plæraq; iuberet:O uxor īquit:Athenienſes Græcis imperant:ego Athenienſibus:tu mihi:tibi filius:Quare licentiam moderetur:qua fretus imprudens plus poteſt q̄ uniuerſa Græcia. Populū Romanū Cato non modo purpuræ:ſed ſtudiis atq; exercitationibus cōferre magiſtratus dixit . quēad modum enim tinctores eum maxime colorem inducunt:quo paſſim delectari mortales intuentur :ſic adoleſcentes ea magno ſtudio diſcunt:& conſequi cupiunt: quæ uos honore ac laude digna iudicatis. Eos exhortabatur:ut ſiquidem uirtute ac moderatione magni facti eſſent:ne ad deteriora ſe conuerterent:Sin incontinētia ac improbitate amplitudinem eſſent conſecuti ad meliora ſe referrent . Satis enim exploratum habebat:ſuperioribus illis rationibus eos non mediocres honores adeptos eſſe:qui ſumma cura ac diligentia ſæpe magiſtratus ambirent:eos uelut ignaros uiæ dicere ſolebat: ne errarent. Lictores quibus cum incederent ſemper quæritare ciues grauiter increpebat: qui eoſdem frequenter publicis muneribus præficerent:ſic enim uel non multi facere

principatum uidemini: uel nō multos qui principatu digni ſint exiſtimatis. Ex inimicis cum quiſpiam turpiter ac ignominioſe uiueret: huius mater inquit: cum deos īmortales precaretur: ut hic ſibi uita functæ ſuperſtes ſit: execrari non orare ſe putat. Paternum quidam fundum maritimum uænundederat: quo facto Cato magis atq; magis ſe mirari ſimulauit: q̄ longe amplius ipſe q̄ mare potuiſſet. nam quæ uix pontus allu ebat: iſte facile abſorbuit. Cum Eumenes rex Romam ueniſſet: & a ſenatu comiter ac honorificentiſſime ſuſceptus eſſet: & clariſſimorum circa eum ciuium frequentia certatim uerſaretur: Cato non obſcure tantum erga regem ſtudium ſuſpectum habēs eū declinabat: dehinc cum ipſi diceretur Eumenem frugi uirum amiciſſimo animo ī rēp. Romanā eſſe: Eſto īquit: cæterum hæc ipſa bælua rex ſilicet natura ferox canis eſt. Neminē ex regibus qui perbeati putantur inuenies: quem Epaminūdæ Themiſtocli Marco Curio & Amilcari cognomento Barcæ optimo iure cōferre poſſis. Inimicos inuidia ſibi affectos dictitabat: quia quotidie noctu exurgēs rei ſuæ familiaris rationes negligeret: ut reip. dignitati ac commodis omni cura uigilantiaq; cōſuleret. Is quoq; dicere cō ſueuerat: ſe gratia quā ex benefactis expectaret priuari malle: q̄ pœnam nō dare: quæ ex malefactis ſibi deberetur. Omnibus qui ab officio deſtitiſſent ſe dūtaxat accepto facile ignoſcendum eſſe indicabat. Poſtea q̄ tres in Bithyniā legati romæ delecti ſūt: quorum unus podagra alter capite uulneribus confoſſo tertius uecordia laborare uidebat: ridens Cato populus Romanus inquit legationē emittit: quæ nec pedes nec caput nec cor habet. Scipio Polybii gratia ſuper iis qui ex Achaia relegati fuerant cū Catone collocutus eſt. Poſtea cum multus ſermo de illorum reditu ī ſenatu haberetur: & plæriq; accuratius q̄ par erat: contradicerent: hūc īmodum Cato diſſeruit: Quaſi nihil habeamus quod dignum factu ſit: uniuerſum diem de græculis ſenibus altercando cōſumimus: ac ſi multum interſit utrum penes nos an in Achaia ſepeliantur. Quibus ſimul ac ex ſenatuſconſulto domum reuerti cōceſſum eſt: Polybius in ſenatū introduci moliebatur: ut exulibus illis qui grauiſſimi ordinis decreto in patriam redibant: priſtinos honores & magiſtratus reſtitueret. qua de re cum Catonis ſententiā rogaret: ſubridens Cato reſpondit: Polybium quemadmodum Vlixem ſpelūcam Cyclopis ſubire uelle: ut pileum & cīgulum quæ illic oblitus erat repeteret. Affirmabat præterea ſtultos prudentibus uiris maiori emolumento eſſe q̄ prudentes ſtultis. nam qui prudentia ualēt illorum errata facile deprehendere ac uitare: ſtultos uero quæ a prudentibus recte facta ſunt imitari non poſſe. Se quoq; longe plus adoleſcentibus delectari: quorum uultus rubore potiuſ q̄ pallore præfunderetur. Eo milite ſibi opus non eſſe qui ītereundū manus interconfligendum pedes agitaret: quiq; ſtertendo q̄ hoſtibus inclamitādo lōgius ſentiretur. Cum ī pinguē quēpiam acerbe maledictis inueheretur: quibus ī rebus huiuſcemodi corpus ciuitati fructuoſū ac cōmodum futurum rogauit: cuius īter guttur & ignem cuncta ſub uentris ditiōe poſita forent. Libidinoſo cuidam inter familiares ſuos eſſe cupienti cōceſſurum ſe negauit: quoniam cum eo uiuere nō poſſet: qui melius ac ſubtilius palato q̄ corde ſētiret. Animū eius qui amoribus teneret: ī alieno corpore uiuere dicebat. Tribus item in rebus per omnes uitæ ſuæ partes pœnitentiam ægiſſe: primum ſi mulieri quicq̄ arcanum aliquando credidiſſet: ſecundū ſi aliquo naui trāſmiſiſſet: quo pedeſtri itinere ſibi proficiſci licuiſſet: tertium ſiqua dies ei per incuriam inanis effluxiſſet. Deprauatum quoq; quandoq; ſenem conſpicatus: te magnopere inquit rogo: ut cum plæraq; turpia ſenectutem circūueniāt: des operā ne te auctore malignitatis acceſſio fiat. Ad tribunū plæbis: qui ī ſuſpicionē ueneficii uenerat: iniquā legem ferentem adoleſcens ait: Nedum ſcio utrum haurire quod temperas: an approbare quod ſcribis: deterius ſit. Cato cuiuſpiam qui multis intemperantiæ ac impotentiæ notis īiuſtus erat probris uexatus: Impar mihi tecum ait certandi conditio eſt. nam ut & male audire & male dicere tibi facillimū ſimul & promptiſſimū ē: ſic & mihi & male dicere īſuaue & male audire īſuetū eſt. Quæ uel ab ipſo dicta prudenter uel reſpōſa

acute mãdata litteris extant: huius generis sunt. Verumenĩuero cum Valerio Flacco: cuius amicitia & consuetudine familiarissime utebatur: cõsul designatus citeriorẽ Hispaniam sortitus est. Huius ubi complures populos ĩ potestatẽ redigisset: cõplures dexteritate atq; humanitate sibi uendicasset: aduentantibus multis ac maximis barbaroꝝ copiis eo in discrimine res erat: ut turpiter uim inferri posse putaretur. Quãobrem Celtiberos finitimos ad belli societatẽ accersiuit: quibus ducẽta subsidii gratia talenta stipendii nomine deposcentibus: cæteri quidem minime tolerandum esse censebant Romanum auxilia Barbarorum tutelæ suæ causa mercede conducere: Tum Cato nec graue nec durum esse respondit: nam si uicissent non suis opibus sed manibus hostiũ facturum satis: si uicti essent: nec eos qui repeterẽt: nec a quibus repeti deberet: superstites relictum iri. Hãc pugnam: cum summa ui conflictum esset: uicit: magnoq; cum splẽdore reliqua procedebant. Omnium urbium muros quæ intra Betin amnem sũt: a Catone uno die solo æquatos fuisse: Polybius auctor est. Has plurimas & multitudine & genere militũ munitissimas extitisse cõstat. Ipse Cato plura se oppida cæpisse: q̃ ĩ Hispania dies egisse commemorat: eãq; haud sane iactantia est: si re uera quadringẽta numero fuerunt. Multi itaq; ex ea expeditione locupletati: singulas etiã argenti libras uiritim diuisit: illud adiiciens melius esse: multos ex Romanis argentum q̃ paucos aurũ habentes ĩ urbem reuerti. Ex captiuis hostium rebus præter cibum & potum nihil ad se peruenisse dicit. Quod ab ipso factum est: tam & si nemini uicio daret: si huiuscemodi oblata occasione cõmodis suis fortunisq; seruiret: quia cum uiris optimis mallet de uirtute q̃ cum ditissimis de pecunia & auarissimis de lucri quæstusq; cupiditate certamen inire. Nec seipsum modo uerum etiam & ministros suos ab omni præde noxa liberos seruabat. In castris quĩq; secũ seruos habuit: quoꝝ uni Pacho nomẽ fuit: is tres puellas ex captiuis qui sub hasta uæniebant emit. quod cum rescisset Cato: prætimore Pachus anteq̃ ad eius conspectum ueniret: sibimetipsi mortem conscisiuit: sic seruis deinde uenditis precium eorum Cato ĩ ærarium rettulit. Hunc cum adhuc ĩ Iberia esset Scipio maior inimico aĩo ĩsectabatur: & rebus ipsius fœliciter gestis impedimento esse cupiens: ut in illa prouintia sibi succederet perfecit. Subinde ut q̃primum Cato magistratu decederet: magno studio contendit: ipse uero cum quĩq; militum cohortibus & quingentis auxiliaribus equitibus Lacentanos subegit: sexcentos transfugas ĩ manum suam redactos ultimo supplicio affecit. Quibus ex rebus infestum sibi Scipionẽ mordens Cato sic Romã maximam fore per simulationẽ dicebat: Siquidem claro loco nati primas uirtutis partes ignobilibus minime cõcederẽt: & plæbei ordinis homines quorum in numero ipse esset: cum genere & gloria primariis de uirtutis laude certarent. Quo circa cum plæraq; aduersus eum Scipio moliretur: senatus decreuit: ne quid eorũ quæ a Catone constituta essent pmutaret aut abrogaret. Huius magistratus initio Scipionis potius q̃ Catonis amplitudini ac auctoritati detractum est. Nam ita quietæ res fuere: ut cum nihil memorabile gereretur: per ocium mora segnis militibus esset. Cato ubi triumphans urbem inuectus est: aliud uiuendi genus q̃ cæteri solẽt instituit. Qui nonuirtutis sed gloriæ causa magno spiritu contendũt: cumq; triumphos consulatus ac spectatissimos honores adepti sunt: ad uoluptatem atq; ocium deinceps se conuertunt: & ea uicia quæ a reip. dignitate & cõmuni utilitate seiuncta sunt. Non sic Cato: non sic uirtutis neruos remisit: sed tanta cura & uigilantia: quanta qui primum reip. procurationẽ suscipiunt: & honores & magistratus sitiunt: cupiditate incredibili quandam aliam rationẽ de ĩtegro ĩgressus est. Vt .n. amicis & ciuibus usui esset: neq; patrocinii neq; militiæ labores unq̃ repudiauit. Tyberium siquidẽ Sempronium cõsulem: qui circa Histrum & Thraciam ductabat exercitum: legatus iuuit: deinde cum Mãnio Acilio tribunus militum aduersus Anthiocum illum magnum in Græciã uenit: qui tantum Romanis terrorem quantum nullus alter post Hãnibalem iniecit. Asiam sane quantamcunq; Nicanor Seleucus habebat: uniuersam ferme sub nutum ditionemq;

ſuam recipiens: ſimul ac plurimas feroces ac pugnaciſſimas barbaras natiões domuit. elatus animo cum Romãis belligerare cogitabat: quoniam eos ſolos dignos ratus eſt: quibus cum de imperio armis decerneret. Is nequaq̃ indecoram belli cauſam cõmentatus: ut græcos ſcilicet Romanorũ beneficio iã a Philippo & Macedonibus liberatos ac ſuis priſtinis legibus uiuentes uano titulo liberaret: cum copiis in græciam trãnſmiſit: quæ per id tempus incertis fluctibus iactabãtur: q; partium duces regiis pollicitationibus animos innouandarum rerum cupiditate ſuſpenſos in deteriorem partem excitaſſent. Quãobrem Mannius ad ciuitates legatos mittere. Titus quoq; Flãminius (ut in eius uita ſcripſimus) multa quæ res nouas moliebãtur ſine tumultu cõtinere ac ſedare. Cato Corinthios & Patrenſes ac Agienſes Romanis aſciuit. Permultum etiam temporis Athenis conſumpſit: cuius adhuc oratio quædam extare fertur: quã græce ad populum habuit: quaſi miro quodam amore ueterum Atheniẽſium uirtutibus affectus ſingulari cum uoluptate urbis pulchritudinẽ ac ciuitatis amplitudinẽ ſpectatũ ueniſſet. id autem falſum eſt. per interpretem enim cum illis locutus eſt: quãq̃ ita græce ſciret: ut interpretis officium minime ſibi neceſſarium eſſet: latinis litteris adeo contẽtus fuit: ut eos non magnopere probaret: qui græca admirarentur: & Poſtumius Albinus qui græce ſcriberet biſtoriam ueniam deprecatus: morſibus eius uacuus non fuerit. Si bi enim ignoſcendum fuiſſe ſi amphictionum decreto coactus illas res geſtas ſcribere adortus eſſet. Acerrimam eius in dicendo celeritatem magnæ Athenienſibus admirationi fuiſſe traditum eſt. Nam quæcũq; ipſe breuiſſima oratiõe expediret: ĩterpres multo uerborum ambitu uix renuntiabat. Quocirca rati ſũt græcis quidem ſermonẽ ex labiis: Romanis autem ex corde proferri. Anthiocus ubi Termophilarum anguſtiis uallido præſidio firmatis uallo & muro locum: qui natura ſui iniquus & difficilis erat: ſtationibus etiam armatorum obiectis cõmuniſſet: quaſi opinione ſua iam bellũ expoſiſſet conſidebat. Quo factum eſt ut a fronte quidem fauces expugnare Romanus penitus deſperaret. Illum uero perſarum circuitum uerſans animo Cato noctu quibuſdã acceptis copiis ire pergit. Cæterũ cum ſuperiorẽ ſemitã primi tenuiſſent: captiuus quidã itineris dux errore uiæ captus militi dubiis in locis ac præcipitibus conſtituto mœrorem ſimul ac pauorem iniecit. Conſpicatus hoc diſcrimẽ Cato cæteris omnibus quiete iuſſis mãere &. L. Manlio uiro ad cõſcẽdẽdos mõtes aptiſſimo comite aſcito p loca cõfragoſa laborioſum & multis obiectum periculis iter ingreſſus eſt. nocte enim intẽpeſta nihil lucente luna proficiſcentibus oleaſtris ſaxis aſpretis late diſperſis ſĩgularis incertitudo & obſcuritas proſpectum ademerat: donec in tramitẽ incidere: cuius ut aſſequebatur coniectura in hoſtium caſtris finis erat. Tum ubi ſigna nonnullis apertis ac conſpicuis truncis appoſuere: quæ ſupra Calidromũ (id enim cacuminis nomẽ erat) eminerent ad ſuos reuerſi ſunt. Mox ad inſignis illas notas copias adducentes eam ingreſſos calem: cum paulum proceſſiſſent: eo deficiente cõuallis quædã excepit. ubi denuo uniuerſi metu ac trepidatione uix metu conſtabant: ignari q; prope hoſtem eſſent. diluceſcente iam die & uox quædam audiri uiſa & repente græcorum uallum deſpici cœptum: qui præcipites illas rupes cuſtodes ſeruabant. Hoc loco firmatis cohortibus Cato Firmianis ad ſe uocatis: quorum perpetua fide ac prompta opera uſus erat: hiſq; extemplo dicto parentibus: hunc maxime in modum loquitur: Vnũ ex hoſtibus ut uiuũ in manũ meã adducatis opus eſt: qui me doceat: quibus hæc prima cuſtodia data ſit: quanta hoſtium multitudo quæ omnium diſpoſitio quis ordo quis apparatus quo nos excepturi ſũt: ad eum corripiẽdum tota ĩ celeritate ac audacia ſpes eſto: eodem modo leones inermes fiducia & ſpe pleni horrẽda immanium ferarum luſtra ĩgredi ſolent. Quæ cum dixiſſet Cato: Firmiani ut erant per mõtes ad ſpeculatorias cuſtodias diſcurrunt. quibus irruentibus omnes tale nihil expectãtes tantus undiq; pauor circunuaſit: ut quid in rem eſſet ignari paſſim fuga diſperſi ſint. Ex is unus ipſis cum armis prenſus in manus Catonis defertur: a quo explorat cum reliquæ copiæ in

ãguſtiis cũ rege ſedeãt: ſexcẽtos Aetholos ibi delectos eſſe: qui extremas colliũ partes p ſtatione tenerent. Horum ſimul negligentia Cato & paucitate cõtẽpta: extemplo iuſſit canere tubis ingenti clamore ac ſtrepitu. primus ſtricto pugiõe ſuos admõuit. quos cũ ex præruptis montibus repente inuectos cernerẽt ĩ regia caſtra fugientes omnia tumul tu ac terrore complent. Manius interim munimenta quæ fauces illas tutabantur: uni/ uerſo admoto exercitu ex inferioribus oppugnat. Tum Anthiocus os lapide ictus ex cuſſis dentibus doloris acerbitate equum auertit. Exercitus nulla ex parte uim Roma/ norum ac impetum ſuſtinere: ſed effuſa fuga terga dare: & per ãcipites ſaltus paluſtri limo & uoraginibus inuios ac præruptos & lubricos colles iter habere. Ad hæc intra an guſtias illas inuicem occurrentes ita circunfuſo undiq; terrore ac hoſtili ferro obtorpeſ cere: ut Romanus eos paſſim cæderet. Cato uſq; quaq; minime parcus ſuarum laudũ prædicator a iactantia: quæ res magnifice geſtas ſequeretur: nõ abhorrebat. Tũ hiſce præclaris factis ſuis magnum cumulum adiecit. Iis enim qui eum inſectantem ac cædẽ tem hoſtes uiderãt: dixit nullo pacto tantum populo ro. Catonem: quantum Cato in populum ro. debere. Ipſe quoq; Manius conſul ardentem adhuc ex uictoria Catonem aliquandiu complexus: ſĩgulari cum lætitia clara uoce teſtatus eſt: neq; ſe neq; uniuer ſum populum ro. maximis ac immortalibus Catõis beneficiis meritam laudem & gra tiam referre poſſe. Haud multo poſt Cato certus rerum geſtarum nuncius Romã miſ ſus: proſpera nauigatione Brunduſium traiectus eſt. Illinc autem ſoluens uno die Ta rentum delatus: quattuor conſequentes iter habens: quinto Romam ab ora maritima profectus: primus uictoriam nunciauit. quare gaudio & ſacrificiis ciuitatem referſit: eiq; magnos ſpiritus iniecit: ut maria ut terras ſuo uendicare poſſet ĩperio. Hæc ferme bellicis artibus egregie a Catone acta ſunt. Accuſationes ac uituperationes in ĩprobos reip. partes ſingulari quidem ſtudio dignas eſſe ratus: & accuſatiõibus aliis opem tu lit: & quoſdã qui in iudicium uocarent: ut Petilium in Scipionem comparauit: quem cum amplitudine familiæ & uera animi magnitudine calumnias calcare pcepiſſet: miſ ſum fecit: quoniam quod in eius pernitiem conſtituiſſet conſequi deſperaret. Lucium autem frattem inito cum accuſatoribus conſilio grandi ære in publicum referẽdo mul ctauit. Quod cum luere non poſſet: niſi ipſum prouocatio ad tribunos plæbis ægre li/ beraſſet: in uincla coniectus eſſet. Cum adoleſcens quidã patris iam uita functi igno minia inimicum affeciſſet: cum deinde per forum deambulantem obuiũ ſibi factũ Ca to comiter cõplexus: æquũ eſt ĩquit nõ agnis nõ hedis ſed æmulorũ lachrymis ac dãna tionibus ſic exequias parentum celebremus. Quæ quanuis ita ſe haberent: calumniarũ tamen in rep. expers non fuit. nam ubicunq; inimicis accuſationis argumentum accu/ ſationem q; præſtabat: in cauſa dicenda magno cum diſcrimine uexabatur. Ferme .n. quinquagies ei diem dictam eſſe ferunt. poſtremo ſex & octuaginta natus annos accu ſatus: uulgatum illud dixiſſe aiunt: Difficillimum eſſe: cum inter alios homines uixe/ ris: penes alios de his criminibus reſpondere: quæ ab aduerſariis obiecta ſunt. nec in ea ætate forenſibus cauſis ac contentionibus modum ſtatuit. Nonageſimo .n. anno Ser uilium Galbam ad populi iudicium adduxit: ex quo ſatis conſtat ipſum uelut Neſto rem patriæ operam nauaſſe: dum tertiam uiueret ætatem. Is enim ut diximus Scipio/ ni maiori infenſior ſuis in rep. conflictatiõibus in Scipionem uſq; minorem perrexit: eius quidem Pauli filium qui Perſeum & Macedonas bello uicit: illius autem adopti/ onis iure nepotem. Annos decẽ Cato poſt conſulatũ cenſuram ambiuit. quæ cum om nium magiſtratuum facile princeps ſit: uniuerſæ reip. ſupremum & perfectiſſimum locum habet. Hæc cum alias res tum uero ut mores uitaſq; diſcutiat: plurimo ĩperio ac poteſtate eſt: utiq; de nuptiis de liberorum procreatione de uiuendi ratione de cõui uiis diligenter inquirat. Nullam deniq; omnium cupiditatum ac inſtitutionum eſſe: quam adoriri ac indagare non oporteat. His enim putabant longe facilius q̃ publicis muneribus: aut iis quæ in oculis omniũ fiunt: hominum mores eũ poſſe deprehẽdere

qui ſeueritate diſciplinæ:ne quis ad uoluptatem uerteretur:cuſtodiret: & acerrime co
erceret:ne quis patriam ac conſuetam uiuendi diſciplinam tranſgrederet. Ad hoc igi
tur munus alter Patritius alter uero Plæbeius deligebantur:quos cenſores appellabāt.
His licebat:& integrum erat:e ſenatu eos eiicere: & illis equum adimere:qui flagitioſe
ac intemperanter degerent. Ipſi quoq; ſacrificiorum precia curabant:& deſcriptiōibus
genera & reip. officia diſtīguebant. multas præterea poteſtates hic magiſtratus habet.
quapropter in petitione cenſuræ nobiliſſimi & primores patrum Catoni obſtiterunt.
Patricii quidem inuidia ſtimulari:cum hoc pacto nobilitati maxime detractum iri pu
tarent: ſi ignobili loco nati q̄primum ſummum honoris gradum obtinerent. Hac
re etiam uehementer eos commoueri:quibus ex multorum malefactorum conſcientia
& priſci moris tranſgreſſione uiri auſteritas terrori erat. q̄ difficilem & inexorabilē fore
ſibi ſuadebant:ſi cenſorii muneris ius & auctoritas acceſſiſſet. Iccirco ſtudiis partium
ex compoſito paratis ſeptem candidati in campum deducti cum Catone magna con
tentione petierunt. Hi quidem bona ſpe multitudinē colere:ut quæ mollē & uolup
tuoſum iam magiſtratum expeteret. Contra Cato aliam petendi rationē īgredi: nullā
facilitatis aut comitatis ſignificationē præ ſe ferre: Verū potius ex ſuggeſto īprobis mi
nitabundus aperte & palam teſtari: ciuitati maxima expiatione opus eſſe. Hunc
in modum populum rogare:ut ſi prudentes eſſent:non blādiſſimum ac aſperrimum
medicum deligerent. Se quidem illum eſſe:alterum autem ex patriciis Valerium Flac
cum:quo uno collega delitias ac mollitiem uelut hydram excindens atq; concremans:
ut opinio ſua ferebat:plæraq; quæ in re eſſēt:facturus erat. Cum cæteris uero minime
ſibi liberum fore:pro dignitate reip. adminiſtrare:quoniam optimos præceptores for
midarent. Qua quidem in re populus Romanus magnis ſane principibus dignus: ſic
excælſo animo fuit:ut nec rigidos nec elatos Catonis mores extimeſceret: uerum cæte
ris omnibus popularibus & qui cuncta ad gratiam facturi uidebantur: repulſis cum
Catone Flaccum cenſorem deſignarit:cui non uelut candidato ſed iam principi & īpe
ritāti paruit. Cato. L. Valerium Flaccum collegam amiciſſimū ſenatus principem deſ
cripſit:e quo cum alios complures:tum Lutium Quintium Flaminium eiecit:qui ſep
tem annos antea conſul fuerat:& quod longe ſibi glorioſius fuerat. T. Flaminii frater
qui armis Philippum debellauerat. Cauſā autem cur e ſenatorio loco motus ſit:hanc
accæpimus:Lutius adoleſcentem liberali forma ſcortum deperibat:quem ſemper ſecū
habuit. Hic cum imperator rem gereret & honore & gratia apud ſe tantū potuit:quan
tum quicunq; ſuperiori tempore beniuolentia & familiaritate ſibi deuinctus eſſet. Pe
nes ipſum igitur conſulari prouinciæ præfectum aliquando in cōuiuio ex more diſcū
bens:multis blandimentis Lutium:qui uino facile uincebatur:alliciebat:quem cum a
ſe diligi plurimis uerbis oſtenderet:hoc teſtimonio uſus eſt: Omnibus domi gladiato
rio ſpectaculo intentis:cuius tam & ſi uiſendi deſiderio afficerer: q; obtruncari nūq̄ ho
minem uiderim:tamen ſub ipſum ſpectaculum ad te properaui. Lutius autem indul
gens amator cum parem ſibi gratiam referre uellet:huius inquit rei cauſa ne mecū ſub
triſtis ſis:hoc enim mœrore te q̄primum liberabo. Extemplo igitur unum ex iis qui rei
capitalis crimine damnati erant:ad ſe in conuiuium adduci imperat:& accerſito cū ſe
curi carnifice amaſiolum denuo rogitat:utrum homīem percuti ſpectare cuperet. qui
cum ſe uelle reſpondiſſet:collo caput eximi iuſſit. Ad hæc quæ plurimi tradiderunt:ac
cedit Ciceronis teſtimonium:apud quem in dialogo de ſenectute Cato talia diſputat.
Liuius autem eum qui interfectus eſt Gallum tranſfugam fuiſſe:nec Lutium feriendi
negocium carnifici dediſſe:ſed propria manu in corpus illius ſæuiſſe commemorat:id
q; in oratione Catonis ſcriptum extare. Moto itaq; Lutio ex ordīe ſenatorio: Titus fra
ter id ægre paſſus ad populum confugit:rationem offerre iubens:cur adeo ignominio
ſe fratrem eieciſſet. At ille cum conuiuii turpitudinem expoſuiſſet:&. L. negaret ad iuſ
iurādū a Catone reuocatus:tergiuerſatus eſt. Id ubi multitudo p̄ſpexit dignas dediſſe

pœnas ſciuit. Deīde cū ſpectaculo ciuitas frequēs ītereſſet: Lutius conſularē locū præ tergrediens ꝓcul conſedit. qua re populus uehementer miſericordia cōmotus magno plauſu reuerti: & in honeſtiore ſede collocari coegit: quaſi quoad ſibi liceret: quod ī eū factum eſſet emendaret: & uulnus quod īflixerat: hoc ſtudio hoc beniuolētiæ teſtimonio mitigaret. Manilium quoq; uirum clariſſimum conſulem futurum e ſenatorio loco mouit: qui interdiu præſente filia diſſuauiaſſet uxorem: quæ cum increparet teſtatus eſt: ſe nunq̄ niſi cum aliquando tonaret a ſua complexum: unde per iocum dixiſſe fertur: tonante loue ſe beatum eſſe. Lutius etiam Scipionis Aphricāi frater Catoni cauſā attulit: ex qua ſibi ſīgularē inuidiā cōtraxit. haud. n. æquitate cauſæ: ſed Aphricāi cō tūelia potius a Lutio Scipiōe uiro triūphali equū ademiſſe creditus eſt. Ad hæc moleſta magnopere multos eius ſeueritas affecit: qua ſūptuoſos apparatus: quos nemo penitus reſcindere potuiſſet: circuncidebat: quoniam plurimos ī ciuitate luxuries iam ægros reddiderat ac propemodum labefactauerat. Vt igitur in omnes animaduerteret coegit ueſtis carpenti mundi muliebris & domeſticæ ſupellectilis decuplum amplius incenſum referri: q̄ earum rerum precium ſineret: ſi mille quingentas drachmas exceſſiſſet: alioquin in animum induxerat: ut maiori cenſu grauati plus in ærarium conferrent. Inſuper tria ſingulis milibus æra attribuit: ut cum frugi uiros & moderatos ſibi fortunis pares ꝓ pauciores pecunias in fiſcum perſoluere cernerent: a luxu deſiſterēt. Grauiter autem Catoni ſuccenſebant quicunq; ut inſtituerant laute uiuentes tributi nomine ſuas opes exhauriebant: aut qui delicias: quibus capti & demoliti erant: propter pecuniarum collationes exuebant. Leges enim quibus diuiciarum oſtentatio īterdicitur: nonnulli diuitiarum ademptionem eſſe arbitrantur. Eas autē nequaq̄ rebus quæ ad uitā neceſſariæ ſunt ſed ſuperuacaneis oſtentari. Quapropter omniū conſenſu Ariſtonem philoſophum maxime admiratum ferūt homines potius ſuperfluis fortunæ bonis: q̄ neceſſariis ac commodis beatos eſſe. Vnde Scopias Theſſalus cum quiſpiam familiaris ab eo quicq̄ aſſequi contenderet: quod neq; neceſſarium ſibi neq; ualde cōmodum eſſet: huiuſcemodi rebus inquit & fœlix ſum & locuples ſuperuacuis inq̄ & uſui minime neceſſariis. Sic uehemens opum ſtudium nequaq̄ nobis a natura datum ex uulgari & aliena opinione introductum eſt. Quæ quanq̄ ita eſſent: Cato tamen tales incuſatores nihili faciens etiam atq; etiam ſeuerius animum intendit. Aquæ ductus enim: quibus aquam publicam priuatim in domicilia & hortos ſubductam uſu capiebant abſcidit: & quæcunq; in loca publica porrecta eſſent ædificia diruit ac demolitus eſt. Operarias artes ad mercedē prauam contraxit: uenditionibus ſupremo precio uectigalia æſtimauit. Ex quibus haud mediocris in eū delata eſt commoditas. Qui uero cum Tito Flaminio ſentiebant: aduerſus Catonem conſpirantes: impenſas & ſacrarum ædium & urbanorum operum locationes uelut inutiles irritas fecerūt. Tribunos etiam plæbis impudentiores & ad omne facinus propenſiores ſolicitauere: ut Catonē ad populum prouocantes duobus talentis mulctarent: eiq; ī apparatu baſilicæ magnis altercationibus refragati ſunt. quam ex ære publico uicinā foro ſub curiam a ſe inædificatam Portiam baſilicam appellauit. Populus mirūimmodum Catonis cenſuram gratam habuit. cui cum ſtatuam conſularem in templo collocaſſet: nec Catonis præturas nec imperia nec triumphum: ſed hunc titulum inſcripſit: Rem Romanam iam prolabentem & in deterius uerſam Cato creatus cenſor modeſtiſſimis inſtitutis optimis moribus ac præceptis priſtinum in locum reſtituit. Huiuſcemodi honoris ambitioſos initio contempſit: eos namq; latere dicebat: q̄ fabrorum aut pictorum operibus gloriantur. Cum honeſtiſſimas & pulcherrimas eius imagīes populus Romāus animis circumferret: nonnullis admirantibus q̄ ignobiles & mediocres homīes ſtatuas habe rent: Cato uero nullam: Quæri inquit malo quāōbrem Catonis ſimulacrum hic non poſitum ſit: q̄ cur poſitum ſit. Neminem præterea bonum ciuem laudari ac celebrari paſſus eſt: niſi id communi utilitati coniūctum eſſet. Plurimum uero præter cæteros

de ſeipſo prædicauit. cui magno illud argumẽtum eſt: qui in uita de officio defeciſſẽt: ſiquando reprehenderentur: eos minime uituperatione dignos: quia Catones non eſſent dicere ſolitos. Refert illos etiam qui eius acta nec magna cura nec ſingulari diligẽtia imitari conarẽtur ſiniſtros Catones appellari. Vniuerſum ſenatũ periculoſis reip. temporibus in ſe ut in ſæua tempeſtate uectores in gubernatorem oculos conuertere. Quapropter eo abſente res grauiſſimas: ad quas adeundas magnam ſibi partem celeritas uendicabat: ſæpe tamen in aliud tempus prorogari. Quæ non ſolum ſuo ſed alioꝝ quoq; teſtimonio uera fuiſſe conſtat. In ciuitate igitur cum uitæ inſtitutione eloquentia ætate multum anteiret magnos honores ac ſingularem dignitatem conſecutus eſt. Fuit bonus in liberos parens: ĩ uxorem maritus frugi: & rei pecuniariæ procurator non uulgaris. Namq; huiuſcemodi curas cogitationeſq; non perinde ac paruas & humiles a ſe alienas iudicauit. Quamobrem oportere arbitror: ut quæcunq; de his ab ipſo bene conſtituta ſunt: ſummatim dicam. Fœminã quæ longe magis generis antiquitate q̃ diuiciis polleret uxorem cæpit. quãq̃ utranq; grauem & moleſtam cenſeret: tum honeſto loco natam natura potius turpitudinem uereri: & ad ea quæ recta eſſẽt marito obſequẽtiorem fore cogitabat. Eos qui uel uxorem uel liberos uerberaſſent: quaſi ĩ ſanctiſſima deorum templa manus intuliſſent: impios eſſe putabat: eumq; maiori laude dignabatur: qui bonum maritum ſe ageret: q̃ qui in ordine ſenatorio magnus eſſet. Quocirca Socratis illius priſci nihil amplius admiratus eſt: q̃ ꝙ difficilem & contumacem coniugem & inſanos liberos nactus: cum eis comiter atq; humaniter uixiſſet. Vbi Cato filiolo auctus eſt: niſi reſp. ĩpedimento eſſet: nullũ officiũ ſibi antiquius fuit: q̃ ut in tempore quo ĩfans lauaret & uelamentis ĩuolueretur: uiſendi cauſa domum ueniret. Hũc ſuo lacte uxor aluit: quẽ ut ſeruorum beniuolentia & caritate muniret: ancillarum pu ellos interdum uberibus ſuis admouit: haud ignara quanta neceſſitudine plæriq; cibo ſodalicio conuincti ſunt. Cato uero filium q̃primum per ætatem intelligere potuit litteris erudiuit: tam & ſi Chilonem gratioſum ſeruũ grãmaticum haberet: qui cum pluribus pueris ludum aperuerat: indignum (ut ipſe perhibet) ratus natum ſuum: ſi diſcendo tardiuſculus eſſet: ab eo qui ſeruiret reprehendi ac aurem diſtorqueri. Doctrinæ huius quoq; cauſa mancipio debere gratias noluit. Ideoq; ipſe litterarum præceptor fuit. Ipſe leges edocuit: ipſe exercendi corporis magiſter non modo iaculandi tractãdi arma equitandi ſed etiam pugno dimicãdi & calorem & frigus tolerandi ac rapidos gurgites & aſperrimos fluuios intrandi artes inſtruxit. Ipſe etiã propria manu hiſtorias maiuſculis litteris exaraſſe teſtatur: ut domi maiorum uirtutis exempla filiolo uſui & adiumento forent. A uerborũ turpitudĩe præſente puero ſic tẽperauit: quaſi ueſtalibus uirginibus arbitris locuturus eſſet. Nec cum eo unq̃ lauit: id quod a Romanis factitatum eſt. Generos enim cum ſoceris balneum ingredi: uicio dabant: quoniam membrorum nudationem inſpectantibus illis cum decore fieri non poſſe iudicarẽt. Poſtea cũ a græcis Romani nudari didiciſſent: ipſi ſubinde græcos ut id cum uxoribus uſurparent docuerunt. Omnia igitur quæ ad ingenium & ſolertiam pertinerent: Cato qui filium perinde ac pulcherrimum quoddã opus ad uirtutem formabat: ac effigiebat: ex ſententia perfecit. Cum uero corpus natura mollius q̃ labori ſufficiens appareret: ſtricte ac caſtigate leges uiuẽdi ſibi remiſit. Qui quãq̃ natura talis eſſet: ſtudio tamẽ & ĩduſtria adeo in re militari ſtrenuus fuit: ut ĩ ea pugna qua Pauli Aemilii auſpiciis aduerſus Perſeũ dimicatum eſt: maxima cum laude certauerit. Vbi cũ ictu pugio reiectus ex ſudore manu excidiſſet: mœrore affectus ad familiares ac contubernales conuerſus inclamitãs cũ eis ĩ confertiſſimos hoſtes ſe coniecere. Tum magna dimicatione magna ui nudato loco inter armorum & cadauerum quæ utrinq; ceciderant aceruum gladium uix ĩuenit. Hoc cum Paulus imperator animaduertiſſet magna cum admiratione delectatus eſt. Quædam inſuper Catonis ad filium extat epiſtola: in qua eius cupiditatẽ ac uehemẽs in enſe recipiendo ſtudiũ magnopere laudat. Hic adhuc adoleſcẽs tertiã Pauli Aemilii

filiam Scipionis ſororem cæpit uxorem: cum non tam patris dignitate q̃ ſua ſingulari uirtute clariſſimæ adeo gẽtis affinitatem ſibi comparaſſet. talis deniq; uir fuit: ut ſedulitas induſtria diligentia: quibus eum pater excoluit: ipſius expectationi reſpõdiſſe uideatur. Multos ſeruos Cato ex captiuis emit pueros præſertim: ut aptius & facilius uelut catulos & pullos educare ac erudire poſſet. Hos ſic inſtitutos accipio ut minime alienam domum niſi Catonis aut uxoris iuſſu introirent: a quibus cum quæreretur quidnam Cato faceret: ſe nihil niſi neſcire reſpondebant. Oportebat (ut ſibi perſuaſerat) ſeruos domi uel aliquod neceſſarium munus obire uel quiete corpus reficere. Quapropter eis magnopere delectari ſolitus eſt: quos ſomno deditos uideret: q̃ ipſos manſuetiores & præſtantiores futuros q̃ multis uigiliis affectos putaret. Seruos congreſſus & coitus cauſa in grauiſſima facinora illabi ratus: ſtatuit ut definito ære cum ancillis congredi poſſent: cum cæteris autem mulieribus ne liceret: interdixit. Horum incuriam atq; imprudentiam in his quæ ad cibum ſpectarent: initio cum tenuis adhuc & inops militaret: moleſte nunq̃ tulit. Indecorum uentris aut gulæ cauſa graues lites & controuerſias cum pueris & adminiſtris habere. Poſtea uero fortunis auctus cum amicoꝝ & collegarum conuiuiũ celebraret: continuo poſt cœnã eos loro caſtigauit: qui ab obſequio aut apparatu per negligentiam defuiſſent Vnde præterea mutuæ ſemp inter ipſos ſeditiones eſſent cõmentabatur: q̃ illorum uoluntatem animorumq; cõſenſũ & ſuſpectum haberet: & maiorem īmodum formidaret. De ſeruis qui capitalis noxe rei eſſent: præſentibus cæteris iudicium agi: & de dãnatis ſupplicium ſumi uoluit: dum accuratiſſime prouentus ad intentiſſimã formam referret. Agriculturam delectationẽ potius q̃ fructum æſtimabat. Vt autem tuto in loco fortunas ſuas collocaret: paludes lucus aquas calidas loca fullonariæ accõmodata prædia: quæ cum opere ruſtico facile colerẽtur: cum ſua ſponte ſiluis & pabulationibus referta eſſent: cõparabat. Ex quibus multum pecuniarum caperet: eiſq; iupiter (ut ipſe dicere ſolebat) nocere nõ poſſet. In nauigaturis eo fœnore utebatur: quod in primis reprehẽſum eſt. Iubebat enim quibus mutuo dederat: ut multos cõmuniter in ſocietatem aſciſcerent: qui quinquaginta numero facti todidem diſpertiti nauibus: cum Quintione leberto: cui ſuæ & ſociorum particulæ negocium dabatur: enauigabãt. Erat enim haud uniuerſam in ſortem: ſed magno cum emolumento paruam in rem diſcrimen. Seruis etiam lucri cupidis argentũ præbebat: ut pueros emerent: quos impenſa Catonis educatos ac inſtructos poſt annũ uænundabant. Ex his Cato compluris detinuit: quos tanti ſuppeditauit: quanti ab ẽptoribus ſummũ æſtimati ſunt. Cum huiuſcemodi quæſtus ſtudiũ filio perſuadere conaretur: nõ uiri uerum uiduæ mulieris eſſe dixit: extenuatas facultates dimittere. Illud autem longe magis eius animi uehemẽtiam dederat: q̃ illum hominem admirabilẽ ad gloriam ac diuinum appellauit: qui rationes ſuas ampliores q̃ accepiſſet relīqueret. Ea tempeſtate qua Cato iam grandis natu erat: Carneades academicus & Diogenes ſtoicus philoſophus legati Athenis Romã uenere: ut Athenienſium ciuitatem quingẽtis talentis: quibus Cycropiorum poſtulatione a Sicyoniis ī dicta cauſa mulctata fuerat: liberarẽt. Mox adoleſcentes huiuſcemodi legatos uiſẽdi & ſalutandi gratia frequentes conuenerunt: quos cum diſputantibus interfuiſſent: laudibus & admiratione extollebant. Carneades præcipue gratioſus habitus eſt: in quo ſic ſumma uirtus cum ſumma æſtimatione iũgebatur: ut maxima comitate deuinctis auditoribus quemadmodum ſpiritu ſic rumore ciuitas ſubito compleretur: unius græci hominis eloquentia pariter ac ſapientia ſingulos demulceri: ac teneri: & incredibili quodã ſtudio iuuẽtutem cũctis poſthabitis uoluptatibus ac reliquis exercitationibus quaſi diuinitus afflatam ad philoſophiam conuerti. Quod cum cæteris Romanis iocundum ſpectaculum eſſet: quando cõplures adoleſcentes optimis græcis artibus erudiri: & cum ſpectatiſſīs uiris uerſari cernerẽt: prīcipio ipſe Cato huiuſcemodi doctrīæ ſtudiis uniuerſã ciuitatẽ abũdare grauiter ferebat. Verebatur enim ne ad hanc hũanitatẽ conuerſa iuuentus ſic dicẽdi laude

duceretur: ut rerũ gerendarum ac militiæ gloriam contẽnerent. Vbi uero philoſopho-
rum nomen paſſim per urbem celebrari cœptum eſt: & uir clariſſimus . C. Atilius mã-
gno ſtudio exorato ſenatu primã eorum orationẽ uerbis latinis interpretatus eſſet: Ca
to ſecũ ſtatuit uniuerſos philoſophos quadã honeſtatis ſpecie Roma dimitti. Quocir
ca in curiam ueniens primoribus patrum grauiter quæſtus eſt: q; diuturno tempore in
fecta re legati ĩ urbe ſedeãt: qui tanto ingenio tanta facultate dicẽdi ſunt: ut facile quæ
cunq; uelint perſuadeant. Quãobrem reip. ſaluti conducere quoddam ſenatuſcõſultũ
mature decerni: quo hinc abeuntes ad ſcholas reuertentur: ubi liberos græcorũ ſuis ar-
tibus inſtituant. Romani uero adoleſcentes more maiorum legibus & prĩcipibus audi
ant. Huius ſententiæ auctor fuit Cato : non quia Carneadi (ut nonnulli ſuſpicabãtur)
infẽſus eſſet: ſed quia philoſophiæ & omni græcæ doctrinæ penitus aduerſus quantũ
in ipſo erat inſectabatur. Quippe cum Socratem loquacem & uiolentum hominẽ ap-
pellaret: qui cum in patria ſua plus poſſe q̃ leges paterentur affectaret : priſcos mores
ac ueteres conſuetudines antiquare: ciueſq; ſuos ad contrarias priſtinis inſtitutis opini
ones traducere molitus eſt: In Iſocratem inuectus eius in ſcholis diſcipulos conſeneſce
re aiebat: ut apud inferos cauſas quas in fidem ſuam recæpiſſent: patrocinio tuerent.
Ad hæc cũ græcoꝝ ſtudia ad filium maledictis inceſſeret: qui curam & uigilãtiã ad græ
cas artes contulerat: grauiori ſono uocis q̃ ubi per ſenectutem liceret: quaſi minĩe affla
tus oraculum ederet: Romanos tunc imperio ſpoliatum iri dixit: cum ſe græcis litteris
dediſſent. Cæterum hæc ipſius maledicta falſa atq; inania fuiſſe conſequẽs tẽpus oſtẽ
dit. In quo cum ciuitas rebus geſtis ampliſſima facta eſſet: omni cõmẽdatiõe humani
tatis græcarum diſciplinarum etiam atq; etiam infloruit. Nec græcos philoſophos ſo
lum Romæ uerum medicos odio & ſuſpitione perſecutus eſt. Cunq; illud Hypocratis
qui a rege Perſarum multorum pollicitatione talentorum accitus nunq̃ barbaris græ
corum hoſtibus ſui facultatem facturum dixerat: Hoc inquit cõmune medicorũ iuſ-
iurandum eſt. Quapropter ſatis hortari filium non poterat : ut tales homines declina
ret: ad quem ſcripti eius extant cõmentarii: quibus aperte cõmonefacit quo pacto uel
incolumis ſeruari uel ægritudine liberari poſſet. Si quis ex familia aduerſa ualitudĩe la
boraret: neminem unq̃ per inediam ſeruauit. At oleribus & leuiſſima uelut neſſarũ faſ
ſarum ac leporis carne domeſticos infirmos aluit. Hæc enim cum cocta facilia ſtoma
cho ſint : ægrotis conferunt: niſi q; mãducantes per mille ſomniorum ſpecies uerſari
contingit. Hac itaq; uiuendi ratione frætus: cum ipſe quidem optime ualuiſſet & ſuos
incolumes aliquãdiu conſeruaſſet: ſibi tamen non parum inuidiæ conflauit: dum uxo
rem & filium perdidiſſet. Ipſe uero corpus robore firmiſſimum nactus: adeo proſpera
ualitudine diutiſſime fuit: ut etiam grãdæuus mulieri magnopere cõgrederetur: & hu
iuſcemodi cauſa præter ætatem uxorẽ cæperit. Nam ubi Pauli filiam Scipionis ſororẽ
filio coniugem dedit: ipſe uxore deſtitutus cuiuſdam puellæ coitu: quæ ad eum uen-
titabat: utebatur. Id facile per anguſtias domus perceptum eſt. Filius cum mulierculã
impudentius ac tumultuoſius ad patris thalamum profectam ĩtellixiſſet: uerbũ nul-
lum factum: ſed quaſi rei turpitudine affectus: grauius in eam oculos coniecit. Quod
ſimul ac cognouit Cato nulla ex parte queſtus uultu ac fronte nullum ueſtigium do-
loris expreſſit. Cæterum cum ex more grege amicorum ſtipatus in forum deſcẽderet:
a Solonio ſcriba: qui cum cæteris eum domo deducebat: magna uoce accito ſciſcitatus
eſt: utrum filiolam marito collocaſſet: cui nihil adhuc actum eſſe: nec ſe niſi ex cõſilio
ipſius facturum reſpondenti : uideor inquit idoneum tibi generum inueniſſe : cuius
niſi grandiorem ætatem repudies: cætera (ut ſpero) facile probabis. Tum Salonius Ca-
tonem cohortatus eſt: quo puellæ cogitationem ſuſciperet: & arbitratu ſuo collocaret:
quæ in clientelam ipſius recepta gratia fide opera eius indigebat. Nihil tardatus Cato
eam ſibi coniugem expetere docuit. Quocirca Salonius primum non minus obſtu-
puit q̃ poſtea lætatus eſt. Catonis enim ætas annis iam grauis & familiæ dignitas: quæ

consulares ac triumphales imàgines præferret: à puellæ suæ nuptiis alienæ uidebātur. Verum Catonē serio locutum perspiciens libēter sibi filiam despondit. Deinde ī forū procedentes mox sponsalia rite fecerunt. Hæc res ubi ad Catonem filium perlata est: ac cersitis sociis patrem conuenit: ueniam deprecatur: siquid in eum patrauisset: quo sub iratus ac dolens sibi nouercam induxisset. Cui Cato: Meliora dic inquit fili carissime. Omnia sane tua iocūditate me quadā afficiunt: & q̄ tibi succensea m nihil est: sed huius rei consilium cæpi: cum multos mihi quidem natos patriæ uero tibi persimiles ciues relinquere cuperem. Hac ratione superiore tempore Pysistratus Athenienssium tyrannus (quēadmodum litteris proditum est) pubescentibus iam liberis agricolā Chimonassam sibi coniugem desūpsit. Ex qua Iophon & Thessalus editi sunt. Ex his nuptiis Catoni filius ex matre cognomento Solonius ortus est. Alter uero maior natu cum imperator rem gereret extremū obiit uitæ diem. Cuius ut uiri optimi Cato pater sæpe suis in libris meminit. huius mortem modice ac sapienter tulit & cōsequenti tempore nihilominus reip. intentus fuit. Nec. n. ut. L. Lucullus post & Metellus pius onere iā urgentis senectutis se a cōmunibus muneribus abdicauit. Nec ut antea Scipio Aphricanus liuore: quē in se maximarum rerum gestarum gloria conflauerat: permutato uiuendi ordine: rebus urbanis permissis reliquum ætatis in ocio egit. Cæterum sicut Dionysius tyrannidem honestissimas exequias: ita Cato decoram ætatis iam senescentis occupationem reip. ratus cum laxamentis & quibusdam quasi iocis in contexendis libris & agricultura: quotienscūq; sibi uacuum tempus ostenderetur: utebatur. Varias enim orationes & historias descripsit: & rei rusticæ curā ac studiū adhibuit. Ante q̄ uirilē togā susciperet: duobus duntaxat prouentibus agricultura scilicet & parsimonia usū se refert. Tunc ex urbe in uillam se recipiens & rationibus & studiis suis consuluit. De agricultura quoq; librum edidit in quo de plantis conficiundis & de pomis asseruandis plæraq; scripta sunt. Quo in loco adeo laudis auidus uisus est: ut in singulis proprius elegans copiosus esse uoluerit. In agro quoq; abūdantes cœnas instituit: uicanos & accollas æquales & familiarissimos suos passim cōuiuas habuit. Cuius consuetudo nō modo coætaneis comis uerum etiam adolescentibus grata & iocunda fuit: ut qui per lōgā experientiam multis in rebus & memoratu dignis sermonibus obseruaretur: ipse mensam maxime amicorū parentē atq; procreatricē existimanit: ubi ciues bene de rep. meritos oratione ac prædicatione ornare ac celebrare consueuit. Cunctos autem obliterare quos improbos uel inutiles iudicasset. Id adeo diligenter a Catone usitatum est: ut nullum eorum laudi ac uituperationi additū ī conuiuio præstiterit. Extremū quod in rep. fecit opus Carthaginis euersio ac desolatio fuit. Hanc &si manu & opere Scipio minor exciderit: cōsilio tamē & sententia Catonis aduersus eam ex huiuscemodi causa bellum susceptum est. Is ad Carthaginenses & Masinissam Numidiæ regem armis inter se disceptantes missus est: ut controuersiarum causas īspiceret. Masinissa quidē ab initio po. ro. studiosus erat. Carthaginenses uero post cladē: qua a Scipione duce fuerant uicti graui stipēdio mulctati & imperio exuti inducias agebāt. Ciuitatē itaq; præter senatus expectationē nec multis affectam incōmodis nec inopem inuenit. At militari iuuentute diuitiis armis bellico apparatu florentissimam & moderatum nihil animo uersantem offēdit. Quapropter haud tempus esse putauit: Romāos de Numidarum aut Masinissæ fortunis ac legibus decernere: sed Carthaginē olim inimicissimam cunctis uiribus opprimere: quæ iam copiis suis aucta & ad defectionem suspensa maximum ī discrimen ut prius rem deduceret. Magno igitur studio reuersus docuit senatum superioribus cladibus Carthaginenses prudentiores q̄ infirmiores esse. Nec tam armis debilitatos q̄ bellicis artibus instructiores factos esse. Bellum numidicū Romāo quoddam præludium extare. Pacem atq; inducias duelli prorogationē rectius appellari posse. Ad quod gerendum nihil præter tempus expectari. Aphricanas subinde ficus quas clanculum subter togā de industria detulerat palam ostēdit. Quarū magnitudo

ac pulchritudo cum admirationi multis esset: Fundus inquit ex quo hæc lecta sunt poma: trium dierum nauigatione ab urbe Romana distat. Illud uehementius cum de totius summa rei sentẽtiam diceret acclamasse fertur: E rep. mihi uidetur Carthaginẽ deleri. A quo quidem cum. P. Scipio nasica dissentiret: perrexit ĩ hunc modum contrariam sententiam tueri: ut semper haberet in ore E rep. mihi uidetur Carthaginẽ non deleri: potissimum quoniam populus ro. ob fœlicitatem elatus & ĩsolẽs: per multa iã flagitia contineri non posset: qui secundissimis adeo rebus fũgitur: ut quo ĩpetus animorum ferat: eo ui ac impotentia perueniat. Hunc ergo sibi metum quasi frænum quoddam multitudinis temeritati moderatorem & salutarẽ impendere cupiebat. Carthaginẽses enim quẽadmodum Romanos profligare non possent: sic contẽni non debere. Id autem periculosissimum Catoni uisum est: cui satis exploratum erat populũ ro. debacchari: & uariis ĩ erroribus per multam licentiam uersari: dum ciuitatẽ magnitudine præstanti inimicissimam haberet: quæ suis fracta malis moderatior ingruat. Nec peofecto timere non poterat: donec eo in loco reip. status esset: ut quoad domi male ui ueretur: foris terror sublatus esset. Hoc pacto tertii & ultimi belli punici Cato auctor fuit. Cuius ipse in principio mortuus est: cum multa sapienter ac diuinitus de eo uno prædixisset. Cui potissime illius urbis excidẽdæ palmã seruari animo multos ãnos ante præuiderat. Hic tunc erat adolescens & tribunus militum. profectus tantæ prudẽtiæ ac in dimicando uirtutis signa declarat: ut his Romam perlatis homericum illud Cato cecinerit: Iste sapit solus: reliqui uelut umbra uagantur. Hoc eius oraculũ paulo post re ipsa uerissimum fuisse confirmauit. Cato progeniẽ hanc superstitem reliquit: unũ scilicet filium quem (ut superius dictum est) ex posteriore uxore natum cognométo Sãlonium appellauit: unũq; ex defuncto Catone filium nepotem. Solonius quidem dũ imperator esset: mortem obiit. Eius filius Marcus cõsularem dignitatẽ administrauit. Iste Catonis philosophi uirtute ac gloria ætate sua clarissimi auus fuit.

Comparatio Aristidis ad Catonem seniorem.

CVm de his quæ mentione digna uidebãtur exposuerimus: si totam uniuscuiusq; uitam uniuersæ alterius conferamus: quoniam multis egregiis in locis pares sũt: quibus in rebus uarietas ac dissimilitudo sit: difficile percipiemus. si utranq; particulatim quasi carmen aut pictam tabulam syncæro & subtili iudicio discernere uoluerimus: dispiciemus esse utriq; commune: q̃ sua uirtute suis optimis institutis innixi magna cum gloria ad remp. accesserunt: quãquã nec maior splendor nec externarum rerum facultas eos promoueret. Aristides: ut nobis coniectura colligere licet: cum necdum Athenæ magnopere creuissent: & opes ciuitatis mediocritatem æqualitatẽq; seruarent: factionum principibus & imperatoribus obsistens clarus ac spectatus ciuis factus est. Eo sane tempore quo florere in rep. cœpit: quĩgẽtum medimnum census maximus erat. Secundus autem trecentũ equestris ordinis hominibus. Tertius & extremus ducentum fuit: his quos zeuzitas alias tengitas appellabãt attributos. Cæterum Cato cum paruo ex municipio & rusticana uiuendi consuetudĩe in uastum quasi pelagus se immitteret: rem romanam ingressus est. Quæ tunc haud quaq̃ ut patũ memoria Curios Fabricios Hostilios ex agris duces deligeret: nec inopes & operarios ab aratro & ligone primores & primarios ciues in curiam accerseret. Verũ quæ generis nobilitatem diuitias largitiones ambitionem in ore suo magnificaret: & tumore iam & imperio fræta cãdidatorum studio per fastidium quoddam delectaret. Haud simile est Themistoclem inimicum habuisse: qui minime splendore generis clarus mediocribus fortunis nitebatur. Tria enim uel quinq; summũ talentum possedisse traditur: cum initio ad remp. se coniecit & cum Scipionibus Aphricanis Seruiis Galbis Quintiis Flaminiis pro summo loco ciuitatis iniisse certamen. Cui nihil momenti

nihil facilitatis niſi iuſtitiæ cauſa & loquẽdi libertas àditũ daret. Ariſtides quoq; Marathone & rurſus Plateis unus ex decem imperatoribus deſignatus fuit. Cæterum Cato ſecundus conſul & aduerſus ac refragantibus multis præteritis ſeptem clariſſimis & nobiliſſimis uiris competitoribus ſecũdus cẽſor factus eſt. Ariſtides nulla ĩ re quæ magnifice geſta ſit: primas partes habuit. Miltiades enim apud Marathonẽ apud Salamĩ nam Themiſtocles princeps fuit. Apud Plateas Pauſanias (ut refert Herodotus) omnium pulcherrimã uictoriam uicit cum Ariſtide: ut ſecundas ſibi uẽdicent ſophanea nume calimachi & cinegiri diſceptant: qui ĩ his certaminibus fortiter ac ſtrenue depugnauerunt. Cato uero non ſolum cum imperio ĩ Hiſpania conſul & manu & prudẽtia cæteris anteire iudicatus eſt: ſed etiam tribunus militũ circa thermophilas alterius auſpiciis uictis perduellibus uictoriæ gloriam adeptus eſt: cum romanis aduerſus Anthiocum magna clauſtra recluſerit: & aduerſus regem: qui ſolum ante ſe proſpectabat: a tergo partem exercitus clam circunducens oppugnauerit. Ea enim uictoria quæ ſine controuerſia Catonis opus fuit: græcia excedere coegit Aſiam: In quam item Scipioni patefecit aditum. Bellicis in rebus ambo foris inuicti fuere ſed in rep. domi nõ ſic. Ariſtides enim ſtudiis partium quibus cum Themiſtocle diſſidebat decẽnii exilio ex urbe deturbatus eſt. Cato uero tam & ſi cunctos potẽtiſſimos & primarios ciues inimicos haberet: uſq; ad ſenectutem uelut athleta decertans omni ſe caſu & calamitate uacuũ liberumq; ſeruauit: cũ ſæpiſſime publicis in iudiciis aduerſarios accuſaſſet: ac pro ſe cauſas dixiſſet: multos quidem oppreſſit. Ipſe uero exiſtimatione uitæ ſuæ optimæ inſtitutæ ac eloquentia commodiſſimo ad res tranſigendas inſtrumento munitus ab õnibus accuſationibus abſolutus eſt. Quare quidẽ iuſtis de cauſis longe magis caſu aut fortuna factum eſſe quis dixerit: nequid ei præter ſuam dignitatem acciderit. præclarum & hoc Antipatri teſtimonio: qui Ariſtidem philoſophũ uita quoq; functũ præter cætera pſuadendi uim habuiſſe pſcripſit: nullã pfectiorẽ uirtutem q̃ ciuilẽ cõſequi mortales poſſe: certum eſt. cuius nõ parua pars a multis auctoribus ratio rei familiaris pũitur. ciuitas enim quædã domiciliorũ cõſtitutio eſt. Hæc cũ ſit caput moribus ciuiũ bene cõpoſitis publicis in rebus uires ac robur capit. Hinc lycurgus argẽti & auri quicquid lacedæmone fuit abigens ac exterminans uſu ferrei nummi igne deprauati ĩtroductos ciues cura domeſtica minime liberauit. Sed præter cæteros legiſlatores proſpexit: ut omnes deliciis ſimultatibus diuitiarũ affectionibus circunciſis ea quæ ad neceſſitatẽ & cõmoditatem uitæ conducunt: facile conſequerentur. Pauperem etiam ſine laribus ſine penatibus & mẽdicum familiarem plus in rep. q̃ opulentum & inſolentẽ timendũ eſſe iudicauit. Cato itaq; tantum in hoc genere ualuit ut non minus prudenter & accurate priuatis negociis q̃ publicis præfuiſſe cenſeatur. Nam & fortunas ſuas ampliores fecit: & plæriſq; in primis utilibus unũ ĩ locum quaſi ſub uno aſpectu poſitis de re domeſtica & ruſtica poſteris perceptionem reliquit. Cæterũ Ariſtides tenuiter uiuẽs æquitatem ac iuſtitiam falſis criminibus ſubiecit: cum per uulgus eam domorũ pernitiem & mendicitatis parentem appellarent: cæteriſq; potius q̃ his ĩ quibus eſſet cõmodam putarent. Multa præterea ab Heſiodo: ut nos ad iuſtitiam pariter ac ad diligentẽ rei domeſticæ rationem cohortaretur: dicta ſunt: & in ſegnitiem ac omni opere liberam uacationem uelut iniuriæ principium acriter inuectus eſt. Vnde præclare in hunc modum Homerus ſcripſit: Nõ mi operis ſtudium aut augendi cura peculi. Quo pulchros alerem natos: ergo ſemper amaui Remigio celeres undis agitare carinas. Prælia cum iaculis colui uolucreſq; ſagittas:. Quaſi domeſticæ facultatis ſecuros ac negligẽtes per iniuriam fieri diuites admoneret. Nam ut phyſicis placet nihil oleo ſi corporibus exterius admoueatur ſalutarius: ſi interius nihil pernitioſius eſt: ſic iuſtos aiunt: cæteris omnibus emolumento eſſe: cum ſibi ac ſuis facultatibus per incuriam detrimento ſint. Hac re ciuilis Ariſtidis dignitas poſteris eius interciſa fuit: ſi quẽadmodum a multis proditum eſt: neq; de dote filiabus neq; de funere ſibi relinquendo cogitauit. Econtra Cato

cuius domus ad quartū uſq; genus Romæ īperatores & conſules edidit. Eius. n. nepotes ac pronepotes ſummis magiſtratibus functi ſunt. Ariſtidis autem qui græcorū prīceps fuit ſtirpem ingens paupertas partim ad circūforaneas tabulas reiecit: partī cum extremæ mendicitatis onus ferre non poſſent: ad ciuitatis largitionē ſupplices manus ſubiicere coegit. Quo factum eſt ut occaſiōe e medio ſublata nihil a poſteris ſuis ſplēdide nihil magnifice geſtum ſit. An hoc ipſius conſilium in dubitatione & cōtrouerſia poſitum eſt? Paupertas quidem per ſeipſam nulli turpitudini cōiūgitur. q; ſi negligētiæ intemperantiæ luxus imprudeuttæ ſpeciē præ ſe ferat: probro ac uituperatiōe non uacat. Cæterum in uiro modeſto induſtrio iuſto ac forti qui omni cum laude ī rep. uerſetur: graue magnitudinis animi teſtimonium eſt. Quis enim eum putet magnas res poſſe conficere: qui ī humiles cogitationes animum dimittit? Nec profecto multos iuuabit indigentes: qui multis īdigeat. Ego magni momēti uiaticū in rep. nō diuitias ſed per ſe ſufficientiā exiſtimo. Quæ quia luxurioſū omnē apparatū repudiat: nullus uoluptatis cauſa grauiſſimū ciuitatis munus intermittit. Deus ſiquidem nulla re ſimpliciter eget. Hinc illam hominis uirtutem: cui minimum alterius acceſſio neceſſaria eſt: perfectiſſimā ac diuiniſſimā putamus. Nam ut corpori optima ualitudine temperato nec luxurioſo ueſtitu nec deliciis opus eſt: ſic uita & domus quæ bene ualent: nō exquiſitis ſed uilibus copiis contentæ ſunt. Neceſſitatis enim rationem habere pro facultatibus oportet: uelut ſiquis plurimas opes cumulat: cum pauciſſimis utatur: ei & multa deeſſe conſtat. At ſi cupiditate rerum tenetur: quæ ſibi nulli uſui ſint: uanus: Sin tenuiſſima earum rerum: quas appetit: diligentia fructum non capit: miſer cēſeri debet. Ideoq; libenter a Catone quærerem: Si diuitiæ in uſum referuntur: quodnā ſibi ornamētum attulerunt: qui in maxima copia mediocriter ac tenuiter uiueret. Si uero (quemadmodum par eſt) imprimis ſplendidum putamus quocunq; pane contentum eſſe: & eo uino uti quod operariis & ſeruis commune ſit: nec purpura nec tectoria domus egere: nihil horum Ariſtides: nihil Epaminundas: nihil. M. Curius: nihil. G. Fabricius: quod natura poſtularet: relinquere: ſed ea poſſidere uoluerūt: quorū uſum īprobarēt. Quid opus tanta cura tanta uigilantia tot unius aſſis cauſa loqui & ſcribere: quo pacto quis breui locuples fiat: qui ſic frugi ſit: ut & obſonium ſibi iocundiſſimū rapis manu ſua appararet: & eius uxor pinſendi munus a ſua dignitate alienum non putaret. Nō ab re frugalitas per ſeipſam plurimum poſſe fertur: qua fit ut ſuperuacaneārum rerum appetitu & cogitatione liberemur. Quapropter Ariſtidem in Calliæ iudicio dixiſſe perhibent: eos probe paupertate erubeſcere: qui præter eorum uoluntatem pauperes eſſent: Qui autem ex ſententia: ut ipſe: optimo iure gloriari. Ariſtidis profecto tenuitatem in deſidiam referre ridiculum eſt. Qui non modo ſi quicq̄ turpe aut īdecorum perpetraſſet: uerum ſi barbarum unum ſpoliaſſet aut unū hoſtium tabernaculum iuri ſuo uendicaſſet: facile locupletari potuiſſet. Hæc hactenus. M. Catonis īperia maximis rebus nullum ferme monumentum attulerunt. Ariſtide uero rem gerente Marathona Salamina Platee pulchritudine ſplendore magnitudine inter res a græcia magnificētiſſime geſtas facile ſibi principarum obtinuere. Nec Antiochus dignus eſt qui cum Xerxe cōferatur: nec urbium eis Iberum mœnia ſolo æquata cū tot miriadibus qui pedeſtribus naualibuſue pugnis ceciderunt comperanda ſunt. In quibus Ariſtides nulli uirtute ſecundus fuit. Hic gloriam hic coronas quēadmodū diuitias aſpernatus laudis cupidus: quibus omnibus ſine dubitatione anterior ibat: Catoni conceſſit. Catonē equidē nō accuſo qui primum ſibi locum in omni genere uirtutis attribuit: cum tamē in quadā oratione ſeipſum collaudare nō minus deforme eſſe q̄ uituperare demōſtrauerit. Quæ cū ita ſint: qui eius ut alterius teſtimonio laudetur nō indiget: uirtus meo iudicio perfectior eſt: q̄ qui ſeipſū laudibus effert ac prædicat. Nam ut hi qui a ſtudio ābitionis remoti ſunt: honeſtiſſimum præſidium & non mediocre ad ciuile ac facile uiuēdi genus uiaticum adepti ſunt: ſic qui honoris contentione ac cupiditate conflictātur: difficiles

extãnt. Quæ res omnium maxime liuorem atq; inuidiam paruit. A quo alter prorſus liber fuit: alter ſatis ſuperq; laborauit. Ariſtides quidem Themiſtoclis maximis in rebus ſocius & adiutor fuit: eiuſq; principatum ac dignitatem quaſi ſtipator quidã tutatus Athenas erexit. Cato uero Scipioni refragatus illius aduerſus Carthaginẽſes imperium pene ſubuertit: atq; labefactauit: quo Hãnibalem uictũ uicit & profligauit. Multas deniq; calumnias cõmentatus eum de ciuitate eiecit: &. L. fratrem turpiſſima repetundarum mulcta circunuenit. Continentiam autem a Catone plurimis & pulcherrimis laudationibus exornatam: Ariſtides puram & immaculatam omni ex parte ſeruauit. Cæterum catonis nuptiæ præter ætatẽ ac dignitatem ſuã celebratæ nec exiguas nec leues ſibi maculas aſperſerunt. Nam ualde indecorum uibebatur: q; iã grandæuus adoleſcenti filio & nurui clientis qui magiſtratui ſeruiens publice mercedem merebatur: filiam uxorem adduxiſſet: uerum ſiue uoluptatis cauſa fecerit: ſiue pellicis gratia ira percitus filio ſuo cenſuerit: & res ipſa & occaſio turpitudini coniũcta fuit. At ea excuſatio qua per diſſimulationem cum filio utebatur: ueriſimilis nõ eſt. Siquidem tales liberos certo iudicio relĩquere cupiebat: initio generoſam fœminam ſibi matrimõio cõiugem facere par erat: non autem donec occultum fuit cum ea muliere per libidinem cõgredi: quæ ſibi iure copulata non eſſet. Quod ubi perſpicuum factum eſt: ſocerum ſibi fecit eũ: cui facillime dicto ſuo parere: nõ aũt præſtãtiſſimũ generũ deligere ꝓpoſitũ fuit.

TIMOLEONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER ANTONIVM TVDERTINVM IN LATINVM VERSA.

ANTEQVAM TIMOLEON IN SICILIA TRAiiceret: res Syracuſanorũ ſic ſe habebat. Poſtq̃ Dion tyrannum Dionyſium expulit: ſtatimq; dolo ĩterfectus eſt: inſurgẽtibus ad libertatem qui cum Dione ſẽ ſerant: parum abfuit: quin ex malorum ingruentiũ multitudine ac tyrannorum frequẽti mutatiõe urbs derelicta ac deſerta fuerit. Reliqua quoq; Sicilia turbulenta atq; tumultuoſa exiſtens iam omnino propter inimicos ſine rep. erat. Nã plurimæ ciuitates potentioribus urbis res nouas aggredientibus a barbaris atq; militibus ſine ſtipendio merentibus faciliter occupabantur. Dionyſius decimo poſt exilium anno aduenas milites conducens: Niſeũ q; tunc in rep. principem expellens rem iterum aggreſſus tyrannũ ſeſe Syracuſanis ex integro conſtituit. Admirandum profecto paruum exercitum e tyrannide Dionyſium tunc omniũ tyrãnorum maximum expuliſſe: admirabilius uero exulem ipſum atq; dejectum tyrannidẽ recuperaſſe. Itaq; Syracuſani qui in urbe erant in ſeruitutem redacti eo crudelius a tyranno opprimebantur: q; nuper exilium calamitateſq; animum uehementer exaſperauerant. Optimates ac nobiles ad Icetẽ Leontinorũ principẽ diuertũt ducemq; ſibi in bello eligunt: quanq̃ nec meliorem nec fortiorem cæteris belli ducibus

esse cognoscerent: sed ad quem alium confugerent: quemue sibi imperatorem dicerēt: non habebant. Accedebat etiam q̄ genere Syracusanum arbitrabantur: necnō quia copias in tyrannū aptissimas bellicosissimasq; sibi comparauerat. Interim Carthaginensibus magna classe in Siciliam traiicientibus: Siculi timore perculsi in græciam legationem mittere: & a Corinthiis auxilium petere decernunt: nō solum amicitia freti: neq; q̄ ab illis sæpe beneficiis affecti: uerum etiam q̄ perspicuum erat: corinthios libertatis amatores & tyrannorum osores semper extitisse: suscepissēq; sæpius maxima bella nō regnandi aut auaritiæ gratia: sed græcorum libertate. Icetes uero qui militiæ causam tyrannidem fecerat: non Syracusanam libertatem: occulte apud Carthaginenses hoc asserebat: Syracusanos autē manifeste laudabat: & quosdam in Peloponnesum legauerat: non q̄ illinc auxilia optaret: sed q̄ consentaneum erat: si Corīthii propter græciæ turbationes atq; tumultus auxilia negarent. Sperabat facilius ad Carthaginēses rē traducturum: & sociis in bello contra Syracusanos uti: q̄ contra tyrannū. hæc paulopost in lucem emerserunt. Nam cum legati rediissent: Corinthiorum nomine rettulerunt: Corinthios semper externarum ciuitatum & maxime Syracusanorum pro eorum consuetudine curam suscepisse: nec fortefortuna tunc aliquo græcorum bello uexari: uerū in pace ac ocio uitam ducere: quare ex animo ac prompte auxilium illis præstaturos esse. Itaq; cum de imperatore eligendo consultarēt: proscriptis potentioribus relegatisq; qui in rep. cæteris præstare studebant: unus ex multitudine assurgēs Timoleonem Timodimi filium qui nondum in rep. emerserat: nec ut emergeret: nec ut imperator crearetur: unq̄ animo uolutarat: nominauit. Verum numine quodam afflāte hominē: ut uidetur statim bona fortuna in suffragiis reddendis cæterisq; ī rebus gratā atq; propitiam sese præstitit: uirtutiq; hominis ornamento fuit. Timoleon profecto ī urbe claris parentibus ortus patre Timodimo matre Dimaristia tanto amore mansuetudīeq; in patrem afficiebatur: ut contra tyrannos contra improbos haud maximo inflammaretur odio. In bello etiam adeo honesto ingenio utebatur: adeo quieto: ut multā ī iuuētute prudentiam multam in senectute fortitudinem in rebus agendis ostēderet. Fratrē uero Timofanem maiorem natu omnino sibi dissimilē habuit. Qui cū temerarius maloq; animo esset & regnādi cupidus: semper minus honestis amicis ac satellitibus sese stipauerat. Quem cum audaci animo promptissimoq; in aggrediendis periculis esse ciues persuaderentur: tanq̄ bellicosum uirum ac strenuum militarem sibi ducem elegerunt. Et his in rebus Timoleon suum præstitit officium. Nam cum uitia eius dissimularet atq; tegeret: ut minus illa apparerent: operam dabat & urbanitate ac facetus exornando augebat: fugabatq;: si nam pauloplus retegerent. In bello quod contra Argiuos Pleoneosq; gerebatur: cum Timofanes equitibus præesset: Timoleon uero peditibus: Timofanes ab equo interexcussus: & pedibus calcibusue pressus magnum incidit in periculum. Nam sociis partim fugientibus partim præsenti animo utentibus: pauci contra multos manus conserunt: ipsumq; magno cum periculo defendunt. Quod postq̄ Timoleon perspexit accurrēs ut auxilium afferret: Timofanemq; prostratū scuto protegens multis telorum uulneribus multis percussionibus cum armis tum in corpore accæptis: cum labore inimicos fugauit: fratremq; redemit. Deinde Corinthii timentes ne idem quod prius a sociis paterentur: ut ciuitatem amitterent: quadrīgētos aduenas milites alere: hisq; Timofanem præficere decernunt. Timofanes uero iusti cōemptor atq; honesti statim operā dedit: ut ciuitatem sub eo male afficeret: multosq; ex primoribus ciues indemnatos necaret: & sese tyrannū declararet. Quam rem cum Timoleon ægro animo ferret: & illius uitiū suā calamitatē duceret: illi persuadere conatus est: ut hāc insanam animi cupiditatem exueret: & malefactorū erga ciues emendationē quæreret. Neglectus Timoleon atq; expulsus cum ex necessariis Eschilum uxoris Timofanis fratrem accæpisset: ex amicis uero augurē: quam Theopompus Satyrū: Ephorus autem atq; Timeus orthagoram appellabant: paucis diebus elapsis rursus ad fratrem

aſcendit:quem cum illi circunſtarent:& Timofanes emẽdationis ſigna oſtẽderet: ſup pliciter rogabant. Vbi primum illos ridiculos habuit:deinde rem grauiter ferens ad irã irritatus eſt: Timoleon uero paululum ſecedens: & ſeipſum tegẽs lachrymas effudit. Illi autem ſtrictis gladiis ſubito Timofanem interficiunt:quod poſtq̃ in uulgus paſſi diſſipatum eſt:optimates urbis odiũ Timoleonis in tyrãnos atq; magnanimitatẽ lau dibus extollebant:quoniam &ſi optimus eſſet fratremq; amaret:tamen patriã neceſſi tudini:honeſtũ atq; iuſtum utilitati præpoſuit. Nam cum de rep. bene meritus eſſet: eum ſalute donauit:cum uero illi inſidias tenderet in ſeruitutẽq; redigeret: morte mul ctauit. At qui in populari ſtatu uitam agere nequibant:potẽtes timere aſſueti magnũ gaudium magnamq; læticiam ſimulabant:& Timoleonem conuitio iſectantes impi eq; ac crudeliter egiſſe prædicantes dolore mœſtitiaq; afficiebãt. Qui poſtq̃ accepit ma trem animi ſeſe angi:& graues uoces horrendaſq; execrationes in eum effundere:ad eã conſolaturus acceſſit. Cuius aſpectum cum illa nullo modo ferre poſſet:in frontẽ ho ſtia clauſit. Quare Timoleon multa animi ægritudĩe affectus ac mẽte alienatus eo ani mo diſceſſit:ut mortẽ ſibi aſciſceret:& a potu ciboq; abſtineret. Qui &ſi eũ amici ſalu tarẽt:amicaſq; exhortatiões ĩ mediũ adducerẽt & neceſſaria omnia quæ ſunt ad uictũ afferrent:ſtatuit tamen in ſolitudine uiuere:& ab ipſa rep. atq; hominum cœtu ſeſe abducere. In principio nunq̃ in urbem proficiſcebatur:ſed extra humanorum conſor tium errans per deſertos agros uerſabatur. Conſultationes atq; deliberationes quæ ĩ re bus agendis ſtabiliſſimum robur a ratione atq; philoſophia non ſumpſerint:ſic facilli me ac contingentibus laudibus ac infamia quatiuntur atq; ferũtur. Oportet enim ope rationem ipſam non ſolum honeſtate iuſtitiaq; prædĩtam eſſe: ſed etiã opinione ex qua aliquid operari compellimur ſtabiliſſima:ut operatio noſtra conſenſu omniũ cõ ꝓbetur neq; ſimiles illis qui uẽtri gulæq; dediti ſũt uideamur. Nam hi celeri auiditate ac odore ſuauium ciborum allecti:& ad repletionem uſq; ſatietatemq; adducti ſtatim abhorrẽt atq; ſtomachãtur: Nos quoq; poſt nauatã operã labefactata ꝓpter imbecilli tatem honeſti opinione atq; fantaſia pœnitentia triſtitiaq; afficimur. Nam pœnitẽtia ipſa res etiam bene geſta deturpatur. Electio autem quæ ex certa ſciẽtia certaq; ratione proficiſcitur:nullam ab errore ſuſcipit mutationem. Quapropter Focion Athenienſis rebus ſub Aleoſtene geſtis obuerſatus:ubi rem bene geſtã animaduertit: uiditq; Athe nienſes Ioui Martiq; hoſtias mactare:& uictoria lætari atq; gloriari: ĩquit uelle ſe hæc geſiſſe:& conſiliũ adhibuiſſe. Ariſtides quidẽ locrus ex Platonis familiaribus unus ue hementius atq; grauius. Nam cum ſuperior Dionyſius unam natarum eius in uxorẽ peteret:reſpondit ſuauius ſibi fore illam mortuam q̃ tyranno nuptam aſpicere. Paulo poſt cum Dionyſius eum morti damnaret:& contumeliæ cauſa illum interrogaſſet:ſi quemadmodum prius de collatione filiæ ſentiret:reſpondit rerum geſtarum mœſtitia affici: dictorum autem nulla pœnitentia detineri:hæc fortaſſe maiori perfectioriq; uirtu te geſta ſunt. Timoleon ſiue fratris morte ſiue matris pietate animi ãgeretur: adeo mẽ te fractus erat:adeo attritus:ut uiginti fere annis extra humanam conſuetudinem ui uens nunq̃ remp. attigerit. Cum igitur de imperatore deſignando ſuffragio in conten tione quæreretur:& Timoleon nominaretur:populo eum prompto animo amplexan te:aſſurgens Telecrides tunc in ſenatu & potentia & auctoritate clariſſimus perſuaſit Timoleonem circa res agendas & bonum & generoſũ eſſe. Differebat enim: ſi id quod fecit laudi tribuendum eſt:tyrannum occidiſſe putabimus:ſi autem uitio:fratrem. Pa rata claſſe collectiſque militibus ut nauigaret:litteræ Icetis nomine corinthiis reddun tur. In quibus litteris eius proditio atque pfidia ſignificabatur. Nam poſtq̃ celerrime per legatos docuit ſe Carthaginenſium ſocium futurum:palam cum illis curabat: ut Dionyſio ex Syracuſis expulſo ipſe tyrannidem compararet. Timens ne prius Corĩthi orum copiæ in Siciliam aduentarent:& ſpẽ rerum gerendarum fruſtrarẽt: litteras Co rinthiis ĩ quibus hæc extabant ſcripta trãſmiſit: Nõ dubito labores ac expenſas ſũmo

cum periculo uobis accidere: ſi in Siciliam nauigaueritis: præſertim Carthaginenſibus aduerſantibus: & mare nauium multitudine cuſtodientibus: quos ego ipſis ægre ferentibus atq; inuitis tyranno ſocios adiunxi. Lectis litteris Icetes primū a Corinthiis infās atq; imperitus circa rem militarem habitus eſt. Deinde omnes ita ad iram contra ipſū prouocati ſunt: ut q̄celeriter Timoleoni uiaticum ac nauigationis præparationē ſtruxerint: paratiſq; nauibus: paratiſq; his quæ proficiſcentibus militibus neceſſaria erāt: ſacerdotibus quæ Proſerpinā colebant: in ſomnis uidere uiſum eſt deas in peregrinationem quandam ire: & cum Timoleone ī Siciliam nauigare. Quapropter Corinthioꝝ reſp. ſacram triremē ſtruxit: & duabus cognomen deabus indidit. Timoleon ī delphū traiiciens facta re diuina: cum in templum Apollinis atq; in adytum ueniſſet: miraculum ſibi euenit. Nam uitta quædam coronis trophæis inſignis de ſuſpenſis donariis defluxit: & caput Timoleonis ut a deo coronatus ad res gerendas præmitti uideret coronauit. Cum itaq; naues decem haberet: Corinthias ſeptem: Corcyreas duas: unā Leucadam iter ingreſſus eſt. Cui noctu Pelagus aſcendenti: & ſecundis uentis mare percurrenti repente cælum ſcindi uiſum eſt: & ſupra nauem multum lucidiſſimū q; ignē effundi. Deinde cum lampas quali in myſticis ſacrificiis utuntur eleuaretur: & curſu Italiam uerſus dirigeretur: quo nautæ maxime intenti erant: ī terram ueluti fulmē irruit. Quare Timoleonē augures docuere: hoc approbationem teſtimoniūq; ſacrorū eſſe ſūmorum: & q̄ deæ Timoleoni auxilio proficiſcebantur: ex cælo ſignum iubarq; dediſſe: eſſeq; Siciliam Proſerpinæ dedicatam: quoniam illic raptam fuiſſe homines fabulārētur: & inſula tanq̄ nuptiali dono in ipſis nuptiis donatam extitiſſe. Hæc deorū ſigna ita militū aīos ad ſpē fiduciamq; erexerunt: ut celeri curſu emenſo pelago ī Italiam delati ſint: illa uero quæ ex Sicilia nuntiata ſunt: Timoleonem dubium atq; curioſū: milites autem mœſtos reddidere. Nam Icetes uictum a ſe Dionyſium atq; fugatum ī arce quæ inſula cognominatur obſidebat: & capta maiore urbis parte illam muro ac foſſa circundederat. Carthaginenſes autem bono animo eſſe iuſſerat: quoniam Timoleō nedum in Siciliam aſcenſurus eſſet: uerum etiam longe nauigantibus illis ipſis mox inter ſe inſulam partientur. Interea Carthaginenſium cum uigīti triremibus legati ad Timoleonem captandi fallendiq; gratia nauigarunt. Qui fraudulenter atq; īprobe callida conſilia machinati Timoleonē rogabant: ut pro cōmuni omniū pace Iceti ſeſe ſocium adiungeret: & naues ac milites in Corinthum remitteret: tanq̄ parū abfuerit: quī in bello uictus ſuccubuerit: Carthaginenſibuſq; eum manus conſerere cogētibus: neq; Corinthum remenſo pelago pedem referre potuerit. Poſtq̄ Corīthiæ naues ad rhegnū appulerunt: & ea quæ per legatos expoſita erant accæpere: & Phœnices non longe nauigantes aſpexere: affecti iniuria doluere: contraq; Icetem omnes odium conuertere: nec non pro Siculis quos manifeſte intuebantur Iceti præmium proditionis Carthaginenſibus mercedem tyrannidis relinquere: timor inuaſit. impoſſibile enim uidebat hoſtes ſuperare poſſe: cum perſpiceret longe plurimas naues barbaris: Iceti multo maiores copias eſſe q̄ ſibi. Tamen Timoleon cum legati ac principes Carthaginenſium ſibi obuiam darentur: manſuete ſermonē cum illis habuit: dixitq; obedire quibus uelint: quid enim perficere poteſt non obediens? hanc enim mentem eſſe Corīthiorum. Et cū multa econtra audiuiſſet: īquit rhegīorum publicā amicitiā diſſolui. Nam ſi hoc ad tutelā præſtaret: illos in his rebus quas Syracuſanis promiſerūt conſtantiam retinere: uidelicet & publice & coram populo pacta depōerēt: hæc illis ita locutus eſt: ut diſceſſus diſſimulationē ī qua etiam rheginorum duces una dolum fabricabant ſtrueret: barbarorum enim inciuilitatem pertimeſcentes omnes optare Siciliæ regnum Corīthios comparare. Itaq; aduocata contione portas clauſerunt: ne ad aliud agēdum ciues progrederent: ſed ad multitudinem uenientes diu contionem detinerent: & alter in alterum nullo fine dum tempus tererent materiam dicendi tranſferrent: donec Corinthiorum triremes paratæ eſſent: & Carthaginenſes exiſtimantes præſētē Timoleonē paulopoſt

orationem habiturum ſine ſuſpicioẽ detinerent. Poſtq̃ Timoleon clam certior factus eſt de diſceſſu triremium: unam autem ſibi relictam eſſe: ſtantibus circa ſuggeſtũ rhe ginis: qui huius rei conſcii erant: diſcedens per turbam tranſiuit: & in mare deſcendit: atq; ī Taurominium Siciliæ oppidum celeri curſu nauigauit: ibiq; ab Andromacho ī rep. principe: qui iam ad ſe illum accerſerat: ſuſceptus eſt: hic ea tempeſtate omnium potentum iuſtiſſimus unus fuit ī Siculis: Timei qui hiſtoriã ſcripſit pater erat. Enim uero ſuos ciues legibus ac iuſtitia gubernabat: & contra tyrannos apertiſſimas inimici tias exercebat: itaq; urbem Timoleoni tanq̃ aſylũ præbuit: & ciuibus perſuaſit: ut una cum Corinthiis pro Siciliæ libertate bellum ſuſciperent. Dimiſſa igitur contione cum Timoleon diſceſſiſſet: Carthaginenſes qui rhegii morabantur: ſic decepti grauiter fer re rheginos admonere: q; ſi Phœnices ſit iis qui p fraudem abierũt inimicẽtur. Quare Taurominium ad triremes legatum mittunt: qui Andromachum inimice ac barbarice alloquatur: & interloquendum diducta extenſaq; manu: & uerſa atq; reuerſa minet urbem talẽ exiſtentem talem futuram. Quod cum legatus apud Andromachum feciſ ſet: Andromachus ridens nihil aliud reſpondit: niſi manum ut ille nunc ſupinã: nunc reuerſam extendens iuſſit eum diſcedere: niſi uellet nauem pro tali fieri talẽ. Icetes ĩte rim cum diſceſſum Timoleonis audiuiſſet: atq; timuiſſet: multas Carthaginenſiũ tri remes accerſuit. Ex qua re ubi Syracuſani Carthaginenſes portum Icetem urbem occu paſſe uident: arcẽ Dionyſium dominari: Timoleonẽ uero tanq̃ tenuiſſimæ oræ ac fi nibus Tauromĩio paruo Siciliæ oppido ĩbecilli ſpe paruiſq; copiis affixũ: ſalutis deſ perabant. Nam mille ſecum milites Timoleon habebat: & his nihil alimenti: nihil reꝝ neceſſariarum amplius aderat. Præterea ciuitates plenæ & cõtra belli duces exaſperatæ nihil iam illis fidei tribuebant: præſertim propter Calippi & Farmaci perfidiam. Quo rum alter Athenienſis: alter Lacedæmonius cum dicerent pro Siciliæ libertate aduenta re: ut Monarchias delerent: perſuaſerunt calamitates ſub tyranno Siciliæ conducere: & beatiores ĩ ſeruitute: q̃ ſuis legibus uiuere. Itaq; Timoleonem haud meliorẽ illis expec tabant: ſed rurſus eadem ſophiſmata eaſdem captiones ſibi afferre ſpem oprimam be niuolentiamq; pollicentem. Itaq; de rebus nouis male ſentientes Corinthios a ſe om nes Siciliæ ciuitates præterq̃ Adranitæ excludebant. Hi enim paruam urbem habentes & deum Adranum: qui maximo in honore per uniuerſam Siciliam habebatur: colẽtes inteſtinas ſeditiones agitauere. Nam partim Icetem & Carthaginenſes partim Timo leonem accerſentibus contigit fortefortuna: ut ambo celeriter iter ingreſſi uno eodẽq; tempore ad urbem aduolarent. Verum Icetes quinq; milia militũ: Timoleon uero nõ plures q̃ mille & ducẽtos hẽbat. Quos cũ Tauromĩii accæpiſſet: quod ab Adrano qua draginta ſtadiis ac tricentis diſtat: primo die non multam uiæ partem occupauit. Poſ tridie per loca ſenta ſitu & aſpera iter ingreſſus: per uniuerſumq; diem proficiſcens iã inclinato die accæpit Icetem ad urbem appropinquaſſe: & iamiam caſtrorum loca metatum fuiſſe: qua ex re Centuriones & cohortis duces: ut prõptioribus ad pugnã militibus uterentur: corpora reficere iubebant. Timoleon autem ipſos adiẽs docuit ne iſta fierent: quĩ ĩmo ſtatim milites ducerent: & hoſtes ĩcautos imperitoſq; inuaderẽt: qui ut cõſentaneum erat: nuper labore uiæ defeſſi ĩ tentoriis ocio atq; ſomno operã im penderent. his dictis ſumptiſq; militibus tanq̃ manifeſte uictoriã præſagiret: primus ad hoſtes contendit. Milites audaciores facti ad illos qui paucioribus trigĩta ſtadiis ab erant Timoleonem ſequebantur: illi ut primum Timoleonem aduentare ſenſerũt: im petu ab eo præuenti ac turbati fugam arripuere: itaq; occupatis caſtris non plures tre centis ferro occubuere. Capti autem uiui bis todem fuere. Adranitæ apertis portis Ti moleonem petunt: & ut bellum intus inſtaret: cum honore atq; admiratiõe rem expo nunt. Viſũ. n. erat hoſtiis tẽpli ſpõte patefactis deum pili cuſpidẽ quatiiſſe: multũq; ex eius facie ſudorẽ emanaſſe. hæc ut uideꝫ nõ ſolũ præſẽtis pugnæ ſigna fuere: ſed fu tura etiam bella: quibus bona fortũa aſpirauit: protẽdere. Nã & aliæ ciuitates decretis

ſubito legationibus Timoleoni ſeſe urbem agroſq; dedere. Mamercus quoq; Cataniæ tyrannus uir ſane clarus in bello: & qui magnum argenti pondus & auri habebat: cum Timoleone ſocietatem iniit. Dionyſius qui non multū abfuit ne militibus præda fuiſſet: Mamerco bello maior & armis ſpe omni abiecta: Icetē turpiter uictū neglectui habens: Timoleonem admirans illi & Corinthiis legatos miſit: ſeq; ipſum atq; arcem dedit. Timoleon præter ſpem bonam fortunam ſuſcipiens Euclidem Telemachūq; Corinthios homines in arcem cum quadringentis militibus: ſed non una neq; palam ire iuſſit. Nam occupato ab hoſtibus portu īpoſſibile uidebat illuc poſſe aſcendere: itaq; clam atq; paulatim ad Dionyſium ueniunt: & arcem ac ſupellectilem omnē quæ bello nſui foret in poteſtatem ſuam redigunt. Magnus profecto equorum numerus magna telorum multitudo uniuerſa etiam machinarum idea inerat. Armorū quoq; quæ diu repoſita erant adeo affluens atq; opulentū ſeruabatur theſaurum: ut ſeptuaginta hominum milia ad bellum illis armari potuiſſent. milites quidem quos quēadmodū cætera Timoleoni Dionyſius præbuit: duo milia: ipſe autem ſumptis pecuniis ſūptiſq; quibuſdam ex amicis clam Icete nauigans ad Timoleonem in caſtris delatus eſt. Quē ſtatim Timoleon ut priuatum ac deiectum hominem cum una naui paucisq; pecuniis in Corīthum tranſmiſit: Qui in tytannide maxima atq; clariſſima natus decem ānis anteq̄ a Dione expelleretur: duodecim autem poſt Dionis mortem regnauit. Sed hoc uniuerſum tempus in bello contriuit. Quæ uero in tyrannide geſſit quæq; paſſus eſt: diligenter accurateq; in Dionis uita perſcripſimus. Nam filiorum pubeſcentiū mortem filiarum uirginum ſcortationes ſororis uxoriſq; corpus ab hoſtibus laſciuis libidinibus uiolentiaq; deturpatum deſpexit. Et hæ cum filiis in mare demerſæ ſunt. Dionyſius poſtq̄ in Corinthum nauigauit: nemo ex græcis erat: qui & uidendi illū: & alloquē di deſiderio non teneretur: alii propter odium lætitia affecti aſpiciendi gratia congredientes ludibrio illum fortuna deſtitutum habebant. Alii ad mutabilitatem fortunæ cō uerſi condolebant: & multam rerum humanarum imbecillitatem: multam occultarū diuinarumq; cauſarum potentiam animo uolutabant. Non enim ea tempeſtate natura neq; ars tantas illi uires quantas fortuna demōſtrauit. Vt qui paulo ante Siciliæ tyrannus eſſet: Corinthi in miropolio ſederet: & apud mulierculas obſoniorum tabernā agentes uerſaretur: potatorq; ab iis qui uinariam agebant uocitaretur: necnon in medium ac palam mulieribus ſeſe admiſceret: & in uiis muſicos doceret: ſtuderetq; per contentionem theatrales cātus armōiaſq; ſuauiores reddere. Quidam ideo hæc fieri a Dionyſio coniecturis aſſequebantur: q̄ homo ignauus ac perdito īgenio illecebris deditus eſſet. Quidam uero ne Corinthiis terrori exiſteret: ſed ſeſe negligendo: animi moleſtiā & minus ſecundā fortunā diſſimularet: tyrānidiſq; recuperandæ ſuſpicionem tolleret: & ſic præter naturam in ocio multam fingendo componeret iuſtitiam. Verum multa ab eo dicta memoriæ traduntur: quæ generoſi ſapientiſq; animi ſigna potius eſſe uidētur: q̄ inſulſi. Nam cum in Leucada ut Syracuſe Corinthiorum colonia relegaretur: inquit eadē pati & quæ adoleſcētes. Quēadmodū enim illi ſi peccauerint hilari uultu fratrū conſuetudine utuntur: patres autem ob pudorem fugiunt: ſic ei accidere q̄ ī Metropoli uitam agens uerecundia quadam detineretur. in Leucada uero cum uoluptate uitam traheret. cum etiam Corinthi miles quidam ſtipendarius contra philoſophorum familiaritates: quibus in tyrannide lætabatur: acrius ageret: & eum ridiculum haberet: tandemq; interrogaret: quid utilitatis ex philoſophia Platonis cæpiſſet: inquit num tibi nihil adiumenti ſuſcepiſſe uidemur: ſic fortunæ mutationem tolerantes? Præterea Areſtoxeno muſico & quibuſdam aliis interrogantibus unde & quo iure aduerſus Platonē querelas haberet reſpondit: tyrannidē multorum malorum plenam eſſe: & nec ī uita tale aliquid exiſtere: neminem amicorum apud eum aperta uſum fuiſſe oratiōe. Nam propter illos Platonis beniuolentia priuatum fuiſſe. Inſuper cū quidā præſtans īgenio uideri uellet: cū Dionyſio ſcōmata agens ad illūq; accedens palliū depoſuiſſet:

ut mos erat: Dionyſius econtra ſcommatibus uſus iuſſit quotiens ad eũ accederet: hoc idem ut faceret: ne aliquid primarum rerum ſibi deficeret. Philippus Macedonum rex cum poſt conuiuium quoddam in ſermonem de carminibus atq; tragœdiis: quas ſenior Dyonyſius reliquerat: incideret: & in tempore quodam dubitare fingeret: tardaretq; hoc agere: Dionyſius probe obuiam iuit: dixitq; in quo tu & ego atq; omnes beati eſſe opinantes circa potationes uerſamur? Sed Plato Dionyſium Corĩthi non uidit. accederat enim paulo ante diem ſuum obiiſſe. Sinopeus Diogenes Dionyſio obuiam factus primum inquit o Dionyſi tanq̃ uita indigens uiuis? Cum ille gradum ſiſteret diceretq; o Diogenes & tu quoq; facis perpulchre noſtra conuitio afficiens ĩfortunia: ad hæc Diogenes reſpondit: quid putas an uis me tecum una cõtriſtari: nec tibi moleſtiam afferre: cum huiuſcemodi mancipium ſis: in tyrannide tanq̃ optimus pater: iam ſenio confectus mortem oppetas: hic iocans molliterq; uiuẽdo uitam ducens: ut mihi his rebus Philiſti uoces quas pro filiabus Leptini lamentando emiſit aſſimilãti: tanq̃ ex magnis bonis tyrannidis in humilem uitam deductis: lamentationes mulieris alabaſtos & purpuram & aurum cupientis manifeſtentur. Verum hæc a propoſito noſtro haud aberrare uidentur: neq; auditoribus uel ocioſis uel multa agẽtibus ĩutilia fore arbitramur. Sed Timoleonis bona fortuna non minori admiratione proſequenda eſt: q̃ Dionyſii infortunium. Nam poſtq̃ in Siciliam aſcendit: intra quinquaginta dies arcem Syracuſarum in poteſtatem ſuam redegit: & Dionyſium in Pelopõneſum tranſmiſit. Vnde Corinthii maiori manu coacta duo milia peditum & ducentos equites Timoleoni miſerunt. Qui uſq; ad Thurios delati naues Carthaginenſium ineuntes pulchram nauigationem remorati ſunt. Nam Thuriis aduerſus Brettos expeditionem agentibus eorum urbem ut patriam ſyncære fideliterq; ſeruauerunt. Icetes interim arcem Syracuſanam obſedit: prohibuitq; ne Corinthiis frumentum importaretur: & in Adranũ duos milites qui Timoleonem per inſidias ferro trucident ire iubet. Timoleon eo tempore cum Adranitis ſine aliqua ſuſpicione ſacrificiis intentus nulla militum ſeſe ſtipaue rat cuſtodia. Qui ab Icete paraturi necem miſſi fuerant: ubi audiuerunt Timoleonem diuina facturũ in templum uenire: gladios ſub ueſtibus habere: ĩter eos qui ad aras ſtabant: ſeſe admiſcere pedetentimq; proprius accedere: & paulopoſt rei incœptandæ ſtatuto tempore unus eorum Timoleonis ſocio in capite gladium criſpat. Quo mortuo qui uulnus infixerat in altiſſimam quandam petram: ut erat euadit: huius uero ſocius aram amplectẽs Timoleonem obſecrat: ſi ueniam det rem omnem aperiturum. Qua impetrata ſummam rei aperit: docetq; ut ab Icete miſſi fuerant eum interfecturi. Interea cum ſocii eum qui petram aſcenderat ad Timoleonem traherent: nullam intuliſſe iniuriam exclamat. Verum merito hominem interfeciſſe: cum ille apud Leontinos patrem necauiſſet. Quam rem teſtimonio quorundam adſtantium cõprobauit: qui magnopere machimenta fortunæ admirabantur: quæ propter alias cauſas alia componẽs ac ſimulãs lõgius alia mouet: atq; adducit: q̃ ꝑmiſiſſe uideatur: illis quæ plurimum abeſſe uidentur ſeſe implicat: & nihil commune adinuicem habentibus ſemper adinuicẽ in principio & in fine utitur. Itaq; decem minis hominem Corinthii donauere: q̃ nimini Timoleonis curam habenti cladem uaticinatus: id quod in animo multo ãte fuiſſet in nauanda opera nõ abſoluiſſet: ſed priuata cauſa fortuito illius uitam ſeruauiſſet. Quibus rebus præſens bona fortuna in ſpem optimam futurarum rerum animos hominum coniecit: q̃ Timoleonem ut pium ſane ſanctumq; uirum comitantibus diis ad Siciliæ auxilium ac libertatem ueniſſe proſpicerẽt. Icetes uero poſtq̃ præter animi ſui cupiditatem conamina eius accidiſſe uidet: & Timoleoni multos adhærere: ſeipſũ accuſans: q̃ tales tantaſq; Carthaginenſium copias habebat: & ipſis non ſtrenue non ĩpigre utatur: clam ſociorum auxilia aduocans: cum uniuerſa claſſe ducẽ accerſiuit Magonem. Mago cum centum & quinquaginta nauibus portum petit atq; occupat. qui ſexaginta milibus militum Syracuſas ingreſſus caſtra ĩ urbe poſuit. Cuius claſſis adeo

magna internauigandum esse uidebatur: ut omnem priscam futuramq; barbariē ī Siciliam traiicere putares. Enimuero Cartha ginensibus in Siciliam superiori tempore infinita bella gerentibus nunq̄ Syracusas capere data copia est. Sed tunc Icetis opera erat q; Syracusas barbarorum castra intueri euenerat. Corinthii qui in arce erant in summa rerum difficultate positi rebus ad uictum necessariis deficiētibus occupatoq; a Carthaginensibus portu continuo circa murum tumultuarias pugnas ac uniuersa bellandi genera quibus obsessi consueuerunt ad sūmas uires agebant. Sed Timoleon cimbis paruisq; nauiculis frumentum ex Catania transmisit. Quæ ut barbaricas triremes uitarēt per loca fluctuosa cursum nauigationemq; fecere. Quas Icetem ac Magonem intuētes capiendi Cataniam cura atq; libido cæperat: q; inde Corinthiis necessaria in arcē asportarentur. Itaq; sumptis qui uirtute bellica cæteris præstare uidebātur: solutisq; ex portu nauibus Syracusis abeunt. Neon Corinthius qui arcis præfectus erat: cū uideret hostes custodiæ gratia relictos ociose negligenterq; se in urbe custodiēda habere subito ruit in urbem: & partim cæsis: partim dare terga coactis: Syracusarū partem quā Achradinam uocant occupauit: atq; in suam potestatem redegit. Quæ cum cū cæteris partibus urbis melior uisa esset: atq; munitior & quodāmodo pluribus urbibus composita atq; structa: necnon frumenti ac rerum omnium abundans minime hunc locum reliquit: nec pedem in arcem rettulit: sed uacua deserta loca muro circundans coniuncta arci Achradina custodia illum muniuit. Mago atq; Icetes: qui iam prope Cataniam uenerant: per nūtium ex Syracusis rerū facti certiores multo dolore multaq; animi ægritudine ad Syracusas discedunt. Qui neq; operā suam pro animi cupiditate nauarunt: & Syracusas quæ in manu erant amiserunt. Sed hæc prouidentiæ uirtutiq; fortunæ quæ dubia est tribuunt. Nam omnino hæc quæ a Timoleone gesta sunt bona quadam eueniisse fortuna uidentur. Corinthii milites qui apud Thurios morabātur: timētes Carthaginensium triremes quæ eotum discessum obseruabant: ex multis diebus pelago uentis agitato: partim ui partim sponte cedentibus barbaris per bracteos pedestri itinere profecti in rhegium uenerunt. Adhuc fluctibus mare agitantibus princeps nauium Carthaginensium qui Corinthiis tendebat isidias: unā animaduertens expectationem: sibiipsi persuasit ut callide nouū aliquid ad deceptionē strueret: iussit itaq; ut omnes nautæ coronis capita ornarent: & rubeos scutos ac græcorum īsignia triremibus figerent. Deinde Syracusas nauigans cum arci appropinquasset risu usus ac plausu Corinthios quos perdere curabat: quoniam uictoria potitus sit: ut descenderēt exclamat. Interea cum ille his nugis & hac decipiendi arte uteretur: Corinthii qui per agrū Bracteorum in Rhegium uenerant: ubi cum uentis tum nauibus maria uacua uident: summam ī cælo serenitatē nacti summāq; in mari quietē: q̄ propere naues atq; aquas ingressi in Siciliam delati sunt: & tanta securitate atq; serenitate usi: ut internauigādū extra naues equos nantes habēis traxerint. quos omnes cum Timoleon suscepisset: & statim Messanam urbem cæpisset: bona fortuna magis q̄ exercitu confisus ad Syracusas structis pergit otdinibus. Nam secum non plures quattuor milibus militum habebat. Quod cum Magoni denuntiaretur: tumultuare: ac timere: & magis ex hac occasione ī suspicionem uenire. In locis limosis circa Syracusas multā ex stagnis atq; fluminibus: quæ in mare prorumpunt: aquam suscipientibus anguillarum multitudo pascitur: ita ut lata piscari uolentibus præda adsit. hic dum utriusq; exercitus stipendia riis militibus ocium dabatur: una piscabantur. Quod apud græcos usurpatum est. Nam si inter eos priuatas inimicitias non habent: extra aciem una deambulando fabulantur: in acie uero strenue & pro sua dignitate manus cōserunt. Tunc cum simul piscarentur: uillarum magnificentiam admirantes de maris præstantia sermone institu-
to: quidam ex Corīthiorum militibus ita locutus est: Et uos græci in hac urbe tāta magnitudine totq; ornamētis elaborata barbaris hominibus crudelissimis summo studio ut barbaros mores inserant: & nobis propīquiores fiant: operā auxiliūq; accōmodatis

aduerſus quos optandū eſſet multas Siciliās græciæ ſubiectas eſſe: qui putatis eos: qui hunc exercitum collegerunt: ab iiſq; columnis herculeis atq; a mari Athlantico: ut pro Icetis gloria pericula aggrediantur: huc acceſſiſſe? q; ſi recto ducis officio Icetes uteret: non patres expuliſſet: neq; contra patriam hoſtiles milites collegiſſet: ſed pro eius honore & gloria dimicaret: & ut ſuarum partium eſt: Corīthiis atq; Timoleoni obediret. Exhis uerbis tumultuantibus in caſtris ſtipendiariis militibus: Magoni ne inſidiæ ſibi tenderentur magna eſt iniecta ſuſpicio. Quapropter cum Icetes ne diſcederet illum obſecraret: doceretq; quanto hoſtes uiribus ac fortitudine anteirent: & Timoleonem magis uirtute atq; fortuna q̄ militum multitudīe ipſos ſuperare: Mago ſtatim caſtra mouens & Siciliam ex manibus dimittens turpiter ac temere in Libyam cōtendit. Poſtridie Timoleon ut pugnas obiret: in ordinem milites redigebat. Poſtq̄ uero Magonem corripuiſſe fugam accæperunt: & deſerta nauibus maria animaduertere: ridiculā habuere Magonis fortitudinē. Itaq; circumeuntes dicenti quo Carthaginenſium claſſis aufugiſſet: in urbe per præconem præmia poſuerunt. Sed Icetes adhuc etiam bellandi cupidus ītentuſq; animo iis partibus quas occuparat munitis & expugnatu difficillimis nondum de capiēda urbe deſperauerat. Timoleon eius copias diuidēs quas maiori uirtute eſſe animaduertit ad Anapim fluuium ire uoluit. Eas autem quarum Corinthius dux erat Hyſias ex Achradina egredi iuſſit. Tertiam uero militū partem quam Dimarchus atq; Dimaretus per nouiſſima ex Corintho attulere: ad uertices direxerunt. Eodē tempore quo hæc fiunt: multi ex caſtris Icetis fugiūt. Ex eo q; urbs q̄primum capta eſſet: & in poteſtatem eorum redacta: expulſis hoſtibus par erat militū fortitudini ac ducis probitati immolare. Quod autem nemo ex Corinthiis aut mortem obierit: aut uulnere leſus fuerit: hoc tantum Timoleonis fortunæ tribuendum: tanq̄ cum uirtute uiri illa certauerit: ut qui eius laudes & res ab eo bene beateq; geſtas audiuerint ad maiorem traherentur admirationem. Non enim ſolum per omnem Siciliā atq; Italiā fama cucurrit: ſed per uniuerſam græciam euolauit: & ita res effrenuit: ita fortuna celeritatē quandam rebus bene geſtis appoſuit: ut Corinthiorum ciuitas: quæ cū adhuc an ī Siciliam appuliſſent incertior eſſet: una die ſaluos in inſulam ueniſſe & hoſtes uiciſſe audiuerit. Timoleon arce in poteſtatem ſuam redacta: nec eius præſtātia quemadmodū Dion cōmotus: haud illi ob loci pulchritudinē uel ſtructuræ opulētiā magnificētiāq; pepercit: Sed Dionem accuſans: q; illam non euerterit: publico præconio Syracuſanis ſignificauit: ut cuicunq; uolenti ad delendum tyrannorum receptaculum ferro adeſſe liceret. Poſtq̄ eo die præconium aſſeruerunt: & libertatis principium aggreſſi ſunt: nō ſolum arcem: ſed domus ac ſepulchra tyrannorum funditus euerterunt. Deīde populārem ſtatum præſtantiorem tyrannide ducens adæquatis ſolo muris ut ciuibus grata ageret: forum quo iura dicerentur: exædificari iuſſit. Vbi uacuam ciuibus urbē animaduertit: q; alii in bello & ciuili ſeditione periſſent: alii tyrannos fugiſſent: & in foro propter ſolitudinem ita magna atq; profūda excreuiſſet ſilua: ut lætus pabulo ager eſſet: & equicolæ in herbis altos ſomnos caperent: cæteræ quoq; urbes præter admodum paucas ceruis agreſtibuſq; porcis plenæ eſſent: & ante urbem circumq; muros in ſuburbāis rerum gerendarum uacui perſæpe uenarentur: habitantium etiam in præſidiis atq; in caſtris nemo obediret: neq; in urbe: horrore quodam atq; odio in ſubſelia in forum ex quibus plurimi tyrannorum ipſis pullularant aſcenderet: uiſum eſt Timoleōi & Syracuſanis ad Corinthios ſcribere: ut ex græcia Syracuſas Coloniā mitterent: q; urbs ciuibus uacua eſſet: & magnum ex Libya bellum expectarēt: cū audiuerint corpus Magonis qui ſeipſum morte affeciſſet: iratos Carthaginenſes exercitus gratia cruci affixiſſe: ipſos autem ut uerno tempore in Siciliam traiiciant magnas parare copias. Timoleōis nomine redditis litteris ubi Syracuſanorum legati Corinthios rogauerunt: eis Syracuſanam ciuitatem curæ eſſe: & iterum in prouintiam coloniam mittere: Corinthii nulla auaritia: nulla urbis dominatione allecti atq; impulſi: q̄primum per græciam ſacris in

certaminibus ac magnis in nundinis per præcones denunciant: Corinthios qui Syracusarum tyrannidem aboleuere: Syracusanos cæteroſq; extorres ſiculos ad libertatē inuitare: & Syracuſis uolentem habitare iuſte ſancteq; in libertate ſuis legibus partā ciuitate uicturum: deinde per Aſiam atq; per inſulas: ubi paſſim multos ex Siculis uitā agere audiuerant: nuncios mittunt hortanturq; omnes in Corinthum traiicere: & Corīthios naues cōmeatus auxilia atq; duces præbituros eſſe: necnon Syracuſis tutos ſaluoſq; poſituros. His rebus Syracuſani magno erga Corinthios amore affecti: honeſtiſſimis pulcherrimiſq; laudibus in cælum efferebant: quoniam libertatem atq; ſalutem adepti tyrannorum iugum barbarorum crudelitatem euaſiſſēt. Qui igitur Corinthū uenerunt: cum perpauci eſſent: Corinthios rogauere: ut ex Corintho cæteraq; græcia ſocii ſibi adiungerentur. Itaq; nō pauciores decem milibus Syracuſas nauigarūt. Vbi iam ex Italia atq; Sicilia Timoleon multos in unum collegerat: quibus ſexaginta milibus exiſtentibus: ut rettulit Vthanes: Timoleon urbē diuiſit: atq; partiuit: & domos mille talentis uendidit. Primoribus uero domos quas illorum eſſe cognouit: reddidit: & populo cui adeo res āguſta erat: & ad bellum & ad cætera: ut ſtatuas publico decreto delataq; accuſatione tanq̄ hoībus pœnas dantibus uendiderit: pecuniarum abūdatiam excogitauerit. Getonis autem antiqui tyrānis ſtatuam cuius memoriam cum beniuolētia tū honore proſequebantur: q; Carthaginenſes apud Imeram fluuium uiciſſet: populi ſēntentia ſeruauere. Itaq; cum ciuitas reuireſceret: & ciuibus undiq; confluentibus replere tur: cupiens Timoleon uniuerſæ Siciliæ libertatem uendicare: & ad uiuum tyrānos refecare: ad cæteras urbes exercitum ductauit: & Icetem a Carthaginēſibus deficientem: ut arcem demoliri promitteret: & apud Leōtinos priuate uiuere coegit. Leptinus qui Apolloniam multaq; alia finitimorum oppidula per tyrannidem occuparat: poſtq̄ ſummis uiribus ſummiſq; periculis pugnauit: Timoleoni ſeſe captum præbuit: quē data uenia in Corinthum Timoleon exportari iuſſit. Nam Siciliæ tyrannos ī exilio ac calamitate Corinthi uitam uiuere pulchrum græcis ducebat ſpectaculū. Sed cū ſtipendiarii milites merendo bellica præda frui potius q̄ in ocio degere optarent: ipſe Syracuſas contendens urbanis rebus mentem applicaturus: & una cum legiſlatoribus Cæfalo atq; Dionyſio qui ex Corintho uenerant: firmiſſimam honeſtiſſimamq; remp. cōpoſiturus: Dimarchum atq; Dimaretum aduerſus Carthaginenſium potentiam miſit. Qui deficientibus multis ex barbaris ciuitatibus non modo ī rerum copia abundare: uerum etiam pecunias ex captiuis raptas ad bellum parare. Interim Carthaginenſes cū ſeptuaginta milibus militum & ducentis triremibus ac mille nauibus in Libyam traiiciunt. In quibus multum frumenti Machium currus cæteraq; ad bellū neceſſaria deferebantur. Quorū oīum adeo ingens numerus erat: ut non āplius ī bello particulatī cōgreſſuri eſſent: uerum ex uniuerſa Sicilia græcos ſimul eiecturi. Tantis enim uiribus hic exercitus erat: ut ad capiēdos Siculos: q̄uis unanimes ac fortiſſimos ſufficeret. Haſdrubal atq; Bomilcar: qui claſſi præerāt audientes ſuos oppreſſum iri: ſubito cōtra Corinthios atq; Timoleonem impetu quodam ac celeritate feruntur. Cum Syracuſani celeriter hoc per nuntium audirent: ita animi terrore perculſi ſunt copiarum magnitudine: ut Timoleon uix cum tribus milibus militum contra tot tātaſq; copias cōgredi ac manus conſerere auſus ſit. Nam ex quattuor milibus militum ſub ſtipēdio merentiū mille intereundum timentes ſeceſſerunt: Timoleonem non ſane mentis: ſed extra hominem inſanumq; præter ætatem dicentes: q; quinq; milia peditū habēs: & mille equites contra ſeptuaginta milia concurrere audeat: & a Syracuſis tanto longius exercitum ducere uelit: quanto octo dierum uia ac ſpacium diſtat: unde nec ſalutis fugiētibus nec ſepeliendi morientibus facultas daretur. Quibus ante pugnam ſic eorum animum detegentibus magnopere ſibi Timoleon conduxiſſe putauit. Cæteros autē milites poſtq̄ perſuaſionibus exhortationibuſq; firmiter ad prælium induxit: ad Criniſium fluuiū quo Carthaginēſes uēturos audiuerat: adduxit. Qui cū collē ſuperaret: unde inimicos;

caſtra uidendi poteſtas erat mulis appium ferentibus obuiauit: quod ĩfauſtũ milites augurium putauere: quoniam appii coronas ſepulchris ĩponere uſurpatũ eſſet. Vnde hoc prouerbium natum eſt: Mala ualitudine ſummo periculo fruentẽ appio indigere. Poſtq̃ igitur Timoleon ueſtigia preſſit: & falſa opinione ac mala ſpe liberos facere uel let: aliter ut tempus poſtulare uidebatur rem interpretatus eſt. Oſtẽdit enim ante uictoriam ipſis coronam eſſe prælatam: & ſua ſponte in manibus uenire. Nam apud Corinthios in Iſchiniis ludis quẽadmodum nunc in neniis corona appia: ut patria & ſancta coronabantur: & tunc in Iſchiniis ludis quemadmodum nũc in neniis corona appia utebantur. Pinea autem non diu factum erat q̃ in uſum uenerat. Cum igitur Timoleon ut dictum eſt mulis obuiaret: & ex appio ſũmeret: primo ipſum deinde duces: qui circa ipſum adſtabant: cæteroſq; coronauit. Augures cum duas aquilas uolãtes proſpicerent: quarum altera draconẽ unguibus confixum ferebat: altera uolans horrende clamabat: militibus illas oſtenderunt. Itaq; omnes ad regreſſionem cõuerſi non iam amplius armis: ſed uotis precibuſq; deos proſequuntur. Cum autem æſtiuum tẽpus eſſet atq; ſoliſticium: in conuerſione nebula quam flumen exalabat ita planitiem omnẽ obtexerat: ut inimicos intueri non liceret: niſi q̃ quidam ſonitus ĩdiſcretus atq; cõmixtus de uertice collis a Corinthiis audiebatur: quanq̃ cõminus caſtra iacerent. Poſtq̃ Corinthii collem aſcenderunt atq; ſteterunt: ſcutoſq; colligendi ſui cauſa depoſuerũt: Iã ſole uapores attrahẽte aer ſpiſſus ac turbidus factus mõtiũ ſũmitates obtenebrauit: locis autem inferioribus nebula expurgatis Criniſius fluuius apparuit. Quare Corinthii hoſtes illum traiicientes intuentur. Qui quoniam in prima fronte ad pugnam currus collocarant: quod ſtuporem uiſui afferebat: & poſt hos ĩfinitos milites albos ſcutos habentes: cum ſplendore apparatus tum ordine ac incedẽdi tarditate: Carthaginẽſes per coniecturam eſſe animaduertunt: poſt hos cætera multitudine cum impetu ac tumultuatione confluente & flumen traiiciente. cum Timoleon uidiſſet totiam in flumine eſſe: quot cum ipſi manus conſerere uellent dixiſſetq; militibus: ut phalangem diſſolutam in flumine proſpicerent: cuius pars flumen euaſerat: pars ut egrederetur futura erat: iuſſit Dimareto ut acceptis contra equitibus Carthaginenſes irrueret: & ordĩes eorum qui nondum in acie redacti erant: corrumperet ac diſturbaret. Ipſe aurẽ ex colle in planitiem deſcendens mixtim nonnullos ſtipẽdiarios milites cum Siculis in utroq; cornu conſtituit: & in medio a Syracuſanis atq; ab electiſſimis fortiſſimiſq; ſtipendiariis militibus ſtipatus paululum greſſum continens: quid equites agerent obſeruauit. Poſtq̃ illos uidit curribus ante aciem diſcurrentibus manus cum hoſte cõſerere nõ poſſe: ſed continuo coactos circunuolare: & crebras ĩcurſiones facere: ſumptis militibus & maiori quadam uoce q̃ conſueuiſſet uſus: ſiue q̃ affectu quodam ac ardore ad bellum intentus baccharetur: ſiue q̃ numen quoddam ut tunc uiſum eſt in eo loqueretur: peditibus ſtatim appropinquantibus atq; reclamantibus abſq; mora in aciem duci: equitibus ſignum dedit: cornua extra ordinem curruum cõtra Carthaginẽſes impetum facere: ipſe quoq; collectis propugnatoribus ſigna canere iubens Carthaginenſes aggreditur. Illi primis congreſſibus præſenti animo obſtiterunt: & cum quia corpora Thoracis ferreis atq; æreis galeis induti erant: tum quia ingentibus ſcutis tegebantur: iacula reſilire coguntur. Itaq; poſtq̃ gladiis res agi cœpta eſt: & non minus ĩgenii q̃ corporis uiribus bellum agitur: ſubito ex montibus ſtupẽda tonitrua ſonuere: & ardentia fulgura cælo delapſa ſunt. Deinde ubi nebula quæ colles & montiũ cacumĩa tegebat: ad locum pugnæ acceſſit: atq; nimbus græcos a tergo barbaros in facie ac oculis pulſat ſpirante ſimul uento humido delataq; aſſidua a nubibus flamma: quæ multum quidem & præſertim iis qui rerum imperiti erant a duerſabãtur (Nam non parũ nocumenti tonitruà ac ſonitus armorum: quæ ab aqua & grandine pulſabantur attuliſſe uidentur: cum imperatorum iuſſa nec audire nec exequi milites poſſent:) Carthaginenſibus non expeditis: ſed multis armis utentibus ut diximus cœnum maximum ĩ

ferebat ipedimentũ. Sinus uestimẽtorũ qui multa aqua repleti erãt dum manus cõse rerẽt: ipsos graues ieptosq; reddebant: idoneos aũt ut a græcis superarent: & si caderẽt inreleuabiles ex cœno faciebant. Nam fluuius Crinisius cum iam aquarum irruptio ne magnopere excreuisset: ac tumuisset: ꝓpter traiiciẽtium multitudinẽ aggerẽ erupit: & planities quæ ad fluuium iacebat ex multis faucibus currentibus aquis quæ nõ suo tramite ferebantur repleta est. A quibus quidem aquis Carthaginenses inuoluti maxima cum difficultate liberabantur. Tandem cum inundatio & aquarum fluctus instaret: & prima græcorum acies quæ ex quadringentis hominibus constabat cõtra Carthaginenses irrueret: in fugam græci Carthaginensium multitudinem uertũt: quorũ multi in planitie capti periere: Multi etiam flumen traiicientes a fluctibus tracti mortẽ obiere. Plurimos collem adeuntes ne ascenderent uelites currẽdo prohibuere. Ferunt itaq; inter decem milia hominũ qui desiderati sunt: tria milia ex Carthaginẽsibus cecidisse: quibus nec generis splendore nec diuiciarum amplitudine nec gloriæ claritate alteri superiores in Carthagine erant. Quæ res adeo magnam urbi inflixit calamitatem: ut nũq̃ antea una ex pugna ex Carthaginensibus tot occubuisse a maioribus memoriæ traditum sit. Nam ut plurimum Libycis Iberis ac Numidis ĩ bello usi aliena calamitate uicti superatiq; fuerant. Quantus mortuorum splendor in uita fuisset: quãta gloria: græci ex raptis spoliis cognouerunt. Tãta enim auri atq; argẽti copia fuit: ut ab iis qui spolia extraxerint: de ærea atq; ferrea supellectile rarus atq; tenuis sermo haberetur. Nam & castra & iumenta impedimentaq; cæperant. Ex captiuis autem magnam partẽ milites expilauere. In medium uero atq; in publicũ quinq; milia inuenti sunt. Ex curribus capti ducenti. Vnde pro Timoleonis tentorio posita coadunataq; multiplicia spolia pulcherrimum certe ac magnificentissimum præbebant spectaculum: ĩterq; mille thoraces cum arte tum pulchritudine præstantes & decem milia scutorum suspendebant. Quæ quãuis multa paucorum tamen præda fuere. Itaq; græcis magnam prædam asse cutis: uix tertio die post pugnam trophæum absoluitur. Timoleon una cũ uictoriæ nomine præstantiora arma: quæ hostibus detraxerat ĩ Corĩthũ mittit: ut patriã eius omnibus hominibus: qui in ea sola clariora græciæ templa cernerent nõ græcorum aut finitimorum ornata spoliis tristem memoriam facientrbus: sed barbarorum caram atq; amabilem redderet. Quæ pulchris ĩscripta litteris uincentiũ fortitudinẽ atq; iustitiã declararent. Quoniam Corinthii atq; Timoleon imperator græcos in Sicilia a Carthaginensium manibus liberarunt: diis hæc munera suspenderunt. Post hæc Timoleon milites stipendiarios qui Carthaginensium spolia ac prædam omnem ferrent ducerẽtq;: in agro inimicorum dimittit. Ipse uero Syracusas contendit: & mille milites: qui ab eo ante pugnam secessérant e Sicilia cedere iussos a Syracusis anteq̃ sol occideret abire coegit. Qui ad Italiam sine fide pu. nauigantes Blettis præda fuere. Quas pœnas ꝓ proditione contra Timoleonem diis soluere. Cum Icetes atq; Mamerchus Cataniæ tyrannus siue inuidia secundæ fortunæ Timoleonis: siue timore quodam: ne cõtra tyrãnos perfidus esset: societatem cum Carthaginensibus iniissent: persuasissentq; ut exercitũ atq; ducem mitterent: nisi uellent omnino ex Sicilia pelli: Gisco cum septuagĩta nauibus nauigauit: & milites græcos conduxit q̃q̃ antea sub Carthaginensibus græci nunq̃ meruissent. Sed tunc Carthaginenses uehementer illos admirati sũt: & fide dignissimos atq; bellicosissimos omnium hominum esse putauerunt. Cum autem in Messana urbe communiter adinuicem omnes conspirarent: tercentos milites aduenas a Timoleone auxiliarios missos interfecerunt. Qui autẽ circa Ireas quæ sub Carthaginensium imperio erant: ĩsidias posuere: milites stipẽdiarios cũ Eutimo Leucadio merentes necauere. Ex quibus maxime Timoleonis secundam fortunam glorioſam fieri contigit. Nam hi ex illis erant: qui cũ Philodimo Phocense & Onomartho Delphico sacræ illius legis & inuentores & participes fuerant. Qui cum omnibus odio essent: atq; ut execrabiles obseruarentur: circa Peloponnesum a Timoleone capti sunt. Sed

cæteros milites minime capere potuit. Cum autem in Siciliam proficiſcerentur una cũ Timoleone omnium certaminum uictores euaſere. Cum uero plurimorũ ac maximorum certaminũ iam finis eſſet: & ad alias obeundas pugnas auxiliari mitterẽtur: & capti & mortui ſunt. At non una omnes ſed diſcretim. Verum antea Timoleonis proſpera fortuna eos tutata eſt: ne aliquo modo per punitionem malorum bonis etiam detrimentum impenderetur. Itaq; deorũ beniuolentia erga Timoleonem non minus in uitandis aduerſis q̃ ĩ agendis proſperis admiratiõe digna eſt. Populus Syracuſanus qui a tyrannis iniuria affectus preſſuſq; fuerat ægro animo ferebat. Nam Mamerchus q; milites ſtipendiarios uicerat: elatus in ſcribendis poematibus iactatione quadam uſus eſt. Qui ſcutis in honore deorum ſuſpenſis elegia carmina & ſuperba & cõtumelioſa ſubſcripſit. Vilia nos ferimus dum ſcutã micãtia multo Detrahimuſq; auro: electroq; ære atq; elephanto. His actis cum Timoleon in Calabriam caſtra moueret: Icetes in Syracuſano agro diſcurrere: prædari depopulari: iniuria afficere. Deĩnde Timoleonem paucos habentem milites paruifaciens ĩ ipſam Calabriam exercitum duxit: Timoleon ubi illum iter præoccupare perſenſit: cum equitibus peditibuſq; Icetem uerſus proficiſcitur. Icetes cum hoc ſenſiſſet: audiſſetq; Timoleonem iam Damiriam flumen tranſiturum: circa aquas repugnaturus caſtra firmauit. Cui cum traiiciẽdi difficultas: tum preruptæ utrinq; atq; præcipites ripæ animos faciebant. Timoleonis duces cum uehementi quadam pugnandi libidine tenerentur: & contentio quædam ineſſet: omneſq; poſtremum traiiciendi locum atq; aggrediendi tenerent: pugnæ immoratio facta eſt. Nam unuſquiſq; primo acierum ordine ſeſe dignum exiſtimabat. Quare impetu quodam traiicientes ac concurrentes nullum in tranſitu ordinem habuerunt. Cum Timoleon rem ſortibus decernere uellet: & cuiuſq; ducis anulum in caſſide eius inieciſſet atq; pmiſcuiſſet: primus qui ab urna extrahi cõtigit trophæi inſignia hẽbat. Quod poſtq̃ audierunt non expectata altera ſorte cum gaudio atq; clamore ut quiſq; ſtabat flumen irrumpit: & manus cum hoſte conſerit. Illi cum uires græcorum ferre non poſſent: & dimiſſis armis fugerent mille in bello cecidere. Paulo poſt Timoleon motis aduerſus Leontinos caſtris uiuum cæpit Icetem: necnõ bellicoſiſſimũ eius filiũ atq; Euntimii uĩctos ſibi milites detulere. Icetes atq; adoleſcens ut tyrãni ac proditores morte mulctati ſũt: Eũtimius uero uir clarus in bello atq; audax ,ppter blaſphemiam quãdã aduerſus Corĩthios miſericotdiã minime cõſecutus eſt. Ferũt. n. Corĩthiis cõtra Leõtinos militibus ĩ Corĩthios cõtiõẽ ad populũ habẽtẽ dixiſſe: ſi Corĩthiæ mulieres domos egrederentur: nihil moleſtũ fore nihil timendũ. Multi eo ĩgenio & ea natura ſũt: ut iniuria laceſſiti moleſtius uerba q̃ facta ferant. Grauius. n. cõtumeliã: q̃ detrimẽtũ ferendum eſſe arbitrantur: & hoc quidem factis repellere: tanq̃ neceſſarium bellantibus conceſſum eſt. Blaſphemiæ autem plus odii q̃ uicii habere uidẽtur. Cum igitur Timoleon Syracuſas contendiſſet: Syracuſani uxorem Icetis ac filias in contione ad iudicium deductas morti damnarunt. Verumenimuero hæc Timoleonis moribus atq; rebus ab eo geſtis diſſimilia eſſe uidentur. Nã ſi ille hoc diſſuaſiſſet: ac prohibuiſſet: nunq̃ mortẽ obiſſent. Sed uidet Timoleonẽ illas neglexiſſe: & uolũtati ciuiũ q Dionẽ a quo eiectus Dionyſius expulſuſq; fuerat uĩdicare quærebant ,pieciſſe. Icetes. n. hic ille erat: q Aretã Dionis uxorẽ ſororẽq; Ariſtomachã & filiũ adhuc puerũ ĩ mare uiuos demerſerat: de qbus in Dionis uita pſcripſius. Poſt hæc cũ aduerſus Mamerchũ apud Cataniã caſtra poſuiſſet: & in fugam illum uertiſſet: ſupra duo hominum milia ferro necauit. Quoꝝ magna pars erat ex phœnicibus: quos Giſco auxiliarios miſerat. Deinde Carthaginenſes regionem intra Licum Timoleonem occupaturum timentes: cum eo pacem ineũt atq; componunt: & ex ea migrare Syracuſas uolentibus ſupellectilem ac ſobolem reſtituunt: tyranniſq; ſocietatem renuunt: Mamerchus cum de re ſua male ſpectaret: ĩ Italiam ut Leocanos contra Timoleonem atq; Syracuſanos adduceret nauigauit. Poſtq̃ qui cum eo erant: cum triremibus remenſo pelago ĩ Siciliam ſeſe rettulere: Timoleoni

Cataniam tradiderunt:ipſe coactus in Meſſanam urbem ad Hiponem tyrannum fugam arripuit. Quam Timoleone mari terraq; obſidione premẽte Hiponem fugientẽ in naui milites capiunt:quem Mamertini una cum filiis a litterarum magiſtris abductis tanq̃ pulcherrimum ſpectaculum ad cruciatus in theatrum rapuerunt:atq; interfecerunt. Mamerchus autem Timoleoni ſe dedit:ut iudicium atq; cruciatum nõ accuſãte Timoleone Syracuſis ſubiret. Nam cum Syracuſas deductus fuiſſet:& apud populum ueniſſet compoſitam iandiu ab eo orationẽ dicere aggreſſus eſt. Cum autẽ in tumultum incideret:& ĩexorabilem contionem adnimaduerteret:proiecto pallio per medium theatrum curſu delatus ſubſelia tanq̃ moriturus capite pulſat. Verum huiuſmodi mortem obire non contigit:ſed ulterius uitam agens eandem pœnam quam prædones dedit ac perſoluit. Hoc igit̃ modo Timoleon tyrãnos & hoſtes extirpauit atq; deleuit:& uniuerſam inſulam quam rebus aduerſis incultam atq; horridam ab ĩcolis accæperat:ita placabilem ita deſiderabilem reddidit:ut quam prius ciues deſeruerant aduenæ habitaturi accederent. Nam Agrigentum & Gelam magnas ĩ Sicilia urbes poſtatti cum bellum a Carthaginenſibus depopulatas atq; euacuatas tunc habitari ac frequentari contigit. Alteram enim Megelus atq; Feriſcus ex Helca ueniẽtes & priſcos ciues adducentes:alteram Grogus ex Chio nauigans habitauit. Quibus in urbe domos inſtaurantibus non ſolum ex tanto bello ſecuritatem ĩmunitatẽq; ac tranquillitatem Timoleon præbuit: uerum etiam alia tanq̃ eius multa animi promptitudine multaq; caritate præparauit. Aliis quoq; omnibus diſpoſitis nõ bellorum propulſio nõ legum cõpoſitio non regionis habitatio non reip. diſpoſitio bene ſe habere uiſa eſt:quam ipſe non attigerit atq; ordinauerit:& tanq̃ omniũ architector abſoluto opere gratias deo pro dignitate egerit. Cum igitur multi & magni uiri ex græcis:qui rerum geſtarum ſplẽdore illuſtres erant:apud Timoleonem eſſent:ĩter quos Timotheus & Ageſilaus & Pelopidas erant:necnon Epaminundas:ĩ quem magno amore Timoleon afficiebatur:res eorum geſtæ ſplẽdore & gloria:quæ uirtute & laboribus permixta erant:præſtantiorẽ Timoleonem reddiderunt:itaq; qui tum in pœnitentiam adducti ſeſe accuſare. Sed illis prætermiſſis quæ erga fratrẽ Timoleon geſſit:nihil eſt (ut inquit Timeus) quod ex iis quæ ſunt apud Sophoclem inclamare opportune non liceat: O dii quæ uenus: qui cupido huic auxiliabit̃? Quẽadmodũ enim Antimachi poema:& Diõyſii pictura:quæ Colofoniorum uires ac fortitudinem habet:laborem atq; duriciẽ habere uidentur:Homeri autem carmina & ea quæ a Nicomacho ſcripta ſunt:præter alias uirtutes ac gratiam facilitatem & leuitatem:ſic Epaminũdæ atq; Ageſilai res militares multo labore multaq; cũ difficultate ab eis geſtæ ſunt: Timoleonis uero res bellicæ diligenter iuſteq; inquirentibus atq; animaduertentibus multam in conſequenda uictoria facilitatẽ habuiſſe apparebunt: Quibus nõ fortuna ſed uirtus cum bona fortuna uires adminiſtrauit. Et ille omnia ab eo fauſte acta ad fortunam referẽs:cum ad amicos quos Corĩthi habebat:litteras dediſſet:& orationem apud Syracuſanos habuiſſet:gratias deo habere ſæpius inquit:quoniam cum ſaluam Siciliam eſſe uellet:eũ decreto & ſuffragiis populi imperatorem deſignauit. Cum domi templum conderet ſua ſponte uoluit ut euenit:rem diuinam fecit:domum uero ipſam ſacro numini cõſacrauit:habitauit autem ædes quas ei tanq̃ de re militari benemerito Syracuſani donauerant. Verũ ex Corintho accerſita uxore ac filiis plurimum temporis ĩ agro pulcherrimo atq; amœniſſimo: quẽ ab eiſdem accæperat ocioſe uitam duxit. nõ enim Corĩthum rediit nec græcorũ tumultui ſeſe admiſcuit:neq; ciuili inuidiæ ſe præbuit (At plurimi ĩperatorum ambitione honorum atq; potentiæ in explenda libidĩe tanq̃ ĩ ſcopulum naues ĩpellunt atq; frãgũt) ſed ibi rerum geſtarum memoria lætus ruraui t:atq; permanſit. Ex quibus maximũ ſibi gaudium afferebatur:tot urbes tot hominum milia intueri:quibus ipſe uiuendi fœlicitatem comparauerat. Poſtq̃ ſatis diſpoſitum erat:ut uidetur:q; non ſolum Galericis:ut apud Simonidem: conus atq; chriſta ineſſet:uerumetiã uniuerſæ reip. duo qui

populi ſtudium atq; auram uenebantur: Laphiſtius ac Demenetus Timoleoni calūni am machinantur: Laphiſtius enim Timoleonem in quadam cauſa ad fideiuſſionē co egit: Timoleon uero tumultuationem impetumq; contra Laphiſtiū ciues agere: quo minus legibus uteretur: non permiſit: ſed dixit de induſtria ac ſua ſponte tot labores tantaq; pericula ſubiiſſe: ut unicuiq; Syracuſanorum legibus uti liceret Demeneto au tem ipſum multis rebus quas in ductando gubernandoq; exercitu geſſit: accuſanti ni hil contra reſpondit: ſed inquit diis quibus uota feci ut Syracuſanos in libertate conſti tutus aſpicerem: gratias ago. Poſtq̄ igitur maiorā pulchrioraq; facinora q̄ ii qui ſecum erant geſſiſſet: & ſolus ac præſtantior eſſet ī laudibus: quæ apud græcos celebrātur: qui buſq; græci ad uirtutem prouocantur: & mala quæ iam pridem græciam occupauerāt ſine ſāguine propulſaſſet: oſtendiſſetq; barbaris & tyrānis terrorem ac fortitudinē: græ cis autem atq; amicis iuſtitiam & manſuetudinem: necnon ciuibus abſq; luctu & lachrymis plurima trophæa comparaſſet: Siciliam uero quæ octo ānos aſſiduis ma lis uexata fuerat: ab omni labe purgaſſet: iam grandior æuo cum ex oculis laborare cœ piſſet: tandem cæcus factus eſt. Paulopoſt nullam nec ſibi nec fortunæ huius rei culpā attribuebat: ſed gentile ſibi hoc ac paternum & pro ætate accidiſſe aiebat. Ferūt enim multos ex ſuo genere iam ſenio confectos ſimili morbo laboraſſe. Athanes autē refert cum Timoleon aduerſus Hiponem atq; Mamerchum militaret oculos albos eſſe fac tos: & cæcitatem manifeſtam omnibus fuiſſe: non tamen propter hoc obſidione pedē rettuliſſe: ſed cum pergeret: tyrannos cæpiſſe. Poſtq̄ uero Syracuſas rediit: ſubito mo narchiam depoſuit: ciuibuſq; perſuaſit pulcherrimam remp. eſſe futuram. q̄ ille ſine animi moleſtia calamitatē illam tulerit: minus fortaſſe admirandum: q̄ autem Syra cuſani honore & beniuolentia uirum iam cæcum coluerint: admiratiōe hoc dignum. Qui rus ac domum eius petentes aduenas hoſpites ut benefactorem ſuū ac patriæ pa trem aſpicerent: ſecum ducebāt lætantes atq; admirantes: q̄ apud eos diem ſuum obi re elegerit: & claros ſplendidoſq; apparatus: quos ſibi in ſuo reditu græci re benegeſta præpararint. neglexerit. multis præterea ac magnis rebus honoris ſui gratia decretis: ne mo ex Syracuſano populo defuit: qui non aſſereret: ut quotiens bellum cum exteris gē tibus gerendum acciderit: Corinthio duce uterentur. Illud etiam quod in contionibus ī honore eius factum eſt: pulchrum præbuit ſpectaculum. Nam cum de rebus paruis conſultandum eſſet: inter ipſos decernebant: cum uero grandia diſceptarentur: illū ac cerſiri iubebant. Ille per forum in lectica delatus ad theatrum proficiſcebatur: & dū ue heretur: ut ſedebat populus eum unā uoce humaniſſime appellabat: atq; ſalutabat: ip ſe identidem faciens & paululum immoratus paululumq; laudibus præſtitis auribus auditiſq; deinde ea quæ eum conſulebant ſententiam dicebat. Vbi hæc ſuffragiis agita ta iterum per theatrum à miniſtris eius delatus erat: ciues autem illum diſcedentē uoce atq; plauſu dimittentes iam reliquum quod reip. erat decernebāt. In tali ſenectute tāq̄ pater patriæ honore ac beniuolentia nutritus parua occaſione tempori adhita diē ſuū obiit. Itaq; Syracuſani diem funeris protrahunt: ut ipſis quæ ad funus pertinebāt præ parandi facultas: peregrinis autem atq; finitimis proficiſcendi opportunitas accōmo daretur. Præparatis omnibus quæ honeſtandi funeris gratia erant: delecti iuuenes fere trum ſubiere & per regiam Dionyſii tunc ſolo adæquatā iter habuere: multis milibus hominum atq; mulierum coronas albaſq; ueſtes habentium præcedentibus. Quorū ſpectaculum feſtis diebus ſimilitudinem comparaſſe uidebatur. Voces autem lachry mis commixte illum beatum dicentes non honoris aut adminiſtrationis alicuius retri butionem: ſed deſiderium atq; gratiam ueræ beniuolentiæ oſtendere uidebātur. Tan dem poſtq̄ collapſi cineres & flamma quieuit: Demetrius qui ea tempeſtate uocis ma gnitudnie omnes anteibat: huiuſmodi præconiū diuulgauit. Populus Syracuſāus Ti moleonem Timodimi filium ducentis minis in funere honeſtauit: necnō p omne æuū muſica equeſtria ac Gymnaſtica certamīa ſui honoris gr̄a īſtituit: quoniam ꝑfligatis

eiectiſq; Siciliæ tyrannis: debellatiſq; barbaris: necnon repletis magnis deſertiſq; urbibus leges Siculis edidit. Deīde ſepulchrū ī foro ſtructum porticu circundant: palæſtras ædificant: Gymnaſium adoleſcentibus faciunt: Timoleonemq; appellant. Ipſi deinde utentes & rep. & legibus quas Timoleon ſācierat: diu optimā atq; fœlicē rēp. habuere.

PAVLI AEMILII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LEONARDVM ARETINVM VERSA.

AEMILIORVM FAMILIAM IN VRBE ROMA patriciā ſane ac uetuſtā fuiſſe plurimi tradūt: Quod uero primus qui nomen ei familiæ reliquit. M. Aemilius propter ſermōis lepiditatem: quam Aemiliā græci uocant: appellatus Pythagoræ philoſophi puer fuerit: nōnulli ex iis tradūt: qui doctrinā Numæ Pompilii regis in Pythagoram auctorem referūt. Ex hac igitur familia multi præſtantes uiri & claritatem aſſecuti: uirtutem fœliciter adamarūt. Sed. L. Pauli aduerſa apud Cānas fortuna prudētiā ac fortitudinē eius oſtendit. nam poſtq̄ collegam ſuum a conſilio dimicandi remouere ſuādendo nō potuit: inuitus licet pugnæ quidem particeps fuit: fugæ uero nequaquā particeps: ſed auctore periculi ac pugnæ fugam arripiente ipſe manēs aduerſus hoſtes pugnando interiit. Hic filios habuit Aemiliam quæ Scipioni magno nupta fuit: & Paulum de quo hæc ſcribimus: qui in ætate florēti gloria & uirtute clarorum uirorum effulſit: non ea ſecutus quæ tunc cætera iuuentus ſequebatur: nec per eādem uiam ingreſſus. Non enim ſe in cauſis orandis: nec in ſalutando ac prenſādo hominēs: quibus artibus plæriq; fauorem ſibi popularem captabant: cū tamen ad utrūq; foret non ineptus: exercuit: ſedu t præſtantiorem utiq; fortitudinis & ītegritatis gloriā ſibi quærere ſtuduit: primum e magiſtratibus edilitatem petens duodecim competitoribus: quos omnes poſteris temporibus conſules fuiſſe tradunt: ſuffragiis populi Romani prælatus eſt. Augur deinde factus: ſic patriis moribus: intendit ſic ueterum circa diuinā obſeruantiam diſciplinamq; cognouit: ut nominis & honoris dūtaxat gratia concupitum prius auguratum inter ſupremos magiſtratus habendū oſtenderit: philoſophis aſtipulatus qui religionem ſcientiam cultus diuini eſſe diffinunt. Cuncta enim faciebat cum peritia & ſtudio: eiq; uni rei cæteris omiſſis cū ad hoc erat animum intendebat nihil prætermittens uel addens: ſed & aduerſus collegas ſemper: etiam pro minimis inſiſtens & docens: q; &ſi maxime quis rem diuinam facilem exiſtimet: & ſine querela negligentiæ: tamen nequaquā eſſe ferendam ciuitatem quæ illam negligi patiat. Neminē. n. ab initio magno exceſſu rēp. turbare: ſed magnarū rerum cuſtodiam tollere: qui in paruis ac minimis diligentiā abiecit. Eo modo diſciplinæ militaris ac morum cuſtodem & obſeruatorem ſe præſtitit: non gratiam militum captans in exercitu:

nec ut plæriq; illius ætatis homines ſecundos magiſtratus per gratiam priorũ ſibi comparans: ſed ueluti ſacerdos aliorum ſacrorum circa mores dux & exẽplar cuiq; exiſtens ſic adminiſtrabat: ut ſecundarum partium exiſtimaret hoſtes uincere: primarum uero ciues dirigere. Durante aduerſum Anthiocum bello & peritiſſimis rei militaris hominibus ad illud conuerſis alterum ab Heſperia exortum eſt bellum magnis in Iberia motibus ſuſcitatis. Ad hoc bellũ Aemilius miſſus nõ cũ ſex ut cæteri prætores ſed cũ duodecim ſecuribus: ita ut dignitas conſularis imperio eius ĩeſſet: bis ſignis collatis hoſtes ſuperauit: ĩterfecitq; circiter. xxx. hominum milia: manifeſteq; apparuit uictoriã ex induſtria eius partam fuiſſe: habilitate locorum & tranſitu amnis facilitatem uĩcẽdi militibus præſtantis. Vrbes uero. ccl. in deditionem recepit: pacatamq; prouinciam relinquẽs: ne una qdẽ drachma ditior q̃ ꝓfectus fuerat: reuerſus eſt. Erat & i ncæteris haud quaq̃ pecuniarum ſtudioſus: ſed ſumptuoſus ac liberalis: nec multa habebat: ſed cum dos mulieri reddenda fuit: uix patrimõium eius ſuffecit. Vxor fuit illi Papiria Mnaſonis uiri conſularis filia: quam poſt longum coniugii tempus repudiauit: licet pulcherrimã ſobolem ex ea ſuſcepiſſet. Hæc enim glorioſiſſimum Scipionem & maximum pepererat. quæ autem cauſa diuortii fuerit: non extat ſed uidetur aliqua efficax ratio affuiſſe: illud autem conſtat cum amici familiareſq; diuortium grauiter improbantes: Aemilio dicerent nonne hæc modeſta: nõne formoſa: nonne feccunda? porrexit ille pedem & calceũ oſtendens: nõne pulcher hic calceus? nõne nouus eſt ĩquit? ſed nec quiſq̃ ueſtrum nouit: qua ex parte in eum contorquet pedem: Sic enim ſe res habet. Magna quidem plærunq; & manifeſta errata mulierum cauſam diuortii præſtiterunt. Non nunq̃ etiam ex quadam diuerſitate morum frequentes & paruæ offenſiones latẽter exortæ uiros ab uxoribus alienarunti. Poſt diuortiũ Papiriæ aliã uxorẽ accæpit: ex qua cũ duos filios ſuſcepiſſet: eos quidẽ domi habuit: alios uero duos priores maximis & clariſſimis domibus per adoptionem inſeruit: quorum maior a Fabio maximo quinquiẽs coſule: minor a Scipione Aphricano adoptatus eſt. Ex filiabus uero alteram. M. Catonis filius: alteram Elius Tubero uxorem accæpit. Erat autẽ Tubero uir optimus magnæq; in rep. auctoritatis: ſed ita tenui patrimonio: ut ſex & decem uiri ex Tuberonũ familia õnes ſimul ĩ unis ædibus & quidẽ modicis cũ cõiugibus & liberis habitarẽt. In has ædes Pauli Aemilii bis cõſularis & triũphalis filia deducta eſt: ĩ eiſq; habitauit: nec puduit eã pauptatis uiri: ſed uirtutẽ admirata ẽ ꝓ quã paup erat. At uero ætatis nr̃æ fratres cognatiq; niſi clauſuris & fluuiis & muris cõmũia diuidãt niſi magnis ſpatiis ĩteriacẽtibus ſeperentur: litigare adinuicem nõ ceſſãt: hæc ſecũ cogitandi conſiderãdiq; facultatem hiſtoria præbet. Conſul autem factus Aemilius bellũ geſſit aduerſus Lygures homines bellicoſos & ob uicinitatem Romanorum bellandi peritos. Incolũt enim extremã Italiæ oram: quæ ad Alpes pertinet ipſarumq; Alpium quantũ tyrrheno obluit pelago & contra Libyam conſurgit permixti Gallis & Iberis maritimis: tunc autem prædatoriis nauigiis mare uſq; ad Herculeas columnas infeſtabant. Contra eos igitur Aemilius cõſul cum. viii. milibus militũ miſſus hac paucitate copiarũ aduerſus triginta milia hoſtium conflixit: eiſq; ĩ fugam uerſis: & intra mœnia compulſis ſpem bonã humanitatis præſtitit. neq; enim uolebant Romani Lygurum gẽtem omnino delere: ſed ueluti ſepem ac præſidium aduerſus Gallicos tumultus: qui Italiæ continue immineb̃at: relinquere. Aemilii igitur fiducia adducti Lygures naues & oppida illi dederũt. Ipſe uero diruptis mœnibus nec genere ullo ĩiuriæ aliter illato urbes quidem reſtituit: naues uero omnes ademit: nec illius multitudinis nauigium ſupra triſcalmum eis reliquit. Homines autem tam mari q̃ terra a Lyguribus ãtea captos ciues peregrinoſq; liberauit. Hæc ĩ primo cõſulatu digna memoratu ab eo geſta. Sequẽti uero tẽpore cũ ſæpius conſulatum petiſſet: nec ſuffragia ciuium uotis eius reſponderent: quaſi ſpretus ac repulſus quietem ſibi agendam putauit: ſolum auguriis & erudiendis filiis intẽtus. Docuit autem ipſos & Romanã diſciplinam: quã ipſe doctus erat: & græcas ĩſup

artes. non enim ſolum grāmaticæ ſophiſtæ & rhetores uerū etiā fictores pictoreſq; & equorum canum uenationumq; magiſtri circa adoleſcentes uerſabantur. Ipſe uero pater niſi quid publici muneris impenderet: eorum exercitationibus ſtudiiſq; īterat: miro amore erga natos affectus. Ea tempeſtate bellum aduerſus Perſem Macedoniæ regē populus Romanus gerebat. Duces uero ad id bellum miſſos premebat īfamia: q; eorum ignauia imperitiaq; turpiter ac ridicule res gererēt: ſuſtinerentq; potius q̄ inferrēt bellum. Nuper enim Romani Anthiocum ultra Thaurum depulſum Syriamq; incluſum quindecim milibus talentis pacem redimere coegerant: ac paulo ante ī Theſſalia Philippum profligarāt: & græciam a dominatu Macedonum liberauerant. Vicerāt etiam Hānibalem cum quo nullum utiq; regem conferendum bello exiſtimabant. Non ergo ferendum uidebatur: ut contra Perſem ex equo pugnarent: tandiu cum reliquis profligati patris reſiſtentem. Ingnorabant enim Macedonicā rē poſt Philippi profligationem multo q̄ ante fuerat: ualidiorem effectam fuiſſe: de qua ſuperius repetens pauca narrabo. Antigonus qui inter Alexandri ſucceſſores potentior fuit: quiq; etiā genere ſibi regium nomen uendicabat: filium habuit Demetrium. Hic Antigonum: qui Gonatus cognominatus eſt: ille alterum Demetrium genuit: qui & ipſe breui tempore regnauit & filium reliquit Philippum puerum. Veriti igitur principes Macedonum ne defectu regis turbarentur res: Antigonum nepotem eius: qui obierat induxerūt: traditaq; ei uxore Philippi matre: primo tutorem & ducem: poſt ipſius benignitatē experti etiam regem appellarunt. Fuit autem eidem cognomen Doſo: q; multa promitteret: pauca impleret. Poſt hunc regnans Philippus ab ipſa adoleſcentia egregie floruit: fuitq; de illo expectatio quaſi in antiquū culmē reſtituturus Macedoniā foret: & Romanorum potētiam: quæ ſuper alias creuerat depreſſurus. Sed hic ingenti pugna apud Scotuſſam a. Q. Flaminio ſuperatus tunc ſeſe contraxit: Romanorumq; poteſtati omnia permittens mediocri mulcta contentus remanſit. Poſtea uero pœnitentia ductus ac exiſtimans Romanorum nutu regnare: captiui delicioſi eſſe potius q̄ uiri alte ſentiētis & animum habentis: mentem ad bellum conuertit clamq; & aſtute rem præparauit. Vrbes enim omnes quæ in itineribus littoribuſq; erant debilitari ac exinaniri patiēs ut ſic omnino ſuſpitionem auferret: contemnereturq; : magnas ſuperioribus Macedōiæ partibus copias parauit: mediterranea oppida caſtellaq; & urbes armis opibus hominibuſq; muniuit: exercuitq; obſcure atq; latēter. Armorum enim fecerat. xxx. milia: octingenta modia tritici intra muros aſſeruabat: pecuniarum tantum coegerat: quātum decem annis ſufficere. x. conductorum militum ſtipendio poſſet. Sed ipſe ātēq̄ ea quæ agitabat animo ad effectum produceret: dolore & pœnitētia Demetriū filium ob calūniam fratris īiuſte necauiſſet: uitam āmiſit. At Perſeus qui ei ſucceſſit: ſtatim una cū regno inimicum aduerſus Romanos animum patefecit: nequaq̄ idoneus ad tantā molem belli ſuſtinendam ob ſecordiam & morum improbitatem multaq; alia uitia īter quæ āuaritia plurimum dominabatur. Et creditur quidem nō legitimus filius: ſed ſubditicius fuiſſe: & ex hoc machīatus Demetrii mortem: ne domus legitimo ſucceſſore cognito alienum reiceret. Sed quanq̄ īgeneroſus ipſe & humilis tamē ob robuſtas regni opes longo tempore aduerſus Romanos reſtitit: ducesq; eorum cōſulares & exercitus & claſſes contriuit. Nam. P. Licinio qui primus Macedoniam īgreſſus eſt: equeſtri certamine ſuperato duo milia & quingentos ex Romanis occidit: ſexcentos autem uiuos cæpit. Apud Oreum uero ex inſperato ſtationem Romanorum aggreſſus. xx. magnas nāues onuſtas & alias multas ui cæpit: Hoſtilium uero alias reiectum per Theſaliā irrumpere conantem ad pugnam prouocando conterruit: ac in eo ipſo bello: quaſi parū ſibi negocii & facile contemnendum a Romanis eſſet: contra dardanos cum exercitu profectus decem milia hominum occidit: prædaq; ingēti ditatum exercitum reduxit. Concitauit & Galatas circa Hiſtrum incolentes (Barſternæ hi nominantur) gentem pugnacem & equitatu maxime ualentem. Illyrios etiā ſibi cōiūgere per Gēthium regem

tentauit. Fuitq; rumor barbaros mercede adductos per inferiores Galatiæ partes iux ta Adriaticum ſinum Italiam irrupturos. Hæc Romæ nuntiata effecerunt: ut homīes reiecta petentium gratia uirum idoneum tantis rebus gerendis huic bello præficerent. Hic erat Paulus Aemilius ætate quidem ſenior: quippe ſexageſimum iam habebat an num: ſed robuſto corpore: & filiorum adoleſcentulum amicorumq; & neceſſariorum multitudine circunſeptus: qui omnes uoluntati. p. ro. ad conſulatum ipſum inuitātis parere Aemilium ſuadebant. Ipſe uero a prīcipio conctatus ſuaſiōes reiiciebat eorū ſtu dium & cupiditatem arguens: quaſi ſibi non expediret conſulatum gerere. Sed tādem concurſu populi qui ſingulis diebus ad eius ianuam conueniebat: & ad deſcēdendū in forum prouocabat: uociferabaturq; : confirmatus ad petendum deſcendit: nec in eius petitione tam affectare conſulatum q̄ ciuibus ſuis uictoriā repromittere uiſus eſt. De ſignatus fuit conſul cum ſumma ſpe ac uoluntate populi ro. nec expectatum: ut ſorti tio fieret: ſed ſtatim Macedonia prouintia ſibi cōmiſſa bellumq; demandatum fuit. Ferunt cum ipſe poſt hæc domum magna ciuium frequentia reductus tertiam filiam adhuc paruulam lachrymare cōſpexiſſet eamq; complexus cauſam luctus peteret : reſ pondiſſe illam quia Perſeus mortuus eſſet: erat autem Catulus puellæ ſic nominatus. Tunc Aemilius: accipio inquit omen filia. Dii bene uertant. Hæc Cicero oratorī libris de diuīatiōe ſcribit. Cum uero mos eſſet: ut qui deſignati conſules erant: gratias popu lo agerēt: benigneq; alloquerētur: Aemilius aduocata contione inquit: ſe primum qui dem conſulatum gratia ſui ipſius: ſecundum uero gratia populi Romani: qui id flagi tabat petiſſe. Itaq; ſe nullas eis habere gratias: quinimmo ſi cenſerent id bellum meli us per alium geri poſſe: læto animo ſe conceſſurum: q; ſi in ipſo fidutiam haberent: ne turbarent: nec uerba facerent: ſed cum ſilentio quæ opportuna forent ſubminiſtra rent. Nam ſi imperatori imperare uellent: magiſq̄ ante ridiculos in ſuis expeditiōibus futuros. Per hæc uerba plurimū auctoritatis ſibi apud populum ro. cōparauit: magnā q; expectationē præbuit futuri euentus: lætātibus cunctis: q; gratioſos adulatores trāſ greſſi uirum elegiſſent: qui fidutiam ſui prudentiamq; haberet: ita in uīcendo & aliis dominādo. p. ro. ipſe uirtutis & honeſtatis ſeruus erat. Aemilius Paulus ut ad bellum profectus eſt: q; facilitate nauigationis uſus tute ac celeriter ad exercitum puenerit: fœ licitati eius imputo: ſed quæ in bello geſſit: partim audaciæ & promptitudini eius: par tim rectis conſiliis: partim amicorum obſequiis aſcribo: nec uideo: cur fœlicitati tribuē dum ſit: ubi boni conſilii & conſtantis animi rationem uidemus: niſi fortaſſe quis di cat Perſei auariciam Aemilio bonam in rebus agendis fuiſſe fortunam: qui rem Mace donicam magnifice roboratam per auaritiam eneruauit: ac ſubuertit. Accedebāt ad eū ex baſternis decem milia equitum totidemq; auxiliares: uiri ſtipendia facere conſueti: quibus nec agrum colendi nec nauigandi nec paſcendi pecoris ſcientia erat: ſed unum opus artemq; unam duntaxat norant pugnare ſcilicet ac uincere: qui poſtq̄ cum exerci tu regis circa Medicam coniuncti fuerunt: proceris corporibus & mirabili uirtute feroci aq; ad pugnam tanta ſpe Macedones implerunt: ut exiſtimarent Romanos nullo mo do expectaturos pugnam: ſed uel ad ipſum aſpectum & motum terribilem & inſuetū conterritos eſſe fugituros. Hāc igitur ſocietatem auxiliumq; tāta ſpe plenum Perſeus ob puſillanimitatem auaritiamq; abiecit. Nam cum pro ſingulis ducibus mille ſupra id quod actum fuerat ab eo quærerētur: ſtulto conſilio ſoluere recuſauit: quaſi non ad uerſus Romanos bellum gereret: ſed pro Romanis pecuniæ parceret: ueluti illis cū qui bus bellum gerebat: rationem redditurus: de his quæ in bello ipſo aſſūpſiſſet. Atq; hoc fecit non Lydus quidam: nec Phœnix: ſed qui Alexandri ac Philippi uirtutes per con ſanguinitatem ſibi uendicabat: qui res pecuniis: non rebus pecunias emi exiſtimantes omnia poſſederunt. Dictum eſt enim apud antiquos non Philippum ſed Philippi au rum græciam ſubuertiſſe: & Alexander contra Indos profectus cum uideret exercitum grauem onuſtumq; perſica gaza: primum ipſe regios currus cremauit: deinde alios

monuit ut idem facerent:leueſq; & ſine impedimentis ad hoſtes euaderẽt . At Perſeus pluris exiſtimãs aurum:q̃ ſeipſum ac filios & regnũ:noluit pro ſalute ſua paucas abii cere pecunias:ut cum multis diuitiis aſportatus captiuus locuples Romanis oſtende/ret:quanta frætus parſimonia aurum eis cuſtodiſſet:nec ſolum Galatas auertit:ſed eti am Genthium Illyricum : quẽ ſub ſpe trecentorum talentorum ĩ ſocietatem belli aſ/ciuerat: cuius legatis cum pecuniam numeraſſet:& aſſignandam permiſiſſet : ac ipſe Genthius his confiſus in ſocieratem belli ueniſſet:facinus indignum ac impium mo/litus ẽ Perſeus.Captis enim Romanorum legatis & in uincula coniectis quoniam ſpe/rabat ea de cauſa ad confectionem belli non amplius peregrinis opus fore:in tantas cõ pactum inimicitias Genthium dimiſit:& cõtra fidẽ pecunias abnegauit : & paulopoſt ipſum cum liberis & coniuge regno pulſum a.L.Anitio prætore contra eum miſſo deſ pexit.Aduerſus hunc igitur talem hoſtem profectus Aemilius:ipſum quidem contẽp ſit:potentiam tamen eius copiaſq; admiratus eſt. Habebat enim quattuor milia equi tum:peditum uero ĩ phalangem redactorum circiter.xxxx.milia . cum his copiis iuxta littus ſub ipſo Olympo monte cõſederat:locis & natura inuiis:& ab ipſo dedita opera undiq; ſeptis aggeribuſq; munitis : Ratus ptoductione temporis & inopia rerum ſe conſulem fatigaturum . At Aemilius ea quidem induſtria erat : ut nihil intenta/tum relinqueret. Et milites quidem (nam hoſtem non metuebat)& q ſe conſiliis admi ſcentes rem perturbabant increpuit : eiſq; edixit:ne ſe ſuperuacuis onerarẽt curis: ſed corpora ſua duntaxat armaq; curarent:ut ſic præſto forent cum tempus foret:uteren/turq; gladio Romano more cum dux iuberet.Nocturnas autem uigilias ſine armis fi eri iuſſit:ut magis attente uigilarent:& metu hoſtium ſublata reſiſtendi fidutia aduer ſus ſomnum pugnarent.Cum uero exercitus aquarũ penuria laboraret (nã paucis in/locis & ea ipſa mala in ipſo littore ſurgebat)proſpiciens Aemilius magnũ multiſq; ar/boribus contectum montem olympũ ſuperemtnentem:atq; coniectãs ex uiriditate ſil uarum latices aquarum ſubeſſe:lacus & exitus pluribus locis ſub ipſo monte cõfodit: qui ſtatim affluenti aqua repleti fuerunt. Atqui negant quidam aquarum fontes his locis ſubeſſe:ex quibus fluunt:nec patefactionem eruptionemq; eſſe earum:ſed gene/rationem atq; concurſum illic fieri:liqueſcentis materiæ.Liquefieri autem denſitatẽ ac frigiditatem humidam diſtillationem cum ex abditis fluit:ueluti mulierum ubera: non quemadmodum uaſa ſunt lactis fluere parati:ſed conuerſo in illa nutrimento lac faciunt:& emittunt:ſic frigida & cauernoſa terre loca aquam non continent latentem neq; ſinus habent fluxus & undas ex præparato ac ſubiecto manantes prĩcipio:ſed ſpi ritum & aerem premendo condenſandoq; in aquam conuertunt.uerum enim dũ lo/ca fodiuntur magis emergit:ac profluit propter contractionem : quẽadmodum ubera nanu agitata magis reſoluunt. Qui hæc dicũt materiã tradiderunt ambigendi:utrũ ſã guis animalibus inſit:an ad ipſa uulnera ſpiritus cuiuſdam aut carnis mutatione gene retur ac profluat.Argumentantur autem ob flunina dum fodiuntur metella ſub terrã reperta:non paulatim collecta ut deceret:ſi genetationem ſubitaneã haberent:ſed ple/no gurgite fluentia:& nonnunq̃ ex petra per uim fracta fluxus aquarũ exiliuit ac ſubĩ de deſiit.ſed hoc ſatis . Aemilius quoſdam dies quietem egit & tradunt in magnis ex/ercitibus ita propĩquis nunq̃ tantam fuiſſe quietem.Cum uero omnibus agitatis per/quiſitiſq; unam duntaxat uiam:qua ad hoſtes iri poſſet per Pithium:& petrã ſine cu/ſtodia relictam comperiſſet : plus ſpei q̃ non cuſtodiebatur : q̃ deſperationis ob aſ/perationem locorum aſſumens rettulit ad conſilium quid ſuper hoc agendum eſſet: Primus omnium qui aderant:Scipio Naſica qui poſtea princeps ſenatus fuit:negoci/um ſuſcepit:ut per ea loca ad hoſtiũ caſtra euaderet.Secundo loco Fabius maior inter Aemilii filios:& erat admodũ adoleſcens : præſto ſe obtulit:eos collaudatos Aemilius dimittit militeſq; illis dat non quot Polybius ſcribit:ſed quot ipſe Naſica ſe accæpiſſe dicit in quadam epiſtola:quam de his ad quendam regem perſcribit inquiens : Erant

extra ordinē ſociorum & latini nominis tria milia: ſiniſtrum uero cornu circiter quinq; milia. Præterea. ccxx. equites & Cretenſes Thraceſq; permixti ducenti. his copiis Naſica accæptis uerſus mare iter tenuit: atq; ad Heraclium caſtra poſuit: quaſi nauibus circunferri ad hoſtem deberet. Sed cum cœnauiſſent milites & iam tenebræ forēt exortæ: patefacto primoribus conſilio per cōtrariam partem lōge a mari eos ducit: ac totā noctem profectus ſub ipſum Pythium conſedit. Hic Olympi montis altitudo ſupra decē ſtadia attollitur: idq; ſignatur epigrāmate in hunc modum: Olympi uertex ex qua parte eſt Apollinis Pythii templum: altitudinem habet ad ſubiectum examuſſim mēſuratam decem integra ſtadia & unū Plethio minus quadrupedali: Xenagoras Eumelii Celeuti filii menſuram poſuit. Tu uale Apollo & da nobis bona. Atqui dicunt geometræ: neq; altitudinem montis: neq; profūditatē maris ultra decē ſtadia protendi. Xenagoras tamen non temere ſed certa ratione & organis uidetur menſuram poſuiſſe. Naſica igitur in hoc loco pernoctauit: Perſeo nihil tale ſuſpicante: utpote qui Aemiliū quieſcentem ſuo loco cernebat. Cretenſis quidam tranſfuga circunuentionē Romanorū patefecit: ad cuius nuntium turbatus Perſeus caſtra quidem non mouit: ſed decem milia conductorum militum alienigenarum & duo milia Macedonū Milone duce ad ea loca trāſmiſit: qui præuenire & ſiluas occupare præparent: in hos dormientes adhuc īpetum ab Romanis factum Polybius tradit: ſed Naſica acrē pugnam in montibus cōmiſſam magnumq; periculum fuiſſe ſcribit; & ab ſeſe quendam Thracem in manus profectum mucrōe trāſfixum cecidiſſe. Superatis itaq; hoſtibus & Milonem abiectis armis turpiter fugientem perſecutus Naſica ſimul milites ad quē uolebat locū perduxit. Magna ex hoc trepidatione apud hoſtes exorta. Rex cōfeſtim retrorſum caſtra mouit: non ſatis bona ſpe: ſed aut ibi ante Pidnam ſubſiſtere: & fortunam experiri pugnæ neceſſarium erat: aut diuiſo per urbes exercitu bellum ſuſcipere. Amici regem ad pugnam cohortabantur: abundare illum multitudine hominum: eoſq; pro cōiugibus & liberis fortiter pugnaturos rege ipſo præſente & ſe periculis obiectāte. His ratiōibus cōfirmatus ſe ad prælium comparauit & loca delegit opportuna ac duces præfecit quaſi confeſtim pugnaturus. locus planiciem habebat phalangi aptam & tumulos frequētes: ut ex alio in alium leuis armaturæ miles progredi & ſeſe recipere ualeret. Eſon per medium fluebat amnis & Leucus qui licet non nimiū profundi (æſtatis enim tūc erat extremum) uidebātur tamen quoddā impedimentum Romāis allaturi: ſed poſtq̄ Aemilius cum Naſica ſe coniunxit: & uerſus hoſtem ire perrexit: conſpecta multitudīe & ſtructura ad pugnā: parumper ſubſtitit: ſecum ipſe cogitans: at iuuenes qui aderāt pugnæ auidi ad ipſum properantes ne tempus tereret rogabant. Maxime uero omnium Naſica ob recētem uictoriam elatus Aemilium perurgebat. Sed Aemilius ridēs ſi tua inquit iuuenta mihi foret: at multæ quidem uictoriæ eorum, qui uicti ſū t errata docētes prohibēt me ex uia contra phalangē īſtructā paratamq; dimicare. His ſimul dictis eos qui prima in fronte erant: in cohortes ordinari: ut ſic ſpem pugnæ aduerſariis non auferret: Poſtremos caſtra munire: & uallum iacere iubet: atq; inde ſine aliquo tumultu intra uallum omnes reduxit. Ea nocte cum iam cœnaſſent: & quieti ſomnoq; indulgerent milites: luna obſcurari cœpit: ac deficiente lumine multiſq; coloribus mutata tādem nuſq̄ apparuit. Romanis ut conſuetudo eſt: tīnitu æris lumen eius reuocantibus & ignes multis facibus ad cælum tollentibus: nihil ſimile a Macedonibus factum: ſed metus & horror caſtra eorum habebat: ac ſermo clam per multos ierat: defectum regis per id oſtentum ſignificari. Aemilius autem licet non ignarus uariorum defectuum: & quomodo luna in umbram terræ delata certis ſpatiis abſconderetur: donec iterum reluceſceret: tamen ut religioſus ſacrorum cultor: ut primum lunam deductam proſpexit: undecim tauros ei mactauit. Inde prima luce Herculi ſacra faciens non litauit uſq; ad uiginti hoſtias: in uigeſimaprima apparuerunt ſigna uictoriam ulciſcentibus promittentia. Sacro igitur cētum bo um & ludis deo uotis aciem per primores ſtrui iuſſit: ipſe

declinationem ſolis expectans ne aduerſus milites ipediret: t ēpus trahebat: ſedens ī tabernaculo ex ea parte qua ad hoſtes reſpectus erat apto. Circiter horā uero nonā alii dedita ab Aemilio opera ut ab hoſtibus initium pugnæ foret: equum effrenē īmiſſum: & ex huius perſecutione principium prælii exortum: alii dum pabulatu redirent impetū in iumenta factum a Thracibus dicunt his ſeptingentos primum Lygures auxiliū impigre tuliſſe: aliis deīde aliis ſuccurrentibus quouſq; pugnari iuſto prælio cœptum ſit. Aemilius igitur ueluti gubernator præſēti tempeſtate ac motu caſtrorum magnitudinem futuri certaminis iam īde proſpiciens ex tabernaculo proceſſit: ac legiones adiens pro rempore cohortatus eſt. At Naſica per ea loca in quibus pugnabatur obequitans: cernit hoſtium quantum nunq̄ antea pugnam capeſſere. Primi erant Thraces quorū aſpectum inquit ſe permaxime horruiſſe: homines proceris corporibus albis ac lucēti bus ſcutis armatura ocrearū nigras induti tunicas graues enſes & rectos ab dexteris humeris quatientes. Iuxta Thraces conducti milites ſubibant: quorum uaria erant & permixta tela. Tertium erat agmen macedonum delectorum. hi fulgebāt auratis armis & nouis ac rutilantibus ſagis: quibus conſtitutis ī ordinem ſplendore quidem campū clamore autem adhortantium etiam colles compleuerant: tanta enim audacia & impetus annitentium: ut prima cadauera non amplius duobus ſtadiis longe a Romanorū caſtris accumberent. facto primo impetu conſpexit Aemilius Macedones qui ī agmine erant Sariſſas in clypeos Romanorum adigentes nec ita cominus pugnātes ut gladiis attingi poſſent: non nunq̄ uero reiectis peltis uno ōnes ſigno Sariſſis incūbere ac Romanas acies propellere. Hoc igitur robur phalāgis & impetum cernēs obſtipuit formidauitq;: & poſtea quidem commemorare crebro ſolebat ſe nunq̄ ſpectaculum terribilius conſpexiſſe: ſed tunc hilarem ſe ac lætum pugnantibus oſtendens abſq; caſſide & thorace obequitabat. Perſeum uero ſcribit Polybius dum iniretur prælium præmetu in urbē ſe rettuliſſe uelato receſſu quaſi Herculi ſacra facturus: qui ignauia ſacra ab ignauis non recepit neq; contra fas uota exaudit. Fas &enim non eſt: neq; eū qui nō iaculatur ſigno potiri: neq; eum qui non permanet uīcere: nec eum qui nihil agit bene agere: neq; malum fœlicem eſſe: ſed Aemilii uotis aderat deus. Orabat. n. uictoriā belli arma uibrans & pugnans. Scribit tamē quidam Poſſidonius qui ſe illis temporibus ac rebus interfuiſſe affirmat & hiſtoriam huius belli pluribus libris explicuit: Perſeum non timore nec per occaſionem ſacrificii acie exceſſiſſe: ſed q; ei pridie equīo calce percuſſum crus fuerat: & in prælio quanq̄ non bene haberet: & ab amicis prohiberetur īermē ſeſe phalangi permiſcuiſſe: ubi cum uaria utrinq; uolitarent tela: ferreum pilum incidiſſe in ipſum ex tranſuerſo in latus dextrum: citra uulnus præteriſſe carnē: tamē ita perſtrinxiſſe: ut multo tempore nota remaneret. Hæc Poſſidonius de Perſeo tradidit. Romani cum aduerſus phalangē acriter reſiſterent: nec propellere eam poſſēt: Saxus Pelignorum præfectus raptum ſignum in hoſtes: proiecite Plignis uero (neq;. n. fas italis ſignum deſerere) ad eum locum impetum facientibus graue erat certamē magnū q; utrinq; diſcrimen: nam hi perfringere Sariſſas enſibus: & ſcutis repellere conabant: & ipſis quidem manibus appræhendebant: illi impetu Sariſſarum annixi & Romāos cum ipſis armis tranſuerberantes: nec tegmen clypei nec thorax reſiſtere poterat: ī corpora Pelignorū ſupra caput proiiciebant nulla ratione ſed feraq; ritu ſe ī uulnera mortemq; certiſſimam præcipitantium. Sic iam qui primo loco pugnabant confectis mota eſt loco ſecunda acies nec tamen fuga erat ſed relatio pedum uerſus collē: qui locrus appellatur: adeo ut Aemilius hæc cernens ueſtem præ dolore abſciderit: ut Poſſidonius ſcribit. Sed cum loca iniqua eſſent: & ob id phalanx utpote in longum protenſa continentiam non haberet: ſed quibuſdam in locis rupta atq; inflexa foret ut cōuenit ī magno exercitu ac uariis pugnantium īſultibus: Aemilius re animaduerſa cohortes celeriter diuiſit eaſq; non aduerſus totam phalangē una pugna: ſed ſpatia quæ inter hoſtiū aciē uacua erant occupare & pluribus ſimul locis manus cōſerere iubet. Hoc primores

ab Aemilio ac milites a primoribus docti: ut primum ſubeuntes intercæperunt loca ali orum ex obliquo nuda fodientes latera alios circunuenientes: robur & commune pha langis opus ſtatim deperiit. In congreſſibus autē in quibus uir aduerſus uirū aut pau/ci aduerſus paucos certabant: Macedones paruis gladiolis pedeſtria ac ſolida Romano rum in caſſum ferientes ſcuta ac leuibus ipſi Peltis aduerſus graues ictus gladiorū pō/dere & ui ad corpus uſq; per omnia arma deſcendentium, reſiſtere nequeuntes uer/tebantur. Hic dum acriter pugnaretur. M. filius Catonis Aemilii gener cum multa for titudinis ac audaciæ facinora pugnando edidiſſet: tandem gladium amiſit. At ipſe ut/pote adoleſcens alti cordis multiſq; diſciplinis nutritus & magno patri magnæ uirtu/tis opera reddere obnoxius nequaq̄ ſibi uiuendū exiſtimabat: ſi eius ſpolio potirentur hoſtes. Itaq; per prælium diſcurrens ubi quem amicum aut familiarem cōſpiceret: eū ſibi conuocabat. per hunc modum collecta iuuenum manu impetum facit: multiſq; uulneribus & cædibus hoſtem repellunt: nudatoq; loco gladium quærunt: quē poſtq̄ tandem in magno armorum ac cadauerum aceruo inueuerunt: exultantes lætitia rur ſus maiori impetu in hoſtes feruntur ac tandem delectorum acies tria milia hi fuerūt. Dum acriter reſiſtunt: & ordinē ſeruant ad unum īterficiūtur omnes: aliorum uero fu gientium magna fuit ſtrages: ut campus quidem undiq; cadaueribus Leucus autē flu uius ſanguine compleretur. Tradunt in ea pugna ſupra. xxv. milia hominum cæſa fu iſſe Macedonum: Romanorum uero: ut Poſſidonius ſcribit centum. Vt autem Naſi/ca octuaginta ceciderunt. Celeriter autem hæc pugna magna tranſacta eſt. Hora enim nona pugnari cœptum: decima uictoria parta reliquum diei in perſequendo hoſtē con ſūptum. Petſecuti autem per centum & uigīti ſtadia: nocte iā facta redierunr aderātq; obuiam miniſtri cum luminibus: læti atq; exultantes magno clamore ad ſua quēq; ta bernacula hederæ & lauri ornata ſertis reducebant: ſed ī cæterorum lætitia ingens ipſū ducē habebat luctus: quoniam ex duobus filiis qui cum eo militabant: iunior necubi apparebat: quem maxime amabat: & quem uirtute inter fratres præſtare cernebat: q; autem audax & gloriæ cupidus & tunc etiam admodum adoleſcens erat: omnino eū temere hoſtibus pugnæq; permixtū periſſe ſuſpicabatur. Ad luctum ducis uniuerſus exercitus hoc ſentiens commotus eſt: & ex cœna proſilientes: partim adipſum ducem: partim ad perquirendum adoleſcētis corpus inter cadauera cū luminibus cucurrerūt: mœſtitia exercitum: clamor campos habebat Scipionem uocitantium. Nā ab ipſa pu eritia inter cæteros adoleſcentes natura lōge excellebat: dabatq; expectationē futuræ tā domi q̄ militiæ probitatis. Diu perquiſitus conclamatuſq; ſero tandē cum iā deſpera/tus eſſet: cum tribus aut quattuor familiaribus plenus recenti hoſtium ſanguine a per ſecutione redibat: tanq̄ generoſus catulus ob auiditatem pugnandi tractus. Hic eſt ille Scipio qui Carthaginem Numantiāq; euertit. Virtute ac potētia ætatis ſuæ longe princeps: Aemilio itaq; inuidiam præſentis fœlicitatis in aliud tempus fortuna differēs tunc plenam ex uictoria lætitiam præſtitit: Perſeus ex Pidna in Pellā aufugit: equitatu ſibi adhuc integro: ſed cum pedites ut ignauos & proditores equites obiurgarēt: rixaq; exorta eos ferirent: & ex equis deturbarent: ueritus eam turbam Perſeus e uia declīauit: ac purpuram ne conſpicuus ob eam foret re ſciſſam ante ſe poſuit & diadema in mani bus geſtabat: ut uero deſcendit ex equo: & ipſum manu trahebat: ex amicis alter per occaſionem quaſi ſolutum religaret calceum: alter equum ſtabulari fingens: alter potu indigere non tantum hoſtes q̄ ipſius inſolentiam metuentes (quærebat enim ī eos refer re crimen: cur uictus eſſet) aufugerunt. Cum uero iam ſub nocte Pellam ueniſſet ac du os præfectos ærarios obuiam ſibi uenientes & partim reprehendentes partim intempe ſture conſulantes: ipſe propria manu citato equo ābos necaſſet: nullus ex amicis apud eum remanſit præter Euandrum Cretenſem & Archedanū Etholum & Menonē Boe/tium. Ex militibus etiam nulli præter Cretenſes remanſerunt: nō beniuolentia aut fi/de ſed auro regio inhiantes. Permiſerat enim illis in prædam multa pocula: Crateraſq;

aliamq; auri & argenti ſupellectilem in ratione quinquaginta talentorum. In Amphipoli inde profectus: ac poſtea in Alepſum metu aliquantulum remiſſi in familiarē recidit auariciæ morbum. Quærebatur enim apud amicos q; quidem Alexandri magni pocula ob ignorationem Cretenſibus dediſſet rogabat multis lachrymis ut ſibi redderē tur : pecuniāq; pro eis pollicebatur ſe daturum nec latuit illos qui probe ipſum norāt aduerſus Cretenſes cretica arte uti: eos uero qui hæc crediderunt decæpit: & poculis recæptis nihil reddidit: ſed amicis auferens quæ mox hoſtes habituri erant in Samothraciam nauigauit. Vbi ad templum confugiens aſylo ſe tutabatur: Macedones ſemper alias fidi regibus dicuntur fuiſſe: ſed tunc ueluti ſtipite fracto omnes ſimul ruentes infra duos dies totam Macedōiam Aemilio dediderunt. Videtur hoc atteſtari illisqui fœlicitate quadam res illas geſtas affirmant. Atteſtatur & illud quod in Amphipoli accidit: nam ibi ſacra faciente Aemilio fulmen arā percuſſit ſacraq; combuſſit: ſed omnia ſigna quæ ſupra memorauimus lunge ſupererat famæ miraculū: quæquarta poſt prælium die profligatum eſſe Perſeum Romæ uulgauit. Populo enim Romano ſedente ī ſpectaculo equeſtrium ludorum ſubito rumor a prima theatri parte manauit: Aemilium ſuperatis magno certamine hoſtibus totā Macedōiā cæpiſſe: iſq; ſermo confeſtim per totū diffuſus Theatrū lætitia exultatione & gratulatiōe ciuitatē repleuit. Poſtridie cum eius famæ certus non extaret: autor: reſedit. Paucis uero poſtea diebus cum certiſſimus nuntius ueniſſet: miraculi fuit loco res antea Romæ audita: quæ in mēdatio ueritatem habuerat. Dicitur etiam eius puguæ quæ apud Sagram cōmiſſa eſt: ea ipſa die ī Peloponneſo fama fuiſſe & plateis: eiuſq; in Miele. Tunc quoq; cum Romani Tarquinios latinoſq; profligarunt. Conſpecti ſunt paulopoſt ab exercitu ueniētes uiri duo ꝑceris ac uenuſtis corporibus: ea quæ in prælio geſta fuerant: nuntiantes creditumq; eſt fuiſſe illos Pollucem & Caſtorem ac primus qui obuiauit ipſis ī foro equos multo fluentes ſudore ſiccantibus cum illa quæ de uictoria nuntiabant non crederet ipſis leuiter arridentes barbam eius manibus attrectaſſe dicuntur: & ex fuſca in flauam conuertiſſe. Per hunc modum & aſſertioni ſuæ fidem & uiro cognomentum enorbarbi fecerūt. His uero omnibus id quod ætate noſtra cōtigit fidem abrogat . Nam cum Antonius a Domitiano defeciſſet: magnumq; a Germania bellum concitaſſet: Romæq; trepidaretur: ex inſperato fama uictoriæ apud populum Romanum uulgata eſt : Antonium ipſum cum omnibus copiis interiſſe: tantamq; habuit fidem hic rumor ut multi ex primoribus immolarent. Sed cum paulopoſt auctor huius nuntii quæreretur inuētus eſt nemo: ſed alter alterum allegabat tandem uero quia in plebem ueluti ī uaſtū quod dā pelagus ſermo referebatur: apparebatq; nullum certum habuiſſe principium ſubito huiuſmodi fama prolapſa ceciderat ſed poſtea Domitiano cum exercitu ad bellum proficiſcenti: in ipſa uia certus nuntius & litteræ de uictoria aduerſus Antonium habita uenerunt. Dies pugnæ idē fuerat quo Romæ uictoriā fama uulgauerat. Vltra diſtantiam uigīti milium ſtadiorum. Hæc ita fuiſſe nemo ætatis noſtræ ignorat. Cum igitur in Samothratiam ſeſe Perſeus recæpiſſet. Gn. Octauis Aemilii legatus ad ea loca ꝑfectus a uiolatione quidem Aſili ob honorem deorum abſtinuit a fuga tamen ac demigratione Perſeum arcebat: ſed clam per Oroandem Creteſē Lembum quendam habētem latenter pactus ut aſportaretur cum aurum & argentum ad littus perueniſſet Oroāder arte cretica frætus gazam quidem ſuſcæpit ipſum uero Perſeum cum liberis & coniugeae neceſſariis noctu ad mare certa hora uenire iuſſū: Anticipata nauigatiōe reliquit. Perſeus igitur qui paulo ante miſerabiliter confectus erat propter anguſtiam feneſtræ ex qua cum liberis & coniuge laborum inſuetus euaſerat miſerabilibus ī ipſo littore afflictus eſt eum Oroandem iam altum tenentē aſpexit & iam dies elucerat: itaq; ōmni ſpe orbatus: una cum coniuge fugit ad muros: nec latuit quidem Romanos: ſed præuenit. Natos autem capiens Antoſion quidam antea Perſei familiaris tunc proditor Romanis tradidit: per quos coactus eſt ueluti fere captis earum pullis in manus uenire &

ſuum corpus: iis permittere qui natos tenebant. Fidutiã autẽ ſuper õnes in Naſica habens illum ut ſe ei dederet uocabat. Sed cum Naſica nõ adeſſet: queſtus fortunam ſuam: tandem neceſſitate compulſus ſe Gneo Octauio tradidit: tunc maxime patefaciẽs eſſe in ſe uitium quoddam auaricia ignobilius cupiditatem ſcilicet uiuẽdi per quam miſericordiam quæ ſola cadentibus a fortuna non aufertur: amiſit. Orãs enim ut ad Aemilium duceretur: cum id factũ eſſet: & Aemilius utpote uiro ex alto dignitatis gradu prolapſo aſſurgeret: & obuiam cum amicis procederet: ac ad illius caſũ illachrymaret: Perſeus turpiter in terram procumbens: & genua Aemilii ãplectens uoces emiſit de generes: quas non tulit Aemilius: nec audire preces ſuſtinuit: ſed triſti uultu illum ĩtuens: quid fortunam inquit crimine liberas ſic te gerens: ut non præſentis ſed ſuperioris fortunæ indignus exiſtimeris. Cur meam deturpas uictoriã? & res a me geſtas imminuis? oſtendens teipſum degenerem: nec ullo modo tanti aduerſus Romanos indignus hoſtis fuiſſe uidearis. Virtus profecto cadentium magnam habet reuerentiæ partem etiam apud hoſtes. Ignauia uero etiam ſi fortunata ſit tamẽ uituperatione non caret. His ſimul dictis attollens Aemilius eum ac dextera capiens illum Tuberoni tradidit. Ipſe uero natis ac generis & aliis neceſſariis iuuenibus ĩ partem ſeuocatis multo tẽpore ſecum tacitus ſtetit: ut plæriq; ex his qui aderant mirarentur: exorſus deinde ſermonem de humanarum rerum conditione: an debet quiſq; inquit præſẽti fœlicitate cõfiſus ſuperbire: q; gentem aut ciuitatem aut regnum aliquod ſubegerit. Præſens quidẽ fortunæ mutatio exemplum nobis ante oculos ponit communis imbecillitatis humanæ: & nihil durabile nec firmum eſſe docet. Quod. n. tẽpus confidendi hominibus eſſe poteſt: cum etiam eo tempore cum aliis dominantur: fortuna maxime ſit formidãda: quæ lætis rebus tandem ĩmiſceat calamitatẽ. Alexandri ſucceſſionem qui in altiſſimũ dignitatis culmen euaſit: unius horæ particulam euerſam conſpicitis. Nõne tot exercitibus tot equeſtribus pedeſtribuſq; copiis nuper circundatum regem nunc proſtratum & euerſum ex manibus hoſtium cibum atq; potum dietim capere cernentes ob uictoriam partam inſoleſcere deſinetis? nõne humiles uos ac remiſſos præſtabitis? ſemper cũ tremore expectantes in quem finem præſentis fœlicitatis inuidiam fortuna conuertat. Multa huiuſmodi differens Aemilius iuuenes dimiſit: mirum in modum iactantia ac ſuperbia eorum tanq̃ freno quodam repreſſa. Poſt hæc exercitum ad quietẽ ſe autẽ ad ſpectaculum gratiarum ciuitatum conuertit: populos releuauit: reſp. eorum ſtabiliuit muneraq; eis dedit: aliis frumentum ex regiis horreis aliis oleum. tantum enim repertũ traduntut rogantes ſumenteſq; prius defuerint: q̃ loca in quibus poſitum erat uacua fierẽt. In Delphis ſuper colũnam magnam quadratam ex candidis lapidibus compactam: ſuper quam Perſei ſtatua ex auro poni debuerat: ſuã poni iuſſit: nam uictos uictoribus cedere æquum erat. In Olympia illam celeberrimam emiſit uocem Homeri Iouem fidiam effinxiſſe. Inde cum decem legati Romam ueniſſent: Macedonibus agros reddidit: & ciuitates liberas ſuis legibus reliquit: centum talenta. p. r. pẽdere iuſſit: qui ſupra duplum regibus pendere conſueuerant. Spectacula uero multiformia & certamina & ſacrificia & inſuper epulum ac cœnas edidit: ſuppeditãte copia rerum ex regia: in quibus ordinem ornatumq; prenſationes & gratulationes & cuiq; ſecundum dignitatem beniuolentiæ ſenſum ſic diligenter & curioſe oſtendit: ut græci admirari cõpellerẽtur: q̃ nec iocos exptes ſtudii accurationiſq; reliquerit: ſed tãtis rebus geſtis etiã minĩa diligenter curaret. At Aemilius ob hoc ipſũ gaudebat: q̃ ĩ magno ſplẽdidoq; apparatu dulciſſimũ ipſe ſpectaculũ præſentibus erat: & admirantibus eius curioſitatem dicere ſolebat: eiuſdem eſſe animi & aciem & conuiuium bene ſtruere illam & formidoloſus hoſtibus: hoc ut amicis gratus eſſet: laudata eſt magnitudo animi ac liberalitas eius: q̃ multum auri multumq; argẽti ex regia gaza coactum nec aſpicere quidem uoluit: ſed quæſtoribus negocium dedit: ut in publicum referrent: libros duntaxat regios natis litterarum ſtudioſis deligere conceſſit. In donandis uero militibus quorum opera ĩ bello

claruerat: Tuberoni genero Phialam quinq; talentorum pondo largitus est. hic est ille quem diximus cum sexdecim cognatis modicis ædiculis & paruo fundo uixisse: idq; argentum ferunt primum in eorum familiam deuenisse uirtute & honore partum. Cumq; omnia bene ordinasset: complexus græcos & Macedones ut memores forent libertatis: quam a.p.r. habebant: ac ut eam concordia & beniuolentia cõseruarẽt: hortatus ĩ Aepyrum transiuit ex decreto senatus militibus prædam in his partibus cõcessurus. Vt autem omnes simul inuaderent: ex quaq; ciuitate primores uiros decẽ ad se uocauit: iussitq; ut argentum & aurum quod ĩ templis domibusue foret statuta die conferrent: singulisq; custodes dedit ex tribunis militibusq;: quo facto milites prædatũ discurrere iussit: ita ut una hora centum uiginti milia hominum captiua: septuaginta uero urbes direptæ fuerint: ex hac tanta uastitate nõ plusq̃. xi. drachmas ĩ singulos milites peruenisse dicunt. Hæc Aemilius contra naturam suam mitem & bonam perpetratus ĩ Oricum descendit: atq; inde in Italiam cum exercitu transgressus: per thybrim nauigauit in prætoria naui sexdecim remis ornata armis ac spoliis hostiũ. At milites clã ĩ fesi: q; non tantum prædæ quantum cupiebant ex regiis pecuniis suscepissent Aemilium criminabantur superbe & ĩperiose in bello se gessisse. quod cũ sẽtiret Sergius Galba Aemilii inimicus: qui tribunus in eo exercitu fuerat: illos concitauit ut triumpho aduersarentur. Sic igitur calũniis in Aemiliũ iactatis militibusq; ad maiorem indignationem compulsis: postulauit a tribunis plæbis aliam diem ad dicendum: quando illis quattuor horæ duntaxat superessent: nec tã breui tẽpore explicari causa posset. Sed cũ nõ assentirentur tribuni: ac iuberent ut si quid Galba dicere uellet: tũc præsẽs diceret: exorsus plenam conuitii orationem tempus diei consumpsit: & ob noctem tribuni cõtionem dimiserunt. Milites apud Galbã concursu facto albescẽte die capitoliũ occupãrũt. ibi namq; tribuni contionem habituri erant. inde cum prima luce in suffragiũ iretur: prima tribus Aemilio triumphum denegauit: quã rem cum & patres & pars plæbis grauiter ferrent: & fraudari triumpho Aemilium indignarentur: cætera multitudĩe inutiliter uerbis querente: primores senatus se inuicem castigabant: & nisi sceleri & petulantiæ militum obuiaret eorumq; audacia reprimeretur: nihil non attẽtaturos post hac prædicabant. Facto igitur agmine ad tribunos irrumpũt petuntq; ut suffragia parumper demorentur. subsistentibus itaq; cunctis ac silentio facto. M. Seruilius uir cõsularis qui uigesies tricies singulari certamine pugnauerat: & semper hostẽ trucidauerat tunc pro Aemilio assurgens dixit: qualis imperator fuerit Aemilius Paulus tũc maxime se intelligere quando ita improbo ac malo milite fretus res tamẽ amplissimas gesserit: admirari autem se si ab Illyrio ac Libya triumphis. p.r. contentus Macedõiæ regẽ & Alexandri & Philippi gloriam Romanorum armis sibi captiuam duci paruipendãt: esse uero absurdum q; nuper cum uictum esse Perseum incerta fama uulgasset supplicatiões diis immortalibus: ut hæc uera forent præstiterint: Reuerso autem imperatore populus ro. cum certa uictoria & deos honore & seipsos lætitia ac festiuitate priuare uelint: quasi ueriti magnitudinem rerum gestarum aut speciẽ regis ĩtueri. Atqui præstabat ob illius misericordiam inquit q̃ ob inuidiã ducis triumphum impediri: usq; adeo corruptos esse mores ac prolapsa disciplina: ut Sergius Galba homo nitida cute & corpore propter continuam umbrã molli nec unq̃ uulnus perpesso de re militari ac de fortitudine & ignauia imperatorum uerba facere audeat contra eos qui uulneribus ĩutriti sunt: & simul hæc dicens pectus aperuit incredibili cicatricum multitudĩe repletũ ac deinde conuersus: nonnullas ex his partibus quæ non satis decore nudari possunt: cõpressit. Tu inquit ob hæc rides Galba? ego autem glorior apud populum ro. nam pro his noctu dieq; militando hæc uulnera suscepi. Sed age uoca istos in suffragiũ: ego autem descendens: sequar eos: ut cognoscam improbos & ĩgratos ciues: his uerbis ita decidisse ac repressos fuisse illorũ animos: ut statĩ oẽs tribus Aemilio triumphum decreuerĩt. Triumphum uero ĩ hũc modũ egisse dicitur: Populus Romãus nitidis uestibus

ornatus:in equeſtribus thèatris quos arcus appellant & ī locis circa forum ād hoc ipſū ex ligno fabricatis & in aliis urbis partibus per quas tranſiturus erat ſeſe ad ſpectandū triumphum comparauerat. Omnia urbis templa erant aperta:& ſertis uāporibuſq; repleta ſuauibus:multitudine miniſtrorum baculos manibus geſtantiū:ex medio dimouebat turbas:& uias puras apertaſq; præſtabant. Tranſmiſſio in tres dies diuiſa fuit. Prima enim dies uix ſignis tabuliſq; & coloſſis tranſmittendis ſuffecit:quæ uehiculis ducentis quinquaginta portabantur. Secunda die pulcherrima & ornatiſſima Macedonum arma multis curribus delata fuerunt ſplendentia ære & ferro abſterſo atq; ita diſpoſita ut caſu maxime cecidiſſe uiderentur Galeæ ſcuta Thoraces ocreæ & Cretēſes Peltæ:& Thraicia Gerra Pharetræ & equorum frena ac enſes nudi per hæc iacētes & Sariſſæ infixæ:ita ut nec uictorum quidem abſq; metu foret aſpectus. Poſt hos armorū currus tria uirorum milia ſequebantur:qui numiſmata ferebant argentea uaſis trecentis quinquaginta. Vas erat quodlibet trium talentorū. Quattuor uiri ſingula uaſa portabant. Alii crateras argenteas & phialas caliceſq; ornatiſſimos & ingentes certo ordine deferebant. Tertia die prima luce tubicines non mire nec ſuaue:ſed bellicum ſonantes primi ibant. Poſt eos centum & uiginti boues auratis cornibus ducebantur uittis ornati & ſertis:ducebant eos adoleſcentes ſuccincti ad immolandum:& pueri aureas & argētеas patinas ſacrificii gr̄a deferebāt. Poſt eos ſequebant qui aurea numiſmata gerebāt in uaſis trium talentorum:ut ſupra de argenteis numiſmatibus dictum eſt. numerus uaſorum fuit tria & octoginta:his ſuccedebant qui auream phialam decem talentorū quam Aemilius ex lapillis effecerat. Item qui Antigonea & Seleucia & Theridia & Perſei uaſa aurea portabāt:poſt hæc Perſei currus & arma & diadema ſuper armis poſitū: Deinde poſt modico interuallo nati regii ducebantur:& cum ipſis alumnorum & magiſtrorum & pedagogorum lachrymans turba:qui & ipſi manus tēdebant ad ciues: & pueros eadem facere & precari docebant:erant maſculi duo & una fœmina non ſatis ī fortunium propter ſuam ætatem intelligentes:quæ res magis homines ad miſericordiam commouebat:multiq; lachrymas ciues ad illorum aſpectum demiſerunt. Fuitq; leticiæ & doloris plenum ſpectaculum:donec infantes trāſierunt. Ipſe autē Perſeus poſt filios & miniſtros ibat fuſca ueſte amictus:& crepidas more patrio habens:propter magnitudinem malorum ad omnia trepidus ac mēte turbatus. poſt eum ibat amicorū & familiarum mœſta turba miſerabiliter ipſum intuentes lachrymanteſq;:ut etiam plærisq; ex Romanis lachrymare ob miſericordiam compellerētur. Atqui poſtulaſſe Perſeum ab Aemilio ferunt:ne in triumpho duceretur. Sed Aemilius ignauiam eius irridēs reſpondiſſe fertur:olim id in ipſius poteſtate fuiſſe:ac etiam tunc eſſe oſtendens morte hanc ignominiam eſſe fugiendam:quam nō ſuſtinuit uir ignauus:ſed uana quadā ſpe ductus pars ſuorum ſpoliorum eſſe maluit. Poſt eum deferebātur aureæ coronæ: quibus Aemilium uirtutis gratia grecæ donauerant ciuitates. Erat numerus coronarū quater centum. Deinde Aemilius ipſe ſequebatur ornatiſſimo curru īuectus: uir & circa huiuſmodi honorem ſpectaculo dignus purpuram auro contextam indutus & lauri ramum dextera gerens ferebat:& laurum milites currum Aemilii ſecundum legiōes cohortes & manipulos ſubſequentes partī carmina patria ſalibus permixta & riſu:partim Aemiliī laudes cantantes:quem intuebantur & admirabātur omnes:nec quicq̄ ex his quæ homini optanda forent:ſibi deeſſe arbitrabantur:niſi forte demoniū aliquod magnificis & ampliſſimis rebus ſortem habet detrahendi:ac ita miſcendi humanā uitam:ut malorum omnium nullo modo ſit expers: ſed iuxta Homeri ſententiam cum iis optime actum eſſe uideatur:quos fortuna ad utranq; partem conuertit. Erāt Aemilio quattuor filii duo in adoptionem aliarum familiarum dati:Scipio uidelicet & Fabius:duo etiam in poieſtate retenti:quos ex alia uxore poſtea ſuſceperat. Horū alter quī que diebus ante triumphum mortuus eſt ſexdecim annorū ætate:alter qui duodecī annorum erat tertia die poſt triumphum deceſſit. Nec fuit quiſq̄ ciuis qui hūc filiorum

Aemilii caſum non dolenter ferret: horrens fortunæ crudelitatem: quæ nō uerita ſit tā tum luctum in domum lætitia feſtiuitate & gloriam plenam induxiſſe: lachrymaſq; & dolores & luctus uictoriis gaudiis & triumpho admiſcuiſſe: Aemilius tamen recta rati one fretus fortitudinem & conſtantiam non ſolum aduerſus arma & Sariſſas: ſed ad uerſus omnē fortunā pariter habendam ratus: ea moderatione mortes filiorum tulit: ut ſecundis aduerſa & domeſtica publicis obſcurata dignitatem & magnitudinem rei nequaq̄ deturparēt. Primi ex filiis qui defunctus eſt ſtatim poſt funus triumphauit. alio deinde poſt triumphum defuncto. p. r. ī contionem uocauit: ibiq; uerba fecit non hominis qui indigeret conſolatione: ſed qui plane ciues ſuos ob eius incommodum lugentes conſolaretur. Dixit enim humanarum quidem rerum nihil ſe unquā perti muiſſe: ſed diuinarum ut infidam & uanam rem ſemper fortunam expauiſſe: ac præ ſertim in tanta obſecunditate præſentis belli tantoq; proſperitatis curſu mutationem quandam & refluxum continuo formidaſſe: unius inquit diei ſpatio Ionium a Brun duſio tranſgreſſus Corcyræ applicui. Quinta deinde die ī Delphis ſacrificio peracto ali is quinq; diebus copias ex Macedonia ſuſcepi: Luſtratoq; exercitu ac rē gerere adortus quintadecima poſt hoc die bellum confeci: ſuſpecta mihi erat fortuna propter tātam proſperitatem. Et cum uictorem exercitum & ſpolia & reges captiuos rediens deporta rem in ipſa nauigatione aduerſum aliquem caſum formidaui. Sed cum iam ſaluis re bus incolumiſq; ad uos delatus urbem lætitia & feſtiuitate compleri aſpicerem: adhuc fortunam ſuſpectam habui: quam ſciebā nihil purum nil ſine inuidia hominibus gra tificari conſueſſe: nec animus meus pro. rep. prius timere deſtitit: q̄ aduerſus caſus me priuatim inuaſit. Optimos filios quos mihi ſolos deligerē ſucceſſores continuatis pro pe funeribus extuli. Nunc autem ſine periculo eſſe uideor: ac bonam ſpem mihi propo no: & arbitror iam populi romāi fortunam ſine labe permanſuram: quando ſatis in uidiæ mihi ac meis pro anteriori proſperitate illa influxit. Nec eſt iam īſigne minus hu manæ fragilitatis exemplum is qui triumphauit: q̄ is de quo triumphatum eſt: Perſe us ſiquidem etiam uictus filios habet. Aemilius autem uictor ſuos amiſit. Huiuſmo di generoſam ac magnificam orationem non ficte ſed ex uero animo ferūt Aemilium ī contiōem habuiſſe. Pro Perſeo autem omni ſtudio adnixus nihil obtinere potuit: ut ex carcere in lætiorem ac minus ſordidum traduceretur locum: ubi cuſtoditus quemad modum plæriq; tradunt mœrore animi confectus eſt. Alii mortis eius nouum ſcribūt modum: nam milites cuſtodiæ perteſos: & aduerſus eum infenſos: poſtq̄ aliter nocēdi & affligendi poteſtatem non habebant: ſomno arcere conſtituiſſe: & uices inter ſe par titos diligenter obſeruaſſe ne dormire poſſet: quoad per hunc modum cōfectus interi it. Interierunt & filiorum duo. Tertium uero Alexandrum nomine ingenioſū circa to reumata & ſubtilis diligentiæ opera fuiſſe tradunt: doctūq; etiam latinas litteras & ſer monem Romanum ſcribam fuiſſe magiſtratuū ſeq; in eo miniſterii genere aptum in primis ac perurbanum præſtitiſſe. Ob res in Macedonico geſtas bello ſumma. p. r. gratia Aemilio acceſſit. Tantum enim auri argētiq; in ærariū Aemilius rettulit: ut nul lum tributum perſolui a ciuibus opus fuerit: uſq; ad Hircii & Panſæ conſulatum: qui circa primum Cæſaris & Antonii bellum conſules fuerunt: illud quoq; admirabile ē: ac præcipuum Aemilii factum q̄ q̄uis egregie cultus obſeruatuſq; a plæbe. r. tamen in optimatum perſeuerauit partibus: nec ob gratiam plæbis quicq̄ dixit aut fecit unq̄: ob quod popularis haberet. Quod utiq; poſteriori tēpore Appius Claudius Scipiōi ex probauit. Cum enim ipſi duo totius ciuitatis ampliſſimi uiri cenſuram peterent: Appi us ſenatum & optimum quēq; ſecum trahebat: hæ namq; reip. partes Appiæ familiæ ueteres erant. At Scipio & ipſe per ſe potens & ſtudio plæbis Romanæ plurimum ute batur: deſcendentem igitur in forum ſtipatum hominibus ingenerosis quidem ac ſer uilibus & maxime turbulentis popularibuſq;: qui ambiendo & clamando cuncta uio lenter exæquebantur: ut conſpexit Appius: magna uoce o Paule inquit Aemili nonne

etiam apud inferos ſiquis illic noſtrarum rerum ſenſus eſt indignaris: q; filium tuum Mallius tonſor & Licinius declamator ad cenſuram perducunt. Sed Scipio extollendo po.ro. eius ſibi beniuolentiam compararat. Aemilius autem licet aſſertor optimatum eſſet: nihilõinus ā plæbe magis amabat: q̄ is qui maxīe popularē ſe præſtabat. Animad uerſum eſt præter cæteros honores in cenſura ſibi demādata: qui magiſtratus maxime omnium reuerentiæ eſt plurimæq; poteſtatis: cum in aliis rebus tum ad morum emen dationem. Nā in ſenatu remouere īmeritos poteſt: & prīcipē perſcribere auferre equos notare infamia cenſum augere luſtrum condere. Cenſa ſunt autem ſub Aemilio cenſo re ciuium capita. cccxxxvii. milia. cccclii. in ſenatu. M. Aemilium Lepidum prætulit: qui quater antea princeps fuerat: e ſenatu tres ammouit: in recenſendis equitibus Ro manis etiam mediocritatē ſeruauit tam ipſe q̄ collega eius Martius Philippus. Sed cū cenſuram iam magna ex parte geſſiſſet: in morbum incidit: ab initio quidem periculo ſum tractu autem temporis abſq; periculo: attamen lõgum atq; moleſtum. Fretus in de cõſilio medicorum: cū Veliam (is eſt Iraliæ locus) nauigaſſet ibiq; plurimum tem pus in oris Maritimis quietiſq; regionibus moram traxiſſet deſiderabat præſentiā eius po.ro. ac ſæpe in theatris uoces gliſcentium uidere illum emittebantur. Itaq; cum ſatis conualuiſſe uideretur: & ſacrificia quædam neceſſaria īſtarent: in urbem rediit: curauit q; ſacra egregie una cum cæteris collegis: circunfuſo ac plaudente. ro. po. Poſtridie ip ſe pro ſua ualitudine ſacra fecit: quibus confectis reuerſus domum: cū accubuiſſet: pri uſq̄ ſentiretur quicq̄ mente alienatus eſt: ac ſubīde tertia die e uita migrauit: nullius ea rum rerum expers quæ ad fœlicitatem earum rerum pertinere putātur. Nam & funus eius ita celebratum eſt: ut optimus ac beatiſſimus ornatus adeſſet. Hoc autem erat nō aurum: non ebur non magnificentia ſūptus apparatuſq;: ſed beniuolentia: caritas gra tia non ſolum ciuium uerum etiam hoſtium. Quotquot enim aliquo caſu Romæ ad erant ex Iberia Lyguria Macedonia iuniores quidem natu robuſtis corporibus feretro ſubeuntes ipſum extulerunt: maiores autem ſequebantur uocitantes benefactorem & ſeruatorē ciuitatū ſuarum. Non ſolū. n. in uictoria ſeſe mitem & humanū præſtitiſſe dicitur: ſed ī omni reliqua uita eos tutatus eſt: & ueluti pro domeſticis ac neceſſariis ha buit. Patrimonium uix triginta ſeptem milium reliquiſſe tradunt: ī hoc ambos ſibi fi lios hæredes inſtituit: a Scipione tamen qui erat minor natu integra hereditas fratri conceſſa eſt: cum ipſe in familiam Aphricani locupletiorem adoptatus tranſiſſet. Ta les mores uitaq; Pauli Aemilii fuiſſe dicuntur.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

AGIDIS ET CLEOMENIS VIRORVM ILLVSTRIVM VITA EX PLVTARCHO GRAECO IM LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

VXIONIS FABVLAM NONNVLLI CONTRA INANIS gloriæ ſectationes compoſitam arbitrantes nihil abſurdum aut alienum a ratione ſenſiſſe uidentur: ut enim illū pro Iunone quā amabat nubi permixtum centauros ex eius concubitu genuiſſe tradiderunt: ſic hi gloriam quaſi uirtutis imaginem amplectē tes nihil ſincerum aut ubi ipſi conſentiens operantur: ſed affecti bus uariis irrætiti: & modo has modo illas perturbatiões ſequētes idē pati māifeſte uidentur quod bubulci ab ouiū paſtoribus per ferre queruntur: nos enim īquiūt cum illorum domini ſimus: ſeruire tamē eis cogimur

atq; ipſos etiam ſilentes audire: quis igitur hoc idem illis euenire negabit: qui ad arbi-
trium uulgi remp. gubernantes infimis etiam quibuſq; ſeruire coguntur: ut principes
ac ductores populi nuncupẽtur? Velut enim qui ſtantes in prora nauis mentẽ aſſidue
atq; oculos ad puppim ubi gubernator ſedet intentos habent: omniaq; ad illius nutũ
atq; arbitrium peragunt: eodem modo qui reip. gubernandæ rationem ad gloriam di-
rigunt: miniſtri quidem ſeruiq; multorũ euadunt: nomen uero duntaxat principũ ſor
tiuntur. Atqui perfecte bonum ueriſq; uirtutibus inſtructum nihil hac externa gloria
indigere manifeſtum eſt: niſi quatenus per eam maiorem fidem ab externis acquirens
aditum ad res gerendas habeat faciliorem: q; ſi quis adoleſcentior ambitionis amore
teneatur: huic ego permittẽdum arbitror ut ex bonis operibus quæſita gloria ſeſe exor
nans paululum ſe iactitet efferatq;. naſcentes enim in his & tum primum pullulantes
uirtutes: tũ honeſtatis innata cupiditas laudibus cõfirmatur: ut Theophraſtus īquit.
ipſi etiam ad reliqua ſuſcipienda procliuiores efficiunt: ſi prudẽter moderateq; fuerũt
laudati. Nam ſupra modum laudare cum ſemper & ubiq; ſit inutile: tum in ambitio-
ne ciuili pernicioſiſſimum eſſe conſtat: ſic. n. illi magna licentia potiti ad mãifeſtãde
ducentur īſaniam: quotiens non ipſum bonum ſuapte natura glorioſũ: ſed quod ma
xime glorioſum ſit: id quoq; maxime glorioſum eſſe ſibi perſuaſerīt. quod igitur An-
tipatro reſpondit Phocion: cum aliquid minus honeſtum ab eo petiſſet Antipater: nõ
ille inquit Phocione amico ſimul & adulatore uti potes. Idem ad multitudinem uulgi
dicendum uidetur non eundem principem & aſſeclam habere poteſtis. Alioquin idem
euenire neceſſe eſt quod fabuloſe cuidã ſerpẽti contigiſſe narratur: cuius aliquãdo cau-
dam ferunt aduerſus caput ſeditione facta petiſſe ut ſibi uiciſſim quandoq; ducem re-
liqui corporis eſſe liceret: nec ſemper caput ducem ſequi cogeretur. Igitur accepta ducẽ
di poteſtate fiebat ut & ipſa ſine intuitu ſeſe mouens grauiter offenderet: & caput inſu
per quod certum ſurdumq; ducem præter naturæ inſtitutum ſequebatur: īeandẽ ſecũ
pernitiem traheret. Hoc idem permultos in adminiſtranda rep. ad multitudinis arbi-
trium reſpicientes paſſos fuiſſe reſpicimus: qui temere populari aura ſubleuati eo im-
prudentes deuenere: unde nec ſe tuto recipere neq; peruerſum iam reip. ordinem corri-
gere poſſẽt. Hæc pauca nobis contra gloriam dicere libuit: quã plæriq; ex arbitrio mul-
titudinis captare laborant. Facile enim quã habeat uim: ex his quæ Tyberio &. C. Grac
chis contigerunt animaduertimus. hos enim egregia ſtirpe oriundos ſub optima diſci
plina educatos. pulcherrimum quoq; nactos reip. ſtatum non tãm gloriæ immodera-
ta cupiditas perdidit: q; ignominiæ non ſane turpis aut illiberalis metus. Nam cũ ciui
um beniuolentiam ſuis meritis nacti fuiſſent: hãc turpiter amittere (ut par eſt) uehemẽ
ter illos pudebat. Itaq; benignis erga populum inſtitutis ſibi delatos honores ſuperare
certabant: at uiciſſim populus gratiam benefactis illorum referens maiores etiã ob id
ipſum honores illis deferebat. Hac igitur inuicem æmulatione fragrantes in eam cõdi
tionem rerum imprudentes deuenere: quas cum perficere non poſſent: q; ſatis honeſte
non uiderentur: eas etiam amittere turpiſſimum arbitrabantur. Verum hoc melius tu
te ipſe hiſtoriam legens diiudicabis: comparationem uero his opponimus Lacedæmõi
orum regum Agidis & Cleomenis: qui & ipſi populum ſtudioſe fauẽtes cũ remp. pul-
chre iuſteq; ex multo tempore inſtitutam ſuſcepiſſent: potẽtioribus ciuitatis aduerſa-
ri cœperunt: q; illi diuitiarum quibus aſſueuerant abundantiã relinquere minime uel-
lent: & Lacedæmonii quidem reges fratres inuicem non fuere: ſed q; eadem in reipu.
gubernatione ſenſerunt: fraternam propemodum beniuolentiam contraxiſſe uident: ab
huiuſmodi cauſa principium capientes. Cum primum diuitiarum nimia cupiditas
Lacedæmoniorum ciuitatem occupauit: atq; ex illarum poſſeſſiõe ſuperbia: ex uſu au
tem luxuria & mollities animos inuaſit: repente maximis bonis priuata ciuitas conci
dit: multaq; præter dignitatem abiecte nimis atq; humiliter operata ad ea tempora de
uenit: quibus Agis & Leonidas reges in ea ſunt conſtituti. Horum Agis ex Eudamidũ

familia oriundus ſextus numeratur ab Ageſilao: qui cum in Aſiam penetraſſet: maximā eſt inter græcos potentiam conſecutus. Ageſilai nanq; filius fuit Archidamius: qui apud Mandonium Italiæ ciuitatē a Meſapiis eſt interfectus. Archidami uero filius natu maior Agis dictus eſt: minor autem Eudamidas eſt nuncupatus. Hic fratre ab Antipatro apud Megalipolim īterfecto cum ille nō relictis filiis deceſſiſſet regnū occupāuit: huius filius fuit Archidamus: ex quo alius rurſus Eudamidas gēitus ē: Huius Agidis pater de quo nunc ſcribere inſtituimus. Leonidas uero Cleonimi filius alia ex familia ortus octauus a Pauſania cenſebatur: qui in pugna apud Plateas Mardonium ſuperauit. Pauſanias enim filium habuit Pliſtonactem: qui alterum genuit Pauſaniā. Cū q; hic Lacedæmōe Tegeā cōfugiſſet: Agiſipolis eius filius natu maior regnū occupauit cui ſīe liberis defūcto Cleōbrotus frater iunior ī regno ſucceſſit. Hic duos ꝑcreauit filios Agiſipolī & Cleōenē ex his Agiſipolis nō diu r̄gno potitus abſq; filiis deceſſit. Cleōenes autē illi ſuccedēs ex duobus filiis quos hēbat acrotatū maiorē natu uiuēs adhuc e regno pepulit: Regnūq; Cleōimo filio iūori reliqt: ī quo nō diu potuit ꝑmanere: ſed Areus Cleomēis ex Acrotato nepos regnauit. Poſtmodū Areo apud Corīthū defūcto Acrotatus eius filius regnū poſſedit. Hic ab Ariſtotimo tyrāno circa Megalipolī prælio ſuperatus interiit: grauidam ex ſeſe uxorē relīquens: quæ cum puerum peperiſſet: Leonidas Cleonimi filius pupilli tutelam ſuſcepit. Inde priuſq̄ ad uirilem ætatem puer deueniſſet interiit: & per hunc modum regnum ad Leonidam peruenit non ſatis reliquorū ciuium moribus congruentem: quanq̄ enim propter cōmunē ciuitatis labem omniū aī in deteriorem partem flecti cœpiſſent. Quidam tum erat ī leonida uiuēdi modus egregie a cæteris differens: utpote qui diutius in Satrapū aulis uerſatus præcipue Seleucū coluiſſet: ex quo faſtum quendam nō ſatis græcorum moribus conueniētem & nimiā imperandi licentiam haud quaquā legibus congruam traxiſſe conſtabat. Agis autē īgenuitate animi atq; prudentia non hunc modo lōge ſuperauit: ſed omnes qui poſt magnum Ageſilaum regnarūt plurimū exceſſiſſe perhibetur: hic in ſūmis delitiis ab Ageſiſtrata matre & auia Archidamia nutritus: quæ apud Lacedæmonios ditiſſime habebantur: anteq̄ uigeſimum attigiſſet ætatis annum: delitias atq; omnem uoluptatem abhorrere mōſtrauit: maximeq; formoſitati qua plurimū excellebat aduerſatus cultū omnem atq; ornatum fugiebat: Lautiores epulas & balneorum uſum & Laconicā qualis tunc erat uiuendi conſuetudinē grauiter accuſans: quin etiā illud frequēter habebat in ore: nequaq̄ ſe regno potiri uelle: ſi non per illud antiquas leges & priſtinos uiuendi mores in patriam reuocaret. Labis autem huius & ueluti morbi principium accæpiſſe Lacedæmoniorum reſp. uidetur: ex quo primum ſoluta per ipſos Athenienſiū poteſtate auro atq; argento ſeſe ac domum expleuere. Cui Lycurgus quendam numerū in ſucceſſionibus ſeruandum perfinierat: cum pater hereditatem filio relinquere cogeretur: eiuſmodi igitur ordo atq; æqualitas multis malis ciuitatem ſeruauit incolumem. Vegr Epitades quidam uir in ciuitate potens: ſed moribus inſolens: cum Ephorus eſſet: exorta aduerſus filium contentione: rogatiōem tulit ut liceret cuiq; & domum & hereditatem ſuam cui libuiſſet relinquere. Is igitur propriæ iracundiæ īdulgens legē tulit: quā cæteri cupiditatis gratia ſantientes optimam uiuendi ſoluerunt diſciplinā. Ex eo enim qui in ciuitate potentiores erant propinquos e ſucceſſionibus pellētes omnes ferme ad ſe facultates breui tempore coegerunr. Vnde paupertas repente ciuitatem inuaſit: ex qua ſeruitus quædam & a bonis operibus uacatio populariū mentes inceſſit. Tum odium quoddam ex inuidia aduerſus ditiores coorta. Cunq; ſpartiatæ circiter ſeptīgētos relicti eſſent (ex his centum ferme agros atq; omnes fortunas poſſidebant) Cætera multitudo egens atq; abiecta in urbe manebat ocioſa: externa bella ſegniter & īuite gerens: ſemperq; ad ciuiles motus intenta & concitandæ ſeditionis tēpus obſeruans præſentium rerū mutationē facere cupiebat. His de cauſis permotus Agis rē optimā qualis & ipſe erat perficere aggreſſus eſt: omnes uidelicet ad æqualitatē redigere: atq; urbē

hominibus replere. Iuuenes igitur q̄ primum præter omnium ſpem illi paruerunt: ſtudioſe cum illo ad uirtutem ſeſe accingentes & cum ueſte pariter uiuendi conſuetudinē ad libertatem reſpicientes permutarunt: ſeniorum uero maior pars q̄ ī hac ueluti labe diutius permanſiſſent: non ſecus ac ſerui in fuga deprehēſi ad dominū: ſic ad Lycurgū reduci reformidabant: ac propterea Agidem præſentium rerum conditionem deplorā/tem cupientemq; in antiquam uiuendi dignitatem Spartā reſtituere grauiter accuſabant. Lyſāder uero cognomento Libius & Mādroclidas Efanis filius atq; īſuper Hageſilaus negocio ſuſcepto adoleſcētis ābitionē magis magiſq; īcitabant. Horū Lyſander magnæ apud ſuos ciues auctoritatis habebatur. Mandroclidas uero orationis uehemētia inter omnes græcos excellens aſtutiam ſummam non mediocri permixtam audaciæ habere putabatur. Ageſilaum autem regis auunculum ſatis oratione potētem: uerū natura mollem & pecuniæ cupidum filius concitabat Ippomedon: qui bellicis operibus īſignis magnam inter æquales laudem fuerat & gloriam conſcutus. Verum nō alia magis cauſa impuliſſe uidetur Ageſilaum: ut ſeſe rebus innouandis admiſceret q̄ æris alieni magnitudo: quo ſe facile ſolui ſperabat præſenti ſtatu ciuitatis īmutato. Vt primū igitur Ageſilaum ſibi conciliaſſe animaduertit: non ultra cunctandum arbitratus: matrem quoq; ſuam quæ Ageſilai ſoror erat: in ſententiam trahere aggreſſus eſt. Ea ſiquidem clientum oberatorumq; & cognatorum multitudine plurimum potens in ciuitate reip. quoq; adminiſtrationem quadam ex parte attingere nō dubitabat. Hæc primo filii propoſitum audiēs a tali ſententia iuuenē deterrere conata eſt tanq̄ inania quædā ſupraq; uires agere cupiētem. Vbi uero Ageſilaus illam cohortatus bene de ſucceſſu rerum ſperare perſuaſit: filii uoluntati facile acquieuit: cum præſertim ex altera parte filius inſtaret rogans ut facultatibus quas haberēt ad gloriam & honorem adipiſcendū uti ſe pateretur: q̄ alios reges diuitiis adæquare impoſſibile ſibi eſſet. ſīgulos enim Satrapum familiares ac ſeruos: præterea qui Ptolomei Seleuciq; tutores eſſēt: omnes qui unq̄ Spartæ regnauerint reges lōge diuitiis ſuperare. Quod ſi ipſe modeſtia ac magnitudine animi illorum delitias ſupergreſſus æquabilitatem atq; concordiam in ciuitatē reduxiſſet: fore: ut boni ueriq; regis nomen & gloriam conſequatur: his adhortatiōibus mulieres impulſæ adeo priſtinam ſententiam mutarunt: ut ipſæ quoq; gloriæ cupiditate flagrantes ultro iuuenem ad rem peragendam impellerent: atq; honeſtatis amore tanq̄ diuino quodam numine afflatæ & Agidem properare aſſidue hortarentur: quin etiam cōuocatis amicis conſilium aperientes illos ad ferendum auxilium hortabātur. Idem quoq; mulieribus aliis prædicabant: cum ſcirent Lacedæmonios mulieribus obſequentes non minus publica q̄ priuata cōſilia cum illis ſolitos cōmunicare: atq; ad agendum etiam ſocias adhibere. Erat autem per id temporis diuitiarum maxima pars apud mulieres: quod ſane plurimum ad rem peragēdam difficultatis Agidi afferebat. Reſiſtebant enim mulieres non modo propter delitiarum quibus aſſueuerant cupiditatem: uerum etiam q̄ potentia & honore quem ex diuitiarum poſſeſſione conſequebantur: eo modo priuari ſe penitus animaduertebant. Omnes igitur ad Leonidam cō uerſæ q̄ is maior natu eſſet: hortari ut ſe Agidis conſiliis opponeret: eiuſq; impediret conatus: & exoptabat ſane Leonidas ferre diuitibus auxilium: ſed ueritus potētiam plæbis quam rerum mutationem affectare cognouerat: nihil palam contra Agidē tentare auſus eſt: ſed clanculum perturbare illius incœpta conabatur: & crebris illū apud diuites calumniis criminari: dicens illum eorum bona quaſi tyrannidis mercedem pauperibus diſtribuere: & agrorum diuiſione ac miſſone debitorū plures ſibi ſatellites q̄ Spartæ ciues comparare. His tamen nihilo deterritus Agis: ut Lyſāder Ephorus creare tur effecit: quo facto ſtatim contra ſeniores rogationem tulit: ī qua capita præcipue cōtinebantur huiuſcemodi: ut debitoribus omne pēitus debitum dimitteretur & agrorū per hūc modum particio fieret: ut quicquid agri intra conuallem quæ Pellenæ adiacet uſq; ad Taigetam & Selaſiam continet in quater mille & quīgentas partes diuideret.

Quod uero extra hos termīos relīquitur:in partes quinquies mille tribueretur: & hæc quidem colonis qui arma ferre poſſent adſcriberentur:illa uero his qui urbem incolerent ſpartiatis:quorum numerus ex finitimis accolis expleri poſſet:eos legendo qui liberaliter ingenueq; nutriti ætate ac corpore roboris uigerent. Hos in quindecim claſſes oportere diſtribui:quarum aliqua ducentos duntaxat:aliqua uero quadringentos uiros contineret:atq; ii uiuendi conſuetudinem ſeruare cogerentur:quam olim maiores ſpartiatarum habuiſſe conſtaret. Latam perſcriptamq; rogationem cum ſenatus minime comprobaret:Lyſander populo ad concionem uocato multa pro ſuadenda rogatione uerba fecit. Poſt eū Mandroclidas & Hageſilaus oratione habita admonebat:ne propter hominum paucorum luxuriam & delitias antiquam Spartanorum dignitatē iacentem negligi paterentur. Et cum antiqua deorum oracula in memoriā reuocarēt: iubētia ipſos auaritiam tāq̄ rerum omnium pernicioſiſſimā cauere:tum nouiſſime ex Paſiphea reſponſum acceptum diligenter animaduerterēt. Huic templum erat & ſacrificium in urbe conſtitutum: ipſam uero nōnulli unam ex Athlantiadibus ex Ioue genitam fuiſſe tradunt:quæ Hāmonem peperit. Alii uero Caſſandram Priami filiam eo in loco mortuam atq; ſepultam hoc nomine uocatam fuiſſe perhibēt:q; omnibus petētibus oracula præberet. Philarchus autē refert Amiclæ filiam Daphnem: cum Apollinem uim afferre uolentem aufugeret:in plantam fuiſſe conuerſam:atq; ab eodē deo diuinandi accepiſſe poteſtatem. Ab hac igitur plurimis Spartiatis reſponſa fuiſſe tradebantur iubentia cunctos ad æqualitatem redigi ſecūdum legem:quam de hoc ipſo Lycurgus tulerat. Poſt illorum orationem Agis ipſe rex in medium progreſſus quantum eſſēt utilitatis allaturi ciuitati:ſi hanc rogationem confirmaſſent:breui oratione monſtrauit:ac ſe primum omnium facultates proprias in medium ponere uelle: non ſane exiguas ob agrorum multitudinem:quos partim ad colendum partim ad paſcenda pecora idoneos haberet. Inſuper talenta ſexcenta argenti ſignati:idem quoq; matrem atq; auiam amicos præterea & domeſticos omnes:quos ditiſſimos eſſe Spartiatum conſtaret facere paratos eſſe. His auditis obſtupefacta multitudo adoleſcentis regis magnanimitatem admirabatur:ſūmāq; propterea gratiam eſt a populo conſecutus. aſſerentibus cunctis uix tandem poſt annos trecentos hunc ſolum qui merito Spartanor̄ rex dici poſſet inuentum eſſe. Leonidas autem tunc maxime ſūmis uiribus contra Agidem nitebatur:non ignorans ſi comprobata eſſet rogatio:fore ut ipſe quoq; eadem facere coactus:non idem apud ſuos ciues gratiæ eſſet habiturus:ſed cum omnes ciues diuitias proprias in medium contuliſſent:ei ſoli gratias a populo referendas: qui huius rei princeps atq; auctor extitiſſet. Igitur ſpectātibus cūctis Leonidas Agidem rogauit: num uirum iuſtum ac ſtudioſum fuiſſe Lycurgum putaret. Id cum aſſentiretur Agis: Quando igitur Leonidas inquit:aut debitorum dimiſſiones Lycurgus conſtituit:aut peregrinos adminiſtrandæ reipub. uoluit eſſe principes:quippe qui non ſatis fore ſaluam ciuitatem arbitratus eſt:niſi peregrini ex ea pellerentur. Ad hæc Agis nil mirū eſt inquit uiri ſpartiatæ:ſi apud exteros educatus atq; eruditus Leonidas: utpote q ex ſatrapum aulis ſumpta uxore filios procrearit: Lycurgum atq; eius ignorat īſtituta:qui debitum atq; uſuram una cum nūmis expulit e ciuitate: peregrinos quoq; eiiciēdos cē ſuit:qui non eam quam ipſe inſtituerat:uiuendi normā & inſtitutum ſeruare uellent: non ſane corporibus illorum hoſtis exiſtens:ſed uiuendi eorum modum reformidās: ne ciuibus ſuis permixti eos quoq; luxuriæ & diuitiarum inficerent cupiditate. Conſtat.n.eundem ipſum Therſandrum atq; Thaletem:tum etiam Pherecidem q̄q̄ peregrini eſſent: libenter habuiſſe in ciuitate:q; eadem ſecum philoſophari atq; ſentire illos animaduertit. Tu uero qui eum plærūq; laudare cōſueuiſti:q; cum Ephorus eſſet: duas ex nouē chordis:quas in cithara muſicus Phronides habebat: dolabra abſcidit. Tum eos qui poſteris temporibus idem in Timotheo fecere:quonam pacto uituparе nos audes:qui mollitie atq; luxuria tum ſuperbia atque cupiditate purgare Spartam

ſtudioſe conamur: quaſi illi ipſi non ob hanc cauſam in muſicis cantibus licentiam ac uoluptatem nimiam compeſcere uoluerint: ne ab huiuſmodi cantibus deliniti ciuium animi ad eos mores uitamq; prolaberentur: quæ diſſonam ſibiipſi atq; diſcordem ciui tatem efficeret. Ex eo primum omnis ad Agidem applicuit multitudo: diuites autē Leonidam ſequebantur: ne ſe in tanto diſcrimine deſertos eſſe pateretur orātes: iidem etiam ſeniores quorum maxima erat in conſultando auctoritas ut rogationi aduerſarē tur compulere. Quapropter euenit ut rogationem pars maior abrogaret. Inter hæc Ly ſander adhuc in magiſtratu conſtitutus: Leonidam e ciuitate pellere tentauit: legē quā dam peruetuſtam aduerſus illum excitans: quæ prohibebat Heraclidē quēpiam ex pe regrina muliere filios procreare: Eadem quoq; plectendū capite ſtatuebat eū: qui Spar ta diſcedens apud Exteras gentes habitaſſet. Hæc aduerſus Leonidam proferri Lyſāder inſtituit. Ipſe autem una cum reliquis collegis cæleſte ſignū obſeruabat. Erat autē hu ius rei conſuetudo quædam talis: ſingulis enim nouēniis Ephori noctem ſerenam & lu na carentem obſeruantes taciti ſub diuo conſidebant cælum reſpicientes. Si quādo igi tur ſtella ex parte aliqua diſcurrens in oppoſitam ſeſe partem cōtuliſſet: Inditium id eſ ſe putabant: reges aliquid contra deos immortales deliquiſſe: ac propterea magiſtratu illis intercedebant: quoad ex Olympia aut Delphis referretur oraculum interdictis regi bus afferēs auxilium. Hoc igitur ſibi ſignum apparuiſſe Lyſander prædicans Leonidæ diem dixit: productis teſtibus obiiciens illum ex Aſiatica muliere duos filios procreaſ ſe: atq; inde crebris iniuriis contumeliiſq; ab uxore laceſſitum rediſſe in patriam: & re gnum per id temporis forte ſucceſſoribus uacuum occupaſſe. Inſuper Cleombroto per ſuaſit ut regnum quod ad ſe iure pertineret repoſceret. Erat autem Cleombrotus Leo nidæ genier ex regia ſtirpe generis originem ducens. His rebus perterritus Leonidas: cū ſtatura die uocatus ad iudicium non ueniſſet: abſens regno priuatus eſt: atq; in eius lo cum Cleombrotus rex inſtitutus. Poſtq̄ Lyſander peracto tēpore magiſtratu deceſſit: Ephori qui illi in magiſtratu ſucceſſere Leonidam ſupplicem miſerati: Lyſādrū & Mā droclidam in iudicium uocauere: q̄ aduerſus legum inſtituta debitorum miſſiones & diuiſiones agrorum fieri decreuiſſent. Illi igitur imminens periculum formidātes re gibus perſuaſerunt: ut cōmuni cōſenſui in idem tendētes Ephororum decreta irrita fa cerent. Inerat enim peruetuſtum ſane inſtitutum: ut ſi quando reges īter ſe diſſiderēt: in eius ſententiam quæ utilior uideretur decreta fierent: quāuis altero aduerſante q̄ ſi cōmuni conſenſu aliquid ambo reges ſtatuiſſent: contra hoc pugnare nemini licere. Si quis uero aliquid facere tentaſſet: hunc cōtra leges facere uideri. His igitur permoti ra tionibus ambo reges amicorum multitudine coacta in forum deſcēdētes Ephoros e ſe lis deturbant. Ephoris aliis in eorum locum ſuffectis e quorū numero fuit Ageſilaus: inde armata multitudine ad eos qui in carcere erant ſoluendos proceſſere. Ob hoc iam terribiles aduerſariis facti: plurimos īterfecturi putabātur: quod tamē longe ſecus eue nit. Nemo enim illorum iuſſu interfectus eſt: quin etiam Tegeam proficiſcentem Leo nidam: cum miſſi ab Ageſilao milites occidere ſtatuiſſent: Agis id præſētiens alios qui eum tutarentur celerrime ſubmiſit: qui eum circunſtantes Tegeam uſq; incolumē per duxere. Rebus igitur in hunc modum cōſtitutis: cum iam omnia proſpere ſuccederēt: ac nemo iam cœptis obſiſtere auderet: Ageſilaus unus cuncta ſubuertit pulcherrimā le gem & Laconum moribus maxime congruentem ob turpiſſimum auaritiæ morbū cor rumpens. Nam cum ipſe præceptoris agros q̄plurimos eoſdemq; pulcherrimos poſſi deret: inſuper magno ære alieno eſſet obſtrictus: cū neq; creditoribus ſoluere nec agros quos habebat dimittere uellet: Agidi perſuaſit: ſi utranq; rem eodem tēpore efficere ag grederetur: æris ſcilicet alieni miſſionem & diuiſionem agroꝝ nimis illū ciuitati noua tionis allaturū: q̄ ſi primo debitorum miſſione facta his qui agros poſſident indul gere uiſus fuerit: fore paulopoſt ut animis iam ab odio quodāmodo reſidentibus faci le diuiſionem agrorum adiuuantibus illis conficiat. Hæc & qui circa Lyſandrum erant

ab Hageſilao decepti fieri ſuadebant. Itaq; tabulas quibus debitorū nomina cōtinebā
tur: omnes in forum quod Clarium appellant comportare iuſſi ſunt: hiſq; ī unum co-
aceruatis ignis iniectus eſt. Exorta igitur flāma cum diuites ac feneratores qui adſtabāt
triſtes abirent: Hageſilaus quaſi calamitatibus illorū inſultans nunq̄ ſe clarius lumē
aut ignem puriorem uidiſſe iactabat. Inde cum plures diuiſionem quoq; agrorum fie
ri poſtularent: regeſq; etiam id fieri oportere cenſerent: Hageſilaus cauſas quaſdā cun
ctandi in medium proferens: & alias ex aliis iugiter nectens: eo uſq; temporis rem dif-
ferendo protraxit: quoad Agis ab Achæis Lacedæmonum ſociis accerſitus in expediti-
onem proficiſci coactus eſt. Aetoli nanq; per id temporis opibus florentes per Megarē
ſes in Peloponneſum traiecerunt: quorum uiribus obſiſtere cupiens Aratus Achæorū
imperator ſtudioſe copias parabat: atq; Ephoros miſſis litteris huius rei fecerat certio
res: qui amore beniuolentiaq; in ſocios commoti: Agidem repente ferre auxilium com
pulere: præſertim cum Lacedæmonum iuuentus promptiſſime militiam poſceret. Iu-
niores igitur e quibus maxime conſtabat exercitus tum quidem pauperes: attamē ære
alieno ſoluti ut oſtendimus: cum poſt reditum ex militia diuiſionem agrorum fiendā
ſperarent: mirabili quodam modo Agidem obſeruabant: eiq; in omnibus libēter ob-
ſequebantur: adeo ut finitimis populis admirabile uideretur: q̄ illos nemini nocentes
manſueteq; & ſine ullo propemodum ſtrepitu per Peloponneſum facientes iter intue
rentur: multiq; græcorum uetuſta tempora in memoriam redigentes mutuo ſeſe inter
rogabant: qualem fuiſſe laconici exercitus obſeruantiam putandum eſſet: cū Hageſi
laum aut Lyſandrum aut ueterem illum Leonidam habebat imperatores: quandoqui
dem erga impuberem adhuc imperatorem tanta ſit exercitus reuerētia & obſeruatio.
At uero adoleſcens ipſe frugalitate & laborum tolerantia cum ueſtiū atq; armorū or-
natu nihil a quouis gregario milite differret: mirabile in ſe cunctorum ſtudium con-
citabat: ditioribus tamen haud q̄q̄ hæc rerum placebat permutatio: uerentibus ne fini
timis populis motus cauſam huius exēpli nouitas præſtaret. Interea penes Corinthū
Arato congreſſus Agis cum de belligerandi ratione conſultarent: promptitudinē quan
dam non leuitati permixtam & audaciam nequaquam rationis expertē ſibi ineſſe mō
ſtrauit. Dicebat enim ſibi optimum uideri: ut hoſtibus intra illorum fines bellum in-
ferrent: nec permittendum ut Peloponneſi clauſtra ingrederentur: ſe tamen in cūnctis
Arati conſiliis obtemperaturum: utpote ætate grandioris ac imperatoris Achæorū: qui
bus ipſe non imperaturus ſed auxilium laturus aduenīſſet. Verum de his Bato Sino-
peus aliter ſcripſit. Tradit enim Agidem Arato iubente uoluiſſe pugnare: ſed hūc ego
Arati ſcripta de rebus his rationem afferentis legiſſe non arbitror. Scribit enim Aratus
cum omnes propemodum fructus ab agrorum cultoribus ī loca tuta conuecti ſint: lō-
ge ſibi melius uideri hoſtes intactos relinquere: q̄ pugnando ſummam totius rei in di
ſcrimen adducere. Poſtq̄ igitur Aratus hoſtium congreſſum deuitans collaudatos ſoci
os dimiſit: Agis magna in ſe admiratione concitata domum rediit: & iam ſpartæ tu-
multus haud mediocris magnaq; rex cœpta erat pturbatio. Hageſilaus enī Ephorus
iterum creatus nullis erga ciues iniuriis abſtinebat: dūmodo pecunias quacunq; ratio-
ne pararet. Itaq; menſium tredecim exegerat tributa: quanuis aperte legibus id agere
prohiberetur nulla temporum neceſſitate poſcente. Poſt hæc illorum quibus iniurias
attulerat metu perculſus: cum ſe omnibus odioſum eſſe animaduerteret: milites cum
armis cuſtodiæ cauſa circa ſe habere cœpit: quibus ſtipatus ueniebat in curiam: e regi-
bus alterum penitus contemnens: Agidem uero affinitatis potius q̄ regni cauſa medi-
ocriter honorans. Itaq; uixdum finito magiſtratu rationē inibat: ut ī proximū quoq;
tēpus Ephorus crearetur. Ea res inimicis properandi cauſam attulit: quo īminēs ab eo
periculum euitarent. Facta igitur conſpiratione Leonidam palam e Thegea reuocātes
in magiſtratu: cōſtituere lætis animis negocium ſpectāte multitudine: q̄ ob prohibitā
ab Hageſilao agrorū diuiſionem ſeſe deluſos deceptoſq; fuiſſe putabant: attamen

Hageſilaum filius Hyppomedon qui propter eximias uirtutes cunctis ciuibus clariſſi
mus erat: clanculum e periculo ſubtractum ſeruauit īcolumem. E regibus autem Agis
quidem ī Aſylum quod Calchychon appellant: Cleombrotus autem in Neptumni tē
plum confugit: huic iratior Leonidas omiſſo tunc Agide ad eum capiendum cum ar
matis militibus acceſſit: iuſte ſe illi iraſci clamitans: q̄ cum gener eius eſſet: inſidiis
comparatis exutum regno etiam e ciuitate pepulerat. Ad ea Cleombrotus nihil reſpon
dere ualens: tacitus incertuſq; cōſilii ſedebat. Chilonis erat Leonidæ filia: quæ cum pa
ter a Cleombroto damnatus eſt: grauiter illius iniuriam ferens auxilium afferre cona
ta fuerat: & a uiro diſcedens atq; apud patrem habitans, opera ſua quoad poterat illi
us leuabat calamitatem. Illo autem ex urbe depulſo diſcedēte mœſta lugubriſq; & ad
uerſus Cleombrotum indignabunda uixerat. Ea tunc igitur in contrarium uertēte for
tuna apud patrem pro uiro ſupplicare cogebatur. Itaq; inter paruos alios filios media
ſupplexq; manus tendens apud eum conſedit. Admirantibus cunctis mulieris tū be
nignitatem tum pietatem erga uirum præcipuam: atq; ob id ipſum lachrymātibus ip
ſa ut erat peplum incompoſito trahens comis nullo ornatu aut ordine fluētibus: hūc
mihi inquit habitum atq; hanc formam o pater non Cleombroti miſericordia impo
ſuit: ſed luctus qui poſt exilii tui calamitatem perpetuus mihi comes adhæſit. Verum
igitur decet uictore te rege & in patriam reſtituto in huiuſmodi ſqualore uerſari? an ue
to ſplendidas & maieſtate regia dignas ueſtes accipientem paulopoſt uirum cui uirgo
etiam nupſi interemptum aſpicere? qui niſi filiorum atq; uxoris lachrymis flexerit ſe
ueritatem tuam: maiores etiam q̄ tuipſe uoles temeritatis ſuæ pœnas dabit: ſiquidem
me quam uehementer amat in conſpectu ſuo morientem uiſurus eſt. Qua enim iam
iam ultra fiducia inter cæteras mulieres mihi uiuere licet: quippe cui nec apud uirum
nec apud patrem ſupplicanti miſericordiæ locus ullus relinquitur? Verum ea me cōdi
tione genitam puto: ut & uxor & filia ſemper apud meos miſera atq; cōtempta fore de
beam. Quod ſiqua eſt idonea ratio deprecandi: illa me tunc uſam fuiſſe arbitror: cum
uiri iniuſticiam accuſans illius erga te ſeuitiam deteſtabar: ſed tu nunc omnes eius iu
rias iniuſtiſſimas fuiſſe comprobas: ſiquidem regnum tāti faciēdum eſſe demōſtras:
ut eius potiundi cauſa & generos & filios necare fas eſſe arbitreris. Hæc magna cū gra
uitate locuta Chilonis faciem ſupra Cleōbroti caput depoſuit: oculos uero lach[illegible]mis
& mærore graues ī eos qui circum adſtabant defixit. Leonidas uero pauca cum amicis
locutus Cleombrotum exulem eſſe iuſſit: filiā autem ut ſecū maneret orabat: q̄ eum
uſq; adeo ſibi deditū agnoſceret: ut uiro qui tam grauiter cōtra ſe deliquiſſet: ſui gra
tia pepercerit: nec tamen id filiæ perſuadere potuit: ſed ſurgenti uiro filiorum alterum
in manus tradens: alterum uero ipſa ex manu ducens: aram dei iuxta quam conſede
rant: uenerata una cum uiro e templo digreſſa eſt: magnum profecto uirtutis exēplū
ut niſi penitus inanis gloriæ tumiditate Cleombroti mens obcæcata eſſet: ſibi fœlici
us exilium q̄ regnum ob talem mulierem exiſtimare deberet. Plus igitur Cleombroto
Leonidas Ephoris quoq; magiſtratu ſe abdicare iuſſis aliiſq; ī eorū locum ſuffectis: ip
ſe iſidias Agidi parare adortus eſt: ac primo leuibus uerbis hortari: ut omni timore de
poſito ſecum una regnare uellet: facile enim a ciuibus ueniam impetraturum: q̄ intel
ligant eum cum propter adoleſcentiam: tum propter ambitionem ab Hageſilao fuiſ
ſe deceptum. His uerbis cum nihilo magis e ſententia dimoueretur Agis: atq; in ciuita
te uitam duceret: Leonidas aperte illum inſectari deſtitit: uerum Amphares & Demo
chares unaq; cum his Archeſilaus frequenter illum adire multaq; ſecum loqui aſſue
uerunt: & iam eouſq; familiaritatis proceſſerant: ut e templo digreſſum ad balneū
quod non procul aberat: plærunq; deducerent: atq; inde lotum rurſus uſq; ad tēplum
proſequeretur. Erant enim iam pridem ob diuturnam conſuetudinem ſūma illi fami
liaritate coniuncti. Præcipue uero inter cæteros Amſares qui ueſtes plærunq; ab Ageſi
ſtrata dono capiens conuiuo quoq; ab eadem perſæpe excipiebatur. Is maxīe inſidias

Agidi comparans uehemẽter Leonidam atq; Ephoros: e quoꝝ numero ipſe erat unus: contra Agidem irritabat: mulieribus facile ſe Leonidam placaturum eſſe dictitans. Cũ igitur Agis aſſidue ſe intra templum cõtineret: niſi cum forte ad balneum quod antea diximus proficiſceretur: ibi eum deprehendere cum extra templum eſſet ſtatuerũt. Igitur lauantem illum aliquando conſpicati redeũtem poſtea ad templum obuiam facti ſalutauere: atq; inito (ut antea conſueuerant) ſermone iocis riſuq; fraudem diſſimulantes perducebant. Cumq; ad obliquum uiæ quæ ad carcerem ducit peruenisſẽt: Amphares qui ob magiſtratum quem gerebat: Agidi ĩtereundum propius adſtabat: apprehẽſa ueſte ego te inquit ad Ephoros Agis deduco: rationem eorum quæ ĩ magiſtratu geſſiſti dicturum. Democharis uero & robore & magnitudine corporis præſtans ueſte circa eius collum obuoluta reluctantem trahebat. Cæteri uero ad id negocium præparati retro proſequebantur. Cumq; nemo auxilium ferre auderet: omnium ope deſtitutus ĩ carcerem coniectus eſt. Iamq; Leonidas mercenarios milites cum armis ducens aderat: & totam domum armatis circũſepſerat. Ephori autem ad Agidem ingreſſi cum ſenatoribus aliquot quos una ſecum ſentire nouerant: ut iudicii ſpeciem quandam præberent: iuſſerunt Agidem de rebus a ſe in adminiſtrãda rep. geſtis dicere. Cũ ad hæc Agis illorum cognita ſimulatione ſubrixiſſet: Amphares impudentiæ illum ſe dixit accuſare: alius uero quaſi euadendi periculi occaſionẽ monſtrare uolens interrogauit: an quæ geſſerat ab Hageſilao & Lyſãdro coactus geſſiſſet. Cũ ille ſe a nemine coactum ea geſſiſſe fateretur: ſed Lycurgi amore atq; admiratione cõmotum eandem reip. gubernandæ rationem inire uoluiſſe: rurſus idem Ephorus an talia ſe aggreſſũ fuiſſe pœniteret interrogauit. Agis uero nulla ſe tangi pœnitẽtia pro his dixit: quæ prudẽter honeſteq; cõſuluiſſet: q̃uis mortem ſibi ea de cauſa ſubeundã animaduerteret. His auditis Ephori morte damnatum ut in dechada ipſum deducerent: miniſtris præcepere. Eſt autẽ dechas in carcere locus in quo morte damnatos ſtrangulari conſuetudo fuit. Animaduertens autem Democharis miniſtros Agidem attrectare non audere: necnon & cõductos milites id muneris refugere: q; nefas arbitrarentur corpori regio manus afferre: ipſe minitabundus & aduerſus illos conuitia iactans in eum quem diximus locum Agidẽ traxit: & iã captiuitatis huius ad populum fama peruenerat: & fluctuantis multitudinis ſtrepitus ante carceris ianuam audiebatur. Iamq; Agidis mater & auia ad carceris fores peruenerant: clamoribus atq; ululatibus petentes ut Lacedæmonum regi apud ſuos ciues dicendi cauſam poteſtas fieret: quibus rebus Agidis hoſtes perterriti ſuppliciũ de ipſo ſumere properabant: ueriti ne futura nocte frequentior conueniens multitudo e carcere ipſum diriperet. Deductus igitur ad ſupplicium Agis: cum littorem plorãtem & circa opus titubãtem animaduertiſſet: omitte pro me has lachrymas amice inquit. Sic enim ĩiuſte contraq; ciuitatis leges moriens longe melior ſum: q̃ qui me nup mortẽ damnarunt: atq; hæc dicens ultro collum laqueo innectendum præbuit. Amphares poſt hæc ad carceris ianuam ueniẽs: cum Ageſiſtratam ob doloris magnitudinem humi proſtratam offendiſſet: propter eam quam ſecum habuerat familiaritatem: manu illam ſubleuans nihil eſt ĩquit quod de Agide pertimeſcas: nulla enim ſibi uis aut crudelitas affertur: quin etiam ſi placet ad filium ingredi potes. Ipſa uero ut matrẽ quoq; ducere liceret rogante: nihil ĩquit Amphares ipſam etiam tecum ducere prohibet. Ambas itaq; de manu ſumens cum introduxiſſet: carceris fores poſt ſe claudi imperat: & Archidamiam ſane præcedere iuſſit mulierem iam propemodum ſenio confectã. Sed quæ maximo honore ſummaq; apud ciues dignitate & de publicis rebus peritia haberetur. Hanc igitur ut dixi præcedentem cum interfici Amphares præcepiſſet: Ageſiſtratam ad filium ingredi iubet: quæ ut primo locum ingreſſa eſt humi iacẽtem filium ac matrem mortuam quidem uerum adhuc e laqueo pendentem conſpexit: atq; ipſa miniſtros adiuuans cũ propriis manibus e laqueo matrẽ depoſuiſſet iuxta Agidis corpus extenſam compoſuit: utrunq; una & eadem contegens ueſte. Tum ſupra filii corpus

procumbens diuq; faciem illius exoſculata: nimia filii in patriam caritas: nimiaq; humanitas ac manſuetudo te ſimul inquit & nos perdidit. Amphares autē ab hoſtio carceris iſta proſpiciens ac ſimul uoces exaudiens: locum in quo ipſa erat ingreſſus iracundia exæſtuans: q; talia īquit filio ſuaſiſti Agiſiſtrata: eadem tu quoq; es paſſura: & Agiſiſtrata ſeſe laqueo ſubmittens in hoc duntaxat inquit Spartæ utilis fui. Cum tāti ſceleris fama in populum manaſſet: & tria eſſent elata cadauera: non tantum apud ciues poterat timor: quī palam de his quæ geſta fuerant quererentur: atq; apertum odium in Leonidam Ampharemq; demonſtrarent: nihil ſceleſtius nihil magis impium Spartæ geſtum eſſe dictitantes: ex quo Dorii Peloponneſum tenuere. Lacedæmoniorū eīm regi ne in pugna quidem obuiantes hoſtes temere manus afferre audere: ſed retrocedere potius conſueuiſſe regiam maieſtatem uenerātes. Itaq; cū per multa aduerſus græcos Lacedæmonii bella geſſerint: unum duntaxat Cleombrotum ante Philippi tēpora in leutris uulneratum occubuiſſe memoriæ proditum eſt. Meſſenii uero Theopompum quoq; ab Ariſtomene interfectum aſſerunt: quibus minime aſſentiuntur Lacedæmonii: neq; enim interfectum ſed uulneratum duntaxat fuiſſe perhibent. Verum hæc ambiguitatis nonnihil habent: ſed Spartæ quidem primum Agidem ex his qui regnarunt ab Ephoris interfectum fuiſſe cōſtat. Opus ſane pulcherrimum & Sparta dignum in ciuitate moliri auſum: cum & in ea eſſet adhuc ætate conſtitutus: ī qua homines ſiquid errauerint: facile ueniam conſequi ſolent: atq; ab amicis potius q̄ inimicis accuſandus: q; & Leonidam periculo liberauerit: & tātum cæteris adhibuerit fidei: q; eſſet ingenio mitis ac perhumanus. Interfecto Agide Leonidas fratrem eius Archidamū q; repente ex urbe aufugerat: comprehendere non ualuit. At uero Agidis uxorem cū infanti filio relictam: cum ex mariti domo īuitam abſtrahi iuſſiſſet: Cleomeni filio quā q̄ admodum adoleſcenti in matrimonium dedit: neq; enim illam alteri nubere uolebat: q; cum eſſet Gilippi filia magnas ex illius hæreditate diuitias poſſidebat: præterea corporis forma cæteris ætatis ſuæ mulieribus præſtare dicebatur. Hæc igitur Cleomeni coniuncta q̄uis extremo odio Leonidam odiſſet: ſummo tamen amore & beniuolētia Cleomenem complexa eſt: qui & ipſam mutuo diligens non parum eius ſortem miſerebatur: ſi quando Agidis memoria incidiſſet: atq; eo magis illam amabat: quo magis defuncti uiri memoriam colere animaduertebat. Itaq; ſæpius illam de rebus ab Agide geſtis interrogabat diligenter: his quæ ab ea dicerentur mentem adhibens: cum Agidis mentem conſiliaq; referret. Erat autem gloriæ appetens: magnanimuſq; natura Cleomenes: ad frugalitatem uero modeſtiamq; non minus Agide procliuis: cautione uero ac manſuetudine nequaq̄ par: ſed īerat animo ſtimulus & appetitus quidam uehemētior ad id quod honeſtum ſibi uidetur aſſidue ipſum compellens. Itaq; optimum fore putabat ſi uolentes ciues ad honeſtam uiuendi normam redigere poſſet: ſin minus nō abſurdum eſſe arbitrabatur ipſos per uim ad meliores mores compellere: nec ſane placebant ei deſidia uoluptaſq; ciuitatis: quibus plæroſq; deditos animaduertebat. Regis uero mores nulli negocio animum intendentis modo ne quis ocium cui uacabat interpellaret. Præterea deliciarum proſecutionem ſūmopere damnabat. Nam ex hac regis negligentia fiebat: ut publicarum rerum cura poſthabita quiſq; lucro & cōmodis propriis indulgeret. Exercitationis uero modeſtiæq; iuuentutis præterea æqualitatis ac fortitudinis quæ omnia ſimul cum Agide interierant: ne meminiſſe quidem ſatis tutum putabatur. Traditur adoleſcentem adhuc Cleomenem philoſophiæ operam dediſſe: cum Spherus quidam Boriſtenes Lacedæmonem ueniēs erudiendis adoleſcētibus uacaret. Hic Spherus inter Zenonis Ciciei diſcipulos prīceps habebatur. Hic igitur magnitudinem animi ac fortitudinem quam ī Cleomene deprehēderat: uehemēter amās magis magiſq; illius ambitionem excitauerat. Nam Leonidam illum uetuſtiorem memoriæ proditum eſt: interrogatum aliquando qualis ſibi poeta fuiſſe uideretur Tyrtheus: reſpondiſſe bonum ad iuuenum animos incitandos. Illius enim carminibus

permoti tanq̃ aliquo furore correpti: nullis parcentes periculis in pugnas ruunt. Verũ Stoicorum diſciplina acumen habet quoddam: quo magna & acuta ingenia facile ad ſecuritatem eriguntur: ita ut nihil pertimeſcere conſueſcant: quod ſi in facilem ac mã ſuetum animum inciderit: illum ĩ proprio bono cõſeruat atq; corroborat. Igitur poſt Leonidæ mortem cum regnũ Cleomenes ſuſcepiſſet: ciues omnino moribus ſolutos animaduertit: cum diuites luxuriæ delitiiſq; uacantes reip. curationem contemnerẽt: plæbs autem erga priuatas res male ſeſe habens ad bellum penitus inutilis procul ab omni dignitatis aut honoris cura uitam duceret: & regiæ quidem poteſtatis nomẽ dũ taxat apud ſe eſſe cõſpiciebat. Poteſtatem uero omnium rerum ſtatum permutare cõ ſtituit. Erat ei inter amicos præcipuus quidam nomine Xenarus: qui cum illũ in ado leſcentia adamaſſet: quod inſpirare appellant Lacedæmonii: poſtea ſemper ĩ eius per/ manſerat amicicia. Huius igitur animum explorare cupiens Cleomenes: cõſiliũ diſſi/ mulans rogitabat: qualis illi rex uiſus fuiſſet Agis: & quo pacto quorũq; conſilio eam reip. inſtituendæ uiam ingreſſus eſſet. At Xenarus primo non inuitus talia memini: ſſe & libenter ſingula quonam pacto geſta eſſẽt enarrare. Poſt ubi Cleomenem his rebus magis permoueri atq; adhibere animum intellexit: q; eadem ſæpius narrata rurſus eti am peteret audire: iratus ei quaſi non ſatis mentis compos eſſet: paulatim ſeſe ab eius colloquio conſuetudineq; remouit: nulli tamen diſſẽſionis cauſas aperiens. Igitur ab/ nuente negocium Xenaro: Cleomenes alios quoq; amicos idem animo habituros exi/ ſtimans: ipſe intra ſe rei totius peragendæ modum componere ſtatuit. Cumq; in bello faciliorem q̃ in pace ad res permutandas occaſionem fore putaret: aduerſus Achæos ci uitatem concitauit: ipſis ultro calumniæ materiã ſubminiſtrãtibus. Aratus enim pluri mum inter Achæos ea tempeſtate potens Peloponneſum omnem ĩ unam conferẽdi tri buti redigere ſocietatem conatus eſt: atq; hunc ſibi multorum laborũ & diuturnæ mi litiæ finem propoſuerat: putans ita demum ab externis hoſtibus Peloponneſos inſu/ perabiles fore. Cum huic reliqui ferme omnes aſſentirentur: Elienſes Lacedæmoniiq; aduerſabãtur: & præterea Arcadum pars quæ Lacedæmoniis fauebat. Igitur poſt Le onidæ obitum Aratus Arcadibus bellum intulit: eos maxime qui Achæorum finibus adiacent: cladibus premens. Lacedæmonios uero & Cleomenem: q; eſſet admodũ ado/ leſcens contemnebat. His de cauſis Ephori cõmoti Cleomenem cũ exercitu miſere: ut Palladis templũ in Veluina poſitũ occuparet. Illinc enĩ in agrum laconicum ingreſſus patet: & tum forte Lacedæmoniis de eo loco aduerſus Megalipolitanos erat diſcepta/ tio. Hũc igitur locũ Cleomenes occupatũ cũ muris præſidiſq; muniiſſet: Aratus nul/ la prius belli denũtiatione facta noctu exercitum ducens in Tegeatas & Orchomeni/ os proficiſcitur: ſperans per proditiones eas urbes occupare poſſe. Verũ proditoribus ob timorẽ promiſſã operã haud quaq̃ præſtantibus: Aratus eodẽ quo uenerat itinere: regreſſus eſt: putans profectionẽ hanc ob celeritatẽ latere. Ad hunc Cleomenes ironia quadam & diſſimulatione utens tanq̃ ad amicum ſcripſit: rogans quam in partem no ctu duxiſſet exercitum. Ad hæc Aratus reſcripſit nũtiatum ſibi eſſe uelle Cleomenem Veluinam munire: ſe uero ut id prohiberet noctu cum exercitu profectum. Ad ea Cle/ omenes alio miſſo nuntio ſe quidem his quæ ille reſpondiſſet fidem adhibere inquit: ſed rogare niſi quid forte ſit impedimento: ut reſcribat: quanam de cauſa laternas ſe/ cum & ſcalas detuliſſet. Ad hoc dictum ſubridens Aratus: qualis iſte eſſet adoleſcens ĩ terrogauit. Tum Democrates Lacedæmoniorum exul: ego tibi inquit ſiquid aduerſus Lacedæmonios moliris: properandum cẽſeo anteq̃ pullus hic per ætatẽ aculeo uti poſ ſit. His peractis Cleomeni cum paucis admodũ equitibus & peditibus trecentis in Ar cadiam ad concitandum bellum profecto Ephori magnitudinem belli formidantes: ut retrocederet imperarũt: quorum ille præceptis cum paruiſſet: Aratus repente Caphias occupauit. Tum Ephori Cleomenem rurſus ad ea loca exercitum ducere præceperũt: qui cum Methidrio capto argolicum agrum peruaderet: Achæi uigĩti milium peditũ

& equitum mille exercitum emisere. Quibus copiis Aristomachus præerat imperator: qui cum apud Palantium sese Arato coniunxisset: Cleomenes pugnādi copiam hostibus fecit. Verum Aratus eius audaciam reformidans: imperatorem a certamine deterrens retrocedere hortatus est. Quapropter multis probris ab Achæis lacessitus: a Lacedæmoniis uero delusus atq; contemptus abiit: q̄ eos tantopere metuisset: cum non amplius quinq; milibus militum per id tēporis in exercitu habuissent. Ex hoc magna Cleomenes audacia uir haberi cœpit. Ipse quoq; maiore iam ītercives fiducia uersabatur: cum plærisq; illius gesta considerantes ueterum regum sibi uenire in memoriam asserent: sub quibus Lacedæmonii nunq̄ de numero hostium sed ubinam consedissent p cunctari soliti fuerunt. Post hæc Eliensibus ab Achæis bello pressis Cleomenes auxiliū ferens primo aduentu circa Lyceum Achæorum exercitum fugauit: & fugientes insecutus permultos occidit: plurimos etiā uiuentes cæpit: atq; ita fusus fugatusq; exercitus est: ut Aratum in ea pugna cecidisse apud plærosq; fama uulgauerit. Verum ipse diligenter occasione captata repente ex pugna Mantineam se contulit: atq; eam urbem nihil tale suspicantibus ciuibus improuiso adortus cū occupasset præsidiis firmauit. Igitur Lacedæmonii cum belli cœpta haud quaq̄ succederent: Cleomenem eorum quæ in exercitu gesserat rationem reddere postulabāt. His causis permotus Cleomenes Archidamum Agidis fratrem Messana Lacedæmonem reuocare constituit: q̄ ad eum ex altera familia successionis iure regnum spectabat: existimans ita demum Ephororum potestatem ībecilliorem futuram: si regnum omni ex parte profectum stabilitūq; fuisset. At hi qui interficiendi Agidis causa fuerant: ueriti ne regnum capiēte Archidamo perpetrati sceleris pœnas darent: clanculum uenientem læti excepere atq; in urbem deductum interfecerunt: siue īuito Cleomene ut Philarchus arbitratur: siue amicorū cōsiliis persuaso. Magna &enim facinoris huius culpa in eos redūdauit: q̄ Cleomenem huic sceleri per uim assentiri coegissent. Post hæc rursus ad permutandum statum ciuitatis intendens animum Ephoris pecunia delinitis: ut sibi exercitum decernāt persuadet: multos sibi per matris humanitatem liberalitatemq; concilians. Ea siquidem pecunias assidue filio subministrans: apud omnes gratiam inire conabatur: quī etiā quo maiorem filio conciliaret beniuolentiam: quāq̄ penitus a nuptiis eius animus abhorreret tum: uiro qui plurimum per id temporis in ciuitate poterat: in matrimonium iungi passa est: ut per eum stabiliorem filio potentiam cōstitueret. Educens igitur exercitū Cleomenes Leutas megalipolitani agri ciuitatē occupauit. Aduersus hunc Achæi Aratum cum exercitu proficisci iubent: & sub ipsa urbe structis aciebus cum dimicassent: parte duntaxat exercitus Cleomenes superatus est. Nam uallem quandam satis profundam Aratus Achæos transire persequendi causa prohibuit. Id Lidiades Megalipolitanus cum animaduertisset: ira simul atq; indignatione percitus equites qui secū aderant cohortatus in hostes emisit: qui dum fugientes persequuntur incautius in locum multis arbustis uinetisq; præterea fossis & murorum ruinis impeditissimum deuenere: quod ubi Cleomenes animaduertit: Tarentinos & Cretenses milites impeditos hostes inuadere iubet: a quibus Lidiades cum omni equitatu circunuentus fortiter dimicans occubuit. Hac uictoria sublati Lacedæmonii magno clamore in Achæos ferebantur. Cumq; non procul iam abessent: omnem exercitum in fugam uertere: in qua cum plurima etiam cecidissent reliquorum corpora ad sepulturam petentibus hostibus cōcessit Cleomenes. Verum Lidiadæ cadauer ad se portari iubens: cum purpureo amictu coronaq; ipsum ornasset: ad Megalipolis portas deferri præcepit. Hic Lidiades uir magna uirtute atq; animo fuit: qui etiam deposita tyrannide ciuibus in libertatem restitutis persuasit: ut sese ac ciuitatem Achæis permitterent. His ita gestis Cleomenes maiora iā animo percipiens nō dubitabat: quin facile Achæos esset superaturus: modo rebus domi pro suo arbitrio uti posset. Igitur Megisconum uictricū suū admonet opus esse: ut pulsis e magistratu Ephoris & priuatorum ciuium fortunis in cōmune positis

atq; omnibus ciuibus ad æqualitatem redactis totius græciæ principatum Lacedæmoniis uendicent: quibus ille cum facile assentiretur: paucos præterea ex amicis huius consilii participes assumpsit. Talia meditante Cleomene forte accidit: ut ex Ephoris cuidã ĩ Pasyphæ templo dormienti somnium appareret huiusmodi. Videbatur enim quo in loco Ephori iuri dicendo conuenire assueuerant: unam duntaxat sellã existere: quatuor autem quæ antea fuerant deiectas esse. quo spectaculo cum ipse attonitus mirare tur: uocem e templi adyto uisus ẽ audiĩ: quæ diceret: hoc Spartæ fatale esse. Hæc ut gesta fuerant: cum Ephorus Cleomeni nũtiaret: primo quidem turbatus Cleomenes ne forte sui tentandi gratia hæc ab Ephoro fingerentur suspicabatur. Postq̃ uero nihil illum mẽtiri animaduertit: maiori fiducia destinatum iam animo opus aggrediẽs: quot quot in ciuitate suspectos habebat: & quos cœptis suis censebat aduersarii secũ in exercitu ducens Hieram & Alseam Achæorum ciuitatis cæpit: & frumenti plurimũ Orchomenium importari iussit. Inde contra Mantineam duxit exercitum. Itaq; multis magnisq; negociis ciues implicans: & modo huc modo illuc rapiens exercitũ effecit: ut magna pars illorum quos secum duxerat: ultro ab ipso peterent: ut in Arcadia subsistere liceret. Post hæc mercenarios milites secum ducens Spartam rediit: atq; in itinere plurimos quos sibi fidos esse nouerat: consilia cum ipsis cõmunicando rei gerendæ socios adiunxit: tantaq; celeritate iter illud confecit: ut pene cœnãtes oppresserit Ephoros. Cũ enim ciuitati iam propinquaret: Euriclidam ad locum ubi Ephori conuiuabantur præmittit: quasi noua quædam ab exercitu nuntiaturum. Tyrichium uero ac duos ex his qui secum fuerant educati: quos Lacedæmonii Samothracas appellãt: cum paucis militibus subsequi iubet. Cumq; adhuc Euriclidas apud Ephoros ĩ colloquio uersaretur: superuenientes qui a Cleomene missi fuerant: nudatis gladiis Ephoros inuasere. Itaq; primus omnium Agileus in ipso impetu grauiter saucius cum sese mortuum simularet: diu immobilis humi prostratus iacuit: demum nemine animaduertente in Sacellũ timori dicatum: quod triclinio proximum erat: clãculum se proripuit. Id cum semper alias clausum esse consueuisset: tunc forte quadam Agilei bono omine patebat. In id igitur ingressus Agileus hostio clauso delituit. Quattuor uero ĩterfectis Ephoris supra decem etiam ex his qui auxilium ferre uoluerant cecidere. Eorum uero qui ĩermes quietiq; spectabant: nemini omnino uis est allata: nec uolentium ciuitate egredi quisquã prohibitus est: quin etiam Agileus postridie a sacello digressus ueniam meruit. Sunt autem apud Lacedæmonios non timori tantum: sed morti etiam & risui & aliis huiusce modi affectibus templa dicata. Timorem autem nõ sicut alios dæmonas uenerãtur: quos tanq̃ noxios abesse procul a ciuitate uolunt: sed remp. maxime timore contineri arbitrantur. Iccirco Ephori cum primo ineunt magistratum: ut Aristoteles inquit: dimisso per urbem præcone ciuibus præcipiũt: ut singuli barbam circa mentum tondeant: & legibus obseruandis intendant animum: ne forte cõtra quempiam sæuire cogãtur. Atqui ut arbitror de tondenda barba præceptum eo spectat: ut iuniores etiam ĩ rebus minimis obtemperare magistratibus assuescant: quin etiam fortitudinem non cauentiam metus sed ignominiæ ac turpidinis: timorem quendam existimasse prisci uidentur. Qui enim maxime leges timent: hi aduersus hostes audacissimi sunt: & aspera laborioſaq; perpeti minime formidant: qui male audire plurimum timẽt. Recte itaq; dixisse uidetur poeta inquiens: Hinc timor: illĩc urgebat uerecundia. Homerus quoq; dicentem ĩducit Helenam: O metuende mihi semper semperq; uerẽde Care socer. & alibi: Tanti ac tremebundi uerebantur ductores suos. Nam uereri timereq; præcipuũ multitudinis esse uidetur. Propterea Lacedæmonii iuxta Ephororũ triclinium timoris sacellum positum ẽ. Postridie Cleomenes octuagĩta ciues proscriptos ĩ exilium misit: dissectisq; Ephororum sellis unam duntaxat stare permisit: in qua sedens ipse iura populo dicturus erat. Post hæc aduocata concione de his quæ ab eo fuerant acta disseruit: & a Lycurgo narrandi principium faciens dixit eius regis temporibus seniores

quoſdam regibus ad conſultandum adhibitos fuiſſe: atq; eo pacto diu remp. diligēter adminiſtratam nullo alio eguiſſe magiſtratu. Procedēte uero tempore cum bello Meſſinenſi magno ſane ac diuturno reges ad exercitum impliciti tenerentur: nec domi iuri dicundo uacare poſſent: quoſdam ex amicorum numero a regibus fuiſſe delectos: qui domi apud ciues interea regis uicem gerentes Ephori ſunt appellati: diutiuſq; hāc permanſiſſe conſuetudinem: ut Ephori pro miniſtris regum haberentur: inde paulatim omnem in ſe tranſtuliſſe potentiam: eoq; iam licētiæ peruenisſe: ut ſeorſum a rege magiſtratum proprium Ephoriam conſtituerint. Eorum uero quod antea dixiſſet ſignū eſſet: q; accerſentibus regem Ephoris: nec primæ nec ſecundæ uocationi rex paret. Tertio uero uocatus exurgens ad eos proficiſcitur: ac primum quidem Aſteropeium quendam fuiſſe: qui maxime Ephororum potētiam auxerit: quem multis poſt Lycurgum ætatibus hunc magiſtratum geſſiſſe conſtat: Verum ſe arbitrari ſatius fuiſſe potentia quam habebant uti moderate: q̄ omnem ſibi licentiam arrogantes legitime a rep. inſtitutam legis poteſtatem ſoluere conari: quod eos iā ſæpenumero tentaſſe nō eſt obſcurum: cum regum alios e ciuitate pepulerint: alios indicta cauſa extremo affecerīt ſupplicio: quod ſane haud quaq̄ ultra fuerat tolerandum: ut pulcherrima diuiniſſimaq; omnium quæ unq̄ Spartæ fuerint poteſtas horum ſuperbia licentiaq; īteriret. Quod ſi mihi inquit ſine cuiuſq̄ cæde licuiſſet inueteratos ciuitatis morbos ſanare: nimios uidelicet ſumptus atq; delicias inſuper æris alieni magnitudinem atq; uſuras: tum his etiam antiquiora mala: diuitias ac paupertatem: fœliciſſimum utiq; regū omniū me fuiſſe arbitrarer: q; tanq̄ medicus abſq; dolore patriæ mederi uoluiſſem. Nunc autem neceſſitatis huius Lycurgum teſtem imploro: qui cum neq; rex eſſet: nec ullū omnino gereret magiſtratum: ſed priuatus regnum occupare uolens: cum armis in concionem proceſſit: cuius timore percitus Carilus rex confugit in templum. Inde q; erat ingenio mitis & amator patriæ repente Lycurgo ī rebus agēdis ſociū ſeſe præbuit: eūq; ī permutādo ſtatum ciuitatis adiuuit. Satis igitur ipſa re comprobauit Lycurgus nō facile poſſe abſq; ui & timore ſtatum ciuitatis permutari: quibus ego tamen modeſtiſſime uſus ſum: eos duntaxat eiiciēs e ciuitate quos Lacedæmoniorum ſaluti impedimēto futuros eſſe cognouerā. At uero omnes qui ſunt ī ciuitate: oportet agros reliquaſq; fortunas ī commune conferre: atq; omne æs alienum debitoribus condonare. Præterea ex peregrinis eos eligere qui nobiſcum una in ciuitate habendi ſunt: ut hoc pacto optimi omnium euadentes ſpartiatæ ciuitatem a periculis tutari poſſint: utq; Etholis & Illyriis prædas e Laconica abigendi finem imponamus: ſiquidem ipſi ob id duntaxat talia audent: q; uacuam defenſoribus regionem cōſpiciunt. His dictis primus ipſe fortunas omnes ī medium contulit. Idem & uictricus eius Megiſtonus & amicorum cæteri fecere: quos omnes ſubinde ciues ſubſecuti ſunt: ager etiam omnis æqua in ſingulos portione diuiſus eſt: cuius partem his etiam quos ī exilium miſerat adiudicauit. Tum ciues omnes ī certos diſtribuit ordines: ac rebus iam quiete conſtitutis: colonis quos fidiſſimos eſſe arbitrabatur: quiq; ingenio præſtabant: ciuitatem ſuppleuit: & militum quattuor milia ex iiſdem conſcripta docuit pro lāceis ſariſſis uti: quas utraq; manu & geſtare & torquere aſſuefecit. Præterea clypeum non ex anulo ſuſpēſum: ſed brachio inſertum geſtare docuit. His peractis ad iuuenum diſciplinas & uiuendi normam īſtituendam conuertit animum: in quo Sphero præcipue adiutore uſum fuiſſe tradunt: & repēte gymnaſia paleſtraſq; ſatis congruo erexit ornatu. Pauci igitur neceſſitate coacti: ſed hi etiam q̄uis inuiti uerum pars maior uolens in generoſam & ueterem laconicam uiuendi conſuetudinem rediere: quin etiam quo Monarchiæ nominis inſolentiam leniret: Euclidam fratrem ſecum regnare iuſſit: & tunc dūtaxat apud ſpartiatas duos ex eadem familia regnare contigit. Rebus igitur urbanis ita ut diximus conſtitutis: cum audiſſet Aratum atq; Achæos maxime ſe per id tēporis ciues eſſe arbitrari: q; Cleomenem propter regni nouitatem ab urbe nequaq̄ diſceſſurum putarent: ne tāta re-

perturbatione commotam atq; adhuc ſuſpenſam relinqueret ciuitatem: non indecorum nec inutile fore putauit ſui exercitus promptitudinem & ferocitatē hoſtibus oſtētare. Igitur agrum megalipolitanum ingreſſus: lateq; cuncta populatus īgenti præda ditatum exercitum reduxit: cum plurimum detrimenti hoſtibus intuliſſet. Inde uenientes Meſſana bacchanalium artifices apprehēdens cōſtituto pro temporis & loci opportunitate theatro in hoſtili terra minas conferens quadraginta per integrum diem ludos inſtituit: eoſq; ſedens ipſe ſpectauit: non q; ſpectaculi admodum uoluptate aut cupiditate teneretur: ſed tanq̄ hoſtium dedecori inſudans: ac ſimul licentiam & cōtēptū oſtentans ſuum. Conſtat ex regiis græcorum exercitibus hunc ſolum neq; mimos aut pſaltrias neq; fidicinas habuiſſe: ſed omni penitus adulatione ac ſcurilitate omniq; petulantia carebat: cum iuuenes perdiſcendis moribus: ſenes uero iiſdem edocendis operæ plurimum ac temporis impertirent. Quod ſiquādo relaxationis aliquid affectarēt: eam facetiis liberalibus iociſq; non turpibus inuicem certātes aſſequebātur: quod uel maxime laconū eſſe uidetur. Quid uero utilitatis habeat huiuſmodi iocandi genus: in his quæ de Lycurgo ſcripta ſunt: enarrauimus. Verū īter omnes rex ipſe cæteris erat præceptor egregius: modeſtam & frugalem uitam ducens: nihil faſtus aut deliciarum habentem: ac uelut optimum exemplum uiuendi quod ſibi ad res gerendas adiumēti plurimum attulit. Siquis enim alios ad reges acceſſerit: nō tā diuitiarum & luxus magnitudine obſtupeſcet: q̄ ſuperbiam atq; inſolentiā oderit: quibus faſtidioſe atq; aſpere in eos qui ſua opera indigent: uti conſueuerunt. Qui uero Cleomenem adibant: cū tamen rex dici ſimul & haberi uellet: non purpuram: non laticlauum: non triclinioru aut ſellarum ingentes apparatus conſpiciebant: non littorum aut ianitorum turbam: non ſcribarum multitudinem: qui diu multumq; rogati uix tandem per litterulas reſpondere dignantur: ſed ipſe breui tunica amictus ultro ſeſe uenientibus offerens aderat: petentibus comiter benigneq; reſpondens: ſummaq; humanitate & loqui & audiī paratus. Itaq; inter populares homines utrūq; ſors tuliſſet: humaniter benigneq; uerſatus: carus acceptuſq; omnibus erat: ſolum hunc dignum qui ab Hercule natus exiſtimetur dictitantibus. Cœnandi uero quotidianus apparatus uno duntaxat poſito triclinio erat. Iſq; exiguus ſane laconicæ parſimoniæ cōueniēs. Quod ſi ſeniores quoſdam aut hoſpites conuiuio adhibuiſſet: lecti alii duo ſternebātur: ac paulo lautius miniſtri menſam ſtruebant: non aromatum dulcedine aut uariorum ſaporum genere cōditis dapibus: ſed tantum ut copia largior paulo & uinum aliquāto ſuauius eſſet. Nā amicorum cuidam aliquando ſubiratus eſt: q; hoſpites conuiuio ſuſcipiens uinum nigrum duntaxat: & panem duratum igni appoſuiſſet: ſicut in Lacedæmonum celebritatibus: quam fidiciam nūcupant fieri conſueuit. Non enim oportere īquit erga hoſpites tam exacte laconicum morem ſeruare. ſublatis autem menſis tripes æneus cum æneo cratere qui uino plenus erat inferri conſueuit. Duæ præterea ex argento phialæ cotilas binas capientes & argentea pocula admodum parua: his quantum cuiq; libuiſſet bibere licebat: nolenti autem nemo poculum porrigebat: aurium uero oblectatio nec aderat ſane: neq; admodum expetebatur. Ipſe enim ſermone ſuo potationes oblectaī conſueuit: nūc ab aliis quippiā īterrogans: nūc aliquid ipſe narrās quod nec ſeria grauitate uacaret: & eſſet grata feſtiuitate iocoq; non petulanti conditum. Largitiones autem quibus alii reges ad capiendos homines uti conſueuerūt: iniuſtas penitus ac rege īdignas arbitrabatur: at ſermone blando atq; humanitate complecti homines præterea fide atq; īntegritate ad ſe amandū eoſdem allicere honeſtiſſimū & maxime regi conueniens exiſtimabat. Primi igitur Mantinenſes ipſū noctu uenientem in urbem introduxere: præſidioq; Achæorum deiecto ſeſe atq; urbem illius arbitrio permiſerunt: quibus ipſe remp. & reges reſtituēs eadem die Tegeam eſt profectus: & paulopoſt per Arcadiam iter faciēs Feras Achaiæ urbem peruenit: eo propoſito ut uel pugnam cū Achæis decertaret: uel Aratum pugnam detrectātem quaſi uictum ſuperatumq; ex Achaia

pelleret. Erat autem Arati apud Achæos potentia maxima. Igitur populariter egreſſis in campum Achæis cum caſtra in dimis Eccatonueum poſuiſſent: accedēs Cleomenes medium ſe inter dimas & hoſtium exercitum collocauit. Inde audacter Achæos prouocans ut ſecum congrederetur effecit: ipſiſq; ſuperatis & in fugam uerſis plurimos ī pugna interfecit: multos etiam uiuentes cæpit. Poſt hanc pugnam motis ad langum caſtris: atq; inde Achærum pulſo præſidio ciuitatem Eliēſibus reſtituit. Sic igitur afflictis Achærorum opibus cum ſingulis annis exercitum educere Aratus conſueuiſſet: tūc militiam recuſabat. Excuſationes quaſdam ſane inualidas petentibus atq; hortātibus Achæis prætendens: quod ipſum non ſatis honeſte facere uidebatur: qui ī tempeſtate gubernaculum deteriori cōcederet: & traditam ſibi a ciuibus negligeret poteſtatē. His auditis Cleomenes miſſis ad Achæos legatis nihil aſperum aut ſuperbum poſtulabat. Verum paulopoſt alios ſubmittens ut ſeſe in eius dederint poteſtatem: ſibiq; prīcipatum concederent ciuitatis petebat: aliud nihil eis allaturum eſſe promittens. Nam & captiuos reddere & ademptos agros reſtituere ſe uelle dicebat. Cum ad ea conſultanda inducias Achæi poſtulaſſent: & Cleomenem in Lernam ad colloquium uocarent: ꝙ ibi totius gentis concilium indixerant: accidit ut cum ī itinere aquam bibiſſet Cleomenes ſanguinis fluxu repente cōmoto propemodum ſuffocaretur: & uocis uſum pēitus amitteret. Quapropter nobiliores ex captiuis ad Achæos remittens: & colloquio in aliud tempus dilato: ipſe ad curandam ualitudinem Lacedæmonem ingreſſus eſt. Creditur hanc uiri cunctationem extremam rebus græciæ perniciem attuliſſe: quæ illius ductu & auſpicio præſentibus malis liberari: & certe Macedonum ſuperbiam atq; auariti am euitare facile poterat. Aratus enim ſiue ꝙ Cleomeni diffideret: ſiue ꝙ eius formidaret potentiam: ſiue ꝙ illius ĩuideret fœlicitati: qua illum præter ſpem auctum animad uertebat: cum ſibi etiam turpiſſimum fore putaret: ſi diuturnam gloriam & græciæ prī cipatum: quem annos tres & triginta tenuiſſet: ſubito ab adoleſcente ſibi eripi patere tur: principio Achæos quin ſe Cleomeni coniungerent: per uim prohibere conatus eſt. Poſt ubi parū id ſuccedeř animaduertit: ꝙ audacia Cleomenis Achæi perculſi: nequaq̄ abeo deſciſcere auderent: præſertim cum nihil ĩiuſtum petere uideretur: ſi in antiquū uiuendi morem Lacedæmonii Peloponneſum redigere tentarent: animum ad opus conuertit cum omni græco homine īdignum tum ſibi propter res domi foriſq; geſtas turpiſſimum minimeq; conueniens. Id autem erat ut Antigonum in græciam reuocaret: & Macedonibus impleret Peloponneſum: quos inde adoleſcens ipſe pepulerat: Corinthi arce ex eorum manibus liberata. Cūq; regibus omnibus īfenſus eſſet: tum præcipue Antigonum ipſū maledictis probriſq; lacerare conſueuerat: ut ex eius adhuc monumētis apparet: quibus multa ſeſe ægiſſe: multa etiam fuiſſe perpeſſum pro Atheniēſium ſalute teſtatur: ut eorum ciuitatē cuſtodia Macedonum liberaret: quos tamen in patriam ſuam atq; intra domeſticos parietes tunc armatos inducere properabat: ne Spartanorum regem ab Hercule oriundum: qui uetuſtum patriæ morem uiuendi in uſum reuocans tāq̄ diſſolutam harmoniam moderabatur: & ad ſāctas modeſtaſq; Lycurgi leges & uitam reducebat: Sicyonum quoq; regem īſcribi pateretur. Cumq; Laconici uictus ac ueſtitus aſperitatem refugeret: & id quod inter Cleomenis inſtituta tāq̄ duriſſimum accuſabat: diuitiarum & paupertatis adæquationē diademati purpuræq; macedonicæ & imperioſis ſatrapum iuſſis ſeſe atq; Achaiam omnem ſubdere non dubitabat: ac ne Cleomenis præceptis obtemperaret Antigono ſacra facerī coronatuſq; pean decantare in eius honorem: qui apoſtematis morbo paulopoſt īteritus eſt: poterat ſuſtinere. Verum hæc non accuſandi Arati gratia ſcripſimus. Fuit enī uir alioquin græcia dignus & ſummis uirtutibus prædituſ: ſed ut humanæ naturæ imbecillitatem miſerantes explicaremus: quæ nec etiam tantis ornata uirtutibus & tam ſanctis moribus inſtructa fructum inuidia carentem efferre poteſt. Interea cum Argos ad conuentum peragendum Achæi ueniſſent: eodēq; Cleomenes e Tegea mouens properaret. magna

erat ſpes omnium fore: ut quæ agenda erãt: inter eos componerẽtur. Igitur Aratus cõ uentionibus cum Antigono iam peractis ueritus ne ſi Cleomeni multitudinẽ alloquẽ di poteſtas fieret: aut ui aut ſuaſionibus in ſuam ſententiam traheret: Achæos a Cleo mene petere compulit: ut uel triginta obſidibus acceptis ſolus ipſe ad colloquendum ingrediatur ciuitatem: uel ad gymnaſium quod cillarauium appellant extra ciuitatem cum exercitu ueniens colloquatur. His mandatis auditis Cleomenes magna ſe ĩiuria ab illis affici querebatur: ꝙ oportuerat talia ſibi ſtatim a principio mandari: non cũ iam ad portas eorum eſſet promiſſis fraudantes uenientem expellere: epiſtolam quoq; ſuper hac re ad Achæos miſit: cuius maxima pars accuſationem Arati continebat. Mul ta etiam Aratus econtra de Cleomene apud plæbem conqueſtus omniũ animos a cõ ditionibus pacis alienauit. Miſſo igitur præcone Cleomenes repẽte bellum Achæis ĩdi xit: ex quo magna apud Achæos exorta eſt rerum permutatio: multæq; ab eis ciuitates defeceẽ: cum plæbs agrorum partitionem & debitorum miſſionem ſperaret: primores multis de cauſis Aratum grauiter ferrent: nonnullis etiam ſibi propterea ĩfẽſis: ꝙ Ma cedones in Peloponneſum traducere tentaret. His rebus confiſus Cleomenes exercitũ in Achaiam traiecit: primoq; aduẽtu Pellenem Achæorum præſidio pulſo occupauit. Inde in ferios & penteleios mouit caſtra. At Achæi proditionem Corynthi formidãtes equites plurimos atq; una cum his externos milites quos Argis habebant ſubtractos e ciuitate ad cuſtodiendum Corinthum miſere. Ipſi uero per Nemeam deſcẽdẽtes Ar gos ducebant exercitum. At Cleomenes id quod accidit arbitratus: fore ut magnã tur bationem ĩcuteret: ſi urbem imperita multitudine refercta & theatrorum ludis aſſu etam improuiſo adoriretur: noctu ciuitatis mœnibus admouit exercitum: & penes lo cum quem ipſi aſpidem appellant: murorum partem quæ theatro adiacet occupauit. Eſt autem locus aſper ſane ac deuius: quem cum occupatum Argiui ſenſiſſent: ita om nes animo perculſi ſunt: ut nemo ad reliquam ciuitatem tutandam adhibuerit mẽtẽ: ſed præſidium accipere atq; obſides dare ſeſe paratos eſſe nuntiant: urbem uero illius permittere poteſtati. Præterea ſocietatem cum Lacedæmoniis inire uelle: quæ res non parum ſane ad Cleomenis gloriam & potentiam augendam profuit. Nunq̃ enim pri ores Lacedæmonum reges eam urbem capere potuerunt: quin etiam Pyrrhus impera torum omnium bellicoſiſſimus habitus per uim illam ingreſſus tamen capere nõ po tuit: ſed ĩ ea occiſus omnem etiam quam eatenus adeptus fuerat poteſtatem amiſit. Omnes igitur Cleomenis uehementiam & fortitudinem mirabantur. Cumq; ridentes antea non ſuo ingenio: ſed Lycurgi Soloniſq; præcepta imitatum: & debitorũ dimiſ ſionem & diuiſionem agrorum Spartæ conſtituiſſe dicerent: tunc ipſum ſubito apud Lacedæmonios permutationis cauſam fuiſſe palam fatebantur: quos uſq; adeo impo tentes antea fuiſſe conſtabat: ut Aetoli fines laconicos aliquãdo ingreſſi quinquagin ta milia ſeruorum adduxerĩt: unde facete dictum ſenis cuiuſdam Lacedæmonii refer tur: Plurimum laconicã regionem hoſtibus debere: ꝙ ſe tãta leuaſſet multitudine: tũc non magno temporis ĩteriecto ſpatio patriis tantum legibus moribuſq; reuocatis cũ ĩ antiquis ueſtigiis uiuẽdi non ſecus ac ſi adeſſet Lycurgus conſiſterent: eo gloriæ forti tudinis quod proceſſerant: ut ſibi totius græciæ prĩcipatum deſtinarẽt. Captis Argis Fliontes & Cleoni ſubito ſeſe Cleomeni tradidere. Forte per id temporis Aratus Corin thi uerſabatur quoſdam qui Lecedæmonum partibus fauere dicebãtur adhibitis quæ ſtionibus perquirens. Igitur de Argorum captiuitate nuntio accepto cum ciuitatẽ om nem ad Cleomenem inclinatam de pellendis Achæis agitare ſenſiſſet: ciuibus in curiã conuocatis ipſe clãculum inter homines dilapſus ad portam ciuitatis peruenit. Ibi pa ratum iam antea equum conſcendens Suionem confugit: afferens omnes Corinthio rum equos uſq; ad necem fatigatos cum ipſis inuicem decertarent: ut alter alterum ad nuntiandam defectionem Argos peruenirẽt. At Cleomenem accuſaſſe Corinthios aie bat: ꝙ Aratum non cæpiſſent: ſed permiſiſſent abire ĩcolumem. Præterea Megiſtonũ

a Cleomene missum fuisse dicebat: petentem ut Corinthii arcem quam Achæorũ præ sidio tenebant: magna pecunia accepta sibi traderet: se uero ad ea respõdisse id sibi es se cõsuetudinis: ut diuitias habeã q̃ ab eisdem haberi malit: atq; hæc Aratus ipse scrip ta reliquit. Interea Cleomenes Treogeniis Epulaneriis atq; Hermionibus in amicitiã ascitis Corinthum ueniens arcem fossa ualloq; circũdedit: cum illã sibi Achæi tra dere noluissent. Arati uero amicos & curatores qui Corinthi erant: in urbe permanere iussit: omnem ab illis iniuriam prohibens: & domos fortunasq; omnes illis intactas re linquens: Tritimallum quoq; messinensem cum his mandatis ad Aratum misit: ut si ita sibi uideatur communi Achæorum Lacedæmoniorumq; præsidio munitam Corin thi arcem custodiant: priuati ipsi Arato duplum q̃ a rege Ptolomeo acceperat: stipẽdi um pollicens. His cum reiectis conditionibus Aratus repente filium ac præterea e no bilitate adolescentes aliquot pro obsidibus ad Antigonum mittit: simulq; Achæis per suadet: ut ueniẽti Antigono Corinthi arcem sese daturos polliceantur. Quibus rebus permotus Cleomenes infesto agmine sicyonum agrum ingressus omni clade belli po pulatus est. Res insuper quæ Arati fuerant: Corinthiorum decreto sibi traditas dono suscepit. Inter hæc Antigono magnis copiis Geraniam ingresso non uniuersã Isthmũ sed loca tantum opportuna uallo fossaq; munire Cleomenes decreuit: & locoꝝ oppor tunitatibus utendo magis ipsos conterere Macedones q̃ aperto Marte cum phalange pugnare statuit. His igitur artibus utens in magnam ãxietatem Antigonum cõpulit: neq; enim paratum antea frumẽtum exercitui suppetebat: neq; tuto rapere licebat cõ meatus Cleomene semper collatis castris ĩminente. His igitur angustiis pressus Anti gonus intempesta nocte mouens castra per Lycæum & Cleomenis manibus dilabi fru stra tentauit: militibus aliquot in ipso tumultu amissis: qua uictoria elatus Cleome nes cæteriq; qui circa se aderant: ad capiendum cibum discurrere: contemnentes pẽitus Antigonum qui asperrimis locis inclusus urgente necessitate inania quædã agitare ani mo uidebatur. Statuerat enim in promontorium quod hireo ĩminet motis castris om nes copias nauibus Sicyonem traducẽ: quod opus & temporis lõgitudinem & nõ me diocrem apparatum efflagitabat. Eadem die nuntii ab Arato missi ad Antigonum ue nere: petentes ut omni studio Argos pergere properaret: statuisse enim Argiuos a Cleo mene deficere. Huius autem defectionis princeps Aristoteles erat: qui facile multitudi nem concitarat indignatã: q; speratam debitorum dimissionem Cleomenes non insti tuisset. Igitur acceptis ab Antigono mille & quingentis militibus Aratus in Epidaurũ uenit: sed eius aduentum Aristoteles non expectans conuocatis factionis suæ ciuibus: præsidium quod in arce erat expugnare adortus est. Iamq; aderat Sicyone Timoxe nus cum Achæorum copiis auxilium ferens. Hæc secũda uigilia cum essent Cleomeni nũtiata: iracundia percitus Megistonum q̃primũ ferre auxilium Argiuis imperat. Is enim plura Cleomenem pro Argiuis fuerat deprecatus: suadens ut illorum fidei per mitteret ciuitatem: quin etiam uolentes suspectos quosdam e ciuitate pellere prohibu erat. Hunc igitur cum duobus milibus armatorum proficisci iubẽs: ipse aduersus An tigonum constitit: simul Corinthios in fide continens: nec suis rebus diffidere suadẽs: nihil enim aduersi Argis contigisse: sed tumultum duntaxat ab hominibus paucis es se concitatum. Interea ueniens Argos Megistonus cum in pugna occubuisset: uix qui in præsidio erant constituti: arcem tutari poterant. Itaq; frequentibus nuntiis ad Cleo menem missis propere afferre auxilium postulabant. Veritus igitur Cleomenes ne Ar gis potiti hostes aditus sibi ĩ patriam intercluderent: atq; impune laconicam regionem populati Spartam defensoribns uacuam obsiderent: Corintho exercitum adducens re pente ciuitatem amisit. Nam subito post eius discessum ingressus Antigonus præsi diis illam firmauit. Ipse uero Argos ueniens & per muros ciuitatem ingressus: primos qui pro muris ĩ statione erant loco deiecit. Inde fornices qui circa Aspidem erãt demo litus pugnam cum fautoribus Achæorum qui intus erant conseruit. Post hæc scalis

admotis interiora urbis loca occupauit: cum ſagittariis Cretenſibus in prima acie conſtitutis defenſores in propugnaculis conſiſtere non permitterēt. Poſtq̄ autem Antigonum cum phalange e ſublimi loco in planos campos deſcendentem conſpexit: equita tum uero curſu effuſo ciuitatem petere animaduertit: diffiſus illam ultra iā tutari poſſe ſuis omnibus ad ſe conuocatis īcolumis abiit penes muros ciuitatis iter faciēs. Cūq; rebus maximis breui temporis ſpatio potitus eſſet: quippe qui omnem fere Pelopōnesum ſubegerit: breuiori etiam tempore eadem omnia amiſit: militū nanq; magna pars q̄primum abeuntem deſeruere: cæteri non multo poſt urbes: in quibus præſidii cauſa locati erant: Antigono tradiderunt. tantis belli anxietatibus preſſo: cum Tegeæ reliquias copiarum colligens ſubſtitiſſet: ſub ipſo ferme crepuſculo nūtii Lacedæmone uenientes nihilo minore calamitatis nuntium attulere: unice ſibi dilectam uxorem interiiſſe: quam uſq; adeo amauiſſe conſtat: ut in medio uictoriarum curſu plærunq; ab exercitu diſcedens: Spartam ad eam uiſendam redire conſueuerit. Nam cum Agidis cuius antea uxor fuerat ueneratione: tum uirtutibus propriis quibus erat ornata ſupra quā dici poteſt illam amabat: quanq̄ igitur magno dolore perculſus: ut par eſt adoleſcentē præſtantiſſima pulcherrimaq; uxore priuatum: non tamen mærori ſuccubuit: nec perturbationi rationem atq; animi ſubdidit magnitudinē: ſed uocem atq; habitum eundem ſeruans: quæ agenda opus eſſent ducibus partitus cum Thegeatibus quod optimum fore cenſebat pro illorum ſalute conſuluiſſet: Lacedæmonem regreſſus eſt: ibi poſtq̄ cum matre & filiis defunctæ uxoris caſum conqueſtus eſt: ad publicas curas animum conuertit. Inter hæc ægypti rex Ptolomeus nuntiis litteriſq; ad Cleomenem miſſis: auxilia aduerſus Antigonum ultro pollicebatur: ſi matrem ſibi ac liberos pro obſidibus mittere uellet. Eam rem diutius Cleomenes matri aperire ob uerecundiam diſtulit: ſæpiuſq; prodendæ rei cauſa ad illam accedens: cum in eius conſpectum ueniſſet ſilentium tenebat: ita ut mater hoc animaduertens ab amicis eius quidnam hæc rei eſſet ſciſcitaretur: tum ipſum bono animo eſſe iubens hortaretur audacter quicquid uoluiſſet ab ea petere. His igitur hortationibus tandem motus Cleomenes audacia ſumpta rem omnem patefecit. Tum ſubridens mater: hoccine inquit erat mi nate quod totiēs dicere aggreſſus formidabas? atqui magis decuit q̄primo nauibus corpuſculum hoc īpoſitū quocūq; libuiſſet mittere: præſertī ſiq̄d ex ea re utilitatis Spartæ prouēturū arbitrareris: nec eatenus expectandum quoad ſenio confectum tabeſceret. Cuncti igitur læto animo profectionem comprobantes pedibus ī Tenarum ire ibi priuſq̄ nauem cōſcenderet Cratiſiclia Cleomenem ſolum in Neptunni templum adductum complexa ſæpius atq; exoſculata: ubi pietate cōmotum animaduertit: Age inquit Lacedæmoniorum rex: caue ne quis e templo digreſſos lachrymantes aut indignum aliquid Sparta facientes nos animaduertat. Hoc enim duntaxat præſtare nos poſſumus: in cæteris uero ea fortuna quam dæmon dederit ſequetur. His dictis faciem ad nauim cōuerſa paruum Cleomenis filium manu trahens conſcendit: gubernatoremq; ſubito curſū dirigere iuſſit. Poſtq̄ in ægyptum ueniens Ptolomeum ab Antigono legatos ſuſcipere ac ſecum de cōditionibus fiendis agitare comperit: Cleomenē uero nuntiantibus quibuſdam audiuit: noluiſſe uocantibus ad pacem Achæis aſſentiri: q; matris cauſa iniuſſu Ptolomei bellum finire non auderet: ſcribens ad eum iuſſit ne quæ Sparta digna eſſēt quæq; in rem ſuam conducerent facere cunctaretur: neue ob unius aniculæ atq; infantis unius cauſam tantopere Ptolomeum formidaret. Inter hæc Antigonus Tegea occupata Mantineam inſuper atq; Orchomenium diripuerat: ita intra laconicos fines coartatus Cleomenes ſeruis omnibus: qui minas quinq; atticas cōtuliſſent libertatē propoſuit: & per hunc modum quīgentis talentis coactis hominum duo milia ritu macedonico armauit: quos Antigoni Argiraſpidis opponeret. Inde ad opus maximum profecto atq; omnibus īexpectatum ītēdit animum. Megalipolis erat ciuitas quæ nihilo Sparta minor aut uiribus īferior nullius imperio ſubdita ī libertate degebat. Habebat

autem ab Antigono atq; Achæis auxilia per id temporis missa: cum subsistens in pleuris Antigonus: maxime ut ab Achæis uocaretur: optabat: quod tãdem adnitentibus præcipue Megalipolitanis est assecutus. Hanc igitur diripere Cleomenes statuẽs cũ nihil celeritate utilius fore intelligeret: milites quinq; dierum cocta cibaria deferre iubet: ac totius exercitus robur in Selasiam ducens tanq̃ fines argolicos inuasurus repẽte in megalipolitanum agrum traiecit. Cumq; apud Retheum positis castris milites cibũ capere iussisset: confestim per Heliconem ducens ciuitati admouit exercitum. Cũq; haud procul abesset pantheam cum duabus Lacedæmonum cohortibus præmittẽs: turrim quam defensoribus uacuam esse intellexerat occupaī iubet. Ipse uero cum cæteris copiis raptim subsequebatur. Verum Pantheas non modo præmonstratum a Cleomene locum sed magnam quoq; murorum partem desertam comperiens: quæcunq; poterat loca præsidiis firmans magnam murorum partem deiecit. Custodes autem quot cũq; obuios habuit interfecit. Interim adueniẽs cum copiis Cleomenes anteaq̃ id ciues sentirent: milites intra ciuitatem deduxerat. Ita uix tandem uulgata inter ciues calamitate: nonnulli rerum suarum quicquid in manus uenerat asportantes fugiebãt. Quidam uero sumptis armis ad propellendos hostes ferebantur. Verum id frustra sæpius experti sunt. Fugiẽtibus autem Cleomenes uim ullam afferri prohibuit. Itaq; uix mille in pugna cecidere. Cæteri uero cum coniugibus ac liberis Messanam profecti sũt. aliquot etiam ex his qui arma sumpserant: salute impetrata uiui ĩ hostium manus deuenere: sed hi pauci admodum fuere: inter quos præcipui Lysãdrides & Thearides uiri cũ generis nobilitate: tum opibus atq; potentia in ciuitate principes habiti: eos cum milites qui cæperant agnouissent: subito ad Cleomenem perduxere. Igitur Lysãdrides procul adhuc Cleomenem conspicatus: magna ipsum uoce compellans: in manibus tuis positum est inquit Lacedæmonum rex facinus omnium quæ unq̃ gesseris præclarissimum ac præcipue rege dignum perpetrare: unde etiam laudẽ ab omnibus maximã cõsequeris. Intelligens autem eius mentem Cleomenes: quidnam hoc est rei Lysãdrides inquit: an me ciuitatem uobis reddere censes oportere: sane inquit idipsum tibi censeo faciendum: nec talem tamq; præclaram ciuitatem euertendam: uerum his implendam uiris qui socii tibi fideles atq; amici perpetuo sint futuri: quod tibi proculdubio eueniet: si Megalipolitanis patriam restituens eius populi saluator merito nuncupabe tis. Post huius uerba Cleomenes cum aliquantulum tacitus perstitisset: perarduum ẽ inquit huic rei cõfidere: sed uĩcat malo semper apud me gloriæ q̃ utilitatis cupiditas. Post hæc uiros quos antea diximus & cum his una præconem suum Messanam dimisit: qui Megalipolitanis ciuibus nũtient patriam his cõditionibus ab se restitui: ut ab Achæis dissidentes socii atq; amici Lacedæmoniorum esse pergãt. His tã benigne tãq; humaniter a Cleomene cõcessis Megalipolitanos uti Philopomenes non permisit eos ab Achæis desciscere prohibens: & in Cleomenem calumnias iactitans. Aiebat enim ipsum non quo ciuitatem restituere uellet talia polliceri: uerum ut omnes ciues captiuos habere possit. Hæc apud uulgus iactans Philopomenes Lysandridam & Theariden Messana excellere iussit. Hic Philopomenes inter Achæos facile prĩceps maximã apud omnes græcos gloriam adeptus est: ut seorsũ de illo scribentes docuimus. Ea postq̃ Cleomeni sunt nuntiata: cum eatenus ciuitatem ab omni clade seruasset ĩcolumem: ut ne minimum quidem a quoq̃ diripi passus esset: tũc ira exasperatus fortunas omnes militibus diripiendas cõcessit: statuas uero & pictas tabulas quibus ea ciuitas abundabat: Lacedæmonẽ portari iussit. Vrbem uero locis pluribus ac maxima quæq; ædificia subuertit: quædam etiam iniecto igne cremauit. Inde propere Lacedæmonem reuersus ẽ: ueritus ne per eius absentiam Antigonus Achæiq; Laconicam inuaderent. Verum illi nihil tale aggressi sunt: q; habendo concilio fuerant occupati: in eo cum Aratus de summa rerum dicturus pulpitum conscendisset: chlamyde circa faciem obuoluta diu tacitus atq; immobilis constitit: admirantibus cunctis atq; ut loqueretur hortantibus

Megalipolis inquit a Cleomene deiecta corruit. His auditis repẽte concio ſoluta ẽ omnibus tum facti magnitudinem: tum celeritatem admirantibus. Verum Antigonus ſi qua poſſet ratione tantæ cladi auxilium ferre cupiens: militibus ut ad ſe conuenirẽt imperauit: qui cum tardius ex hybernis acceſſiſſent: illis in agro ubi conſtiterant manẽ iuſſis: ipſe non multos ſecum milites ducens Argos profectus eſt. Quapropter alterũ Cleomenes cœptum de quo paulopoſt dicere aggrediemur: quidam temere atq; incaute ſuſceptum arbitrantur: uerum id Polibius magno conſilio ſummaq; prudentia geſtum fuiſſe teſtatur. Nam cum Macedones per ciuitates ĩ hybernis diſperſos animaduerteret: Antigonum uero Argis cum amicis duntaxat & mercenariis militibus admodum paucis hybernantem: in Argiuorum agros impetum fecit: eo conſilio ut uel permotum uerecundia Antigonum ad pugnandum eliceret: uel in campum prodire non auſum inimicorum: quos Argis habebat calumniis obnoxium faceret. Quod ſane haud aliter q̃ ſperauerat accidit. Nam cum Argiuorum agri late uaſtarentur: cunctaq; rapinis aut incendio perirent: Argiui concurſu ad ædes Antigoni facto: ſummis clamoribus poſcebant: ut uel ipſe ad pugnam tutãdoſq; agros prodiret: uel ſi timore prohiberetur: ſaltem melioribus principatum concederet. Verum Antigonus ut peritum imperatorem decet: nõ temere periclitari: nec ſuam ſociorumq; ſalutem fortunæ caſibus credere uolens: q̃q̃ multis probris contumeliiſq; laceſſitus: tamen immobilis in ſententia perſtitit. Ita Cleomenes uſq; ad ciuitatis muros ducto exercitu uerbis quoq; grauioribus in hoſtes inſultans: eodem quo uenerat itinere retroceſſit: nec multopoſt cum Antigonum Tegeam profectum comperiſſet: ut inde laconicum agrum adoriretur: ipſe diuerſis itineribus a leua exercitum ducẽs: iterum Argis improuiſus apparuit: atq; omnia late populatus: frumenta quæ iam ad maturitatem uergebant omnia uaſtauit: nõ falcibus aut gladiis ea metens: ſed ingentibus lignis in frameæ formam fabricatis milites in itinere quaſi ludentes uniuerſa frumenta conterebant. Cũq; ad gymnaſiũ quod Cillaranium dicitur perueniſſent: milites ignem tectis iniicere uolẽtes a Cleomene ſũt prohibiti: ut facile appareat ipſum non ſua ſpõte: ſed iracundia exaſperatũ ea quæ crudelius apud Megalipolim geſſerat perpetraſſe. Poſt hæc ubi Antigonum Argos redeũtem ſaltus omnes colleſq; præſidiis occupaſſe cognouit: ut illum diſceſſu prohiberet: quaſi id nihil ad ſe pertineret contemnere ſimulans: miſſo præcone claues Hyrei ad ſe mitti poſtulabat: ut ſacris deo peractis abire poſſet: atq; ita uerbis hoſtes deludens cũ rem diuinam ante fores templi peregiſſet: in Fliunta exercitum duxit: atq; inde præſidio deiecto Orchomenium deſcendit: non modo a ciuibus ſuis uerum etiam ab hoſtibus magni conſilii atq; animi uir & maximis rebus dignus iudicatus: quippe q̃ unius duntaxat ciuitatis opibus frætus cõtra Macedonũ opes: cõtraq; Pelopõneſios omnes bellum ita gereret: ut nõ ſolum belli cladibus intactos ſuos fines ſeruaret: ſed ultra hoſtiles agros populatus ciuitates etiã ualidiſſimas caperet: quod profecto mediocris & animi & uirtutis eſſe cõſtat. Sed qui primus pecunias rerum agẽdarum neruos eſſe dixit: præcipue ad res bellicas reſpiciens ea dixiſſe uidetur. Nam & Demades iubentibus Athenienſibus deductas triremes nautis militibuſq; complere: cũ pecunias nullas haberent omnino pecuniis primum inquit Demades opus eſt. Fertur etiam ueterem illũ Archidamũ peloponneſiaci belli principio conferenda tributa inter ſocios partiri iuſſum conſtituere dixiſſe perhibent. At enim bellum non menſurato atq; ad ordinẽ inſtituto ueſcitur cibo. Sicut igitur bene exercitato ad laboris tolerantiam corpore Atlætæ procedente tempore q̃q̃ egregie arte inſtructos atq; ad numerum ſe mouentes aduerſarios uel ipſo pondere grauatos ſuperant: pari ratione Antigonus multas diuerſis ex locis uires colligens bellum facile tolerabat: ita ut demum ſuccumbere Cleomenem neceſſe fuerit: cui uix tantum aderat facultatum: ut conductis militibus ſtipendium: ciuibus autem uictũ ſuppeditare poſſet: cũ alioquin domi proſperius Cleomeni q̃ Antigono res ſuccederent. Barbaris per abſentiam regis occaſione inuenta Macedoniam

inuadentibus. Illyriorum enim qui Macedoniæ ſupereminẽt: nõ paruus exercitus Macedoniam populabũdus intrauerat: quorum aduẽtu perterriti Macedones Antigonũ ex Peloponneſo reuocare cogebantur: q; ſi hæc paulo ante pugnam Antigono nuntiata fuiſſent: repente Achæos ualere ſinens in Macedoniam diſceſſiſſet: ſed quæ maxime rerum humanarum dominatur fortuna: breui admodum ſpatio tẽporis: quas uires habeat: quantumq; in rebus poſſit: oſtendit. Nãq; poſt cõmiſſam in Selaſia pugnam: cum & potentiam & ciuitatem Cleomenes amiſiſſet: ſubito nuntii ex Macedonia ſuperuenere: qui Antigonum in patriam reuocabant: quæ res miſerabiliorem etiã Cleomenis effecit calamitatẽ. Nam ſi biduo duntaxat pugnam tergiuerſando diſtuliſſet: nihil omnino pugnare opus fuerat: ſed abeuntibus Macedonibus qualencũq; libuiſſet pacem cum Achæis facere potuiſſet. Verum ipſe (ut antea diximus) ob pecuniarum inopiam ſpem omnem in armis habens coactus eſt (ut Polibius refert) cum uiginti duntaxat milibus armatorum aduerſus triginta milia hoſtium decertare: qua in pugna nullis ipſe periculis parcens: imperatorem ſeſe cunctis admirabilem præſtitit: ciuibus quoq; operam ſuam egregie nauantibus: quin etiam conductos milites pro armorum qualitate contra grauem Phalangis armaturam non ſegniter aut abiecte pugnaſſe cõſtat. Philarchus autem proditionem quoq; huic pugnæ interceſſiſſe teſtatur: quæ maxime Cleomenis opes frægit. Nã Antigonus Illyrios & Acarnanes clãculum exacie ſubductos cornu: cui frater Cleomenis Euclides præerat: ex aduerſo circũuenire iubet. Verum Cleomenes ex ſpecula quadam Antigoni exercitum diligentius intuẽs cum Illyriorum atq; Acarnanum arma nuſq; conſpiceret: ueritus ut res erat: eos ab Antigono in inſidias miſſos: Damotelem ad ſe uocatum iubet ut clanculum & ipſe exacie diſcedens omnia circunquaque loca præſertim uero a tergo ſpeculetur. Is iam antea ab Antigono pecunia corruptus cum mandata negligenter executus eſſet: recte ſe habere cũcta ad Cleomenem refert. Ipſe igitur his tantum qui ex aduerſo in acie ſtabant profligandis intentus: cum ſpartiatum globo in Macedonum phalangem inuehitur referẽtibus pedem acriter inſtans: quos fugiẽtes cum ſtadia pene quinq; inſecutus eſſet: Euclidem in altero cornu ut diximus pugnantem ab inſidentibus circumuẽtum animaduertit: atq; ad eum conuerſus cede inquit: cede cariſſime frater ſpartiatum pueris mulieribuſq; perpetuo celebrandæ: atq; omnibus qui pro Euclida pugnabant ĩteremptis cum uictores hoſtes aduerſus Cleomenem ruerent: animaduertens milites ſuos timore turbatos nuſq; conſiſtere audere: fuga ſibi ſalutem quærere coactus. Fertur in ea pugna magnum conductorum militum numerum cecidiſſe: Spartiatas autem ducentos duntaxat ſuperfuiſſe cædi: cum ad ſex milia in acie conſtitiſſent. Poſt eam pugnam cũ ſe in urbem reciperet Cleomenes obuiam factos ciues admonebat: ut Antigonum ĩ ciuitate ſuſciperent: ſe uero quod optime Spartæ futurum arbitraretur: aut uiuẽdo aut moriendo facturum eſſe dictitabat. Cumq; mulieres his qui ſecum e pugna confugerant obuiam factas arma eximere atq; ad reficiendum corpus potum præbere conſpiceret: ipſe quoq; domum ſuam ingreſſus eſt. Cumq; ad eum puella quam Megalipoli ductam poſt uxoris mortem apud ſe habuerat: accurriſſet: uelletq; labore fatigatum reficere: ipſe neq; ſitiens bibere: neq; feſſus arma deponer̃ uoluit. Verum ut erat thoracem indutus altera manu columnam ex tranſuerſo cõplexus: illiq; innitens facie ſupra cubitum depoſita parumper corpore quieuit: mente autem per uaria cõſilia diſcurrẽs. Cũ plurima ſecum agitaſſet: tandem conuocatis amicis in Githeum deſcendit: atq; ĩ de naues iam pridem ad hos caſus paratas una omnes cõſcendẽtes abierunt. Inter hæc Antigonus Spartam inuectus ciuitatem occupauit: ac ciues humaniter benigneq; allo quitur: nihil eis de priſtina dignitate minuens: & omnem iniuriam cõtumeliamq; ab eis prohibens legibus ſuis & ĩſtitutis uti conceſſit. Cũq; diis ſacra feciſſet: tertio poſtq; uenerat die ex urbe diſceſſit: q; iam nuntios accepiſſet Macedoniam a barbaris incendio rapinaq; uaſtari. Iamq; eum aduerſa deprehenderat ualitudo: quæ ad ptiſim non

paruo catarro permixtam trahere uidebatur: non minus tamen ob hoc domesticas cla
des illatas ulciſci properauit: donec maxima potitus uictoria: & Barbarorum īgēti nu
mero interfecto: ut generoſum regem decebat clariorem mortem obiret. Nam Philar
chus ī media pugna cum clamore pectus rupiſſet: expiraſſe tradit. Quidam uero poſt
uictoriam lætitia elatum cum ingenti uoce exclamaſſet: o lætum pulchrumq; diem re
pentina febre correptum: cum diſruptis uenis ſanguis abundantius flueret ſuffocatū
interiiſſe: atq; hæc de Antigono dixiſſe ſufficiat. Interea Cleomenes citheris diſcedens:
atq; inſulam alteram præteruectus Egialiam tenuit. Cumq; Cirenem proficiſci ſtatu
iſſet: amicorum quidam Tiricion nomine: uir cum in rebus agendis prudens: tum ī pe
riculis obeundis cælſo atq; inuicto animo uerum paulo iactātior & ſuarum uirtutum
oſtentator. His igitur ſecreto aduocatum Cleomenem huiuſmodi uerbis allocutus ē.
Pulcherrima ſane o rex inquit in pugna moriendi occaſionem amiſimus: q̄q̄ plurimi
nos iactantes audierint nunq̄ fore: ut niſi mortuum Spartiatum regem Antigonus ſu
peraret: nunc igitur altera nobis moriendi præbetur occaſio: ſuperiori quidem & gloria
& uirtute ſecunda. Quonā eīm quæſo nauigamus fugientes? quod in manibus adeſt:
ut longe poſita proſequamur? Si enim forte turpe non eſt ab Hercule oriundos Philip
pi Alexandriq; ſucceſſoribus ſeruire: longæ profecto nauigationi parcere potuimus in
Antigoni manus noſmet dedentes: quem Ptolomeo tanto præſtantiorem eſſe putādū
eſt: quanto Macedones ægyptiis præſtare creduntur. ℔ ſi eos qui nos armis ſupera
runt: nobis dominari indignum ducimus: cur eum qui nos uicit dominum uolumus
nobis imponere: ut duo nobis merito obiici poſſint: & ℔ Antigonum fugiamus: & ℔
aſſentari Ptolomeo inducamus animum? an forte matris tuæ cauſa in ægyptum eūdū
cenſebimus iocundum illi futurum ſpectaculum: cum inter Ptolomei mulieres oſten
dit filium ex rege ſeruum & exulem factum? Cur non potius dum noſtrorum enſium
dominamur: adhuc patriam intuentes tantas linquimus calamitates: ut īter eos nume
remur: qui in Selaſia pro Sparta pugnantes occubuere? an potius ī ægypto ſedebimus
interrogantes quē Spartæ ſatrapam Antigonus præfecerit? Talia dicēti Tiricioni ī hūc
modum reſpondiſſe Cleomenem ferunt: Inter humana omnia facillimū quodq; om
nibus maxime in promptu eſt: mortem proſequens fortis eſſe nonnullis fortaſſe uide
ris: cum re uera turpior hæc quam tu laudas fuga ſit: q̄ cum nuper ex pugna pro
fugimus. Nam multi ſæpe meliores nobis ſeſe hoſtibus dedidere: cum aut in aduerſā
fortunam incidiſſent: aut alia ui quadam compulſi id agere cogerentur: qui uero labo
res aut erumnas aut ignominiam ſupra modū formidat: is a ſua mollitie ſuperari ſe
non animaduertit. Oportet enim ſpōte conſcitam mortem: non fugam negociorum:
ſed actionem quandam eſſe. Turpe eſt enim ſibi ſoli uiuere ac mori: ad quod tu profe
cto nos cohortaris properans præſentes calamitates effugere: cum tamen hanc mortē
nihil honeſtū aut utile ſequatur: ego autē & te & me ſimul oporteī arbitror ea quæ de
patria adhuc ſpare licet nō relīqueī: ubi uero omni ſpe deſtituti erimus: facillime quā
docunq; libuerit mori poterimus. Ad ea nihil reſpōdens Tiricion: ubi primum e cōſpe
ctu Cleomenis diſcedere potuit: ad littus deſcēdens ſeipſum iugulauit. At Cleomenes
ab Agialia diſcedēs Libyæ applicuit: & regiis famulis comitatus Alexandriā profectus
eſt. Ibi cum primo in conſpectum regis uenit: communi atq; erga cæteros cōſueta hu
manitate exceptus eſt. Poſt ubi uirtutis ſuæ indicia proferens maximi cōſilii uir eſſe ap
paruit: & in quotidiano ſermone laconicam integritatem gratiæ cuidam liberali per
mixtam ſeruans: ingenuitatēq; haudquaq̄ ſuperbam: nec rurſus propter fortunæ mu
tationem abiecto animo aut nimis humili conſpectus a rege longeq; melior his qui ad
uoluptatem atq; aſſentationem omnia loquebantur iudicatus eſt. Itaq; uehementer
puduit regem: ℔ talem uirum auxilio deſtitutū opprimi ab hoſtibus paſſus eſſet: ℔q;
Antigono tanta gloria tantaq; potentia augeri præbuiſſet occaſionem. Illum itaq; ma
iori honore atq; humanitate complectēs: pollicitus eſt uirorum pecuniarumq; auxilia

daturum: ut cum his in Græciam ueniens amiſſum regnum recuperare poſſit. Tũc ue
ro talentorum uigintiquattuor ſtipendium ſingulis annis dari conſtituit: quibus ſibi
amiciſq; ſumptus abunde poterat ſuppeditare. Verum Cleomenes magnam eius pe-
cuniæ partem in his qui ex Græcia profugi in ægyptum ueniebant adiuuandis conſu
mebat: & ſenior quidem Ptolomeus anteq̃ Cleomeni promiſſa perſolueret: uita fun
ctus eſt: & poſt eius obitum regia ĩ multam laſciuiam luxumq; prolapſa nimiamq; ĩ
mulieres conuiuiaq; intemperantiam ſolitus quoq; erga Cleomenem cultus deſtitui
cœptus eſt. Ipſe enim rex mulierum uiniq; cupiditate uſq; adeo corruptus tenebatur:
ut cum maxime ſobrius & ſeriis rebus peragendis intentus eſſet: inter præcipua opera
poneret bacchanalia celebrare: ac manu tympanum geſtantem amicos in regiam ad ea
peragenda conuocare. Summis autem regni rebus adminiſtrandis præerant Agatho-
clia regis amaſia eiuſq; mater: præterea Inanthus regiarum pellicum gubernator: atta-
men cum primo regnum accepit Cleomene indigere uiſus eſt. Timens enim fratrem
natu maiorem Ptolomeus: q; per matrem plurimũ apud milites poſſe uidebatur: eius
interficiendi conſilium iniit: atq; inter conſultores intimos Cleomenem adhibuit: qui
ſolus cæteris conſilium regis probantibus obuiam ire ac tantum facinus prohibere au-
ſus eſt: aſſerens regem potius oportere pro ſalute rerum ſuarũ nouos ſi fieri poteſt fra
tres comparare: q̃ eos quos habeat interficere. Inter amicos regis qui plurimum aucto-
ritate poſſet Soſiuius erat. Is cum aliquando regi diceret non tuto ſe poſſe mercena-
riis militibus credere: quoad frater ille maior in uita ſuperſit: adſiſtens Cleomenes: ni
hil eſt quod huius rei cauſa timeatis inquit: mihi enim ſuper tria milia ſunt clientum
atq; hoſpitum ĩ Pelopõneſo: qui omnes (ſi modo annuero) præſto cum armis aderũt.
Hæc oratio tum quidem Cleomeni beniuolentiæ fidem & potentiæ comprobationem
apud regios homines præbuit. Poſteriori uero tẽpore cum Ptolomei mollities ĩ dies au
geſcerent: timor quoq; ſimul augeri cœpit: quod in talibus rebus accidere oportet. Vbi
enim ſumma rerum omnium negligentia oboritur: ibi timorem quoq; & ĩ maxima eti
am ſecuritate diffidentiam aboriri neceſſe eſt. Hæc igitur formidabilem cultoribus au
læ regiæ Cleomenem reddidit: quem tantum clientibus atq; hoſpitibus poſſe intellexe
rant. Itaq; plæriq; audiebantur querentes non recte ſatis leonem hũc ĩter pecudes uer-
ſari: quod ueriſſime dictum iudicabit ſiquis domus regiæ mores intueatur. Itaq; na-
ues & exercitum petenti concedere Ptolomeus noluit. Cumq; obiiſſe Antigonum Cle-
omenes audiſſet: Achæos autem ætholico bello implicitos teneri: exiſtimans rerum cõ
ditionem ipſum expoſcere domumq; reuocare: dum tanta rerum uarietate omnis agi-
taretur Peloponneſus: a rege petere inſtituit: ut ſoli cum amicis abire liceret: quod etiã
impetrare nequaq̃ potuit: cum regis alloquendi poteſtas nõ eſſet: qui aſſiduo ĩter mu
lieres choreis & cantibus intentus uitam duceret. Soſiuius autem qui ſummæ rei; præ
erat: uaria ſecum agitans arbitrabatur Cleomenem contra uoluntatem ſuam illic detẽ-
tum intractabilem metuendum q; fore: dimiſſum uero nihilominus timendum: q; eſ-
ſet uir audax & magnis rebus gerendis idoneus: regiæ præterea domus imbecillitatem
morboſq; optime noſcet: neq; enim munera illius animum flexerant: ſed ueluti ſacer
taurus q̃q̃q̃ abunde intra parietes nutritus in ſummis delitiis habeatur: magis tamẽ cõ-
ſuetam uitam exoptat: & currendi ſaltandiq; deſiderio tenetur: & ſacerdotum attrecta
tionem non facile ſuſtinens: ipſis etiam ſeſe terribilem præſtat. Eodem modo delitiæ
mollitieſq; regiæ haudquaq̃ Cleomẽi placebãt: ſed ut de Achille ſcribit Homerus: Ta
beſcebat animo in ocio permanens: & tumultum clamoremq; bellũ exoptat. Inter hæc
Nicagoras Meſſenius Alexandriam appulit: uir quidem Cleomeni infenſus: uerũ illi
amicum eſſe ſimulans: is cum agrum pulcherrimum iam pridem Cleomeni uendidiſ
ſet: precium nunq̃ acceperat: q; Cleomenes in belli ſumptibus omnem pecuniam ab-
ſumpſerat. Huic igitur nauem egrediẽti Cleomenes cũ forte iuxta portũ deambularet
occurrit: & ſalute data atq; accepta: quænã illũ cauſa ĩ ægyptũ adduxiſſet ĩterrogauit:

cum ille pulcherrimos equos & bello maxime idoneos aduexisse respõderet: subridens Cleomenes: mallem inquit Mimos & Cynedos attulisses: hæc. n. maxime nunc regem delectant: quo audito risu commotus Nicagoras ab eo discessit: nec multo post rursus Cleomenẽ conueniens: nunc inquit cum omni molestia uaces: debitum mihi soluere decens est: nisi forte nimia tributorum pẽsione grauaris. Tum Cleomenes ãtqui nihil omnino mihi supereſt īquit: eorum quæ dedisti. His uerbis cõmotus Nicagoras Cleomenis in regem dictum ad Sosiuium detulit: quod ille iocunde se accipere simulans iam tum Cleomeni īsidias machinari cogitauit: uerum maiori occasione regem aduersus Cleomenem incitare uolens: Nicagoræ persuasit ut discedens epistolam aduersus Cleomenem scriptam relinqueret: quod statuisset exercitu manibusq; a rege acceptis Cirenẽ occupare. Hac pscripta epistola Nicagoras nauigauit. At Sosiuius post dies quattuor quasi nupertime acceptam epistolam ad Ptolomeum deferens: uerbis q̃ maxime potuit adolescentis animum in Cleomenẽ concitauit. Inde cõmuni consensu statuerunt in magna quadam domo Cleomenẽ includere: ubi in cæteris suo more uiuẽdi licentia perfruens exitu tantum prohiberetur. Erat hoc sane Cleomeni permolestũ: sed futuri mali timor ipsum magis angebat. Erat inter amicos regios quidam Chrisermi filius Ptolomeus nomine plurimũ amicitia apud regem potens: is antea libenter congressu colloquioq; Cleomenis utens: magnam secum ob diuturnam cõsuetudinẽ familiaritatem contraxerat. Is igitur a Cleomene accersitus ad colloquium uenit: suspicionem eius quoad poterat uerbis extenuans: & regis accusationẽ proferens. Inde post longum sermonem discedens Ptolomeus: non animaduertit Cleomenem ĩter amicos usq; ad ianuam domus se prosequentem. Quapropter custodes grauiter obiurgans arguebat: q̃ tam uastam bæluam tãq; custodiri difficilem adeo negligẽter obseruarẽt. Ea uerba cum audisset Cleomenes: priusq̃ Ptolomeus animaduerteret retrocedens omnia sicut acta fuerant ad socios rettulit. Cuncti igitur omni quam antea habuerãt spe destituti atq; ad iracundiam concitati: quonam pacto Ptolomei iniurias ulciscerentur: consultabant: utq; mortem rebus gestis & Sparta dignam obirent nec expectarẽt quoad uelut pinguefactæ uictimæ apud aras mactarentur: neq;. n. tolerãdum uidebatur Cleomenẽ qui oblatas ab Antigono forti & bellicoso uiro cõditiones repudiasset: tunc ocioſum Mitrati regis cessationem ab aliis muneribus expectare: quoad scilicet tympanum deponere & finire Thiasum eos iubebat: quos ad se interficiendum mittere uelit. Postq̃ igitur tali consilio talia sibi agenda statuerunt: cum forte Canopum secessisset Ptolomeus: primo quo pacto e custodia euaderent consilium inierunt. Erat apud Aegyptios reges consuetudo: ut qui interficiendi causa in custodia tenebantur: pridie q̃ interficerẽtur cœnã & munuscula quæd. ĩ ex regis aula missa acciperent. Ea munera Cleomenis amici clanculum magnitudine & splendore aucta intulerunt carceris custodibus deceptis: qui illa a rege missa arbitrabantur. Eorum munerum magnã partem Cleomenes corona superimposita custodibus donauit: & ipse cum amicis accũbens spectãtibus illis epulatus est. Fertur autem citius aliquantulo q̃ statuerat negocium suscepisse: quod familiarem quẽdã huius rei cõscium cum muliere quam amabat extra carcerem tunc esse cognouit. ueritus igitur ne per ipsum res patefieret: cum iã meridies adueniſſet: & custodes uino grauatos capere sõnum animaduerteret: indutus tunicã chlamyde uero circa sinistram obuoluta una cum amicis eodem modo instructis e carcere exiliuit. Erant autem omnes numero tredecim: inter quos Ippitas cum esset altero pede claudus: primo quidem ĩpetu una cum reliquis carcere egressus est. Postq̃ uero sui causa socios tardius progredientes agnouit: iussit ut se prius interficientes abirent: neq;. n. æquũ esse tantæ rei agendæ occasionem ob unius inutilis uiri salutem amitti. Forte ciuis quidam ante carceris fores equo uehebatur: huic equo Cleomenis socii Ippitã priore equite deiecto imposuere. Inde per uicos plateasq; discurrentes: ciuium multitudinem ad libertatem uocabant: quibus tantum dũtaxat roboris inerat: ut Cleomenis

uirtutem atq; audaciam admirantes laudarent: ſequi uero aut auxilium ferre nemo auderet. Cum igitur Chriſerini Ptolomeum e regia forte uenientem offendiſſent: ī eũ facto impetu tres Cleomenis ſocii obtruncant. Inde alterum Ptolomeum qui cuſtodiendæ ciuitati præfectus erat: curru aduerſus eos uenientem diſſipatis comitibus & ī fugam uerſis detractum e curru interficiunt. Poſt hæc ad arcem ciuitatis iter dirigunt: carcerem qui prope erat refringere meditati: ut eorum qui illic detinebantur ad rem pagẽdã opa uterẽt: ſed cuſtodes carceris tumultu audito fores anteq̃ eo peruenirent clauſas munierãt: ita ut id quoq; cœptum irritum caderet. Tunc incertus conſilii Cleomenes: huc illuc errabundus ciuitatem peruadebat: & nemine ad ferendum auxilium procedente: ſed ob timorem ab eius conſpectu fugientibus cunctis: nihil mirum eſt īquit: ſi talibus uiris qui libertatem negligunt: mulieres etiam dominantur. Inde ad amicos conuerſus hortabatur: ut rebus antea geſtis dignam mortem oppetere uellent. Et primus quidem Hippitas ab adoleſcente quodam cum id ab eo petiſſet: uulneratus interiit. Poſt hunc aliorum quiſq; prompto atq; intrepido animo ſeipſum iugulauit: præter unum Pantheum: qui primus in occupanda Megalipoli murum conſcéderat: hũc forma corporis inſignem & conſilio ac robore præſtantem uehementer amauerat Cleomenes: & tunc ei præceperat: ut nõ antea ſibiipſi manus afferret: q̃ ſe ac cæteros omnes mortuos conſpexiſſet. Omnibus igitur iam humi proſtratis accedens Pentheus ſingulorum corpora pugione perfodiens ſcrutabatur: ne quis forte uiuẽs eum lateret. Poſtq̃ uero cæteris tentatis ſolus intentatus reſtabat Cleomenes: ad eum quoq; accedẽs pedis plantam pugione percuſſit. Cumq; illum ad faciem ictum uertiſſe conſpiceret: propius accedens atq; exoſculatus iuxta cõſedit. Poſt ubi illum quoq; expiraſſe cognouit: eius cadauer circumplexus ſeipſũ iugulauit. Cleomenes igitur cũ annos ſexdecī Spartæ regnaſſet: uir qualem antea diximus: in hunc modum uita functus eſt. Fama igitur huius rei per urbem diffuſa Cratheſidia q̃q̃ ingentis generoſiq; animi mulier ad tãtæ calamitatis nuntium mentem excedere uiſa eſt. Itaq; Cleomenis paruos filios circũplexa eiulatu ingenti Cleomenem deplorabat. Verum ex pueris qui natu maior erat: ſummas ædium partes conſcendens nemine tale aliquid ſuſpicante: ſeipſum e tecto præcipitauit: & q̃q̃ tali caſu grauiter afflictus eſſet: non tamen interiit: uerum ſeſe alleuans ingenti gemitu querebatur: q; tantos dolores morte finire non potuiſſet. Cũ hæc Ptolomeo uũtiata eſſent: Cleomenis corpus pelle nudatum ſublime appendi iuſſit: filios autem eius ac matrem cæteraſq; mulieres interfici: inter quas erat Panthei de quo ãtea diximus uxor corporis forma & uirtute animi præclariſſima: quæ cum primo cõnubii tempore uirum ſupra q̃ dici poteſt adamaſſet: nunq̃ ob fortunæ uarietatem quicq̃ de illius amore mutauerat. Ea igitur cum uirum e patria diſcedere uelle ītellexiſſet: una ſecum enauigare uolẽs a parentibus prohibita atq; in cuſtodia detenta fuerat. Verũ paulo poſt cum equum & aliquantum pecuniæ clanculum paraſſet: noctu e ciuitate diſcedẽs celeriter Tenarum peruenit. Inde nauem quæ ægyptum petebat conſcendens ad uirum peruenit: cum quo moderate fortunam exilii perferens hilariter iocundeq; uitam duxit. Hæc igitur una cum Cratheſidia ad ſupplicium traheretur: illã manu deducens & peplum ſubleuans: bono animo eſſe hortabatur: quæ & ipſa ad morem intrepida nihilq; animo deiecta unum duntaxat miniſtros rogabat: ut antea ſibi mori liceret q̃ pueros interfectos ītueretur. Poſtq̃ uero ad ſupplicii locum deuenere: miniſtri pueros primum ſpectante Cratheſidia: ſubinde ipſam quoq; interfecerunt: cuius ī tantis calamitatibus hæc una uox audiebatur: quonam o filii abiſtis. Sola iam Panthei ſupererat uxor: quæ robore & proceritate corporis præſtans mulieribus cum morerẽtur ueſtes circa corpus (ne turpiter iacerẽt) tacita ac ſine gemitu componens: egregie ſingulis pro rerũ conditione ſuam operam præſtitit. Ea igitur cum ſe ſolam ſupereſſe animaduerteret: ſeipſam quo mori uolebat habitu componens: neminẽ ad ſe accedere: aut corporis partem aliquam præter iugulum nudam aſpicerī paſſa eſt: ac mortem fortiſſimo etiã uiro

dignam obiit. Cum a nemine poſt mortem corpus uelari aut alio pacto componi petiſ ſet. Quippe cum moriens eum ornatum atq; id uelamentū corpori prætenderet: quod uiuens ſua conſtantia atq; integritate comparauerat. Lacedæmoniarum igitur mulier tragica (ut ita dixerim) in extremis temporibus cum uiris certatio uirtutem a fortunæ iniuriis tutam atq; inuiolabilem eſſe declarat. Poſt dies uero non multos accidit: ut q Cleomenis corpus cruci affixum ſeruabant: nuntiarent ſeſe draconem permagnum uidiſſe: qui cadaueris corpus circūplexus ita illius faciem tegebat: ut nullam auem ad eā depaſcendam accedere pateretur: qua de cauſa reuerentia quædam & diuinitatis opinio regi acceſſit. Igitur mulieres ſacra quædam ad expiandum facinus inſtituere: q; uirū dis amicum ſupraq; humanā ſortem aliquid habentem interfeciſſent. Paulatim inde in uulgus huius rei fama percrebruit. Itaq; concurrentes ad eum locum alexādrini ciues: heroem fuiſſe Cleomenem & deorum filium prædicabant: nec antea huiuſmodi ceſſauit opinio: q̄ a ſapientibus uiris huius rei cauſa prodita eſt. Tradunt. n. ſicut ex bobus apes ex equis fuci ex aſinis cabrones generantur: ita humana corpora & præſertim medullas humoremq; ex eis profluentem ſerpentes producere. Itaq; non abſq; ratione permoti antiquiores heroibus draconem conſecrarunt.

TYBERII ET CAII GRACCHORVM VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER LEONARDVM ARETINVM IN LATINVM VERSA.

OE AGIDE ET CLEOMENE QVAE DICENDA fuerunt ſuperius enarratis: nunc in Romanorum partem non minores habiturā caſus Tyberii & Caii Gracchoꝝ hiſtoriam opponemus. Pater his fuit Tyberius Gracchus: cui q̄ q̄ duobus conſulatibus duobuſq; triumphis & inſuper cenſuræ gloria inſigni: multo plus tamen ex uirtutibus eius q̄ ex magiſtratibus atq; honoribus aderat dignitatis. Itaq; Corneliam Aphricani eius qui Hannibalem ſuperauit filiam: licet non amicus ſed aduerſarius in repub. foret: uxorem habere meruit: quam uſq; adeo dilexit: ut duobus in lecto anguibus comprehenſis: cum haruſpices eius rei gratia acciti: nec ambos quidem interfici nec dimitti ambos permitterent: ſed ſi maſculus necaretur: Tyberio: ſi fœmina: Corneliæ mortem portendi affirmarent: ob amorem uxoris & ſimul q; maiori natu præmoriendum ſibi arbitrabatur: maſculo āgue necato fœminā emiſiſſe: atq; ita ut haruſpices prædixerant non multo poſt ipſum iteriiſſe ferūt duodecim filiis ex Cornelia relictis. Cornelia uero puerorū atq; domus cura poſt mortem uiri ſuſcepta: eum amorem erga filios eamq; diligentiam ac magnitudinē animi præſtitit: ut non male conſuluiſſe Tyberius uideretur pro tali uxore morte prærepta. Nam & Ptolomei regis nuptias reſpuit: cum ille regni & diadematis communicationem offerret: & in uiduitate perſeuerans cæteris pueris amiſſis: unā ex filiabus quæ Aphricano minori poſtea nupſit: & duos ex filiis de quibus hæc ſcribimus: Tyberium

& Caium ſuperſtites ſic ſplendide educauit:ut cum magnitudine indolis cæteros omnes Romanos ſine controuerſia anteirent:doctrina tamen q̃ natura præualuiſſe uideãtur. Cum uero in Pollucis & Caſtoris imaginibus picturiſq; diſſimilitudines quædam inter pugilem & curſorem in ipſa eorum ſimilitudine appareant:ſic iſtorum adoleſcẽtium dum ad liberalitatem temperantiam intelligentiam & magnanimitatem ſimiliter feruntur:magnæ in adminiſtratione reipub.& in cæteris rebus uel proſperis uel aduerſis diſſimilitudines apparuerint: non alienum exiſtimo eas præmittere. Tyberius igitur uultu & aſpectu & motu corporis mitis ac placidus erat:Caius autẽ uehemẽs & ingentis ſpiritus. Itaq; Tyberius locum pulpiti :in quo aſcendens conſtiterat:honeſte decoreq; in dicendo ſeruabat. Caius primus romanorum per pulpitum ambulaſſe & togam ab humeris diſſoluiſſe dicitur:ut de Cleone athenienſi ſcribunt primum concionatorum reſcidiſſe inuolucrum pallii:& coxam percuſſiſſe. Sermo autem erat Caii quidem terribilis:& ad indignationem promptus: Tyberii uero dulcis:& ad miſerationem aptior. Oratio præterea in Tyberio dilucida & plane elaborata:in Caio efficax & redundans. Eodem modo ĩ uictu & menſa Tyberius facilis & modicus:Caius ſi ad alios comparetur continens auſteruſq;:ſi uero ad fratrem ſumptuoſus & nimius. Obiectum eſt ei ab inimicis:q; delphines argenteos emiſſet pro ſingulis litris mille ducentaq; quinquaginta dragmarum. Mores item eodem modo ut de oratione oſtendimus: Tyberius mitis & placidus:Caius acer & uehemens:ut ſæpe in dicẽdo ira efferri:& ad iurgia ac maledicta irritari orationemq; perturbare cõſueuerit. Itaq; huius exceſſus remedium machinatus Licinium quendam haud inſulſum ſeruum poſt ſe in pulpito collocabat:qui quotiens exaſperari ac longius ob iram protrahi uocem ſentiret:uocali organo quo notas deducere ſolent mollem emittebat ſonum:quo ipſe admonitus & q̃ſi ex certamine reuocatus uehementiam illam atq; contentionem nimiam remittebat. Diſſimilitudines quidem igitur inter eos tales erant. Audacia uero in hoſtes:iuſtitia in ſubditos:diligentia in magiſtratibus:abſtinentia & integritate iuſta ĩſignes. Aetate nouem annis Caium Tyberius anteibat:quæ res potentiam eorum diuiſam temporibus nec in unum robur concurrentem facilius labefactari permiſit:magnumq; ad res gerẽdas ſublato mutuo auxilio attulit detrimentum. Seorſum igitur de utroq; dicendum eſt:ac primo de Tyberio qui prior fuit ætate. Ille igitur ſtatim a pueritia ita clarus atq; inſignis fuit:ut confeſtim ĩ collegio augurum ſit receptus ob uirtutem magis q̃ ob nobilitatem. Oſtendit uero Appius Claudius uir conſularis atq; cenſorius princepſq; ſenatus & magna per id tempus auctoritate excellens. Nam cum augures una cœnarẽt: compellans Tyberium eiq; gratulatus filiæ nuptias obtulit:quas cum adoleſcẽs lætoanimo ſuſciperet:ſpõſione ſic facta rediens domũ Claudius ab ipſa ianua ſtatim uxorem Antiſtiam magna uoce appellans Claudiam uiro ſe ſpopondiſſe nuntiauit. At uero Antiſtia ſtupens:quid hoc feſtinationis eſt inquit?Nũ ædepol Tyberium Gracchum illi ſpõſum tradideris?Nec ſane me fugit hæc quæ modo dixi nõnullos de Gracho patre & Aphricano tradidiſſe:ſed plures ita tradunt(ut nos ſcripſimus)& Polibius poſt mortem Aphricani nupſiſſe Corneliam Graccho affirmat ex ſententia ſuorũ prælato:ut a patre ĩnuptam indeſponſatamq; relictam. Prima Tyberii militia ſub minori Scipione in Aphrica fuit:in qua cum ipſi duci contubernalis eſſet:natura ipſius celeriter cognita & ad imitationem uirtutum traditus:confeſtim modeſtia atq; fortitudine cæteram iuuentutem egregie ſuperauit:primuſq; omnium murum hoſtium conſcendit(ut Fãnius teſtatur)qui ſe quoq; una cum Tyberio aſcendiſſe atq; eius muneris participem fuiſſe ait. Itaq; & præſens exercitui plurimum carus fuit Tyberius: & abiẽs deſiderium ſui apud milites ingens reliquit. Poſt hanc militiam quæſtor Romæ creatus:cum.C.Mancino conſule uiro haudquaq̃ improbo ſed tamen ignauiſſimo omnium Romanorum ducum:cui ſorte euenerat:contra Numantinos profectus in grauibus aduerſiſq; caſibus non ſolum ingenium ac magnitudo animi eius emicuit: uerũ

etiam quod mirabile est: incredibilem erga imperatorem suum reuerentiam seruauit: cum ipse consul præ magnitudine calamitatum nec se quidem esse cōsulem meminisset. Victus. n. īgentibus præliis tentauit nocte aufugere: quod ubi hostes cognouerūt: occupatis propere castris & fugientem exercitum persecuti extremisq; eorum cæsis: reliquis uero circūuentis & in loca inuia compulsis: eo rem perduxere: ut consul desperatis rebus caduceatorē ad petendā pacē hostibus mitteret. At illi se credere nemini præter q̄ Tyberio asserentes: ut ipse ad eos mitteretur postularunt. Hoc uero cum ipsius Tyberii fama: quæ apud hostes quoq; persuaserat: tum etiam Gracchi patris memoria faciebant: qui aduersus Iberos bellum gerens pacē cū Numantinis firmauerat: eamq; sēper apud populū recte iusteq; defenderat. Missus igitur ad hostes Tyberius partī suadēdo partim recipiendo fœdus firmauit: ac per eum modum. xx. milia Romanorum ciuiū absq; auxiliariis & aliis qui extra ordinem secuti erant: seruauit. Cum uero inter cæterā prædam quam hostes captis diripuerant castris: tabulæ quoq; Tyberii rationes quæsturæ continentes amissæ fuissent: recordatus earum Tyberius ac plurimi faciens eas secū deferre: hostibus iam domū reuersis: cum quattuor familiaribus Numantiam profectus: ac iuxta urbem consistens principibus Numantinorum ad se uocatis: rogauit ut sibi tabulas reddi iuberent: ne inimicorum calūniis obnoxius fieret: si rationem administratorum reddere nequiret. At Numantini occasionem sibi præstitam lætati ab eo postularunt: ut urbem introiret: deliberabundūq; adeuntes ac manu prensantes orabāt: ne se amplius hostes sed amicos putaret fideretq;. Visum est igitur sibi: ut urbem ītraret: cum tabularum recuperandarum gratia: tum ne diffidentia hostes irritarentur. Ingressus itaq; urbem primū conuiuio liberaliter acceptus: deinde tabulæ restitutæ data ī super ei potestas: ut quicquid uellet arbitratu suo ex præda deferret: nihil præter tura sacrificii causa parata assumpsit. Vbi uero Romā rediit ac fœdus iudicio omnium ut lut dedecus romani nominis improbaretur: censentibus cunctis ut more maiorum in bello aduersus Sānites olim seruato: cōsul cum quæstore ac tribunis militum nudi hostibus traderētur: milites quorum plæriq; ex plæbe Romana erant: ad Tyberium concurrentes & fœda ipsa in consulem: salutaria uero & in ipsis malis remedia in Tyberiū referentes: tandem effecerūt: ut Tyberii gratia: quæ apud populum Ro. maxima erat: cæteris quoq; præter unum Mancinum parceretur. Videtur autem & Scipio Aphricanus potens per id tempus in repub. Tyberio ad salutem profuisse: sed nihilominus aduersus Scipionem querelæ iactabantur: q; non &. C. Mancinum consulem seruasset: q; fœdus numantinum per hominem sibi familiarem & affinem firmatum improbari passus esset. Huiusmodi autem querelæ quoniam ab amicis studiosisque Tyberii emittebantur: offensam quandam ac simultatem inter Scipionem & Tyberium cōtraxerūt. Nihil tamē maioris momēti ea res habuit. Atq; ego puto si fuisset domi Aphricanus tempore contentionum illarum: quas postea Tyberius subiit: ipsum non sic fuisse periturum. Sed quo tempore de lege agraria a Tyberio certatum est: eo tempore Aphricanus apud Numantiam bellum gerebat. Motus est autem Tyberius ad eam legem ferendam ista de causa. Romani quantum uicini agri hostibus adimebant: partī uænūdare partim in publicum redigere ac egenis ciuibus pro modica pensione utendū tradere consuerunt. Sed cum īcepissent diuites eas pensiones augere: paupereſq; excludere: lata est lex: quæ supra quingenta agri iugera ciuem Romanum habere prohibebat. At ea res paucos ānos aduersus locupletes auxilio fuit. Nam primo subditis ad cōducendum personis fraus legi fiebat: deinde aperte iam per seipsos diuites propriis nominibus occupare agros cœperunt. Ita ergo exagitatis hominibus neq; militiæ dare nomina neq; filios extollere cura erat: eoq; processura uidebatur res: ut breui exhausta liberorum multitudine seruis ac barbaris per quos diuites colebant agros: tota Italia cōpleretur. In hac igitur parte reipub. primus. C. Lelius Scipionis amicus succurrere instituit: sed aduersante locupletum factione ueritus turbationem atque discordiam

ciuitatis ab incepto deſtitit: ob eamq; rem ſapiens eſt poſtea uocitatus. At uero Tyberi
us ut primum tr. pl. creatus eſt: eam actionem ſuſcepit auctoribus (ut plæriq; ſcripſe-
runt) Diophane rectore Mityleneo tūc in Italia exulāte Bloſſio cumano Antipatri thar
ſenſis philoſophi diſcipulo: ad quem ſunt quædā ab Antipatro ſcripta. Nonnulli Cor
neliam matrem aſſerunt ſæpius obiurgādo natos: q; ipſa Scipionis Cornelia nō Grac
chorum uulgo appellaretur: adoleſcentem impuliſſe ad hanc actionem ſuſcipiēdam.
Alii ob æmulationē Spurii Poſtumii æqualis ſui: quem ab exercitu rediens auctū po-
tentia ac celebritate nominis offendit: cupidinem inceſſiſſe Tyberium credunt: inſigni
aliqua & memorabili actione præcellere. Caius uero frater in oratione quadam ſcribit
Tyberium Numantiam proficiſcentem dum per Tuſciam iter faceret: ſolitudine li-
berorum & inductione ſeruorum proſpecta: tunc primum ad legem agrariam ſibi qui
dem funeſtam animum intendiſſe. Plurimum uero ipſum plæbs romana impulit per
litteras in fornicibus & monumentis ac parietibus inſcriptas efflagitās: ut agros publi
cos egenis ademptos reſtitueret. Non tamen per ſeipſum legem ferre aggreſſus eſt: ſed
præſtantiſſimorum uirorum conſiliū adhibuit: inter quos Craſſus pontifex maximus
& Mutius Scæuola iuriſconſultus: qui per id tempus conſul erat: & Appius Claudius
ſocer fuerunt. Nec uidetur lex ulla aduerſus tantam iniuriam mitius ac leuius perſcri-
bi potuiſſe. Nam quos oportebat pro his quæ cōtra leges fecerāt pœnas ſubire: & quos
iniuſte tenuerant agros cum perceptis fructibus reddere: eos accepto precio dimitteī: &
egenis ciuibus tradi iubebat. Sed ea lex ut plæbi grata: ſic animos locupletum offēdit.
Iraq; ob auariciam legem: ob iram uero atq; inuidiam auctorem obtrectātes: plæbem
deterrere cœperunt: quaſi ea lex euerſionem reip. libertatiſq; perduceret. Sed fruſtra id
conati. Nam Tyberii facundia quæ malam etiam cauſam ſuſtinere potuiſſet: tunc iu-
ſtam honeſtamq; dicendi materiā nacta ſuperior inexpugnabiliſq; euadebat. Pauper;
enim aſtante plæbe cauſam agens dicere ſolebat: feras quidem beſtias luſtrum atq; tec
tū quo ſe recipiant in Italia habere: illis uero q quotidie pro Italia pugnent atq; intere
ant præter aerem ignemq; nihil in Italia eſſe: ſine lare ſine ſede cum liberis coniugibuſ
q; uagari. Mentiri autem imperatores Romanos cum milites hortantur: ut pro aris at
q; focis aduerſus hoſtes depugnent. Carere. n. iis Romanos ciues: non lares paternos:
non monumenta maiorum eos tenere: ſed pro aliena luxuria opulentiaq; pugnare: p
aliis uulnera ac mortes ſubire: dominos orbis terrarum uerbo quidem appellari: re au
tem uera terræ glebam non habere. His & huiuſmodi uerbis in concionibus grauiter &
cum iuſta indignatione iactatis & plæbeio fauore receptis: nullus aduerſariorum uale-
bat reſiſtere. Quare omiſſa contentione uerborum ad. M. Octauium aduleſcentē gra-
uem atq; honeſtum Tyberiiq; familiarem locupletes confugerunt. Erat autem Octaui
us & ipſe tri. plæ. qui licet ab initio ob amicitiam Tyberii recuſaret aduerſus eam le-
gem ītercedere: tamen poſtea multitudine rogantium uictus interceſſit. Eſt autem tri
bunorum plæbis maxima in prohibendo poteſtas. Vno. n. prohibente nihil alii etiā ſi
complures ſint efficere poſſunt. Irritatus ergo ob interceſſionem Tyberius: lege illa pri
ori mite & humāiter ſcripta reiecta aliam plæbi magis gratam legem promulgauit: ut
agri qui contra leges poſſeſſi erant: dimitterentur nulla mentione precii facta. Erāt igi
tur quotidie inter Tyberium Octauiumq; ī concione certamina: in quibus licet ſūmo
ſtudio ardoreq; contenderent: nihil tamen contumelioſum unq̄ nec uerbum quidē p-
bum ab alterutro deciduſſe ferunt. Non ſolum. n. in ludis (ut uidetur) uerūetiam in cō-
tentionibus atq; iris probitas naturæ educatioq; modeſta conſpicitur. Conatus ē Ty-
berius ſi poſſet. M. Octauium interceſſorem: quoniam & ipſe multū publici agri poſ
ſidebat: ab īcepto mouere reſtitutione agrorum ſuorum ex propriis facultatibus licet
non admodum ſplendidis oblata: per quam oblationē cum nihilomagis Octauius de
ſiſteret: Tyberius edicto propoſito omnes urbanos magiſtratus agere quicq̄ inhibuit:
priuſq̄ de lege agraria ad populū referretur. Aerario aūt ſigilla īpreſſit: ac p quæſtores

quicq̃ depromi aut importari uetuit:pœna adiecta ſiquis contra ægiſſet.qua conter/
riti magiſtratus ſinguli propria officia dimiſerunt. Ob hoc edictum locupletes cũcti
ueſtes mutauere: & mæſti ac ſordidati circuibant forum:nec ſecus paratis clam percuſ
ſoribus necem Tyberio machinabantur.Ille uero palam gladium quem Dolonem uo
cant accinctus ambulabat.Sed cum adeſſet comitii dies populo Gracchum ad rẽ perfi
ciendam uocante:locupletes omnibus locis occupatis magnam præbuerunt turbati
onem:Sed nihilominus Tyberius multitudine frætus:cum dimouere eos poſſet: et
iam id facere aggrederetur:Manlius & Fuluius uiri conſulares Tyberiũ adeuntes & ma
nu prenſantes precibus & lachrymis orant: ne hoc agere uelit.At ille quantum nunq̃.ã
tea periculum attendens & ſimul reuerentia tantorum uirorum permotus:quid ſe fa/
cere uelint percontatur.At illi non eſſe ſe tantæ rei cõſilio idoneos affirmantes:ut ſena
tus arbitrio permitteret:ſuaſerunt.Verum ubi frequens ſenatus ob potẽtiam locuple
tum nihil perficere ualuit:conuerſus ad rem non legitimã neq; humanam:Octauium
amouere tribunatu iſtituit.Ac primo quidem multis uerbis ſupplici ter eum rogauit:
ut ab incepto deſiſteret:populoq; Ro.cõcederet iuſta poſtulanti & parua pro magnis
laboribus periculiſq; habituro.Deinde ut ille hoc negauit non poſſe ambos in eodem
magiſtratu æquali poteſtate præditos de maximis rebus cõtendentes ſine bello euade/
re: cæterum unam ſe medicinam intueri inquit:ut alteruter eorum magiſtratu abro/
garetur.Iraq; de ſe primo Octauius referret ſtaturum populi Romani iudicio: ſtatiq;
ſi iuberet tribunatu abiturum.Hoc quoq; repudiante Octauio:ſe de illo relaturum eſ/
ſe dixit:niſi ſententiam mutaret.His ſimul dictis concionem dimiſit.Poſtera uero die
reuocata concione rurſus Octauium uerbis mouere conatus eſt:quibus fruſtra cõſũp
tis ad populum tulit de Octauii abrogatione:ſtatimq; tribus in ſuffragium ire iuſſit.
Erant tribus quinq; & trigĩta:quarum cum decem & ſeptem iam Octauium abrogaſ
ſent:unaq; duntaxat reſtaret ad rem perfici ẽdam: parumper ſiſtere iubens:iterato ad
Octauium conuerſus eſt rogans atq; obteſtans:ut ab interceſſione deſiſtere uellet: ne/
ue ſibi hanc notam inferri pateretur:ſimulq; ſpectante populo Ro. ipſũ reuerẽter cõ/
plexus deprecabatur.His precibus Octauium nõnihil motum ferunt. Nã & impleſſe
oculos lachrymis & aliquanto cum ſilentio ſtetiſſe tradunt.Sed ubi ad locupletes pro
ſpexit(aderant.n.in concione)quaſi uerecundia adductus generoſe reſpondit:ut quod
uellet Tyberius exequeretur.Eo igitur abrogato populi iuſſu:miſſus a Tyberio appa/
ritor de tribunali illum detrahere uoluit.Concurſus eſt a locupletibus ac plæbe fac/
tus:rixaq; ſic exorta.Octauius per tumultum euaſit.Liberto autẽ(nam libertis appa/
ritoribus Gracchus utebatur)lumina effoſſa.In hoc lex agraria fertur:treſq; uiri ad a/
gros diuidendos creantur.Tyberius ipſe legis auctor:Appius Claudius ſocer.C. Grac/
chus frater non præſens ille tunc:nam apud Numantiam cum Scipione militabat.In
locum autem Octauii Mutius quidam Tyberii clientulus in tribunatu ſuffectus.Qui
bus rebus perculſi locupletes & Gracchi potentiam ueriti:in ſenatu aduerſabantur:pe
tentiq; ex more tentorium publicum quo in diuiſione agrorum uteretur:aliis etiam le
uioribus ex cauſis ſæpe conceſſum denegarunt.Expenſas uero in ſingulos dies nouem
nũmos ſtatuerunt:auctore Naſica qui propter multitudinem poſſeſſionum legi agra
riæ infenſus uel acerrimum inimicum ſe Tyberio præſtabat.Plæbs autem multo ma/
gis & ipſa exarſerat aduerſus locupletum iniurias:ac repente quodam ex amicis Tybe
rii defuncto:ſigniſq; ueneni apparentibus magno cõcurſu atq; clamore plæbis funus
celebratum.Cadauer.n.igne diſruptum tantam uim putridi humoris effuderat:ut flã
ma extingueretur:nec inſtaurato igne cremari potuit:priuſq̃ in alium locum trãſferre
tur.tandem omni arte adhibita:uix fieri potuit ut ignis cadauer attingeret.Ad hæc Ty
berius ut magis plæbem irritaret:ueſte mutata natos in concionem adduxit:& quaſi ſi
biipſi diffideret:eorumq; ac matris ſalutem plæbi cõmendauit.Poſt hæc Attali Philo/
patris defuncti teſtamento a Pergamenis Romã trãſmiſſo:in quo populus Ro. hæres

ſcriptus fuerat: ſtatim Tyberius ad populum tulit: ut regia pecunia ciuibus Romanis quibus agri dabantur pro cultura aſſignaretur. De oppidis autem quæ Attali fuiſſent nihil ad ſenatum ſed ad populum Romanum pertinere prædicabat. Hoc uel maxime ſenatum offendit. Itaq; Pompeius in ſenatu aſſurgens ſe uicinum eſſe Tyberii: ac ob id exploratum habere inqt diadema: & purpuram ex regia gaza p Eudemū pergamenū Graccho delatam tanq̄ Romæ regnaturo. Q. uero Marcellus Tyberium obiurgauit: q̄ patre Graccho cenſurā gerente: quotiens redirēt a cœna Romani ciues lumina extīgue re ſolebant: ne conuiuiis ac uoluptatibus nimium dediti uiderentur: cum filio autem audaciſſimi ac perditiſſimi ex plæbe homines pernoctare conſpiciantur. Titus Annius neq; ſapiens neq; humanus uir cæterum interrogare ac reſpondere promptus: cum di xiſſet Tyberium collegam ſuum ſacroſanctum uiolaſſe: ac Tyberius aduocata confeſtī plæbe Annium accuſaret: inferior & eloquentia & auctoritate Annius ad ſuas argutias confugit: ac ut paucis audiretur: ante accuſationem obſecratus: concedente Tyberio ſic interrogauit: Si tu inquit Tyberi condēnare me uelis ac propellere: egoq; de tuis colle/gis aliquem appellabo: an illum mihi auxiliari uolentem abrogabis? Ad hanc interro/gationem dicitur Tyberius q̄q̄ diſertiſſimus ac prōptiſſimus erat: obmutuiſſe. Tūc igi tur concionem quam Annii accuſandi cauſa uocauerat: re infecta dimiſit. Sentiens au tem illa quæ circa abrogationem Octauii geſta erant: non ſolum potentibus uerūetiā multitudini moleſta ac grauia uideri: pollutam ac deiectā tribunitiam poteſtatē quæ ſacroſancta hactenus fuerat arbitrantibus: orationem habuit: cuius non ab re fuerit ſē tentias paucas hic ānotare: ut copiam ac facundiam eius uiri intelligere ualeamus. Eſſe quidem ſanctum & inuiolabilem tri. pl. ex eo inquit q̄ plæbi conſecratus: eiuſq; inniti tur poteſtate. Itaq; ſi aduerſo animo iniuriam plæbi faciat eiuſq; robur impediat aduer ſeturq;: ipſum per hoc ſe priuatū reddidiſſe: cum ea nō agat pro quibus honor ſibi fu erat demandatus. Nam & capitolium euertere & naualia incendere tribunum pl. ſiqs ſinat: non ob hoc tribunum plæbis eſſe deſiſtere: ſed malum tribunum eſſe: q̄ ſi plæbē oppugnet nequaq̄ tribunum remanere. Eſſe uero pergraue ſi conſul a tri. pl. in carcerē duci poſſit: ipſe autem tribunus a plæbe deponi & abrogari non poſſit: cum poteſtate conceſſa ſibi a plæbe contra atq; ſibi data fuerat abutatur. Conſulem nāq; & tribunū plæbis a populo Ro. creari: regiam quidem poteſtatē omnes omnino magiſtratus cō/plexam & inſuper maximis ſacerdotiis cōſecratam fuiſſe: ſed nihilominus Tarquiniū exactum a populo Ro. & propter unius regis ſuperbiam regium nomen ſub quo Ro/ma condita atq; adaucta fuerat: omnino extinctum fuiſſe. Quid ita ſanctum ac reli/gioſum ut uirgines ueſtales? tamē ſiqua ipſarum deliquerit: uiua ſuffoditur. Deſinūt enim ſacroſanctæ & īuiolabiles eē dū aduerſus deos delinquūt: per quos ſacroſāctæ & inuiolabiles habeantur. Nec ergo tribunum pl. ſi plæbem offendat īmobilem ac ſacro ſanctum eſſe per plæbem amplius dignum eſt: cum qua pollebat potentia eam ipſe ſu ſtulerit. Atqui ſi iuſte tribunatum adeptus: maiori parte tributum decernēte: quomo/do non iuſtius ſibi auferetur cunctis tribubus abrogantibus? Nihil eſſe uſq; adeo ſacr̄ ac religioſum: ut res deor̄ īmortalium numini dedicatas: attamen illas mutari & trāſ ferri poſſe iuſſu populi Ro. nemo ūq̄ dubitauit. Licuiſſe ergo populo Ro. & tribunatū plæbis quaſi munus quoddam dedicatum in alium tranſferre. Quod autē tolli ac trāſ ferri poſſit uel ex eo patere: quod ſæpe iam qui habuerunt ſe ab eo magiſtratu iureiurā do excuſauerant. Hæc & ſimilia Gracchus diſſerebat. Poſt hæc amicis minas ac factio/nem aduerſus eum initam ſentientibus alioq; tribunatu opus fore ad ſalutem Grac/chi cenſentibus: rurſus multitudinem aliis legibus per quas tempora militiæ detrahe/bat & iudicibus tunc ſenatoribus æquū numerum ex equeſtri ordine admiſcebat: exci tare: & aperte iam ſenatus potentiā cōcione magiſq̄ iuſtitia aut honeſtate oppugnare aggreſſus eſt. De his rebus cum ad populum referret cerneretq; aduerſariorum partē ſupereſſe: quoniam non ſatis frequens multitudo conuenerat: concionem dimiſit. At

postridie mutata ueste in forum descendens lachrymãs ac miserabilis ac se metuere affirmans: ne inimici noctu aggressi eum necarent: sic homines cõmouit: ut frequẽs multitudo circa domum eius præsidii causa excubias agerent. Prima uero luce aues augurandi causa delatæ sunt: quibus oblata esca: nulla ipsarum præter unam prodiit: etiam cauea uehementer agitata: nec ista ipsa quæ prodierat escam attingere uoluit: sed sublata ala sinistra & collo producto rursus ĩ caueam se recondidit. Hoc signum propter id quod prius euenerat: magis Tyberium cõmouit. Erat. n. illi galea qua in præliis utebatur magnifice ornata atq; insignis: in ea angues oua pepererant: iamq; fœtus formati erant: quod accedente auium signo magis formidinem incusserat. Processit tamẽ cõuentione populi circa capitolium audita: et domo egrediens pede limen offendit: adeo q; percussio uehemens fuit: ut unguis maioris digiti scinderetur: sanguisq; profluens per calceum emanaret. Profectus ĩsuper aliquantulo coruos ad sinistram ĩ stillicido pugnantes conspexit: lapisq; ab altero coruorum dimotus iuxta pedes eius in magna turba prolapsus est. Hoc non solum Tyberium sed etiam audacissimos eorum qui aderãt turbauerat. Verum Cumanus Blossius tunc forte præsens & pudendum & dolendum esse inquit: si Tyberius Gracchi filius Scipionis nepos princepsq; populi Ro. ab uno coruo deterritus: ciues deserat suos: nec uocatus exaudiat: nec inimicos tamen hoc in risu posituros: sed quasi regnet & delitiis deditus sit: calũniandi occasionem habituros. Interea nõnulli a capitolio decurrentes: properare eum iubebant: utpote rebus prospere succedentibus. Profectus itaq; primo congressu præclare acceptus est. Nam & popularis plausus apparenti sublatus prõpteq; uia concessa: globo etiam circũdatus: ne qs appropinquare posset: deinde per Mutium tribus uocari cœptæ: sed tamen per tumultum: qui ab extremis oriebatur: fieri quicq̃ non potuit: mixtis atq; ĩcertis omnibus pellentium ac renitentium fluctuatione. Inter hæc Flauius Flaccus senator in eminentem locum euadens: ubi præ clamore strepituq; multitudinis exaudiri uox non poterat: manu significauit uelle se cum Tyberio loqui. Iussu itaq; Tyberii per multitudinem receptus: ubi ad eum peruenit: nuntiat diuites postq̃ consulem mouere nequibant: consiliũ de nece eius per seipsos agitare cœpisse: eaq; de causa seruos ac libertos cũ armis habeŕ. Hæc ubi circunstãtes Tyberium audiuerunt: subito togas accinguntur: hastilibusq; quibus multitudinem reprimunt de manibus ministrorum ablatis: fractisq; sese ad resistendum propere compararunt. Sed illi qui longius aberant: hãc præparationem admirantes: cum quid ea res sibi uellet percontarentur: tangens caput suum Tyberius: periculum sibi ĩminere significabat. Hoc signum inimici maligne interpretati quasi regẽ diadema petere illum senatui nuntiarunt: ob quem nuntium cum omnes perculsi essent: Nasica prius consulem ut libertati succurreret cohortatus: deinde ubi a consule grauiter responsum est: nec se auctorem fore intestini belli: nec quẽq̃ Romanũ ciuem sine iudicio necaturum: si tamen aliquid decernat populus Ro. a Tyberio coactus id se pro lege non habiturum: prosiliens Nasica: quando inquit consul ciuitatem prodit: q leges saluas esse cupiunt: me sequantur. Hæc dicens licinia toga supra caput posita in capitolium ire pergit: aliiq; post eum toga circa brachium ĩuoluta secuti sunt. At multitudo ob reuerentiam amplissimorum uirorum aditum negare minime ausa: sese retrahens cõprimebat. Tulerant ab initio hi qui cum Nasica cæterisq; aduenerant fustes & clauas: ipsi uero subselliorum fragminibus pedibusq; reuulsis obuios ferientes contra Tyberium euadebant. Cæde itaq; & fuga Tyberii sociorum facta: cum ipse Tyberius cursu euadere properaret: toga per quendam retentus: cecidit: surgenti uero. P. Saturninus collega eius pede subsellii caput percussit. Hic primam: secundã uero. L. Rufus: de qua etiam gloriari solitus erat: plagam inflixit. Et alii uero circiter. xxx. mactati fustibus & lapidibus omnes: ferro autem nemo. Hanc primam post exactos reges contentionem fuisse tradunt: quæ sanguine & cæde ciuium finiretur. Nam alias quidem nec paruas neq; paruis de rebus agitatas ita transegerunt: ut cedere magis ĩter se metu

quidem plæbis ſenatus: plæbs autem pudore ac reuerentia patrum q̃ certare uiderẽtur. & in hac ipſa contentione facile ceſſurus uidebatur Tyberius: ſi uerbis & auctoritate eũ flectere perrexiſſent. Et certe primo impetu in ipſum facto perfacile ceſſit abſq; pugna & uulneribus reſiſtendo illatis: ſed ira potius atq; odio locupletum q̃ ob eas quæ iacta bantur cauſas perpetrata cædes Tyberii uidetur fuiſſe: cuius magna fuerit coniectura: q; in ipſum etiã mortuum crudeliter ſæuierunt. Nõ. n. tolli corpus nec fratri uel ad noc turnam ſepulturam poſtulanti conceſſerunt: ſed in Tyberim una cum aliis cadaueri bus proiecerunt. Nec finis hic erat: ſed amicorum ac familiarium eius alios indicta cauſa in exilium pepulerunt: alios captos duriſſime trucidarunt: inter quos. C. Villius ĩ culeo cum anguibus inſutus necatus eſt. Necatus etiam Diophanes rhetor. At Bloſſi us Cumanus Tyberii familiaris ad conſules perductus: cum de rebus geſtis interroga retur: ſe Tyberii iuſſu cuncta feciſſe reſpondit. Ad hæc Naſica: quid ſi te capitolium in cendere Tyberius iuſſiſſet: an id quoq; feciſſes? Nunq̃ iuſſiſſet hoc inquit: ſed ſi iuſſiſ ſet paruiſſem: Nam pro utilitate populi Ro. nec alitet unq̃ erat iuſſurus. Hic Bloſſi us tunc euadens in Aſiã ad Ariſtomichum fugit: rebuſq; Ariſtomichi deinde profliga tis: ſibiipſi mortem conſciuit. Poſt mortem Tyberii ut plæbis dolor leniretur: ſenatus diuiſionem agrorum impugnare deſtitit: permiſitq; ut loco Tyberii alium eligerẽt ad agros diuidendos. Electus eſt igitur. P. Craſſus Gracchorum affinis. Filiã. n. Craſſi. C. Gracchus uxorem habebat: q̃q̃ tradit Cornelius Nepos nõ Craſſi ſed Bruti qui de Lu ſitanis triumphauit filiam. C. Graccho nuptam fuiſſe: ſed plures ita tradunt ut modo diximus. Sed cum grauis plæbi foret Tyberii mors: & iam uindicta accuſatoreſq; cõtra Naſicam pararentur: ſolicitus de ſalute Naſicæ ſenatus liberam ſibi legationẽ ĩ Aſia decreuit. Non. n. obſcura erant populi Ro. odia: ſed clamabant obuii maledicti: ſq; ĩceſ ſebant tyrãnum cæde tribunitia fœdatum pollutumq; & inexpiabilem uocitãtes. Na ſica igitur quãq̃ maximo ſacerdotio illigatus: tamẽ ea de cauſa Italiam dimiſit: ac ubi in Aſiam peruenit: haud multopoſt circa Pergamum interiit. Nec mirum ſi uſq; adeo Naſicam oderat populus Ro. cum Scipio ipſe Aphricanus ſũma alias gratia frætus pa rum abfuerit: quin omni beniuolẽtia & caritate populi Ro. deſtitueretur: q; apud Nu mantiam cæde Tyberii nuntiata ſibi: carmen Homeri pronuntiauit in hanc ſententiã: Sic pereant alii qui talia facere pergent: q; q; poſtea in concione rogatus: quid de morte Tyberii ſentiret: non placentem dedit reſponſionem. Ex quo factum eſt: ut plæbs illi concionanti obſtreperet: quod antea fecerat nunq̃: & ipſe ad maledicta in plæbem irri tatus ẽ: de quibus ĩ Scipionis uita ſigillatim diximus. C. autem Gracchus ſiue inimicos ueritus: ſiue ut inuidiam illis accumularet: ſtatim poſt mortem Tyberii fratris omiſſo foro ſe in ocium tradidit: quaſi & tunc miſere & in futurum abiecte uitam acturus: ut etiam quibuſdam de ſe præſtaret ſermonem: quaſi ea dãnaret quæ Tyberius geſſerat. Erat autem per id tempus admodum adoleſcens. Nam Tyberium conſtat ante trige ſimum ætatis ãnum interiiſſe: quo ut ſupra diximus nouem annis Caius minor erat. Sed procedente tempore cum mores in eo graues & a pigritia mollicie auaritia uolup tatibus alieni apparerent: facultaſq; dicendi ad rempub. comparata: ſtatim creditum ẽ illum nequaq̃ in poſterum quietem acturum. Nam in defenſione cuiuſdam amici ſui Vectii nomine ita excelluit: ut cæteri oratores nihil a pueris differre uiderentur: multi tudoq; eo dicente mirabili lætitia plauſuq; exultaret. Quibus rebus perculſa nobilitas multa iam ĩde agitare cœpit: & ante proſpicere quẽadmodũ efficere poſſet: ne. C. Grac chus tribunus plæbis crearetur. Forte euenit: ut quæſtor in Sardinia cum Horeſte cõſu le nauigaret. Id. n. munus. C. ſorte impenſum inimicis eius gratum fuit: ſibi uero nõ ĩ gratum: utpote qui noſſet non inferiorem ſe bello eſſe q̃ ĩ foro. Præterea adhuc roſtra ſuggeſtumq; perhorrens: nec plæbi amiciſq; rogantibus denegare ſuam operam uolẽs omnino profectionem illam libenter ſuſcepit. Atqui opinio magna optinuit Caium Gracchum ſummum & abſolutum fuiſſe popularem: multoq; in ea re iudicio populi

Tyberium fratrem anteisse: quod uerum non est: sed necessitate potius compulsus q̃ iudicio animi se ad rempub. contulisse uidetur. Scribit Cicero orator. C. Graccho omnes magistratus repudianti & in ocio uiuere cupienti fratrem Tyberium in somnis uisum dixisse: quid tardas Cai? nulla est fuga: sed ambobus unam uitam & unam mortem pro populo Ro. certantibus fata statuerunt. Cum uero in Sardiniam uenisset: ibi omnifariam uirtutem ostendens: audacia quidē in hostes: iustitia in subditos: beniuolentia & obseruantia erga cōsulem: cæteram iuuētutem: temperātia autem & īdustria etiam seniores anteibat. Vehementi atq; pestifera hyeme exercitum opprimente: cū cō sul a ciuitatibus uestem militibus peteret: & illæ missis ad senatum legatis: se a præstatione uestium excusarent: nec aliunde uestiendi exercitum facultas consuli permitteretur: magnoq; ob eam rem milites afficerentur incōmodo: adiēs ciuitates Caius effecit: ut ipsæ sponte sua uestem exercitui donarent. Ea Romæ nuntiata cum popularis gratiæ uiderentur initio senatum turbarūt: & prius quidem ex Libya uenientes Micipsæ legati ingrate accepti fuerant a senatu: q̃ dicerent Micipsam. C. Gracchi gratia frumentum in Sardiniam misisse. Vt igitur Gracchum diutius in Sardinia detinerent: ut militibus successores mitterentur: utq; Horestes consul in Sardinia remaneret: decreuerunt: ut sic Caius quoq; remanere compelleretur. Sed ille re intellecta: statim ob iram e Sardinia nauigauit: Romæq; ex improuiso conspectus non solum inimicis uerūetiā amicis reprehensionis causam aduersus se præstitit: q̃ contra maiorum exempla quæstor ante consulem e prouincia decessisset. Attamen cum de ea re apud censores accusaretur: oratione habita sic mentes omnium mutauit: ut magis iniurias passum iudicarent. duodecim se annos militasse ostendit: cum lex cæteris decem in necessitatibus diffiniat. Quæsturam per triennium gessisse: cum lex finito anno reditum quæstori pmittat. Se unum plenos loculos pecuniarum extulisse: uacuos reportasse: cum alii potato quod extulerant uino plenas auro atq; argento amphoras reportarīt. Post hæc rursus accusatus est quasi particeps flagellianæ coniurationis: in qua causa cum omnem suspicionem a se repulisset purumq; & insontem esse constaret: statim tribunatum petēr̃ præparauit. In quo licet uniuersa nobilitas ipsum oppugnaret: tamen multitudo tāta in urbem ex Italia confluxerat: ut domus tectaq; deessent nec turbam capere comitium posset: ex tectoriis atq; tegulis suffragia præstarentur. Hoc duntaxat conando assecuta nobilitas est: ut non primo quēadmodum sperabat: sed tertio loco tribunus crearetur. Postq̃ tribunatum iniit: statim primus omniū collegarum apparuit: nam eloquentia egregie præditus: & ob ea quæ passus fuerat acer & audax ex quacunq; causa ī complo tationem Tyberii fratris sermonem traducebat: cōmemorans quæ tunc facta fuissent: atq; deinde ostendens maiores contra Falisco bellum intulisse: q̃ Genutium quēdam tribunum plæbis iurgio incessissent: &. M. Vectium ultimo supplicio affectum: q̃ trā seunti per forum tribuno plæbis de uia non cessisset. At isti inquit spectantibus uobis Tyberium mactauerunt: & per mediam urbem tractum ex capitolio in Tyberim proiecerunt. Amici quicunq; capti sine iudicio necati sunt. Atqui more maiorum siqs capitali iudicio accusatus non ueniat ad se defendendum: tamen eum domi ante ianuā consistens nomenclator tuba citat: nec ante contra ipsum fertur sententia. Ita caute & diligenter maiores nostri iudicia moderati sunt. His ille uerbis multitudine concitata: & erat quidem magnæ uocis & in dicendo firmissimus: duas tulit leges: alteram ut qui magistratu per populum remotus esset: facultatem alterius magistratus ineundi non haberet: alteram ut siquis in magistratu constitutus ciuem Romanum sine iudicio necasset: in eum populi animaduersio foret: quarum altera. M. Octauius qui Tyberio rogante tribunatum dimittere iussus fuerat: notabatur: altera in Popilium qui prætor amicos Tyberii in exilium pepulerat: iudicium parabatur. Sed Popilius statim per fugā sibi consuluit. Octauium uero ipse Caius ob Corneliæ preces seruauit lege abrogata. nec ingratum fuit populo Ro. cum diceret in cōcione se Corneliæ matri precāti salutē

Octauii conceſſiſſe. Nec ſane ipſa Cornelia minus ob uirtutem filiorum q̃ ob memoriam Aphricani patris a populo Ro. colebatur: cui etiam cum poſtea ſtatua decerneretur: ſic ſcriptum eſt: Corneliæ Gracchorum matri. Narrantur autem multa uenuſte & oratorie de Cornelia matre a Caio dicta aduerſus quendã inimicorum. Tu inquit Corneliam uituperare audes: quæ Tyberium peperit? Cũq; inimicus ille de mollicie notaretur: Qua ratione inquit te cum Cornelia comparas: an tu peperiſti ut illa? Atqui nemo ciuis ignorat diutius illam ſine uiro fuiſſe q̃ te uirum. Multa huiuſmodi ex oratiõibus ſuis ſumi poſſunt: in quibus mordacitas uerborum apparet. Leges præterea tulit populares aduerſus potentiã ſenatus: ueluti de coloniis deducendis: de ueſtibus publice militibus dandis ſine ſtipendiorum diminutione: de minoribus decem & ſeptem annis ad militiam non cogẽdis. Tulit & de ſuffragiis ſociorum pares Italos & ciues conſtituens. Tulit & frumentariam legem de annona pauperibus aſſignanda. Tulit de iudicibus deligendis. Nam cum ſoli antea ſenatores iudicarent: ob eamq; rem a plæbe timerentur: trecentos ex equeſtri ordine iudices adiecit: parem ſenatoribus numerum ſtatuens. Hæc lex potentiam ſenatus magna ex parte præſcidit: atq; in ea lege ferenda & alioquin egregie diligentia uſum ferunt: & primum omnium qui ante ſe fuerant ita concionatum: ut non ad ſenatum & comitium ut mos erat: ſed ad forum conuerſus perſiſteret: quod poſtea ſemper in dicendo ſeruauit. Atqui ex hac parua re magna in repu. mutatio oriebatur: traducta dignitate ad populum: quaſi non de ſenatu ſed de populo. R. is qui oraret cogitare deberet. Cum uero plæbs non ſolum eam legem ſuſciperet: uerumetiam Caio poteſtatem daret: ut ex equeſtri ordine quos uellet iudices eligeret: tunc quaſi regia ſuffultus potentia: etiam a ſenatu in dicendis ſentẽtiis obſeruabatur. Quotiens uero ſententiam dicebat: ſemper aliquid decorum ac præclarum deferebat: quale fuit decretum eius de frumento a Fabio miſſo. Fabius. n. pro prætore ex Hiſpania frumentum tranſmiſerat: at Caius ſenatui perſuaſit precium ciuitatibus reddẽdũ eſſe: Fabiumq; reprehendendum: ut grauem prouincialibus & nimis dure imperantẽ. Ex quo ſenatuſconſulto magnam ſenatus laudem aſſecutus eſt. Decreuit etiam colonias deducendas uiaſq; muniendas: rem frumentariam procurandam: atq; iis omnibus dum agerentur: ipſe magiſtratum gerens indefeſſo ſtudio ac necubi deficiens præerat. tanta ac tam mirabili uigilantia & celeritate: ut ad ſingula duntaxat uideretur intẽtus adeoq; ipſe unus omnia obibat: ut etiam acerbiſſimi inimici obſtupeſcere cogerentur uirum per omnia efficacem atq; inuictum. Delectabat uero populum Ro. ipſius aſpectus. Semper. n. illum turba ingens ſequebatur operariorum fabrorum legatorũ magiſtratuum militum ſtudioſorum: quos omnes benigne alloquens & in humanitate grauitatem conſeruans: ſeq; unicuiq; illorum decenter impertiens: calũniatores oſtendit eos qui ſe ut ſuperbum aut inhumanum criminabantur. Maxime uero diligentem circa uiarum procurationem ſe præſtitit: tum utilitatis cauſa tum etiam ornatus. Rectis quidem regionibus uias deduxit: & eas partim lapide incuſſo ſtrauit: partim arenæ muniuit aggeribus: iniqua adæquans: & quantum ualles torrenteſq; abrumpebãt: pontibus æquali altitudine ac procliuitate coniungens: pulcherrimam operis ſpeciem oſtendit. Dimenſo præterea uiarum ſpatio ſingulis miliariis (eſt autem miliarium paulominus q̃ octo ſtadia) colũnas lapideas ſpatii ſigna præferentes conſtituit. Alios inſuper lapides parum inter ſe diſtantes ex utraq; uiarum parte diſpoſuit: ut ex illis faciliter & ſine ſaltu ĩ equos eſſet aſcenſus. Ob hæc cum a populo Ro. laudaretur: omniaq; concedere ſe paratum oſtenderet: dixit in concione ſe pro his rebus gratiam petiturũ: quæ ſi concederetur ſibi: pro ſũmo beneficio acciperet: ſi negaretur non grauiter ferret. Hæc uerba expectationem dederunt: quaſi conſulatum petere uellet. Inſtantibus igitur conſularibus comitiis cunctiſq; in expectationem adductis: prodiit Gracchus in cãpum una cum amicis. C. Fãniũ ad conſulatum petẽdum adducens: pro eoq; rogãs: deſignari conſulem fecit. Ipſe uero Gracchus tribunus plæbis ſecundum creatus ẽ: plæbe

id iubente ſine ulla ipſius petitione. Sed cum animaduerteret ſenatum ſibi infenſũ Fãnium uero conſulem ob idipſum minus potẽtem: q; ſibi amicus putabatur: rurſus alis legibus promulgatis: animos plæbis ſuſcitauit: Colonias Tarentum atq; Capuã mittendas & latinos in cõmunionem ciuitatis uocandos decernens. At ſenatus metuens ne omnino inexpugnabilis fieret Gracchi potentia: nouum & inuſitatum remediũ adinuenit. Vt.n. ſtudia hominum ab illo diuerteret: multa contra bonum æquũq; plæbi concedere decreuit per hunc modum. Erat Liuius Druſus collega in tribunatu uir claro loco natus: & ingenio eloquentia diuitiis plurimum pollens. Huic ſenatus perſuadet: ut una ſecum aduerſus Caium inſiſtat ſine ulla plæbis offenſa: ſed ea plæbi minis trans: pro quibus aduerſus eam reſiſtere pulchrum eſſet. Promittens igitur tribunatũ ſuum Druſus arbitrio ſenatus leges tulit: nec præclarũ aliquid nec fructuoſum reip. continentes: ſed unum duntaxat agentes: ut. C. Gracchus uoluptate & gratia apud plæbem ſuperaretur. In qua re ſeipſum arguit ſenatus non res a Caio geſtas moleſte ferre: ſed perſonam eius oppugnare uoluiſſe. Nam Graccho duas Colonias decernenti reſtiterunt: quaſi populum exhauriret. Liuio autem duodecim colonias & tria milia ciuiũ in ſingulas earum deducenda cenſenti libentiſſime aſſenſerunt. Et rurſus Graccho pauperibus agrum diuidendi & penſionem reipub. ob id ſoluendam cenſenti quaſi gratiam plæbis aucupanti aduerſati ſunt. Liuius autem etiam penſionẽ remouens eis placebat. Caius paria ſuffragia latinis concedens ſenatum offẽdit. Liuio autem ne liceret quenq̃ latini nominis in exercitu flagellis cædi legem ferenti auxiliati ſunt. Illud tantũ utilitatis in rebus Liuii fuit: q; quotiens de his rebus ad populum ferret: prædicebat ſe ea dicere ex conſenſu & approbatiõe ſenatus: quæ res populum ĩ gratiam ſenatus reducebat: antiquarum contentionum deleta memoria. Maxime uero Liuio profuit ad auctoritatem & gratiam: q; nunq̃ propriæ cõmoditatis cauſa legem tuliſſe apparuit: nec deducendis coloniis præeſſe uoluit: ſed alios præfecit. Nec pecunias tractauit: cum ipſe Caius plæraq; eorum quæ decernebat: per ſeipſum exequeretur. Poſt hæc Rubrio quodam Gracchi collega referente: cum plæbs ſciuiſſet ut Carthago a. P. Scipiõe nuper euerſa reſtitueretur: & ſorte Caio eueniſſet: ut ea de cauſa Libyam nauigaret: etiam maior tunc Druſus per abſẽtiam Caii factus: maxime fuluianis creuit calumniis. Erat.n. Fuluius. C. Gracchi familiaris & in diuiſione agrorum collega: uir ſeditioſus & ſenatui inuiſus: nec plæbi carus propter ſuſpicionem: q; fama erat ſocios ad defectionem ſolicitaſſe. Quibus ſine probatione argumentoq; iactatis: ipſe Fuluius fidẽ non ſani neq; quieti animi oſtendebat. Ea res Gracchi potentiam minuit: ut illius inuidiæ ſocii: & cũ Scipio Aphricanus ſubito defunctus eſſet: ſignaq; nõnulla plagæ & uiolẽtiæ ut in eius uita ſcripſimus: in ipſo mortuo appareret: maxĩa de Fuluio ſuſpicio fuit: utpote inimico & eaipſa die contra Scipionem publice inuecto. Attigit uero etiam. C. Gracchum ea ſuſpicio: ac tam graue facinus in ſummum uirum & principem ciuitatis perpetratum non modo ultione ſed redargutione etiam caruit: quoniam plæbs ſolicita de ſalute Gracchi: ne ille forſan particeps necis ĩueniretur: iudicium diſſoluit. Sed hæc prius facta erant. In Libya uero dum Carthaginem quam Iunoniam appellauit: Gracchus reſtituit: permulta impedimẽta a genio loci tradunt oppoſita. Nam primũ ſignum ui uentorum correptum: cum ſignifer ualide reſiſteret: fractum eſt: & ſacra altaribus impoſita ſurgens procella diſſipauit: & extra terminos deſignatæ urbis abiecit. ipſos præterea terminos lupi inuadentes ac turbantes longe detulerunt. Attamẽ Gracchus omnibus conſtructis atq; ornatis: ſeptuageſimo die poſtq̃ Roma diſceſſerat ĩ urbem reuerſus eſt: audita Druſi aduerſus Fuluium inſectatione & rebus urbanis præſẽtiam eius efflagitantibus. Nam. L. Opimius uir potens in ſenatu: qui prius in petitione conſulatus ſuccubuerat. C. Graccho Fannium in comitiis præferente: tunc iterũ petens: multis adiuuantibus ſi conſul fieret potentiam Gracchi: quæ iam quodãmodo conſenuerat: ob multitudinem ad gratiam plæbis ipſo concedente ſenatu rempublicã

gerentium depoſiturus uidebatur. Poſtq̃ igitur Romam rediit: quo popularior foret: ex palatio ubi prius habitabat: in locum foro propinquũ: ubi complures egeni & tenues ex plæbe homines habitabant: īmigrauit. Deinde cum alias promulgaſſet leges: ob quas frequens concurſus ad eum fiebat: ſenatus Fānio cōſuli perſuaſit: ut omnes præter urbanam multitudinem urbe depelleret. Facto igitur per præconem mādato duro quidem atq; inſolito: ut nullus ex ſociis atq; amicis populi Ro. per eos dies Romæ adeſſet: oppoſuit Caius edictum: per quod conſulem quidem reprehendebat: ſociis autẽ ſi manerent opem ſe laturum aduerſus inſolentiam conſulis pollicebatur: quod tamẽ non fecit. Nam cum cerneret quendam ex hoſpitibus ac familiaribus ſuis per apparitores conſulis trahi: permiſit: nec reſtitit: ſiue uiribus ſuis diffiſus: ſiue ut ipſe inquit nolens principium pugnæ cupientibus aduerſariis præſtare: et forte euenerat ut collegas etiam ſuos per id tempus haberet infenſos ex huiuſmodi cauſa. Futurum erat in foro gladiatorum ſpectaculum: & magiſtratuum plæriq; conſtructis circa forum ad ſpectãdum locis ea mercede locabant. Hæc loca Caius per edictũ purgari iuſſit: ut plæbs ſpectare ſine mercede ualeret: in quo cum ſibi non pareretur: expectata præcedente certamẽ nocte: conſtructiones ipſas per operarios & fabros ſuos demolitus: uacuum ad ſpectãdum multitudini locum oſtendit. Quod factum ut plæbi gratum fuit: ſic collegas ab eo tãq̃ agreſti ſuperboq; alienauit: atq; ex ea re tertium tribunatum creditur amiſiſſe: ſuffragiis quæ plurima præſtabantur: maligne & fraudulenter per collegas occultatis. Sed hæc non ſatis clara ſunt. Tulit uero hanc repulſam grauiter & iniquo animo. Aduerſus inimicos ridentes inſolentius q̃ par erat inclamauit: eos ſardonium riſum ridere ignaros q̃ magnis tenebris ex ſuis actis circunfundantur. Cum autem Opimius conſul factus multas ex legibus a Caio latas abrogaret: & Carthaginem ī alium locum trāſferendam decerneret: atq; ea faceret: ut Caius irritatus necis ſuæ occaſionem præſtaret: primo tempore tolerantiam habuit: ſed ubi familiares amiciq; & in primis ipſe Fului us incitare eum cœperunt: contracta multitudine aduerſus conſulem reſiſtere ſtatuit: ad quam rem tradunt matrem Corneliam ipſum adiuuiſſe: latenter multitudine conducta ex agris in urbem ſub meſſorum ſpecie tranſmiſſa: ut ī ipſius Corneliæ epiſtolis ad filium ſub enigmate ſcriptũ legitur: licet tradant nōnulli Cornelia repugnante hoc a Caio factum. Quo die Opimius de abrogandis legibus erat relaturus: prima luce ab utriſq; capitolium occupatur. Ibi dum conſul ſacra feciſſet: miniſter quidam Antyllius nomine inteſtina aſportans illis qui circa Fuluium erant dixit: Cedite bonis ciuibus mali ciues: & adiūgunt quidam ipſum ī obſcœnam figuram brachium nudum ſimul his dictis per iniuriam oſtendiſſe. Hic ergo ſtatim occiditur: magnis ſtilis ea de cauſa ut dicitur comparatis. Ea cædes populum quidem turbauit: ducum uero ipſorum uaria mens fuit. nam Caius quidem indoluit: & eos qui id fecerāt reprehendit. Opimius uero quaſi occaſione parta ad ulciſcendum ſuos cohortatus eſt. Imber ea die certamẽ diuiſit. Poſtridie uero ſummo mane conſul ſenatum in curiam uocauit: atq; dum ibi de republica agitur: quidam ut ordinatum erat: Antyllii corpus feretro impoſitũ cum planctu & lamentatione in forum ſecus curiam ipſam detulerunt. Simulante conſule id ſe admirari: ſenatus progreditur: poſitoq; in medio eorum feretro: ueluti ſuper magnum facinus patres īclamant. At multitudinem indignatio habebat: q; Tyberii Gracchi tribuni plæbis in Capitolio nuper occiſi corpus in tyberim proiectum fuerat: miniſtrum uero Antyllium qui &ſi non iure necatus eſſet: iuſtas tamen præſtiterat irarum cauſas: in foro circunfuſi ſenatores populi Romani deplorarent: eumq; oſtenderēt ad necem reliquorum ciuium: qui plæbem Romanam defendebant. Senatus poſt hæc ī curiam reductus decernit: ut Opimius conſul uideat: ne quid reſpublica detrimenti capiat. Ille ſtatim iubet: ut ſenatus arma capiat: utq; equites Romāi ſinguli binos ſeruos cum armis poſtridie adducant. At Fuluius contra ſe parare: & plæbem colligere īcepit. Sed Gracchus ipſe foro abiens iuxta patris Gracchi ſtatuam cōſtitit: atq; eam diutius

cum ſilentio intuitus: tãdem flens ſuſpiranſq; diſceſſit. Ob hoc multi ex plæbe homines in cõmiſerationem adducti: ac ſeipſos caſtigantes: q; hominem derelictum proditumq; patiantur: proſecuti cuſtodiæ cauſa circa ædes eius pernoctarunt: non potatiõibus & clamoribus intenti: ut ii qui circa Fuluium excubabant. Nam illi ebrietatibus & tumultu noctem tranſegerunt: ipſo Fuluio in primis laſciuiente & contra ætatẽ ſuam multa dicente agenteq;. At apud Gracchum nihil ſimile: ſed tanq̃ in publica calamitate mæſti & futurum ſpectantes: partitis uigiliis excubabãt. Albeſcente igitur die Fuluius uix e ſõno propter uinolẽtiam excitatus ſuos armat ſpoliis Galatarum: quæ domi ſuæ ex triumpho ſupererant: ac ſubito minaci clamore in Aduentinum montẽ euadit. Caius uero nec armare quidem ſe uoluit: ſed tanq̃ in forum iturus togatus proceſſit: paruo duntaxat accinctus gladio. Exeuntẽ domo uxor in ueſtibulo proſecuta atq; altera manu natum tenens: altera uirum apprehendens inquit: Non te Cai nunc ĩ roſtra tribunum plæbis & legumlatorem trãſmitto: nec ad bellum glorioſum: in quo etſi aliquid accidat aduerſi: ſaltẽ honeſtum mihi luctum relĩquas: ſed Tyberii fratris tui interfectoribus te obiicis inermem: recte id quidem ut patiaris magiſq̃ agas. Vicerunt enim peiora: ui & ferro iudicia peraguntur. Si apud Numantiam frater tuus occubuiſſet: at corpus ad ſepulturam reddidiſſet hoſtis. Nũc autem & ego fortaſſis fluuio quodam aut mari te proſequi compellar: obſecrans an ſicubi ĩ his tuum corpus appareat. Quid. n. aut diis aut legibus quis credat poſt Tyberii mortem? Hæc deplorantem Lycinia diſſoluẽs ſenſim a complexu Caius: una cum amicis ſilens ire perrexit. At illa ueſtem eius capere gliſcẽs: ſolo procubuit ſemianimis: donec miniſtrorum manibus ſublata: ad Craſſum fratrem delata eſt. Fuluius ubi omnes in unum cõuenerunt uoluntatem Gracchi ſecutus: iuniorem filium cum caduceo in forum tranſmiſit. Erat hic adoleſcens egregiæ formæ: qui cum honeſte ac decore cum lachrymis de concordia ad ſenatum & conſulem locutus eſſet: ac plærisq; eorum qui aderant ad concordiam flecterentur: Opimius conſul non nuntiis inquit ſenatui perſuadendum ſed deſcendendum ex Aduentino ac ſe iudicio ſenatus ut obnoxios ciues ſubiiciendum eſſe: atq; ita ueniam poſtulandam. Et ſimul adoleſcenti edixit: ut uel cum iis rediret uel omnino non rediret. Caium itaq; tradunt uoluiſſe in forum deſcendere: ut ſenatui loqueretur: ſed cum id cæteri non probarent: turſus adoleſcens a Fuluio cum mandatis haud diſſimilibus ĩmiſſus eſt. At Opimius pugnandi auidus: puero ſtatim in cuſtodiam tradito contra Caium & Fuluium profectus cum multitudine armatorum & ſagittariorum Cretenſium ferit aduerſarios ac perturbat. Factaq; exinde fuga Fuluius in quoddam balneũ ſe coniecit: ac paulopoſt deprehenſus una cum maiori filio occiditur. Caium uero nullus ea die pugnantem conſpexit: ſed ea quæ gerebantur permoleſte ferens: in templum Dianæ ſe rettulit: manuſq; ſibiipſi afferre cum uellet: a Lycinio & Pomponio fidiſſimis familiaribus ſuis prohibetur. Hi nanq; præſentes gladium ademerunt: & ad fugam cohortati ſunt. In quo loco dicitur Caius in genu procumbens & manus ad Deam tendens precatus fuiſſe: ut populus Ro. pro tanta ingratitudine ac proditione nunq̃ a ſeruitute eximeretur. Palam. n. cuncti ipſum deſeruerant: q̃primum fuit eis per præconẽ impunitas: ſi inde diſcederent conceſſa. Fugiẽtem ergo Caium aduerſarii perſecuti: cũ iuxta pontem ligneum iam aſſequerentur: familiares duo quos ſupra memoraui illũ procedere ac maturare fugam iubent: ipſi uero in ponte ipſo ruentibus aduerſariis ſe obiicientes: non prius quenq̃ tranſire permiſerunt: q̃ ipſi pugnantes occiſi ſunt. Cum Caio ſeruus unus aufugerat Philocrates. At cum uniuerſi certatim eum ad fugã hortarentur: nemo tamen auxilium præſtaret: nec petenti equũ quiſq̃ concederet: & iam aduerſarii adeſſent: præripit ille ſe in ſacrum deorum nemus: ibiq; occiditur per manus Philocratis ſerui: qui primo dominum deinde ſeipſum peremit. Quãq̃ tradũt nõnulli ambos in manus inimicorum uiuos perueniſſe: ſed ſeruum dominum complexũ nõ prius diuelli potuiſſe q̃ ipſe cæderetur. Caput Gracchi tradũt abſciſſum primo ab alio

deinde ab amico quodam Opimii Septumuleo nomine per uim ablatum. Nam promiſſum erat in principio pugnæ: ut qui Caii & Fuluii capita referret: æquum auri pondus ex publico acciperet. Relatum eſt igitur a Septumuleo pilo trāſſixum: ſtatera deinde impoſitum librarum decem & ſeptem ac dimidiæ pōdus traxit: Septumuleo īprobe machinato. Nam detracto cerebro plumbum infuderat. Qui uero Fuluii caput rettulerunt: erant nāq; ex tenuioribus: nihil omnino reportarunt. Corpora Caii & Fuluii & aliorum omnium (circiter. n. tria milia cæſa fuerant) in Tyberim proiecta: bonaq; eorum publicata. Edictum eſt mulieribus ne lugerent. dos Lyciniæ uxori adempta. Crudeliſſimi uero omnium in eo fuerant: q; Fuluii iuniorem filium cōcordiæ ſequeſtrem: quem pauloante diximus a conſule captum & in cuſtodiam traditum: cum is nec ī prælio fuiſſet: nec manus aut arma intuliſſet: tamen poſt uictoriam acerbiſſime necauerunt. Super omnia tamen plæbem afflixit templum concordiæ ab Opimio conſtructum. Iactatio. n. quædam uiſa eſt atq; ſuperbia: & quaſi de nece Romanorum ciuium triūphus. Itaq; per noctem ſub ipſius templi hypogrāmate quidam ſcripſerunt hunc uerſum: Opus uecordiæ templum concordiæ facit. Hic tamen Opimius qui primus in conſulatu dictatoris poteſtate frætus eſt: quiq; ſupra tria milia. C. Gracchum & Fuluium Flaccum quorum alter conſularis & triumphalis alter ſuæ ætatis uirtute & gloria prīceps fuit: indēnatos occidit: furti crimine non caruit. Nam miſſus poſtea legatus ad Iugurtham Numidæ regem: & pecunia corruptus cum ſummo dedecore in iudicio condēnatus infamis conſenuit: inuiſus ac ſpretus a populo Romano: qui &ſi iuxta res ipſas pculſus metu ſe contraxerat: tamen paulopoſt deſiderium & beniuolentiam Gracchorum aperte oſtendit. Nam & ſtatuas illorum poſuit celeberrimis urbis locis: & ubi illi occiſi fuerant: ſacella ædificauit coluitq;: & ſacrificia quotidie in his fiebant: procumbebatq; multitudo ut deorum tēplis. Ipſa etiā Cornelia mater dicitur & cætera omnia quæ fors attulerat: generoſe tuliſſe: & de ſacellis ipſis dixiſſe dignas eorū corpora ſepulturas habere. Ipſa uero circa Miſenos uitam duxit: nihilo de priore conſuetudine īmutata. Erat ei ingens amicorum multitudo: & ea de cauſa frequens hoſpitalitas. Nam e Græcia eruditi homines & a cunctis regibus dona ferentes referēteſq; nuntii domum eius frequentabant. Fuit illi dulciſſimum patris Scipionis facta cōmemorare: mirabiliſq; cum de filiis loqueretur atq; illorum caſus facta referret indolentia: quaſi fabulā quandam rerum ātiquarum enarraret. Vnde quoſdam ſuſpicari coegit: ne ob ſenectutem & doloris magnitudinem ſenſum amiſiſſet: Ipſos nimirum abſq; ſenſu non ītelligentes quantum generoſitas naturæ & educatio laudabilis proſit hominibus aduerſus dolorem moderate perferendum: q; fortuna aduerſus uirtutem bona cuſtodientē interdum præualet: ſed in cadendo moderationem animi ferentis aduerſa non aufert.

LYSANDRI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER GVARINVM VERONENSEM IN LATINVM VERSA.



ARMOREA LYSANDRI STATVA DELPHIS inter nos extat prope templi fores dēſa cæſarie & ritu ueteri promiſſa barba generoſum quendam in modū. Eā multi & quidē falſo Braſidæ Atheniēſis eſſe rētur propter inſcriptum Braſidæ titulum. Intonſi uero capitis cōſuetudo non aliunde (ut quidam arbitrantur) ſed ab īſtitutis Lycurgi ad Lacedæmonios peruenit: quem dictare ſolitum aiunt eorum qui honeſta facie forent accedēte coma decorem magis augeri. At iis qui deformes eſſent ex ea plus terroris ineſſe. Lyſandri pater Ariſtoclytus ex Proſapia minime ſane regia: cæterum ex Heraclidarum genere natus eſſe dicitur. Lyſander in rei familiaris educatus anguſtia: ſeſe patriæ legibus obtemperantem ſicut alter quiſpiam præbuit: nec minus fortē & omni uoluptate ſuperiorem niſi ſiqua ex honore & rebus recte ac magnifice geſtis efferebatur. Hoc uoluptatum genere aduleſcentes ſuperare Spartana ciuitas turpe nequaq̄ exiſtimat. Pueros. n. ab ineuntibus ſtatim annis aliquo affectionis ſtimulo ad gloriam duci uolunt: ut ita & uituperatos dolor āgat & laudes ad maiora prouehant: quem uero hæc ipſa nō tangunt aut permouent: ut ab honore alienum & ad uirtutem omnino ſecordem aſpernantur & ignauum. Ita q̄ Lyſandro honoris cupiditas & contentionis ſtudium ab laconica diſciplina permā ſit īnatum. Quibus in rebus eius natura magnopere incuſanda non eſt. Ad colendos autem urbis primores ſupra ſpartani hominis morem pronus uidetur extitiſſe: ad tolerandum inſuper magiſtratuum pondus uocante neceſſitate facilis: quod a rei ciuilis aptitudinem aliqui non mediocrem particulā faciunt. Ariſtoteles cum melācholicorum demonſtret ingenia: ut Socratis: ut Platonis: ut Herculis: Lyſandrum non ſtatim ſed ætate iam grandiore in melancholiam incidiſſe ſcriptum reliquit. Eius eſt maxime proprium: q̄ cum paupertatem moderate tulerit: nullo ī loco uictus aut corruptus pecunia patriam tamen diuitiis & diuitiarum auiditate imbuerit: quam cum opes minime mirantem admirarentur omnes: eam intercepit admirationem poſt Atheniēſe bellum ingentem auri atq̄ argenti uim introducens: cum interim ne ullam ſibī quidem dragmā reliquam faceret. Dionyſius tyrānus ingentis precii ex Sicilia tunicas ad eius filias miſerat: quibus repudiatis: Vereor dixit ne per has longe deformiores appareant. Non longe poſt ad eundem tyrānum miſſus eadem ex urbe legatus duabus ad ſe miſſis ab illo ſtolis ut utram uellet filiæ deferendam eligeret: illam ipſam melius delecturam inquit: & acceptis ambabus abſceſſit. Poſtea cum Pelopōnēſium bellum diutius duraturum uideretur: & Athenienſes poſt acceptam cladem in Siciliā confeſtim ex maris imperio eiectum iri in ſuſpicionem ueniſſēt: nec multopoſt omnimoda rerū deſperatione laboraturos: Alcybiades ab exilio reuocatus & rerum ſummæ præfectus magnā adeo fecit mutationem: ut naualia certamina æquatis iam uiribus conſtituerit. Pauore igitur Lacedæmoniis rurſus iniecto promptis animis ad id bellum recentes facti & īperatore grauiſſimo & apparatu ualidiore indigere uidebantur: ad maritimum imperium Lyſandrum emittunt. Profectus Epheſum ciuitatem ſibi quidem amicam & laconicas partes promptiſſime fauentem inuenit. Cæterum per id tempus infœlicem & ne barbaricis Perſarum moribus efferaretur periclitantem: quippe cui Lydia circunfuſa frequentes immiſceret conuenas: & duces ibi regii diutius ocia contererent. Itaq̄ iacens ibi uallum & onerarias undiq̄ naues contrahens magnumq̄ ad ædificandas triremes apparatum ordiens epheſiorum portus mercaturis forum negociatiōibus domos atq̄ artificia opibus lucriſq̄ referſit. Ex illo primum tempore ipſius amplitudinis ac

magnificētiæ qua ciuitas in præſentia uiget ab Lyſandro ſpes exorta eſt. Accipiens de inde regis filium Cyrum Sardis ueniſſe: ut in eius colloquium ueniret aſcendit: ſimul & Tiſaphernis crimina deferret. Cui cū edictum eſſet ut Lacedæmoniis auxilio eſſet: ac ex mari Atheniēſes ſummoueret: remiſſior & minime promptus uidebatur: quo Alcibiadi morem gereret: & ad ſoluendam naualem potentiam tenuiter ac maligne neceſſaria ſuppeditabant. Cupiebat & Cyrus Tiſaphernis operas uitio dari: & turpes de illo rumores diſpergi. Cum propter hominis improbitatem priuatas ſecum inimicitias exerceret: hiſce de cauſis & aliis item rationibus: tum uero ſimgulari conſuetudinis comitate carus: & adoleſcentem magis alliciens: eum ad bellum firmius animauit. Cyrus illum cū diſcedere uellet conuiuio accipiens obſecrabat uel nullas eius liberalitates munificentiaſq; repudiaret: ſed quicquid optaret explicare ac petere ut nullam repulſam habiturum. Excipiens Lyſander quando quidem īquit Cyre tantum promptitudinis habes: peto atq; hortor ut ſtipendio nautico unum adiungas obolum: ut pro ternis obolis quaternos captare liceat. Cyrus igitur hominis magnificentia delectatus ei decem daricorum milia dedit. Ex quibus additum nautis annumerans obolum & ſplendoris plurimum uendicauit: & breui tempore hoſtiles naues uacuefecit. Nam ad eos qui maiorem mercedem exhibebant frequentes commigrabant: quiq; manſerāt & ſegnes erant: & ſeditiones agitabant & mala ductoribus quotidie ingerebant. Lyſāder licet auulſis & detrimento affectis hoſtibus nauali tamen pugna confligere auſus non eſt. Alcibiadem enim ſtrenuum & acrem uirum & nauium multitudine ſuperiorem & ad uniuerſa maritima & terreſtria ad id tempus prælia inuictū reformidabat. Poſtq̄ Alcibiades e Samo Phoceam enauigans claſſis præfectum reliquit Antiochum: Antiochus habito quaſi per contumeliam Lyſandro factus audacior duabus aduerſus illū triremibus in epheſiorum portum annauigat: & magnis riſibus ac plauſu inſolenter uſus curſum præter nauale duxit. Id ferens indigne Lyſander non multas ab initio trimes deducens inſectari cœpit Antiochū. Subīde ferentes auxilium conſpicatus Athenienſes reliquas implet. nauali deniq; pugna conſerta uictor Lyſander quindecim captis triremibus trophæum erexit. Ea re ira concitatus in urbe populus Alcibiadem exilio mulctandum decernit: qui dehinc ab iis qui circa Famium ſtatiua habebāt militibus ignominioſe habitus: & male de ſe audiens ī Cheronenſum ex caſtris nanibus, pfectus eſt. Hanc pugnam licet re geſta nequaq̄ ingentem fortuna ipſa per mortalium ora, pter Alcibiadem uolitare faciebat. Lyſander ex urbibus accerſitus Epheſū: cum nōnullos audacia & ſpiritu ſupra uulgus elatos cerneret: occulta ſeminabat initia: ut quēadmodum poſtea factum eſt decemuiratum crearent & rebus nouandis intenderent: nec minus ſolicitabat ac irritabat ut ſubtiliter conſpirantes ſic rebus animos adhiberēt ut in deſtruendis Athenienſibus ſimulq; ex urbibus expellendis illos per eorum patrias potentiam uendicaturos intelligerent. Horū fidem re ipſa quibuſq; præbuit: amicos atq; hoſpites ad imperia ad res ampliſſimas ad honores prouehens proq; illorum auaricia uiolandi iuris & peccatorum adiutor & ſocius. Quocirca omnes illi mentem attēdere: gratioſi in eum ſe uideri: illius deſiderium præſe ferre: illo uictore & imperiū obtinente nihil nō aſſecuturos ſperare. Ea propter claſſis præfectum Callicratidam Lyſādro ſuccedentem ab initio uidebant inuiti: neq; ſui mores imperii ſimplices quidem & dorico ritu ueros approbabant: cū poſterius dato de ſe periculo uir præſtantiſſimus & iuſtiſſimus apparuiſſet. Cæterum huius uirtutem non ſecus acī ſemidei cuiuſdam ſtatua pulchritudinem admirati illius ſtudium ī amicoꝫ caritatem & utilitatem quæritabant: Adeo ut eo nauim conſcendēte præ mærore lachrymas effunderent. Eos adhuc in Callicratidam īuiſos magis reddebat: q; ex argento etiam in uautas ab Cyro tradito quod reliquum fuerat Sardis remiſit: eumq; petere ſi ueller: & de alendo milite cogitare iuſſit. Enauigaturus deniq; illum teſtatus eſt ſeſe nauales ita copias tradere ut in poteſtate mare habeant. At ille ſuperbā & inanē hominis iactantiam redarguere

uolēs:tu igiť Leuorſum captata Samo & circa Miletum nauigationē deflexa illic mihi triremes tradito. Nam ſi maris poteſtatem habemus:hoſtem in Samo cōmorantem ut nauigando formidemus opus non eſt. Cui Lyſā der naues ipſæ nō meo quidem īqt ſub imperio uerum ſub tuo ſunt. Quo dicto in Pelopōneſum cōtendit:magna ꝑplexum ambiguitate relinquens Callicratidam. Nec enim ullas ſecum ex domo pecunias deferēs acceſſerat:nec ex oppidis ꝓpter eoꝝ īopiā ac tenuitatē tributa colligi patiebať. Reſtabat igitur ut ſicut Lyſander fecerat:euntes ad regias fores duces peterent. Quam quidem ad rem uir ille īeptiſſimus erat:qui ingenuus & aīo excælſo præditus omnē ex græcis ī græcos cladem honeſtiorē exiſtimaret:q̄ barbaris adulari & eoꝝ fores adire qui præter magnam auri uim nullū bonum habeant. urgente tamen neceſſitate lydiam aſcendens Cyri regiam petiit:referri iubens Callicratidam claſſis præfectum cum eo colloquiū aduentaſſe. Et ianitore quodam dicente nunc Cyro o peregrine nequaq̄ otiū eſt:ipſe enim potat:Callicratidas magna quadam ſimplicitate rñdit:Graue præfecto nihil eſt. Ibi enim ſtans quoad potet expectabo. Tūc ruſticus exiſtimatus & a barbaris deriſioni habitus abſceſſit. Secūdo reuerſus cum intra fores non admitteretur moleſte ferens in Epheſum abiit:multa īprecatus iis mala qui barbarorum delitiis illecti eos ꝑ opulentiam incontinenter laſciuire docuiſſent:deoſq; præſentibus teſtatus eſt ſe q̄ primum Spartā tetigerit omnem daturum operam:ut in gratiam græci priſtinam reuertantur:quo barbaris terrori ſint & in mutuam cædem illorum potentiam īplorare deſinant. Verum Callicratidas pro ſpartana dignitate gerens aīos cum æqtate magnitudine ac fortitudiue excellentiſſimis græcorum par eſſet:paruo deinde tempore nauali pugna ſuperatus in arginuſis eſt deletus. Rebus retro ferri cœptis ſocii miſſa legatiōe Spartam claſſis ducem Lyſandrum depoſcebant:uti ſub eo imperatore negocia ardētius amplexuri. Eadē & Cyrus flagitans miſerat. Vetante uero lege his eūdē claſſis præfectum fieri cum Lacedæmonii morem ſociis gerēr uellent:præfecturæ quidem nomē Arato impoſuerant:cæterum Lyſandrum uerbo quidem legatum:re autem uera cunctorum ſummæ præficiunt. Plurimis igitur qui in rebus publicis uerſabantur:& īeoꝝ urbibus uehemēter poterant dudum exoptatus aduenit. Spes enim iniecta eſt eius opera ampliores illoꝝ potentias futuras. re omino populari diſſoluta:qui ſimplices ac generoſos īperatorum mores amabant:Lyſandrum quotiens Callicratidæ comparetur uerſutum captioſumq; cenſebant:qui res bellicas uariis tractans modis ipſā quoq; iuſticiam utilitate āplificabat. Alioqn cōmodis ut honeſtate utens & uera mendaciis nō natura præſtātiora exiſtimans utriuſq; precium atq; honorem neceſſitate diffiniebat. Quiq; Herculis progeniem ſine fallaciis belligerare dignum iudicabant eos irrideri iubebat. Quo enim leonis pellis non attingeret inſuendam eſſe uulpinam. Huius gñis ſunt quæ in mileſios feciſſe dicitur:Amicis atq; hoſpitibus popularem potētiam ſeſe diſſoluturum eſſe promiſerat:ſimulq; aduerſā factionem eiecturum. Mutatis īterim ſententiis cum pacatis animis inimicitias depoſuiſſent:aperto quidem uultu & gratulari & cōciliandis opem afferre ſimulabat:clam uero conuitiis & maledictis ad inuadēdam multitudinem inſtigabat. Vt autem inſurgentium tumultum accepit:e ueſtigio auxilium importaturus oppidum irrumpens:quos rerū nouarum ſtudioſos habebat obuiam grauiore tono uocis increpabat & aſperrime perducebat ut ſupplicium illis inflicturus:alios confidentiores eſſe iubebat & eo præſēte graue nihil expectaturos. Hæc ipſa ſimulator tam uarie fīgebat:ne qui dominatione populari potentes erant euaderent:ſed circa urbem reſidentes cæderentur:quod & euenit:ſi quidem uniuerſi fide Lyſandri dictis habita ſunt interfecti. Androclidæ ſermo memoriæ proditus eſt:per multam Lyſandri ad iuſiurandum leuitatem arguens. Is enim ut aiunt iubebat pueros q̄dem aſtragalis:uiros autem iureiurando fallere:Polycratem ſamium tyrannum imperator non recte profecto imitans. haud enim laconicum:ſed contumelioſius eſt deis ſicut & hoſtibus uti. Nā q̄ſq̄s abiurat hoſtē q̄dē formidare deū uero negligere cōfitetť.

Cyrus Lyſandro Sardis accerſito ut ei iuuēniliter aſſentaretur: ipſius gratia nonnulla præſtare præſe tulit: quædam ſubinde pollicitus: ſi pater minime traderet uel domeſti cam ſupellectilē ſuppeditatuꝝ. Quod & ſi cuncta defuerint aureum & argenteū ſec tuꝝ eſſe ſolū: unde populis ius dicere conſueſſet. Deniq; in Mediam ſuū ꝓfectus ad pſem ciuitatum tributa illi ſuſcipienda deſignauit: & eius fidei ꝓprium cōmēdauit ī perium: gratum ī primis habens & oī rogatu ab eo uehemēter contendens ne ſuum añ reditum cum Athenienſibus nauali certamīe dimicaret: aduentuꝝ nāq; magnā ſecum claſſem ex Cilicia & Phœnice ducentem. Lyſander cum neq; pari multitudine pugnare neq; tot cum nauibus ocioſus ſedere poſſet: nonnullas in poteſtatem redegit inſulas: Aeginam quoq; ac Salaminam adiēs incurſationibus uexauit. Dehinc deſcēdit ī agrū Athenienſem: ubi ſalutato Agide qa de Colia uenerat: pedeſtr·bus copiis uires mariti mas oſtēdere uoluit: quibus maris ditioue ē btīebat. Tñ īterea doctus inſectantes illū Athenienſes aduentare: alio per inſulas curſu effugit in Aſiam. Deſtitutum offendens Heleſpontum lampſacenos aggreſſus eſt nauibus. Thorax quoq; pedeſtres ſimul ex peditas muris admouit copias: urbem itaq; capiens ui prædam militi conceſſit. Attica uero claſſis cētū &. lxxx. triremium eo tempore penes Cleuntem Cherroneſi oppidum ſtabat in ancoris. Audita lampſacena clade confeſtim Sextum aduehuntur: inde fru mentatum euntes ad ægos. i. capræ flumen nauigant e regione hoſtium adhuc circa ur bem Lāpſacum cum claſſe ſtationem hñtium. Atticæ claſſis & alii multi ductores erāt & Philocles qui qui populum induxit oīone ſua ut captorum ī pugna hoſtium dexte ræ manus pollicem præciderent: ut cum haſtam ferre nequirent remum tamen agitare poſſent. Eo die ceſſatum eſt a prælio. poſtridie pugnam inire ſperantibus Lyſander cū alia uerſaret aīo: nautis edixit & gubernatoribus: ut perinde ac circa diei ortum futuro certamīe triremes conſcenderent & ſilentio fidentes & ordine edictum expectarent. Iti dem & pedeſtres copias ſtructas ī littore cōqeſcere iubet. Exoriente ſole Athenienſes directis in hoſtem frōtibus totam claſſem concitant. Quibus prouocantibus Lyſāder aduerſas tenens proras frequēti bellatore cōpletas intendentibus iam tenebris non tñ ſe in altum eduxit. Ad primas deinde naues ſcaphas ſummittens ordine conſidēt & cō quieſcere iuſſit: & nullum edentes tumultum nullo pacto exire obuiam. Hūc īmodū cum iam adueſperaſceret concedentibus retro Athenienſibus nullum dimiſit ex naui bus militem: niſi duas aut tres triremes: quæ explorandi gra miſſæ deſcēdentem ſpecu larētur hoſtem. Poſtero die tertio item & q̄rto idem factitatum eſt. ea res magnā Athe nienſibus iniecit audaciam atq; contēptum: perinde ac hoſtibus terrore compreſſis. Al cibiades interim (nam is circa Cherroneſum ſuam intra arcem uitam trahebat) ad Athe nienſem equo peruectus exercitum duces increpuit: primum ꝙ male & minime tuto caſtra in littoribus locaſſent: quæ & ſtatione carerent: & aduentorum impetus expone rentur. Deīde peccare illos ꝙ e Sexto exercitui neceſſaria capiant: cum oportuiſſet mox poſtea q̄ nauigatiōe Sextum circuiſſēt intra portum aut urbem ſeſe ꝓcul ab hoſtibus conſtituiſſe: qui ſub unius ductu atq; auſpicio īperatoris tm̄ in portu habeant exercitū: qui dato ſigno ſtatim oīa ad timorē īperata perficiāt. Quæ cum edocuiſſet non modo non obtemperarunt: ueꝝ etiā Tydeus contumelioſe iñdens: Non tu quidem inqt ſed alii imperatores adſūt. Alcibiades igitur aliquam inter eos proditionem ſubeſſe ſuſpi catus abſceſſit. Die qnto ānauigantibus rurſum Athenienſibus & remeantibus ut con ſuerant ſumma cum negligentia pariq; contēptu: Lyſander ſpeculatoriis emiſſis naui bus eorum præfectis imperat: ut cum primum egreſſos ꝓſpexerint Athenienſes: retro oī celeritate remigent: Cūq; medio in traiectu fuerīt æreum de prora clypeum attollāt irruptionis ſignum. Ipſe interim gubernatores & triremium præfectos adiens ꝓuoca bat incitabatq; ut remiges & cōmilitones ſtructos continerent. Signo dato oī prompti tudine ac robore in hoſtes inferre. Sublato e nauibus clypeo e prætoria naui tuba inſo nuit: in altū ſe ſubuehunt: & incurſionē faciunt: peditatus in littore certatim aduolās

promontorium petit: hoc aũt intercedens utriuſq; continentis ſpatium qndecĩ ſtadio rum eſt. Id uero ſtudio & promptitudine remigantium e ueſtigio corripitur. Conon Athenienſium imperator primus e cõtinenti annauigantem derepente claſſem proſpi ciens mærore claſſis uexatus uociferari ut conſcederent: uocare alios obteſtari nõnullos coactos inferre. Diſſipatis aũt hoĩbus nihil ſtudio proficiebat. Nã ut primi exierãt ſta tim ut qui nihil expectabant: aut in rebus emendis uerſabantur: aut in agro deambula bant: aut intra tentoria ſopiti iacebant: aut parandis prandiis incũbebãt: longe a futu ri cogitatõe per ducum ĩperitiam exñtes. clamore ac ſtrepitu illatis iam hoſtibus Conõ octo ſublectis nauibus in Cyprũ ad Euagoram fugiens enauigauit: Cæteræ aut uacuæ captæ aut nõdũ refertæ confractæ: hoĩes inermes & diſperſi cum auxilium ferrent ãte naues cæſi: uel ſi fugam capeſcerent deſcendentibus in terram hoſtibus necabantur. Capta tria hominum mi lia cum ducibus: & claſſis uniuerſa cum ora maritima præter naues quæ cum Conone ſalutem fuga cõpararunt. Inde religatis poſt ſe nauibus cum caſtra diripuiſſet: Lyſander cum tibiarum & pæanis cantu Lampſacum ſuertit: opus ampliſſimum nimio labore cõficiens: & una hora longiſſimum tẽpus & diuerſiſſimũ fortuniſq; & euentibus ultra ſuperiora bella incredibile corripiens: q; poſt ĩfinitas cer tandi formas & rerum geſtarum permutationes cõplures q̃ antea græciæ duces cõſũp ſit: & unius uiri conſilio & grauitate trucidandos dedit. Quocirca nõnulli hoc opus di uinitus factum exiſtimauere: Caſtorem & Pollucẽ in Lyſandri naue utraq; ex parte ex titiſſe: & quo tempore portum erumperet ſydera clauo circũ luxiſſe aſſerentes. Quidã & lapidis caſum ad earum rerum euentum prodigio fuiſſe ferunt. Nam ut conſtans multorum eſt opinio: miræ magnitudinis ſaxum ad ægos. i. capræ fluĩ e cælo delatũ eſt: quod & ætate noſtra oſtenditur: Id præcipua religione proſequentibus Cherroneſi incolis. Anauagoram quoq; prædixiſſe traditur q; eorum quæ cælo inducta ſunt corpo rum lapſu quodã & agitatõe facta unius effracti caſus futurus eſſet & abiectio. Aſtra ẽt haud eo in loco eſſe quo nota ſunt. Nam cum ſaxea ſint & grauia ætheris quidem re ſiſtentia & reflexione ſplendere. Cæterum per uim aſtricta trahi uertigine ac circuitõis tenore ſicuti cum frigida & ponderoſa ab rerum primordio ſecernebantur a toto ne huc deciderent & continebãtur. Alia quædam q̃ hæc credibilior eſt opinio aſſerẽtibus nonnullis: ut radian tes ſtellæ nequaq̃ ſint ignis ætherei fuſio & diſtributio in aere: q; circa incenſionem ipſam extĩguitur: nec aeris in ſuperiore parte multitudine ſoluti ſuc ceſſio & ſic inflãmatio: uerum cæleſtium corporum iactus & caſus: uelut quadam te noris inclinatione & motionis auerſæ exagitationibus delatorum: nõ ad habitatos ter ræ locos ſed plurimis exterius in mare magnum excidentibus: quo circa latent. Cæteq; Anauagoræ teſtis accedit Damachus ĩ iis quæ de religione tradit: q; ante illius lapidis caſum qnq; ac ſeptuaginta dies aſſiduos corpus igneum eximiæ magnitudinis cælo ſpectabatur minime quietum: ſed multimodis perfractis agitatiõibus delatum: ſicut abſciſſæ auulſæq; ignis formæ motu & terrore paſſim perlatæ ĩ modum radiantium ſtellarum fulgurant. Poſtq̃ delectum eſt ſaxum incolæ metu ac pauore ſædato conue nere. Nullum ignis aut opus aut ueſtigium cernunt: lapis alioquin grandis quidem iacebat. Cæterum illius igneæ figuræ & (ut ſic dixerim) ambitus partem nullam hẽbat: q; Damacho diſcretis opus eſt auditoribus liquet. Seuerus eſt ſermo: eos uehementer arguit qui petram aliquo ex colle uentis & tempeſtatibus effractam dicunt: Inde mor turbinis derelictam ubi primum circũuoluens agitator ille deſtitit diſſolutuſq; ẽ eiec tam decidiſſe: niſi forte quod multos per dies apparuit re uera ignis extitit. Sed extinc tum atq; corruptum aeri mutationem in uentos motuſq; uiolentiſſimos præbuit. A quibus ut ſaxum ipſum abiiceretur obuenit: hoc ſcribendi gñe diligentius excutienda ſunt. Lyſander uero cum tria captiuorum milia morte dãnatos a Collegiis ĩtelligeret: Philoclem eorum imperatorem accerſens rogauit quanam ſe dignum pœna cenſeret: cũ talia ciuibus aduerſus græcos conſilia tribuerit? At ille nulla ex parte ad calamitaté

demissus eos ne incusaret iussit: quoꝝ nemo iudex adesset. At ea uictor ageret quæ ui
ctus passurus erat. Deinde lotus splẽdida sũpta lena ante alios ciues ut uulgaretur pro
cessit: quẽadmodũ Theophrastus scriptũ reliquit. Post hæc ad oppida nauigans quos
cũq; obuios Athenienses hr̃et Athenas abire ĩperauit. Nulli se ueniam concessuꝝ quĩ
eos trucidaturum quos extra urbem offenderet. Hæc uero iccirco faciebat & uniuersos
intra urbem cõpellebat: ut cum in ciuitate fames cõfestim inualesceret ac inopia: in ob
sidione nullas molestias exhiberent per rerum copiam facilius tolerantes. Destructis
populis & rebus eorum publicis in singulas unũ duntaxat ac Lacedæmonium guber
natorem dimisit. E societatibus autẽ quæ per urbes eius opera congruebant decẽ ex su
is præfectos imposuit. Nec ipse & ꝑ hostiles & per socias ciuitates peragens lentam na
uigationẽ ducebat sibi Græciæ principatum quodãmodo instruens. haud enim prima
tes aut locupletes ad præfecturas designabat: sed in sodalitia & hospitalitates res ipsas
gratiose cõferebat honoris ac suppliciorꝝ dn̄os auctoresq; constituens. Cõpluribus etiã
præsens cædibus & amicorum suoꝝ inimicos ex urbibus eiiciens iudicium haud sane
benignum de Lacedæmoniorum imperio græcis exhibebat. Theopompus igitur comi
cus delirare uisus est: qui cauponarum & uina uẽdentium muliercularum similes La
cedæmonios dixit: ꝙ cum græcis libertatis gustum propitiassent: acetum instillarunt.
Illico enim molesta & acerba erat prægustatio: cum Lysander nullam populis admini
strandarum rerum auctoritatem permittetet: & paucis confidentissimis quidem & cõ
tentiosissimis ciuitates manu & potentia tenendas cõmitteret. In his non multo tem
pore moratus missis Lacedæmoniã legatis nunciat se cum ducentarum nauium classe
annauigare. Deinde circa terram Atticam se cum Agide ac Pausania regibus coniũgit:
ut e uestigio urbem capturus. Repugnãtibus uero Athenienſibus assumptis nauibus
rursus traiiciens in Asiam cæterarum plane ciuitatum statum dissoluit. Constitutis. x.
uiris multis ubiq; iugulatis multis exilio mulctatis: uniuersis eiectis samiis ciuitates ĩ
exulum potestate posuit. Arrepta subinde Athenienſibus Sexto prohibitis habitare
Sextianis gubernatoribus & nautarum hortatoribus agrum & urbem fruẽdam depas
cendamq; tradidit. Quã ad rẽ refragati primo Lacedæmonii sextianos in agrũ denuo
reduxerunt. Illa Lysandri opera cũcti iocunde spectauere græci. Aeginenses lõgo post
tẽpore suam recuperauere urbem. Melios & sicyonios in propria restitutos domiciliã
expulsis inde Athenienſibus & oppida reddentibus: audiens Athenienses inualescẽte
intra urbem fame male hr̃e ad Pyræum nauigat: ubi inductam necessitate ciuitatẽ ad
pacem imperata facere coegit. Opereprecium est Lacedæmonios audire dicentes Lysã
drum ad Ephoros hoc pacto scripsisse: Captæ sunt Athenæ. ad quem sic rescripserunt
Ephori: Sat est cæpi. hic ad decorem fictus ẽ sermo. uerax autem ab Ephoris decretũ
hunc in modum se habet. Primores Lacedæmoniorum decreuere: Pyræo & longis mu
rorum turribus eiectis: ubi ex uniuersis exieritis urbibus uestram possidete terram. hæc
ipsa cum feceritis pacẽ habete: quæ opus sunt exhibete. Remissis exulibus de nauium
multitudine quicquid deliberatum fuerit facite. Athenienses theramene senatum ha
bente hanc ab Lacedæmoniis acceperunt epistolam: quo tempor̃ Cleomenem ab iuue
ne quodam ex factiosis ĩterrogatum fuisse tradunt: Num aduersus Themistoclem &
dicere & facer̃ auderet muros Lacedæmoniis tradere nequicq̃ reformidans: quos ille in
uitis Lacedæmoniis altius ædificauerat. Cui Cleomenes nihil aduersum Themistoclẽ
inquit adolescentule facio. Nam quos ille muros ad ciuitatis salutem ædificauit: nos
ad salutem diruemus. Quod si mœnia fœlices ciuitates efficiunt: infœlicissimam esse
Spartam necesse erat: cum nullis septa sit mœnibus. Itaq; cum Lysander uniuersis na
uibus. xii. duntaxat exceptis & muris Athenarum potitus esset. xvi. munichionis men
sis: quo & penes Salaminem nauali certamine barbarum deuicerant: statim de permu
tando reipu. statu consilium agitauit: quã rem cum Athenienses aspe & cõtumacibus
ferrent animis: misit qui denunciarent Fedifragam ab se ciuitatem esse deprehensam.

Ipſam enim præteriſſe dies quibus diruendi fuerāt muri quos adhuc ſtare cernet. Alte
ram igitur in illos denuo latam eſſe ſententiam: ut qui conuenta diſſoluerint. Sunt q̄
de ciuitate in ſeruitutem redigenda re uera ſententiam inter ſocios ꝓpoſitam fuiſſe di
cant: quo quidem tempore thebanum Eriamperthū auctorem extitiſſe: ut urbe diruta
agrum pecori paſcendum relīquerent. Poſtmodū coactis ad ſodalitium ducibus: pho
cenſis quidam tibicen Electram cantabat Erupidis: cuius initium ē: Tuas agreſtes Elec
tra petii domos Agamenonis gnata: ad cuius tm̄ fractis cunctorum animis miſerabile
uideri facinus eam uaſtare ac delere urbem. Cuius īmortalis extet gloria & quæ tā cla
ros in lucem uiros extulerit. Lyſander igitur Athenienſibus ad oīa ſūmiſſius īclinanti
bus permultas ex urbe uniuerſas ex caſtris tibicinas accerſit: q̄bus iterū modulantibus
muros a fundamentis eruit: & triremes cremauit: ad tibiam coronatis interea q̄ ludēti
bus ſociis: perinde ac dies illa principium libertatis afferret. Confeſtim ēt reipu. ſtatū
permutans triginta quidem intra urbem. x. uero in Pyræo præfectos īſtituit: præſidiū
arci & Callibium Lacedæmonium gubernatorem impoſuit. Hic poſtea cum Autolico
pugili cuius tēpore Xenophōtis conditū eſt ſympoſium ſublata fuſce plagam īflictu
tus eſſet: is eleuatis in ſublime cruribus ꝓnū euertit hoīem: quod cū Lyſander minus
moleſte ferret: ipſum inſuper redarguit Callibium: his adiectis uerbis: Ignorare Calli
bi uideris q̄ in liberos geris imperium. Paulo deinde poſt. xxx. ut Callibii gratiam īrēt
Autolicū occiderunt. Poſtea uero Lyſander in Thraciā enauigans grandem pecuniam
dona coronaſq̄ ſuſcepit: cōpluribus (ut par uidetur) ad eum cōferentibus uirum ſane
potentiſſimum & quodāmodo Græciæ dominantem. Ex quibus quæcunq̄ ſuperua
canea fuerant per Gylippū qui in Siciliam ductaret exercitum Lacedæmonam trāſmi
ſit. Gylippus diſſutis ut aiunt ſaculis non mediocrem ex ſingulis pecuniam ſubducēs
denuo conſuit: ignorans ineſſe unicuique litterulas numerum ſignificantes. Spartam
itaque profectus cum ea quæ ſubduxerat domi ſub tegulis clam occultaſſet: ſaculos
Ephoris tradidit: ſigilla cōmōſtrās. At illi cū recluſiſſēt dubitationem res afferebat: q̄
argenti numerus conſcriptis diſſonare uiſus eſt. Seruus interim Gylippi ueniēs factū
ſubambigue dicit: multas ſub tegulis cubare noctuas. Eo nāq̄ tempore ut plurimum
Athenienſium gratia noctuæ nummis inſigniebantur. Gylippus igitur poſt res ab eo
præclare ac magnifice geſtas turpe ac indignum facinus adortus e lacedæmone ſponte
cōmigrauit. Quocirca Spartani qui plurimum ſapientia pollebant: eo facto pecuniæ
uim uehementiſſime formidantes (haud enim infimos iam ciues attigerat) Lyſādrum
carpentes Ephoros obteſtabantur ut uniuerſum argentum atq̄ aurum perinde ac pe
ſtes introductas abiicerent. Iraq̄ latā eſſe in ſenatu rogationē ut Theopompus auctor
eſt ferente Saraphida: uel ut Ephorus tradit Phlogida: aurum atq̄ argentū inter urbē
ſuſcipi nō licere. Patriæ aūt ritu nūmis utendum. Hi ferrei principio fuerant: ſed igni
ti aceto cuncti ut ī uſus fabriles accōmodarentur: ac iunctura molles & ad īcidendū ꝑ
rſus inutiles redderentur: deinde graue pondus portatuq̄ difficile magno ex numero
atq̄ mole puſillum ſane preciū ualens. Apud prius ſæculū ſic oīno habuiſſe ueriſi
mile eſt: ut nūmoꝝ loco ferreis uterentur uirgulis. i. obelicis plæriq̄ & æreis. Ab q̄bus
hoc ēt tempore nūmorum numerū obolos uocari certum eſt: & obolos ſex unam cōfi
cere drachmam: quia tot manus ipſa complecteretur. Cæterum cōtradicentibus Lyſā
dri familiaribus & ſūmo ſtudio cōtēdentibus ut pecuniæ ī ciuitate manerent: decretū
factum eſt: huius quidem gn̄is nūmos in pthiſcum referendos eſſe: q̄ ſi quis priuatim
poſſidere deprehenſus fuiſſet: ei capitis ſuppliciū diffinitum quaſi Lycurgus nūmos
quidem non autem nummoꝝ auaritiam pertimuerit: quā non priuatis interdicta poſ
ſeſſio ſicuti ciuitati cōceſſa ingenerabat: præſertī cum uſus dignitatem æmulationēq̄
ſuſciperet. haud enim eos ut inutiles cōtēnere priuatim facile erat: quos publice in ho
nore hn̄i contuerentur. nec ad domeſticam rem eam nihil petendam arbitrari: quā cōi-
ter & ꝑbari & amari ꝑſpicerent: quin longe citius ab cōibus exercitiis ad priuatorum

uitas consuetudinesq; manant: q̄ singulorum affectiones elabantur: quæ ciuitates rep turpitudine ac flagitiis īpleant. partes enim cū toto pariter uersari uerisimilius est: qñ uergat in peius. At delicta partis ad totum multa ab iis qui recte ualeant intenta habēt adiumenta. Illi quidem ne pecunia ciuium domos irrumperet metum legemq; custodem instituerunt. Animos uero ut inconcussi & ad argenti cupiditatem infracti manerent minime conseruauerunt: iniecto cunctis diuitiarum amore proinde ac honestum quiddam & amplissimum foret. hæc cum alio quodam in genere scribēdi uersaremur de Lacedæmoniis attigimus. Lysander æream ipsius singulop;q; præfectorum statuā e manubiis posuit in Delphis: & aurea Castoris & Pollucis astra quæ ante res leutricas euanuerunt: in Thesauro Brasidæ & Acanthiorum triremis ex auro & ebore cōposita duorum cubitorum erat: quā Cyrus ei uictoriæ monumentū miserat. Anaxandricles Delphis scriptum reliquit eo in loco Lysandri depositum esse talentum argenti & minas duas & qnquaginta. Præterea stateras undenos. qua in re minime cum cæteris concordat historicis qui de hominis paupertate confessa scripserunt. Ea igitur tempestate Lysander quantū priscorum nemo græcorum potentissimus & elatione & potestatis magnitudīe uisus est uti. Nam ut Duris tradit illi primo græcorum perinde ac deo per ciuitates & aræ & sacrificia constituta eiq; ante omnes pæanes decantati sunt. Ex qbus unus huius generis initium habuisse memoratur: Almæ Græciæ imperatorem ab latissima Sparta diuinis celebremus cantibus Io pæan. Samii ut dicata Iunoni templa Lysandria uocarentur senatusconsulto decreuere. Choerillum poetam suo semper adiūctum lateri habuit: ut res q̄ gesserat uersibus exornaret. Antilochus mediocria quædam de illo carmina ediderat. Qua re delectatus Lysander muneris gratia pileum impleuit argento. Antimachus autem colophonius & Niceratus Heracleotes Lysandria poemata certatim agebant. E quibus cum Nicerato coronam donasset: Antimachus dolore percitus scriptum ab se carmen aboleuit. Tunc iuuenis adhuc Plato Antimachi poeti cum admiratus ingenium: qui superatum sese moleste ferebat: reuocatum mitigabat: ignaris ignorantiam id malum esse præfatus ob cæcitatem non uidentibus. Aristonus Citarœdus cum sexies Pythia uicisset: ut Lysandri gratiā iiret ei pollicitus est sese cum denuo uictoriam reportaret Aristonum Lysādri seruum præconio declaraturū. Ambitiosus Lysandri animus primoribus & sui ordinis hōibus grauis tantum erat. Cū aūt elationis pariter ac molestiæ plurimū & mores & ambitio per familiares contraxisset: ī eo nō honoris nō supplicii uulgaris modus inerat: hospitalitatis & amicitiæ præmia præponebantur: urbani sine appellatione potentatus: & dominationes indiscussæ: una uero explendæ iracundiæ uia erat: inimicum extinguere cui ne ulla quidem fugiendi licentia præstabatur. Posteriori tempore latentes milesios in mediū produci cupiebat. Veritus autem ne interfessorem populum constituerent: neminē uiolaturum iureiurādo affirmauit. Ii uero cum fide habita peruenissent paucis factionis suæ hoībus iugulādos tradidit: haud octīgentis pauciores. Aliis etiā in oppidis innumerabiles plæbeiorum cædes fiebant. Iam enim non priuatis ipsius causis trucidari uidebāt: sed plærisq; simultatibus & cōpluribus auaritiis eorum qui ubiuis gentium erant amicorum morē gerebat: & opem simul ac operam impendebat. Quocirca Lacedæmonius Eteocles frequentem consecutus est laudem: cum dixit bene actum cum græcia q; duos minime Lysandros protulit: hoc idem (ut auctor ē Theophrastus) de Alcibiade ab Archestrato dictum est. Cæterum ibi contumelia mollities & contumacia molestiam maxime pariebat. In Lysandro autem acerbitas morum graue m pariter ac terribilem potentiā efficiebat. Lacedæmonii cæteris Lysandrum incusantibus nequaq̄ animū uehementer adhibuerunt: ut uero Pharnabarus post multas eius iniurias uiolentius agrum uexantis Spartam misit accusatores: īdignabūdi Ephori unum ex amicis & sociis ducibus Thoracem quem priuatum argentum possidere deprehenderunt suppremo affecer̄ supplitio. Lysandro uero missa Scytala ut Spartam adueniret edixerunt. Scytala talis est: cū

Ephori aut classis præfectum aut imperatorem emittūt: duo teretia lignā & lōgitudīe & crassitudine diligenter adæquāt: adeo ut de rasa uicissim congruant: e quibus cū alterum sibi reseruent: alterum tribuunt discedenti. Hæc autē ligna Scytalas appellāt. Cū igitur arcanū aliquid & arduum explanare cupiunt: chartā instar lori prolixam & āgustam Scytalæ suæ circūuoluūt: nullūq; facientes interuallum undiq; superficiē charta occupant: quo facto quæcunq; uoluerint in circumplicata Scytalæ charta describunt. Dempto dehinc codicillo ad īperatorē absq; ligno scripta mittunt: quæ cum is accepit alioqn lectitare nihil ualet: adeo līis hīc inde dissipatis: ut nullum prorsus cōtactum habeāt. Cæteq; sua sumpta scytala codicillum sic præcisum circumplicat: adeo ut circū ductione similē in seriē constituta uerborum continuatio reperiatur. Codicillus sicut & lignum scytala uocatur: ut ā mensura mensuratum dici plurimūq; solet. Lysander allata sibi ad elespontum Scytala perturbatus est: præcipue accusationes Pharnabari reformidans studium & accuratam adhibuit operam: ut in eius colloquium ueniret: quo mutuas controuersias solueret. cōueniētibus illis Lysander precibus orabat: ut litteras ad magistratus daret perinde ac nullis uiolatus iniuriis: & nullas accusatiōes afferens & profecto in creticum cretica utens uersutia Pharnabarum uidebatur ignorare. Oīa enim sese facturum esse recipiens aperte quidem pro Lysandri precibus cōscripsit epistolam. Aliam uero clanculum conscriptam ibidem habuit. In imprimēdis autem sigillis litteras alternans nihil aspectu differentes quas occulte scripserat Lysandro dedit. Itaq; Lacedæmoniam perueniens & sic ī prætorium de more profectus Pharnabari litteras reddit Ephoris uehementissimam criminum suorum partem amotam existimans. Pharnabarus enim magnæ lacedæmoniis caritati erat: supra omnes regios profecto in spartanos promptissima usus opera. Postea uero q̄ Ephori lectam epistolā Lysandro cōmonstrauerunt: plane ītellexit non solum Vylxem uersutum esse. Tum admodum perturbatus abscessit. Paucis post diebus magistratus adiens oportere se dixit ad Ammonis templum ascendere sacrificiorum gratia faciendorum: quæ ante bella deo uouerat. Sunt qui ī somnis Ammonē illi astitisse dicant: dū aphigeoq; oppidū obsideret in thracia. Quapropter perinde ac iubente deo obsidione omissa aphigeis ut ī molarent Ammoni præcepit: & ut suscepto in Aphricam itinere deum placaret sūmo nixus est studio: plurimi hanc ex deo speciem fecisse autumabant. Alioqn ephoros metuens domesticum minime iugum ferens & alieno parere imperio haud sane tolerans errare & aliquādiu lustrare terras appetebat: quēadmodum equus e liberis pascuis & pratis apertis ad præsepē rursus & ad solitas reductus operas. Quā uero peregrinatōis causam Ephorus scriptis mandauit paulopost explicabo. uix autem ac difficulter efficiens ut ab Ephoris dimitteretur enauigauit: in eius peregrinatione cōi consensu reges effecere: ut eiectis illius amicis res urbanæ populis restituerentur. Ciuitates enim p so dalicia ab eo detentæ prorsus erant: & Græcia suæ dñationi erat obnoxia. Quas inter res iterum concitato tumultu: cum Athenienses aduersus trigīta ephila impetu facto uictores essent: reuersus extemplo Lysander Lacedæmoniis persuasit: ut paucis intra ciuitates factiosis auxilium mitterēt populosq; uastarent. Imprimis. xxx. tyrannis ad belli subsidium centum talenta mittunt imperatoremq; Lysandrum. Reges cum inuidia tum metu ne denuo Athenas in potestatem reuocet: ut eorum alter exiret decreuere. Egressus igitur est Pausanias uerbo quidem ut opem tyrānis contra populum afferret: re autem uera ut bello finem imponeret: ne per amicos Lysander Athenarum dñationem uendicaret: hoc itaq; facile perfecit. Nam conciliatis inter se Athenensibus & seditione sædata: Lysandro ambitionem eripuit. paruo postmodum interiecto tēpore cum desciscerent Athenienses culpatus est Pausanias: quia cum per paucorum dominationem perinde ac frenum populus antea reprimeretur: Deinde relaxatus contumelioseq; superbeq; sæuiret. At Lysandro gloriam hominis factum adiecit: qui non ad aliorum gratiā nō ad simulatā ostentationem: sed ad rei spartanæ cōmoda seueq; agitaret

imperium. Erat quidem audax alloquio & repugnantibus terribilior. Cum argiui de agri finibus ambigerent: ac Lacedæmoniis iuſtiora ſeſe dicer̃ cenſerent: enſe cõmoſtrato: qui huius inq; eſt dominus optime de agri finibus dixerit. Mægarenſis homo quodam in conuentu oſonis confidentia in eũ utebatur. Cui Lyſander aduena inquit tua ciuitatis indiget oratio: boetios bilingues interrogabat: rectis ne an inclinatis per ipſoꝝ agrum haſtis incederet. Poſtq̃ incubentibus Corinthiis mœnia prætergrediens languidiores ad inuadendum cernit Lacedæmonios (interim lepus foſſam tranſire uiſus eſt) nõ pudet uos ait eius gñis hoſtes pertimeſcere: quorum mœnibus per ſecordiam lepores indormiunt. Cum ſupremum uitæ diem rex Agis obiiſſet: Hageſilao fratre relicto ſimul & Leontychida filio eius credito Hageſilaũ Lyſander amator ei ſuadebat ut regnum occuparet uelut legitimus ab Herculis progenie ortus. Leontychidæ calumniã infigebat q; ex Alcibiade procreatus eſſet: qui occultos cum Agidis uxor̃ Tymea cõgreſſus habuiſſet: quo tempore profugus Spartæ uerſabatur. Agis ut ferunt r̃e diutius aĩo uertens ut quæ nequaq̃ ex ſe grauida foret Leontychidam per contẽptum habebat: & reliquum tempus eum palam abdicabat. Poſtea uero q̃ morbo correptus ad Hereã urbem delatus eſt: urgente iam morte tum adoleſcentuli precibus tum amicoꝝ ſuaſionibus exoratus in complurium conſpectu Leontychidam filium ſuum declarauit: obſecratiſq; præſentibus ut ad Lacedæmonios earum rerum teſtimonium afferrent: uita ex ceſſit. Ii quidem Leontychidæ teſtes affuerunt. At Hageſilao hõi ſane ſplendido & Lyſandri opibus freto Diopithes uir illuſtris detrimento erat: huius generis oraculum in Hageſilai claudicationem adducens. Magna licet iactes ſpartæ iam mẽte reuolue: Ne pedibus ualidã te reddat regia cauda. Tempore te longo labor inſuperatus habebit. In te letalis bellorum uertitur unda. Multis ad oraculum inclinatis & ad Leontychidam uerſis: Lyſander Diopithen haud recte oraculum intelligere dixit: nec ſiquis offenſi pedis Lacedæmoniis imperet deum ĩdignari: aut moleſte ferre. Verũenimuero claudum imperium fore: ſi ſpurii maleq; progeniti inter Heraclidas regnum tenuerint. hæc locutus ut qui potentiſſimus eſſet in ſuam omnes ĩduxit ſentẽtiam: qua rex creatus Hageſilaus: tum ſtatim Lyſander quo expeditionem in Aſiam ſuſciperet incitabat: ingentẽ illi ſpem ſubiiciens ut perſicum uaſtaret imperium: uir futurus ampliſſimus. Datis ĩ Aſiam ad familiares litteris iubebat: ut in bello aduerſum barbaros ducem ab Lacedæmoniis depoſcerent Hageſilaum: qui obtemperantes rogaturos Lacedæmonam mittunt oratores. At Lyſandri opera nõ minus regia poteſtate bonum Hageſilao uidetur extitiſſe. Cæterum ambitioſorum ingenia cum alioquin ad principatus maligna non ſint: non paruũ ex inuidia quã ad pares propter gloriam gerũt: impedimentum ad res gerẽdas habent. Nam quibus ſociis & adiutoribus uti licet: eos æmulos & aduerſarios in uirtute ſibi faciunt. Hageſilaus igitur inter triginta conſiliarios Lyſandrum adduxit: ut eo amicorum uel præcipuo uel primo uteretur. Poſtq̃ autem in Aſia conſtitutus mortales ad eum pro parua familiaritate rara faciebant colloquia: Lyſandrum autem amici cum pro multa illa priſtina conſuetudĩe colerent: ſuſpecti uero pertimeſcerent: utriq; & ad fores cõmeabant & uadentem cõſectabantur: quẽadmodum hiſtrionibus in tragœdiis frequenter obuenit: ubi nuncii cuiuſq̃ aut ſecũdam perſonam gerens collaudatur & priores partes agit. Qui autem diadema geſtat & ſceptrũ: per crebros etiã clamores non auditur: Sic & conſiliario tota imperii dignitas inerat: cum ipſi regi nomen poteſtatis inane relinqueretur. Hæc igitur tam ĩ concĩna honoris auiditas aliquo pacto demulcenda fuerat: & Lyſander uſq; ad ſecundum poteſtatis gradum remittendus: uirum autem & beneficum & amicum oĩno reiicere & per contẽptum habere Hageſilao indignum erat. primum quidem nullam ei rerum gerendarum occaſionẽ præbuit. Poſtmodum ſi quibus operam ac ſtudium dantem Lyſandrum ſentiſceret: eos rebus omnibus ĩfectis remittebat: & muneris q̃ uiliſſimi uotorum compotes. Sic eius potentiam tacite diſſoluẽs & extinguens ſimul cũctorum ſeſe ĩpotẽ Lyſãder ĩtellexit:

ſuumq; amicis ſtudium obeſſe:ipſe opem tribuere deſiit:ad ſeq; ne accederent neu co
lerent obſecrabat:Cum rege haberēt colloquia & iis qui maiorē in præſētia cōmodita
tem afferre pro acceptis honoribus poſſent.hæc cū audiuiſſēt multi ſuis pro negociis
moleſti eſſe deſiſtere.Cæterum nō obſequia non honores omittere:qn ſeu deābularet
ſeu in gymnaſiis uerſaretur frequentes adire.Quæ res longe magis Hageſilao q̄ an tea
mærorem incutiebant:& ex honore ſtimulabat inuidia. Quapropter cum militibus
multis principatus & rerum gubernandarum officia tribueret:Lyſandrum diuidūdis
carnibus præfectum deſignauit.Deinde cōtumelioſius aſpernatus ad ionas cōuerſus:
Ite inquit & meum carnis ſectorē colite. Itaq; Lyſander cum Hageſilao ſermones hŕi
oportere cenſuit.Fit igitur breuis laconico de more diſputatio: Num Hageſilae bene
noſti minores amicos reddere? At ille ſi uelint me maiores effici? Qui uero meas opes
amplificauerint eos in partem uocare ius eſt. At forſan Hageſilae tibi magis dictum q̄
mihi perpetratum eſt. Te oro & externorū hominū gratia:qui cōiectos in nos habent
oculos:in eo me imperii tui ordine conſtituas:ubi minus quidem inuiſum:magis aūt
tibi cōmodū fore cenſueris.eam ob rem legatus ad Helleſpontum miſſus eſt q tam&ſi
Hageſilao ſuccēſeret:neceſſaria tamen agēr nō neglexit. Mithridatē perſen uirum ſtre
nuum exercituſq; ductantem inimicum Pharnabari cum ad deſciſcendum induxiſſet
ad Hageſilaum produxit. Ad nullum alium belli uſum habitus progrediente tempoŕ
Spartam ignominioſe nauigauit:litterā in Hageſilaum fouēs & uniuerſam maiori q̄
antea odio perſequens rempu.rebus ad permutationem & innouationem cōparatis
ac inſtructis manum adiicere inſtituit:cūctatōe ſublata.Erat autem huiuſcemodi He
raclidarum genus:qui in Pelopōneſum reuocati ſe dorienſibus īmiſcuerant:amplīſſi
mum & illuſtre Spartæ floruit:haud unicuique illorum regalis faſtigii erat cōmunica
ta ſucceſſio.Duabus tm̄ e familiis reges deligebantur:quas Eurytiontidas appellabāt:
& agidas.Ex reliquis nullus per generis nobilitatē pluſq̄ alter ī rebus urbanis habebat
uirtutis:honores potentibus oĩbus erant propoſiti. Horum cum Lyſāder eſſet ubi ad
ingētem rerum geſtarum gloriam ſublimior factus & poteſtatem & amicos pmultos
comparuit:indolebat cum ciuitatem ſua opera late propagatam cerneret regnantibus
aliis gubernari:quos tamen nulla ex parte ſeipſo præſtantiores eſſe pſpiceret.Decreuit
igitur regiam dignitatem duabus e familiis traducens Heraclidis omnibus cōmunem
reddere.Sunt qui dicunt non heraclidis ſed ſpartiatis ut non Herculis nepotibus ſed
iis qui per uirtutem cenſerentur id præmium proponeretur:qualis extiterat Hercules:
quem uirtus ad diuinos perduxit honores:q; ſi hunc in modum regni iudicium fieret
ſpes erat iniecta nullum ante ſe delectum iri ſparciatam.Primum igitur negocium ag
greſſus p ſe ciuibus perſuadere paratus erat orationem pro materia meditatus:ei a Cle
one halicarnaſeo meditatam ac conſcriptam. Deinde rei tam nouæ tāq; inuſitatæ ma
gnitudinem ante oculos proponens audaciori indigentem auxilio:omnē ut in tragœ
dia dici ſolet in ciues machinam at ollens Pythicas ſortes & uaticinia cōpoſuit:& ador
nauit:quaſi nullum ſibi fructum Cleonis allatura foret eloquētia:niſi dei metu & ſu
perſtitione prius obſtupefactos ciues occupaſſet:& ſic ad orationem adduxiſſet.Pythi
cum ut Ephorus inquit cōtaminare conatus oraculum:& dodoneas puellas Phereclis
interceſſione ſuam in ſententiam alliciens reiectus eſt. Tum ad Ammonis templum
conſcendens colloquio cum uatibus habito magnam uim auri obtuliſſe traditur:quā
indigne ferentes illi quoſdam miſere Spartam:qui Lyſādrum accuſarent.eo abſoluto
libyos deſcendentes dixiſſe cōmemorant: Nos o ſpartani rectius faciemus iudicium:
cum apud nos libyam habitaturi ueneritis.Vetus erat nanq; oraculum Lacedæmoni
os libyæ forecultores.Vniuerſas autem inſidias ſiniſtrūq; figmentum conſcribamus:
quod non a uilibus cæpit exordium.Sed ut in deſignatione mathematica multas & in
gentes aſſumpſit materias:& ad concluſionem per præmiſſas graues difficileſque pro
greſſum in ea ratione uirum hiſtoricum philoſophūq; ſequemur.Mulier quædam in

Ponto ex Apolline grauidam ſeſe prædicabat: cui (ut par erat) multi fides abrogabant: multiq; adhibebant. Cũ ea puellum peperiſſet cõplures nobiles alendo ſtudium & curam diligenter impertierunt puello: quadam ex cauſa Sileno impoſitum eſt nomen. Hoc accepto Lyſander initio reliqua ſuis texuit artibus: non paucis aut contemptis ad eam fabulam uſus adiutoribus: qui procreationibus pueri rumorem ſine ulla ſuſpitõne ad fidem ac ueriſimilitudinem adducerent. Alium quoq; ex Delphis ſermonem allatum Spartam diſiecerunt diſſeminaruntq;: uetuſtiſſimas quaſdam ſortes in arcanis ſcriptis ab ſacerdotibus ſeruari: quas neq; comprehendere neq; legere cuiq; fas eſſet: niſi qui ex Apolline ortus aduenisſet: longo poſt tempore qui obſeruantibus ĩdubitabile ſignum præſtaret eas capeſſeret tabellas quibus inſcriptæ ſortes erant. His ex compoſito cõparatis Silenus cũ aduẽtaſſet: ſortes ut Apollinis filius petiit. ſacerdotes qui rei operam cõferebaut: ſingula diligenter indagare: & de origine accuratius ſciſcitari. Poſtremo fidem adhibentes Sileno uti Apollinis filio ſcripta cõmoſtraſſe. Eum præſentibus multis lectitaſſe: cum alia complura uaticinia: tum idipſum de regno cuius gratia figmentũ erat ĩſtitutũ: præſtaꝛ ac fructuoſius eſſe ſpartanis ſi ex optiatribus reges deligerent. Cum iam Silenus adoleuiſſet & ad rem gerendam accederet: Ecce Lyſander ab actione fabulæ corruit: minorum ignauia & unius puſillanimitate ac trepidatiõe complicis: ut primum ſubeundum erat opus: nihil tamen uiuente Lyſandro deprehenſũ ſed poſt eius mortem. Ante enim q̃ Hageſilaus rediret ex Aſia functus eſt uita in boetium incidens bellum: uel illud potius ĩ Græciam importans. Nam utroq; diuulgatur modo & culpam nonnulli Lyſandro quidam thebanis attribuunt. Alii cõem faciunt: thebanis crimini dantes ſacrorum diſſipationẽ: ĩ Aulide quoq; Androclides & Amphiteus regia corrupti pecunia bello Græciæ Lacedæmonios implicarãt. Vnde facto ĩ Phocenſes impetu eorum agrum populauerant. Lyſander ĩdignanter ferre dicit q̃ ſoli thebani ex bello decimam uendicarunt: rĩliquis ſociis tacite ferentibus: & Spartam miſſas ab Lyſandro pecunias iniquo animo tulerunt. Orta præſertim indignatio: q̃ Athenienſibus datum eſt ex. xxx. tyrannis libertatis initium: quos cum Lyſander conſtituiſſet: Lacedæmonii terrorem eis & potentiam addiderunt: facto decreto ut quiſquis ex athenis fuga ſeſe ſubduceret undiq; duceretur in uincula: q̃ ſi qs obſtaret ducẽti eũ hoſtis loco haberi: Thebani contraria iis faciũt decreta: cõuenientia ſane atq; germana rebus ab Hercule & Libero patre geſtis: omnia tecta omneſq; Boetiæ urbes Athenienſibus p̃ neceſſitate patentes eſſe. Siquis fugitiuo dum traheretur auxilium non attuliſſet condẽnationis nomine talentum ſolueret. Siquis aduerſus tyrannos per agrum boetium Athenas arma deferret Thebanos obaudire ac diſſimulare: quibus in decretis adeo humanis uereq; græcis facta ſcriptis reſponderunt: nãq; Traſibulus reliquiq; conſpiratõnis ſocii Philan occupantes e Thebis primum fecerunt impetum: thebanis arma pecunias latendiq; & inchoãdi facultatem parãtibus. Has in thebanos cauſas Lyſander accipiẽs (Iam enim moroſus & attrabile per ſenectutẽ inualeſcẽte) iracundus Ephoros incitabat: & ad mittendum ĩ eos præſidium perſuadebat. Accepto igitur ĩperio eduxit exercitum. Poſteriori deinde tempore Pauſaniam regem cum copiis emiſit: qui circumducto per cythæronem exercitu agrum boetium irrupturus erat. Lyſander per Phocenſes cũ magna militum manu uenit obuius: orchomenioꝝ oppidum ultro cedens accepit. Inde progreſſus Lebadian diripuit. Datis poſtmodum ad Pauſaniam litteris ut ſe cum illo ex Plateis ad Aliarcum coniungeret (Ipſe enim cum ſolis ortu ad aliartiorum mœnia ſtationẽ habiturus erat) litteræ ad thebanos referuntur: tabellario ĩ quoſdam ſpeculatores ĩcidẽte. Cũ Athenienſes auxiliũ attuliſſẽt urbe illorum præſidio credita: Thebani cum prima quies mortalibus ĩcipit egreſſi paulopoſt Lyſãdrum præueniũt Aliarcũ cum parte copiarum ingreſſi. At ille exercitum ſiſtens quodam in tumulo Pauſaniam præſtolare decreuit. Mox progrediente die moræ prorſus & quietis impatiens acceptis armis & ſociis adhortatis recto curſu phalangem ducit ad muros. Thebani q̃

foris permanſerant Leuorſum urbem habentes in nouiſſimos pergũnt hoſtes: ſub fõ tem quem ciſſuſam appellant īdigenæ: ubi nutrices infantem ī lucem editum abluiſſe Bacchum ī fabulis traditur. Nam & color uini ſplendet aſpectu trāſluciduſq; & potu dulciſſimus eſt. Nec procul hinc cretenſes pullulant ſyraces: quæ Aliartii ea Rhadamā tum incoluiſſe loca faciunt iudicia: eiuſq; ſepulchrum cõmoſtrant: quod alea uocant. eſtat & Alcmenæ monumentũ: quā ibi humatā eſſe memorant. Poſt enī Amphitrio nis interitũ Rhadamanto nupſerat. Thebani qui intra oppidũ erant ſtructa cum Ali artiis acie quietem tãtiſper agebant. Vbi uero Lyſandrum una cũ primoribus īcedẽti bus propinquantem aſpiciunt: reſeratis de repente foribus irruunt: ipſũq; cum auguſ paucisq; aliis obtruncant. Plurimi nanq; ad phalangem ſeſe fuga recipiunt. Non reſi tentibus inde Thebanis qn urgentibus undiq; uniuerſi ī tumulos terga fugæ uertunt. Mille ex eis cecidere: deſiderati ſũt & thebanoꝝ tercenti: q cũ hoſtibus ad aſpera & mu nita loca permixti contenderant. his dabatur crimini: qꝫ laconicā fouerent factionem. Ab quo cum oĩ ſe ſtudio diſſoluere & ciuibus purgare concupiſcerent: nulli parcentes diſcrimini inter inſectandum mortem oppetiere: Pauſaniæ e Plateis Teſpias cõmeãti caſus in itinere nunciatur: qui ſtructa acie petit Aliarcũ. Venit & Traſybulus e Thebis Athenienſes ſecum ducens. Conſilium de repetendis per inducias mortuis agitante Pauſania ſpartiatæ natu grandiores & inter ſe grauiter & indigne ferebãt: & regẽ adeũ tes teſtati ſunt: minime p inducias interemptũ eſſe Lyſandrum. At per arma pro cada uere ſuſcepto certamine ac uictoria cõparata ſic uiꝝ ſepulturæ mandandũ: qꝫ ſi ſupe rati fuerint: pulchrum & honeſtum fuerit eo in loco ſuo cum īperatore pariter occum bere. hæc orantibus ſenioribus Pauſanias arduum opus eſſe cernens: uictores nup ſu perare thebanos ſub muros ẽt Lyſãdri corpus collapſum: adeo ut corporis recuperatio abſq; indutiis uel uictori difficilis redderetur: miſſo præcone & indutiis confectis redu xit exercitum. Qui Lyſãdrũ defereb ant ut primum Boetiæ confinia præteriere ī ami corum ſocioꝝq; agro panopeoꝝ condiderũt: ubi ex Delphis Cherroniã euntibus ſecus uiam monumentũ eſt. Eo in loco cum exercitus ſtatiua haberet: quidã phocenſis alte ri qui prælio non interfuerat certamen expoſuiſſe dicit. Cum Lyſander Armatũ traie ciſſet: hoſtes īpreſſionẽ fecere. admiratus ſpartanus Lyſãdro familiaris rogat quẽnã armatũ eſſe diceret: Id enī ignotum ſibi nomen eſſe. Vbi primi nr̃oꝝ ab hoſte cæſi ſũt ꝑpe urbem fluentũ eſt quod armatum appellant. Id cum ſpartanus audiſſet abortis lachrymis q̃ ineuitabile hõi fatum eſt dixit. Erat Lyſandro datum oraculum hũc ſe in modum habẽs. Armatum iubeo te deuitare ſonãtẽ. Terrigenã qui pone ſubit cũ frau de dracona. Quidã Armatũ nõ prope Aliarcũ fluere aſſerunt: ſed ꝑpe Coroniã torren tem eſſe Phlarũ fluuium penes oppidum infertur: quẽ cum ueteres Arimã: ætatis no ſtræ hoĩes Somãtum nuncupant. Qui uero Lyſandrum interemit Aliartius erat Neo chorus noĩe inſigne clypei draconem habuit: hoc ut aſſequi coniectura licet portendit oraculum bello quoq; pelopõneſiaco thebanis in æde Smenii ſortem datã memoriæ proditur: Quæ ſimul & deliacam pugnam prædiceret: & hanc ipſã aliartiam anno tri geſimo poſteriorẽ. Ea huius gñis ſors eſt: Qui inſidiare lupi catulis uitato ſupremam Et collem orchalidem hunc uulpes non deſerit unquam: Proximum Delio lucum ſupremam appellauit: ubi Boetia Atticæ confinis eſt. Orchalidem uero collem quem nunc uulpecum uocant ad Heliconem in Aliarci partibus ſitus. Cæterum hoc mortis genere abſumpto Lyſandro ſpartiatæ adeo grauiter tulere: u t reum ca pitis regem iudicauerint. Cuius rei iudicium minime ſubire decernens: regiam fu giens ſeſe recepit: ubi ſupplex in Mineruæ templo uitam duxit. Defuncto Lyſan dro ipſius detecta paupertas clariorem effecit principatum: quippe qui tantis ex pecuniis tanta ex potentia tanta ex ciuitatum ingentiſque adeo imperii procura tione ne puſillum quidem in argenti ratione domum eius illuſtrarit: ut auctor eſt Theopompus. Cui laudanti magiſq̃ carpenti fides uidetur adhibenda. Siquidem

uituperare q̃ laudãre iocundius. Posteriori tẽporẽ quẽadmodũ tradit ephorus cũ Lacedæmone disceptatio inter socios agitaretur: & ꝓinde inspiciũdæ forent litteræ quas apud se Lysãder habebat: eius domum profectus Hagesilaus codicem inuenit: in quo illa de reipu. statu conscripta erat oratio ut ab eurytiõtidarũ & agidarũ manibus auulso regno: in medium ponenda & optimatibus facienda delectio properans or̃onẽ ad ciues efferebat: ut Lysandrum ostenderet: cuius gñis ciues occultaretur. At uir prudens Lacratidas per id tẽpus Ephori prĩceps Hagesilaum non oportere ait Lysandrũ effodere: sed oratõe secũ infodere: quæ tanta esset suadendi arte & astutia cõpilata. Reliquos tñ honores Lysandro tam&si uita functo reddidere: & filiaꝝ sponsos cõdẽnarunt: qui eas post Lysandri obitum cum ĩops esset inuentus repudiauerunt. Illum enĩ cum diuitem existimassent coluerant. Iustum uero & bonum uirum & pauperẽ cognoscentes deseruerãt. Erat enim Spartæ & celibi & tardiori marito & malo marito indicta pœna cui eos præsertim subigebant: qui pro bonis & propinquis locupletum affinitates quærebant. Hæc quidem de Lysandro hunc se ĩ modũ habentia sumus perscrutati.

SCYLLAE VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

LVCIVS VERO CORNELIVS SCYLLA PATRItia procreatus est familia: ex cuius maioribus Rufinus consularem gessit dignitatem. huic tñ longe maiorẽ ex ignominia q̃ honore nobilitatem affuisse perhibent: & enim supra libras argẽti concaui decem possedisse: Idq; prohibente lege deprehensus e senatu eiectus est. Posteriores inde humili diutius in fortuna permanserũt. Ille etiã Scylla haud amplo sane in patrimonio educatus ab adolescentia penes alios habitans nõ grandem ꝓ domicilio mercedem soluebat: sicut posteriori tẽpore cum indigne secũdã adeptus fortunã putaret̃ ei obiectũ é. Gloriãti siquidẽ & aphricanam post uictoriam militiãq; magnificis utẽti uerbis quidã ex honestiori ordine dixisse fertur: quonã mõ uir bonus esse potes: qui cũ nihil a pr̃e tibi relictũ sit: tot ac tanta possideas. Nã cũ rectus ille ac nitidus uiuendi mos haud ãplius ꝑmaneret: iãq; delitiarum & luxurioſi apparatus æmulatione suscepta e maioꝝ curriculo deflexisset: par tñ cõuitium ponebatur & suoꝝ facultates amittere & paternã minime pauptatẽ conseruare. Potitus postea reꝝ Scylla cũ multos occideret: & libertini gñis homo quẽdã ex ꝓscriptis occultare diceret̃: & proinde e saxo præcipitandus esset: obiecit Scyllæ q; una simul in domo diutius uitã agitassẽt cũ ĩterĩ ipse qdẽ pro superiore habitaculo duo milia nũmum: ille aũt pro inferiore tria milia mercedem efferret. Itaq; inter utriusq; fortunã mille nũmos interfuisse: qui drachmas atticas ducentas & qnquaginta ualebant. Hæc quidẽ de antiqua Scyllæ fortuna memoriæ produnt̃. Eius autẽ corporis speciẽ aliã statuæ ipsæ declarant. Glaucos oculos cũ uehemẽter acerbi ac sæui essẽt: colorĩ facie terribiliores r̃ddebat aspectu. Rubor. n. sparsĩ ĩmixtus efflorebat: quã q dẽ ad rẽ & coloris nomẽ inditũ fuisse dicũt. Quidã ẽt ex dicacibus Scyllã Athenis mordens Scylla ĩqt moꝝ est farinis ĩspsum: huius gñis de hoĩe ĩditiis uti neq̃q̃ absurdũ é: quẽ adeo in exercẽdis salibus natura studioſũ extitisse ferunt: ut abineũte ætate plurima cũ ignominia sodalitia cũ mimis atq; ridiculis petulanter habuerit. Postea uero q̃ ĩ reꝝ oĩum dñatu cõstitus est: e scæna spectaculisq; ĩpudentissĩos cogẽs ĩterpotãdũ quotidianis dicacitatibus certabat. Quæ cum ab eo grandiori ætate patrari: & dominantis insuper dignitati probrum ac dedecus afferre uiderentur: complura negligenter omittebat: quæ studio indigebant ac diligentia. Cœnanti siquidem Scyllæ nullus circa' seria usus erat.

Verũ cum alio tẽpore impiger & eximia ſeueritate eſſet: ut primum in ſolatia & cõpotationes abiiceret uno ĩpetu imitationem capeſcebat: & ut mimis & ſaltatoribus manſuetus ad omnẽ familiaritatẽ ꝓnũ ſe obnoxiumq; ſubiiceret: huius tã ſoluti moribus animi ad amores leuitatẽ & ad illecebras præcipitium peperiſſe: a quibus ne prouectõ tibus quidẽ annis ſeſe reuocauit. Metrobiũ ſcænicum a iuuenilibus ãnis magno amoꝛ cõplexus longius prouectus eſt: eo ĩ dies ſecum floreſcente morbo. Nã cũ initio publicam quidem cæterum locupletem mulierem quã Nichopolin appellabant deperiret: a qua deinde cõſuetudine & formæ gratia mirifice amatus erat: ab ea cum uita excederet hæres eſt relictus. Nouercæ quoq; hæreditatem ſortitus eſt: quæ illum perinde ac filium diligebat: quibus ex rebus iam mediocres ad eum opes peruenerant. Quæſtor de Mario primum gerenti cõſulatum deſignatus cum eo ad bellum iugurthinũ nauigauit ĩ Aphricam. Profectus igitur ad exercitum cum alias ad res ſpectatũ ſe præbuit: tum uero bona uſus occaſione Bochum regem numidaꝝ ĩtima ſibi deuinxit amicitia: ipſius nanq; legatos cum a numidis latronibus euaſiſſent ſingulari comitate excipiens ornatos muneribus tutiſſimo ẽt adiuncto comitatu remiſit. Forte Bocho Iugurtha gener & inuiſus & formidoloſus erat. Quo per id tempus profligato & ad ſe confugẽte Scyllam acciuit. Ab illo enim q̃ ſe Iugurtham & comprehendi & tradi malebat. Ea re Mario cõmunicata paruam militũ manum aſſumens magnum diſcrimẽ adiit. Nãq; hõi barbaro & aduerſus neceſſarios infideliſſimo de altero capiendo fidem adhibens eius manibus ſeſe cõmiſit. Bochus tamẽ accepta ab utroq; poteſtate cum de frangẽda in alterum fide in neceſſitate ſe conſtituiſſet: poſt multos mẽtis æſtus prioris proditionis ſentẽtiam cõprobauit & Iugurtham Scyllæ tradidit. Eo de negocio Marius quidẽ triumphum egit. Cæterum Scyllæ tã præclari facinoris gloriã Marii aſcribebat ĩuidia: eiq; tacitum mærorẽ importabat. Scylla enim ipſe natura iactabundus & ex humili ac ignota uita per ora ciuium tũ primum uolitare incipiens guſtata honoris dulcedĩe ad id honoris ſtudium & auiditatem progreſſus eſt: ut ĩ anulo ĩſculptam eius rei geſtæ citẽ cũferet imaginem: eoq; continue uſus eſt. Erat autem ſculptura Bochus q̃ Iugurtham traderet: Scylla qui ſuſciperet: hæc Mario triſticiam afferebant. Scyliæ autem minorẽ q̃ ſuam eſſe inuidiam exiſtimãs illo ad rem militarem uſus eſt plurimum. Si quidem conſul ſecundũ creatus Scyllam legatum habuit. Tertiũ uero conſul militũ tribunũ: ipſius opera multa utilia edens facinora. Legatus enĩ tectoſagoꝝ ducem Copillũ cæpit. Tribunus militũ Merſos populoſiſſimam ſane gentem ad romani po. amicitiam ſocietatẽq; perduxit. Marium poſtea ſibi infeſtum nec dum ullas rerum gerendarum occaſiones libenter omittentem quin ad augendam fortunam incumbentem ſentiens Catulo marii collegæ ſe dedit uiro quidem bono: uerum ad certandum hæbetiori: ab quo maximas ad res atq; primarias fidem conſecutus ad potentiã pariter & ad gloriã proceſſit. Is magnam incolentium alpes barbarorum partẽ debellauit. Ingruẽte deĩde cõmeatus inopia Scylla curam ſuſcipiens tantã effecit copiam: ut Catuli milites & maxima in abundãtia agitarent & inſuper marianis exhiberent. Qua in re Mariũ uehemẽti dolore affectum fuiſſe dicitur. Hæc igitur inimicitia breuẽ adeo iuuenilẽq; prius materiam exordiũq; capeſſens: mox per ciuilem cruorem inexpiabileſq; ſeditiones decraſata ad tyrannidem uſq; ac rerum omniũ cõfuſionẽ progreſſa eſt. Quod Eurypidem ſapientem hominẽ & ciuilium morborum peritiſſimum demonſtraſſe ferunt: qui honoris certamen & ſtudium quaſi numen aliquod utentibus peſſimum atq; pernitioſiſſimum deuitandum eſſe præcepit. Scylla gloriam ex re bellica ad ciuilia negocia iam ſibi ſatis eſſe exiſtĩans cũ militaria poſt facinora ſtatĩ popularibus rebus ſeſe tradidiſſet prætura urbanã petere cœpit: quã aſſequi non licuit. Cuius ipſe rei culpã in turbas reiecit. Ait enim cum ſuam in Bochum amicitiam agnoſcerent: uenationes ſplendidas & aduectarum ex Aphrica bæluarum dimicationes expectare: ſi ante præturam ædilitatem adipiſceretur: populum alios prætores deſignaſſe: ut ædilitatẽ coactus exerceret.

Cæterum Scylla ueram repulſæ cām minime confiteri uidetur. Quod & re ipſa cōprobatur. Anno enim poſt tum colenda plæbe tum largitionibus animos adducens populi præturam adeptus eſt. Eo igitur præturā gerente cum indignabundus Cæſari ſua ſe in illum poteſtate uſuꝝ eſſe dictitaret: ridens Cæſar recte inquit tuum putas eſſe magiſtratum: quē tuis habes pecuniis cōparatū. Poſt eam præturam in Cappadociam cū exercitu mittitur: ſpe quidem ut Ariobarzanem r̄duceret in regnum: re autem uera ut Mithridatem r̄primeret: qui non minorem q̄ antea poſſidebat potentiā: ac regnum cōplectebatur. Nō magnas itaq; ſecum adducens copias: cæterum prompta ſociorꝝ uſus opa multis in capadoces plurimis in armenios auxilium ferentes editis ſtragibus: Gordium eiecit: Ariobarzanem regem declarauit. Scyllæ ad Euphratem moram trahenti regis parthorum Arſatis legatus Orobazus in colloquiū uenit: cum nullum antea romani & parthi cōmertium habuiſſēt. Hoc ēt ingentis fortunæ Scyllæ factum uidetur: q; parthi amicitiam ſocietatemq; petentes ad illum romanorum principem cōgreſſū habuerunt. Tres eo tempore ſelas propoſitas ferunt: unam Ariobarzani alterā Orobazo tertiam Scyllæ. Vnde amborum medius reſidens ius diceret: quam ob cauſā poſtea rex parthorum necauit Orobazum. Scyllam nonnulli tanq̄ barbaros ludibrio per delitias habentem probare: alii difficilem & intempeſtiui honoris ambitioſum increpare. Memoriæ proditum eſt uirum quēdam genere chalcidenſem ex iis qui cum Orobazo deſcēderāt Scyllæ uultum ſæpius contēplatum & ad corporis atq; animi motus haud incurioſe incumbentem quin ad artis materiam hominis ingenium attentius conſideratem dixiſſe: Neceſſe eſt hunc maximum fieri uirum. Miror etiā nunc īquit quomodo ne cunctorum primus ſit tamdiu toleretur. Redeuntem inde Scyllam Cenſorinus repetundarum poſtulauit: q; ex amicorum ſociorumq; regno magnam contra legem pecuniæ uim compilaſſet. Nec tamen contra in iudicio ſtetit ſed ab accuſatione deſtitit. Excandeſcebat interim mariana ſeditio nouam quandam ex congeſtis a Bocho honoribus nacta materiam. Is ut populum ro. de linimentis coleret ſimul & Scyllæ grām aucupatus triūphales ī capitolio poſuit imagines: aureuſq; inerat Iugurtha ab eo Scyllæ traditus. Ea re grauiter inſtigatus Marius: cum ſtatuas detrahere niteretur: ac reliq Scyllæ ſubuenirent: incenſa quantum antea nunq̄ amborum ſtudiis ciuitate: ecce ſociale bellum dudum gliſcens aduerſus urbem exarſit. Quo per id tempus eſt repreſſa ſeditio. In hoc maximo uarioq; & plurima romāis mala grauiſſimaq; pericula importante: Marius grande nihil oſtentare ualens argumento fuit uirtutem bellicam uigor̄ pariter ac uiribus indigere. At Scylla cōplurima celeberrima edens facinora īperatoris gloriam reportauit magni quidem penes ciues: maximi autem penes amicos fœliciſſimi uero penes hoſtem. Quibus in rebus illud Timothei Cononis filii Scylla nequaq̄ paſſus eſt. Nam cum inimici præclara ipſius facta fortunæ aſcriberent: & in tabulis dormiēte illo fortunam urbibus retia circūponentem pingerent: ille aggreſtius irritari & fingentibus grauiter ſuccēſere: quaſi rerum ab ſe geſtarum gloria pnuaret̄: Aliq̄do autē ab expeditōe re bene geſta remeans ad populum cōuerſus: Viri Atheniēſes īquit huius rei bellicæ nullam ſibi partem fortuna uendicat. Ipſam deinde fortunam aduerſus ambitioſum adeo Timotheū iuueniliter irritatā ferunt: ut nullum deinceps īſigne facinus ab eo patratum fuiſſe conſtet: ſed iniquis belligerātem prorſus auſpitiis & populo ſemper aduerſatum ex ipſa demum patria eiectum profugiſſe. Scylla uero non modo eius generis fœlicitatem ac fortunæ fauorem libenter admiſit: uerum etiam in maius extollēs & bona ī ſe fortunæ diuinitus data magis ac magis alluſtrabat: ſiue per iactantiam id faceret: ſiue de diis ita ſentiret: & enim ſuis in commentariis ſcriptura reliquit cum conſultaſſet: quæ contra animi ſui ſententiam pro tempore audacius aggredienda eſſēt ſecundiora ſibi eueniſſe. Rurſus cum ſeſe ad fortunam q̄ ad bellum melius ab natura inſtitutum eſſe dicit: plus fortunæ uidetur q̄ uirtuti tribuiſſe: & omnino ſeipſum in fortunæ poteſtate feciſſe. Quippe cum cōcordiæ quā cum

Metello ſocero & eiuſdem ordinis uiro habuit cām diuinæ cuidam fortunæ attribuit(magnæ enim ſibi moleſtiæ futuꝝ illuſtrē hoīem:q in cōicando principatu tantam be nignitatem exercuit)Lucullum ēt in cōmētariis quos ad illū inſcripſit cōmonefacit:ni hil tā ſtabile ducere q̄ quod noctu ſibi numē īperaret. Cum ad bellum ſociale magnis cum copiis mitteretur circa Lauernam uaſtum terræ hiatum extitiſſe ſcribit:e quo luci dum emerſiſſe ignē:magnāq; in cælo flāmā perſtitiſſe:conſulti uates dixere cum uir bonus ſingularis aſpectu ac præſtātiſſimus principatum geſſerit:præſentes tumultus ſe daturum. Hunc ipſum Scylla fuiſſe edicit:proprium qdem aſpectū eſſe flauo colo re comæ uirtuti ſe non eſſe dedecori:ſibi teſtimonio eſſe tot ingentia facta: hæc qdem de diuinitate. Reliquis in moribus tanta īæq̄litas:ut ſecum diſcrepare uideretur:Rape re multa largiri plura:honori dignos contumeliæ colore quorum indigeret opa : ludi brio hīe ſupplices:adeo ut neſcias utrū contēptoris an aſſentatoris habuerit ingeniū. Quid ī puniendo? Quāta diuerſitas? hīc iudicaueris. Nonnullis leuibus quidē ex cāis tympanizandos curare. Rurſus maximas iniurias æquo ferre aīo. Inexpiabiles ob cās conciliari perfacile:minimis ex noxiis & abiectis cædes bonoꝝq; publicationes facere. Scylla itaq; cum ingenita ferueret iracundia durum & ultionis auidū ſe præbere. Vbi uero per rationē abiiceretur acerbitas ad utile ferri. Cum eius milites in hoc ipſo bello ſociali Albinum uirū prætorium legatum ſaxis & fuſtibus mactaſſēt:tantam īiuriam impunē præteriit. Gloriabūdus etiā diuulgabat ſe illis alacrioribus ad pugnas uſurū: peccatum per fortitudinis opera emēdaturis. Accuſatoreſq; nihili faciebat. Nam cum Mariū deleſſe & ſociali bello finem īpoſuiſſe cenſeret:ut aduerſus Mithridatē īpator crearetur:exercitum delinimentis alliciebat. Profectus in urbem conſul cum. Q. Pom peio deſignatur & iam qnquagenarius erat. Tunc & celebratiſſimū fecit connubium. Cecilia Metelli ponti. max. filia in uxorē accepta:qua in re cū plæbeii multa decantarēt multi primores indolebant:eū tali muliere cenſentes indignum quem cōſulatu dignū cenſuerant:ut Titus inqt. Nō mō hanc duxit uxorem ſed priorem Iliam:cum adhuc pubeſceret quæ & illi filiolam enixa eſt:Poſt illam Eliam Tertiam Cæliam quā ut ſteri lem ſummo cum honore donis adiectis repudiauit. Paucis poſt diebus ducta Metella haud recte Cæliam īprobaſſe uiſus eſt. Metellā quidē aſſidue tātopere coluit:ut cū po pulus de reducendis marianis exulibus ſtuderet:Scylla uero pernegaret: Metella rogā tibus illis opē attulerit. Scylla quoq; captis Athenis acerbius ſæuiſſe creditus eſt:quia de muro ſalibus & conuitiis Metellā fuiſſent inſectati. Sed hæc poſterius. Tum ad fu turā parui conſulatum exiſtimans ad mithridaticū bellum mente & cogitatione defla grabat. Contra Marius ob gloriæ ſtudium & honoris inſaniam affectiones minime ſe neſcentes inſurgebat: Vir & corpore grauis & proximis per ſenium militiis iam defati gatus tam longinquis & tranſmarinis inhians bellis. Cunq; Scylla ad reliqua negocia iam properaret in caſtra: Marius domi perſtans pernitioſiſſimam illā ſeditionē fabri cauit:tantis cām cladibus quātis Romanam ciuitatem uniuerſi nequaq̄ hoſtes afflixe rant:ſicut & diuinis præmonſtratum eſt ſignis. Haſtæ quibus uexilla geſtantur per ſe ignem emiſerunt:qui ægre reſtinctus eſt. Tres corui pullos in uiam productos deuora runt :eorumq; reliquias intra nidum rettulerunt. Mures ſuſpenſum in templo aurū corroſerant:e quibus æditui quādam caſſe fœminam cæperunt. Ea ibidem quinq; eni xa muſculos tres abſumpſit. Quod autem maximum fuit ex aere ſereno & omni pror ſus carenti nebula tubarum ſonus increpuit:acutas & lugubres intendens uoces:adeo ut cuncti præ magnitudine timoris uecordes comprimerentur. Tuſci uates alterius ge neris permutationem & tranſferendum ordinem portendi cōmonſtrabant. Octo eni cuncta eſſe genera moribus & uitæ inſtitutis inuicem differentia. Vnicuiq; temporis diffinitum eſſe numerum ab deo anni magni ambitu perfectum:qui cum finem ha buerit:inſtante iam altero admirandum e terra uel cælo moueri ſignum : adeo ut curioſis earum rerum peritis e ueſtigio declaretur : ut homines aliis moribus &

& uitæ rõibus uſuri ĩ lucem iam producti ſunt: qui diis aut maiori aut minori q̃ ſupe-
riores curæ ſunt. Cætera in ipſa genę permutatione magnas ĩnodationes capeſſere:
diuinationẽ q; magnis interdũ honoribus excreſcere: & ipſis nuncupatõibus aſſeq; cũ
plura & manifeſta ſigna ab deo ipſo præmittãtur. In altero rurſus gñe humilem ſtatũ
eſſe rudẽq; ut plurimũ: & qui per incerta & obſcura quædam inſtrumẽta res futuras at
tingat. Hæc quidem ab Tuſcis qui ratõe ac ſapientia reliquis anteibant diſſerebantur.
Sedente ſenatu in tẽplo Bellonæ & ſuper hiſce rebus operã uatibus dante: paſſer inſec
tantibus cunctis inuolauit ore cicadam gerens: cuius eiectam partẽ reliquit: partem ẽt
tenens abſceſſit. Hinc augures ſeditionem & agreſtium aduerſus urbanam & forenſẽ
turbam dimicationem coniectabant. hanc enim ſicut cicadam uocalem canorãq; eſſe
ruſticam uero exaruis. Marius itaq; tribunum plæbis Sulpitium aſſumit hoĩem nulli
flagitioſiſſimo ſecũdũ. Ne reqras quonã modo altero ĩprobrior fuerit: cum ſeipſo ſce
leratior fieret. Crudeliſſimus & nimia ĩcitatus audacia pariter & auaritia: quo turpitu
do & mala cuncta uocarent: nihil penſi nihil cogitationis accipe: Romanam rempu. li
bertis & inquilinis ĩ propatulo uænundare: precia poſitis in foro menſis dinumeraĩ.
Tria hoĩum milia gladios tenẽtium nutrire: equitum iuniorum manũ ad oĩa promp
tiſſimoę ad corporis ſui cuſtodiam hr̃e. Hos antiſenatum appellabant. Is lege ꝓmul
gata nequis ordinis ſenatorii ultra duo milia drachmaę æs alienũ cõflare poſſet: cum
uita exceſſit tercẽtas miriadas debiti noĩe reliquit. Hic a Mario dimiſſus ĩ plæbẽ cum
oĩa ui & ferro inſtituiſſet: cum alias leges flagitioſas ſcripſiſſet: Tum illam quæ bello
aduerſus Mithridatẽ gerẽdo ĩperatorẽ Mariũ præficiebat. Quare ĩdicto ab cõſulibus
iudicio cõcionem hñtibus illis in æde Caſtoris: Sulpitius turbam inferens & aliorum
cõpluriũ ſtragem edidit: & Põpeii conſulis filium adoleſcentulum medio in foro con
fodit. Ipſe uero Pompeius fugam capeſcens ſeſe abdidit. Scylla in Marii domum per
tractus Iuſtitium ſoluere coactus eſt. Pompeio deinde prætore creato: Sulpitius cõſu
latum quidem Scyllæ minime abſtulit. Cæterum exercitum in Mithridatem deſtina
tum Mario attribuit. Itaq; tribunos Nolam cõfeſtim emittit: qui acceptum exercitũ
deducant ad Marium. Præueniens autẽ Scylla (Is enim ſeſe fuga ſubduxerat) miliți
bus acta renunciat. Quod ut accepere uenientes tribunos iactis lapidibus obruerunt.
Marius inter urbem Scyllæ amicos interficit: bona diripit: fugas inde cerneres ac tranſ
migrationes ex urbe in caſtra: ex caſtris in urbem. Senatus non ſuis ſed Marii atq; Sul
pitii trahebatur edictis. Audiens Scyllam ad urbem aduentare duos prætores Brucum
& Suilium miſit: qui Scyllam reuocarent: quibus aſperiora Scyllæ facientibus uerba
milites ad eos mactandos incitati & effractis faſcibus paludamentis exuerunt: & mul
tas per contumelias uexatos remiſerunt. Hinc mæror ingens aderat: cum prætoriis ſpo
liatis inſignibus cernerentur intolerandam iã immedicabilemq; diſcordiam renunciã
tes. Marius igitur apparatum agebat. Scylla uero ſex plenos ducens ordines ab Nola
cũ collega caſtra mouebat: qui cum milites ad inuadendam urbẽ uideret ĩpigros & ar
dentes: anceps erat: & ſecum formidans pericula uerſabat. Augur poſtumius poſt ſa
crificia ſignis intellectis in Scyllam mãnum utranq; tendens: Colligari me iube inquit
& ad confectum uſq; prælium diligentius aſſeruari: Niſi enĩ oĩa tibi & mature & ꝓſpe
re perfecta obuenerint ẽt extremũ ſubire ſupplicium non recuſo. Ferunt & dormienti
Scyllæ uiſã eſſe deã quã Romani eximia ueneratione colunt accepta ex cappadocibus
diſciplina: ſiue Luna ſit ſiue Minerua ſiue Bellona: hãc ſibi aſtitiſſe Scylla æſtimauit:
& poſito in manibus fulmĩe nominatim ut ſuos feriret inimicos imperaſſe: eoſq; per
cuſſos collabi atq; deleri. Eo ex inſomnio ſpe plenus cunctis collegæ eius expoſitis Ro
mam ductabat exercitum. Intereundum circa oppidum Tiripa legati fiunt obuiam
ſuppliciter orantes: ne impetu irrumpat urbem. Iuſta enim omnia mox illi decreto ſe
natus adfutura. Quapropter ut Scylla caſtra locaret cõueĩt: locũq; metiri duces exerci
tus pro more iuſſit. Cui adhibita fide diſceſſeř legati. Illis abeũtibus ſtatĩ. L. Baſillum

&. C. Micinium ſubmiſit: qui portam occuparēt: mōtēq; ſimul exqlinum. Ipſe deīde oī ſtudio iter adiūgebat. Baſillo per captam irrūpēte portam populus inermis iiectis de mœnibus ſaxis & tegulis curſum contiuuit: & ad muros repreſſit. Quod Scylla cō ſpicatus (iam enī aduentarat) Ipſe primus facē tenens ardentem uiam inibat: Tum ſagittariis ut in ſuperiora tecta pyrobolos nullius habita rōe iacerēt edixit: affectus ira & oībus in rebus furori ſeſe regendum cōmittēs: qui dum hoſtes tm̄ aſpectat nō amicos non conſanguineos non familiares ulla in mentione aut miſeratōe ponens per īcendia diſcurrebat: ſontē īſontem ut neminē internoſcens. Inter hæc pulſus ad Telluris ædē Marius per præconem ſeruos ſollicitabat ad pileum. Aduentāte deīde ſuperatus hoſte cōceſſit ex urbe. Scylla coacto ſenatu Mariū & paucos alios in qbus & tribunū plæbis Sulpitium reum mortis decernit. Cæteꝝ Sulpitius ſeruo prodente cæſus eſt: quē Scylla prius libertate donatum præcipitauit ex ſaxo. Pro Mario autem grandem præconio pollicitus eſt pecuniam: īgrate ſane & ciuili nequaq̄ de more: quippe qui pauloante in Marii poteſtate domi ſiue cū dediſſet ſe: tutus dimiſſus erat: qp̄ ſi a Mario Scyllam ab Sulpitio necari permiſſum eſſet: ipſi reꝝ oīum potiri licuerit. Ei tm̄ ueniā īpartiuit paucis poſt diebus eadem occaſione præſtita: eandem nequaq̄ aſſecutus eſt clæmentiā. Quibus ex rebus Scylla ſenatū magno dolore clā afficiebat. Populi autem maliuolentia & odium operibus minime obſcurum obiiciebatur. Qui Nonium eius nepotem & Seruium cum magiſtratus Scyllæ fauore peteren: rpulſos ac ſugillatos habuit: aliis ſubinde creatis. Quoꝝ honores præcipue Scyllæ indignationi fore rati ſunt: quibus ille magnam ſimulabat læticiā: qp̄ is populo libertatis fructus eſſet: cum quæ uellet libere faceret: populare etiam odiū colere. Adortus ex aduerſa factione conſulem cōſtituit L. Cimiam exercitionibus ac iureiurando præoccupans: Suis eum rebus ſtudio ac beniuolentia conſulturum. Is Capitolium aſcendens lapidemq; manu tenens iuratus eſt ſibi: deinde præſente multitudine īprecatus eſt: niſi amorem in illum beniuolentiāq; ſeruaſſet: non ſecus ex urbe extrudi ac lapis e manu: & lapidem abiecit humum. Inito cō ſulatu confeſtī Scyllæ decreta reſcindere aggreſſus Scyllæ accuſationē inſtruxit. Tribuno ēt plæbis Virginio diem dixit. eum Scylla cum ſedibus iudiciariis omittēs aduerſus Mithridatem traiecit. Diebus quibus ex Italia Scylla mouebat exercitum: cum alia cō plura Mithridati circa Pergamū miſſa diuinitus ſigna tradūt: tū uero coronatū uictoriæ ſimulacrum: quod pergameni quibuſdā ſuperne machinis in eū demittebant: cū fere caput attingeret effractum: coronāq; multa perſtructa humum per theatrum eſſe collapſam. Quæ res uulgo quidem terrorem: Mithridati aūt nō paꝝ mæroris īcuſſit: tam & ſi per id tempus res ſupra ſpem illi ſuccederent. Ipſe enim intercepta Romanis Aſia regibuſq; Bithinia & Cappadocia expulſis Pergami conſederat: amicis opes poté tatus ac regna diſpertiens. filius eius Mithridates antiquum principatum in Ponto ac Boſphoro ſupra Meotim obſtantibus nullis obtinebat. Alter Ariarathes Thraciam & Macedoniam magno ſubegerat exercitu. Alia loca duces magnas habentes copias ī poteſtatem redigebāt. Ex quibus maximus Archelaus uniuerſo mari nauibus īperitabat: Cicladas inſulas in ſeruitutem trahebat: Reliquas omnes quæ intra Maleam ſitæ ſūt ſimul & Euboiam ipſam ſubiugarat. inde concitatus ab Athenis uſque Theſſaliam omnes ab græcis gentes ad defectionem ſollicitauit: circa Cheroniam paulum quiddā nactus obſtaculi. Hic nāq; Brutius Surra Sentii Macedoniæ prætoris legatus ſeſe tulit aduerſum: Vir & fortitudine & ſapientia ſingulari. ille Archelao torrentis inſtar per Boetiam ruenti uehementius occurrens tribus apud Cheroniam præliis decertans eū repulit: & ad mare denuo repreſſit. L. deinde Lucullo imperante ut aduentanti Scyllæ cederet: & decretum illi bellum permitteret: ſtatim ad Sentium relicta Boetia copias reduxit: quanquam res illi ſuper uota ſecundæ fluerent: & Græcia propter hominis bonitatem ac modeſtiam familiarius ſeſe ad permutationem haberet. Hæ quidem res a Brutio præclariſſime geſtæ ſunt. Reliquæ ciuitates miſſis legatis

Scyllam uocabant. Athenis autē quæ Aristionis dominationem pati cogebantur colle cto robore incubuit: eisq; capto Pyræo obsidionem circūposuit: oībus instans modis & uaria cōmittens prælia. Quod si tēpus non magnum tolerare instituisset: nullo cum discrimine superiorē capere urbem dabatur: cum fame ac necessariorum inopia ad ex/tremū iā perducta diē esset. Veȝ enimuero cum rerum nouarum metu Romam festīa ret: multis cum periculis multis cum pugnis ingentibus impensis omni studio bellum illud urgebat. Cui præter reliquum apparatum machinamentoȝ decem mulinorum iugorum milibus quotidiana impendebatur opera. ut uero deficere materia cœpit (Nā alia excindi opera alia suis effringi ponderibus & assiduis hostium iactibus incendi) sa cros aggressus est lucos: ipsum etiam secuit Lycæum & Academiam: cuius super oīa suburbana densissimum erat arbustum. Cum ad usus belli pecuniæ urgeret inopia ad mouēda Græciæ sese conuertit Scylla: quæ in donariis ornatissima & preciosissima fuerant: tum ab Epidauro tum ab Olympia ad se deferri iussit. Delphos etiam ad Am phitriones litteras dedit: ut ipsas dei pecunias ad se portari præstarent. Aut enim tu/tius seruaturum aut si necessarios ad usus consumpsisset: non pauciores sane restitu turum: & Caphin phocensē ex familiaribus unum misit: Cui ut singula pondere susci peret mandata dedit. Tum Caphis Delphos profectus aliquid sacrorum tangere ueri tus coram Amphitrionibus necessitatem multis testatus est lachrymis: asserentibusq; nonnullis sese citharæ sonitum intra sacram ædem audisse: Caphis seu dictis fidē ad hiberet: seu Scyllæ religionem uellet incutere ad eum renunciauit audita. Cui p faceti/as Scylla rescribens. Miror inquit Caphi si non quidem indignantis cæterum exultan tis iudicium tantum esse intelligas. Quo circa pinde ac deo summa cum hilaritate pe cunias tribuente: tu quoq; cōfidentius accipe. Cætera quidem clam græcis emissa sūt. Dolium uero quod unum egregiis mūeribus reliquum erat: cum & pondere & magni tudine tollere iumenta nequirent: Amphitriones coacti conciderunt. Quī in re tum Flamminium tum Manlium Acilium tum Paulum Aemylium memoria repetierūt. Quorum hic eiecto e græcia Antiocho: illi debellatis Macedoniæ regibus non modo a græcorum templis sibi temperauerant: uerum etiam dona illis honorem & ornamēta cōplura adiecerunt. At enim illi modestissimorū hominum qui tacitas magistratibus manus præbere didicerant: duces legitimi animo quidem reges sumptibus autem te/nues ac perparci mediocribus ac taxatis utebantur impensis: cum interim militem per assētationem sibi conciliare q̄ hostem reformidare deformius ducerent. Cuius uero tē pestatis imperatores uiolentia magisq̄ uirtute fastigium uendicantes & in mutuam pniciē armis īdigētes factiose ipsos etiam hostes ī expeditōibus cogebātur allicere. Dei de ut cōmilitonū opas emerēt: grādes ad illoȝ uoluptates ac libidīes cōsumerēt opes: uænalē sese patriā facere nō ītelligebant: & ut ī melioré dñatōem exercerent flagitiosis simoȝ seruitio sese obnoxios reddere. Hæc Marium eiecerunt: Hæc eū rursus aduer sus Scyllā reduxerunt: Hæc cinnanos ī Octauii: hæc fibrianos ī Flacci necem suscitaue runt. Scylla nō mīma dedit initia ad eos & corrūpēdos & cōcitādos: q sub alioȝ esset ī perio: cū suis sūptuosas largitōes suppeditaret. Vñ cū cæteros ad proditōem suos cer te ad ꝓdigalitatē corruptōe īcitaret: grandi semper illi pecunia opus erat: ad tantā præ sertim obsidionem. ad capiendas enim Athenas grauis quædam & īexorabilis cupidi tas hominem habebat: seu uetusta urbis gloria incensus illud umbratile bellum susce pisset: seu furiosius conuitia morsusq; ferret: Quibus eum atq; Metellam passim de muris irridens & insultans tyrannus Aristion irritabat: homo & flagitio pariter ac cru delitate cōpositum habens animum. Is quicquid Mithridaticis ex morbis atq; uitiis effluxerat in seipsum exceperat: & ciuitatem quæ infinita bella complureſq; tyranni das intestinasq; discordias sicuti mortiferā ægrotatōem euaserat ad extremū tēpus ad duxerat. Tritici medininus mille drachmis ī urbe uæbat. Reliqs mortalibus nascētia circum arcem gramina pascētibus coctosq; ca.ceos & uasa cōmāducātibus ipse iugiter

diurnis in potibus per lasciuiã petulantissime saltans ridiculos in hostem factos a se uersus usurpabat. Cum sacram deæ lucernam per inopiam olei extinctam audisset nihili fecit. Sacerdoti quæ dimidium frumenti sextarium petierat piperis misit. Senatoriæ dignitatis uiros ac sacerdotes suppliciter orantes ut misericordia ciuitatis motus pacem cum Scylla fœdusq; faceret: iniectis sagittis dissipatos summouit. Tãdem suis ex compotoribus duos aut tres qui de pace agerent ægre misit: qui cum nihil salutare postulantes: Theseũ Eumolpum & res aduersum medos gestas inani quadam obstentatione prædicarent: Abite o beati homines inquit Scylla: & istas uobiscum orationes recipite: haud enim capescẽdæ studiosus disciplinæ ab ro. po. Athenas missus sum: Cæterum ut rebelles euertam. Interea seniores quidam cum in ceramico uerba inter se facerent: inuehi cœperunt in tyrannum q̃ muri custodiam circa eptacalcum (Is intra urbem locus est) negligentius faceret: qua impetu facto facilis hosti pateret ascensus. Is exceptus sermo deinde renũciatur ad Scyllam. Quod nequaq̃ aspernatus noctu locũ captu facilem speculatus rem ipsam aggressus est. Ipse Scylla in commentariis suis refert. M. Teium qui prior in murum euaserat: cum occurrenti hosti uioleutius galeæ ictum iflixisset: gladium infregisse: haud tamen cessisse loco: sed perstantem tenuisse. Ea igitur ex parte Athenienses natu grandiores urbem captam fuisse cõmemorabant. ipse uero Scylla inter pyraicam & sacram portam muro effoso & æquato solo nocte rupit media terrore maximo. Cum tubæ cornuaq; streperent: & copiæ quas ad cædem ad rapinam smittebat per angiportus militari clamore strictis gladiis ferrentur inumerabiles obtruncati. Cruoris unda & magnitudo ipsis etiam nunc locis definitur. Nã præter urbis reliqua cadauera occisorum circa forum numerus uniuerso ĩtra diphilum ceramico continebatur. Tradunt & multi suburbium per portas inundasse. Cum hunc in modum tot interfecti sint: non pauciores extitere qui patriæ iam extinguendæ misericordia & desiderio sibi necem conscisuerint. hoc enim optimates pertimuisse ac salutẽ desperasse fecit q̃ nullam in Scylla clæmentiã moderationẽq; crederent. Cæterum Midias & Calliphon exules precãtes ac genibus obuoluti & senatores cõmilitones eius ne ciuitatem deleret petiere. Ad quos ille collaudatis Athenienſibus priscis ultione iam expletus ac saturatus Donare se inquit multos paucis uiuosq; defunctis. Scylla Athenarum urbe potitus est ut ipse in cõmentariis scriptum reliquit calendis martiis: qui dies ad antheſterionis mensis exordium maxime concidit: in quo multa ad imitationis illius ac diluuii memoriam pernitiosamq; stragem forte patrantur. Vrbe capta tyrannus in arcem confugiens obsidione cingebatur. Eius operis cura Curioni demandata post longi temporis tolerantiam premente siti in deditionem uenit: & statim signa diuinitus affuer. qua enim die atq; hora illum Curio deducebat: tot ex sereno nubila concurrarunt: tanta uis erupit imbrium ut Araxinundaret. Nec diu post Pyræus ĩ Scyllæ potestatem uenit: cuius pars maxima incendio uastata ubi & Philonis armamentarium opus singulari admiratione prosequendum. Interea Thasiles Mithridatis præfectus ex Thracia & Macedonia centũ milibus peditum equitum decem & falcatis curribus nonaginta descendens Archelaũ adhuc circa Munichiam stantem in ancoris arcessit: neq; mari decedere uolentem neq; ad conferendam cum romanis manum acrem strenuumue: sed ad cõterendum belli tempus: & cõmeatus eis ĩtercipiẽdos. Quæ Scylla longe melius illo conspicatus: e locis sterilibus qui uel pace uix alere possent exercitum in Boetiam castra mouit. per eius rei consilium compluribus errare uisus est: quoniã relicto Athenienſi agro aspero quidem & equis inuio in planos sese campos & patẽtes Boetiæ locos iniecerit: cum equitibus & curribus cerneret robur constare barbaricum: uerum famem ut dictũ est inopiamq; deuitãs martis discrimina sectari coactus erat. Rursus ei terrorem Hortensius importabat: homo imperatoriis instructus artibus & certandi percupidus: quem ad Scyllam ex Thessalia copias adducentem inter angustias barbari insidiãtes seruabant. Ea propter in Boetiam Scylla mouerat. At Caphis

Caphis noſtris fauens partibus deceptis per alios tramites barbaris ſub Tithoram per Parnaſum deduxit Hortenſium. Erat autem haud tantæ quãtæ hac tempeſtate amplitudinis ciuitas: ſed exciſum in præcipiti rupe caſtellum: quo phocenſes cũ irrũpentẽ Xerxem fugerent: ædificato ibi loco ſalutem ſibi cõperarunt: hic caſtris poſitis Hortenſius die quidem reiecit hoſtem: Noctu uero ad Patronidem per aſpera deſcendens loca occurrenti cum exercicu Scyllæ ſeſe coniunxit. Cõmixti collem quendam qui e campis eleaticis medius eminet occupant: Solum ſane fertile ac rerum ubertate cõmodũ: in cuius radice aquarum abundantia erat. hunc Philoboetum appellant. Eius naturã Scylla mirifice ſitumq; collaudat. Caſtrametantiũ paruus hoſtibus uiſus ẽ numerus. Equites enim mille & quĩgenti haud plures erãt: pedites qndecim milibus pauciores. Quocirca reliqui duces Archelaum uel ĩuitum induxerunt: ut acie ſtructa copiæ deſcẽderẽt: cernere erat campum equis curribus clypeis ſcutiſq; refertum: uoces ac ſtrepitus ipſe minime capiebat aer. Cum tot pariter gentes inſtructæ conſtarent: tam ſũptuoſi præterea apparatus ac ſpiritus iactantia pleni: elataq; ceruices fruſtra non erãt: nec ad ſtupefaciendum inutiles: arma quoq; radiantia auro & argento decora & medicarum ſcythicarũq; ueſtium colores lucentiſſimo ære ferroq; permixti dum agitarentur ĩſtar ignis terribilem incutiebant aſpectum. Eas ob res intra uallum Romani ſeſe cõprimebant: ita ut Scylla nulla eis rõe pauorem poſſet adimere: uiolentius itaq; refugere nec ullo pacto quietem agere: grauiter uero ferre & conuitiis Scyllã inſectari qui barbaros aſpernẽs ridenſq; ſpectaret. Hæc tamen ipſa res maxime oĩum Scyllæ profuit. &enim Romanos conténentes aduerſarii confuſos admodũ uertere ordines: cum alioquin ob præfectorum multitudinẽ nequaq̃ ducibus auditent. Nam cum pauci toleranter in caſtris ſe tenerent: maxima tuiba direptionibus & rapinis ineſcata complurium dierum uiam longe a caſtris palantes uagabãtur. Tum panopeorum oppidum excidiſſe dicũtur: & lebadeorum urbe direpta oraculum depeculatos fuiſſe: nullo interim imperãte duce. Scylla cum in eius oculis tot urbes delerentur mærore anxius & indignabundus nullo interim ocio militem langueſcere patiebatur. At nunc ex alueo Cephiſnm coge bat auertere. Nunc nulli conceſſa quiete ingentes cauare foſſas. q; ſi quem cedere aĩad uerteret: inexorabilis caſtigator inſtabat: ut labore ad tanta defatigati opera aĩo belli diſcrimina libentius amplexarentur: quod & obuenit. Cum enim tertio poſt die laborantibus illis Scylla præteriret ſeſe ut in hoſtes ducerẽtur magno clamore precabãtur. Quibus ille haud iſtud profecto pugnare uolentium ſed laborare nolentium præliũ eſt. Sin uera certãdi cupiditas ineſt illuc uenite dixit armati. Cõmoſtratq; ubi ſupiori tempore finitimorum fluuio arx inerat. Tunc autem urbe deleta præruptus ac ſaxeus reſtabat tumulus ab edylio monte diſiunctus: quantum flumen Aſſus continet: qui ſub radicem montis Cephiſo cõmixtus: ſimulq; uiolentior factus munitiorem caſtris reddit tumulum: quo cum ferreis inſignem clypeis hoſtem feſtinantem Scylla conſpiceret: locũ captaturus præuenire contendebat. Itaq; prompta militum uſus opera potitus eſt monte. Inde retruſus Archelaus aduerſus Cheroniam fecit impetum. Cheronenſes qui cum Scylla militabãt eum ſuppliciter orabant: ne conſeruandæ ciuitatis curam abiiciat. Gabinum igitur trib. mil. cum cohorte ſtatim mittit Cheronẽſibus omiſſis: qui tam & ſi cuperent: Gabinum tamen celeritate cõſequi nequiere. Adeo bonus & Cheronenſibus ad eorum ſalutem animoſior atq; ſtrenuior extitit. Iuba nõ Gabinum ſed Hirtium miſſum fuiſſe dicit. Noſtra itaq; ciuitas eo deducta periculorum euaſit ĩ columis. Ab Lebaide & Trophonio ſortes uictoriã portẽdẽtes & ſecũda Romanis mittebantur oracula: de quibus per incolas plurimus ſermo manat. Vt aũt ab Scylla undecimo cõmentariorum ſcriptum eſt: Quintius Igitius qui inter eos qui per Græciam negociarentur nõ ignobilis poſt partam in Cheronia uictoriam ad eum profectus ñnũciat ſecundã & pugnã & uictoriã ab Triphonio eodem in loco nõ diu poſt ſignificari. Poſt hunc quidam in ordine militans Saluenius noĩe ab deo prædictum eſſe ñtulit.

Qualem italicis talē ex illis rebus allatū iri exitū. utrīq; de dei ominibus hæc ipsa prædicabant. Se enim eandem quæ Ioui olympio uenustatem & magnitudinē uidisse cōmemorabant. Vt uero Scylla traiecit Assum sub Aedilium profectus uicina Archelao castra posuit. Qui per id tempus inter Acōtium & Aedilium penes asios (Sic enim appellant) munitissimum iecerat uallum: locus in quo tentoria fixit in hunc usq; diē Archelaus ab illo noīatur. Scylla diē unum intermittens Murenam uno cum ordine ac duabus cohortibus reliquit: qui confusum turbaret hostem. Is in Cephisi ripis īmolauit: quo facto in Cheroniam pergit: ut acceptis indē copiis Thurium ab hostibus captum inspiceret. Est autem cacumen asperum multis frequens anfractibus quod uocamus Orthopagium: sub flumē Apollinis Morii Thuriiq; templum est. Id deo ab Cheronis matre Thuria indictum est cognomentum. Cheronem autem Cheroniæ habitatores indixisse rerum scriptores prodiderunt. Nonnulli asseruut bouem quā Pythius Cadino ducem exhibuit eo in loco primum comparuisse: & ab ea locum appellatum. Thur siquidem phœnices uaccam nuncupant. Aduentanti Cheroniā Scyllæ trib. mil. urbis præfectus præsidio īstructos armis ducens milites obuiam prodit auream gestās coronam. Susceptis & appellatis benigne militibus cum ad ingrediendum periculum adhortaretur: duo Cheronenses ei superueniunt hoīes: q accepta parua militum māu Thurii præsidium obtruncaturos polliceantur. Occultam. n. barbaris esse semitam: quæ ab Petorcho penes Museum supra uerticem ducat ad Thuriū: q̄ cōmeantes facto in eos impetu facile iactis superne saxis aut explosuros in plana. Gabino de hominū fide ac fortitudine testem se præbenti: Scylla rem aggrediēdam imperauit: Tum acies instruit & dispartitis in utrūq; cornu equitibus sibi quidem dextrum Murenæ uero sinistrum attribuit. Galba & Hortensius legati instructas habentes cohortes postremi succedebant: ne circumductio ab hoste fieret obseruātes. hostes enim cōplurimis equitibus & leuis armaturæ uelitibus cornu & inflexum & agile apparare spectabantur: ut cum longius reduxissent Romanos circumdarent. Interea Cheronenses cum accepto a Scylla Erycio duce clam Thurium circuissent: seq; deinde obstentassent: ingens tumultus & barbarorum fuga fit. Tum plurima cædes inuicem. Nec enim permanere: uerū per prona delati propriis incūbebant iaculis seq; mutuo pellentes in præcipitia dabāt: hostes e superioribus instabant: & nuda cuncta faciebant: hoc pacto ad Thurium tria milia cecidere: ex fugientibus partem Murena instructis suis excipiens trūcat ac delet. Reliqui intra suorum castra compulsi phalangæ fusim irruentes pauore latæ ac turbatione cuncta replebant: quodq; non minimum stragis importauit ducibus moram intulerunt. Mox enim Scylla copias turbatis inuehens interuallūq; celeritate corripiens omnem falcatis curribus uim intercepit: & momentum cui maxime currendi longitudo robur immittit: & ex agitatione uehementem præbet impetum: Spatii uero breuioris ictus imbecilles sunt: & obtusi sicuti tela tenorem ac uim non accipiunt. Quod eo tempore barbaris obtigit. priores nanq; currus lentius agitati & debiliter inuecti ab romanis plausibus retrudebantur & risu: quale spectaculum cursus equorum præbere solet. hinc robur pedestre irrumpat inuicem: barbaris quidem longas sarissas protēdētibus & clypeoꝝ serie phalangē instructam seruare conantibus: Romanis autem cum pila deiecissent gladios nudantibus & ut confestim quantū ira concitabat manum cōsererent sarissas repellentibus. Nam seruorum milia quindecim structa cernebant in fronte. Quos regis præfecti uno præconio uocatos ad pileum inter militares ordines locarant. Tunc Romanum quendam Centurionē dixisse ferunt: seruis duntaxat ad saturnalia licentiam īpartitā esse: scio hos ipsos densitate ac frequentia tarde repulsos: & præter ingenium manere ausos. Romani sagittis & glandibus innumeris terga uertere & aciem turbare cogunt. Archelao dextrum cornu ut circūdaret referente: Hortensius ex transuerso inuolans cursu delatas immisit cohortes. At illo confestim duo ex suis equitum milia conuertente: ab multitudine repressus Hortensius se ad montana

ſubtrahebat ab legione ſenſim abruptus: & ab hoſte circũcinctus. Id ubi Scylla reſciit nõdũ marte cõſerto ab dextro cornu ſubſidium allaturus ĩſequitur. Archelaus hoſtis aduentũ ex pulueris nube ſuſpicatus: Hortenſio libenter omiſſo ĩ dexetrum cornu fle xit iter: unde Scylla fecerat impetum. Illud. n. ab ĩpatore deſertũ facile ſeſe captur⁹ in ſpẽ uenerat. Similis & aduerſus Murenã Taxilles ferreis munitũ ſcutis peditatũ indu xit. Quocirca uocibus bifariã illatis & tumulis clamorẽ referentibus anceps Scylla ſub ſtitit utra in parte præſens potius adeſſet. Suam tandem aciẽ recipiens Murenæ ſubſi dio quatuor cũ cohortibus miſit Hortenſiũ. Ipſe uero q̃nta ſubſeq̃ iuſſa ad cornu dex trũ pleniore greſſu pergit ire: iã aduerſus Archelaũ conſtanter ꝓ dignitate pugnãs. Vt aũt apparuit Scylla: uolentius incũbentes uincunt: uictos ad fluuiũ uſq; & ad Cõciũ montẽ effuſa fuga perſequũtur. Murenæ tñ periculũ minime Scylla contẽpſit: ſed ad ferendũ concitatus auxiliũ Vbi eos quoq; uictores aſpexit: rurſus ad infectãdũ cõuer titur. Multi barbaro⁹ cæduntur in cãpo: plurimi dũ uallum petunt obtruncantur. Ex tot milibus decẽ tm̃ milia in Chalcidẽ elapſa ſunt. Scylla refert ſuis ex militibus conq̃ ſitos eſſe. xiiii. ex quibus cũ adueſperaſceret duos aduenĩſſe: iccirco trophæis Martem Victoriam & Venerẽ inſcripſit: perinde ac in eo prælio nõ minus fœlicitate q̃ ſolertia & potẽtia rem bene geſſerit. Hoc quidẽ trophæum de campeſtri pugna erexit: qua pri mum Archelaus uſq; ad medum fluuiũ inclinauit. Alre⁹ eſt ad cacumen Thurii perti nens de circũdatis barbaris: græcis inſcriptũ eſt litteris Homoloichum & Anaxidamõ bellatores præſtantiſſimos ſignificantibus. Huius pugnæ uictoriã Thebis celebrauit: ædificata circa œclipi fontẽ ara. Iudices græcos aliis ex oppidis accerſens Quando cum Thebanis ſimultatẽ exercens dimidium illorum agrum abruperat: & Apollini Pythio & Ioui olympio conſecrarat: iuſſit utriq; deo pecuniã ex fructibus reddere: quã ipſe ra puerat. Audiens poſtmodum Flaccum ex aduerſa factione conſulem electum Ionium mare cum exercitu traiicere: uerbo quidem cõtra Mithridatẽ re aũt uera contra Scyllã ipſum: ut ei ſe ferret obuium in Theſſaliam caſtra mouit. Ei cũ penes Melitheam ur bem eſſet: crebri afferuntur nuncii rẽgias copias haud ſane minores q̃ ãtea relictos a ter go locos denuo populari. Nãq; Dorilaus ingenti nauium apparatu delatus ad Chalci dem: in quibus octuaginta hoĩum milia in armis ſpectata & ex oĩ mithridatico exerci tu præſtantiſſime inſtructa ducebat: mox Boetiã incurſarat: agroq; potitus erat. Is ut Scyllam eliceret ad prælium promptã exhibebat operã: Archelao nequaq̃ audiens ne id faceret obſiſtenti: rumores de priore pugna diſſeminans tot uirorum milia nõ ſine prodi.ione deleri potuiſſe. Mature igr̃ Scylla reuerſus Archelaum uirum ſingulari pru dentia præditum & romanæ uirtutis ẽt atq; ẽt expertiſſimũ eſſe Dorilao demõſtrauit. Archelaus paululum prope Scyllã primus ĩcidens primus erat qui diſſuaderet ne præ lio decerneretur. At ĩpenſis & tẽpore bellũ terẽdum. ſpẽ tm̃ nõnullã præbuit Archelao ꝓpinquus Orchomeno locus in quo locata caſtra fuerant. Is ad decertandũ mirũĩmo dum idoneus: qui equeſtribus copiis pollerent. Ex agro nãq; pulchritudine ac magni tudine pars excellit ad Orchomenio⁹ urbẽ pertinens. Ea tm̃ planicies diffũditur arbu ſtis uſq; ad paludes uacua: in quibus Melas fluuius aſſumitur: ſub Orchomeniorum urbẽ emergẽs: magnus quidẽ & ſolus e Græciæ fluminibus a fonte nauigio⁹ patẽs: & æſtiuum circa ſolſticiũ inſtar Nili incrementa ſuſcipiens. Eadẽ q̃ in illo naſcunt & hic producit: præterq̃ ſi qua fructũ nõ ferunt: aut nõ augeſcũt. Cæte⁹ longe nõ excurrit: maxima ex parte in occultos continuo lacus aut ſiluas extinguitur: nõ magnã uero ptẽ Cephiſo cõmiſcet: quo in loco præcipue lacus ut uidetur cõmodã conficiendis tibiis ꝓ ducit arũdinẽ. Locatis igitur proxĩe caſtris Archelaus quidẽ ocioſus erat. At uero Scyl la foſſas utrĩq; cauat: ut ſi qua præſtaretur facultas e ſolidis locis & equo⁹ curſui aptis ad paluſtria hoſtes excluderet. At illi mora⁹ ĩpatientes: ut primũ ab ductoribus emiſſi ſunt tã effuſa uelocitate curſitant: ut nõ modo qui operibus deſtinebantur ue⁹ ẽt per turbati ordines plurimi fugã capeſcerent. Vbi deſiliens ab equo Scylla correpto ſigno

per mactantes in hoſtem conuolat :& uociferat:mihi quidē inquit o Romani milites hic pulchrum eſt mori:uos autem cum rogabimini quonā in loco īperatorē ueſtrū per didiſtis:dicere mēmtote in Orchomeno:quo dicto reuocantur. Mox ēt duabus cohor tibus ab cornu dextro ſubſidium afferentibus incurſans uertit hoſtem . Reductis pau lulum deinde militibus prandiū cū dediſſet:rurſus ab hoſte uallū foſſa muniebat.At illi denuo īſtructiores q̄antea impetu deferebantur: Vbi Diogenes Archelai priuignus cum in dextro cornu pugnā cieret cunctoꝝ admiratione ſpectabilis occidit.Romani ſa gittārii incūbētibus aduerſariis quo ſe uerterent nō haberent collectas manu ſagittas ut enſes infligentes conſauciabant. Deinde inter uallū incluſi per mortes ac uulnerā miſerabiliter pnoctabant.Scylla rurſus cum illuceſceret adductis ad uallum militibus foſſam agitabat.Erūpentes deinde complurimos commiſſa pugna dare terga coegit: ād quorum trepidationem conſiſtente nemine uiolentius incumbens caſtra petit. La cus & paludes adeo cruore cadaueribuſq; repletæ:ut in hac ætate barbaricos arcus gale as fragmenta thoracum ferrea gladios cœno inuerſos offēdant.Cum poſt eā pugnam anni firme ducenti confecti ſint:res quidem ad Cheroniam & Orchomenum hoc pac to geſtæ memorantur.Cum Cinna & Carbo Romæ in clariſſimos uiros flagitioſe ac ī pudēter ageret : cōplures ab eorum dñatione fugitanter in Scyllæ caſtra:perīde ac por tum ſeſe conferebāt. Paruo deinde tēpoī quædam apud eū ſenatus forma creata erat. Metella cum pueris clanculum ſe ægre ſubducens ad ipſum quoq; profecta nunciat: & domum & uillas ab inimicis incenſas : Proinde ut domeſticis opitularetur ſupplex orabat.Quas ob res cum Scylla fluctuaret ambiguus(Nec enim patriæ uaſtitatē negli genter tolerare poterat nec bellum mithridaticum opus tam arduum imperfectum re linquere cogitabat)Archelaus deliatus mercator aduentat ſpes nonnullas & ſermones ab regio ferens Archelao.Id autem facinus adeo Scyllæ complacitum eſt:ut & ipſe ad Archelai colloquia properātius uenerit . Ad mare circa Delium conuenere:ubi tēplū ē Apollinis . Prior Archelaus orſus petebat ut Aſiæ ac Ponti rebus omiſſis Scylla ad Ro manum enauigaret bellum quantū pecuniarum ttiremiūq; & copiaꝝ ab rege uellet ac cipiens.Tum excipiens Scylla Mithridatis inīt ſecurus eſto. Tu uero ī eius locū regnū aggredere & inita cum po.Ro ſocietate naues trade. Archelao regis proditionē abomi nante Scylla ſubiecit: Tu cum ſis Archelae cappadox & barbari regis ſeruus ſeu magis amicus ad bonorum talium adeptionē turpitudinē ſubire nolis.Mihi aūt qui ſum & ro.po.īperator & Scylla de proditione uerbum audes facere.Quaſi nō ille ſis Archela us:qui nuper ex Cheronia ex centum &.xx.milibus militum minima cum manu ſa lutem fuga comparans:& biduum in Orchomenioꝝ paludibus latitans inacceſſibilē pro interfectorum multitudine Boetiam dereliqueris.Archelaus mutata poſt hæc ſen tentia caput īclinat:& ad preces uerſus obteſtatur ut bellum finiat & Mithridati ſe cō ciliet.Sic inuitatus rem Scylla ſuſcipit fœderaq; conficiuntur:ut Mithridates Aſiam Paphlagoniāq; dimittat:Bithiniam Nicomediam Cappadociāq; cedat Arobarzani: Duo talentū milia Romano pendat populo.Septuaginta naues æratas cum apparatu & armamentis exhibeat.Scylla reliquum illi regnum ſtabiliter aſſerat:& regem populi ro.ſocium decernat.his conuentis atq; confixis flexo curſu per Theſſaliam & Macedo niam ad Heleſpontum iter facit : Archelaum honorifice comitem habens.Eo nāq; pe nes Lariſſam in aduerſam incidente & quidē grauiter ualitudinem ſiſtit iter:& de hoīs ſalute non ſecus ac unius ex ducibus & cōmilitonibus curā diligentiāq; ſuſcepit . Hæc rebus in Cheronia geſtis criminationē īiecerūt:perinde ac ibi nō ſine uicio decertatum ſit:q̄q; Scylla cæteros Mithridatis amicos quos captiuos habebat reſtituēs Ariſtionē duntaxat tyrannū ueneno ſuſtulit:q cū Archelao ſimultatē exercebat:Præſertim cum decē milia agri iugera ī Euboia cappadoci data forēt:& Romanoꝝ amicus ac ſocius in- ſcriberetur ab Scylla:quas res in cōmentariis Scylla refellit.Tūc aduentantibus a Mi thridate legatis cū alia quidē ſuſcipere ſe dicerent:Paphlagonia uero ne Mithridatem

ſpoliaret obſecrarent: de nauibus quoq; haud oīno cōſentirēt: indignabundus Scylla quid dicitis inquit? Mithridates ad uindicandā Paphlogoniæ poſſeſſionē ſtudet: & de trahendis nauibus it inficias? Quē caput inclinaturum ego ſane exiſtimabā: ſi dexterā illi manū relinquerē: qua tm̄ ciuiū Romanoꝝ numeꝝ trucidauit. Atqui alterius gñis uoces emittet illico ubi ipſe in Aſiā traiecero. Nunc Pergami ſedens bellū quod neq̄q̄ aſpexerit īpatoris diſponat artibus. Itaq; legati pauore percuſſi quietē ſeruabant. At Archelaus Scyllæ preces afferebat: & iracūdiā mitigabat multis cum lachrymis dextrā eius attīgens. Deniq; ut ad Mithridatē legati remitterēt ſuaſit. Pacē enī p eius ſentētiā cōfecturos: quod ſi nō exoret ſibiipſi mortē conſcituꝝ. Eo igitur has ad res emiſſo ipſe agrum medicum inuadens & multa depopulatus loca: rurſus ſuertit in Macedoniam: Deinde Archelaū apud philippos admittit cuncta recte habere nuncian tē. opus autē penitus ut ſecum Mithridates ī colloquium ueniat: Fimbria potiſſim ū cā erat: q cū al terius factionis principē Flaccū obtruncaſſet: Mithridatis duces ſu perans aduerſus eū cōmeabat. Quæ Mithridates pertimeſcēs Scyllæ potius familiaritatem amicitiāq; dele git. Proinde in Troadis dardano conuenerunt: Mithridates quidē ducentas uniremes habens ex pedeſtribus uero copiis. xx. armatorū milia ac ſexcentos equites curruſq; fal catos plurimos: At Scylla cohortes qnq; equiteſq; ducentos. cum Mithridates obuiā prodiſſet ac dextrā pertendiſſet: Scylla percunctatus bello ne inquit finē īponis iis con ditionibus quas confeſſus eſt Archelaus? Tacente rege Scylla eos inquit: quibus pace opus eſt uerba prius facere cōuenit: At uictoribus ſilētia tenere ſatis eſt. poſtq̄ Mithri dates purgationē ſuā orſus belli cauſas partim in deos uertere partim in ipſoꝝ culpam Romanoꝝ referre conatus eſt: excipiens Scylla dudum ait alius renūciantibus audierā: Nunc autem ipſe intelligo q̄ ſingulari Mithridates polleat eloquētia: qui tā flagitioſis in rebus tanq; īpiis prætextu & rōe probabili minime caruiſti. Cum aūt quæ acerbiſſīe ab eo parata fuerant cōfutaſſet: & accuſādo īprobaſſet: Denuo rogauit num quæ cum Archelao pacta conuentaq; ſint abſoluat. Illo enī in modū facturum ſeſe reſpōdente familiariſſime ſalutauit & āplectans exoſculatus eſt. Inſup Ariobarzanē & Nichome dem reges adducens conciliauit ī gratiāq; reuocauit. Mithridates itaq; nauibus ſeptua ginta traditis ſagittariiſq; qngentis in Pontum enauigauit. Eā pacē milites grauiter & iniquo ferebant aīo: ſiquidem regū oīum iniuſtiſſimum: qui uno die cētū &. I. Roma norum milia paratis iugulari fecerat inſidiis: tantis opibus & ſpoliis datis ex Aſia uelis aſcendere indignum cenſebant: quā annos iam quatuor populationibus collectiſque tributis exhauſerat. Quod cum Scylla ſenſiſſet eā facti defenſionem afferebat: q; Mi thridati ſimul & Fimbriæ ſi in ſe conſpiraſſent bellum neqret inferre. Inde aduerſus Fimbriam incitatus: qui penes thiatira caſtra habebat: iacto proxime uallo caſtra foſſa circūcinxit. Tū fimbriani milites e caſtris ſolis elapſi tunicis Scyllanos familiariter am plexati opeꝝ adiutores ſe fecerūt: promptiſſimā īpartientes operam. Eā cōſpicatus Fī bria permutationē & cū Scylla in gr̄am redire poſſe deſperās: intra uallū nece ſibi con ſciuit. Scylla duobus milibus talentū uniuerſā condēnauit Aſiā. Priuatim aūt cum cō tumeliis tum obſidione immorātium domos abſumpſit. Edictū enim erat ut hoſpes diuertenti apud ſe militi quatuor tetra præberet in dies: cœnā inſuper ei & quotcunq; familiares inuitaſſet. Centurioni drachmas qnquaginta in dies ſingulos: Veſtē aliā cū domi uerſaretur aliā cum prodiret in publicū: cuncta dehinc cū claſſe diſcedēs Epheſo die tertio ītra Pyræum iecit ancoras. Vbi cum ſacris initiatus eſſet: ſibi ipſi peculiarem Apelliconis teii bibliothecā exemit: ī qua oīa ferme Ariſtotilis & Theophraſti uolumi na fuerant: quorum notitia nōdum aperte manarat in uulgus. Ea Romā delata maxi mam partem ab Tyrāmone grāmatico digeſtam ī numeꝝ fuiſſe traditur. Ab quo rho dium Andronicum cum eſſet facile nactus exemplaria ī medium poſuiſſe: & quæ nūc feruntur: tabulas exſcripſiſſe: Cæterum uetuſtiores Peripatetici per ſe quidem eximii. Et doctrinaꝝ ſtudioſi uidentur. Ver in Ariſtotelis ac Theophraſti ſcriptis non multis

ſane aut multa cum diligẽtia uerſati: propter Nelei Scepſii hæredẽ cui Theophraſtus ſuos codices legarat. Qui deinde ad īpentos hoīes: quos nulla honoris & laudis cura tã gebat: peruenerant. Scyllæ morã circum Athenas trahenti dolor cum ſtupore pedibus atq; moleſtia incidit: quẽ Strabo balbutiẽtẽ podagram appellat. Quapropter Adiſſõ enauigans calidarum uſum aquarũ habuit: per otium ſimul & illecebras ſcenicis cum hiſtrionibus diẽ exigens. Per littus deambulanti piſcatores quidã eximiæ pulchritudīs piſces attulerunt: quo munere plurimum delectatus: ut Alæenſes eſſe cognouit: An ī quit quidã ex Alæẽſibus adhuc ſuperſtites reſtant? Poſt partam enim ex Orchomeni prælio uictoriã in perſequẽdis hoſtibus tres una boetiæ urbes deleuerat: Anthedonem Larymnam & Alæas. hoībus uero nullã metu uocẽ edere auſis ſurridens Scylla lætos abīr iuſſit. haud enī cum uilibus aut neglectis quæq; reiici debeant aduenīſſe. Eã ob rẽ Alæenſes ſpe pleni in unum cõgregati urbẽ denuo repetiſſe dicuntur. Scylla p Theſſa liam & macedoniam ad mare deſcendens mille ac ducentis nauibus ab Dyrachio Brũ duſium traiicere parabat. Proxima eſt Apollonia: quam penes eſt Nympheum ſacer locus e uirenti colle ac pratis ignis fontes effundens aſſidue per ſparſos riuulos deflu entes. Hocī loco memoriæ proditum eſt ſõno preſſum Satyꝝ fuiſſe captum: qualem poetæ ac pictores effingunt. Is perductus ad Scyllam cõplures per ītẽpretes quis nam eſſet interrogatus nihil quod poſſet intelligi uix uociferatus eſt. At uocẽ aſperam equi præſertim hynnitu & hirci balatu pmixtam edens cum Scyllam obſtupefeciſſet datis comitibus dimiſſus eſt. Scylla cũ trãſmiſſurus eſſet milites: ac uereretur ne ubi prehen diſſent italiam: quiſq; per urbes dilaberetur: Primũ quidem iurarunt per ſe manſuros nullãq; ſponte ſua italiæ uaſtitatẽ īportaturos. Poſtmodum cum grandi pecunia illi opus eſſe conſpicerent: unuſquiſq; ſuis rebus primitias adimẽs pro facultate ad Scyl lam conferebant. Quas tñ Scylla minime ſuſcipiens collaudauit. Tum adhortatis & accenſis aīs aduerſus īperatores. xv. & quidẽ ut ipſe īquit inimiciſſimos traiecit q̃drigẽ tas &. l. cohortes habentes: cum antea deus illi fœlices rerum ſucceſſus manifeſtiſſime portendiſſet. Nam eo circa Tarentum qua traiecerat īmolauti Iecur extrema ſui parte laureæ coronæ formam habẽs inſpectum eſt Corymbo pendente gemino. Pridie q̃ Cã paniam ingrederetur: duo eximiæ magnitudinis hirci penes Epheum montẽ conſerere conſpecti ſunt oīa quæ interpugnandum euenire mortalibus ſolent: nunc inferentes nunc tolerantes: & profecto phaſma fuit. paulatī ab terra eleuatum quaqueuerſus per aerem diſpergebatur: obſcuris idolis perq̃ſimile poſtmodum euanuit. Nec diu poſt Mario iuniore & Norbano conſule magnas inducentibus copias Scylla cum neq; aciẽ neq; turmas ſuoꝝ inſtruxiſſet: cominus ſtrenuitatis robore & audaciæ uſus īpetu ī fu gam conuertit hoſtes: & ſeptem milibus cæſis intra urbem Capuam Norbanum inclu ſit: hanc extitiſſe cauſam inquit ut per oppida milites non diſſoluerentur. Sed cõiunc ti aduerſarios aſpernarentur: tam&ſi etiam atq; etiã amplior eſſet numerus. In Siluio ſeruum Pontii numine afflatum ſibi obuiam ueniſſe ſcribit: qui diceret ſe a Bellona miſſum ut belli potentiam atq; uictoriam nunciaret: q̃ ſi non maturaret Capitolium īcẽdio periſſe. Quod & qua die prædictum ab hoīe fuerat obuenit. Ea uero fuit pridie nonas quintiles: quas nunc Iulias uocamus. Marcus etiam Lucullus ex Scyllanis duci bus unus ad fidentiam ſexdecim cohortes aduerſus hoſtiles quinquagīta inſtruens fi ſus militum ſtrenuitate: e quibus inermes permultos habebat: tardior ſubdubitabat. Eo deliberante e ꝓpinquo prato mollis aura frequentiſſimos exercitui flores incutiẽs & manentes per ſe inſperſit: & adeo ſuper ſcuta & galeas intulit ut hoſtis coronatos exi ſtimaret. Ea re animoſiores facti conſerunt manus uictoreſq; decem & octo milia tru cidant: & hoſtem caſtris exuunt. hic eius Luculli frater erat a quo poſteriori tempore Mithridates atq; Tygranes debellati. Scylla multis adhuc exercitibus & ingentibus co piis circumfuſos undiq; ſibi hoſtes uidens potentiæ fraudes adiunxit. Alterum ex con ſulibus Scipionem ad pacem inuitans: qui cum acciperet plures in unum conuentus

colloqaq; fiebāt. Scylla uero ſemper aliquā allíciendi orationē iniiciens & occaſionem Scipionis cōmilitones per ſuos cōtaminabat. Qui ad fraudandos & oī incautos ratōe demulcendos hoīes quēadmodū & eorum ductor exercitati callebant. hoſtilia nāq; ingreſſi caſtra & illis īmixti nonnullos confeſtim argento: quoſdā pollicitationibus alios blandimentis & ſuadendi ſuauitate pelliciebāt. Poſtremo Scylla cum cohortibus .xx. proprius aduentante nonnulli Scipinianos ſalutant. Illi autē ſalute reddita ad illos accedunt. Scipio ītra tentorium ſolus captus dimittitur. Scylla cum cohortibus .xx. perinde ac manſuefactis auibus ītra milia inimicorū .xl. luctatus cunctos reduxit ī caſtra. Quo tēpoī Carbonem dixiſſe memoriæ proditum eſt: q; cum aduerſus uulpē atq; leonem Scyllæ animum incolentes belligeraret: maior ex uulpe ſibi mæror īferretur. Poſt hæc Marius .lxxxv. cohortes circa ſignum habens Scyllam prouocabat ad prælium. Is autem eo die ad ineūdum certamen promptiſſimus erat. Quieſcenti enim huiuſce gñis obuenerat inſōnium: ſeniorem nanq; Marium diu uita functum filio Mario ſuadentem admonentēq; exiſtimarat: Vt diē qui īſequebatur cautius euitaret: uti permagnā ſibi infœlicitatem īportantē. Quocirca Scylla ad conſerendam manum ardentior Dolobellam procul inde Metatū accerſit: incumbentibus hoſtibus & uiam interclu dentibus Scyllani ſuſcepto ut uias ſternerent prælio laſſitudine frangebantur: frequēs ſimul pluuia operibus ingruens maius illis malū iniecit. Ea ꝓpter Centuriones Scyllā adeuntes ſuppliciter orant: ut aliud ī tēpus præliū differat. Milites pariter per laborem eiectos & humi quieſcentes ac ſtatutis īcūbentes oſtentat. Quod ſimul ac īuitus Scylla conceſſit. Dato locandis caſtris edicto (iā uallum iacere priuſq; reuocaret exercitus & foſſam ducere cœperant) Ecce Marius ſuos elatus infert inter propugnatores adeqtans ut confuſis ordinibus & tumultuoſe perturbatis cuncta diſſipaturus: Vbi fortuna uocem inter ſomnos auditam Scyllæ perducebat ad exitum. Cuius ira militibus aſtitit q; operibus intermiſſis fixiſq; ante foſſam pilis gladios ſtringunt: ſublatiſq; militari de more clamoribus manum cū hoſte conſerunt. Marianoꝝ cum diutius ſubſiſtere neq; rent terga uertentium ſtrages permagna fit. Marius ſeſe Preneſte fuga ſubtrahens obſeratas iā portas offendit: fune ſupetne demiſſo cum ſe incinxiſſet receptus ī murum. Nonnulli e quibus eſt Feneſtella aſſerunt ne prælium quidem ſenſiſſe Marium. Cæterum cum per uigilias ac labores humi īcūberet in umbra dato iā pugnæ ſigno ſopori ſe dediſſe. Poſtea fuga iā facta ægre ſe excitatum. Eo in prælio Scylla ſcriptum reliquit tres ac uiginti dūtaxat amiſiſſe: cum ex hoſtibus .xx. milia obtruncarit: octo aūt milia in poteſtatem uiua redegerit. Eodem ēt modo reliqua per eius præfectos proſpere cedebant: Põpeium Craſſum Metellum Seruilium. ii enī aut nihil aut parum incurrentes aduerſi ingentes hoſtium copias deleuere: Adeo ut Carbo qui cōtrariā factionem continebat ab eius exercitu fugam noctu faciens tandem in Aphricam naui ſeſe receperit. Certamen extremum ne āte Romanas portas præcipitem ſterneret paululum abfuit: quo Sannis Teloſmus ei perinde ac laſſo pugil inſidiator incubuit. Magnam ſiqdem is manum adunans Lamponio Lucino ſocio ſecum ādſcito Preneſte iter accelerabat: ut ab obſidione Marium eriperet. Cum autem uir bellicoſus & ingentium præliorum expertiſſimus Scyllam a fronte Põpeium a tergo in ſe ipſum incurſantes intellexiſſet: ante retroq; compreſſus noctu caſtra mouit in ipſam Romam uniuerſo cum exercitu conuolans. Nec multū defuit qn Romam oī præſidio nudatam irrumperet. Decem ſtadia prope portam Collinam ſuos continens ſtationem poſuit: Ingenti gloria elatus ac ſpe q; tot taleſq; duces īperatoriis artibus & uaframentis illuſiſſet. Vt primum illuxit flore iuuentutis aduerſus illum adequitante cum alios permultos: tum Appium Claudium uirum generoſum ac ſtrenuum proſternit. Orto intra urbem ut par erat tumultu ſimul & ululatu muliebri atq; diſcurſu ueluti ab hoſte uiribus urbe capta: primus Galba præmiſſus a Scylla ſummo ſtudio cum equitibus ſeptīgenti aduentās cōſpicitur: qui facto tanto temporis īteruallo ut equis ſudorem refrigeraret turſus deīde

frenis ĩpoſitis e ueſtigio cum hoſtibus conferitur. Scylla interĩ apparuit: q̃ primoribus prandium capere iuſſis confeſtĩ in acie conſtituit. Dolobella & Torquatus ut impetũ contineret multis inſtabãt precibus: ne domitos defatigatiõe hoĩes periculis ſupremis obiiceret. haud enĩ Carbonem aut Mariũ uerũ Sãnites atq; Lucanos acerbiſſimas inimicis & hoſtibus aĩs nationes aduerſus Romã ĩferri: quibus eictis tubas pugnæ ſignũ & inuadendi initiũ canere iuſſit. Dies iam horam uergebat ĩ decimã: cũ decertantibus qualiter nunq̃ alias: dextrũ cornu cui Craſſus preerat ſplendidam uictoriam reportabat. Siniſtrum uero laborabat & male habebat. Cui cum Scylla albo inſidens equo & & pedum uelocitate præſtanti & inde notior opem ferret duo in eum hoſtes iamiã dimiſſuri haſtas intentãt: quos minime quidem præuidit ipſe. Verum ſtabulario equo plagas ĩtorquente tm̃ ablatus præuenit q̃tum haſtarum cuſpides penes equi caudam collabẽtes humi defixæ ſunt. Traditum eſt Scyllã cum quandam Apollinis imaginem culã e Delphis nactus eſſet: eã ĩterpræliandum ſinu ſemper ferre ſolitum. hanc eo tempore exoſculatã hiſce uerbis allocutũ. O Apollo ĩquit Pythie: q fœlicem Scyllã Cornelium tot ex præliis illuſtrẽ ampliſſimũq; ſuſtuleris: hic in patriæ portis ſuis cũ ciuibus fœdiſſime pereuntem abiicies? huiuſcemodi uocibus cum Scylla deũ ĩuocaſſet nõnullis ſupplicem obuolutum aliis minas incuſſiſſe quoſdam ĩcrepaſſe ſiniſtro deniq; cornu confracto inter fugientes permixtũ ĩtra uallũ ſeſe recepiſſe: magno & amicoꝝ & familiarium amiſſo numero. Ex urbe non pauci qui ſpectatũ aduenerant conculcati & extĩcti ſunt: adeo ut ciuitas deleta putaretur. Cũq; multi Preneſte ex fuga truderẽtur: Marius ab obſidione fere ſolutus eſt: iubentibus iis Lucretium Ofellã quem obſidioni Scylla præfecerat mox caſtra moueĩ: ut Scyllæ rebus in pernitiẽ datis & in hoſtiũ potestate exiſtente iã Roma. profunda iam nocte quidam in Scyllæ caſtra a Craſſo miſſi perueniunt: ſibi ac ſuis cœnã depoſcentes. fuſis enim & fugatis Antẽnam hoſtibus ibi locaſſe caſtra: quo accepto nũcio cum iam aduerſariorum eſſet latiſſime ſtrages edita: ſub auroram profectus eſt Antemnam. ad eã tribus milibus caduceatorem mittẽtibus tutelam eſſe promiſit: ſi cæteris ab ſe quopiã affectis ĩcõmodo Scyllã adirẽt. Quibus pollicitationibus cum crediſſent: facto ĩ reliquos impetu multi mutuis uulneribus cæſi: hos tamẽ & alios qui ſupererant ad ſexmilia in circo congregat: ſenatum ĩ æde Bellonæ uocans. Eodẽ tempore & Scylla oõnẽ ĩ ſenatu exorſus eſt: & quibus negocium datum erat: ſex illa milia truncabãt. Cum tot milibus paruo in loco iugulandis fremitus deferretur: attonito ſenatu ipſe nihilominus ĩmutato atq; conſtanti uultu oõnẽ continuans: ſenatum dictis eius intentos adhibere aĩos edicit: nec quæ foris gerantur pĩde ac ſuperuacanea curioſius perſcrutari. Eo nanq; iubente caſtigari plæroſq; flagitioſos: nemo Romanus tam bardo extitit ingenio: cui non cognitu facile fuerit: eũ habitum potius dominationis cõmutationẽ q̃ liberationem fuiſſe. Marius quidem cum initio grauis eſſet: per potentiam auxit non autẽ mutauit ingenium. Scylla uero prĩcipio ſũma cum modeſtia & ciuili de more ſua ĩ fortuna uerſatus eam de ſe præbuit opinionẽ ut fautor optimatiũ & utilitatis publicæ ſtudioſus princeps foret. Quiquidẽ ab ĩeunte etiam ætate riſibus deditus fuit & ſic ad miſericordiam flexibilis: ut ei facile aborirẽtur lachymæ: quas ob res magnis potentatibus iure calumniam impreſſit. Quippe q mores ĩ priſtino uiuendi ritu permanere non ſinant: & uecordes molliculos ac hũanitatis reddant expertes. hoc igitur ſeu naturæ cõmotio ſit & ab fortuna facta cõmutatio ſeu ſubiacentis maliciæ in licentia reuelatio: alio quodam tractatu & facultate diffiniendũ eſſet. Scylla ad iugulandum uerſo & cadaueribus iam urbe repleta: cum cædes neq; numerum neq; modum haberent ullum: multi quibus mille cum Scylla res erant: priuatis inimicitiis interempti ſic ſuis permittente & gratificante Scylla: Tunc iunior quidã C. Metellus Scyllam in ſenatu rogare auſus eſt: Quis malorũ finis erit? Quonã uſq; progrediens incũbentium gladium requiem expectare iubes? haud enim ſuppliciũ ab his deprecamur ut quos necari ĩſtituiſti: ſed ãbiguitatẽ ab iis quos cõſeruaĩ decreuiſti.

Reſpondente Scylla nec dum ſibi compertum eſſe quos dimittat: Metellus ſubiecit: Itaq; declara qui ſunt quos pœnis affecturus es. id ſe facturum Scylla dixit. Quidā nō Metellum ſed Ofidium ex aſſētatoribus hoc dixiſſe aſſerunt. Scylla igit extemplo octuaginta proſcripſit nulli ſenatorum cōicato conſilio: omnibus ægre ferentibus uno ī teriecto die ducētos ac uigīti alios abiecit. Deinde tertio nō pauciores rurſus adiunxit. Super his cum concionē haberet quotcunq; memoria tenuiſſe contigit eos proſcribere ſe inquit: quos uero in præſentia delet obliuio denuo proſcripturum: q proſcriptum acceptaſſet ſalutiq; conſuluiſſet humanitati pœnā mortem definiuit: non fratrē nō filium non parentes excepit: qui necaſſet cædis mercedi duo talenta conſtituit: ſeu dominum ſeruus ſeu patrem filius interemiſſet. Quod autem oīum iniuſtiſſimum exiſtimatum eſt: proſcriptorum filios ac nepotes honore priuauit: omnium bona publicauit. Nec Romæ ſolum uerum ēt in oībus Italiæ oppidis proſcriptiones fiebant neq; deorum templa neq; hoſpitales penates neq; paternum domicilium a cædibus purum erat. In uxorum ſinibus mariti in matrum liberi cōfodiebantur. Fuere & qui p iracundiam occiderentur. Alii per inimicitiam nulla ſane portio præ iis qui pecuniarum gra obtruncarentur. At enī interfectoribus ipſis dicendū obueniebat: hunc quidē domus interemit ampliſſima: illum hortus: alium aquæ calidæ. Q. Aurelius nullis ſe prorſus negociis īplicans tm̄q; ſibi malorum cōicationē pertinerī arbitratus quātū infœlicibus alius condolere fas eſſet: forum ingreſſus proſcriptorum noīa perlegebat. In quibus cum ſeipſum comperiſſet: Ve mihi miſero īquit: Albana me uilla perſequitur. Paululumq; procedens ab perſecutore iugulatus eſt. Interea Marius cum ī hoſtium poteſtatem ueniret: ſibi ipſe mortem conſciuit. Scylla dehinc Preneſte ueniēs priuata uiritim iudicia faciens cruciatus inferebat. Poſtea quaſi non eſſet ocium cunctos unum glomerans in locum milia duodecim trucidari iuſſit: ſoli præſtans libertatem hoſpiti. At ille generoſa nimium uſus uoce: nunq̄ ſalutis gratiā ſum habiturus ait: ſi extīctori patriæ permiſcear: & ſpōte ſua cum ciuibus obtruncatus eſt. Maxime nouitatis. L. Catellinæ uiſum eſt facinus. Is enim rebus nōdum iudicatis fratrem occiderat. Tunc magnis precibus Scyllam obſecrat: ut hominē in proſcriptorum numerum redigat: perinde ac uiuus eſſet: proſcriptuſq; fuit. huius rei gratiā Scyllæ referens quēdā. M. Marium aduerſæ factionis hoīem confodit: & Scyllæ in foro ſedenti caput eius attulit. At pximum deinde Apollinis lauacrum accedēs manus abluit: præter hæc funera & alia mærorem hominibus inferebant. Seipſum enim dictatorem dicens id magiſtratus genus ad annos centum ac uiginti deſumpſit. Factorum omnium ab eo per ſenatuſconſultum ei attributa licentia. Impoſterum quoq; data poteſtas necis confiſcationis ſortitionum poſſeſſionis populationis auferendi regni conferendi cuicunq; collibuiſſet: publicatarum uenditiones ædium: adeo ſuperbe adeo imperioſe factitabat ī ſuggeſto conſidēs: ut lōge magis in largiendo q̄ in ſpoliando īuiſus & acerbus eſſet: uenuſtis mulieribus fidionibus hiſtrionibus libertinis monſtris gentium agros urbium prouentus elargiebatur: Nonnullis inuitarum coniugia fœminarum. Cum Pompeium magnum affinitate intima ſibi deuincere uellet cum uxore diuortium facere imperauit: & Aemyliam & Scauri & Metellæ coniugis ſuæ filiam a Magno Glabrione diſtractam ac prægnātē locauit. Adoleſcentula uero cum penes Pompeium pareret uita exceſſit. Lucretio Ofellæ qui per obſidionem Marium expugnauerat conſulatum petenti Scylla impedimento erat. Ille autem ſollicitatus a multis in forum uenerat: quem miſſus ab eo centurio iugulauit. Ipſe in Caſtoris æde ſedens cædem e ſuggeſto ſuperne ſpectabat. Capto a ciconſtantibus Centurione & ad tribunal adducto tumultuantes ſilere iubens: Ego īq̄t hoc mandaui: & ut Centurio dimittēr̄tur imperauit: Triumphus eius cum magnifico ſumptu & regiorum nouitate ſpoliorum excellentiſſimus. Tum exulibus iocundus ornatiſſimum præbuit ſpectaculum. Ciues enim & gloria & potentia longe primarii coronati ſectabantur: Conſeruatorem patremq; Scyllam uocitantes: perinde ac eius

opēra in patriam reuerſi uxores ac liberos receperint. Cunctis unum coactis in locum in media concione rerum a ſe geſtarum rationem reddidit. Nec minore ſtudio fortunatos euentus q̄ fortia facta denumerauit: & in peroratione fœlicem in his annum appellari iuſſit. Ad græcos ſcribēs aut ſententiam dicens ſe uenuſtum appellabat. Nūc & in modum apud nos in trophæis inſcriptus eſt. L. Cornelius Scylla uenuſtus. Metella quoq; gemellos enixa marem quidem Fauſtum fœmellam uero Fauſtam nominauit. Fœlicem enim atq; hilarem Fauſtum Romani uocant. Tantam profecto non geſtis ſed fœlicitati fidem præſtabat: ut poſt tot ab eo perēptos cum rerum īnouatio permutatioq; fieret in urbe: ſeſe magiſtratu abdicauerit: & conſularibus comitiis in populi poteſtate conſtitutis nec ipſe prorſus acceſſerit: & uolentibus expoſitum corpus exhibens: uti priuatus medio uerſaretur in foro. Præter eius ſententiam audaciſſimus q̄dā inimicitias ſecū exercens: cæteq; uir clariſſimus. M. Lepidus cōſul deſignatus ē: nō ſāe pp eū: ueq; Pōpeii gratia: qui maximum ei rei ſtudium impendēs ingentes populo preces adhibuerat. Itaq; cum ea lætum uictoria Pompeium Scylla cerneret diſcedentem ād ſe uocans: q̄ honeſtum eſt inquit tuum illud o adoleſcens in ciuitate facinus? quo ſtolidiſſimum hominem Lepidum: priuſq̄ omnium præſtantiſſimum Catulum īnūciaſti. Tibi tamen haud dormiendi tempus eſt: qui aduerſus te certaturum ualentiorē effeciſti. Hoc quidem Scylla perinde ac uates præſagiuit. & enim Lepidus extemplo contumacius ad ſæuitiam uerſus in Pompeium belligerans perſtitit. Scylla ex uniuerſis fortunis Herculi decimam ſacrificans Opipara populo fecit conuiuia: in quibus tā ſuperuacaneus ac redundans in neceſſariis apparatus extitit: ut plurima omnis generis condimenta cibariaq; deiicerentur in fluuium: & quadragenarium ac ſupra uinum potaretur. Inter conuiuia multos celebrata dies Metella morbo extinguebatur. prohibentibus amicis ne Scylla prorſus eam adiret: aut ædes funere contaminaret: is ſcripto ad illam repudio uiuentem adhuc alterum in domicilium tranſferri iuſſit: & hoc legitimum ſumma cum diligentia per ſuperſtitionem ſeruandum curauit. legem autem prius a ſe latam: quæ funebres definit impenſas omnino tranſgreſſus eſt nullis parcēs ſumptibus. Inſtitutum etiam ab ſe de cœnarum tenuitate ac parſimonia modum exceſſit: Inde compotationum & conuiuiorum laſciuia & dicacitate cōſolatus eſt luctū. Paucos poſt menſes gladiatorum ſpectaculum edidit: locis nec dum diſtinctis ac promiſcuis in Theatro uiris ac mulieribus decoram ſpecie fœminam & genere illuſtrem prope Scyllam ſedere contigit. Erat enim Meſſalæ filia oratoris Hortenſii ſoror Valeria nomine. ei cum marito diſcordiam nuper obuenerat. Ipſa poſt Scyllā accedēs atq; manum applicans: trahenſq; ueſtis rugam ſuas tranſiuit in ſedes. Inſpectante intenſioribus oculis Scylla & admiratiōis ſigna præ ſe ferente: Nihil inquit o Dictator grauius ſuccēſe: uelim & ego paululum tuæ fœlicitatis portionem capere: & ſane non iocunda ad Scyllæ aures peruenit oratio: ſtatimq; prurientis dabat inditia. miſſo nāq; nuncio mulieris nomē proſapiam uitamq; edoctus eſt. Dehinc alter in alterum iactabāt oculos: uiciſſimq; uerſabantur uultus aſſidui: nec pauciores molliculorum riſuū collationes erant: Rei poſtremo uxoriæ cōſenſus & pactiones nullam fortaſſe Valeriæ increpationem afferentes. Scylla uero tam & ſi pudicam maxime ac generoſam non tamen ex pudico ac honeſto uxorem cæpit initio: oculis & oratiōe uenuſtula ſeductus inſtar adoleſcentuli: a quibus turpiſſimi & procaciſſimi motus natura excitari ſolent. Verumenimuero cum hanc etiam domi haberet: ſodalitia cum minimis mulierculis citharedis & ſcænicis hominibus agitabat & ſtratis humi tapetibus interdiu compotationes celebrabat. Qui enim plurimum apud Scyllam ea poteſtate poterant ii erant: Roſcius comedus: Sorex mimorum prīceps: Macrobius bacchanaliorum cātor: quem licet cutis nitore delapſo amoribus omnino complecti pergebat: nec eā de re ibat inficias. Vnde leui nimirum ex cauſa incipientem morbum aluit: & per inteſtina ulcus innaſcens diutius non intellexit. Inde carnis corruptione contracta in pediculos tota

conuertebãtur: Adeo ut cum pmulti die ſimul ac noctu illos adimerent præ iis q̃ inna ſcebantur interceptorũ nulla pars erat. Tunicæ oẽs Therme lauacra dapes illius exũdã tis ſordis implebantur: tanta uis epullulabat. Quocirca ſæpenumero per ſingulos dies ingrediebatur aquã: ut per inundationes mẽbra emundaret. Nulla uero erat utilitas. Celeriter enim inualeſcebat permutatio: & pedoris magnitudo oĩa purgamenta ſupera bat. Ferunt ex antiquiſſimis Acaſtum Peliæ filiũ hoc morbi genẽ quẽ Phthiriaſim ap pellabant interiſſe: ex poſterioribus autem Alemanem: qui mirificus componendis car thulenis artifex fuit: & Pherecilem rẽ diuinarum ſcriptorem: & Caliſthenẽ Olimthiũ dum carceris cuſtodia teneretur. Præterea & Mumiũ iuriſconſultum: quod ſi eorum mentio facienda eſſet: qui nulla ex re bona nobiles tamẽ euaſere. Traditum eſt eum q̃ in Sicilia belli ſeruilis auctor fuit: Eunum nomine & fugitiuum ſeruum deĩde captum Romamq; perductum ex Phthiriaſi mortem obiiſſe. Scylla nõ modo ſuum præuidit ĩteritum: uerum etiam quodammodo eum ſcriptis commendauit. Nam uigeſimum ſecundum commentariorum librum biduo antea q̃ mortuus eſt ſcribendi finem fecit: Vbi chaldæos ſibi prædixiſſe affirmat q̃ ei cum beate uixiſſet: in ipſo fœlicitatis uigor moriendum eſſet. Scribit etiam filium qui pauloante Metellam expirauerat: per quie tẽ ſibi uiſũ uiliſſimo indumẽto ſibi aſſiſtentem: patrẽ ſuppliciter obſecrãtem: ut ab his ſe curis abſolueret. Euntem cum eo ad matrem Metellam quiete & omni negociorum abiecta cura cum illa uitam duxiſſe: haud tamen reipu. ſtudio ſeſe retraxit. Decem enĩ priuſq̃ mortem oppeteret diebus: ortis in Dicearchia ideſt Puteolis inter ĩcolas ſeditio nibus: reuocatis in gratiam animis legem de gubernatione ciuitatum illic conſcripſit. Pridie cum principem Granium qui æs grande publice debebat minime iccirco ſoluere uelle intelligeret: quia ipſius præſtolaretur interitum: accerſito intra cubiculum homi ne miniſtros circumlocauit: & eis ut Granium ſuffocarent edixit: inter uociferationes & animi cruciamenta effracto apoſtemate cruoris gurges erupit. Inde uiribus deſtitu tis acerbe nocte perducta uitam euomuit. Duos ex Metella reliquit infantes. Nã poſt ipſius obitum Valeria filiolam peperit: quam Poſthumam appellauerunt: quos enim poſt parentis interitum naſci contigit: eo nomine Romani uocant. Multi facto conuẽ tu concitati Lepidum adierunt: ut corpus ab conſuetis obſequiis arcerent. Pompeius uero licet Scyllæ ſuccenſus (ſolus enim ex amicis in teſtamento præteritus erat) quoſdã precibus & gratia alios minis reprimẽs comes cadauer Romam deduxit: & funeri præ ſidium pariter & honorem exhibuit. Tantam ab matronis uim odorum ablatam eſſe dicitur: ut præter eos qui in lecticis decem atq; ducentis comportabantur quædam iu ſtæ magnitudinis imago Scyllæ formaretur. Et thure Cynnamomoque ingentis precii lictor formarẽtur. Sub ſolis ortum cum nubilus dies eſſet: & cæleſtes expectarẽt aquæ: hora uix nona cadauer extulerunt: clari deinde flatus exoriente procella: quæ rogum multas exuſcitaret in flammas: ante pluuias elatum eſt corpus. Tabeſcente iam rogo & ſopitis ignibus multus effuſus eſt imber ad noctẽ uſq; perdurans: ut eius fortuna & ſepeliendo corpori comes permanſiſſe uideatur. Monumentum ĩ campo Martio ſitũ eſt. Inſcriptio ab eo conſcripta hunc in modum ſummatim relicta fert. Nemo me ami cus beneficentia nemo inimicus in ferenda iniuria ſuperauit.

LYSANDRI SCYLLAEQVE COMPARATIO.

QVANDO ET HVIVS PERCVRRIMVS VITAM: IAM COM paratõem ipſã aggrediamur. Itaq; magnos euaſiſſe cum ãplitudĩs initiũ ĩ ſe ſuſcepint: fuit utriq; cõmũe. Peculiare Lyſandri ẽ a uolẽtibus ſaniſq; ciuibus quoſcũq; adeptus ẽ magiſtratus accepiſſe. Neq; uiolenter ab inui tis quippiã extorxiſſe aut præter leges ualuiſſe. Seditione malus ſmumos ſortitur honores ſicut corrupto per id tempus populo & ægrotãte reipub. alius alio ex loco potentior oriebatur: & profecto mirandum non erat ſi tunc Scylla domina Scylla dñationẽ uſurpabat: cum Glauciæ ſaturniniq; ex urbe metellos explodebãt: con ſulum filii in cõcionibus obtruncabãtur: argẽto atq; auro militibus ẽptis arma capeſce bant: igni ac ferro ſupatis uiolentius aduerſariis leges ferebãt. Nec eum incuſo qui ut plus cæteris poſſet ĩ huiuſmodi reꝝ ꝑturbatõibus accuratã dederit operã. Veꝝ enĩuero nõ id optimũ pono ſignũ: eũ præſtãtiſſimũ eſſe q in urbe tã ifœlici priores partes geſ ſerit. At qui a Sparta præſertĩ tã bonis eo tp̃e legibus inſtituta modeſtiſſimaq; ad am pliſſima miſſus eſt ĩperia reſq; gerendas: is ferme optimoꝝ optimus prioꝝ primus iu dicatus ẽ. Quibus ex rebus alter ſæpius a magiſtratu ſe abdicãs ſæpius illũ recepit. Vir tutis. n. manebat honor: q pr̃icipatũ obtinebat. Alter dictator ſemel delectus exercitus decẽ aſſiduos ãnos nunc cõſulẽ mõ ꝓcõſulẽ interdũ Dictatorẽ ſeipſũ faciẽs: Sẽper ue ro tyrãnus permanſit in armis. Lyſãder ut explicatũ ẽ ciuitatis gubernacula m ĩore q̃dã rõe magiſq; legitĩa q̃ Scylla permutare conatus. Suaſiõe. n. nõ armis nec ſimul uniuer ſa deſtruẽs ſicut ille: uerũ regalẽ ſtatũ ad meliora dirigẽs. Quod & natura ꝓfecto iuſtũ uidebat: ut & optimus ea ĩ urbe regnũ hr̃et: q̃ Græciæ principatũ nõ gñis nobilitate: ſed uirtute cõparauerat. Nã quẽadmodũ uenator nõ cãis ꝓlẽ: ſed canẽ & eqtãdi ſtudio ſus nõ eq̃ ſœtũ ſed equũ q̃ritat (Nã ex equo mulũ ꝓcreari cõtigit) Ita & admĩſtrandæ ciuitatis curioſus erabit oĩno: ſi ciuitatis pr̃icipẽ nõ qs ſed a quo ſit ĩueſtigauerit. Ipſi utiq; ſpartiatæ regnãtes nõnullos deiecer̃e p̃ide ac minime regales uiliſſios ac nihiliſa ciundos. ꝙ ſi flagitia cũ ipſa ẽt gñis nobilitate ignobilia & honoris exptia ſũt: neq; uir tus a nobilitate ſed ex ſe honorẽ uendicat: Iniuſticiã nõnulli ꝓ amicis q̃dã uſq; ad ami cos patrauere. Pluria Lyſãdrũ ꝓpter amicos peccata cõmiſiſſe cõfeſſũ ẽ: plurias ꝓ illoꝝ potẽtia & dñatõe cædes cõfeciſſe. At Scylla p̃ iuidiã nõ paruã exercitus p̃ẽ Põpeio abſ cidit. Dolobellæ claſſis præfecturã quã tribuerat conatus ẽ eripe. Lucretiũ Oſellã cũ ꝓ multis & magnis officiis cõſulatũ peteret: eo ĩſpectãte iuſſit occidi: ut p amiciſſĩoꝝ ne cẽ honorẽ ac metũ ĩ ſeipſũ oĩbus ĩcuteret hõibus. Rurſus uoluptatũ ac pecuiæ ſtudiũ in uno q̃dẽ pr̃icipe dignã ĩ altero ãt tyrãno cõueniẽtẽ electõem oñdit. Vnus. n. nihil in cõtinẽs nihil iuuẽile ĩ tãta reꝝ licẽtia ac ptãte feciſſe uideť. At ſi qs alter & ipſe uulgatũ illud effugit domi q̃dẽ leoẽs ſub diuo ãt uulpes: Adeo modeſtã laconicã caſtigatãq; ui tæ regulã ĩ oĩ actõe præ ſe tulit. Alter neq; p ĩopiã cũ adoleſcẽs eẽt neq; p ætatẽ cũ ſene ſceret ad uoluptates moderatior erat. Veꝝ cũ & amoribus & adulteriis ĩdulgeret (ut ait Saluſtius) de re uxoria & tẽpantia leges ciuibus ĩducebat. Quibus ex rebus tãtope mũdi cã urbẽ & pecuniis exĩanitã reddidit: ut & ſocioꝝ & amicoꝝ ciuitatibus libertatẽ & legũ ſuaꝝ uſus argẽto uẽdiderit: tã & ſi precioſiſſĩas & ãpliſſĩas ædes quotidie redigeret ĩ phi ſcũ: & præconis uoce ſubhaſtaret. At. n. dilapidataꝝ opũ & aſſẽtatoribus ꝓfuſaꝝ mo dus nullus aderat. Nã q̃ uero aut pſimonia erat hñda ĩtra ſodalitia gr̃aſq; uinarias: q ĩ apta populi corona ĩgẽtia bõa cuidã amicoꝝ precio ut obuenerat uẽdẽs a præcone ꝓnũ ciari iuſſit. Alio id excedẽte preciũ cũ præco additam̃tũ prædicaſſet: ĩdignabũdus ĩq̃t o ciues amici grauia patior atq; tyrãnica: qm̃ ꝓ meo arbitratu mea diſpõere ſpolia mihi nõ licet. Lyſãder ẽt & collata ſibi mũera una cũ aliis miſit ad ciues. Nec opus hoc ꝓbo. forſã. n. hic tm̃ Spartæ detrim̃tũ pecuniaꝝ adeptõe cõportauit: q̃tis ille romã eripiẽdo nõ efficiebat ĩcommodis. At quantope uir ille diuitias cõtempſerit ſignum hoc facio.

Proprium quippiam in eius urbem obuenit utriq;.Scylla multa refertus intẽperantia & ſumptuoſus homo ad ſobrietatem ciues reuocabat. Lyſander a quibus ipſe uitiis ab ſtĩebat iis ciuitatem replebat. Peccabãt igitur. ille quidem q; ſuis erat legibus deterior. hic autẽ q; ſeipſo deteriores ciues eius efficiebat. Spartam enim hiſce indigere docuit: quibus ipſe nequaq̃ indigere didicerat. De rebus quidem urbanis hactenus. De bellicis autẽ & geſtis ab impatore negociis Scylla neq; trophæor; multitudine neq; periculorũ magnitudine ullo cõferri pacto poteſt. Is quidem uictorias duas ex duobus præliis nauallibus reportauit. Adiiciam & Athenarum obſidionem: opus haud ſane arduum: cæterum gloria illuſtræ. Res uero in Boetia & ad Haliarcũ ſiniſtra quadam fortaſſe fortuna geſtæ ſunt. uel iniquo potius conſilio: cum proximũ e Plateis auxilium & aduẽtãtẽ magnis cum copiis regem non expectauerit: uerum ira & ambitione intẽpeſtiuam ad muros fecerit impreſſionẽ. Vñ cum gregarii hoẽs exiliſſent eum nulla mentione deprehenderunt. Non enim quẽadmodum Cleombrotus in pugna leutrica incumbentibus ſeſe opponens hoſtibus: nec ſicut Cyrus: nec uelut Epaminũdas inclinatam continens aciem & uictoriam confirmans letali concidit uulnere. At enim hi quidem regum & ĩperatorũ mortem obiiere. Lyſander autem ſcutifer aut cuiuſdã præcurſoris inſtar ſeſe cum ignominia uadens perditum priſcis ſpartiatis attulit teſtimonium: qui recte murales oppugnationes euitabant. in quibus non ſolum uiliſſimis ab hoĩbus ſed ẽt a pueris & mulierculis uirũ fortiſſimũ conſauciari ac necari contingit: ſicut Achillẽ ab Paride inter portas ĩteremptũ fuiſſe ferũt. Quot ex acie ſtructa uictorias Scylla rettulerit: quotq; hoſtium milia dederit in ſtragẽ haud numeratu ſane facile. ipſã bis Romã cæpit: Pyræum Athenienſium portum non ſane ſicuti Lyſander: ſed multis magniſque præliis occupauit: cum e terra ad mare eieciſſet Archelaum. magnum eſt etiam tales aduerſarios imperatores habuiſſe. Delitias nãq; iocũq; arbitror aduerſus Antiochum Alcibiadis gubernatorem nauali decertaſſe pugna: & Philoclem Athenienſis plæbeculæ ducem defraudaſſe: ignobilem acutæ linguæ hõiem: quos neq; Mithridates ſtabulario neq; Marius lictorum ſuorum cuipiam conferri dignum cenſuiſſet. Vt autẽ alios principes conſules duces factione primarios omittam: qui contra Scyllam arma tulerunt: Quiſnam ex Romanis Mario terribilior? aut ex regibus Mithridate potentior? aut ex Italis Lamponio & Theloſmo bellicoſior? Ille tamẽ exul hunc q̃dẽ iecit. Alteq; parere coegit alios neci dedit. Quod aũt dictoq; omnium maximũ eſt (ut mea fert ſententia) Lyſander domeſtico ſuorũ auxilio præclara omnia nauauit opera. Cæterum Scylla cũ exul eſſet & ab inimicis ſeditione implicitus: quoq; præſertim tempoſ eius uxor expellebatur: ædes diruebãtur: amici necabãtur: is in Boetia cum innumerabilibus hoſtium milibus belligerans adeundis pro patria piculis trophæa conſtituebat. At Mithridatis ſocietatem & aduerſus hoſtes copias impertiẽs nulla ex parte mollitus inclinauit: aut humanius habuit: quis ne cõpellauit quidem nec dextram prius applicuit: q̃ ex eo præſente audiſſet: ut & Aſiam omitteret & naues traderet: & regibus cederet Bithinia Cappadociaq; relicta. Quibus nullum animo præclarius facinus aut maiore ſpiritu Scylla cõfeciſſe uiſus eſt: q; remp. priuatæ prætulerit: & generoſi more canis qui non prius arreptã morditus ferã interimit q̃ obluctãtem laſſarit hoſtem: ad ſuas ulciſcendas concitatus eſt iniurias. Super omnia & res Athenis confectæ aliquod ad morũ cõparationẽ momentum hñt. Siquidem Scylla raptã urbem: quæ pro Mithridatis potentia & imperio bellum ſuſceperat libertate donauit: & ſuis uiuere legibus permiſit. Lyſãder aũt tanto principatu ſpoliatã & imperio miſeratus nõ eſt. At ſtatu populari ſublato flagitioſos & immaniſſimos in ea tyrãnos inſtituit. Conſiderandi iã tempus eſt ne in profe renda ſentẽtia ab ueritate multum aberremus. Plura præclara eſſe facinora quæ Scylla patrauerit: pauciora quæ Lyſander parauerit. Alteri quoq; cõtinentiæ atq; modeſtiæ: Reliquo rei militaris & fortitudinis principatum reddimus.

PYRRHI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER LEONARDVM ARETINVM IN LATINVM VERSA.

THESPROTIS ALIAS EPROTHIS ET MOlossis post diluuium Phætonta primum imperasse tradunt: unū ex iis qui cum pelasgo in epirum transierāt. Alii uero Deucalionem & Pyrrham ad Dodoneū tēplū ꝓfectos ī molossis resīdisse putāt. Sequenti uero tēpore Neoptolemus Achillis filius ī ea loca populo deducto regionem tenuit ac successores ſliquit: reges Pyrrhidas ab eo cognomīatos. Nam & sibi Pyrrho fuit puerile cognomē: & unū ex legitimis filiis ex Lanassa Cleodes susceptis Pyrrhū noīauit. ex hoc autē Achilles in epiro ut deus colitur lingua eoꝝ aspectus appellatus. Sed qui medii usq; Tharritā reges fuerūt nec satis noti sunt & barbariæ efferratos fuisse credunt. Tharritā uero primū scribunt græcis moribus lrīsq; & humanis legibus ciuitates cōposuisse atq; exīde claritatē assecutū. Tharritæ filius fuit Alcetes alcetæ arymbes arymbæ & troiadis eacides. Hic Phithiā Mēnōis Thessali filiā uiri circa labiacū bellū clari & sūme oīum socioꝝ post Leosthenem auctoritatis uxorē accepit: ex q̄ Deidamiā & Troiada filias ac Pyrrhū ꝓcreauit. Seditōne uero exorta Eacide exacto cum Molossi Neoptolemi filios reduxissēt Eacidæ amici interfecti sunt quotquot remanserunt. Pyrrhum autē filium infantē adhuc ab inimicis q̄sitū Androclides & Angelus clā subtractū asportārt paucos seruos & nutricē pueri secū trahentes. Cunq; fuga ob huiusmodi turbā quæ necessario trahebat laboriosa ac tarda foret hostesq; aduentarent pueꝝ Androcleo & Hippo & Neandro adolescētibus fidis & robustis tradiderunt iubentes ut in Megaras locum Macedoniæ properarent. Ipsi autē partī repugnando partī rogando usq; ad uespas persequētes remorati sunt. Deinde celeriter uestigia eoꝝ q̄ Pyrrhum ferebant prosecuti cum prope iā putarēt oē periculū euasisse subito īpedimētum obiectū est fluuii qui iuxta urbē labitur grauis q̄ dē uisu ac transire conantibus asperi & oīno insuperābilis. Ingens enī ac turbidus īgēti pluuia fluebat noxq; formidabiliora oīa faciebat. diffisi igī per seipsos pueꝝ & mulierem traducere posse hoībus q̄busdā ultra flumē cōmorantibus pueꝝ oñdentes clamoī atq; prece auxilium postulabant. At illi ob strepitum ac fragorē aquarū exaudire uocē nequibant eratq; mora quædā ac trepidatō hoꝝ clamantium illoꝝ percipe q̄d clamor ipse sibi uellet non ualentium: donec q̄s querno cortice ex arbore dempto indigentiam ac fortunā pueri perscripsit: & saxo alligatū trans flumen proiecit. Quidā aūt dicunt compactū corticē tragula iaculasse. Postq̄ uero ii q̄ trans flumen erant lectis litteris q̄ tam celeritatem tēpus exigeret cognouerunt cæsis arboribus & simul connexis flumen transierūt ac forte euenit ut primus eoꝝ qui trāsierāt Achilles noīe Pyrrhum susciper. Alios itē alii ut casus tulit detulerunt. Per hūc modū periculo insequētium euitato in Illyricum ad Glauciam regem peruenerunt. In cuius præsentia cum puerum exposuissent atq; ipse Glaucias ob metum Cassādri quem Eacidæ inimicum fuisse sciebat deliberabundus aliquādiu perstaret puer humi reptans & Glauciæ pedibus sese admouēs & apprehensa ueste ad genua eius consurgens risū prius deīde cōmiserationē excitauit quasi precator & lachrymās salutem suā Glauciæ cōmēdaret. Tradunt quidam non Glauciæ uestem sed arā deoꝝ a puero apprehensā: quæ cum res diuina Glauciæ uidere tur nō solū eū susceperit & una cū filiis educauit: sed & filiā ei uxorē tradidit nec quærētibus inimicis nec ipsi Cassandro ducēta pollicenti talenta pueꝝ dare uoluit: ac duodecim annorum factum copiis in Epirum traductis in regnū paternū restituit. Fuit aūt in Pyrrho tremendi magisq̄ moderati principis aspectus. Nec plures habuit dētes sed unū atq; ītegrū os desup q̄si leuibus q̄busdā rimulis in dentiū figurā distinguebatur.

Splene laborantibus mederi uidebatur galli sacrificio albi facto & resupinis iacẽtibus dextero pede pressis: nec quisq; adeo uilis aut adeo pauper erat cui huiusmodi auxiliũ postulãti denegaret. Præmium uero huius medelæ post sacrificium gallum capiebat: idq; sibi iocundissimũ erat. ferunt eius pedis maiorem digitũ uim quandã habuisse diuinam: ita q; cum eius mortui reliquũ corpus crematũ esset digitus ille ĩteger illesusq; ab igne permansit. sed hæc postea. Septimũ decimũ suæ ætatis annũ agẽs cũ regnum stabilissĩe tenere uideretur forte euenit ut cũ uno ex Glauciæ filiis cũ quo simul educatus fuerat: qui tunc uxorẽ acceperat proficisceretur. Eo absente molossi rursus insurgẽtes amicos Pyrrhi expulerunt ac regia gaza direpta se Neoptolemo tradiderunt. Sic igr regno spoliatus ac desertus ab oĩbus ad Demetriũ Antigoni se contulit. Nam Demetrius sororem Pyrrhi Deidamiã uxorẽ habebat quã adhuc paruã Alexãdro rosanes p̃ missam rebus illius fractis iustæ iã ætatis Demetrius accepat. In magna uero illa apud hipseũ pugna qua ab oĩbus regibus tertæ certatum est Pyrrhus affuit admodum tũc adolescẽs: pro Demetrio pugnans hostes aduersus se constitutos in fugã uertit conspicuusq; inter pugnatores longe apparuit. Victũ antem Demetrium non deseruit sed & urbes græciæ fideliter ei custodiuit: & fœdere cum Ptolomeo inito obses pro Demetrio in ægypgtum nauigauit. Postq̃ uero ĩ ægyptum peruenit sæpe in gymnasiis uenatiõibusq; audaciæ ac fortitudinis opera regi ostentando & Beronicẽ quam maxĩe potẽtem inter coniuges regias uirtute præstare uidebat: egregie obseruando colendoq; promeruit ut inter multos regios adolescentes prælato Antigona Beronicis filia ex Philippo antea q̃ Ptolomeo nupta foret susceptа sibi uxor traderetur. Fuit autẽ Pyrrhus ut despector iferiorum sic potentiores cõmodi sui cã adire promptus. Post has uero nuptias ẽt magis q̃ ante claruit: & annitente uxore ut cũ copiis pecuniisq; in Epirum pro recuperatione regni mitteretur obtinuit. Fuit autẽ eius in Epirũ aduẽtus gratus ob Neoptolemi odiũ qui grauiter uiolenterq; regnabat. Veritus tñ ne ad aliquem potentiorũ regum Neoptolemus conuerteretur fœdus cum eo firmauit super regni societate: sed procedente tẽpore non deerant: qui clam eos irritarent & alterutrũ in suspitionẽ adducerent. Quæ tñ causa maxime Pyrrhum commouit tale principium dicitur habuisse. Mos erat regibus in passarone (is est molossidis regionis locus) Ioui pugnaci quotannis sacra facere ibiq; iusiurandũ epirotis præstare recipereq; : hi secundũ leges se gubernaturos regnum: illi regiã potestatem legitime cõseruaturos promittebant. Ad hæc peragẽda aderant ipsi reges munera accipiẽtes donantesq;. In his itaq; Gelon quidã Neoptolemo in primus fidus Pyrrhum benigne adiens duobus boũ iugis eũ donauit. hos boues Myrtulus qui uino præerat a Pyrrho postulauit. Pyrrhus donare noluit: sed alteri concessit: quod cũ grauiter ferret Myrtulus capta hinc occasione Gelonẽ ipsum ad cœnam uocat suadetq; ut susceptis Neoptolemi partibus ueneno Pyrrhũ necare aggrediatur. Id Myrtulus cum sibi placere ostendisset polliceretq; factuꝝ cuncta ut erant Pyrrho suggessit. At ille cupiens rẽ q̃ plurĩbus esse notam ut sic redargui clarius posset Alexiatem poculoꝝ magistrũ participem facinoris acciri iubet: quo facto ad Gelonem p̃ Myrtulum deducto cum ipse Gelon p̃ hunc modum deciperet: Neoptolemus falsa spe ductus & insidias recte p̃cedere credens rem non cõticuit: sed cum lætitia ad amicos protulit & apud sororem Cadmiam aliquãdo exhilaratus de his rebus loq̃citate usus est: cum auditi se a nemine putaret. Nullus enim aderat præter Phanaretẽ Sammonis magistri pecorisuxorem quæ conuersa ad parietẽ in lectulo quodam dormire uidebãtur. Sed Phanaretes oĩbus auditis postridie ad Antigonã Pyrrhi uxorẽ cũcta q̃ Neoptolemũ dicẽtẽ audierat detulit. Pyrrhus ergo his cognitis tunc qetẽ egit: sed paulopost ad cœnã uocatũ Neoptolemũ occidit ĩtellecta Epirotaꝝ uoluntate quoꝝ magnã partẽ sibi fauere sentiebat: iubẽtes ut anticiparet Neoptolemũ de medio tollere nec parte regni contentus foret: sed naturã suã maiora flagitantẽ sequeretur. Post hæc memor Beronicis & Ptolomei filium sibi natum ex Antigona Ptolomeũ & urbẽ in Cherroneso

Epiri ab ſe cõditam Beronicida noïauit. Dehinc cum multa & magna cõcepiſſet aïo ac prius propinquis maxime intenderet Macedoniæ ſe inſeruit per hunc modũ. Anti pater primus ex Caſſandri filiis Theſſalonicam matrẽ necauit & Alexãdrum fratrem regno expulit. Hic ad Demetrium miſit petens auxilium & ſimul Pyrrhum uocauit: ſed Demetriũ aliis negociis remorantibus ſuperueniens Pyrrhus ſocietatis præmium petiit Nimpheam urbem & maritimã macedoniæ oram & ſubactarum gentiũ Ambra chiam Acarnaniã Amphilochiã quibus ab adoleſcente conceſſis ea Pyrrhus loca præſi dijs ſu i firmauit. Reliqua uero ab Antipatro abducere & Alexãdro acquirere perrexit. At Lyſimachus cupiens quidem Antipatro ſuccurrere ſed aliis impedimẽtis ꝓhibitus lĩras Ptolomei noïe cui nihil denegare Pyrrhum ſciebat falſo trãſmiſit: per quas poſtu labat ut Pyrrhus trecentis talentis ab Antipatro acceptis exercitũ deduceret. Eas lĩras cũ diſſoluiſſet Pyrrhus ſtatim fallaciã aïaduertit. Non enim ſcriptum erat ut cõſueuerat pater filio. Sal. ſed Ptolomeus rex Pyrrho regi Sal. Lyſimachũ itaq; iurgatus cũ nihilo minus pax ei placeret ac eius firmãdæ cauſa reges conueniſſent: Porco Tauro & Ariete ſacrificii cã adductis; Aries ipſe repẽte nulla ahibita opera mortuus eſt: ob quod ſignũ licet ab aliis deriſum Pyrrhus firmare pacẽ noluit monitus a Theodoro haruſpice hoc uni ex tribus regibus mortem portendi. Sic igit̃ infecta pace cum res Alexandri ſtabili tatem iã accepiſſent: Demetrius aduenit: & quoniã non indigente nec uocante tũc Ale xandro ueniebat: Suſpectus ſtatĩ fuit eius aduentus. paucis deniq; diebus una cõmora ti inſidias alterutrũ tendere cœperunt: ſed præuenit Demetrius adoleſcenteq; obtrun cato rex macedoniæ appellatur. Erant & prius Demetrio aduerſus Pyrrhum q̃relæ & diſcurſiones quædam ex Theſſalia factæ. Innatuſq; potentiis cupiditatis morbus in ci uitatem ſuſpectam infidãq; faciebat præſertim poſt Deidamiæ mortem. Tunc itaq; macedoniam ambo obtinentes & in idem permixti maiores diſcordiarum occaſiones contraxerunt. Cum igitur Demetrius fines Etolorum ingreſſus Etolos ſuperaſſet Pan tãcho duce cum parte copiarum ibidem relicto ipſe aduerſus Pyrrhum contẽdit. Hic ſecus Pyrrhus ubi hæc audiuit contra illum properauit. Sed cum diuerſis itineribus procederent ambo tranſierunt. Demetrius quidem in Epirum & prædam abduxit: Pyrrhus uero uſque ad ea loca ubi Pantãchus erat progreſſus pugnam conſeruit. Ma gnum fuit in eo prælio militum certamen ſed maximum ipſorum ducum. Nam Pan tãchus audacia robore & arte pugnandi omnes qui apud Demetrium erant ſine cõtro uerſia antecellens magnitudine animi & fiducia uirtutis adductus Pyrrhum ĩ ſingula re certamen prouocauit. Ipſe autem Pyrrhus nulli inferior & Achillis gloriam per uir tutem magiſq̃ per genus ſibi uſurpare ſtudens per anteſignarios aduerſus Pantan chum diſcurrit. infeſtis itaque primo haſtis concurrunt deinde cominus ui atque ar te gladiis utebantur. Tandem Pyrrhus accepto quidem uno uulnere duobus uero il latis abiicit Pantanchum proſternitq;: non tamen interfecit amicis illum rapientibus. Epirotæ ob uictoriam regis exultantes eiuſque uirtutem admirati Phalangem Mace donum perfregetunt. Fugienteſque perſecuti multis cæſis quinque milia Macedonũ uiua cæperunt. Hæc pugna non tantum odii ac inimicitiæ aduerſus Pyrrhum pro iis quæ paſſi fuerant macedonibus attulit quantum gloriæ & admirationis uirtutis eius præſtitit iis qui præſentes in prælio pugnam eius conſpexerunt acritate uultus & uelo citate manuum perſimilem magno Alexandro Pyrrhum æſtimantibus: uiſq; illius & procellæ certandi quaſi umbras & imitationes quaſdam conſpexiſſe. Alios reges pur pura ac ſatellitibus & iactatõe ceruicis occupatos eſſe ſolum Pyrrhum armis & uirtute magnum Alexandrum referre aiebant. Et ſane quanta peritia rei militaris fuerit ĩ Pyr tho ex iis quæ in ea facultate ſcripta reliquit intelligi poteſt. Ferunt Antigonum in terrogatum quis ducum ſibi optimus uideretur reſpondiſſe Pyrrhum ſi ſeneſceret omnium ſuæ ætatis ducum ſibi optimum uideri. Sed hic ætati ſuæ duntaxat eum præ tulit. At Hãnibal Carthaginẽſis omnium omnino ducum primũ peritia & ſagacitate.

Pyrrhum Scipionẽ ſecundũ ſe tertiũ iudicauit ut ĩ Scipionis uita perſcripſimus. Hãc uero diſciplinam ſemper uigilantiſſime meditatus fuiſſe Pyrrhus uidet᷑ ut oĩum ſcientiarum maxime regi congruentem: cæteros uero nihilo exiſtimaſſe. Quodam aũt loco Python an Caphiſias melior ſibi muſicus uideretur interrogatus dicitur reſpondiſſe. Polyperconta ducẽ ſibi meliorem uideri: quaſi ea duntaxat regem quæreꝛ & intelligeꝛ deceret. Fuit aũt Pyrrhus mitis ac facilis: promptus uero & liberalis ad gratias repẽdendas. Eſopi mortẽ permoleſte tulit: illum quidẽ humana perpeſſum affirmans cæterũ ſeipſum cruciare & ĩprobum ducere: q̃ differendo ac tardando gratiam uiuenti non rependerit. Creditam ut uideretur pecuniam hæredibus creditorũ ſolui licet: At gr̃as niſi ſicientibus iis quibus debentur perſoluerit uir honeſtus & gratus offenditur. Ex Ambrachia ut quendam maledicum pelleret precantibus reſpondit potius apud paucos illic manens q̃ circũiens apud multos de nobis obloquatur. Quoſdam qui p uino lentiam iurgia in eum iactauerant ad ſe poſtea deductos rogauit an illa aduerſus ſe dixiſſent: reſpondente uero quodam ex ipſis ita o rex & plura ét dixiſſemus ſi plus uini affuiſſet: Ridens Pyrrhus ſtatim eos dimiſit impunes. Vxores potentia ac reꝛ gr̃a multas accepit poſt Antigonæ mortem. Nam & Autoleotis pãnoniæ regis filiã & Virenam Vardilii Illyrici & Lanaſſã Agathoclis Syracuſani dotem afferẽtem Corcyram ab Agathocle captã: Ex Antigona quidem Ptolomeũ ex Lanaſſa uero Alexãdrum ex Virẽna Helenum filios ſuſcepit omnes manu promptos ac bello feroces: ſtatim a pueritia ad hoc ipſum innutritos. Dicitur cuidam ex filiis puero adhuc patrẽ roganti cuinã regnũ relinqueret reſpondiſſe ei ex uobis qui gladium acutiorem habebit. Sed hoc nihil differt ab illa tragica deteſtatione. Acuto ferro diuidant fratres domum. Sic inhumana & fera regnandi cupiditas eſt. Poſt hãc pugnam Pyrrhus cum magna gloria & celebritate noĩs ac lætitia in Epirum reuerſus cum Aquila ab Epirothis ſalutaretur per uos inquit Aquila ſum: qui me ueſtris armis tanq̃ alis in altum extuliſtis. Deinde cũ audiſſet Demetrium grauiter ægrotare celeriter macedoniã quaſi prædam abacturus ingreſſus parum abfuit qn totum regnum acquireret. uſq; ad æſam enim profectus eſt nemine obuiam prodeunte multis uero ad eum deficientibus ac iuuantibus: donec ob magnitudinẽ periculi Demetrius contra ualitudinem ſuam excitatus & per duces ac familia res copiis contractis aduerſus Pyrrhum ſurrexit. Ille autẽ quia magis prædatoria mãu q̃ exercitu uenerat non ſuſtinuit ſed fugiens partem copiaꝝ paruã amiſit. Non tñ qa facile repulerat eum Demetrius ideo Pyrrhũ cõtẽpſit: ſed cũ ſtatuiſſet res magnas aggredi & paternũ recuperare imperium & ad hæc centum milia militum & qnquagĩta naues compareret: non uoluit cum Pyrrho bellando tẽpus tereꝛ nec uicinum grauẽ impigrumq; macedoniæ hoſtem relinquere: ſed pacem cum eo firmauit ut cõtra alios reges uadere poſſet. Facta igitur pace cum magnitudo apparatus ac mens Demetrii ſimul conſpiceretur conterriti reges per litteras ac nuncios Pyrrhum ſolicitabant mirari ſe affirmantes ſi facultatem nocẽdi Demetrio præclare nactus eã omittat: & cum ipſũ aliis bellis occupatum perturbatumq; macedonia expelleꝛ poſſit tempus expectet quo cum illo auctо potentia ac uacuo cæteroꝝ ĩpedimentorum pro aris ac focis moloſſoꝝ decertet: præſertĩ qui nuper ſibi Corcyram & eius uxorem abſtulerit. Nã Lanaſſa Pyrrho infenſa q̃ aliis uxoribus magis deditus uideretur in Corcyrã abiit Demetriumq; quẽ maxĩe ĩdulgentẽ mulieribus audierat ad nuptias uocauit. Ille ueniẽs uxorẽ Lanaſſam accepit: & Corcyrã ſuis præſidiis occupauit. Hæc reges ad Pyrrhum ſcripſerunt & ſimul ipſi dum circa apparatus belli Demetrius ĩmoratur nouare res cœperunt. Nam Ptolomeus magna claſſe græcas adiẽs urbes a Demetrio eas ſeduxit. Lyſimachus uero ſupiorẽ macedoĩæ ptẽ p Thraciã ĩgreſſus populauit. Et Pyrrhus ſimul iſurgẽs Beriã ĩuaſit: ratus q̃d euenit per Demetriũ cõtra Lyſimachũ obuiã eũtẽ iferiorẽ macedoniæ partẽ ſine præſidis reliqſſe. Ea nocte uiſũ eſt Pyrrho ſe ab Alexãdro magno uocari atq; adeũtẽ iacẽtẽ cõſpicere uerbiſq; hũanis & amicabilibus recipi. Et cũ ĩter cætera diceret

Alexander auxilium ſe Pyrrho ipigre laturum: fretus audacia Pyrrhus & qua rõe iqtip
ator qui ægrotus iaces me iuuare poteris. Ad hæc Alexãder ſe uel noĩe dũtaxat id factu
rũ promittens equum aſcendiſſe ducéq; ſe Pyrrho præſtitiſſe uiſus eſt. Hoc itaq; ſõni
um erexit Pyrrhum: quãobrem ſubito exercitu traducto Beriam inuaſit ibiq; parte co
piarum relicta reliquos ſequi iuſſit. At Demetrius his cognitis cũ præterea in caſtris tũ
multũ macedonũ cerneret formidauit ulterius contra Lyſimachũ exercitum ducer ne
ob propinquitatẽ regis macedonis originẽ & gloriã hñtis milites ad ipſum deficerent.
Itaq; contra Pyrrhum utpote alienum & macedonibus peroſum ſe conuertit. ſed poſi
tis iuxta caſtris multi ex Beria uenientes Pyrrhum laudibus extollebant bello inuictũ
ac præclarum uirũ humanũ uero ac benignum erga eos quos uiciſſet prædicantes. Sũ
mittebat quoſdam & ipſe Pyrrhus qui ſe macedonas ſimulantes dicerent adeſſe tem
pus ut ex graui Demetrii dominatu ad uirum benignum & amatorem militum trãſi
rent. His plærique macedones mentem præſtabant: ac uidere Pyrrhum quæritabant.
Pyrrhus autem ſtabat detracta caſſide ac rurſus eam capiti imponebat ut inſigne hirci
norum cornuum noſceretur. Macedones teſſeram petere alii quernas ſibi coronas fa
cere cœperunt: quod & Pyrrhi milites ea fronde coronatos cernebãt. Iam quidam ipſi
Demetrio dicere auſi erant ipſum recte facturũ ſi cederet ac regnum dimitteret. Itaq;
Demetrius motum exercitum cernens: atq; ob id conterritus clam aufugit clauſa qua
dam & ſimplici chlamydula ſuccinctus. Pyrrhus autem in caſtra receptus rex macedo
num appellatus eſt. Sed aduenïente poſtea Lyſimacho & cõmune opus Demetrii pro
ſligationem prædicante ac diuidendum inter eos regnum cenſente quod nõdum ſatis
credebat macedonibus: Pyrrhus iuxta Lyſimachi poſtulata regnum & urbes diuiſit.
Hoc nunc bellum diſtulit: ſed paulopoſt ſenſerunt non ceſſationem inimicitie ſed ĩdi
gnationum ac diſcordiarum principium per diuiſionẽ iniſſe. Quorum enĩ nõ pelagus
non montes non deſerta ſolitudo non qui Aſiam Europamq; diuidunt termini cupi
ditates diffiniunt: eos ſe contingentes ac permixtos quieſcer nullo modo eſt exiſtiman
dum: ſed pugnabunt ſemper inſidias atq; inuidias ingenitas habentes. pacis enim &
belli noĩbus tanq̃ numinis ut contĩgit utuntur non ad iuſticiã: ſed ad cõmoditatem:
tunc meliores cum aperte bellum ĩferre fatentur q̃ cũ iniuriarum ceſſationem amicitiã
uocant. Oſtendit id Pyrrhus iterum contra Demetrium uires tanq̃ ex infirmitate aliq̃
colligentem pro auxilio græcarum urbium profectus. Nam cum Athenas ueniſſet &
arcem ingreſſus deæ Palladi ſacra feciſſet atq; eadem die ex arce deſcenderet: Gratã iqt
ſibi fuiſſe Athenienſium fiduciam quã eos de ſe habere conſpexerat: Cæterum ſi ſape
rent nulli poſt hac regum portas aperierent. deinde cum Demetrio pacem fecit: ac pau
lopoſt ille in Aſiam profectus rurſus cum Lyſimacho in gratiam reuerſus Theſſaliã
Demetrio abſtulit: melioribus utens macedonibus in bello q̃ in pace: & ipſe omnino
nequaq̃ ad quietem natus. Tandem Demetrio in Syria profligato Lyſimachus iam a
cæteris bellis ocioſus & quietem agens aduerſus Pyrrhum contẽdit: eumq; apud Edeſ
ſam ſuperatum ad inopiam commeatuum redegit: ac ſubinde per litteras ac nuncios
ad principes macedonum ſcriptas perabſurdum eſſe inquit ſi peregrinum hominem
cuius maiores ſemper macedonibus ſeruiſſent dominum haberi contenti Alexandri
amicos familiareſque repellant. quibus uerbis cum multi permouerentur conterritus
Pyrrhus cum Epirotarum ac ſociorum manu abiit omiſſa per eum macedonia modũ
per quem antea ipſam quæſierat. Vnde nec accuſare populos ad utilitatem ſuam ſe
mutantes regibus licet. Nam populi in hoc ipſos reges imitantur perfidiarum ac pro
ditionum magiſtros qui eum maxime lucrari putãt: qui minime iuſticia utatur. Tũc
itaque in Epirum amiſſa macedonia reiecto cum quiete & pace uiuere fortuna dabat.
Sed ipſe ſi non inferr aliis nec ab aliis pateretur moleſtias nauſeam ratus inſtar Achil
lis tolerare quietem non poterat: ſed tabeſcebat animus illic manens pugnamq; & bel
lum cupiebat. Suſcepit igitur nouarum rer huiuſmodi materiam Romani aduerſus

Tarentinos bellū gerebant. Hi cū nec bellū ſuſtinere nec deponere ob ſuperbiā ac pra uitatem principum ſuorum ualerēt: Pyrrhū ducem ad bellū uocare ſtatuerunt utpote inter cæteros reges magis ocioſum & rei militaris peritiſſimū. Huic ſentētiæ licet p ma iores natu grauioteſq; reſiſteret: tñ qui bellum cupiebant in cōcionibus plus poterāt: ſtrepituq; & ui audiri bonos & prudentes uiros non permittebant. Quo in tēpore qui dam Meton noīe uir urbanus ea ipſa die quo decretum de Pyrrho uocando ſciti p po pulum debebat & multitudo in concione ſederet accepta corona & lampade q̄ſi ebrius tibicine ducente ludibundus in concionē peruenit. Vtq; fit in turba populi aliis ap plaudentibus aliis ridentibus & ut procederet ī mediū inuitantibus proceſſit ille & q̄ſi cantaturus aſtitit. ſed ubi ſilentium nactus eſt: Viri Tarentini inquit benefacitis q io/ cari & ludere uolentibus dum licet permittitis: Si tamē ſapitis cuncti hac ludorū liber tate fruemini anteq̄ Pyrrhus adueniat. Nam tunc nō nō ſed ipſius arbitrio uiuēdum erit. Hæc uerba multos ex Tarentinis cōmouerūt murmurq; fuit per concionē laudan tium approbantiumq;: ſed qui Romanos timebant ne facta pace dederent̄ formidan tes populum īcreparunt: quod ita inhoneſte ſe deludi paterentur: & ſimul his dictis Metonē concione propellunt. Decreto igitur per hunc modum firmato oratores cum donis ad Pyrrhum tranſmittunt̄ nō ſolū Tarentinoꝝ uerūetiā italicorū: qui dicerēt ſe duce indigere ſapienti & magnæ auctoritatis. Nā copias ſatis ingētes ſibi in italia affu turas. ex Lucanis Meſſapiis Samnitibus equitum eum. xx. peditum. cccv. milia habitu rum. Hæc nō ſolum ipſum Pyrrhum extulere: ſed ēt Epirotas ad militiā promptiores fecerant. Erat quidā ī Theſſalia Cyneas uir magni ingenii & utpote qui Demoſthenis auditor fuerat ī imitationē eius traditus maxime uim dicendi illius aſſequi uidebatur. Hic apud Pyrrhum degens cum ſæpe ad ciuitates trāſmitteretur ueꝝ eſſe oſtendit id Euripidis dictum. Omnia cōficit oratio quæ hoſtile ferrū conficere nō poteſt. Nā Pyr rhus ipſe dicere ſolebat plures a Cynea oratōe q̄ a ſe armis urbes eſſe partas. Itaq; ipſū ſemper ī honore habuit maxime uſuſq; opera illius plurimum eſt. Hic igitur Cyneas Pyrrhum ad italiam inclinatum cernens nactus illum aliquādo ocioſum ī huiuſmodi ſermonem adduxit. Egregii quidem bello Romani eſſe dicuntur multiſque bellicoſis gentibus īparare. Quod ſi eos ſuperare dii nobis dederint: quid tunc agemus Pyrrhe? Ad hæc Pyrrhus de re haud quāq̄ obſcura īquit o Cynea percōctaris. neq; enī barbara nobis neq; græca ciuitas illic reſiſtere ualeret Romanis ſuperatis: ſed haberemus confe ſtim italiam totam: cuius magnitudinem & potentiam te ignorare minime arbitror. Parūper ergo cōmoratus Cyneas: enimuero cum italiam cæperimus inquit quid tunc agemus. Et Pyrrhus nōdū mente eius intellecta proxima inquit Sicilia eſt īſula fœlix ac populoſa capi uero facilis ob ſeditiones ac diſcordias ciuitatum. Recte dicis inqt Cy neas ſed an finis militiæ nobis erit Siciliam cæpiſſe. Deus modo inquit Pyrrhus uicto riam ptæſtet. nam his ueluti præludiis utemur ad res maximas conficiendas. Quis. n. ſe Libya abſtineat & Carthagine quā nuper Agathocles clam ex Syracuſis profectus ex igua claſſe paulo abfuit quin caperet. His autē uictis nullus nobis reſiſteret hoſtis. Ita eſt inquit Cyneas. Conſtat enim quod & macedoniam recuperari & græciæ dominari certiſſime cum hac potentia licebit. Sed uictis oibus ac ſubactis quid faciemus tandē? Et Pyrrhus ridens ocium inquit agemus & quotidiana feſtiuitate mutuiſque ſermo nibus læticiaque perfruemur. Cum ad hæc Cyneas Pyrrhum adduxiſſet: Ad quid uetat o rex inquit quo minus nunc iſta læticia & feſtiuitate & ocio perfruamur. Adeſt quippe nobis ſine labore facultas eorum ad quæ per ſanguinem moleſtias & pericula noſtra & aliorum peruenturi ſumus. His Cyneas uerbis turbauit potius regem q̄ ab incepto retraxit: Spem eorum quæ conceperat deponere nequeuntem. Primo igitur Cyneam cum tribus milibus militum Tarentum miſit: deinde mul/ tis ratibus & omnifariam nauigiis ex Tarento delatis uiginti elephantes equitum tria peditum uigintitriamilia funditores & ſagittarios quingentos impoſuit.

Hoc apparatu nauigans cū medium teneret Ionium rapitur uento: borea intēpestiue exorto classis per mare disiecta naues; diuersæ aliæ in Libycum ac Siculum pelagus delatæ sunt: alias sūmā apagiam superare nequeuntes nox simul & procella in loca aspera cæca; illidens omnes confregit præter regiam nauim. Hæc enim nautarum & gubernatorum magna ui aduersus uenti impetum nitentium tandem littus uersum adigitur: & dum obliquum habuit uentum magnitudine ac roboř resistebat euadebat; sed post̄ a terra ueniens procella ferire prorā cœpit ac periculum erat ne fatiscceret & se mari sæuienti uarisq; agitato uētis permittere terribilissimū oīum uidebatur. Pyrrhus sese ex naui in mare deiecit: statīq; circa ipsum familiarium amicorūq; erat certamē: sed nox & fluctus cum magno fragore ac uiolētia opus difficile auxiliantibus faciebāt. Itaq; uix tandem luce exorta uēto deficiente ad terrā perueīt corpore quidem exahusto penitus sed robore animi iuncto. Messapii in quorū littora euaserat promptissime ad opem ferendā conuenerunt & simul naues quædam Pyrrhi tempestate superstites aduenerunt: In quibus erant equites perpauci peditum uero circiter tria milia elephanti duo. Cum his itaq; copiis profectus militibus quoq; a Cynea obuiam ductis Tarentum intrauit. Primoq; tempore nihil inuitis Tarentinis agere cœpit quoad nauibus ex mari seruatæ copiæ conuenire. Tunc autem uidens populum sua sponte nec seruař se ipsum nec seruari ab alio posse: sed tāq̄ illo propugnaturo domi sedere balneis conuiisq; indulgentem: clausit gymnasia & deambulatoria in quibus spatiantes pro rebus uerbis militabant: potus uero & lasciuias ītempestiuas inhibuit. Deiectum habuit ita acrē ut multi imperium ferre insueti ex urbe migrarent seruitutem uocantes nō uiuere ad uoluptatem. Sed cum Albinus romanorum consul cum magno exercitu aduētare & iam Lucaniam uastař nunciaretur quamq̄ nōdum aduenissent sociorum copiæ: tñ indignum ratus id tolerare Pyrrhus cum exercitu obuiam profectus est: præmisso caduceatore ad Romanos si uellent ante bellum se iudice & mediatore cum Tarentinis de iure causam decerni. Respōso aūt a consule dato Romāos nec elegisse Pyrrhū iudicem nec formidare hostem tūc progressus inter Pādosiam urbem Heracliamq; castra posuit. Ibi cum audiret Romanos transflumen Sirien castra habeř secus ipsum amnē speculandi gratia obequitauit ordinēq; & formā castrorū custodiasq; & disciplinā Romanorum admiratus. Hæc inquit barbarorum disciplina barbara non est sed opa eorū uidebimus ac de futuro iam sollicitus expectare socios statuit. Aduersus aūt Romāos si forte transire amnem tentent stationem oppositurit. At Romani ut ille expectař decreuerat sic ipsi præuenire festinantes transire flumen cœperunt uado pedites equitesque pluribus simul locis. Itaq; græci metuētes ne circūueniretur se retraxerunt: & Pyrrhus ut hæc sensit turbatus ducibus pedestrium copiarum mandauit ut confestim armatos milites in ordinibus continerent. Ipse aūt cū tribus milibus equitum profectus est sperans transeuntes adhuc & sparsos romanos sine ordine inuasurum. Sed post̄ clypeos multos pro flumine stantes equitesq; in ordine obuiam prodire conspexit: primus in hostes delatus armis atq; ornatu egregie īsignis gloriam & famam uirtutis suæ rebus ipsis asseruit. Manus enim & corpus exhibens prælio & contra hostes fortiter pugnās prouidentiam tamen boni ducis nō omittebat: sed ubicūq; auxilio opus erat accurrēs rectis consiliis bellum gubernabat. In ea pugna Leonnatus Macedo uirum italicū conspicatus ī Pyrrhum intentum semperq; contra stantem & simul se mouentem: Cernis inquit o rex barbarum illum quem niger equus pedibus albis portat. Is maguū qddā agitare animo uidetur. nam te solum intuetur & tibi soli intendit. Et Pyrrhus ad hæc fata quidem o Leonnate nemo potest effugere. Verum enim nec iste nec alius qsq̄ hostium in manus nobis ueniisse gaudebit. Adhuc loquebantur cum italus citato equo ī festa hasta Pyrrhum inuadit non tamen regem percussit sed equum & simul a Leonnato ipsius equus ꝑcutitur. Ambo in terrā ceciderūt sed rex a suis protectus asportat: italus uero pugnans confoditur. Erat hic genere Ferentanus præfectus turmæ nomine

Eplacus : hoc docuit regem magis cauere. Itaq; cū equites aſpiceret impetum ferre non poſſe: Phalangē īſup accitā oppoſuit. Ipſe chlamyde & armis uni ex amicis traditis atq; illius aſſumptus incognitis ad prælīū reuertit, reſiſtētibus aūt acriter romanis diu āceps fuit prælīū. Septies. n. dicuntur pepulliſſe ac pulſi eſſe. Nā permutatio armoꝝ quæ ad ſalutē regi plurimū cōtulit paulominus rē ſubuertit uictoriāq; hoſtibus præbuit. Certa tim. n. ad cædē eius qui arma regia geſtabat concurſū ē, ſed ante oēs Dexter qdā noīe illū ꝓſtrauit caſſideq; & chlamyde detracta ſe Pyrrhū occidiſſe clamitās & ſpolia oſtentans ad conſulē ꝓperauit. Erat ob hoc romanis lætitia græcis uero ſecordia atq; formido donec Pyrrhus ītellecta re ꝓciē diſcurrens nudo capite ſe militibus oñdit. Tādē uero eqs romanoꝝ ob elephātos cōterritis ac ſeſſores inde effercētibus īmiſſus a Pyrrho Theſſalus equitatus romanos cū magna cæde ī fugā uertit. Dionyſius nō multo pauciores. xvi. milibus ab romanis cecidiſſe ſcribit. Hieronymus ſeptē milia ſolū. Ex his aūt q cū Pyrrho erant Dionyſius. xiii. milia Hieronymus pauciores quatuor milibus cecidiſſe tradit. optimos certe ex amicis & ex ducibus & qbus maxime utebatur fidebatq; Pyrrhus eo prælio amiſit. Sed tñ caſtra romanoꝝ cæpit illis deſerentibus & urbes ſocioꝝ recepit ac regionē multā populatus eſt. Tm̄ enī proceſſit ut nō āplius trecentis ſtadiis Roma abeſſet. Poſt pugnā Lucanoꝝ atq; Sānitū copiæ ad eū uenerūt quos licet de tarditate reprehēderit tñ gaudere & magnificare uidebatur quod ipſe cū ſuis & Tarentinoꝝ duntaxat copiis magnum romanoꝝ exercitū ſuperaſſe. Romani Albinū nō reuocarūt quanq̄ dicat Fabritius dixiſſe nō romanos ab Epirotis ſed Albinū a Pyrrho ſupatū fuiſſe: arbitratus nō eſſe uictum exercitū ſed ducē a duce arte ſuperatū. Supplemto igit habito & inſuper amplificato numero militū nulla mentio pacis a romanis facta eſt: quæ res Pyrrhum ī admiratiōnē cōuertit. Viſū eſt igit Pyrrho ut prior ad eos mitteret experiretq; an pacē uellēt. nō enī eſſe præſentis potentiæ ſuæ urbē romanā capere poſſe amicitiā uero & pacē glorioſā ſibi poſt uictoriā iā pārtā fore exiſtimabat. Miſſus itaq; Cyneas a rege cū primoribus ciuitatis locutus eſt : donaq; ipſis & eoꝝ uxoribus tranſmiſit. accepit aūt nemo ſed rñderunt oēs uiri mulieresq; ſi pax publice fieret & ſua oīa regi offerre. In ſenatu uero multa præclare & humaniter dicta ſunt a Cynea cum & liberationē captiuoꝝ & auxiliū ad ſubigendam Italiā populo ro. Pyrrhus offerret ac pro his nihil aliud q̄ amicitiā ſibi Tarentinis ſecuritatē poſtularet. Et cōſtabat Senatores ad pacē inclinari uictos iā ſemel magno prælio & ſecundā Pyrrhi uictoriā ob ſupadditas italicoꝝ copias metuentes. Cum Appius Claudius uir ampliſſimus quidem cæterum ſenectute & orbitate oculoꝝ a reip. mūeribus ceſſās auditis his quæ a rege nunciabant ac rumore obtinēte ſenatū pacem eſſe decretuꝝ tolerare non potuit ſed in curiā ſe deferri iuſſit. Latus igitur in lectica per forum ubi ad ianuā curiæ puenit filii ſimul & gener ſuſcipientes ipſū ſtipanteſq; in ſenatum duxerunt. Factum ē ſilentium ad præſentiā tāti uiri. Ille aūt ubi ſuo loco conſtitit ita dicere orſus eſt. Antea quidē inquit. P. C. hāc meā oculorum fortunā ꝓmoleſte ferebā nūc autē doleo atq; āgor quod nō ultra cæcitatē ipſā ſurdus ēt ſim ne turpes conſultationes ac ſentētias ueſtras quæ huius urbis gloriā ſubuertunt audire cōpellerer. Vbi eſt. n. illa iactantia quā crebro uerbis uſurpare ſoletis affirmantes ſi magnus Alexāder in italiam profectus nobiſcū adoleſcentibus aut cū patribus noſtris tunc florentibus conſeruiſſet bellum: nequaq̄ eū tūc ut inuictum gloriā habituꝝ: ſed aut fuga aut morte ſua maiorē huic urbi gloriā nomēq; reliquiſſet. Hāc igit inſolentiā uerboꝝ nunc rebus oñdite: Chaones & Moloſſos qui ſemper Macedonum præda fuer & Pyrrhum regem eorum formidatis qui unum ex Alexandri ſatellitibus ſemper ſecutus eſt ac coluit : & nunc nō magis Tarentinis auxilium ferens q̄ hoſtes domi fugiens in italia uerſatur. Auſus profiteri prīcipatum in italia cum hac potentia quæ ad paruā Macedoniæ partē cōſeruandā ſufficer nō ualuit. Non itaq; hunc remouebitis ſi amicū feceritis ſed alios inuitabitis ꝓ cōtēptū noſtri quaſi ſuperare nos facile ſit: ſi Pyrrhus abibit nedum pœna nō data eoꝝ q̄ contra nos fecit: uerūetiam mercede accepta fœderis eo auctore cum Tarentinis Sānitibuſq; recipiēdi. Hæc Claudii uerba ad ſtudiū belli aīos traduxere. Itaq; Cynea dimiſſo rñderūt.

Pyrrhus italia excederet tunc si uellet de amicitia ac societate uerba faceret. Quoad uero in armis adesset populum. R. aduersus eum belligeratur̃ ēt si mille Albinos pugna sup asset. Dicit̃ Cyneas interea dum hæc agerent̃ cupiditate cognoscēdi moribus ac īstitutis romanis studium īpartisse atque de ea re cum optīs uiris locutus Pyrrho postea rettulis se cum alia multa tum senatum romanum multorum regum sibi consessum uideri. De multitudine autem populi formidare se īquit ne aduersus quandam Lerneā Hydrā pugnare uideantur. Supra duplum enim plures q̃ antea pugnassent consuli decretos & multicuplos insuper ex his qui arma ferre possent supesse. Post hæc legati ad Pyrrhum ꝓ captiuis redimendis missi īter quos. C. Fabritius fuit cuius Cyneas rettulerat maximā apud romanos mentionē hr̃i ut uiri boni quidem atq; bello egregii cæterum uehemēter pauperis. Huic igit̃ rex seorsum blanditus ut pecuniā a se capet suadebat nō ob aliquā turpem causam sed ob amicitiæ & hospitalitatis iudiciū. Renuente autē Fabritio tunc quidē destitit. Postridie uero ipsum tenere uolēs utpote qui nunq̃ anteā elephātū uidis set iussit dum simul loquerentur maximū elephantum post auleā iuxta se constitui ac deīde subito aulea sublata elephas ex īprouiso cōspectus ꝓmuscidē supra caput Fabritii extulit ac uocē terribilē asperāq; emisit. At Fabritius tranquille conuersus leuiterq; arri dens inquit: nec heri aurum nec me hodie bestia permouit. In cœna autē apud regē acta cum multi ac uarii sermones inciderent plæriq; uero de græcia ac de philosophis sorte euenit ut Cyneas Epicuri mentionē faceret memorans ea quæ ab Epicureis dicuntur de diis īmortalibus ac de rep. ut nōnulli finē bonorum ī uoluptate ponētes curam reip. fu giendā censent: utpote fœlicitatis corruptionē. Deos autē a gr̃a atq; ira longissime remo tos nec ullā de nobis curā suscipientes in ociosam uitā & plenā uoluptatum coniiciant. Etiam ipso die ante Fabritius exclamans o utinā inquit hæc Pyrrho & Sannitibus cordi sint q̃diu aduersus nos bellū gerunt. Sic itaq; mentē uiri rex admiratus magis ac magis optabat pacē q̃ bellum cum romāis habere. & Fabritium priuatum rogauit: ut facta pa ce una secum esse uellet primus amicorum & ducum suorum futurus. Ad hæc dicit̃ Fa britius summissa uoce rñdisse. At ne hoc quidē tibi o rex cōducit. Illi enī ipsi qui te nūc admirantur & colunt si me experiant̃ a me potius q̃ a te regi optabunt. Pyrrhus non ty rannice neq; superbe uerba Fabritii suscepit sed q̃ta magnitudine animi Fabritius foret ad amicos ꝓtulit: & captiuos illi credidit soli ut si non decerneret pacē senatus postq̃ cū parentibus ac domesticis saturnalia peregissent ad eum remitterent̃: atq; ita factum est: post festiuitatem aduersus non redeuntem pœna per senatum decreta. Deinde cum Fa britius consulatum inisset ueniens quidā ad eum in castris epistolā detulit a medico re gis perscriptam: ī qua offerebat se Pyrrhum ueneno necaturum si præmium traderetur sibi absq; ullo discrimine bellum pro romanis cōficienti. At Fabritius iniuriā hoīs dete status & collega in eādē sententiā adducto Pyrrhum statim per litteras monuit ut īsidi as medici caueret. Litteræ huiusmodi fuere. C. Fabritius &. Q. Aemylius cōsules Pyrrho regi Sal. Neq; amicorum neq; hostium fortunatus existimator esse uideris. Cognosces .n. cum hanc epistolā ad nos trāsmissam perlegeris te bonis quidem ac iustis uiris bellū inferre malis uero atq; iniustis confidere. Hæc autē non tui gratia nota facimus tibi sed ne mors tua nobis calumniam afferat: quasi uirtute nequiremus te superare dolo contē disse. Acceptis itaq; Pyrrhus Fabritii litteris medicoq; cōuicto & supplicio iuste affecto ad retributionem beneficii captiuos oēs gratis Fabritio romanisq; restituit. Rursusq; Cy neam misit pro pace firmanda. At romani nec gratias ab hoste nec mercedem accipere uolentes parē Tarentinorum atq; Sannitū captiuorum numerum Pyrrho remiserunt de amicitia uero & pace nihil agitari permiserunt priusq̃ rex ipse cum armis atq; exerci tu cumq; his quas secum ex græcia duxerat naues ex italia nauigasset. Procedente itaque bello rursus apud Ausculum urbem cum romanis pugnatum est. In ea pugna cōpulsus rex ad loca aspera & flumen graue atq; limosum cum elephanti īpetum capere neqrent multis uulneribus ac magna suorum cæde usq; ad noctem dimicauit: nox prælium dire mit. Post triduum uero æquioribus locis structa acie & asperioribus saltibus præsidio

occupatis missisq; iter elephãtos iaculatoribus ac sagittariis dẽso agmĩe romãos iuasit. At Romani nequaq̃ a loco ut pridie adiuti sed æqua planicie cõtra frontẽ ueniẽtes cum prius q̃ adessent elephanti pedites profligare ꝓperarent grauiter aduersus Sarissas cum gladiis pugnabant: uulnerare ac cedere hostẽ intenti nullã proprii mũtionẽ hẽbant. Tãdẽ post magnum spacium dicit̃ fuga ex ea pte qua rex premebat fieri cepta. Sed plurimum elephanti suo robore atq; audacia pfecerunt nequeuntibus romanis uirtute uti sed q̃si uiolentia cuiusdã superuenientis fluctus ac terremotus in fugã cõpulsis. fuga uero non lõga sed in castra fuit. Hieronymus sex romanoꝝ milia eo prælio cecidisse tradit. A Pyrrho autẽ ĩ regiis cõmẽtariis relatum esse dicit tria milia & qngenta qnq; desiderata. Dionysius tñ nec duas apud Asculum pugnas nec superatos tradit romanos. At semel duntaxat usq; ad occasum solis pugnatum. Vix tãdẽ prælium direptum uulnere Pyrrhi hasta bracchium transfixi. Cecidisse autẽ & a Pyrrho & a romanis supra. xv. hoĩum milia & utrinq; pariter a pugna cessatum. Dicit̃ Pyrrhus in recẽsendo numero militum suoꝝ dixisse si alia item pugna romanos uicerimus oĩno periimus. Maxima enĩ pars militum quos secum adduxerat ĩterierant & præterea amici atq; duces oẽs præter admodum paucos alios quos uocaret nulli erant: & simul socios nimis ĩpigros cernebat. Romanis uero quasi ex fonte quodã domi manante celeriter castra replebant̃ nec superati remittebant aĩum sed magis ad prælium incẽdebãtur. His difficultatibus circumuẽtus in nouas rursus spes incidit. Simul enĩ ex Sicilia & ex græcia uiri ad eum uenerunt alteri agrigentum Syracusas & Leontinos offerentes roganteq; ad pellendũ Sicilia Carthaginẽses ĩsulãq; a tyrãnis liberandã sibi auxiliũ ferret. Alii ex græcia nunciabant Ptolomeum Cerannum contra Galathas profectum cum exercitu periisse maximeq; ad tẽpus flagitare: ut cupiẽtibus Macedonibus adesset. Questus itaq; aduersus fortunã q; pluriũ ac magnaꝝ rerũ occasiones unum in tẽpus conieciisset & quasi utranq; in potestate sua hẽret: alterã sibi pire arbitratus deliberabundus atq; anceps aliquantum perstitit. Tãdẽ uero ad Siciliã utpote materiã rerũ grandiorũ ꝓpter ꝓpinquitatẽ libyæ afferentẽ conuersus: statĩ Cyneã misit ciuitatibus uti consueuerat ex pte sua præfaturꝰ. Ipse autẽ præsidio apud Tarentũ relicto Tarentinis id grauiter ferentibus & aut aduersus romanos bellum gereret una secum qua de cã uenerat aut qualẽ acceperat urbem talẽ relinqueret: postulantibus nullo benigno dato responso sed quiescere eos: & expectar tẽpus iubens ĩ Siciliam nauigauit. ut primũ sicilia attigit ciuitates secundũ spẽ ãtea præstitã sese illi dediderũt. eorum aũt ad q̃ ui & armis opus fuit nihil a principio restitit. sed cũ triginta milibus peditũ duobus milibus quĩgentis equitibus ac uiginti nauibus Carthaginenses aggressus eoꝝ potentiã euertit. In expugnatione ericis munitissimi oppidi & magnis Carthaginẽsium præsidiis firmati tota se arma induit & mœnia subiens ludos Herculi uouit: si daret sibi ut gñe ac fortunis suis ea die se dignũ pugilẽ ostẽderet. Inde scalis admotis primus oĩum mœnia conscẽdit. Resistẽtium uero multi erant alios ab utraq; parte muro deiecit alios circa se gladio necatos coaceruauit. ipse quidẽ illesus & terribili ac truci aspectu illud homericũ probauit recte ac pite dictũ: Fortitudinem solã inter cæteras uirtutes sæpe furẽtes quosdam ĩpetus habere. Capta urbe uota deo persoluit: spectaculũq; oĩfariam ludorum exhibuit. Mamertinos deinde qui circa Messanã incolentes græcos uexabant ac plærosque ex his uectigales sibi fecerant aggressus. Erant aũt hi barbari multitudo ingens & bello ferox ex quo latina lingua a marte noĩabant̃ publicanos eoꝝ necauit: ipsis autẽ pugna superatis præsidia multis ex locis deiecit. Carthaginensibus pacẽ. poscentibus pecuniãq; & classem pro amicitia offerentibus rñdit unã esse pacis uiã si omissis oĩbus citra libycũ mare terminos caperent. Successibus aũt & magnitudine reꝝ elatus cũ spes eoꝝ ꝓ quibus a prĩcipio nauigarat rñderet primãq; libyã cõcupisceret atq; ea de cã ad ĩplendas q̃s habebat naues remiges cogeret nõ benigne sed ĩperiose ac superbe ciuitates premebat. Sic ergo cõtra cõsuetudinẽ sui initii ĩ quo egregie mitis ac placidus nulliq; molestus fuerat depopulari tyrannus factus ingratitudinis ac pfidiæ notã cõtraxit. Sed hoc ciuitates quanq̃ grauatæ tñ qñ necesse erat tolerabãt. Verum cũ Thæona & Sostratum principes

Syracuſanorum q auctores fuerant ciuitatē ei tradēdi adiutoreſq; in cunctis p Siciliam fuerant ſuſpectos hr̄et nec ſecum ducere nec domi relinquere uellet: ac Soſtratus quidē metu aufugiſſet: Theon uero ab eo interfectus fuiſſet: non pedetentī neq; parump mutati animi ſed repente aduerſus ipſum ſiculorum odia exarſerunt. At ſtatī aliæ ex ciuitatibus Carthaginēſibus aliæ Marmertinis ſe coniunxerunt. Cernens defectōes & cōſpiratōes cōtra ſe initas Pyrrhus lr̄is Sannitum & Tarētinoꝝ acceptis q uix reſiſtere bello poterant & excluſi regionibus auxilium rogabant occaſionē hinc arripiens abeundi ex Sicilia q̄ſi nō metu nec deſpatōe rerum ſiculaꝝ ſed opitulatōis cā receſſit. Re autē uera cum Siciliam ueluti nauē tēpeſtate agitatā tenere nō poſſet & occaſionē abeundi quæreret ſe ipſum rurſus in italiā ꝓiecit. Feruut cū abiret Siciliā reſpexiſſe ac dixiſſe O q̄lē Carthaginenſibus & romanis ꝓ hac īſula palæſtrā relīqmus: & hoc qdē ut cōiectatus eſt ita euenit. Barbaris āt ī ipſo receſſu īſultātibus Carthaginenſibus uero nauali prælio ī ipſo portu laceſſentibus cōpluribus ex nauibus ſuis amiſſis in italiā puenit. Mamertinoꝝ haud pauciores q̄ decē milibus primo trāſgreſſu ſignis collatis dimicare cum nō auderēt iniqs locis īpetu cōtra regē facto totū exercitū turbauere. Ibi duo elephanti & multi ex iis qui poſterius claudebāt agmen oppreſſi. ipſe rex a fronte diſcurrēs aduerſus hoſtes bello aſſuetus magno cū piculo reſtitit. uulnere āt in capite accepto cū paulo ex pugna ceſſiſſet ēt magis extulit hoſtes: quoꝝ unus præ cæteris ferox ꝓcero corpore & ſplendidis armis ſuperba uoce regē ſi uiueret in certamē prouocabat. At Pyrrhus ob hæc irritatus iraq; īcenſus & ſanguine fœdatus truciq; aſpectu terribilis ī pugnā rediit: & barbaꝝ illum cōſecutus ita caput percuſſit ut ui ictus & uirtute gladii uſq; ad partes inferiores plaga deſcēderet: cederētq; hincinde diuiſæ corporis partes. Hoc barbaros cōtinuit ne āplius perſeq̄rēt q̄ſi ſupra humanā uī Pyrrhum admiratos cōterritoſq;. Ipſe uero quod reliquū erat itineris ſecure ꝓfectus Tarentum puenit peditum. xx. eqtum. xxx. milia ſecum adductis ſtatīq; optimo quoq; ex Tarentinis delectu aduerſus romanos q tunc in Sannio caſtra habebant contendit. Sannites multis iā præliis ſupati & ſpe ſimul cum rebus amiſſa ſimulq; ob nauigationē in Siciliā aduerſus Pyrrhum infenſi minus frequētes ad eū uenerunt. Sed Pyrrhus oībus copiis bifariā diuiſis & partī in Lucaniā miſſis ut alteꝝ cōſulē demorarent ipſe cōtra. M. Curium āpud Beneuentū caſtra hñtē exercitū duxit. Curius uero cō & collegæ aduentum expectabat & ſimul auguriis pugnare uetātibus pugnā detractabat. Præparans igr̄ Pyrrhus ante eum opprimere q̄ collega aduentaret fortiſſimis militibus & belliciſſimis elephantibus delectis noctu caſtra ex ſupiori loco cōgredi contēdit. Vadentē longā uiā & ſiluis denſā lumīa defecerunt: errorq; factus eſt: ortaq; exinde morā dies albeſcere cœpit & ab romanis cōſpicit̄ ex mōtibus deſcendere. Primo itaq; trepidatum eſt in caſtris: ſed tñ pactis ſacris neceſſitate cogēte Curius caſtra egreſſus priōs inuadit eoſq; ī fugā uertēs oēs conterruit: ut ēt cōplures ibi caderent & qdā ex elephantibus caperēt̄. Hæc uictoria Curiū extulit ut ad iuſtā deſcēderet pugnā. Itaq; ꝓdiē ī aptū & ſigna conferens partī hoſtes in fugā uertit partī & ipſe elephantoꝝ īpetu ad caſtra repulſus eſt. At milites præſidio caſtrorum relicti frequētes ꝓ uallo ſtabant a conſule uocati īpetu de ſupiori loco facto beſtias ī fugā per ſuos retrouertere coegerunt. quæ res uictoriam romanis tradidit & ſimul principatum. Nā gloriam q̄ſi inſuperabiles ex illa uictoria nacti confeſtī italiam & paulopoſt Siciliam ſubegerunt. Per hunc modum italia Siciliaq; decidit Pyrrhus ſex ānorum tpr̄e in illis abſumpto & rebus qdē attenuatis ſed robore animi inuicto famā ex eo bello nactus eſt q̄ſi pitia rei militaris & fortitudine atq; audacia plurimum inter ſuæ ætatis reges præcelleret. ſed quæ re poſſidebat ſpe illorum quæ nondum hēbat diſperderet nihilq; eoꝝ q̄ ad tuēdum iam parta attinēt cōſeruaret. Itaq; aſſimulauit ipſum Antigonus luſori q & multa & bene iaciat ſed cedētibus uti ne ſciat. Reuerſus in Epirum cum octo milibus peditum & qngentis equitibus cum pecuniam nōn haberet bellum quærebat unde exercitum alere poſſet. Igitur ad eas quas antea habebat copias quibuſdā Galathis adiunctis Macedoniā īgreſſus eſt: quaſi prædam exinde abducturus. Sed cum frequentes cæpiſſet urbes militumque duo milia ad eum

defeciſſent amplificata ſpe aduerſus Antigonũ Demetrii filium Macedoniam tunc obtinentem ducit ipſumque inuadens iuſta acie dimicauit. Qui extremum Antigoni claudebant agmen (Galathæ hi erant) fortiter reſtiterũt uehemẽtiq; exorta pugna fere oẽs a Pyrrho occiduntur. Duces uero elephantorum circunuẽti ſeipſos ac beſtias dediderẽt. Itaq; acceptis his & fortuna magiſq̃ conſilio fretus Phalangẽ Macedonum inuaſit. At Macedones metu ac trepidatione pleni ſeſe ab ĩpetu pugnaq; continuerunt: ac fide per primores accepta ſe Pyrrho tradiderunt. Antigonus uero profugiens quaſdam maritĩas urbes retinuit. Sed Pyrrhus in huiuſmodi fortuna magnum aliquid ſibi ad gloriam per ea quæ circa Galathas egerat peractum exiſtimans ornatiſſimis ac ſplendidiſſimis eorũ ſpoliis in tẽplo itonidis Mineruæ ſuſpenſis hoc carmẽ inſcripſit. Hæc de pugnaci Galatharum munera gente Moloſſis Pyrrhus fixit captiua mineruæ. Cum totum Antigoni robur totaſq; ſubegit. Pugnando turmas nec id mirabile nãq; egregii bello & clari ſẽp ĩ armis Eacidæ. Poſt pugnam confeſtim urbes ſuſcepit. Egæis uero expugnatis & ĩ aliis durus fuit ac moleſtus & in eo potiſſime q; ibi præſidium Galatharum quos ſecum habuerat cuſtodiæ cauſa dimiſit. Galathæ genus inſaciabile pecuniis ſepulchra regum quæ ibi erant fodere nequaq̃ ueriti aurum & ornamẽta opima ſubtraxerunt. Oſſa uero per ſuperbiam abiecerunt. Hoc Pyrrhus leuius q̃ decebat tolerare uiſus eſt ſiue ob alia impedimenta differens ſiue ob timorem q; barbaros ad ſupplicium cogere formidabat. Itaq; in ipſum redundauit infamia. Nondum ſatis firmæ res Pyrrhi in Macedonia erant cum ipſe ad alias rurſus ſpes mentem conuertit. Cleonymus erat ſpartiata regio gñe exortus: cæterum q; uiolentus ac ſuperbus uidebat nec beniuolentiam nec fidẽ apud Lacedæmonios habebat. Itaq; eo excluſo Areum regnare iuſſerãt. Hæc erat uetus eius ĩ dignatio aduerſus ciues. Vxorem uero accepit Cleonida Leothichide forma præſtantem & regio item genere exortã. Hæc Acrotati Arei filii adoleſcẽtis inſano amore correpta triſtes ac infantes nuptias Cleonymo præbuit. non enim latuit quẽq̃ ſpartiatarum ab uxore ſpretus. Sic igitur domeſticis rebus ſimul & publicis infenſus ira atq; indignatiõe cõcitus Pyrrhum contra ſparten induxit. xxv. peditũ duo milia equitum elephãtos. xxiii. habentem. Itaq; ex magnitudine apparatus ſtatim cõſtitit non Cleonymo ſpartam ſed pelopõneſũ totam ſibi affectare: Quãq̃ uerbo quidem Lacedæmoniorum legatis apud Megalopolim negauit. Ait enim ſe uenisſe ut ciuitates ab Antigoni dominatu liberaret: ſeq; natos ſuos minores ni quid prohibeat ſpartam miſſurũ ut Laconicis moribus eruditentur: & hoc præcæteris haberent regibus. His ſimulationibus obuios decipiens q̃primum Laconicam attigit: prædam & rapinam late exercuit. Incuſantibus autem legatis q; non indicto bello eos inuaſiſſet: At nec uos inquit ſpartiatæ qđ facturi eſtis aliis prænũciatis. Inde Lacedæmonia exercitum amouit: quã cum Cleonymo placeret primo aduentu inuadere ueritus ut ferunt Pyrrhus ne milites urbem noctu ingreſſi diriperent: exercitum continuit inquiens hoc poſtridie ſe facturum. Ea dilatio ciuitatem ſeruauit. nam ſpartiatæ quidem pauci erant & imparati. Areus ipſe non aderat ſed in creta corcyreis bellãtibus auxilium tulerat. Pyrrhus igitur neminem ſibi repugnaturum exiſtimãs iuxta urbem caſtra poſuit. Cleonymi uero domum amici clienteſq; ſic ornauerant ac parauerãt quaſi Pyrrhus apud eum cœnaturus eſſet. Per noctem Lacedæmonii primo decreuerant fœminas oẽs in cretam mittere ſed ipſæ contradixerunt. quarum Archidamia cum gladio in ſenatum uenit uiros iurgata: ſi uiuendum fœminis putẽt ſparta euerſa. Deinde cõtra hoſtium caſtra uallum ex curribus facere ſtatuerunt: unde ſtationẽ ab ĩpetu elephantorum tutam habentes reſiſtere poſſẽt. Hoc facere incipientibus uenerũt uirgines ac mulieres una cum ſenioribus ut ſibi id opus conficiendum relinquerent: eos uero qui pugnaturi erant quietem agere corporaq; curare iuſſerunt. Ipſæ inſuper tertiam partem foſſæ fecerunt. erat latitudo ſex cubitorum ꝓfunditas quatuor longitudo orthopletron ut Philarchus ſcribit. ut uero Hienymus aliquanto minor. Poſtridie ſummo mane cum hoſtes mouerentur mulieres arma telaque uiris miniſtrantes pugnare uiriliter hortabantur: Vt dulce quidem in oculis patriæ uincere præclarum uero ĩ manibus

matrum ac fœminarum interire. Cleonys autē ſeorſum ab aliis laqueum parauerat ne urbe capta ī poteſtatē Cleonymi uiua pueniret. Pyrrhus cum robore armatorum in ipſa fronte aduerſus cōfertos ſpartiatasq; clypeos per ipſum aggerem haud quaq; ſatis firmū propter recentiā operis impetum fecit. Ex alia parte Ptolomeus filius cum duobus milibus Galatharum atq; chaonum delectorum repleta foſſa currus tranſgredi nitebat. Currus alte de foſſis in terrā rotis & inter ſe connexi non ſolum tranſire conantibus aditum nō permittebant: ſed & Lacedæmoniis grauem ac difficilem defenſionem reddebant. Sed cum Galathæ rotas euellere & in flumē trahere conarentur conſpicatus periculum Acrotatus adoleſcens per urbem diſcurrit ſecūq; trecētos hoīes rapiens Ptolomeum minime hoc ſuſpicantē per quædam connexa abiens circūuenit: Extremoſq; adortus ab oppugnatōe ualli in ſe pugnā uertē coegit: īpeditos ītер currus & in foſſas ruentes magna cæde ꝑpellit. Spectauerant ſenioꝝ & mulieꝝ turbæ Acrotatū egregie pugnantem. Itaq; cum paulopoſt per urbem ad ſtationē ſuam reuerteret ſanguine madens & uictoria exultans celſior ſane ac pulchrior Lacenis uidebat & Cleonydis inuidebāt amori. Suorum uero nōnulli ſequebantur clamātes uade age Acrotate tibi habeas Cleonyda. Mō quoq; ꝑbos natos patriæ crea. Ab ea ēt parte qua Pyrrhus erat multi ex Lacedæmoniis egregie pugnarunt & in primis Philius poſt plurima fortitudinis opera & magnā hoſtiū cædē cū ſentiret multitudine uulnerum ſe deficere loco ſuo alteri tradito inter ſuos cadere ꝑuidit ne corpus eius hoſtes haberēt. Nox tādē oppugnationē diremit. Ea nocte ꝑ qetem Pyrrhus talē habuit uiſionē. Videbatur ſibi Lacedæmona fulminibus a ſe miſſis percuſſam conflagrare totam ſeq; ob id factum mire lætari. Prægaudio itaq; excitus e ſomno milites arma capere iuſſit & amicis ſōnium enarrauit quaſi in urbem expugnaturus: cui cum alii uehemēter aſſentirent cōgauderentq;: Lyſimachus nō placere ſibi uiſionem rn̄dit: ſed uereri ſe ait ne quēadmodum loca de cælo tacta remanēt auia ſic Pyrrho ingreſſus in urbem denegari a diis īmortalibus oſtendat. At Pyrrhus hæc ut uana atq; īdocta aſpernatus fiducia plenus luce prīa milites ī oppugnatōem adduxit. Lacedæmonii uirtute mirabili reſiſtebant & aderant mulieres tela uina & cibaria miſtrātes uulneratoſq; ſuſcipientes. Macedones qui cū Pyrrho aderant foſſas implere materia armiſq; & cadaueribus inuectis conabantur. Ad hoc cū Lacedæmonii concurrerent cernunt Pyrrhum inter currus ipſos equo profectum magna ui anniti ut urbem irrumpat. Clamore ab ea parte exorto & concurſu in eū facto dū adigit equum in hoſtes Pyrrhus cretēſi: telo ſub uentre equus percutit; quo ex uulnere cōcitus moribundus in loca ardua ac lubrica Pyrrhum proſtrauit. ex hoc & cætera ceſſauit pugna. Sperabat tam̄ Pyrrhus Lacedæmones qui pene oēs uulnerati & cōplures mortui erant remiſſuros tandem aīos. Sed bona eius urbis fortuna ſiue hominū uirtutē experiri ſiue quātā haberet poteſtatē oſtēdere uolens cum iam parum ſpei Lacedæmonis ſupereſſet Aminiā Phocēſē unum ex ducibus Antigoni cum militibus conductis ex Corintho auxilium ferētem adduxit. Nec multo poſt Areus rex his cognitis ex creta propere rediit militum duo milia ſecum ducēs. Itaq; mulieribus domum remiſſis nec amplius eis ꝑmiſſa defenſionis cura & ſenioribus q arma neceſſitate cogēte acceperant dimiſſis ipſi pugnam ſuſceperunt. At Pyrrhum maior habebat cupiditas ob ea quæ ſuperuenerant auxilia urbis expugnandæ. Sed cum nihil proficeret multis plagis acceptis tandē ab oppugnatiōe deſtitit: prædaq; ex agris abacta ibi hyemare cogitabat. ſed fatum uitari nequaq̄ poteſt. in argo eī Ariſtei cōtra Ariſtippum factio erat. Cū ergo Ariſtippus Antigoni amicitia frui uideretur: Ariſteus Pyrrhum uocare in argos properabat. At Pyrrhus alias ſpes ex aliis ſemp inuoluēs & ſucceſſibus qdē ad alia capeſcenda elatus quæ autem aduerſa euenerant aliis corrigere & emendare cupiens: nec uincens nec uictus quietem agere ſciebat. cōfeſtī igitur Argos contendit. Areus multis īſidiis diſpoſitis uiaq; qua maxime difficilis erat occupata Galathas & Moloſſos qui extremū claudebant agmen laceſſebat. Pyrrho ex ſacris rite peractis dictū per Aruſpices erat iacturam cuiuſdā ex neceſſariis ea die cauendā eſſe: ſed ex tpīe ob tumultū mē te ſeductus iuſſit Ptolomeum filium laborantibus auxilium ferre. ipſe autem propere

anguſtiis exercitū educebat. Acri autē pugna circa Ptolomēū exorta delectoꝝ ſpartiataꝝ quorum duxerat Eualcus & inuicē īplicatis Crœſus quidē cretenſis uir robuſtus ac manu promptus ex obliquo diſcurrens acriter pugnantē adoleſcentē tranſuerberat proſternitq;. Ad cuius caſum cū fuga ſuoꝝ facta eſſet ſequētes Lacedæmonii uincenteſq; ī aptam planiciem parum caute ſe effuderunt. In eos itaq; Pyrrhus audita filii morte dolore & ira incēſus ſe cū equitatu Moloſſoꝝ conuertit. Ipſe ante oēs prouectus cæde ac ſanguine Lacedæmonioꝝ cuncta ſpleuit ſēper quidem inuictus ac ſūmus bello uir: ſed tūc priora oīa fortitudinis opera longe ſupergreſſus. Citato aūt in Eualcum equo parū abfuit quin Eualcus qui obliquus erat manū Pyrrhi qua habenas tenebat āputaret & certas ipſas habenas præcidit: ſed Pyrrhus cum illum tranſfodiſſet ex equo proſiluit ac pedes dimicans totam ſuper uno Eualco pugnantē delectorum cateruam occidit. Per hūc modum magna ſtetit Lacedæmoniis cupiditas ducum q cum finē iā cæpiſſet bellū gloriam uincendi ſequebantur. Pyrrhus uero quaſi luſtrationē quandam filio ſoluiſſet & funebre ſplendidum celebraſſet certamen: magna doloris parte in ultione relicta Argos cum exercitu contendit. Cognito aūt Antigoni aduentu q arduis locis ſupra planiciem inſederat ipſe circa Nauleam caſtra poſuit. Sequēte ueto die per caduceatorem ad Antigonū miſſum ut in cāpū deſcenderet & pugna decerneret ꝓuocauit. Ad hæc Antigonus reſpondit militiā ſuā nō magis armorum q̄ temporum eſſe. Pyrrho autē ſi uitæ ſuæ tedeat ſatis multas uias ad interitum patere. Ambobus aūt oratores ex argo uenerunt rogantes ut urbem dimitterent ad neutrum eoꝝ pertinentem ambobus amicam. Antigonus uerbis eorum motus filium ſuum obſidem Argiuis tradidit. Pyrrhus aūt promittebat quidem ſe abiturum: ſed cum fidem non haberet eius ꝓmiſſio ſuſpectior erat. Hic dū ſacra faceret Pyrrhus capita boum iā reciſa linguas cum gemitu emittere conſpecta ſunt. In argo autē lycei uates cucurrit clamitās cæde & cadauerībus plenam urbem ſe uidere. per obſcuram noctem Pyrrhus mœnia ſubiens per portam quā diampares uocant apertam ſibi ab Ariſteo Galathas in urbem præmiſit. & fuit ſilentium quoad forū Argiuum occuparunt: nec q̄cq̄ argiui ſenſerant. Sed cum tandem elephātos adductos porta non caperet atq; ob id turris ablata reponeret̄: & utpote in tenebris mora ac ſtrepitus fieret: Argiui rē ſentientes ad clypeum & alia munita urbis loca concurrunt miſſoq; ad Antigonum nuncio ipſum in urbem uocarunt qui ueniens prope mœnia ſubſedit milites aūt & filium cum ualido præſidio in urbem tranſmiſit. Venit ēt Areus Lacedæmonius mille cretenſes ac ſpartiatas ſecum agens. Et ſimul oēs in Galathas īpetu facto haud ſegniter conturbarunt. Pyrrhus autē cū clamore urbē ingreſſus cum a Galathis alacriter reclamaretur coniectans laborantium ac trepidantiū eſſe ſigna properare ſuos iuſſit per cloacas & aquæductus quibus urbs plena eſt cum ſūmo periculo equites īpellens. Erat autē maxima incertitudo uiarum atq; clamorum erroreſq; ut in nocturno prælio p loca arta atq; incognita nec ulla ducum moderatio aut opera præ tenebris & ambiguitate eſſe poterat. ſed perſtabant ābo diē expectantes. Cum itaq; iā illuceſceret clypeus armis hoſtilibus refertus ipſo aſpectu Pyrrhum deterruit & ſimul in foro inter cætera ornamēta lupū æneum & taurum quaſi præliantes conſpicatus perhorruit ueteris oraculi memor ſibi fatum īpendere extremū cum lupum cerneret aduerſus taurū pugnare. Hæc Argiui ob ātiq facti memoriā ſculpta ī foro habebāt. Nā Danao primum eas partes adeunti lupum aſſerunt uiſum aduerſus taurū pugnantem: poſuiſſe uero ſe lupū q adue na incolas inuaderet. ſic pugnæ ſpectato euentu cum lupus uiciſſet Apollini uouiſſe lyceo ac ſubinde rem capeſcentē ſuperfuiſſe Gelamore qui tunc Argis regnabat expulſo. Hæc erat cā cur in foro Argiuo lupi ac tauri imago poſita eſſet. ob illoꝝ igitur aſpectum Pyrrhus & ſimul quod ea quæ ſperauerat non procedere cernebat turbatus pedem refert re ſtatuit ſed cum anguſtias portarum formidaret ad Helenum filium qui cum magna manu extra mœnia ſedebat mittit ut & murum diruat & exuntes excipiat tuteturq;. Dū uero properat ac trepidat is q miſſus erat nec q̄cq̄ recte nunciat adoleſcens p errorem cū reliquis elephātis & militibus delectis per portas auxilium patri laturus denſo agmine

ingreditur. Iā Pyrrhus retrocedere cœperat: & q̄diu foꝝ ꝑmisit copias subducere egregie hostes repressit. Sed postq̄ ex foro in angiportū quo ad portā iter erat descēdit: in hoc hi qui auxiliū ferre ueniebant obuiā facti eius subductionē īpediunt. Nā & partī eo clamā te non exaudiebāt partī & si parere uellēt ab extremis ueniētibus īpellebāt: & maximus elephas in ipsa porta casu ex transuerso ꝓstratus exitū ꝓhibebat: alter uero ex his q iam intrauerant cui Victoria erat nom̄ ꝓstratum uulneribus gubernatorē recipe q̄ritās se ī ter eos qui pedē referebant admiscuit hostes & amicos pari īpetu conculcās donec reptū gubernatoris cadauer ꝓmuscidæ sublatum ac dētibus ābobus susceptū reportauit: ac ue luti furens obuios quosq; necabat. Sic ergo inter se pressis & cōplicatis nihil agi poterat sed tota multitudo ueluti in unū corpus cōflata erat: nec ulla pugnandi repugnandiue facultas dabat. Si gladius promptus aut hasta deflexa erat per multitudinē eximi nō po terat nec in uaginā reponi ac per eū modū nō in hostiū sed in suoꝝ tela cōpulsi necabā tur. Pyrrhus igit cum hunc æstū fluctuationēq; uideret insigne quo galea eius cōspicua erat detractum cuidam ex amicis tradidit. Ipse aūt equo confisus in eos q insequebant hostes īpetū fecit. Ibi hasta percussus cū per Thoracē non magnū nec mortale uulnus accepisset in percussorē (is erat Argiuus nec claro natus loco sed pauperis Aniculæ filius) equum adegit. Mater forte desuper una cum cæteris fœminis pugnā spectabat quæ co gnito filii periculo & ob id formidans ambabus manibus tegulā sublatam ī caput Pyr rhi dimisit. eo ictu casside percussa & spondilis secundū ceruicē attritis lumina eū defe cerunt. prolapsisq; habenis ab equo delatus iuxta lycini monumētū incognitus fere oī bus cecidit. Sed Zopitus quidā Antigoni miles duobus aut tribus comitatus cū ipsum cognouisset in uestibulū quoddā protraxit incipientē iam se ex ictu recipere. Ibi cū Ho pyrus ceruicē incisurus gladium eduxisset: ita torue ipsum prospexit Pyrrhus ut illū ad tremorē præ metu cōpelleret nec recte sed ad os & mētum uix tandē ceruicē secaret. Iam res pluribus nota erat cum Alcyoneus Antigoni filius adiens caput petiit quasi cognitu rus: idq; acceptum ad patrem ferr̄ properauit is tunc una cum amicis sedebat qui postq̄ caput aspexit cognouitq; filium baculo percussit ac repulit barbaꝝ & pollutum appel lans. Ipse chlamyde ante oculos obducta lachrymauit: Antigoni aui & Demetrii patris r̄ cordatus domesticoꝝ exēploꝝ uolubilis fortunæ. Caput itaq; & corpus Pyrrhi magnifi ce cremauit. Cum uero Alcyoneus sordidatum cōuenisset Helenum eūq; bēigne & hu niter patri adduxisset conspiciens eum Antigonus melius inquit nunc q̄prius a te factū est fili: sed ne nunc quidē satis q hāc uestē nō abstuleris ob quā nos q uicisse uideremur magis dedecorat q̄ se. Post hæc adolescentē complexus ad priorem habitum ornatumq; restituit & in Epirum remisit. Erga amicos quoq; Pyrrhi benignus fuit castrorum atq; exercitus uniuersi potitus.

CAII MARII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER GVARINVM VERONENSEM VERSA

CAII MARII QVEMADMODVM NEQVE. Q. Sertorii qui Iberos in ius ditionemq; populi Ro. redegit neque. L. Memmii: qui Corinthum deleuit tertium no men dicere non possumus: Nam Achaicus huic ut Aphri canus Scipioni ut Metello numidicus ex re gesta agnomē fuit. Ex quo magnopere Possidonius reprehensione di gnos putat eos qui censent tertium nomen romanis pro prium esse: ut Camillum ut Marcellum ut Catonē. Nam qui tantum modo duobus nominibus nuncupantur no mine carerent. Erāt autem ꝙ hac ratione rursus ipse sine nomine mulieres esse uoluit.

Nulli.n.mulieri primum nom̄ qđ ꝓprium apđ romāos Possidonius eē arbitrat̄ īponit̄. Alii autem cōe nomen a cognatiōe dixert̄: ut Pōpeios ut Mallios ut Cornelios tanq̄ si qs Heraclidas & Pelopidas diceret. Hoc uero denoīatū ab Epitheto ex r̄bus gestis uel ex natura uel ex aliq̄ figura & passiōe corporis īpositū ē ut Matrinū & Torq̄tū & Scyllā ut est agnomē Grypus & Callinicus. Ad hæc mala cōsuetudo multa conata ē. Marii statuam marmoream multā præ se ferentē rigiditatē ac acerbitatē moribus eius similē apđ Rauennā urbē quæ ī gallia sita ē uidimus. Nā duꝝ atq; bellicosū aīm ei natura effinxerat. Qui cū magis ad rē militarē q̄ ad rēp. se cōtulisset: ītēperantem aīm ubi poterat habuit. Fert̄ qdem neq; lr̄as græcas didicisse: neq; ullis ī studiis græcis præceptoribus uti uoluisse: tāq̄ ridiculū esset lr̄is quaꝝ magistri aliis seruirent opam īpēdere. Postq̄ secundū triūphum egit: ī tēplo quodā rē diuina fecit: & græca spectacula adhibuit: q cum in theatrū uenisset: solusq; sederet statī rē absoluit. Quēadmodū igit̄ Plato Xenocrati philosopho q tristior nat̄a uidebat̄ sæpius dicere cōsueuerat: o fœlix Xenocrates rē sacrā læticiæ age: ita si qs Mario ꝑsuaserit græcis musis & læticiæ sacra facere: & non rei militari & reipu. indigne fecerit ꝓpter īnatum īperandi amorē & aī deformitatem atq; præstantiam & ī acerbā & duram senectutem tanq̄ in scopulū nauē frāgeret. Hæc profecto statī in rebus ab eo gestis perspecta sunt. Marius longe obscuro gn̄e ortus patrem Marium matrem Fulciniam paupes hoīes atq; mechanicos hn̄s & qn̄q; in urbē proficiscens ex studiis urbanis degustauit. Reliquo tēpore in uilla ciuernate quæ erat ī agro arpinati uitā ab urbanis lautisq; uiuendi moribus alienam sed modestā & priscis uiuēdi institutis egit. Cum primū in Hispaniam militaret Scipione Aphricano Numantiā obsidente: & fortitudine cæteris adolescētibus præstaret: Scipionē eius præstātia minime latuit: q illū egregia forma uiꝝ apud se recepit: & corruptā ob delitias rei militaris disciplinā emendauit. Fertur Mariū cū bellicoso hoste manum conserētē illū ante ora īpatoris confecisse. Quaꝓpter alias dignitates sub Scipione consecutus est. Cum quandoq; post cœnam de imperatoribus sermo fieret: & quidam ex præsentibus siue serio siue ioco Scipionem interrogaret quem talem ducem post illum Ro. populus habiturus esset: Scipio leniter percusso Marii humero hunc inquit: hic præstanti uirtute erit. Nam magnam de se in adolescentia expectationem exhibet. ab ipsius enim cunabulis futuram auguramur uirtutem. Fertur hac Scipionis uoce tanquam diuino quodam oraculo Marium in magnā spem erectum in rempub. animum applicuisse: & tribunatum Cecilio Metello cuius in domo ipse a pueritia ac pater eius ministri fuerant magno studio & cura fauente sortitum fuisse. In tribunatu ut potentum uires in reddendis suffragiis ac in magistratibus designandis auferret: legem quandam de ambitione suffragiorum ferente: consul Cotta obuersans senatum persuasit ut contra legem certaret: & Mario ne legem diuulgaret edixit. Cum legem Marius ferret nec tanquam adolescens se haberet: a nemineque uirorum illustrium ad capescendam rempub. fauorem iniisset: Cottam a sententia sua desciscentem non tulit: Sed cum sibi magnum animum uendicaret: quem exinde res ab eo gestæ ostenderunt: minatus est Cottam in carcerem coniecturum: nisi in sententiam suam concederet. Cum ad Metellum confugeret Cotta & sententiam illius peteret: Metellus assurgens orationem pro mente consulis habuit. Marius cum emitteret lictorem iussit Metellum in carcerem detrudendum. Ille cum appellaret & prouocaret ad cæteros tribunos: neminem exorauit. senatus autem frequens decretum sua auctoritate firmauit. Marius multo splendore ad populum egrediens: cum neq; terrore neque reuerentia flectendus uideretur: & terribilis aduersus senatum insurgeret studeretq; auram atque fauorem populi consequi legem sanciuit. Verum aliud gubernandæ reip. genus aggressus statim hāc gloriam cōmutauit. Nam cum lex ferretur de diuisione frumenti ciuibus sese opponens utriq; legi pari potētia fortiter operam suam adhibuit: tanq̄ nemini præter æquitatem gratificaturus esset. Post tribunatum maiorē ædilitatē petiuit. Duo enī erant ordines ædiles: unus in quo ipsi ædiles in iure dicēdo sellis curuos pedes habētibus utebant̄: & hic nom̄ magistratus retīebat. Scđm ædilē popularē magistratū appellabāt.

Eodem die de utroq; magiſtratu eligendo ſuffragia habebant. Marius habita repulſa a maiori magiſtratu ſtatim aſſurgens alterum petiuit. Cū arrogantiæ ac cōtumaciæ crimē ſubiiſſe uideret: oēs ab animi ſui ſnīa deſciuerunt. Ita uno die qđ nulli alteri acciderat bis repulſam habuit. Hæc res non pax eius aī altitudinē fregit. Paulopoſt cū præturam peteret paululum abfuit qn repulſam habuiſſet. Cum aūt ultimus eſſet qui p ſuffragia mitteretur de ambitu q; ſuffragatores donis corruperat dānatus eſt. Huius rei cōiecturā ſuſpitionēq; maximam præbuit Caſius Sabaconus miniſter: q intra cancellos inter ſuffragia ferentes conſpectus eſt. Nam Sabacus familiaritate Marii plurimum utebatur. Accitus igitur a iudicibus inquit calore ſitiens aquā frigidā petiiſſe: & ad ſeruum poculū habētē ueniſſe: deinde ſtatim cum bibiſſet abiiſſe. Quare a cenſoribus poſtea e numero ſenatorum deiectus eſt. dignus quidem uidebat uel ꝓpter mendaciū uel propter intēperantiam dānari. Contra Marium Caius Herennius teſtis adductus inqt nō de more patrio eſſe patronum aduerſus clientes in teſtē adduci. Vex a lege pronos hac neceſſitudīe eē excluſos (Sic enī romani tutores appellabant) nam parētes Marii ipſūq; Marium Herenniorum familiæ clientes fuiſſe ferebatur. Dubitantibus iudicibus de hoc teſtimonio Marius contra Herennium inquit qñ primum īcōſulto clientē dixit non oīno uera oīone uſus ē. Non. n. oīs magiſtratus tutores excludit atq; familiares & genus abſoluit: ſed de ſella curuos pedes habētem lex lata eſt. Verūtam primis diebus cum minus ſecunde cā Marii ſuccederet & aduerſos iudices haberet: tādem exiſtētibus ſuffragiis paribus præter oīum opinionē iudicium euaſit. In prætura mediocres laudes cōſecutus eſt. Poſt prætura ulteriorem Hiſpaniam ſorte aſſecutum fert & eā prouinciā quæ prædandi aſſuetudine iam plena ferarum facta & in ſolitudinē redacta erat a prædonibus exterſam reddidiſſe: & tunc Iberos prædari non amplius honeſtum putauiſſe. Cum remp. tractaret neq; diuitias neq; eloquentiam quibus qui tunc primi in urbe erant populum ducebāt cōparauerat. Ipſam aūt aī altitudinē ingens eius ſtudium ac ſolicitudinē in rebus gerendis & deſteritatem morum ac affabilitatem ī prenſandis dextris intercōuerſandū cum plæbe: quæ in ſtudio quodam repoſita ciues arbitrarent: ad uires honorifice auxit. Quare clariſſimas nuptias ſibi cōparauit & Iuliam inſigni familia Cæſarum ortā in uxorem duxit: cuius Cæſar qui poſtea ſeditōe ciuili īter romanos potētia & auctoritate oīum lōge clariſſimus fuit ſororius nepos erat. Hic Mariū ut ī rebus ab eo geſtis ſcriptū ē ꝓpter familiaritatē adamauit. Tēpantiā tolerantiāq; fuiſſe ī Mario aſſerunt. Exēplū ē q; cum ex ābobus cruribus laboraret & plena uaricibus hēret ferretq; ægro aīo illax deformitatē medicū ſibi ad alterx cruriū accerſiuit: & haud ligatus ītermedēdū nec ſe mouit: nec ſuſpiria emiſit: ſed cū tacitus fixuſq; oculis ad iſpiciēdū ꝓſtaret: moras q̄ſdā dolorx īterinci dēdū ꝓferre nō formidauit. At medico alterx crus curare uolēti minime aſſēſū præbuit: dicēs iterx ſubire doloꝛē indignū arbitror. Poſtq̄ Cecilius Metellus aduerſus Iugurtham cōſul factus ē prætorē Mariū ī libyā legatū adduxit: eumq; ī maxīs rebus āpliſſimiſque bellis ſuſcepit honorē Metelli colore quēadmodū cæteri: & apđ illū rēp. agere noluit indignū putās ſub Metello legatōis officio fūgi. Vex ſub ipſo īportuniſſimo tpre & ī maxīo rerum ſpeculo oēm eius ꝓbitatē oſtētauit: & multa in ipſo bello diſcrimina ſubiens nullum ex magnis laboribus exhorruit: nullum ex paruis ſui īdignum exiſtimauit: ſed cum præſtantes uiros conſilio & prudētia excederet: & cum militibus ultra frugalitatem & dignitatem rationēq; rei familiaris ſuæ magnificētia certaret: multum ab illis beniuolentiæ ſibi cōparauit. Quoſlibet labores aggredi: onus ea cōmunicatione uoluntarium efficitur. Videtur enim uim atq; neceſſitatem auferri. Iocundiſſimum quidem romāis ſpectaculum erat imperatorē panem eundē ædere cum militibus: moſ omniū uel ī ſolo iacere uel pratis uel in obiiciendis aggeribus præſtādo opam ſuā una cōuiuari. Magis. n. admirāt duces ꝓiculis ac laboribus participātes q̄ pecuīas honoreſq; diſtribuētes: & maiori amore ī eum afficiunt q unum laborem inire uolunt q̄ in eos q corpore ſe dedunt. Cum Marius rem militarē hoc modo ageret & milites beniuolētia afficeret: repente nomen & gloria eius per Libyam Romāq; cucurrit. Nunciabāt. n. milites romanis per lras

nūq̄ finē habitura bella cōtra barbaros niſi. C. Mariū cōſulē crearēt. His rēbus uehemēter Metellus aī angebat̄: & præſertī eo q̄d in Turpilium actum eſt. hic. n. uſq; a parentibus hoſpes erat Metelli: & qñq; militās principatum & curā architector̄ gerebat: uacuamq; urbem maximā præſidio cuſtodiendā ſummēs nulla ī re ciues moleſtia affecerat. Sed cū putaret uſui fore ſibi manſuetudinē atq; humanitatē: eo inſcio ciues Iugurthæ urbē tradidere: Turpilium uero illeſū ſaluūq; dimiſere. Quare in Turpiliū ꝓditōis accuſatum Marius unus inter eos q̄ laturi de illo ſñiam erant crudeliter agens plurimos ex aliis irritabat: ut contra uoluntatē Metelli Turpilio mortē decernerent. Paulopoſt cū appareret Turpilium falſo accuſatū ab aliis una cum Metello Marii conatus grauiter ferebantur. Marius uero lætus cū ſolus inſtaret: nō erubuit dicere ſe malū hoſpitibus perniciosum Metello numē alitur̄: deinde aptas inter eos inimicicias exercebant. Ferē Mario præſenti Metellū tanq̄ īpetū factur̄ dixiſſe: tu nos īiuria afficis: o gñoſe romā traiicere paras & cōſulatum petere: nō ſatis tibi eſt ſi huius mei filii cōpetitor futurus ſis? Erat tūc filius Metello ualde adoleſcens. Sed Mario ut romā peteret ſtudente poſtq̄ Metellus magnā tp̄ris intercapedinē obiecit: cū iā duo & decē dies intereſſēt ad petendū cōſulatū ipſum dimiſit. Marius aūt celeribus itīeribus per triduū & unā noctē a caſtris ad mare ꝓfectus anteq̄ nauigaret rē diuinā pegit. Tunc uatē dixiſſe ferunt fortuna ſecūdas res magnitudine incredibiles oīq; ſpe meliores Mario præoñdet. His uerbis Marius lætitia affectus aī magnitudinē extollebat: & mare q̄tuor die⁹ curſu legens confeſtī a populo qui eius deſiderio tenebat̄ conſpectus eſt. & a quodā tribunor̄ plæbis ad populum ductus multis contra Metellum calumniis magiſtratū petiit. Conſul deſignatus inqt ſe uel moriturum uel uiuū Iugurthā capturum. Poſtq̄ oīonē ſplendidā habuit: ſtatī copias ad bellū parauit: & præter legem atq; conſuetudinē ſeruos & rei familiaris tenuitate laborantes quos ſuperiores īpatores renuerant conſcripſit: & armis eor̄ q minus idonei ad res magnas uidebantur: ſtrenuis hoībus traditis precium illis pro cuiuſlibet ſentētia depoſuit. Hæc ſane ad multā calūniā Mario fuere. Audacia uerba quæ ſuperbe contumelioſeq; a Mario effundebantur: optimates triſticia afficiebant. Nā exclamabat Marius mollicie nobilium diuitūq; rapere cōſulatū: ſeq; propriis uulneribus non monumētis mortuor̄ neq; alienis imaginibus gloriaturum. & cū Albinum & Beſtiā uiros ex claris familiis ortos ſed eoſdem ībelles & ꝓpter īperitiam errantes qui in libya infœliciter dimicauerant appellaſſet: inquit adſtātibus: num arbitrarentur Albini & Beſtiæ progenitores optauiſſe ſe inſanos ignauoſq; nepotes potius q̄ ſe reliquiſſe? cenſendum illos nō propter generis claritatem: ſed propter uirtutem & egregia facinora gloriam conſecutos fuiſſe. Hæc nō temere neq; petulanter a Mario dicta ſunt: neq; fruſtra inimicitias contra pontentiores exercere uolebat. At populus qui ſenatus iniuria lætabatur inſolentia uerborum Marii animi magnitudinem mentiens Marium laudibus extollebat: irritabatque ne uera loqui contra ſenatum deſineret: & plæbi gratā q̄ ageret: Poſt in libyam traiecit: Metellus inuidia uictus & animi æger q̄ iam ipſius opera confecto bello ſpoliatoq; omnium rer̄ Iugurtha niſi corpore: Marius coronam & triumphum ſuſcepturus ueniret: & his quæ contra eum geſſerat exacerbatus: illum ad ſe concedere nō expectauit: ſed diſcedens Rutilio eius legato qui exercitum Mario traderet negocium dedit. At in fine rerum ultio quædam exorta eſt contra Marium. Nam Scylla gloriam ſecundarum rērum Marii quēadmodum Marius gloriam Metelli intercepit. Verum hoc quo pacto contigiſſet paucis memorabo: quoniam in rebus geſtis Scyllæ ea præcipue ſcripta ſunt quæ aduerſus ſīgulos homines egerat. Bochus qui ſuperioribus barbaris imperabat Iugurthæ filiam ſuam in matrimonium collocarat. Qui cum bellum gereret pertimeſcens ne Iugurthæ imperium excreſceret illi non multum præſidii præſtabat: ſed ſuam perfidiam diſſimulabat. Poſtquam Iugurtha errando fugiendoque tandem omnes ſpes ſuas in Bocho coniecerat & ad illum ſupplex confugerat: Bochus pudore potiuſquam beniuolentia Iugurtham apud ſe recepit atque coactum tenuit: & ad Marium aperte audaces & intrepidas litteras pro illo tranſmittebat: ſed ei clam inſidias tendens Lucium Scyllā

Marii quæſtorem: qui in eo bello multa utilitatis officia ſibi contulerat ad ſe acceſſebat. Poſtq̃ uero Scylla ad Bochũ acceſſit mutata ſñia huius cõſilii pœnitẽtia barbaꝝ cæpit: & p multos dies huc atq; illuc aĩm uertens cõſilia agitabat utrũ Iugurthã Scyllæ traderet: an Scyllã retineret: tandẽ ĩ mitiorẽ ꝓditionẽ declinauit aĩm: & Iugurthã ĩ manibus Scyllæ uiuũ tradidit. Hĩc graues illæ & nefariæ ſeditiones quæ fere romã funditus euerterunt primordia habuere. Nã multi q cõtra Mariũ pp ĩuidiã ſentiebãt Scyllæ opa captũ eſſe Iugurthã prædicabãt. Scylla quidẽ obſignatas a Bocho litteras in quibus cauebatur Iugurtham ſibi a Bocho traditum habens his ſemper cauſam ſuam defendebat: contraq; Marium ambitioſum hominem & durum ĩ odiis exercendis q neminẽ ſibi ſociũ in gloria patiebaꝫ decertabat. Inimici quidẽ Marii q primas maxĩaſq; belli laudes Metello ãt ſecundas & ultĩas Scyllæ tribuebant ĩ illũ uehemẽter agebãt. Itaq; populus q in primis Marii partibus fauebat ꝓculſus terrore Mariũ deſerebat. Veꝝ ſubiti ĩopĩatiq; ab occidente rumores q iã oẽm Italiam ꝓgrauerant hãc inuidiã & odia calũniaſq; Marii ꝓpulſaueꝛ. In primis cũ copia optimi ĩpatoris deeſſet: agitabaꝫ cogitatõe ciuitas quẽ cõſulẽ diceret: qui tantã illã belli tẽpeſtatẽ ꝓfligare poſſet: cum nemo ex illis qui diuitiis ĩſignes erãt neq; ex illis q claro gñe originẽ traxerãt: comitia cõſularia adire uellet. Itaq; Mariũ abñtẽ futuꝝ cõſulẽ prædicabãt. Sed cũ nup nunciatũ eſſet Iugurthã captũ: adeo fama ingens exorta ẽ de robore & multitudĩe Theutonoꝝ atq; Cĩbroꝝ: ut fidẽ nullã romani ĩ prĩcipio præſtitiſſent. Paulopoſt rumores ſubtimidiores ueritate oriunꝫ. Nã fere baꝫ hoĩum arma ferẽtiũ. xxx. myriadas e domo diſceſſiſſe: Turbã uero uiroꝝ ac mulieꝝ quæ ſedẽ atq; urbes q̃reret ĩ quibus hĩtare poſſẽt multo ãpliorẽ eſſe. Quẽadmodũ antea audierãt Tyrrhenũ optimã Italiæ regionẽ ĩ tus ditionẽq; ſuã dirigere atq; diripe. Illi qdẽ ex eo ꝙ agrũ ſuũ nunq̃ exierãt & remotiſſĩa regiõe deceſſerãt: uñ uenirẽt quiue eẽnt non cognoſcebãt: qui tanq̃ nubes ĩ Gallĩã Italiãq; irrupant: Sed romani ex eo arbitrabaꝫ populos germanicos eſſe ex his qui ad Boreũ Oceanum ſedẽ hẽrẽt: ꝙ hoĩes magno corpe horrẽdiſq; oculis eſſẽt: & ꝙ apud germanos Cĩbri prædones appellarenꝫ. Quidã ferunt Celticã terrã pp magnitudinẽ regiõis ab extremo mari a ſeptẽtrionalibus climatibus ad orientẽ uerſus Meotĩ fluuium cõuerſã Põthicã Scythiã attingere: & hĩc gẽtium cõmixtionẽ factã eſſe. Hi ſedes ſuas relinquẽtes quolibet ãno ueris tpre eos qui antea diſceſſerant petẽtes aſſequẽteſq; bellãdo ad multa tpra ad ĩcõtinens & ſtabile ſolum cõtẽdunt. Quapropter ſigillatim multa noĩa exercitus hñtes Celtoſcythæ commune nomẽ poſtq̃ conuenere appellantꝫ. A quibuſdam traditum eſt cimmerios primum a priſcis græcis cognitos non magnam totius fuiſſe particulam: & hos fugam uel ſeditionẽ quãdam ſubſcythis facientes ĩ Aſiã a Meoti flumine Lydamo duce traieciſſe. At plurimi ipſorum & illi qui in armis præſtantiores erant ad ultimos populos qui ſunt ad mare extremum cõceſſerunt. Hæc regio opaca & ſiluoſa eſt & propter altitudinem ac ſpiſſitatem arborum ſole oĩno carens. Hinc uſq; intra Herciniorum terram diſcurſum fecere & cælum attigere: apud quod Polus impetum ſuſcipiens propter inclinationem cælorum qui una inclinatur: uidetur ab inſtanti ſigno quod in uertice docendaꝝ habitationum gratia poſitũ eſt paululum abeſſe. Dies breuitate & longitudine pares cum noctibus exiſtentes tẽpora diſtribuunt. Quare ad ſcribendas fabulas copia de funerabilibus Homero fuit. Hĩc hi barbari ad Italiam conceſſere. Antea enim cimmerii tunc autem cimbri ſed non a regreſſu appellabantur. Verum hæc coniectura magiſq̃ certa rõe in hiſtoriis traduntur. A multis ſcriptum eſt plures potiuſq̃ pauciores eo quod diximus fuiſſe. Qui animo & audacia præſtantiſſimi & manuum uirtute ac celeritate & impetu egregii ĩ bello fulguri ſimiles uidebantur. Itaq; ipſorum impetum nemo ſuſtinere poterat. Sed quicunq; illis ecõtra occurrebant ducti ut præda necabantur. Nam multi magnique exercitus romani ac duces qui ultra Galliæ alpes copias eduxerant turpiter uicti fuerant. Illi a quibus male pugnatum eſt circa romam copias ſparſere. Nam debellatis illis quibus obuiauerant ſublatiſque multis rebus quæ ad uſum militiæ eſſent ſtatuerunt. nec ubi ſedem ponere priuſquam Romam euerterent: Atque Italiam prædando diriperent.

Hæc cum romāis denunciata essent: Mariū multis hortatoībus ad cōsulatū accersērūt: consulēq; secundo designauerūt. Et q̄q̄ pp absentiā lex eū excluderet: & tēpus ut iterꝫ as summi ad magistratū posset: nōdū īpleret: populus inuitis oībus q ab eius sentētia desciuerant: Mariū adīr magistratū uoluit. Putabat. n. tunc leges nō plures eē q̄ ātea neq; præsentē cām absurdiorē esse ea ꝓpter quā Scipionē cōtra legē romani cōsulē fecere: nō timtes agrum eorum uastari sed cupiētes Carthaginēsium rgionē ferro igniq; depopulari. Cū sic sancitū esset Marius ex libya accitus & cū exercitu in Italiam delatus. KI. Ianuariis quibus apud romanos principia anni īchoāt cōsulatū iniit: & triumphū egit īspatum spectaculum romanis Iugurtham captiuū oñdēs. Quo uiuēte adeo uarius atq; callidus hō adeo fortunæ mutatōes ferre sciebat: & tantā ī se uersutiā tātāq; aī magnitudinē hēbat: ut nemo crederet romanos illū supare & ī potestatē suam redigere posse. sed licet dicere. Cū ī triumpho & pōpa ducerēt (ut ferunt) tunc aī constantiā rtinuit. Cui post triumphū ī carcerē cōiciiēdo qdā uestimētū uiolenter lacerauerunt: qdā uero dū ornamētum aureū ui auferr certarēt unā ptē auris dilaniāt. Detrusus autē nudus ī baratrum cōspectum est molestia affectū esse īqens o Hercules q̄ frigidum est nrm balneum. Sed hūc sex dies colluctatē cum fame & usq; ad ultimā horā ī spe cōstitutum desiderio uitæ cōdigna pœna suis crudelitatibus cōfecit. In triumpho auri. vii. milia & tria pōdo delata fuisse fert. Argēti āt non signati. v. milia septīgēta. lxxxv. pōdo nūmismatū uero drachmas. vii. milia &. xxviii. myriadas extitisse. Post pōpā Marius senatū ī capitoliū cōuocauit. & siue ignorātia q; eum mos patrius fugeret: siue q; fortuito sic faceret: agrestior ī triumphali apparatu fuit. Sentiens autē senatū ægro aīo illud ferr statī assurgēs suscepta purpura ad cōcionē rediit. In militia āt rite exercitū cursu & uariis lōgisq; itīeribus exercuit. Ipse quoq; eadē ferebat agebatq; ꝓ ipsa dieta. Quare post hæc cū labores & iussa īperatoris milites libenter aggrederentur: Muli mariani uocabant. Sed qdā huius appellatōis aliā fuisse cām ferunt. Cū. n. Scipio eo tpre quo Numantiā obsederat uellet nō solum arma & equos sed ēt mulos & currus militibus tradere: ut oīa & exercitata & parata hērēt: Marium dixisse ferunt pulcherrimum equum ac mulū ab eo nutritum q bona ualitudine ac mansuetudine roboreq; plurimum aliis præstatet se hre. Hæc sentiente īperatore multotiensq; dicta referente: milites aliquē laudare uolentes q assiduos labores ferret atq; aggrederet mulū mariannm illum uocitabant. Sed uidet bonā fortunā magnope Mario aspirasse. Nā barbaris tanq̄ reflexum aliquē īpetum faciētibus & prius in Iberiam ruentibus: Mario tēpus ad milites exercendos aīosq; ad audaciā cōfirmandos datū est. Quod autem maximum ē q̄litatem aī sui militibus oñdit. In prīcipio grauitas eius atq; seueritas ī puniendo neq; errare neq; īobedientes esse milites assuefecit: & una cum iustitia salus apparuit. Aī uehemtiam atq; uocis aspritatem & acritatem uultus q̄ paulatī Marius effīgebat milites nō sibi sed hostibus ad terrorem fore aīo īduxer. At magnope militibus placuit æqtas illius ī iudicādo de q̄ illud exemplum legit. Caius lucius eius ex soror nepos cōstitutus ī ordīe prīcipatus sub eo militabat: q ad alia uir haud īprobus uidebat. Hic pulchritudine captus adolescentulum quendam noīe Trebonium sub eo merentē adamabat: cuius aīm cum multotiens tētauisset neq; eo potiri posset: tandem noctu misso mīstro Treboniū ad se accersiuit. Adolescens accitus cum nō liceret nō parere iussis sui ducis Caiū adiit q ītra tētorium ad eum ductus illum uiolētiā afferr conātē strícto gladio īterfecit. Hæc Mario abñte facta sunt. cum rediisset iudicii diē Treboīo dixit. Postq̄ aīaduertit Trebonius a multis se accusari: neminē āt cām suā ager ipse audacter assurgens rem oēm exposuit testīoniaq; habuit quibus afferebat se multotiens lusu uoluntati obstitisse: & cum magna dedisset nullo mō sui corpis copiā præstitisse. Admiratōe captus Marius iussit ꝓ uirtutis remuneratōe coronam prīam afferri: Ipse illa susceptā Trebonium coronauit: tanq̄ ī tpre pulcherrīs exēplis īdigente pulchrū facinus pegisset. Hoc romæ denunciatū pmultū aīos ciuiū ad cōseq̄ndū tertiū cōsulatū cōmouit: & cum barbaros uerno tpre futuros expectarēt: nolebat romani p ullum alium impatorem q̄ per Marium contra illos dimicare. At non ita celeriter ut opinio ferebat barbari

Romā petiere:: ſed itex tēpus cōſulatus Mario ceſſit. Cū iā comitia cōſularia īſtarēt: & eius collega diē ſuū obiiſſet: relīquēs ī caſtris Mālīū Acilium ipſe romā cōtēdit. Multis bonis uiris cōſulatū petētibus. L. Saturninus q magnus ī populo prīcēps erat: & quem Marius uenerabat: p Mario ad cōſulatū elegēdo oronē habuit. Cū Marius fugēdox laborx gra magiſtratū recuſaret tāq nō īdigeret: pditorē patriæ Mariū dixit: q ī tāto rex p iculo īpiū retineret. Sed nō latebat audiētes Saturninū haud pſuaſū ficta ad Mariū p loq. Vex cum populus ro. pſpiceret ea tpra Marii fortitudine & fortuna egere: illi q̄rtū cōſulatū demādauit: Catulūq; Lucariū uix ī honore apud optīates hītū & multitudini nō inuiſū collegā tradidit. Matius audiēs iā hoſtes appropīquare cōfeſtī alpes traiecit: munitis caſtris apud rhodanū fluuiū eax rex q̄ eſſēt ad uictū atq; uſum militarē neceſ ſariæ magnā copiā cōportari iuſſit: ut nunq̄ præter utilitatis rōem pp īdigētiā rex neceſ ſariax cogeret ī aciē deſcēdere: itinera qbus cōmeatus cōportarēt q̄ ante exercitui ad ma re perlōga erāt operā dedit ut facilia atq; expedita eſſēt. Oſtia rhodāi propter maris īpe dimtum ſuſcipiētia multā cōgeriē & aceruos harenæ cum īgēti cœno: ut cum mīori diffi cultate breuioriq; nauigatōe frumta cōportarēt: idonea nauibus legendis reddidit. Nam huc cum ocioſo exercitu diuertens foſſā latā profundāq; qua naues labi poſſent effodit & magnā aq̄x copiā ad ripā maris hac deduxit. Oſtia foſſæ lenes qetaſq; aq̄s in mare fū debant. Hæc quidē ab illis adhuc denoīatōem retinēt. Cimbri bipartitis barbaris per no ricos ſupra ad catulū ut itinera illa per uim occuparēt pficiſci ſtatuerūt. Theutones aūt & ābrones ſtatī ſeſe expediētes traiicienteſq; regionē q̄ ī medio erat multitudine infiniti & facie deformes: uoce uero & plauſu oībus diſſimiles apparuerunt. Cum planicīē oēm circundaſſēt caſtraq; poſuiſſent: Marium in dimicatōem prouocabāt. Marius quidē il lis neglectis milites in ualle collegit: audēteſq; acriter redarguit: & irruere atq; manus cō ſere uolentes patriæ proditores appellauit. Nā inqt nō pro uictoria aut triumpho certā dum eſſe: ſed ut tāta belli nebula tātoq; fulgure propulſato italiā ſeruarēt. Ad duces & ad eos q ī magiſtratu erāt priuatī hūc ſermonē habuit. Cum milites ſupra uallum quo dā in loco duxiſſet iuſſit hoſtes intueri ut formā illox tolerare & uocē lōge ferinā & a la tinox lingua abhorrentē perferī aſſueſcerent atq; apparatus īceſſuſq; perdiſcerēt. Quo aſpectu ea quæ horrenda uidebant domeſtica eſſe ī aīo īduxerunt. Putabat. n. nouitatē multax rex quæ nō cōtīgit falſū hōibus terrorē afferre. Aſſuetudinē autē eorum q nata horrenda ſunt timorē abiicere: Horum itaq; quotidianus aſpectus nedū q aliqd trepi datōis auferret uerūēt ad barbarorum minas ac ſuperba & ītolerada uerba aīos militū irritauit: atq; inflāmauit: q ad uallum currebant & ingenti cum petulātia atq; audacia irruebāt. Quare uoces & queſtus militum cōtra Marium in hæc uerba efferebāt: Qua noſtra ignauia Marius nos a cōſerendis cum hoſte manibus tāq mulieres ſub cuſtodia ianittoris clauſas prohibet. Ea poſtq̄ nos q libertate fruimur īiuria afficit: īterrogemus: an alios expectet q pro libertate prælium aggrediantur. Verum tāq operariis ī foſſis fo diēdis ac mundādo cœno diuertēdiſq; flumībus nra opera utit. Ad hæc ut apparet mul tis laboribus nos exercuit: & huiſmodi operibus ſeſe in conſulatu ciuibus oſtētās calami tatem Carbonis atq; Scipionis quos hoſtes deuicerant perhorreeſcit. Qui & gloria & uir tute a Mario lōge ſuperabāt: lōgeq; deteriores copias ſecū duxerāt. Sed dummō ī dimi catōem deſcēderet pulchrius eſſet rē male agere q̄ ſedendo pati añ ora ſociorū agros igni & ferro uaſtari. Hæc Marius cū audiret lætabat: & tāq eorum ſermonē paruifaceret illos perſuadendo placabat. At rñſū differēs uictoriæ tēpus locūq; meditabat. Nā mulierem q̄ndā uatē noīe Martā quā uaticīari aiebāt in lectica ſtantē honorifice circunduxit: & ſa crificia ea iubente celebrauit. Hanc antea ſenatus q hæc obſeruare & futura prædicer uo lebat libertate dōauit. Poſtq̄ ad mulieres egreſſa ē & facē ligauit ac maxīe eā quā Marius hēbat aſſedēs iuxta pedes gladiatorum ex cōtīgēti futurā uictoriā prædixit: remiſſaq; ad mariū magnā admiratōem præbuit: & multa ī lectica ītulit. Cū ſacrificia adiret duplici purpura īduta haſtā uitī atq; coroīs ligatā ferebat. Hāc rē mītis ābagib⁹ Mari⁹ cōpoſuit ſiue q ſerio rē diuinā faceret: ſiue q figere mulierē oñdit. Vex illd qd ap d gypos accidit

Alexãdro Mynidio referẽte in hiſtoria admiratõe dignũ ẽ. Nã duo hoĩes ſe ſubſequẽtes q̃ collũ ferreis monilibus ornatũ hẽbãt circa caſtra ãte dimicatõem apparuerũt. Cũ milites illos circũſpicerẽt abieſſ deĩde itez uiſi milites ſalutabãt & diſcedẽtes tãq̃ bõa aliqua fortuna inſtaret lætabãt. Sed cũ ꝓdigia multa cõtigiſſent alia quidẽ uulgaria fuerũt. At ex Ameria & ex Tuderto italiæ urbibus renũciatũ ẽ noctu ꝑ cælũ haſtas ardẽtes & ſcuta ĩ prĩcipio errãtia uiſa fuiſſe: deiñ adinuicẽ irruẽtia more hoĩum pugnãtiũ acies ĩpetuſq; faciebãt. Tãdẽ ut unã ĩ ptẽ ĩpetũ fecere: & ex altera acies ĩclinata ẽ oĩa ĩ terrã cecidere. Per ea tpr̃a adueniẽs Barthabaces magnæ mr̃is ſacerdos nunciauit deã ĩ tẽplo ad ſe locutã uictoriã belli prædixiſſe. Senatu ſedẽte ut tẽplũ triũphãs deæ decerneret Bathabacẽ ad populũ ueniẽtẽ & de hac re dicere uolẽtẽ Aulus Põpeius. tr. populi ꝓhibuit: illũq; ſuperbe appellãs petulãter ex ipſo pulpito expulit. Hoc maximã fidẽ oꝛoi hoĩs præſtitit q̃ diſſoluta cõcione Aulus domũ haud redire potuit: & adeo uehemẽs febris eũ occupauit ut oĩbus apperet ĩtra ſeptimũ diẽ ꝓp diuulgatum facinus diẽ ſuũ obituꝝ. Theutones Marii caſtra occupaꝝ aggreſſi cũ ĩ multa tela e uallo iacta ĩcidiſſẽt: & quoſdã eoꝝ amiſiſſẽt: ſtatuerunt ulterius ꝓcedere: uti alpes ĩtrepide trãſcẽderẽt. Itaq; ĩſtructi caſtra romanorum præteriere. Tunc ꝓfecto lõgitudĩe ordĩs incedẽtiũ & tpr̃is ĩgenrẽ hoĩum uĩ eſſe apparuerunt. Ferꝺ ꝑ ſex totos dies iuxta uallũ Marii trãſeuntes ꝑ riſũ romãos ĩterrogaſſe: Si qd ĩ mãdatis eoꝝ noĩe ad uxores daꝝ uellẽt. Ipſos. n. cõfeſtĩ ad illas futuros eẽ. Poſtq̃ barbari uallũ ptrãſieſt tumultuario bello illos Marius ĩſecutus ẽ. Nã ꝓpe ſẽꝑ poſitis caſtris ĩ trepide contra eos irruebat: & loca difficilia ut tutus ꝓnoctaret uallo munibat. Sic ꝓgredientibus barbaris & ad aquas q̃ ſextiles nũcupãt uñ nõ multũ uiæ ad alpes ĩtererat ꝓuenientibus Marius hic cũ hoſte manus cõſerere ſtatuit: & locũ caſtris munitiſſimũ aqua uero haud abundãtẽ occupauit. Volebat ut ferꝺ hac re milites ad cõſerẽdas cũ hoſte manus proniores reddere. Multis hoc moleſte fetẽtibus dicẽtibuſq; ſiti laborare oñdẽs Marius mãu fluuium quẽdã q̃ iuxta barbaroꝝ caſtra defluebat ĩq̃ illĩc potum ſãguine emẽdum. Illi cur igiꝺ nõ ꝓpe cõtra illos irruimus dũ hoc aĩo ſumus ĩ Mariũ clamabãt. Marius uoce ſũmiſſa primũ ĩq̃ caſtra munitiora hẽmus. Milites & ſi moleſte id ferrẽt tamẽ Mario aſſẽſere. Sed turba mĩſtrũ aq̃ deſiderio collecta ad fluuium ueniẽs partĩ bipẽnes partĩ ſecures ptĩ gladios & pila una cum hydriis mãus armauerat tãq̃ niſi ferro & marte aquas rapẽ nõ poſſẽt. Cũ his ĩ prĩcipio pauci hoſtiũ prælium cõmiſerãt. Nã lauãdi gr̃a multi barbaroꝝ ex fortibus uiris ad balnea illĩc uicina conceſſerant. Multos præterea lætos feſtoſq; dies agentes uoluptate & admiratiõe locorum captos romani cæperunt: ſed ad clamorẽ plurimi concurrerunt. Mario difficile erat milites ſeruos timẽtes coercere: hoſtes bellicoſiores a quibus romani cũ Mãlio & Scipione ãte uicti ſunt ambrones appellabantur: hi ſoli multitudine ſupra triginta milia erãt: qui ſacietate uentris graues facti & incontinentes ac ſuperbi ꝓuocati ad arma capienda concurrebãt. Sed neq; temerariis neq; furioſis curſibus ferebantur: neq; cum ĩarticulo clamore gradiebantur. Verum arma rhythimo & conſonantia quadã pulſantes atq; una oẽs gradientes ſuam ꝓpriã appellationem ſæpe appellabant ambrones: ſiue ut ſemetipſos conuocarent: ſiue ut hoſtibus aperta & nota appellatione terrorem iniicerent. Lygures primi italorum ad ipſos uenientes poſtq̃ conuenerunt & illos clamantes audiuere: ipſi ecõtra patria ãppellatõe utebantur. Nam ſe ipſos gentili appellatione uocabant lygures. Itaq; adinuicẽ & crebrius priuſq̃ in dimicationem uenirent ſuam uocem pariter conclamabant. Quare utrinque ſuos imperatoribus appellantibus & de uocis magnitudine adinuicem certantibus: clamor animos militum irritauit: atq; prouocauit. Sed caſtra ambronum a caſtris romanorum fluuius quidam interfluens diuidebat. Itaq; illi ad miſcenda prælia haud flumẽ tranarant. Lyguribus uero pleno gradu ad primos repente irruentibus iam uictoria in manibus hoſtium erat. Romani lyguribus ſubſidia ferentes deſuperque in barbaros impetum facientes in fugam hoſtes uertunt: & multi circa fluuium detruſi adinuicem que ſauciati flumen cæde & cadaueribus oppleuerunt. Eos qui proceſſerant non audentes ſeſe conuertere uſque ad currus atque caſtra fugientes Romani interfecere.

Hic mulieres gladiis & ſecuribus obuiã euntes horrendeq; ĩclamantes bellantibus ſe im miſcebant:& fugientes atq; ĩſequẽtes ulciſcebantur. In hos quidẽ ut proditores excla mabãt. in illos aũt ut h. tes irruebant. Quæ cũ inuicto aĩo eſſẽt uulnera cædeſq; in cor pore uſq; ad mortẽ tolerãtes nudis manibus gladios atq; clypeos romanis eripiebant. Hoc certamẽ quod præter fluuium patratũ eſt: fert fortuito potiuſq; ĩperatoris conſilio cõfectum fuiſſe. Poſt ubi romani ãbrones multa ſtrage oppreſſerãt: & Marius receptui canere iuſſit: iã facta nocte nõ hac tanta uictoria potatõe & pæanis carminibus circa ten toria & intercœnandũ ſalibus atq; ſõno q aliaꝝ uoluptatũ hõibus ſuauiſſimus eſt noc tẽ egere. Quiĩmo præſertĩ eã nocte turbulentã atq; timendã putaueĩ. Nã caſtra nec foſ ſa nec uallo ſepiuerant:& multæ barbaroꝝ Myriades inuictæ ſupererant. Ambrones q aufugerant noctu gemitus ingentes emittebant: q neq; clamoribus neq; gemitibus hu manis ſimiles erãt: ſed frendentis beſtiæ quæ in plagas incidiſſet. Stridor flebilibus mi nis commixtus ex tanta multitudine uidebatur:& undiq; per mõtes ac ſpeluncas plani cieſq; horrẽdũ æquor reſonabat. Quapropter cum terrore ingenti Marius timore roma ni perculſi eſſent expectarentq; nocturnũ ac cæterum hoſtium impetum præter eorum opinionẽ res cecidit:& nec noctu nec poſtera die quicq̃ ĩpetus barbari faciẽtes acies in or dinem redactas tenuere. Interea Marius ad quaſdã cõcauitates circumliuas quæ ſupra capita barbaroꝝ ĩminebant & ad ualles arboꝝ denſitate umbroſas Claudium Marcellũ in ĩſidiis conſidere cum tribus milibus militum ire iubet: ĩperatq; ut clã a tergo pugnan tibus ſeſe oſtẽtet. Alios uero cibo & ſõno curatis corporibus poſtq̃ dies illuxit ante uallũ in aciẽ reduxit:& equites in planiciẽ præmiſit. Theutones uiſis hoſtibus haud expecta uere romanos in planiciẽ deſcendere & ex æquo prælium miſcere: Sed repente ac per irã ſumptis armis ĩ tumulum irruunt. Marius circumq̃q; præmittendos duces fortitudinẽ atq; conſtantiam uendicare hortatur. Qui cum ꝑpius accederent primo iacula torqueĩ: deinde gladios ſtringere & ſcuta ſcutis pulſare. Sed cum in locis aſpis atq; iniquis illi eſ ſent interpugnandũ pulſationes & ſcutoꝝ colliſiones tonum atq; robur ꝑpter locorum iniqtatẽ conuerſione atq; agitatõe corporum hĩe nõ poterant. Hæc primo ĩcipientẽ oẽs ſubſequebanť: Nemo quidem male corpus exercebat & oẽs multa cum audacia prælia bantur. Vt igr romani uiderunt deſuper in hoſtes ĩpetum fieri paululum morati in pla niciẽ ceſſere:& iã primis ĩ acie ſtantibus ſcutorum colliſio & clamor naſcit in eos q poſt terga irruebant. Nam poſtq̃ rõ agendæ rei & tempora conuenerant: Macellus facto cla more ſupra in tumulo curſu atq; ĩpetu a tergo in hoſtes prorumpit ultimoſq; proſter nit atq; trucidat. Itaq; copiæ hoſtium duabus ex partibus turbatæ paſſim funduntur at q; fugantur. Nã utrĩq; perculſi barbari non diu uim impetumq; ferre potuerunt. Verũ derelicto acierum ordine uertunť in fugã. Quare capti uiui atq; trucidati ex barbaris ul tra decẽ Myriadas. Tẽtoria & currus cæteraq; uſui militari opportuna nequid ſubtercip etur: Mario tradenda ſancitum fuit. Putabant enĩ romani ꝑpter periculi magnitudinẽ hac tã luculenta largitõe nihil in re ipſa militari hĩe quod Mario dignius eſſet. Quidã uero de ſpoliorum largitõe & occiſorum numero in uarias diſtrahunť ſentẽtias. Ferunt maſſilitas aceruis oſſium auxiſſe uineas. nã terra in qua cadauera diffuſa iacebant adue nientibus ĩbribus ita pinguedine oppleta eſt corruptõe cadauerum: quæ terrã ipſã ſubie rat: ut ĩcredibilẽ fructuum copiã coloni ex agris extulerint. Quod Archilocus dicẽs hac huiuſmodi re agros pinguefactos eſſe affirmare uidetur. Illud autẽ ueritatis imaginem hĩe arbitramur tempore belli inuſitatos ĩbres cælo defluxiſſe: ſiue deo quodã purgante ac diluente terram puris & a cælo fluentibus aquis: ſiue q; cæde hoĩum atq; putrefactio ne euaporatio humida ac groſa exalauerit: quæ aerẽ mutabilem facile ex paruo prĩcipio multum cõdẽſauerit. Poſt dimicationẽ Marius armorum atq; ſpoliorum quæ deuictis barbaris detraxerat delectum habuit:& pulchriora atq; magnificẽtiora ad triumphum atq; ſpectaculum præparauit. Aliis rebus in pyra quadã ingenti collectis rem diuinã fe cit. circumſtante in armis coronato exercitu: ipſe præcinctus ut mos erat & purpura ĩdu tus cum facem ardẽtem ſumpſiſſet:& utriſq; manibus ad cælum extuliſſet: illam ĩ pyra

submisit. Milites eq̄s calcaribus actis & celeri cursu Marium petebant & silentibus cunctis summis uiribus om̄s accelerabant. Postq̄ ꝓpius accesserant equo desilientes dextram Marii dextræ suæ iungebant & qntum consulatum se sortiturum prædicantes de hac re post lr̄as Romā mittebant. Magno gaudio militibus itaq; exultātibus & plausū percussis armis facientibus corona laurea rursus Marium coronantibus: Marius exusta pyra sacrificia peregit: & rem diuinā transegit. Verum fortuna quædam uel inuidia uel natura reꝝ humanaꝝ nullā magnarum fœlicitatē molestiæ expertē euenire sinit. Quæ uaria ac īstabilis uitā humanā nunc secundis rebus: nunc aduersis permiscet. Mario enim post paucos dies de Catulo eius collega renunciatum est: tāq̄ in lucido ac sereno aere orta nebula alium timorem atq; tēpestatē romāis īminere. Nā Catulus qui cōtra cimbros copias ductauerat desperauerat illos ab alpium trāsitu arcere posse: Qm̄ si cōtra multos exercitus diuidēdus esset formidabat ne ꝓpter ībecilitatē atq; tenuitatē copiarum supa ret. Qui cum statim in Italiā ad fluuium athisonē descendisset ibiq; cōsedisset: utrinq; ea loca qbus aditus esset uallo muniuit atq; fossa obstruit: ut his q essent ultra flumen auxilia mittere posset: si barbari ꝓpter meatus angustiā ī propugnacula impetum īferre molirent. His tāta īerat despicentia hostium atq; audacia: ut potius robur atq; aī elationem ostentarent q̄ id qđ in usum ac necessitatē ueniret efficerēt. Nā nudi ꝑ niues altissimas atq; glacies alpium iuga conscenderent. Vt uero summa montium occupauerant lata scuta corporibus supponentes: quæ lapsus ueloces ingentesq; habebāt ꝑ præruptos atq; præcipites locos ī descensu ferebant. Postq̄ ꝓpe flumen castra posuere ut ꝑ aquas tranarent operā inceptabāt: & tumulos qui iuxta aderant scindentes tanq̄ gigantes cæsas trabes atq; montum præcipitia & terræ aggeres atq; coniugatas scalas ī fluuiū cōportabant: qui fluxū aq̄ꝝ frangentes pontem q̄ssabant uastis roboribus quæ ad fluuium traxerant. Multi ex militibus romanoꝝ terrefacti maioribus derelictis castris secesse re. Hic Catulus (ut īpatorē optimū decet qui gloriā suā in ciuiū pectoribus collocauerit) uirtutem aī sui ostentauit. Nā postq̄ fortitudinē persuader̄ militibus nō potuit: prospexitq; magno terrore castra moueri: iubens aquilā ac signa attolli ad primos cursu contēdit: & primus exercitū duxit. Volebat. n. sibi & nō patriæ turpitudinē assignari: uideriq; romanos nō fugā capere: ueꝝ secedentem ducem consequi. Barbari traiecto athisone ꝓpugnaculū romanoꝝ occupauere & romanos ibi existētes uiros fortes ac ꝓ patria digna pericula aggressos admirantes seruauere: atq; cū fide & syngrapho barbarico ubi æreus taurus inerat dimisere. hunc raptum post dimicationē tanq̄ insignia uictoriæ in domū Catuli delatum fuisse tradunt. Regionem nullis præsidiis munitā late ac passim barbari populabantur. Interea per litteras accitus Marius Romā profectus arbitrantibus cūctis ipsum actuꝝ esse triumphum decernente senatu haud triūphare uoluit: siue ꝙ milites aut socios uictoriæ ea gloria priuare nollet: siue ut ad præsētia multitudinē audaciorē faceret ut deposita gloria primaꝝ reꝝ bene gestarū ꝓpter īminentes casus reip. secundis rebus bene gestis clariorem triumphū redderet. Postq̄ disseruit atq; ꝑ tēpor̄ or̄onē habuit ad Catulū ꝓfectus illūq; exhortationibus multis ꝓsecutus milites eius ex Gallia accersiuit. Deinde rhodanū traiectus barbaros ab Italia arcere ꝓ uiribus nitebat. Ex hostibus q erant ea sentētia ut dicerēt expectādos esse theutones: & qui admirabantur ꝙ morā traherent prælium differebant: siue ꝙ certe ignorarent illoū perniciē: siue ꝙ fingerēt. Nā renunciantes graui pœna ab illis afficiebātur. Itaq; legati ad Mariū ex cimbris missi a Mario postulabant ut regionē atq; sufficientes ad habitandū urbes ipsis ac fratribus traderent. Cū Marius īterrogaret qui essēt quos fratres appellabant: dicentibus illis esse theutones (cæteri quidē risu tenebantur) Marius uero salibus utens inquit de fratribus cedat ex animis cura. nā illi regionē apud nos habent sēperq; habituri sunt. Legati ironiam intelligentes Marium tanq̄ iniuria illos afficientē cōuitiis prosequebantur. Cibris q dem inqt Marius e uestigio regionē īpartiemur. Theutonis aūt dū aderunt: ueꝝ adsūt. Sed haud pro dignitate ur̄a esset īsalutatis fr̄ibus discedere. His dictis iussit theutonorū r̄ges uictos adduci. nā illos fugiētes Sicciani ī alpibus excepāt. Postq̄ hæc cibris r̄nūciata

sunt: repente Mariũ tacite castra custodiẽtẽ petunt. Fert' Mariũ ĩ ea pugna primo nouos ritus de iaculis usurpasse: nã hasta ipsa lignea quæ ferrũ ingredit' antea duos stilos ferreos accipiebat. Tunc uero Marius alteꝝ ut erat admisit. Alteꝝ tollẽs ligneũ clauũ ad uulnera ĩprim̃da aptiorẽ ꝓ illo ĩposuit: machinatus iaculũ iactũ scuto hostili haud rectum hæsurum: sed fracto ligneo clauo tortũ fieri circa ferrũ & hastã per obliquitatẽ cuspidis trahendã fore. Byorix cĩbroꝝ rex cũ paucis exercitũ præeqtans: Mariũ tẽpus atq; locum contẽplantẽ ut circa regionẽ cũ hostibus in dimicationẽ ueniret ad conserendas manus uocauit. Marius cũ diceret nunq̃ romanis de more fuisse ꝓ prælio adeundo consiliariis hostibus uti: gratũ hoc tñ cĩbris effecit: ut tertio die ab illa regõe ac planicie apud Vercellas ad dimicãdum descẽdert'. Nã hic locus romãis ad eqtãdum cĩbroꝝ uero multitudini ad regrediẽdum idoneus erat. Seruãtes igit' ĩdictum pugnæ diem romani in aciẽ copias struxere. Habebat Catulus sub eius ordĩe. xx. milia & trecẽtos milites. Marius uero duo & triginta milia. Structa acie Catulus ĩ medio se locauit: ut Scylla q in eo prælio aderat litteris mandauit. Ferunt Mariũ spem oẽm in cornubus posuisse: ut solus uictoria potiretur: & Catulus excluderetur ne hostibus sinũ permisceret eoꝝ: qui ĩ medio locati erãt: qui hostes suscipiebant: ut magnis in frontibus consueuerãt: sic copias struxisse. Cæteri qui hanc historiam scripsere Catulum hac malignitate acriter Marium accusantẽ defendunt. Cimbrorum aũt pedestris armatura pariter diuisa partĩ ex propugnaculis silentio præcedebat: partĩ in frõte locata erat. Quodlibet enĩ latus per stadia. xxx. porrigebatur. Equites qui numero qnq; & decẽ milia erant fulgentibus armis in equis insederant. Nã galeas ornatas horrendis hiantium aĩalium formis ferebant: quæ pennatæ atq; elatæ in summum galleæ maiores uidebãt' ẽt thoracibus ferreis scutisq; albis protecti multo splẽdore fulgebant. Quilibet aũt bicuspide telo manus armauerat. Cũ in hostes irruerẽt magnis grauibusq; macheris manus conserebant. Tunc cõtra romanos nõ e cõspectu ꝓdiebant. Acies autẽ peditũ atq; equitũ ad sinistrã structæ fuerant. Sed profecto romanorũ duces barbaroꝝ dolos sentientes arcere milites non potuer'. Cũ. n. ĩclamatũ esset ab uno militum hostes fugiunt: ab oĩbus ceptũ est hostes inseq. Ad hæc barbaroꝝ pedites more uasti fluctuantisq; pelagi sese habuere. Marius ad cælum manus attollens solẽnia uouit sacrificia. Catulus quoq; sublatis ad deum manibus diẽ illũ fortunæ celebratuꝝ se ĩqt. fert' Marium rem diuinã agentẽ inspectis hostiis magna uoce clamasse mea uictoria ẽ. Postq̃ ad prælium ineundũ itum est: rẽ admiratõe dignã Mario cõtigisse Scylla lr̃aꝝ monumentis tradidit. Puluere. n. in nubẽ elato densius q̃ cõsentaneũ uideret' obductisq; castris cum ille ut prius aggressus fuerat exercitũ ad insequẽdos barbaros spargeret cõsiliũ de hostibus eum fefellit: & cum acies ĩ campos eduxisset multũ ibi tp̃ris ꝓtraxit. Catulus autẽ fortefortuna barbaros fregit atq; superauit. Nã cũ eo & militibus eius ĩter quos Scylla erat præsertĩ est cõfecta pugna. Fert' claorẽ ac solẽ cõtra oculos cĩbroꝝ radios spargentẽ romanis bellantibus opẽ præstitisse. Illi. n. ad perferenda frigora duri ꝙ umbrosis in locis atq; frigidis ut aiunt nutriti erant ad loca calida peruenerant: qui sudorẽ magno cum anhelitu e corporibus dimittentes scutos ante ora opponebant. Præterea post æstiuum solsticium ut ferunt romani triduo ante. Kl. nunc augusti tunc sextilis dimicatum est. Puluis ẽt romanis aĩm uiresq; auxit: quod multitudo cĩbrorum ĩter se cõspicere nõ multum poterãt. Qui cursu oẽs ĩ romanos ruentes haud ipso aspectu exterriti ĩ mãibus hostium ueniebant. Sed ita defessa corpora cĩbri habebãt ita fracti ꝓpter æstum qa currendo pugnatum fuerat: ut neq; sudãtẽ aliquẽ romanorum neq; anhelantẽ conspicerẽt. Sic ferunt Catonẽ milites laudantẽ scripsisse. Itaq; maior atq; bellicosior pars hostium cæsa est. Nã ꝓpugnatores ne acies dissoluerent' ac milites suo loco discederent longis catenis adinuicem ꝑ baltheos cõiugati atq; cõnexi dimicabant. At cum fugerent ad uallũ miserabilibus calamitatibus occurrerunt. Nã mulieres quæ ad currus nigro amictu astabant fugientes neci tradebãt. Quædã. n. uiros: quædã fr̃es: quædã parentes & filios ĩfantes manibus suffocantes sub curribus deiiciebant: seipsas autẽ gladio iugulabant. Fama est unam e summitate ꝓpugnaculi suspensã ligatis laqueo pedibus utrinq; pependisse:

hominũ uero arbos penuria quosdã cornubus quosdã cruribus boum fune colla illigauisse: deinde stimulo quẽ manu ferebãt actis bouibus tractos expirasse. Et si hoc modo barbari necẽ sibi pararẽt capti tñ ex iis ultra sex Myriadas cæsi autẽ bis totidẽ. Pecunias uero Marii milites diripuere. Spolia autẽ & tubæ & signa ĩ castra Catuli delata ferũtur. Hæc apud se Catulus uoluit: ut appareret eũ uictoriæ auctorẽ extitisse. Cũ inter milites Marii & Catuli de uictoria cõtentio oriret: ĩ hæc pacta uentũ est: ut legati Parmensium qui tũ aderant de hac re iudiciũ ferrẽt. Hi ducti per cadauera hostiũ a militibus cõspexerunt iaculis militum Catuli barbaros corpora esse pforata. Dinoscebãt ex ĩscriptis lĩis quæ nomẽ Catuli in telis designabant. Verum famã & gloriã huius rei totã ĩ Mario ꝓpter primã uictoriã & nomẽ impii tribuebant. Populus ro. tertiũ Romæ conditorẽ Matium appellabat: q nõ a minori discrimine tũc Romam seruauisset: q̃ cũ ẽxactus gallorum furor. Itaq; læti oẽs romani cũ filiis atq; uxoribus Mario & diis domi libabãt. Quibus dignum putãtibus Mariũ ãbos triumphos solũ agere: nõ tñ hoc Marius efficer uoluit. Nã ut in huiusmõi secundis rebus mansuetũ se præberet cum Catulo triumphare aĩo ĩstituit. Formidabat præterea milites qui ĩ ea dimicatõe cõuenerãt: q si Catulus honore excluderetur: ne ipse quoq; triumpho priuaret. Quinquies itaq; Marius cõsulatu functus est. Sextũ uero ut nemo alius ĩde auide exoptauit suscepitq; obseqis populi bñi uolentiã captaturus: & cũ ad gr̃am multitudinis se ĩclinaret: uolens humilẽ ac popularẽ uideri: ad quod minĩe natus erat: nõ mõ præter molẽ atq; cõem dignitatẽ magistratus: uerũ præter ingenium atq; aĩ naturam agebat. ut ferunt in rep. & in tumultu populari gloriæ cupiditatis cã timidus erat: & fortẽ inuictũq; aĩm quẽ in bello gerebat ĩ cõtõibus ꝓpter cõtingẽtes laudes atq; uitupatões deponebat. Fert mille hoĩes Camertes q egregie in prælio pugnauerant ciuitate donasse. Quibusdã. n. accusãtibus q præter legẽ egisset inquit ꝓpter strepitum armorum non audiuisse. Verum potius uidet terrefactum esse & clamore concionis expauisse. In re militari ꝓpter usum atq; rer peritiam auctoritatẽ ac potentiã habuit. In rep. cum primores urbis necasset uolens potius maximum uirũ esse q̃ optimũ ad gr̃am beniuolentiãq; multitudĩs refugium habuit. Oĩbus igit optimatibus sese opponens: præsertiq; Metellum sibi inuisum formidans q eo ĩgenio erat: ut ꝓpter uirtutẽ contra studiosos multitudinis certaret: ut uir urbe eiiceret insidias tendebat. Quod ut conficeret Glaucum & Saturninum hoĩes audaciss̃imos qui multitudĩs ĩopis atq; seditiosæ beniuolentiam conflauerant familiares sibi faciens per ipsos legem protulit & munus rei militaris transgressus concionibus sese admiscuit: & per seditõem Metellũ oppugnauit. Sed ut a Rutilio scriptum est ueritatem at probitatem Metellus aliis in rebus adamauit: priuatĩ autẽ Mario infensus erat. Marius ut sextum consulatũ sortiret ꝓper tribus argentum ferens atq; suffragia emens a magistratu Metellum exclusit. Valerium autem Flaccũ ministrum potius q̃ collegã in consulatu suscepit. Nemini eorum q ante Marium consulatum adierant præterq̃ Valerio Coruino tot consulatus populus ro. contulit: qui nulla in re unq̃ illi repugnauit. Ferunt autẽ a primo illius magistratu ad ultimũ qnq; & quadraginta annos interfuisse: Marius uero post primũ consulatum unius fortunæ ĩpetu qnq; consulatus confecit: & in postremo multa pro Saturnino minus æqua faciens qui Cesonium tribunatum petentẽ necauerat: permultã sibi inuidiam comparauit Saturninus. Deinde tribunus legẽ de regiõe ꝓmulgauit & senatũ ad illam cõfirmandã accersiuit coegitq;. Lex quidem erat ut nemini nisi quẽ decerneret populus in regione esse liceret. Marius partim hanc legem in senatu accusare fingẽs iussiurandum se aditurum ne insipientiæ nomẽ subiret recusabat. Nam nisi lex necessitatẽ haberet senatum iureiurando ui adigere impium fore dicebat. Sed persuasiones Marii neq; acceptæ neq; audite. Hæc & si aliter sentiret ita disseruit. Ver cum Metello fraudes ineuitabiles struxisset: putans quidem ambire ac fraudẽ struere partem esse & uirtutis & eloquentiæ: oĩum rerum quibus in pactionem cum senatu uenerat fidem labefactauit. Sciens Metellum uir fottẽ esse & ueritatem magnum principũ uirtutis pro sententia Pindari tuẽtem: uoluit illum anticipantem negationi aduersus senatum iusiurandum

non recipientem inexorabilem inimicum populo reddere. Hæc res pro ſententia ſua profecto cõtigit. Metello dicẽte nullo mõ iuſiurandum ſe præbituꝝ tunc ſenatus dimiſſus eſt. Poſt uero paucos dies Saturnino cõuocãte ſenatum ī concionẽ cogenteq; illum ad iuſiurandum: Marius orationem habiturus ſilẽtibus cunctis atq; de illius ſẽtẽtia ſollicitis longe fruſtratus eos eſt: q fuerant ex eius priore cõcione lætati: atq; non tã latum ſe collum habere: ut rei tantæ aduerſetur: iuraturumq; ſe obtulit legiq; obſecuturum: ſi quidem ea eſſet lex. Hunc colorem tanq̃ ruboris tegmen appoſuit. Populus ꝓpter hoc iuſiurandum lætus plauſus egit atq; fauorem præſtitit. Optimates ex eo q; Marius qdẽ labefactarat: nec in ſententia ſteterat graui mærore atq; odio afficiebant. Itaq; oẽs populum pertimeſcentes præter Metellum ſtatī iuſiurandum præſtiterunt. Metellus & ſi orarent ſuppliciter amici ut iuraret: nec ſeipſum ineuitabilibus malis opponeret: q̃ Saturninus pati non iurantes cogeret: non tamen ſententia ſua atq; conſtantia dimoueri potuit: nec ad iuſiurandum acceſſit: ſed in propoſito mẽtis permanens paratus oĩa potius moleſta ferre q̃ ī aliquã turpitudinem labi ex concione diſceſſit: dicens iis q; una cum eo gradiebant q̃ fœdum eſſe ſcelera perpetrare: honeſta uero agere ſine periculo omnibus pertinere: Cum diſcrimine autem priuatim officium boni uiri eſſe. Deinde Saturninus decretum tulit: conſules per præcones publicare: ut Metello aqua igniq; ac tecto interdiceretur: & qd turpiſſimum fuit licere oĩbus Metellum necare. Optimis uiris ad Metellum concurrentibus non permiſit Metellus eius cã ſeditionem exoriri. Verum optima rõe uſus urbe decedens inquit: uel ego in patriã reuocatus fuero meliori ſtante rep. cum populum facti pœnitebit: uel eodem modo rebus ſe habentibus abeſſe ſanius ducendũ eſt. Sed Metellus quã omnium beniuolentiam atq; honorẽ in diſceſſu habuit: & quã in Rhodo cum philoſophantibus conſuetudinẽ habuit: Hæc in phõꝝ hiſtoria ſed melius in rebus ab eo geſtis narrãtur. Marius uero Saturninũ quẽ ꝓ hoc obſequio oĩã poſſe audebat ſuſtinere coactus malum ingens effecturus clã illo euaſit: & armis & cæde hoĩum ad tyrannidem & ad reip. ſubuerſionẽ cõſpirauit. Optimates. n. reuerentia multitudinẽ autem beneficio afficiens facinus tandem illiberale atq; doloſum peregit. Nã cum ad ipſum ſub noctẽ primores ueniſſent uocaſſẽtq; ad Saturninum clam aliis portis ſuſceptus eſt. Deinde adhibita cã apud utroſq; ſe uentris fluxu exagitari nunc illorum nunc illius domum petens aĩm ad arma capienda exacerbauit atq; irritauit. Itaq; ſenatorio ac militari ordine congregato arma in forum ferri iuſſit: & illos in Capitolio ſiti fatigatos ī poteſtatem ſuam coegit. Nã aq̃tũductus ac riuulos ut ſcinderentur effecerat. Illi de ſalute deſpati Marium aduocauerunt: & illius ſeſe fidei tradiderunt. Poſtq̃ multa callidi tate ſaluti illorum fauere ſimulauit: & nullo auxilio fuit: illi in forum profecti trucidãtur. Hac re & optimatibus & populo inuiſus cum comitia quæſtoris inſtarent: Marius gloriæ cupidus haud magiſtratum petiit: ſed pertimeſcens ne repulſam haberet rẽ ſubornabat atq; fugabat: dicens ne multorum odium ſubiret ſe quæſturam non petiturũ: & uitam atque mores ipſorum acerbo ſermone carpebat. Cum latum eſſet decretum de Metello ab exilio reuocando: Poſtq̃ oĩ conſilio & curaꝝ inaniter repugnauit: tandẽ abeundi conſilium cæpit. Cum populus alacriter legem ſanciret: Marius ne Metellum in urbe uideret: adducta in mediũ cauſa q; ad peragenda matri deorum uota ꝓfecturus erat: q̃q̃ aliã mentẽ pegrinationis haberet: quã populũ latere uolebat: ī Cappadociã atq; Galliã traiecit. Qui bello aſſuetus & toga & in pace minus idoneus bello autẽ magnificatus: cũ perſpiceret ocio & quiete paulatim eius potentiam deſidioſam & ignauã factã eſſe: primordia ac ſemina nouarum rerum ſcrutabatur. Sperabat enim regibus irritatis & Mithridate rege belli gloria cupido excitato ſtatī contra ipſum ducẽ ſe futurum & urbẽ nouis triumphis domum quoq; ſpoliis ponticis atq; regiis gazis oppleturum. Quaꝓpter Mithridate proſequẽte cultu & honore Marium: cui nõdum aĩ ferocitas ceciderat: cum dixiſſet o rex uel te romanis minorẽ eſſe oportet uel ſilẽtio ipſorum iuſſis parere: Vnde exterritus Mithridates eſt hactenus nomẽ tunc uero romanorum audaciam intelligens. Reuerſus Romã Marius prope forum ædes exædificauit ſiue ut ipſe ferebat nolens ſui

ſtudioſos atq; cultores longum iter eum comitari ac moleſtia affici : ſiue q; putaret: hāc occaſionem ſibi dari ut a pluribus ēt aliis limina eius frequentarentur: ſed hæc figmēta erant. cum enim ſermonum dexteritate & facundia atq; familiaritate aliorum in rebus ciuilibus non uteretur tanq̄ inſtrumentum militare in pace contēptui hēbat̄: ſed ab aliis minus odio habebat̄: Scylla uero q; ex īimicitiis nobilitatis exaltatum Marium uideret: permultum cruciebat̄: qui prīcipia contentōis & īimicitiaꝝ contra illum ex rep. emanaſ ſe uolebat. Nā poſtq̄ Bochus numida romanorum ī ſocietate aſcriptus uictorias trium phales ī Capitolio erexit: & apud has aureum Iugurtham ī Scyllæ manibus conſtituit: Marius ī irā atq; cōtentōem hac re adductus: q; Scylla tāq̄ medius ac legatus ad negocia cōficiēda ad Bochum fuerat: parauit ſtatuas ac triūphos diſſipaī: Scylla cōtra īimicitias exercebat. Hīc maiorem īmodum concitatam ſeditōem q̄ unq̄ per ſuperiora tempora bellum ſociorum ſtatī aduerſus urbem exortum contīuit atq; repreſſit. Nam permulti hoīes atq; bellicoſſīæ Italiæ gētes quæ contra romanos bellum conſciuerant paululum abfuit: quī īperium deturbarent. Nam nō modo armis & corporibus multum ualebāt: uerum ēt per audentes ac fortes in reſiſtendo & admirabiles īpatores bellum gerebatur. In hoc bello calamitatibus & fortuna uaria quantū gloriæ & opum Scylla cōparauit tm̄ Marius amiſit. Nam ignauia atq; inertia Marius ad uictorias conſequendas ac oīb̄ ī rebus tardus accedebat: ſiue q; ſenectus calorem extinxiſſet : cum iam ſupra quītum & ſexageſimum annum ætatem ageret: ſiue q; ut ipſe ferebat & neruis laborans & officio corporis in rebus agendis minus uti ualens militiam præter uirium eius dignitatē ruboī ſubiiſſet. tñ eo tempore magna in dimicatōe uictor euadens ſex milia ex hoſtibus trucidauit: & nunq̄ ī ea dimicatōe niſi ſupior fuit: q cum foſſa ſtipatus fuiſſet & ludibrio habitus: prouocatuſq; nunq̄ recto conſilio ſe dimouit nunq̄ hoſtes aliqua irritatōe ad temerarium bellum promoueī eum potuerunt. Ferť qdem Popilio ſilone q magnum nomem magnaſq; uires inter hoſtes habebat dicente aduerſus Marium: Si magnus es īpetor o Mari: Deſcende ad conſerenda prælia reſpondiſſe Marium : Tu quoq; o Popilie ſi eximius es īperator cohibe me īuitum contra te ad dimicandum. Rurſus cum hoſtes opportunitatem irruendi Mario īiicerent timētibus romanis: poſtq̄ utrīq; ceſſatum eſt conuocatis ad concionem militibus īqt: aī dubius ſū cōmilitones utrum hoſtes effœminatiores an uos appellem: neq; illi terga noſtra neq; uos illorum habenas uidere potuiſtis. Tandem tanq̄ minus idoneus ad rē militarē ꝓpter corporis ībecillitatem magiſtratum depoſuit. Poſtq̄ bella iam ſædata erant ī Italia & multa Mithridaticum bellum per factioſos hoīes Romæ iterum excitauerant: præter oīum expectationem Sulpitius tribunus populi homo temerarius Marium procōſulem contra Mithridatem declarauit. Populus ī duas partes diuiſus: partī Marium: partī Scyllam ad prīcipatum uocitabat: uolebatq; Marium ad balnea ad Baias curandi corporis gratia q; ſenectute & fluxibus ut ipſe ferebat confectus atq; feſſus erat proficiſci . Nam ibi apud Miſenum magnificas ædes ad uictum atq; effœmīatiores q̄ eſſet ꝓ dignitate uiri q tot bella atq; īperia geſſiſſet Marius habebat. ferť ſeptem myriadibus ſemiſſium has Cornelium emiſſe . Paulo poſtea a. L. Lucullo q̄nq; & ducentis Myriadibus traditas fuiſſe: ita repente ſumptuoſitas cucurrit & tm̄ ſumptum ad molliciem tempora tam breui momento fuiſſe ſuſcepe rīt. Itaq; Marius permultum gloriæ cupidus iuueniliter ſenectutem atq; corporis ībecillitatem agens quotidie ī campum deſcendebat: & corpus cum adoleſcentibus exercens agilem ad arma ferēda idoneum ad eq̄tandum ſeſe efficere nitebat̄: q̄q̄ ſenilis moles nō leuem ſed grauem redderet . Quidam capti uoluptate haꝝ reꝝ quæ agebat Marius ad eius ambitōem atq; certamen īſpiciendum proficiſcebantur. Bonos uero hæc intuentes eius ambitōis atq; īſaciabilis cupiditatis miſerebat. Qui cum ex paupertate diuitias ex humilitate altitudinem conſecutus fuiſſet terminum fœlicitatis nō perſpiciebat: neq; in ocio rebus præſentibus fruebat̄. Sed ita agebat tanq̄ omnium īdigens cum Archelao Prolomeo Mithridatis ſatrapis dimicaturus eſſet ; & in cappadociam ac Euxinum pōtumq; ut triumphis & gloria ſenectutem extolleret traiecturus foret. Plane hi ſermōes

omnino Marium delirantē oſtenderunt. Aiebat. n. eo præſente uelle filium ad rē milita rem exerceri. Hæ res ulcera ac latentem diu urbis inſaniam reſcinderunt. Nā Marius ap/ tiſſimum inſtrumētum Sulpitii temeritatem ad cōem perniciē inuenit: q̄ inter alia cum admiraretur atq; imitaret̄ Saturninum: q̄ timiditatē ac tarditatē eius accuſabat: Ipſe ue ro haud tardus ſexcētis equeſtribus uiris tanq̄ ſatellitibus quos præſidia cōtra ſenatum eſſe dicebat ſtipatus incedebat. Cum concionem uocaſſet egreſſus armatus cōtra conſu les ruit: quorum alterius ex foro fugientis captum filium iugulauit. Scyllā autē fugiētē & ædes Marii ingreſſū qui inſequebant̄ currentes præteriere. Sed fert̄ eum per alias por/ tas a Mario tutum emiſſum ad exercitum cōtendiſſe. At a Scylla ī ſuis cōmētariis haud ſcriptum eſt apud Marium confugiſſe: Verum cum abeundi conſilium cape meditaret̄ q; circundatus nudis gladiis a Sulpitio inuitus ſuffragium reddere cogeret̄: & uellet ad Marium confugere: quando in cā pum ꝓgeret ut illi arbitrabāt̄: rē ꝓ uoluntate Sulpitii abſoluiſſe. His actis Sulpitius uictor Mario præturā demandauit ſuffragiis. Cum Mari us iā contra hoſtes ſigna efferre uellet duos tribunos militum a Scylla exercitum accep/ turos legauit. Scylla cui erant tria milia equitum & qnq; milia peditū exhortatis militi/ bus & tribunis militum trucidatiſq; legatis Marii obuiam uenientibus Romā uerſus co pias ductauit: Marius quoq; ex amicis Scyllæ mītos necauit: ex ſeruis ut ſocios ſibi illos adiungeret libertate donatis tres dūtaxat ſuperfuere. Marius poſtq̄ paululum Scyllæ ir/ ruenti obſtitit e ueſtigio ui ſupatus fugā corripuit. Qui cū eo erant ut primūurbe expul ſus eſt Marius ſparſi paſſim noctu: ipſe ad quoddā eius ſuburbanum Soloniū ceſſit. Filium uero ad loca Mutii ſoceri ſui quæ non multum diſtabāt neceſſaria ſumptuq; le/ gauit. Ipſe autē Hoſtiā ingreſſus amico quodā ſibi nauē apparante: non expectato filio ſed aſſumpto Granio eius priuigno nauē conſcendit̄. Adoleſcens poſtq̄ ad loca Mutii ꝓuenit: parauitq; ea quæ ferenda ſibi erant: cum altero die abiturus eſſet: nō oīno inimi/ cis præſcientibus: equites quidā ex hoſtibus coniectura quadā ducti ad loca Mutii ꝓpe rant. Hos cum ille cui agroꝝ cura erat ꝓſpexiſſet: Marium in curru fabas portante cela/ uit & cunctis currui bobus atq; equitibus obuiā ꝓfectus ī urbē currum aduexit. Sic Ma/ rius domum uxoris delatus ſumptis quæ uolebat noctu ad mare peruenit: & nauē īgreſ ſus Libyam traiecit. Marius uero ſenior poſtq̄ ſecundo uento iuxta Italiā delatus ē Ge/ minium quēdam ex potentibus Terracinæ eius inimicum ptimeſcens: nautas monuit ut a Terracinæ littoribus longius nauigarent. Illi ꝓ uoluntate Marii agere uolebant: ſed cum iā ingens tempeſtas mari incumbere cœpiſſet: neq; ſcaphā undationibus agitatam ſuſtinendā eſſe uideret uix ad mare Curceum conſcendere potuerunt. Tumefacto mari relictaq; re frumentaria egreſſus Marius nullo ſigno ac duce errabat: & ut contingebat magna in reꝝ dubietate tāq̄ acerbum aliquid inſtaret: aſſiduā fugā agebat & ſpē omnē ī uiis incognitis coniecerat. Poſtq̄ Marius ſociiq; per agrum hoſtilem gradiebantur & ma re aduerſum habebant terrore perculſo Mario ne cuiq̄ occurreret & ne omnino occurſu hominum priuarentur propter rerum neceſſariarum indigentiam: tandem quibuſdam paſtoribus obuiauere. Hi illis rogantibus q; copia dandi deerat nihil præbuere: Cū Ma/ rium nouiſſent monuere quo breuiore itinere poſſēt uiam corriperent. nam pauloante ibi equites Marium quærentes diſcurrenteſq; conſpexiſſe ferebant. Cum omnium rerū penuria laboraret: & præſertim famē ſocii tolerare nollent: a uia diuertens in ꝓfundum nemus ſeſe proripuit ingentiq; cum moleſtia ibi pernoctauit. poſtridie fatigatus fame priuſq̄ occumberet oīa experiri animo inſtituēs ad ltitoria diſceſſit: hortabaturq; ſocios multis precibus ne ī ultima ſpe ad q̄ ſeruari ſe ātiquorum augurum ſētētia credebat de ſererent. Nā cum ualde adoleſcens eſſet & in agris uerſarꝛtur: nidum aquilæ ſeptem pul los habentem in ueſte detulerat. Parentes hoc magna cum admiratione intuentes Augu res conſuluerunt. Illi reſponderunt Marium clariſſimum uirum futurum: maximum principatum atq; imperium ſepties ſaltem habiturum. Hæc plane Mario quidem fic ac cidiſſe ferunt. Quidam uero aiunt iſtos tunc & alia in fuga Marium audientes atq; fidē facientes rem ualde fabuloſam deſcripſiſſe. Aquila enim geminos tantummodo pullos

parit: & Muſeū de Aqla ſcribentē dicētēq; tres pullos parere: duos autē ſubtrahere unū uero alere mentitum aſſerunt. Marius in fuga atq; extrema rēz difficultate multotiens inquit ratum ſibi eſſe ſeptimum cōſulatum ſe conſecuturū. Cū iā ꝑ uiginti ſtadia a Minturno italiæ oppido abeſſent turmā equitum ī eos irruentē & duas naues onerarias ertātes ꝓſpexere. Oēs igit ꝓ uiribus pedum & corporis currentes ad mare ſeſe cōiecere. Qui iuxta Granium erant altera nauium ī inſulā Enariam appellatam quæ in cōſpectu erat traiecerunt. Ipſum uero Marium grauē difficilēq; portatu duo ſerui uix & difficulter ꝑ mare ferentes in alterā nauē īpoſuerunt. Cum iā equites inſtarent iuberentq; nautis nauē ad littora appellere uel eiecto Mario quo uellent nauigare: Marius cum ſupplex multis lachrymis atq; precibus ad pedes nautarum ſe proieciſſet: principes nauis huc atque illuc agitato conſilio eqtibus reſponderunt ſe Marium ī mare nō īmerſuros. Illi ꝓpter iram rurſus ī aliā uerſi ſñiam terræ ꝓꝑīquauerūt: & iuxta oſtia Lirii flumīs effuſionem paludoſam ſuſcipientis anchoras ꝓiicientes ipſum adhortati ſunt nauē curandi atq; cibandi corporis gratia egredi: expectareq; auras & ſecunda flamina ꝑ mare leniter inſpiratura: cum iā hora īmineret: q̄ pelagus ſæuire conſueuiſſet. Mario his uerbis perſuaſo & ad terrā in quodā ceſpite a nautis expoſito lōge aliter q̄ ī animū ſibi īduxerat accidit. Illi e ueſtigio nauē repetētes retractis anchoris fugā capeſſunt. Nō enī laude dignum ducebant Marium hoſtibus ſuis tradere: neq; ſine eoꝝ diſcrimine illum ſeruaī poſſe. Itaq; cum deſertum ſe ab oībus uideret Marius: ī littore elinguis iacuit. Tādē collectis uiribus ingratum atq; iniquum iter īgreſſus poſtq̄ ꝓfundā ſiluam & foſſas aquaꝝ cœno oppletas euaſit: ad tigurium ſenis cuiuſdā lacunas purgantis peruenit. Hunc poſtq̄ ad pedes eius ſupplex ꝓcubuit orabat ut ſuæ ſalutis auctor exiſteret. ꝙ ſi præſentē aduerſamque fortunam euaderet magna ab eo officii præmia cōſecuturꝫ ſe expectaret. Senex ſiue ꝙ antea Marium nouiſſet: ſiue ꝙ ipſo aſpectu ut præſtātē uirum admiraret: īquit tigurii copiam ſibi factuꝫ: & ſi eo errāret ut hoſtes fugeret eum alio ī loco obſcuriore & minus cognito celaturꝫ. Cum Marius rogaret ita agendū eſſe: ductus a ſene ī quandā paludem in loco concauo iuxta fluuium ītroiuit: & ſenex eum calamis atq; aliis leuibus uirgultis texit: qbus grauari non poſſet. Paulopoſt Marius ſtrepitum atq; tumultum a tugurio audire excepit. Nam cū ex Terracina a Geminio multi q̄ Marium īſequerētur legati fuiſſēt: qdam fortefortuna hīc atq; illinc incurſātes ſenē clamoribus ꝑterrebant: ꝙ hoſtes Romanoꝝ ſuſcepiſſet atq; occultaſſet: Marius exiliēs cum ſe enudaſſet ī paluſtrē atque cœnoſā aquā ueniens deliteſcebat. Hic ab hoſtibus inuentum nudū & cœno oppletum eripientes ad Minturnenſes rapuere: & prīcibus urbis tradidere. nā per oēm urbē edictū ierat ut publice Marium inſequerent & captū necarent. Tñ de nece cōſilia prius agitare prīcipes uoluere: & Mariū in cuſtodiam Fāniæ quā illius inimicā arbitrabātur: quodam in eā delato iudicio tradiderunt. Hæc Fānia uirum cīnium habuerat. Cū turbæ inter eos orirentur dotē ampliſſimā Fānia repoſcebat. Tunc Marius ſextum agēs cōſulatū iudex in hac re præerat. Poſtq̄ cōpertū eſt Fanniā pecaſſe: cū uideret Marius uiꝝ hāc talē ſuſcepturū eſſe: ac diu cū ea uicturū: utriſq; grauiter ſe ferentibus uiꝝ dotē reſtituerī: & mulierem ꝓpter adulterii crimē dānatā quatuor æreos ſoluere iuſſit. Fannia quāq̄ muliebri affectu moueret: tñ cum longe obliuioni iniuriā tradidiſſet: ut Marium ꝓſpexit atque ſuſcepit: conſolando diligēter eum curauit. Marius quoq; illā laudibus proſequēs bono aīo eſſe inqt. ꝓſpexiſſe enī ſibi optimū ſignū adeſſe. hoc huiſmodi fuit. poſtq̄ Marius ī domum Fāniæ adductus eſt patentibus portis aſinus curſu a ꝓpinquo fonte delatus intra ædes irruit & intuens Marium audentē primo e conſpectu ſtetit: deīde uoce ingenti emiſſa coram Mario lætitia geſtiuit atq; exultauit. Quare Marius præterita aīo cōiectās inquit magis mari q̄ terra a numine ſalutis ſigna ſibi portēdi: cū aſinus aridum cibum negligeret: & ab eo ad aquā diuerteret. Hæc cum ad Fanniam renunciarentur: ad ipſum concedens iuſſit hoſtium claudi. poſtq̄ a prīcipibus & a ſenatu Minturnenſium de Mario conſilium agitatū eſt: tandē in hāc ſentētiā ceſſere: ut confeſtī Marius necaretur. Ex ciuibus qui rem conficeret neminem habuere. Sed eques gallicus gñe uel cībrus (nam de

utrisque legimus) assumpto gladio Mariuꝫ petit. Cubiculus ubi Marius seruabatur subobscurus erat. Hic fertur ingentem flammam ex oculis Marii apparuisse militi: magnamque uocem ex loco opaco exisse dicentem: Tu homo necare Caiũ Marium audes? Barbarus repente proiecto in medium gladio portas erumpit: exclamatque non possum Caium Marium morti tradere. Hac re omnes terror ingens inuasit: deinde seipsos accusantes ꝙ ingratum iniquumq; consilium egerant: contra eum qui Italiam seruauisset: cui opem nõ ferre nefas esset: pœnitentia ac misericordia erga Marium capti sunt. Eat igitur exul quo uelit alibi fatum accepturus. Nos uero uota faciemus ne dii nobis irascantur. Marium egenum ac pauperem urbe emittunt. Hac mente collecti Minturnenses ad Marium contendentes eumq; circunstantes cum illo ad mare proficiscuntur. Cum omnes diuerso studio obsequi prompto animo curarent temporis interea immoratio facta est. Lucus Maricus quem religione deorum indigenæ uenerabantur atque obseruabant ad ea ferenda ad mare quæ secum Minturnenses comportauerant impedimento erat. Itaque circuire lucum & longiorem ire uiam expediebat. Hac cunctatione detenti quidam ex senioribus exclamans inquit nullam uiam neque longiorem neque inaccessibilem esse dummodo Marium seruemus: Qui ex rebus quæ ab ipsis ferebantur summens primus ad nauem iter ingreditur. Hac promptitudine confestim omnibus una proficiscentibus Iulii cuiusdam nauem Mario tradiderunt: qui postea sumptis tabellis omnia hæc ut gesta fuerant litteris mandauit: & in templo tabellas scriptas exposuit. Hinc Marius secundo uento nauigans forte ad insulam Gnariam appulit: ubi cum Granium cæteroſque amicos conueniſſet una in Libyam traiiciebant. Sed aquæ penuria defatigati Siciliam apud Ericinum coacti petiere. Romanorum quæstor ea loca custodiens paululum abfuit quin Marium comprehenderet. Interfecit uero ex his qui aquatum concesserant decem. Marius ex industria recedens & pelagus legens Meuingamque insulam petens: hic primum de salute filii eius una cum Cethego audiebat. Hinc abeuntes ad Iampsam numadum regem auxilia imploraturi contendunt: cum quibus ubi paululum animi resumpsit Marius audere cœpit ex insula Carthaginem contendere. Tunc Sextilius homo Romanus in Libya præturam agebat. Hic neque officio neque iniuria a Mario affectus tunc misericordia uictus aliqua in parte auxilio fuit. Statim Mario cum paucis in Libyam descessuro lictor occurrens cum e conspectu stetisset inquit Sextilius prætor o Mari in libyam uenire te prohibet: Si autem huic edicto non obtemperaueris se decretum senatus uindicaturum: & te pro hoste Romanorum habiturum. Hæc cum Marius accepisset mœrore animi uoce intercepta cum lictorem horrende inspiceret permultum temporis sermonem erumpere non potuit. Cum ille interrogaret quid prætori renunciaret ab imo pectore suspirans inquit: referas Caium Marium in ruinis Carthaginensibus exulem sedentem: sed non misere Sextilium inspecturum. Hac quidem uoce fortunam illius urbis & mutationem augurauit. Interea Iampsas numadum rex cum dubia consilia animi agitaret: Marium iuniorem & socios honore afficiebat. Volentibus autem abire in medium causa adducta tempora terebat: sed haud obscurum erat hac mora nihil nisi iniquum facturum. Verum id accidit quod ad salutem opportunum consentaneumq; foret. Nam Marii iunioris qui egregia facie erat quædam ex pellicibus regis præter existimationem agens mœrore afficiebatur. Hæc misericordia principium atq; occasionem amoris præbuit. In principio Marius mulierem a se detrudebat: Sed ut fugæ nullam aliam esse uiam animaduertit: & officia illius in se studiosiora fiebant: propter illiberalem uoluptatem: eam benigne allocutus & ab ipsa emissus ruptis amicitiæ legibus ad Marium seniorem fugam arripuit. postquã adinuicem conuenere penes mare congredientes scorpionibus dimicantibus occurrunt. Hoc malum omen cum Marius esse duceret repente nauem ingressi ad insulam Cercinam quæ non multũ ab Epyro distat traiecerat: & tantum maris anticipauerant quantum ipsis abeuntibus equites a

rege ad locum missi unde cesserant prospiciebantur. Hoc discrimen immensum ut cæ tera effugiendum Marius nitebatur. Romæ fama dissipata erat Scyllam in agro boetio cum copiis Mithridatis bellum agere. Consules inter se agentes seditionem ad arma ca pienda concesserant. & Octauius uictor euadens Cinnam tyrannidem exercere conan tem urbe eiecerat: & loco eius Cornelium Merulam consulem suffecerat. Cinna autem per cæteram Italiam copias cogens aduersus illos arma ferebat. Hæc cum Marius acce pisset e uestigio nauigandum putauit. Qui sumptis quibusdam equitibus Maurici is ex Libya necnon quibusdam ex his qui Italia cesserant non pluribus mille existenti bus Thelamonium tyrrhenum oppidum traiecit. hic seruos libertate donauit. Colo nis gloria Marii excitis & ad mare concurrentibus persuasisq; iunioribus magnam ma num breui Marius collegit: & quadraginta naues armauit. Cum animaduertisset Octa uium uirum optimum & æquis legibus imperare uolentem: Cinnam uero suspectum Scyllæ & arma contra instantem rempublicam ferentem: huic cum exercitu se socium adiungere animo instituit. Itaque nunciauit consuli pro uoluntate imperii eius omnia facturum. Cinna cum eum susciperet proconsulemque diceret & fasces atque alia magi stratus insignia mitteret: Hæc ornamenta fortunæ eius non conuenire Marius inquit: qui cum uili ueste & prolixa barba intonsisque capillis semper uteretur ab eo die quo e Roma effugit: iam septuagesimum annum agens tardo ingressu gradiebatur. Cum uellet se miserabilem ostendere plus mansuetudinis in aspectu eius q̄ terroris miseri immiscebat. Hæc mœsticia animum non placatum uerum exacerbatum mutatione re rum effecit. Postquam Cinnam salutauit militum animis obseruatis statim ad nego cia peragenda animum applicuit: & magnam rerum mutationem iniecit. Primum enim direptis nauium cibariis & mercatoribus prædando spoliatis a foro rerum uæna lium illos prohibuit. Deinde ad maritimas urbes nauigans illas sibi conciliauit: & tā dem Hostia per proditionem occupata res ciuium diripuit & plurimos necauit. Cum pontes in flumine struxisset aditus qui ex mari hostibus patebant cedere ius sit. Deinde ad urbem contendens non tantum imperitia atque negligentia Octauii quantum inutili cura seruandarum legum montem ianiculum occupauit. Qui mul tis uolentibus ad libertatem seruos uocari: ut leges diligētissime coleret: inq; se patriam non daturum seruis: a qua Caius Marius arceretur. Postquam uero Metellus eius Metelli filius qui a Mario expulsus in Libya militabat Romam contendit: & mul to præstantior imperator Octauio apparuit: milites dimisso Octauio ad illum con tendunt: rogantes imperium capessere & urbi salutem uendicare. longe enim peri tum ducem atque præstantiorem ad bellandum uincendumque sibi asciscere uole bant. Metello hoc modesto animo ferente ac dicente ut ad consulem concederent: ad hostes cessere. Metellus de republica diffidens abeundi consilium statuit. Octa uium chaldæi ac uates quidam suis persuasionibus Romæ detinuerunt: tanquam ibi manere & nusquam discedere operepretium extaret. Hic uir cum inter alia Romana rum obseruantissimus legum esset: & præsertim formam consulatus circa mores pa trios ac leges tanquam non perimitatis litteris inexorabiliter custodiret: negligentia qua dam rempublicam gubernauit: qui plurimum temporis per præstigatores & uates poti usquā per uiros in republica & in re militari uersatos imperium administrauit. Hunc priusquā Marius aduentaret a suggesto deuulsum uulneribus confosum præmissi mili tes trucidauerunt. Fama est syngraphum chaldaicum in sinu eius repertum fuisse. Hæc res multū admirationis in se habuit: q; ex duobus clarissimis īperatoribus Marius q ua ticinia nō cōtēdebat secūdas res habuerit: Octauius uero mortem obierit. Cum hoc mō rep. sese hr̄et: senatus freqns̄ p legatos Cīnā & Mariū orabat: uti ciuibus uenīā īpartirēt. Itaq; Cīna tāq̄ consul in sella consulari sedēs atq; iura dicēs legatis hūanissime rn̄sa præ bebat. Mari⁹ uero cū iuxta sellā tacit⁹ adstaret. appebat sēp rigido ac retro eius aspectu & facie e uestigio īaudita cæde urbē repletus. Postq̄ surr̄xer̄ Cīna militib⁹ septus īcedebāt.

Marius uero cum apud portas stetisset irām dissimulans inquit exulem se esse:& patria ꝑ legibus arceri:siqs opera sua indigeret opus esse legē antiquare:ut se uirum iustū & liberum redisse in urbē ostēderet:populū in forum accersiuit & coram tribus aut quatuor lapillos & suffragia ferri iussit. Dimittens dissimulationē atq; fucatam illam de exilio orationē satellitibus stipatus gradiebat̄:& electis militibus ex seruis præuentitiis q præcipites appellabātur sepiebat̄.hi quidem aut iubente Mario aut nutū faciente multorū strage manus suas inqnauere. Tandem Acharium uirum senatorium atq; militarem occurrentem Mario : sed nihil salutis īpartientē coram Mario gladiis confecerunt. Signū enim dederat uti oēs occurrentes quos ipse non salutaret:& oēs quoꝝ saluti nō rñderet ī uiis necarent. Quare amici mœsticia simul & horrore aīo agitabantur quotiens homīes Mario occurrentes appropinquabant. Multis īterfectis iā Cinnæ aures ululatu & cædis clamoribus strepebant. Marius aīm indies magis efferatū habens cædēq; sitiens oīa suspecta scrutabat̄. Itaq; per omnes uias per omnē urbē ab insequentibus & uenantibus fugientes latentesq; discursum est. Accusabant̄ hospitalitatis & amicitiæ iura ꝙ nihil fidei in secunda fortuna retinebant. Nā pauci fuere q amicos ad se fugientes nō perderent. Itaq; admiratione ac laude digni fuere Cornuti cuiusdam serui:qui cum in ædibus heꝝ suum occuluissent:cadauer quoddam ex multitudine cæsorum surreptū collo suspēdētes atq; aureum anulum apponentes ficto funere illum satellitibus Marii ostenderunt. De hac re cum nemo in suspitionem ueniret:Cornutus a seruis ī Galliā delatus est. M. Antonius orator optimo & iam amico functus īfœliciter obiit. Nā uir quidā & pauper & populariter cum læto uultu suscepisset Antoniū uirū romanorum primū:ad uicinū cauponem emendi gratia uini seruum misit. Cum seruus uinum diligentius degustaret dixissetq; de suauiori ad se portari:caupo inqt ꝙ ægretudine uexatus optimum uinum & non pro more nouū ac populare emerat. Ille cū inconsulto ac simpliciter tanq̄ ad familiarem & ad amicum hominem loq̄ret̄ diceretq; herum apud se. M. Antonium Marii gladios fugientem ac latentē habere:caupo īpius ac nefarius ut abiit seruus ad Marium cœnantē e uestigio contendēs. M. Antoniū ei traditurꝝ pollicet̄. Marius postq̄ hæc accepit:fertur uehementer exclamasse & manibus propter læticiam plausū fecisse:paululūq; abfuisse:qn ipse exurgēs ad locū ubi erat Antonius concederet. Amicis ne ꝑgeret arcentibus eum:ad Antoniū detruncandū cū militibus Annium mittit. Vt igit̄ ad locū uentum est ad portas subsistens Annius milites per scalas thalamum irrumpere iubet. Illi ut coram Antonio steterunt alter alterum ad cædem prouocabat. Antonius orare īcipiens adeo suauis ac dulcis & iocunda erat eius oratio ad milites ut necem deuitaret. Nemo enim ex militibus Antonium tangere aut torue aspicere audebat:sed defixo in terrā uultu omnes collachrymabāt̄. Sic cum immoratio redeundi a militibus facta esset: Annius ascendens Antonium orantem : milites uero deterritos atq; ab eo persuasos offendit. Itaq; conuicio acriter illos īsequens atq; irruens ipse Antonii caput obtrūcauit. Catulus lutatius q Marii collega fuerat & de cimbris cum eo triuphum egerat:postq̄ Marius pro Catulo rogantibus inqt mori oportere inclusus domi accensis carbonibus se suffocauit. Truncatis corporibus in uiam proiectis calcatisq; homines non misericordia uerum horrore atq; tremore ipso aspectu omnes perculebant̄. Sed quod magno dolor̄ populum excruciabat erat Gardianorum petulantia. Nā postq̄ dominos iugulauerant in exercenda uenere pueris pro mulieribus utebant̄:& heris ui commiscebant̄. Qui omnia diripientes & rapina & cæde perturbantes cōprehendi non poterāt:quousq; milites Cinnæ & Sertorii contra illos in castris dormientes impetum fecere atq; eos necauere. Interea tanq̄ ominibus commutatis undiq; fama orta est Scyllam bellum Mithridaticum confecisse:& prouinciis occupatis cum magna manu Romā cōtēdere. Hic rumor effecit:ut ferrum a cæde nefāda paululum arceret̄:qđ bellum ī eos Romani ingens conuerti arbitrabantur. Itaq; Marius septimo consul designatus ē.& cum Calendis ianuariis quæ prīcipia sunt anni magistratum inisset:Sextum Lucium quēdā præcipitem dedit:ꝙ ipsi & urbi adfuturas calamitares magnum portētum esse cōiectura asseq̄batur.

Ipſe autem Marius iam laboribus corporis & aī ſollicitudine tanq̄ ihauſta aqs ſcapha repletus ad tanta munimina noui belli nouoꝝq; certaminum pterritus q̄ multa picula expertus fuerat: Hac in re aī ferociā amiſit: exiſtimans non contra Octauium & Merulā inſtabilis ac ſeditioſæ turbæ prætores: ſed in eum diſcrimē futuꝝ. Nā Scylla qui ipſum Mariū expulerat patria nunc aūt Mithridatē ad Euxinū pōtum fugere cōpulerat romā repetebat. Huiuſmodi mētis agitatōibus uexatus Marius cū ante oculos lōgos errores exiliaq; ac picula maris & terræ adduceret: ī uarias dubiaſq; partes diſtrahebaṫ: & nocturnis turbulentiſq; inſōniis terrebaṫ. Videbaṫ enī quēdā continuo audire dicētē dura eſſe cubilia leonis. Sed maxime uigilias pertimeſcens ītempeſtis potatiōibus atq; ebrietatibus præter ætatis dignitatē īdulgebat: tanq̄ per ſōnum animi cogitationes uitaturus eſſet. Tandem cum quidam renunciaret ea quæ apud mare gerebaṫ nouis timoribus perculſus partī futura timens: partim tanq̄ præſentiū ſacietate male affectus paulopoſt (ut Poſſidonius philoſophus ſcribit) ex ilio laborare cœpit. Ipſe cum iam in malā ualitudinem incidiſſet: ſecum diſſerebat de his rebus quibus ī ſenectutem uenerat. C. autē Piſo uir hiſtoricus memoriæ litteraꝝ tradidit Marium poſt cœnam cum amicis deambulātē in ſermonē de rebus ab eo geſtis ueniſſe: & a rerum primordiis incipientem ſæpiuſq; de utraq; fortuna diſputantē dixiſſe non ſane mentis hominē eſſe qui fortunæ ſeſe cōmitteret, poſt hæc appellatis læto uultu qui aderant cum per ſeptem dies paulatim deficeret diem ſuum obiit. Quidam ferunt eius ābitionē in ipſa malā ualitudine oīno detectam in uanam ſpem euaſiſſe. putabat enim ſe in bello mithridatico īperatorē fore. Deinde quēadmodum in ipſo languore corporis accidere ſolet: uarias in corpore mutationes cū gemitu atq; multis ululatibus patiebaṫ. Sic adeo ingens cupiditas magiſtratus illius beli eum cæperat: ut nulla conſolatione curari poſſet. Duodeſeptuaginta ānis natus erat cum mortē obiit. Primus autē fuit qui ſeptimum cōſulatum attigiſſet: qui cū domum magnificam ſtruxiſſet quæ multis regiis ædibus clarior extabat: fortunam ſuam crudelē appellabat: q̄ priuſq̄ conſilia ac deſideria ſua pegiſſet mortem obiret. Plato quidē circa ea tēpora quibus defunctus eſt ſuo genio atq; fortunæ gratias egit. Primum q̄ homo & non beſtia: ſecundo q̄ græcus & nō barbarus natus eſſet: tertio q̄ per Socratis tempora ætatē ageret. Ferunt Tharſeum Antipatrum cum prope mortem in ſermonē ueniret: de his quæ proſpere ſibi ſucceſſerāt haud oblitū fuiſſe nauigatōis quā e domo Athenas habuerat tāq̄ magnas gratias cumulatiſſimāq; officioꝝ retributionē optimæ eius fortunæ referendā duceret: & uſq; ad obitū in memoria officia retineret: q̄ nullum theſauꝝ bonorum hōibus natura ſtabilius īpartiuit. Eoꝝ uero qui & memoria & īgenio tardi ſēper res geſtæ tabeſcunt. Quapropter nihil retinētes bonoꝝ uacui ſpei autē pleni præſētibus rebus neglectis ad futura oculos ītēdūt. pfecto hæc fortuna ꝓhibere: illa uero auferre nō poteſt. Sed tñ hoc q̄d fortunæ eſt taq̄ alienū omittētes illud ipſū īcertum ſeminānt: atq; ſimilia aīo patiunṫ. Nā potiuſq̄ diſciplinā atq; ſapientiæ ſtudia ad firmāda tutandaq; bona externa conſeq̄ uelīt: Hæc bona fortunæ cumulant cōmodaq; ex illis ſuſcipientes expellere īſatiabilē aī cupiditatē nō poſſunt. Mortē igiṫ obiit Marius ſeptimo & decimo die ſeptimi eius cōſulatus: quæ ſtatī romā magno gaudio atq; exultatione affecit: q̄ graui tyrānide liberata fuiſſet. Sed tm̄ crudelitatis Marius iunior ſenioris Marii filius oſtendit primores atq; optimates trucidās: ut intra paucos dies reuiuiſcentem ſenis tyrānidē Romani ſentirent. Qui cū audacia īſignis eſſet & picula ītrepide adiret ī prīcipio filius Martis uocitabaṫ. At cū ſtatī ex rebus geſtis accuſareṫ filius ueneris nuncupabaṫ: Tandē cū ī preneſtina urbe a Scylla obſideṙ extrema oīa tentans ut euaderet cum nullo modo effugere poſſet: ſeipſum necauit.

EVMENIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

EVMENI CARDIANO PATREM FVISSE DVRES hiſtoricus ſcriptum reliqt: q in Cherroneſo ꝓpter rei fāilia ris āguſtias ex uehiculis uictū q̄ritaret: Eumenē tñ ī lr̄aꝝ ſtudiis ac palæſtra liberaliter eruditū. Is cū puer eēt eo Philippū aduētaſſe: q dū ꝑ ociū pueroꝝ & adoleſcētiū Cardianoꝝ luctas & certamīa ſpectaret: īter illos ſtrenue obuerſatū Eumenē eius prudētia & fortitudine delectatū Philippū: illū ſibi deſūpſiſſe. Veꝝ ei uero lōge ꝓbabiliora diceī uidēt: q Eumenē hoſpitii & amicitiæ p̄næ cā a Philippo ad altiora ꝓfectū phibēt. Mortuo Philippo cū inter æq̄les Alexādri nemini prudētia aut fide ſecundus hēret Archigrāmāteus ideſt ſcribaꝝ princeps uocabat. Ex his q Alexādro amicitia & cōſuetudine iunctiſſimi eſſent adeo āpliores cōſecut ē honores: ut ī expeditōe Indiæ magnis cū copiis ꝑ ſe īpator emitteret: & Perdicæ præfecturā accipet: cū & in Epheſtionis uita functi locū Perdicas ſucceſſet. Quocirca Macedōes regiis præfectū ſtipatoribus Neoptolomū deriſiōi hēbāt: q extincto Alexādro dictitarent: ſe qdē clypeo atq; haſta: Eumenē uero ſtilo ac tabellis ſequi ſolere. Siqdē Eumenē cū aliis honeſtiſſimis rebus: tū uero ea dignitate affectū ut neceſſitudine mr̄imonii ſibi deuictū faceret. Cū. n. Alexander primus in Aſia mulierē Barſinā Artabazi filiā agnouiſſet: ex q̄ filiū Herculē ſuſcepat: huiuſce ſorores alterā qdē Apaniā Ptolomeo: alterā Barſinē Eumeni tradiderat: quo tpr̄e ēt reliq̄s æq̄libus ſuis Perſicas uirgines ī cōiugiū diſpartiens collocabat. haud. n. uſq; adeo ītegra neceſſitudo fuit: q Alexādro plærūq; aduerſatus magnū Epheſtiōis gr̄a piculū adiecit. Prīcipio cū Epheſtion quādā Euio tibicini domū tribuiſſet: quā ātea Eumenis ſerui occupauerant: indignabūdus Eumenes ad Alexādrum una cū Mœrone ueniens uociferari cœpit: q abiectis e manibus armis Tibiā Tragœdiā canere præſtaret. Id āt moleſte ferens Alexander Epheſtionē cōuitiis īſectatus ē. Cæteꝝ acta ſtatī pœnitētia grauiter ſuccenſuit Eumeni q ꝑ cōtumeliā magis & libertatē loquēdi eo ſermōis gñe uſus eēt. Deīde Nearcū ad exterius mare cū claſſe dimittēs ab amicis pecuniā cōq̄rebat. Erat. n. ꝑ id tēpus īanis regia. Eumenes igr̄ trecenta petitus talēta cētena duntaxat exhibuit: tenuiter q̄ & magno cū laborī ſuis ex diſpēſatoribus eā ſūmā corraſiſſe dr̄. Cæteꝝ Alexander ea neq; īprobans neq; ſuſcipiēs ſeruis ut occultos ignes tabernaculis ſubiicerēt edixit. Volebat. n. ut cū ex īcēdio exportaret argētū: hō fallax deprehēderet in crimīe: prius tñ q̄ afferre opē ualerēt exuſtū ē tabernaculū. Quæ res Alexādro pœnitēdi cām attulit eius cōſumptis ī igni codicibus. Quod āt auri & argēri ex flāma ī unum cōflati: poſtea in unū cōpertū eſt mille talentū ſummā exceſſit. ex quibus ne minimam quidem partem accepit. cæterum datis ad cunctos prætores & prouinciarum præſides litteris ut incenſorum exemplaria librorum ad ſe mitterentur effecit: quæ omnia iuſſus accepit Eumenes. Rurſus inter ſe & Epheſtionem orta de munere contentione: cum multa male audiſſet multaque male dixiſſet: eo quidem tempore nihil a rege minus accepit. Paulo uero poſt ut primum Epheſtion exceſſit e uita: Rex dolore uehementer afflictus: cum omnes uiuentis inuidos ac mortuo inſultātes grauiſſimis & aſperrimis uerbis inſectabatur: Tum uero maximas ī Eumenē ſuſpitiōes agitabāt illa ſæpenumero conuitia & diſceptationes obiectans. At ille callidus & ad perſuadendum idoneus ut unde perniciem ſenſerat inde ſibi ſalutem compararet: nouam aggreſſus eſt rationem. Ad eā enim gr̄am & honores confugit: quos in Epheſtionē Alexander factitabat. Eius nāq; gñis decora excogitabat: quæ defunctum honeſtare poſſe uidebant. Plurima ad īſtruendū ſepulchrū effuſiſſime ac ꝓmptiſſimo ſane aīo pecuīas īpartiēs. Poſt Alexādri mortē orta īter milites & æq̄les eius ſeditōe (iis qdē Eumenes cōſiliū ac ſententiam īptiebat) cū tñ oīone cōis & priuatus eēt: haud enim ſibi homini ſane

peregrino pertinere uidebat: ut de macedonum cõtrouersiis nimis īqrat: curioſuſq; ſit. Reliquis ſubinde ex Babylonis iſtructis æqualibus ipſe relictus ī urbe plurimos peditũ leniit: & ad res cõponendas mitiores reddidit. Poſtea uero q̃ duces in mutuã deuincti cõ cordiã priſtinos depoſuere tumultus. Eumenes Cappadociã Paphlagoniã & ſubiectam mari Pontico regionẽ uſq; Trapezuntẽ ſuſcepit: quæ nec dũ macedonico ſuberat īperio. Eã enī Ariarates rex habebat. Itaq; decretũ eſt ut Leonatus & Antigonus manu magna a ſe deductũ Eumenẽ illius præfectũ regionis declararent. Cæteq; Antigonus iã elatus & oĩa p̃ contẽptũ hñs Perdicæ ſcripta neglexit. Leonatus uero Eumenis gr̃a expeditõe ſuſcepta ex ſuperioribus locis deſcendit in Phrygiã. Interea Hecateus Cardianoq; tyrannus Leonato cõgreſſus orabat: ut Antipatro & Macedõibus ad Lamiã obſeſſis opẽ afferret. Quare ad traiiciendũ p̃motus: ſecũ ẽt inuitabat Eumenẽ: quẽ p̃ id tẽpus conciliabat Hecateo. Erat. n. inter eos ſimultas quã ī patriã p̃pter urbanas contentões cõtraxerãt. Nã multotiens Eumenes Hecateũ q̃ rẽp. per iniquũ occupauerat dñatum palã accuſarat: Alexandrũq; ad reſtituendã Cardianis libertatẽ prouocauerat. q̃propter nunc Eumenes illã aduerſus græcos expeditionẽ recuſãte præſertī cũ ſeſe Antipatrũ reformidar̃ diceret: nec dudũ ſibi inimicus & nunc morẽ gerens Hecateo ipſũ necaret: Leonatus ei fidẽ hñs ſuum oẽ ſibi conſiliũ appuit: ſpe q̃dẽ ſeſe opẽ afferre dictitans: Macedoniæ p̃cipatum ſtatī ut traieciſſet: uendicare conſtituerat: ſubīde nonnullas Cleopatræ (ea ãt Alexandri magni ſoror erat) cõmonſtrat epiſtolas: q̃bus futura uxor eum palã accerſebat. Verum Eumenenes ſeu Antipatrũ pertimeſceret: ſeu Leonatũ iſanum ac īcerto uehemẽtioriq; refertũ aĩo cognoſceret: ſuis acceptis militibus nocte diſceſſit. habebat enī trecentos eq̃tes: ex his ãt quos a pueritia īſtruxerat Alexander ducentos armatos: in argenti uero rõnem talentũ q̃nq; milia. Hoc pacto fuga ſeſe ad Perdicã ſubtrahens: ac Leonati cõſilia detegẽs ſtatī apud illum ãpliſſimus factus eſt: & ī p̃cipandi ſocietatẽ aſcitus. Haud longe poſt cũ militaribus copiis in Cappadociã & p̃ſẽte & exercitũ ductãte Perdica deductus eſt. Tum capto Anarathe rege & regione ī poteſtatẽ redacta: Satrapes hoc eſt locoq; p̃fectus deſignat̃. Dehīc urbes amicis cõmendat arcibus cuſtodes īponit: q̃q; iuri dicendo & rebus adminiſtrandis p̃ſſent ex ſententia reliquit. Cum interim Perdicas omnem rerum earum curam abiiceret: eo exercitum ducente una profectus eſt Eumenes omni illum indulgentiæ cultu proſequens: cum nulla ex parte cæteris poſteriorem regibus ſe eſſe cuperet. Cæterum Perdicas cum ea quæ inſtituerat per ſeipſum tranſigere poſſe confideret: que autem reliquerat impigrum ac fidelem conſeruatorem poſtulare cenſeret: ex Cilicia remiſit Eumenẽ: uerbo quidem ut ſuam ad p̃fecturam reuerteret: Re autem uera ut perturbatam a Neoptolomo & ſibi finitimam Armeniam pacatam p̃beret. Hunc autem quãq̃ inſolentia quadam & inani tumeſcentem animo ſuã uiſſimis tamen uerbis & morum facilitate retinere tentabat Eumenes. Cumq; Phalangem Macedonicam elato ſpiritu ac ferocem inueniſſet: ut equeſtri robore quaſi firmamento inſtructiorem redderet: potentiſſimos incolarum equites tributorum uacatione ac immunitate donauit: tum ſuis quos fide ſpectatos habebat equos emptos impertiit: eorum quidem animos honoribus ac donis incitans corpora uero nunc mouendo nunc exercendo ad perferendos labores impigra efficiens: adeo ut cum ſtupore tum audacia Macedones afficerentur: cum trecẽtorum & ſex milium equitum circa Eumenem numerum breui conſpicerent. Poſtea q̃ Antipater & Cratherus græcia potiti Perdicæ regnum uaſtaturi in Aſiam traiecerunt: cum irruptionem in Cappadociam facturi nunciarentur: Perdicas expeditionem in Ptolomeum: cui ægyptus ſorte euenerat agens: Eumenem omnium quæ in Armenia quæque in Cappadocia fuerant copiarum ducem & imperatorem creauit. Hiſce de rebus litteras edidit quibus Aletam fratrem ac Neoptolomum Eumeni parere: Eumenem autem rebus pro arbitrio uti iubebat. Aletas itaque ſeſe arma ſumpturum haud diſſimulanter negauit. Eos enim Macedones qui ſecum militarent cum Antipatro dimicare uereri: Cratherum autem propter caritatẽ ẽt ſuſcipe paratiſſios. At uero Neoptolomus proditionẽ quã ne occultare q̃dem potuit in

Eumenē ordiebat. Vocatus quoq; non ſolū nō audiuit: ſed ēt aduerſos īſtruxit milites: Hic primū Eumenes ſui appatus & ꝓuidentiæ fructum collegit. Siq; dē uicto eius pedi/tatu per equites Neoptolomū uertit in fugā: oēs eius ſarcinas corripiens: tum ad inſec/tandum ꝓfuſæ Phalangi cū totis adequitaſſet uiribus uictos poſitis armis iurare coegit cum eo ſe militaturos. Neoptolomus igitur paucis ex fuga collectis ſe ad Crathe⁹ & An tipatrū recepit. A quibus ad Eumenē miſſi legati ut ſe cum illis cōiungeret: ꝓuocabant. Frueretur qdē quos ex præfecturis percipiebat fructibus: militias ab eis atq; agros habi/turus: Antipatro amico pro hoſte futuro accederet: qd Cratheri familiaritatē īimicitiā haud ſane conuerteret. Quibus auditis Eumenes minime fieri pōt inquit: ut nouam ī/præſentia⁹ cū Antipatro creetis amicitiā: cū quo ueteres inimicitias gero: qñ illum ami cis & hoſtibus uti uideo: ſeq; ut Perdicæ Cratherū eōciliet & ad æqua oīa atq; iuſtiſſima coniungat paratū: ei præterea q pro dñantis auaricia ulla ſit oppreſſus īiuria quoad ſpi/ritus ſuos reget artus futu⁹ auxilio: corpuſq; ac uitam potius poſitu⁹ eſſe: q̄ fidē. His attente acceptis Antipater de re⁹ ſūma conſiliū agitabat. Neoptolomus ad eos confugi ens de prælio certiores facit: & cū utrūq; tum uero Crathe⁹ ut auxilium ſibi ferant orat. Eū nanq; tā magno Macedonibus eſſe deſiderio: ut modo p/leū eius ſpectent & uocē ex audiant: ad ſe non mediocri uenturos īpetu. Sane. n. grāde Cratheri nom̄ erat. Et ī eum poſt Alexandri mortē multitudīs aī mira caritate īclinabant. Tenebat ſiquidem memo ria eū q̄plures in Alexandrum inimicitias ꝓ eo⁹ ſalute ſuſcepiſſe. Cumq; procliuius ad Perſicos ritus deferr̄tur: obſtitiſſe ac ciuibus ſuis quos per molliciem & inſolentiā cōtu/melioſe tractatos cernebat: præſidio fuiſſe. Quocirca miſſo tunc in Ciliciā Antipatro: Cratherus cum magna copia⁹ parte & Neoptolomo contra Eumenem profectus ē ra/tus inſecturum & neminē expectantē ac ex recēti uictoria īter pocula ſū diſſipatis obuer ſatū ſeſe facturum incurſū. Qua quidē in re q; Eumenes illius præſenſerit īpetum ocy uſq; ſeſe inſtructum præſtiterit uti intenti & uigilātis īperatoris ita nō ſūmi ſane accumi/nis oppoſueris. Cæterum ēt quæ ſibi aduerſa erant: hoſtibus & duci occultaſſe: & eā cō/militonibus ſuis opinionem incuſſiſſe: ut ſe cum Crathero prælium inituros eſſe neſci/rent: hoc ipſum peculiare imperatoris officium fuiſſe dixerim. Rumorem itaq; diſſemi/nat: Neoptolomum actigrem cum Paphlagonum & Cappadocium equitatu rurſus ad uentare. Cum caſtra noctu mouer̄ inſtituiſſet: in ſomnis noua quædam occurit imago. Vider̄ nanque uidebatur geminos Alexandros inter ſe ad dimicandum inſtructos. cum uni uterque Phalangi præeſſet: alteri deinde Mineruam alteri Cererem ſubſidio aduē taſſe. Acri commiſſo prælio ſuperatos quibus ſocia Minerua fuerat. Tum uictori Cere/rem ſpiceam intexuiſſe coronam. Ex re igitur ipſa ſomnium coniectans ad ſe pertinere interprætatus: ſe quidem pro fertiliſſimis agris & magnam per id tempus & bonam in ſpiceis uaginis frugem habentibus dimicare: omnia ſeminata paſſim eſſe ſpecioſam u/bertim pubeſcentium camporum faciem ipſa pace præbēte. Ad id autem confirmatior factus eſt: Vbi aduerſariis ſignum belli Mineruam & Alexandrum eſſe certior eſt fac/tus eſt. Quamobrem ſuis Cererem & Alexandrum belli ſignum exhibens omnes ſpica rum ſertis illigatos arma ſpicis iubet inuoluere. Multotiens impulſus eſt: ut ſuis du/cibus & præfectis militaribus aperiret: quibus cum bellandum eſſet: ne ſolus tantæ neceſſitatis arcanum cælatum comprimeret: conſilio tamen præſtare & menti periculū credere ſatis uiſum eſt. In Cratherium neminem quidem Macedonum ſed mercenari/os equites mille ac uigintiquatuor e regione locat: quibus Artabazi filius Pharnaba/zus & Phœnix tenedius praerant: quos ut primum hoſtis in conſpectum ueniſſent in/citatis ferri curſibus iubet: atq; nullis editis uocibus non regrediendi ſpacio dato non miſſo ſuſcepto præcone manum derepente conferre. Valde enim pertimuerat ne Mace dones cognito Crathero ad eū tranſfugerent. Ipſe ex equitum robore trecentis ī agmine inſtructis adeqtat: in cornu dextro Neoptolomum iuaſurus. Vbi āt medius ſuparus cli uus ꝓſpectum ſui hoſtibus præbuit: citatū uehemētiſſīe faciūt īpetū. Ea res magnū Cra thero ſtuporē īcuſſit: q multa ī Neoptolomū acerbe & cōtumelioſe īuectus: q̄ ab eo de

Macedonum defectõe fraudatus esset: suos ad capessendum fortiter pugnam adhortatus incurrit. Primis ingressibus & quidẽ grauissimis cũ post fractas hastas strictis decertare gladiis cœpissent: Cratherus haud sane dedecori fuit Alexandro. At uero prostratis plurimis multotiens ẽt uersis in fugam aduersariis cum ex Thrace quodã ex transuerso adequitante cõsauciaretur: ex equo dilapsus est. qd̃ cũ cæteros transcurrentes latuisset: Gorgias dux Eumenianus agnouit. Is ab equo descendens corpori iã male se hñti & per acerbos dolores pereũti custodẽ se constituit. Dũ hæc aguntr̃ Neoptolomus & Eumenes mutuis ĩter se odiis & diutina flagrantes ira cõgrediuntr̃: duobus qdẽ cõcursibus: cũ sese minus conspectassent: tertio cogniti nudis ensibus sublato clamore statĩ equos in se cõcitant: quibus more triremiũ in summa collisis manibus se mutuis lora omittentes captant. cassides detrahunt. Thoraces ex humeris discerpunt. Sic igitr̃ in mutuos laniatus ĩtenti subterfugientibus equis ad terram corruunt. ibi diu multũq; luctantes Eumenes exurgẽti prius Neoptolomo sub genu uulnus inflexit: quo debilitatus alteri innixus totis se uiribus in arduum & erectum turbatr̃ Eumenẽ: ictus tñ haud letiferos incutiens accepta in ceruice plaga ꝓtensus concidit. Eumenes uetustis odiis & iracundia probris carpere arma detrahere: cum interĩ gladium tenẽs sensim sub Thorace Eumenẽ ĩ ĩguine cõsauciat: uulnus ex percursoris ĩbecillitate nõ sane ꝓfundum terroris plus habuit q̃ detrimenti. Raptis dehinc ex interfecto spoliis ꝓpter crur̃ & lacertorum uulnera se grauiter habebat. Reiectus tñ in equum perstantibus adhuc in unum hostibus Alterum insectatus est cornu. Cæterum audita Cratheri morte celer aduolans ubi spirantẽ adhuc intelligentẽq; conspexit: descendit & multis lachrymis iniecta dextra multa ĩuectus ĩ Neoptolomum & suam uehemẽter sortẽ & ꝓpriã miseratus est necessitatẽ: per quã eo deductus esset ut uel tã fœda hõi per amicitiã cõsuetudinẽq; coniuncto infligeret: uel ab eo paterẽt. Eumenes hoc prælio decẽ ferme post alterum diebus uictor magnã ex eo sibi gloriã & ãplitudinẽ cõparauit: qꝑ nonnulla per sapiẽtiã: quædã per fortitudinẽ cõfecisset: plurimã etiã penes hostes & socios inuidiam & odiũ plane contraxerat: qꝑ uir peregrinus atq; aduena armis & manibus Macedonum primarium ex eis & splẽdore præstantissimum confodisset. qꝑ si prius de Cratheri cæde ad Perdicã peruenisset: nemo illam inter Macedones potentia superasset. Biduo autem postq̃ Perdicas per seditionem in ægypto esset obtruncatus: huius prælii rumor in castra delatus est. Quocirca indignati statim Macedones Eumenẽ mortis reum faciunt: & suscepti in eum belli ducem una cum Antipatro Antigonum creant. Eumenes postmodum in regia equorum armenta quæ circa Idam pascebantur incidens sumptis ad usum equis: rationem magistris pabuli descriptã misit. Quo audito risisse ferunt Antipatrum tantam Eumenis ꝓuidentiam admirantem: cum r̃giis de rebus rationem aut redditurum aut accepturum sperarit. Cupiebat autem Eumenes circa Sardis uictorioso potens equitatu ĩtra Lydiæ cãpos depugnare: simulq; suas & Cleopatræ copias ostentare glorians ea deinde rogitante. pertimerat enim ne illã ex Antipatro criminationem culpamue capesseret: superiorem petens Phrygiam intra Celenas hybernauit. Vbi cum Alchetam Polemonem & Docimum de imperio contra eum contendentes offendisset: hoc illud est inquit: quod dici solet nulla perniciei ratio est. Deinde pollicitus intra triduum stipendio militibus redditurum: Villas eis & mitiora agri loca mortalibus decoribusq; referta uẽdidit. Qui ãt emerãt cẽturiones r̃liquoq; ordinum præfecti susceptis ab Eumene instrumẽtis: & machinamentis illa ui & obsidione expugnantes ex rebus captiuis debitam militibus mercedem impertierunt. Hæc res adeo magnam Eumeni beniuolentiam comparauit: ut cum epistolæ castris aliquando ab hostibus disiectæ comparuissent: qua centum talenta & ampliſſimos illis pollicebantur honores: qui Eumenem trucidassent: maioremimmodum Macedones instigati sunt. Decretum igitur faciunt ut ex principalibus mille milites ad corporis custodiam constituantur: euntibus in orbem pro sua uice uigiliis. Illi subinde eos ab Eumene honores magna cum caritate capiebant: quorum regum familiares assolent. Eumenes nanque purpureos apices & chlamydes: quod quidem apud

Macedones egregium r̃gis munus habetur)donar̃ poterat quibus tenue ac puſillum eſt ingenium:hi ab ſecundo ſucceſſu rerum leuitate ac elatis extollunt̃ aīs:ita ut cum r̃bus ab excelſis cõuerſos in ſe habẽt oculos:magnitudinis aliqd & excellẽtiæ nacti uideantur. Verum aũt magnus animus & conſtans afflictis magis rebus aduerſiſq; dignoſcit̃:q̃lis Eumenes fuit. Nam in cõſiliis cappadociæ proditõe ſuperatus fugatuſq; ab Antigono: non ante fugientem ad hoſtes proditorem omiſit:q̃ patibulo captum ſuffixerit. Is ex fuga cõtrario inſectantibus curſu clam iter conuertens ad pugnæ locum profectus caſtra poſuit: ubi collecta interfectoꝝ corpora ex effractis circũiacẽtium uillarum foribus concremauit:conditiſq; ſeorſum primoribus ſeorſum plæbeis oĩs aggerans tumulos inde diſceſſit. Quocirca aduentantem poſtmodum Antigonum hõis audaciã & conſtantiã admiratum. Poſtea in Antigoni ſarcinas & prædam incidens plurima q̃dẽ ingenuorum corpora plurima quoq; ſeruoꝝ ingentes opes ex tantis præliis & diſcurſionibus coacervatas cum eas facile diripere poſſet: ueritus eſt ne tãtis locupletatos ſpoliis cõmilitones ad fugã grauiores & ad ſubeundos errores molliores fierent:& ad tolerandũ tẽpus ī quo oẽm ſpem belli collocauerat. Tandẽ repreſſurus Antigonum: ubi uero ita præſentes & ad diripiendum propinquas opes cernit ut Macedones apte ĩhibere graue ſit:Equis obiicere pabulum:& corpora curare imperat:& ſic in hoſtes cõmearent. clam deinde ad Menandrũ ſubmittit:qui ſarcinis hoſtilibus præfectus erat: Magnã ſe de illo p ueteri conſuetudĩe atq; amicitia curam ſuſcepiſſe. Proinde aīaduertere monet ut q̃celerius liceat ex inferioribus locis ad incurſiones expoſitis ad proximas montis radices cõcedat:atque nullos equites nulli circũacti agminis incurſus expaueſcat. Id autem piculum ut primũ Menãder ĩtellexit abſceſſitq;: Eumenes miſſis palã ſpeculatoribus armari milites & frenari equos iubet perinde ac ducturus in hoſtem. Vt autem Menandrum ad iniqua confugiſſe loca a ſpeculatoribus renunciatum eſt:Eumenes ingenti ſimulato mærore ſuos introduxit. Hæc ad Antigonũ poſtmodum teſtante Menandro Macedones Eumenem magnopere collaudaſſe:& mitiores in eum aĩos ſuſcepiſſe fertur:q; cum eorum liberos in ſeruitutem redigere:& uxores probro hr̃e potuiſſet:pepercĩſſet omiſiſſetq;:qbus Antigonus ille inquit o beati homines haud noſtri ſane cura res noſtras omiſit. Verũenim uero ne ſuæ cõpedes fugæ adiicerent̃:pertimuit. Dehinc circũuagari & ſubterfugẽ coactus Eumenes magnæ ſuoꝝ cõmilitonum parti ut abirent perſuadebat:ſiue id eoꝝ caritate diceret:ſiue trahere ſecum eos conſilium non eſſet: quos ad conſerendam quidẽ manum perpaucos:ad occultandã autem fugam pernimios intelligeret. Tũ fugiens ſeſe cũ quĩgentis equitibus & peditibus ducentis ad Norã recepit. is aũt in Cappadociæ ac Laconiæ confinibus locus eſt. Hinc denuo quiſq; ex amicis & iniquitatis locorum & duriſſimæ uitæ ĩpatiens miſſum fieri orauit:benigne ac gratioſe allocutus abire ſinit. Aduentãs poſtmodum Antigonus Eumenem ab obſidione ad colloquium exciuit:Cui Eumenes ita reſpõdit:cõplures familiares Antigõi & duces eſſe:poſt ſe uero ex eis quorũ ipſe defenſor eſt:eſſe neminem. Quocirca ſi colloquia inter ſe fieri cupiat:obſides ad ſe mittat. Cum autem Antigonus ut potentiori Eumenẽ uerba facere iuberet: nullum inquit me ipſo potentiorem eſſe arbitror:quoad huius gladii fuero dominus. Antigono tamẽ nepotem Ptolomeum prout popoſcerat Eumenes eũ ad locum mittente deſcendi:tubi per mutuos cõplexus amice & familiariter data acceptaq; ſalute:congreſſi ſunt: ut qui plurimo uſu & conſuetudine inuicẽ iuncti eſſent. Inter multa colloquia cum Eumenes nullam de pace aut ſui tutela mentionẽ introduceret: Cæterum præfecturas ſibi firmari aut reſtitui dona poſtularet:præſentes cæpit admiratio ĩgenti hominis ſpiritu & animi robore delectatos:frequens ſimul Macedonum concurſus factus eſt:qui aſpectãdi hõis deſiderio afficiebant̃. Etenĩ poſt occiſum Cratherum nulla de altero tanta in caſtris creburerat oratio. Verum Antigonus aliquid illi uiolentum metuens:primũ quidem aduẽtantes clamore ſubmouere & irruentes ferire ſaxis:Deniq; manibus ãplexatus Eumenẽ: repulſa p r ſatellites turba:eum uix in tuta reſtituit. Dehinc circumductis ad Noram muris:& relicto ibi præſidio reliquum abduxit exercitum. Obſeſſus igitur Eumenes q̃q̃

eo in loco præter Annonã ubertim q̃ dẽ aq̃s & ſal uſui cõdiñtũ hr̃et: tñ hiſce de rebus hilarẽ ſociis uiuendi cõſuetudinẽ ĩſtruxit: eis ad mẽſæ & cõuiuii partitus eſcas: eas ĩterim leporum & ſermonũ gr̃a & comitate condiens. Erat autẽ Eumenis aſpectus p̃q̃ſuauis: non ut hoĩs bellicoſi & plurimũ armis attriti. At p̃politus & iuuenili decore ĩſignis: uniuerſa ſtatura mẽbris ac p̃portiõe ſane mirifica p̃ide ac ſingulari artis diligẽtia cõparatis uim quoq; nõ magnã orandi cõſecutus: facundus tñ & dulcis erat eloquio: quẽadmodũ ex eius epiſtolis coniecturã fieri licet. Durante obſidionis tẽpore plurimis oĩum locus anguſtiſſimus ſuos magno afficiebat detrimento: pabulũ & ipſi & eq̃ per ſũmũ ociũ capiebant. Cũ igit᷑ Eumenes ne p̃ deſidiã ĩtabeſcerẽt: remediũ adhibere uellet: & ad fugam quodãmodo expeditos ſi q̃ obueniret occaſio reddere: habitaculũ cubitoꝝ q̃tuordecim longitudine quod eo in loco erat ãpliſſimũ ad hoĩum deãbulationẽ deſignauit: ubi corpus agitare iubebant᷑. Equos aũt ad tectũ magna p̃ lora collo religatos rotiſq; ĩ ſublime ſuſcitatos erigebat: ita ut poſterioribus qdem pedibus terræ niterent᷑. Anterioribus autẽ ſũma uix ungula p̃tingerent. Quibus hunc in modũ ſuſpẽſis ſtabularii nunc clamore nunc ſcuthica inſtantes: adeo inſtigabãt: ut aĩs & indignatione referti: poſtremis quidẽ inſilirent pedibus. dũq; altiores humi ſiſtere concupiſcerent: ſolũ pulſantes totũq; corpus agitantes plurimo cũ anhelitu ſudorem effũderent. Ea res ad roboris & uelocitatis exercitium ſane nõ ĩcõmoda. hordeaq; minutim attrita ĩ eſcã obiiciebant ut & citius cõficerent: & melius digererent. Interea per obſidionis morã Antigonus uita fũctũ in macedonia cum accepiſſet Antipatrum: & p̃pter Caſſandri & Polipercantis ſeditiões res p̃turbari non parua ſane ſpe in uniuerſũ aĩo cõplexus ĩperium: & ad res gerẽdas adiutorẽ Eumenẽ hr̃e ſtatuit. Quocirca miſſo Hieronymo indutias cũ Eumene fecit: prius tñ iure iurando p̃poſito: qd̃ cũ emendaſſet Eumenes: apud obſidẽtes Macedones iudicium faciendũ permiſit uter eoꝝ maiori æquitate prædituſ eſſet. Antigonus enĩ deliberandi tm̃ mõ noĩs gr̃a: initio facta de regibus mentõe reliquũ in ſeipſũ obſtringebat iuſiurandũ. Eumenes aũt primã qdem poſt regum noĩa ĩ iureiurãdo conſcripſit Olympiadẽ. poſtmodũ ſeſe non ſoli qdem Antigono beniuolum fore iuratus eſt neq; ipſius hoſtẽ p̃ hoſte & amicũ p̃ amico habituꝝ eſſe: ſed & Olympiadi ac regibus ſacramentum r̃ferebat. Ea cum iuſtiora cenſerentur macedones adacto in hæc uerba Eumenis ſacramento obſidionẽ ſolutã fecere: Ad Antigonũ ut idẽ iuramẽti genus referret Eumeni mittentes. Eumenes iteꝝ quos ad Norã cappadoces habebat obſides reſtituit: acceptis p̃ r̃dẽptõe iumẽtis equis & tentoriis. tunc congregatis militibus q̃ ex fuga pallantes ĩ regione uagabant᷑ ad mille conuocauit equites: quos fugæ ſocios hñs ob Antigoni metũ euaſit. Ille. n. ſuſcepta iuriſiurandi emẽdatõe: nõ ſolũ Eumenẽ denuo angi obſidione iubebat: Verũ etiã acerbiſſimas macedonibus l̃ras miſit. Infugientẽ ad Eumenẽ in Macedoniã referuntur epiſtolæ ab iis qui augeri Antigoni p̃timeſcebant ĩperium. obteſtabat᷑ Olympias ut ueniens Alexandri filiolũ multoꝝ obiectũ inſidiis educandũ caperet. Polipercon autem & Philippus rex uolebant ut præpoſitus Cappadociæ copiis cum Antigono belligeraret: ſimul & q̃ndorum denariis theſauris ad reꝝ ſuaꝝ reſtitutionẽ q̃ngenta talẽta caperet. Ad bellicos autẽ uſus quãtũcũq; cuperet: q̃bus de rebus & Antigono & Theutamo ducibus Argitaſpidũ l̃ras miſerãt. Acceptis illi litteris uerbis qdem Eumenẽ humãiter ac benigne ſuſcipiunt: Cæteꝝ liuore & cõtẽtõe referti: priotẽ ferre Eumenẽ indignabant᷑. Eoꝝ inuidiam placauit Eumenes: cũ p̃inde ac nihilo indigẽs nihil pecuniaꝝ accepit. Ad ãbitioſas autẽ eoꝝ cõtẽtiones cũ neq; præeſſe ualerent: neq; ſubſequi uellẽt hũc ĩ modũ ſupſtitionẽ ĩduxit. Alexãdrũ. n. inqt uiſũ in ſõnis apparatu r̃gio tabernaculũ cũ ſolio cõmõſtraſſe: dixiſſeq; hic cõſedẽtibus & iuris dñandi locũ hñtibus adero opẽq; ſimul afferam mõ oĩm a me cõſilioꝝ & ĩſtituẽdæ rei p̃ĩcipiũ capiatis. hoc facile Theutami & Antigõi aĩm induxerunt ad eũ nullo aduẽtare pacto uolentiũ: cũ Eumenes ẽt p̃ alienis aſpectari foribus indignaretur. Quocirca regio tabernaculo ac ſolio ĩ ſõnis denunciato hunc ĩ modũ collocato Illuc cõſiliũ magnis de rebus habituri cõgrediebãt᷑. Illis deĩde ad ſupiores euntibus regiones: Pẽteſtas amicitia ſibi deuĩctus ac cæteri Satrapæ cum oẽs p̃ceſſiſſẽt

&

copias:ita in unum corpus adunarunt ut cum armoꝝ multitudíe tū apparatus ſplēdoꝝ Macedones cōfirmauerīt.hi poſt Alexādri mortē ob dñandi licentiā enerues & uiuendi cōſuetudine deliniti:cū tyrānicoꝝ ſpiritus barbaroꝝ arrogātia īnutritos in unum cōtu/liſſēt iter ſe qdē moroſi ac diſcordes erāt.Macedones qdem effuſis blandimētis ſūptuo/ſis cōuiuiis & ſacrificioꝝ īpēſis delinientes paruo qdē tēpore caſtra ipſa q̄ſi q̄ſdā nūdi/nas & ꝑdigalitatis receptaculum reddiderunt.Inq; diligēdis ducibus oīa tumultu & fac tionibus quēadmodū inter populares prīcipatus fieri ſolet ptimeſcebāt. Eumenes cum illos ſeſe qdē mutuo aſpernantes uideret ꝓpter metum autē ſi ulla præſtaret occaſio de ipſius nece cogitātes:ſe argēti penuria teneri cōmtus ē:& ab his potiſſimū q ſimultates in eum exercebant plura mutuatus eſt talenta:quo & maiorē erga illum fidē haberēt:& a ſe de mutuata pecunia ſolliciti manus cōprimerēt.Quāobrē effectū ē ut alienas opes ſui corporis præſidia habuerit:ſolus tutelā ac ſalutē accipiendo cōſecutus:quā ut adipi ſcantur cæteri magna īpendere ſolent.Macedonum tñ aī ſuoꝝ gra largitoꝝ ꝑ immenſā quandā licentiā corrumpebant:Circa illoꝝ fores frequētes obuerſabātur:latus ſtipabāt ac duces extollebant.Poſtea uero q̄ Antigonus magnas ſecum trahens copias non longe metatus eſt:tum res ipſæ q̄ſi uocē edētes ueꝝ inuocāt īperatorē:nec ſolū ſubditi Eume ni auſcultāt:Veꝝ ēt qcunq; ī pace ac deliciis āpliſſimus cedere:ſeſe dedere.At tacitus aſ criptum ſibi ſeruare locum ī traiiciendo paſytigre fluuio:cum cæteri q ꝑ ſtatione erant nihil ſenſiſſēt:ſolus Eumenes Antigoni ſuſtinuit īpetum:& collato marte ſtratiſq; com pluribus cadaueribus flumē oppletū eſt:q̄tuor milia ī poteſtatē redacta. Præcipue uero Macedones ī aduerſa eius ualitudine qd de illo ſentirent:declarauerunt: Cum cæteros ī apparādis ſplēdide cōuiuiis & celebritatibus:ſolum autē Eumenē ī admīſtrādis prīcipa tibus & re bellica ualere dictitarent.Nā cum Penceſtas eis in terra Perſica opipere epulū præbuiſſet: Arietē uiritim ad ſacrificandum īptiens āpliſſimum fore ſe in ſpē uenerat. Paucis poſt diebus militibus iter ī hoſtē agētibus:Eumenes ad euitandas uigilias lōgius ab exercitu ob piculoſā q̄ndā ægrotationē qetus forte in lectica ferebat:paululum ꝓgreſ ſus hoſtes de repente ſuperatis qbuſdam collibus apparuere in planum deſcēdentes.In ſtructa igī acie īcedētibus ut primum auratis ī armis ad ſolē ſplēdor enituit ac bæluæ cū turribus & purpureæ ueſtes inſpectæ ſunt(is.n.uadentibus in prælium ornatus eſt)Pri/mi iter cum clamore ſiſtunt:Eumenē uocitare:haud.n.longius progrediendum:niſi ex/ercitum ductet Eumenes.Deinde fixis humi telis:ſe qdem ut maneant mutuo adhortā tur:duces uero ut qeſcant:neq; ſine Eumene aut pugnam aut ullum in hoſtē īeundum eſſe periculum.Quo accepto Eumenes īcitatis lecticariis curſu delatus ex utraq; lecticæ parte ſummouit auleum magna lætitia manum protendens.Id conſpicati milites con/tinuo uerbis Macedonicis cōſalutant:receptiſq; clypeis & ſariſſis inſtrepētes uociferāt: perq; uices q̄ſi præſente iā īpatore hoſtē ꝓuocant.Antigonus ægrotum ex caſtris Eume nē audiens male ſe hñtē deferri reliquos nullo negocio ꝓpter illius ualitudinē diſſipari cenſuit poſſe.Quocirca ſuos ad pugnam feſtinabundus eduxit. Vt uero adequitans in ſtructā hoſtium aciē formāq; cōpoſitā aſpexit ſtupoꝝ affectus diutius ſuſtitit:cum īterī a dextro in ſiniſtrum cornu cōportari lecticam cerneret.Magnum itaq; ut aſſolet riſum edens Antigonus ad amicos hæc inquit:Illa uobis ex aduerſo nimiꝝ lectica uidet īſtruc/ta ac ſtatim relictis copiis caſtra locauit.Alia ex parte paululum denuo reſpirātes ad fac/tiones reuocati ſuis cum ducibus laſciuiam agentes:uniuerſum ferme Gabenoꝝ agrum ad hybernādum inter ſe diuiſerunt:ita ut primoꝝ a poſtremis tabernacula mille ſtadio rum ſpatio abeſſēt:qbus de rebus factus certior Antigonus ꝑ cōpēdioſā quidē cæterum aſperam difficilē & aquarum indigam cōuerſus uiā eo.ſ.motus eſt. Spe enī ducebat ſi diſperſos per hyberniā milites adoriret fore ut ea hōim multitudo ſuis haud difficile du cibus iteꝝ adſciſceret.Is ubi inhabitatum īgreſſus eſt agrum terribiles uenti & immēſa frigora exercitu perturbato Iter nō mediocri ſane detrimento rapuerunt.Ad hāc igit rē ignes q̄plurimi neceſſario fuer adiumēto:quocirca hoſtes nō latuit:tum barbari q mōtes inhabitabilē reſpicientes agrum incolunt:tantā īcendiorum multitudinē admirati nun/

cios ad Penceſtā cum dromedariis mittunt camelis. Quod ut intellexit terrore exaīatus: cum & cæteros eodē mō hñtes cerneret: miratus fuga reliquos intereundum reptos mili tes ad fugiendum pmouit. Eumenes āt oībus pauorē ac pturbatōem ademit: hoſtium uelocitatē ſtatī rpreſſurum ſe eſſe pollicitus ut triduo expectatōe tardius aduentēt. Illis itaq; pſuaſis tum nuncios dimiſit qbus ut copiæ ex hybernis q̄primum cōgregarent iu bebat. Tum ipſe cum reliqs exequitans ducibus locum q deſerta permeātibus ſpectari pōt: ꝓcul āplexus & dimēſus īcēdia pmulta caſtrēſi more ꝓ itercapedines fieri præcepit. Ignibus deīde ex collibus ad Antigonos cōparētibus dolor & aguſtia cæpit Antigonum. Exiſtimauerat. n. hoſtes cum iāpridē eius aduētum ſenſiſſēt obuios fieri. Ne igit itīeris labore laxatus attrituſq; manum cum hoſtibus cōſerere cogeret. Expeditus qdem & per bona eductus hyberna omiſſo uiæ cōpēdio ꝓ uicos urbeſq; tacitus abduxit. Interī ex ho ſtibus ut aſſolet occurrente nullo: audiens poſtmodum ex incolis nullum ibi fuiſſe exer citum: at loca duntaxat ignibus referta: īperatoris Eumenis arte deluſum ſe eſſe cogno uit. Quod grāuiter ferens ut apto marte decerneret ſæpius admouit copias. Coactis īte rea militibus maxīa eorum pars Eumenis ſapiētiā admirari & ſoli īpium deferre. Eā ob rē prīceps Argiraſpidum Antigonus & Theutamus dolore ac īuidia cōmoti inſidias tē dere: & cōuocatis præfectorum ac prīcipum cōplurimis modum ac tēpus necādi Eume nis agitant. decernunt igitur oms ut ad huius uſum prælii reſeruatus cōfecto ſtatī præ lio trucidetur. Cæterum Eudamus elephantum præfectus ac Phædemus rē decretā Eu meni denunciāt: Nulla mediusfidius ī Eumenē beniuolentia aut caritate: uerūenīuero ꝓtimuerunt ne mutuatas Eumeni pecunias amitterent. Eumenes illis collaudatis taber naculum īgreſſus ſeſeq; ītra bæluaꝝ conuentū uerſari præfatus: teſtamta cōſcripſit: ac codicillos deſcripſit: ut cōſcidit & diſpſit. Nolebat. n. poſt eius mortē ullis ex lris accuſa ri & crimina de rebus occultis cōflari. His itaq; diſpoſitis deliberare cœpit uictoriam ne aduerſariis dimitteret: an per Mediā fugitans & Armeniā ī Cappadociā ꝓficiſceret. Ni hil āt ī amicoꝝ præſentia firmū decernit: ſed pmulta mouēs aīo ſeq; ꝓ fortunis ī partes uerſans uarias aciē inſtruxit: græcos exhortatus & barbaros. Phalanx deīde & Argiraſpi des eum bono aīo eſſe iubēt: ſuum hoſtibus haud expectaturis īpetum. Philippi ſiqdē & Alexandri ueterani fuerant: q̄ſi quidē inuicti bellorum pugiles & ad id uſq; tēpus ītre pidi multi annos ſeptuaginta nati nullus autē ſexagenario minor. Progredientes igit ī an tigonianos: inq; eos cum īdignatōe irrumpētes ſubſtinēte nullo uniuerſā diſſipant pha langē manu obtruncant plurimi. Hac quidē ex parte ſūma ui ꝓrſus ſuperatus ē Anti gonus: eqtatu tñ uictor euadebat. Cunctum ēt Penceſtæ apparatū ſarcinaſq; diripuit: cum ſegniter ac remiſſe prælium iniſſet. ſe āt Antigonus cum terror uocaret ad uſum belli uigilantē ac intentum exhibuit: opportunitatē ex loco nactus. Aperta. n. ē ac uaſta planicies: nō ſane pinguis nō aſpa nō ſolida: ſed arenoſa & ſqualenti referta ſalſugine. Ea tot equorum tot mortalium pulſata curſationibus ſub ipſum pugnæ tēpus puluerē calcis īſtar exalans aerē inalbabat: qui oculos turbidus īuolueret. Hoc igit occultatus An tigonus hoſtiles facilius ſarcinas & bona ī ſuā poteſtatē redegit. Statī poſt pugnā Theu thamus legatos res ſuas repetitū mittit. Antigonus nāque ad Argiraſpides has res reddi turum eſſe & cæteris in rbus ſecum benigne comiterq; acturum pollicitus erat: ſi Eume nē ſibi traderent. Argiraſpides abhominandum cæpere conſilium: ut uiuum Eumenem in hoſtili manu ponerēt: prīcipio nullā ꝓ ſuſpitionē ſeſe ꝓpius applicant obſeruantq;. Nōnulli pro rebus amiſſis delamētabant. Poſtmodū irruentes ei pugionē detrahunt: & reflexa in manus zona colligāt. Poſtq̄ miſſus eſt ab Antigono Nicanor: ut illū ſuſcipet: ductus ꝓ macedonas Eumenes: ut ſibi exercitū alloqui liceret orat: nō ut preces nō excu ſationes adhibituꝝ: Cæteꝝ de illorum cōmodis uerba facturum. Silentio facto in edito quodā loco cōſtitutus colligatas ꝓtendit manus. Et quod nā inquit O Macedonū peſ ſimi de uobis Antigonus Trophæum erexit: q̄le ipſi de uobis exigitis cū īperatorē ueſtrū uictum captiuū q; deditis? Nōne graue & periculoſū erat: ut uictores uos ꝓpter rerum ueſtrarum iacturā uictos eſſe fateremini? Quaſi uero in pecuniis atq; opibus nō armis

uictoria ipſa conſtaret. quin etiam pro ueſtrarum redemptione ſarcinarum imperatorē ueſtrum mittitis. Ego quidem inuictus atq; hoſtium uictor a uobis trahor: Ab his qui mihi ſocii ſunt in perniciem datus. Voſq; per caſtrenſē iouem per iuriſiurandi præſides deos oro & obteſtor: hic me inter uos occidite. Cum apud Antigonum obtrūcatus opus ueſtrum futurus ſim: nec ullas quidē querimonias edet Antigonus. Illi ſiquidem non uiuente ſed defuncto Eumene opus eſt: quod ſi ueſtris parcitis manibus una ſoluta ſat erit ut meis rem ipſe conficiam. Si autem gladium mihi non creditis obſtrictū feris obiicite. Quod cum perfeceritis uos uti ſanctiſſimos uiros & in ducem ueſtrum æquiſſimos iureiurando ſoluo. Hæc cum oraret Eumenes cætera multitudo dolore compreſſa collachrymabat. Argiraſpides autem ducendum eſſe: & contrarianti ĩaniaq; iactāti minime adhiberi animos oportere clamabant. Haud enim indignum facinus eſſe: ſi Cheroneſiaca pernicies lugeat: cum innumerandis macedonas bellis defatigauerit. Id autem grauiſſimum eſt ſi præſtantiſſimi Alexandri ac Philippi milites tot ātea per labores agitati ſuis bellorum præmiis in ſenectute priuentur: ab aliis cibos capientes: cum ſuæ interim uxores tertiam iam noctem cum hoſte cōcubant. Poſt hæc Eumenē maturato curſu ducunt. Antigonus globum ueritus (nemo enim in caſtris relictus erat) decem ualidiſſimos emiſit elephantos frequentiſſimoſque Medos & Parthos haſtatos: qui multitudinem ſummouerent. Eumenem quoq; propter ueterem amicitiam & familiaritatem in ſuum uenire conſpectum minime ſuſtinuit. His qui aſſeruandum acceperant quonam pacto cuſtodiendus eſſet rogantibus: ut Leo: ut Elephantus ĩquit. Non longe tamen poſt miſeratus eum: & grauiores dimiſit catenas: & conſuetum dedit ſeruum: qui illum perungeret: & ex amicis quiſq; interdiu ſecum uerſari: & neceſſaria illi deferre uoluit & adire ſinit: agitans plurimis diebus de illo conſilia & ſermones: & pollicita faciebat. Cum Demetrius eius filius & Nearcus cretenſis maiorem ĩmodum de eius ſalute contenderent: incūbētibus eius morti una cæteris omnibus: ferunt cuſtodē Eumenē eius Onomarchū aliquādo interrogaſſe: Quāobrem Antigonus hoſtē atq; inimicum ĩ poteſtatem habēs nec mature necat: neq; generoſe liberat. Cui cum Onomarchus cōtumelioſe dixiſſet: nō impræſētiaꝝ equidem uerum ĩ prælio animoſus ad mortē eſſe debuiſti. Subiecit Eumenes & ita mediusfidius per id tēpus fui: ab his percōctator inquit qui mecum manū cō ſeruere. Verum præſtantiori concurriſſe memini me ſcio. Tum Onomarchus quando quidem præſtantiorem comperiſti cur eius expectandum eſſe tempus non exiſtimas? Antigonus ubi neci Eumenē dedere conſtituit: ei cibum ſubduxit. Ita bidui aut tridui in edia ad ſummum uitæ diē adducebatur. Cum autem caſtra repente mouenda forent: intromiſſo homini iugulum præbuit. Deīde Antigonus corpus amicis traditum cremari permiſit: ſimulq; reliquias in urna argētea cōpoſitas ad uxorem & liberos reddendas miſit. Eumene hunc ĩmodum expirante proditorum ſuorum ducum atq; militum nulli alii uindictam fortuna conceſſit. Verum Antigonus ipſe Argiraſpidas & impios homines & ĩmaniſſimas bæluas propulſans & abiiciens eos Ibircio Arachoſiæ procuratori tradidit: ut quouiſmodo homines ita diſperderet: ac in perniciem daret ut nemini in Macedoniam abire aut græcum cernere pelagus liceret.

EVMENIS SERTORIIQVE COMPARATIO.

HAEC SVNT QVAE DE SERTORIO AC EVMENE DIGNA memoratu ſuſcepimus. In his comparandis illud utriq; cõe: qđ & externi & alienigenæ & extorres uariis gentibus bellacisſimis exercitibus & ãplisſimis copiis uſq; ad exitũ præfecti fuere. At peculiare qdẽ eſt qđ Sertorio uniuerſis a ſociis dignitatis gr̃a collatus ẽ prĩcipatus. Eumenes uero cũ pmulti de ĩperio diſceptarent priores ad ſe partes ex rebus ipſis aſſũpſit. Præterea q̧ iuſto ſubeſſe prĩcipi uoluerunt alter̄ ſecuti ſunt. Qui aũt ipſi prĩcipes eſſe nõ poterant: alteri ad utilia parebant. Romãus. n. iberis & luſitanis: Cheroẽnſis uero macedonibus ĩperitabat. Ex quibus cum illi iãdudũ romanis ſeruirent: hi cunctos ĩ ſeruitutẽ hoſtes deducebãt. Ad hæc Sertorius cõſilii & rei militaris admiratõe. Cæterũ Eumenes ob ſcribæ officiũ in contẽptu habitus ad ĩperatoris puẽrit diguitatẽ. Eumenes nõ mõ paruis quæ ſibi adeſſẽt ad poteſtatẽ occaſiõibus uſus nõ eſt: ſed ẽt maiora quædã habuit ĩpedimẽta. Nã & q̧ apti ſibi eſſẽt aduerſarii: & q̧ occultas ei tẽderẽt inſidias cõplures. nõ ſic alter: cui cũ nemo palã pauci poſtremo ſocii deinde inſurrexere. Quãobrẽ huic quidẽ hoſtes piculor̄ exitũ attulerunt. Illi ãt inuidi ex uictoria periculũ ĩportarunt: quæ ad militandi negocium attinent ĩter ſe paria ſunt. Alio tñ mõ. Cõtentõis. n. ac bellandi ſtudioſus Eumenes, comitatis & quietis Sertorius amator, qm̃ cum alteri mõ ſeſe eminus conſtituiſſet tutã & honorificã uitã agere liceret cõtra eos qui ſibi pacis ĩterceptores erãt bellum erat. Eumenẽ ſiquidẽ Antigonus dũ de reg̃ faſtigio ne ſecum cõtẽderet admonebat: ſecũdo cõtẽtus ordine libens utiq; ad uſus regni aſciuiſſet. Põpeius Sertoriũ ne ocioſã quidẽ uitã agere p̧mittebat. Iccirco illi ut initio ſponte pugnaret: obuẽit. Huic uero ne oppugnaretur ĩuitus ĩperabat. Qui maiores tutelæ fortunas añponit: Is bellorum auidus hñdus eſt. At bellicoſus q̧ tutelã bello ſibi uendicat. Rurſus ut aliter extinguerent̃ euenit. Huic qdẽ ut nihil ante præſenſiſſet: illi uero cũ & necẽ cõtinuo expectaret: e q̧bus alter̄ benignitatis eſt (amicis. n. fidẽ hr̃e uidebat̃) ĩbecillitatis alter̄: qm̃ cũ ſalutẽ fuga cõparere uellet cõprehenſus eſt. Alteri mors nullo dedecore uitã maculauit q̧ ab amicis ea paſſus eſt quæ nullus hoſtis inferr̃ potuit: Alter cũ priuſq̃ in captiuitatẽ ueniret: fugã capeſſere nequiuerit. Et poſtquã ĩ captiuitatem uenerit uitã retinere cupiuerit: mortẽ nec bene uitauit nec recte tulit: q̧ ſupplex atq; orans hoſtẽ q̧ corpus dũtaxat in manu hr̃e uidebat̃: ſui quoq; aĩ cõpotẽ fecit & dñm.

SERTORII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER LEONARDVM ARETINVM IN LATINVM VERSA.

NON EST FORTASSE MIRANDVM PER INfinitum tẽpus alibi aliter fortuna influente res humanas in eundẽ ſæpius caſum deferri. Siue enĩ ſubiacentiũ rerũ multitudo terminata non eſt abundantẽ & facilem habet fortuna ad ſimilitudines edendas materiã. Siue q̧ ex quibuſdam terminatis numeris ſeries reg̃ connexa exiſtit: ne ceſſariũ eſt ex illar̄ diſcurſu ſæpe eadẽ euenirr̃. Cũ uero q̧dã huiuſmodi fortunæ opa quæ rõe & cõſilio factis ſimilia uident̃: hiſtoria adnotarint: Veluti ex duobus atteonibus: quor̄ alter ſyrus alter Arcas fuit utrũq; ab Apro ĩter emptũ fuiſſe: Duor̄ acteonum alter̄ a cãibus alter̄ ab amatoribus diſcerptũ: Duorum Scipionũ ab altero uictos Carthaginenſes ab altero funditus euerſos: Troiam ob Laomedontis equos primũ ab Hercule deinde per ligneum equũ ab Agamenone: Tertio p̧pter equum qui ĩ porta conſiſtens Ilienſibus claudere uolentibus ĩpedimẽto fuit: Achaidemo duce captã fuiſſe. Duarum ciuitatũ quæ olentiſſimar̄ plãtar̄ noĩa hñt Chio. ſ. ac Smirna in altera natũ fuiſſe Homer̄ in altera deceſſiſſe. Age & hoc adiungamus qui

duces maxime bellaciſſimi fuerunt:eos altero caruiſſe oculo:Philippū Antigonū Hānibalē & Sertoriū:de quo iſta ſcribimus:quē Philippo cōtinentiorē ī mulieres:Antigono fideliorē ī amicos:Hannibale placabiliorē ī hoſtes qs oſtēdat.īgenio autē nulli eoꝝ inferiorē:ſed fortuna oībus ipſis:q̄ ſēp magis infeſta q̄ hoſtibus uſus ſe peritia Metello audacia Pōpeio fortuna Scyllæ potentia romano populo Exul & barbaris īperitans adæq̄uit.Huic autē præcipue oīum græcoꝝ Eumenē cardianum aſſimilabimus. Nā īperioſi ambo:& cū dolo bellaces:extorres ſuaꝝ ciuitatū duces alienaꝝ fuerunt. Ambo præterea fraude ſuorū ad extremū necati.Q.Sertorii genus nō obſcuriſſimū fuit ex Mirſia urbe ſabinorū.educatus autē honeſte ſub matre uidua ſūmo amore coluiſſe illā uidet̄.matri nomē Rheam fuiſſe tradunt.Eruditus uero ī cauſis orandis potētiā quādam ī ciuitate adoleſcens adhuc ſibi p eloquētiā cōparauit licet poſtea rei militaris ſplendida opera:illū ad ſe totū attraxerint.Prima eius militia ſub Scipione fuit:& aduerſus cymbros tunc galliā ingreſſos:cum ab romanis male pugnatū eſſet amiſſo equo & uulnere īſup accepto Rhodanū amnē cū Thorace & ſcuto p aduerſos fluctus plurimū natando traiecit:ita robuſto & exercitato erat corpoꝛ.Poſt hæc ſub.C.Mario duce aduerſus eoſdē hoſtes militauit:quo in tēpore cū cymbri tanto terrore tantaq; multitudine Italiam intraſſent:ut uix quiſq̄ romanus īueniret̄:q ordinē ſeruare aut duci parere uellet:Sertorius ipſe intrepidus caſtra hoſtium īgreſſus eſt:celtica ueſte & q̄dā eoꝝ linguæ noticia ad cōgreſſus obuiantiū fretus:per hunc modū cōſiliis ordinibuſq; eoꝝ exploratis ad Mariū rdiit:eiuſq; rei gra ab eo donatus eſt.In reliq̄ uero expeditōe multa prudētiæ & fortitudinis opa oſtēdens:famā & gloriā ſibi cōparauit. Poſt Cymbricum & theutōicum bellum:ſub Didio prætore tr.militum in Iberiā miſſus ī urbe Cathalone cū hybernaret & milites utpote ī magna reꝝ copia cōſtituti petulantia uterēt̄:ac ſæpe ebrii eſſent:oppidani cōſpiratione facta:& auxilio ex uicina Giriſenoꝝ urbe p noctē ītromiſſo:hoſpitia militū īuadētes eos trucidare adoriunt̄.At Sertorius cū paucis ꝓlapſus & quotquot effugiebāt ex militibus in unū collectis circuiuit urbē:p ipſā portā q̄ pauloante hoſtis intrauerat.eā nanq; aptā reperit īgreſſus nec ſtationibus ut antea barbari fecerāt neglectis:ſed diligēter ī ipſa porta diſpoſitis urbeq; ſubinde oībus locis occupata:cunctos q p ætatē ferre arma poterant trucidauit:ac ſubinde milites arma & inſignia hoſtiū ſibi aptare iubet:ſeq; ad eā urbem ſeq ex q̄ auxilium Catholonēſibus uenerat.ſic ergo illos ſpecie armoꝝ deceptos ciuibus ſuis obuiā effuſos repēte occupat:multiſq; circa portas mactatis:reliquos ī deditionē accepit uænundauitq;.Ex hoc Sertorius magnā ī Iberia famā aſſecutus:ut primum romā rediit:q̄ſtor galliæ quæ circa padū eſt deſignat̄:& quidē opportuno tēpore.Inſtante enī Marſico bello delectū militū & armorū præparationē ſibi cōmiſſā tanta celeritate diligētiaq; pegit:ut uiri īpigri & ī rebus agēdis maxīe efficacis ex ea q̄ſtura gloriā ꝛportarit. Nec tñ ad honores licet dignitateſq; ꝓuectus militarē audaciā remiſit:ſed in præliis ſine ulla exceptōe corpus ſuū piculis obiectans:& fortitudinis opera manu propria edēs tandē alterum amiſit oculum.De quo ēt gloriari ſolebat qđ alii nō ſēp uirtutis ſuæ teſtionia ſecum deferrent:ſed torques & haſtas & coronas domi relinq̄rent: ſibi uero bellicæ laudis inſignia cōtinuo adeſſent:eoſdēq; hꝛet fortunæ & uirtutis ſuæ īſpectores. Tribuit & populus romanus ſibi ꝓ his rebus magnifice honorē. Venientē ſiquidē ī theatrum populari plauſu & multis cōmdationibus eū excepit.qđ genus honoris nec ſenioribus qdē & clariori ꝓſapia ortis facile tribuebat̄.Cū tñ tribunatū peteret nō obtinuit:Scylla per factionē ipſum oppugnante:eaq; uidet̄ fuiſſe cā cur Sertorius Scyllā oderit. Mario deinde pulſo Scyllaq; ad Mithridaticū bellū ꝓfecto:cum Octauius conſul in partibus Scyllanis pſeueraret:Cinna uero eius collega res nouaꝝ adortus partes Marii ſibi aſciſceret:Sertorius Cinnæ adhæſit:ea potiſſīe rōe qđ Octauium heberiorē & Marii amicis minime fidentē cernebat.Cōmiſſa itaq; ī ipſo foro īter conſules pugna Cinna & Sertorius ſuperant̄ pellunturq; ex urbe:haud paucioribus q̄ decē milibus in pugna ipſa amiſſis. Poſt hæc militibus:q circa Italiā erant collectis cum ſufficiens robur contra Octauiū ſibi cōparaſſent: Marius ex africa nauigauit quē ut priuatū ſe conſuli offerentē cum alii

recipiendum cenſerent Sertoriꝰ diſſuaſit ſeu ueritus ne auctoritas ſua præſente uiro maioris auctoritatis minueretur: ſiue ne Marius ob ſæuiciã & irã modum ĩ uictoria ſeruare neſcius cuncta auerteret. Diſſerebat ergo Sertorius parum iã negocii ad plenã eis uictoriã ſupereſſe q̃ ſi Mariꝰ reciperent: totã apud illum confecti belli gloriã futurã graueq; & infidum fore poteſtatis ſocium. Cuius cum rõibus Cinnã ſe aſſentiri diceret: cæterum neſcire q̃ fronte Marium repudiare poſſet præſertĩ ĩ ſocietatẽ belli a ſe uocatum: rñdens Sertorius: at ego inquit ſuopte cõſilio ueniſſe Marium putabã non a te uocatũ. Itaq; cum de eo recipiendo uel nõ recipiendo conſultares: quæ optima rebar oſtẽdi. Tu uero ſi eum uocaras ne ĩ conſultatõe quidẽ an recipiẽdus foret ponẽ debuiſti: ſed ultro recipere: cum fides tua illi tradita cogitandi ac deliberandi ratõem excludat. Sic igit̃ Mario ab eis recepto diuiſis trifariã copiis bellum cõfecerunt: & cum ĩ uictoria Marius ipſe & Cinna oĩa crudelitatis exẽpla ꝓderent: Sertorius ipſe nec trucidare quẽq̃ ob irã: neque cõtumeliã alicui intuliſſe dicit̃. ſed ea cõtinuo ĩprobaſſe: quæ Marius fœde crudeliterq; faciebat: & apud Cinã interceſſiſſe: ut moderatius uictoriã exerceret. Tandẽ uero ſeruos: quos Marius ĩ bello quidẽ ſocios poſt uictoriã uero ſatellites ac miniſtros tyrannidis habuerat ſuæ: cum partĩ illius iuſſu partĩ ex ſeipſis cuncta fœde & uiolenter agerent dños mactarent domĩabus per uim admiſcerent̃: pueros ẽt conſtuprarent: ĩdigne ferens Sertorius: nec ulterius id tolerandum ratus: cõtra eos impetum fecit: oẽſq; ad unum (ſupra q̃tuor milia ſeruorum erant & caſtra in cãpo habebant) trucidauit. Deinde cum. C. Marius diem obiiſſet: & Cinna paulopoſt interfectus fuiſſet: ac Marius adoleſcens ĩuito eo contra leges cõſulatũ occupaſſet: carbones uero & Narboni & Scipiones aduerſus Scyllã redeuntẽ male reſiſterent ac partĩ ignauia ducum partim ꝓditorum malignitate rescorum pẽt̃: nec Sertorius ipſe quãq̃ præſens ꝓpter ĩprobitatẽ eorum qui plus poterãt emendare res poſſet: ac tãdẽ Scipio ſub ſpe pacis a Scylla deceptus exercitum amiſiſſet: deſpatione rerum urbanarum adductus: in Iberiam contendit: eo conſilio ut partium ibi ſuarum ĩfugium cõparet. Grauĩ autẽ atq; aduerſa tẽpeſtate delatus ꝑ loca mõtuoſa & aſpa tranſitum a barbaris pecunia ĩdemit: quod cum ſocii indigne perferrent ac t̃pe eſſe dicerent ſi populi. R. ꝓconſul barbaris tributũ perſolueret: tẽpus ſe redimere ĩquit: quo nihil rarius eſſe cõſueuerit magnaꝝ auidis reꝝ uiris. Sic igit̃ barbaris pecunia placatis in Iberiã tranſiuit. Suſcipiens autẽ ꝓuinciã multitudine qdẽ populoꝝ floreẽtem ſed auaricia & ſuperbia magiſtratuũ male diſpoſitã familiaritate & cõuerſatõe potentes tributoꝝ releuatione populos in ſuã beniuolẽtiã conuertit. Inter cætera gratiſſimũ prouinciæ fuit: q̃ a receptõe militũ hoĩes liberauit: in ſuburbanis enĩ milites hybernaĩ iuſſit: tabernaculis ſibi ꝑ tẽpore inſtructis ipſeq; ante oẽs ita fecit. Nõ tñ ad gr̃am ꝓuincialium oĩa gerebat: ſed armãtis quotquot ĩ Iberia habitabãt Romanis: tormentaq; oĩs gñis machinatus ciuitates ſub ĩperio cõtinebat. humanus quidẽ in pace: ſed in bellico apparatu terribilis. ut uero. L. Scyllã audiuit romã ingreſſũ: Mariiq; & carbonis partes deletas eſſe ratus confeſtĩ ducẽ aliquẽ cum exercitu contra ſe uenturum: Pyrenei iuga ꝑ Liuium ſalinatorẽ cum ſex milibus militũ occupauit. Nec multo poſt. C. Annius a Scylla miſſus aderat: qui cum inexpugnabilem Salinatorem cerneret: ſub ipſis montibus cum exercitu ſubſedit. Salinatore autẽ per dolum a quodam Calphurnio cognomine Lanario ĩterfecto cũ Sertoriani milites Pyrenei deſeruiſſent arcem tranſgreſſus Annius magna manu contra Sertorium cõtendebat. At Sertorius cum nõ tantas haberet copias ut Annio reſiſtere poſſet: cum tribus milibus hoĩum Carthaginẽ nouã aufugit: ĩdeq; nauibus mare ingreſſus Libyæ apud Mauruſiũ applicuit. Hic ſine ſtationibus aq̃tũ egreſſi milites a barbaris ĩpetu facto multi necantur. Inde rurſus in Iberiam rediens: cum repelleretur a littore: Cilicibus Piratis ſibi coniunctis in Pytuiſam inſulam: ſupato Annii præſidio qd̃ illi præerat: deſcendit. Nec multopoſt ipſe Annius uenit cum multis nauibus & quinq; milibus militum: contra quem Sertorius nauali prælio: q̃is eas naues hr̃et: quæ nõ ad pugnã ſed ad fœlicitatẽ fabricate erãt pugnare aggreſſus ſurgẽte zephyro & Pelago agitate plæriſq; Sertorii nauibus ob leuitatẽ tranſuerſum ĩ Scopulos delatis: ipſe cũ paucis

terra ab hostibus mari autē a uentis cū excluderet̄.x.cōtinuos dies īfestis undis agitatus uix tādē fluctus supauit. Cessante uento ad īsulas quasdā aquaꝝ expertes delatus est: ex quibus postea nauigans gades transuectus extremā Iberiæ orā tenuit: Haud multū sup becidis fluuii hostia: qui athlanticum influēs mare nomē circūiacenti Iberiæ tradit. Hoc in loco nauræ q̄dā Sertorio obuiā fiunt: tunc forte redeuntes ex Athlanticis insulis quas beatas uocāt. Duæ quidē hæ sunt paruo inter se diuisæ mari: decē milibus stadioꝝ a Libya distantes. Imbres illic rari mediocresq; uēti autē plurimum suaues ac roriferi solum uero pingue nec arari mō plātariue facile sed ēt ex se absq; ullo humāo studio fructum ꝓducit dulcē quidē & ociosā multitudinē nutrire sufficientē. Aer sincerus ac tēperatus & mediocri mutatōe p tēpora cōtētus. Nā q a terra perflāt uenti boreasq; & aq̄lo ꝓpter longi quitatē uasta & inania incidentes spacia fatigant̄: & deficiunt prius q̄ ad eas īsulas puenerint. Qui uero a mari perflant Argete & zephyri refrigerātes raros quidem & tēpa tos ībres ex pelago afferunt: plurima uero p humiditatē aeris cū sūma facilitate nutriūt. Vt ēt apud barbaros increbuerit fides: ibi Helisios esse cāpos: & beatorum domicilia ab Homero decantata. Hæc igit̄ cū audisset Sertorius mirabilis eum cupido cæpit insulas eas adire incolereq; & illic quiete uiuere sine magistratibus & bellorꝝ curis. cuius aīum cū intuerentur Cilices hoīes nequaq̄ pacis aut q̄etis sed rapinarꝝ auidi statī ī Libyā nauigarunt Ascalium in Maurusiorꝝ regnū reducturi. Nec ñ ob hoc Sertorius deficit aīo: nec sibi quiescendum putauit sed hostibus Ascalii ferre auexiliū decreuit: ut hi q̄ secum erāt iniecta aliq̄ spe nouarꝝ rerꝝ cōtinerent̄. Cupientissim itaq; Maurusiis adueniens Ascalium debellauit: obsediteq; ad quē liberandum cum Paccianus a Scylla missus uenisset: Sertorius ipsū aggressus Paccianum quidē necauit: exercitū autē ui cepit. Tigennā uero oppidum: in quo Ascalius & fratres confugerant: expugnauit. Ibi sepultum esse Antheum incolæ tradunt: eiusq; monumētum cum ꝓpter magnitudinē afferentibus barbaris fidē non præstaret Sertorius perfodit: reptoq; ibi corpore septuaginta cubitorꝝ obstupuit: restauratoq; tumulo famā eius honorēq; adauxit. Fama ē apud tigennita Anthei uxorem Tigēnā noīe post mortē uiri ab Hercule cognitā Syphacē genuisse: q̄ postea illis in locis regnans urbem de matris noīe condidisse dicit̄. Ex Syphace natū postea Diodorū tradunt: cui græcum hñti exercitum ex oliuanis myceneisq; ab Hercule his ī regionibus relictis magna pars Libyæ paruit. Hæc dicta sint gr̄a iubæ oīum regum ī historia præstātissimi: cuius origo a diodoro & syphace tracta esse memorat̄. Sertorius cum oīa uictor superasset: Maurusiis q̄ sese illi crediderant: absq; ulla fraude urbes & īperium & pecunias restituit: nec q̄quā nisi quæ illi sponte dabant retinuit. Inde cum iā de recessu cogitaret: legati Lusitanorum uenerunt: rogātes ut imperium eorum acciperet. Oīo.n. uiro aliquo rei militaris perito magnæq; auctoritatis ob eum q̄ īminebat ab romāis metum indigentes ī Sertorium ꝓpter egreg ā eius famā cōuersi erant. Etenī dr̄ Sertorius neque uoluptate neq; metu superari facilis fuisse: fortissimus in aduersis modestus uero ī secūdis: ī subitis īprouisisq; casibus ita constans & audax ut oēs sui tēporis duces anteiret. In cunctis uero quæ siue ingenio siue astu conficiuntur occupatōe locorum & præuētōe hostium celeritate fallaciis circūuenientibus: & dolis quotiens expediret ꝓfundissimus artifex: In remunerado largus ī puniendo mitis & clæmens. Quāq̄ id q̄ ad extremum ī obsides Iberorum ꝓgit arguere uideatur ipsum non mitē neq; placidum natura sed arte & consilio tēporis cā simulatum fuisse. Mihi uero merā uirtutem & rōe stabilitam fortuna nunquā ī cōtrariū mutare posse uidetur. Bonas tñ uoluntates & naturas laudabiles nihil prohibet magnis aduersitatibus cōtra merita contīgentibus īmutari. q̄ eq̄dē Sertorio euenisse credo: rebusq; aduersis irritatum cōtra īiurias malignantium accerbius īsæuisse. Sed hæc postea. Tunc ergo ex Libya in Lusitaniā profectus & dux cum īpio factus prouinciam stabiliuit & Iberiā ꝓximā eius īperio adiunxit: plærisq; sponte sese illi dedentibus maxime ꝓpter humānitatē eius & efficaciam ī agendo. Sunt quoq; ab ipso nonnulla altiori fallacia & arte perfecta: ī quibus illud præcipuum: quod ceruam cādidi

coloris manſuefactam ſic ut uocantem exaudiret:& uadẽtem ſequeretur:nec ſtrepitum caſtrorum nec militum clamorem formidaret:paulatim apud barbatos homines & religioni pronos iactare cœpit donum id eſſe Dianæ ſibi tranſmiſſum multaque ex oculis per illam edoceri. Quotiens cum hoſtes ingreſſos fines aut urbem aliquam cæpiſſe occulte præſenſerat in ſomnis dictum ſibi a cerua ſimulabat: ut copias in armis haberet. Rurſus uero ſi uictoria aliqua ſuorum ducum deferebatur: occultato nuncio: Ceruam coronabat: ſibique ab ea fauſte nunciatum & ob id diis ſupplicandum eſſe dicebat:qua ſi fœliciter aliquid geſtum audituros: per hanc artem illos ſibi magis ac magis patere compellebat: ueluti non hominis alienigenæ ſed dei conſiliis ducerentur. Et ſane huic famæ res ab eo geſtæ atteſtabantur. Cum duobus enim milibus & ſex centis quos Romanos uocabat: ſeptingentis Afris admixtis in Luſitaniam uenerat: ibi ad has copias quatuor milibus Luſitanorum peditum & ſeptingentis equitibus adiunctis aduerſus quatuor duces Romanorum bellum geſſit: ſub quibus erant peditum milia centum uiginti: equitum ſeptem milia: ſagittariorum & funditorum duo milia urbes innumerabiles cum ipſe non niſi uiginti urbes in ſua ditione ab initio haberet: Tamẽ cum hac tanta copiarum tenuitate non ſolum gentes magnas & urbes multas ſubegit ſed & miſſos contra eum ab Romanis duces: Coctam quidem apud Mallariam nauali prælio ſuperauit: Phidiam uero prætorem Iberiæ profligauit: interfecitque in ea pugna duo milia Romanorum ciuium: Domitium proconſulem contriuit: Torantium a Metello miſſum cum toto exercitu deleuit. ipſum quoque Metellum uirum ſuæ ætatis ampliſſimum in tantam compulit neceſſitatem ut Lucius Lollius ex prouincia Narbonenſi ſibi auxilium ferre cogeretur & Pompeius magnus ex urbe cum ſumma feſtinantia mitteretur:ut Sertorio reſiſteret. Neque enim habebat Metellus quo ſe uerteret: contra hominem infeſtæ audaciæ & non iuſta acie ſed tumultuariis certaminibus & uariis ſemper artibus inſultantem expedito ac leui exercitu ipſe ſtabili ac pedeſtri aſſuefactus pugnæ & cum eo exercitu qui manus conſerere & robore decertare egregie doctus erat: cæterum montes ſcandere & ſe ſuccingere & perſecutiones fugaſque inceſſabiles & difficultates inediæ inquietudiniſque tolerare inſtar Sertorianorum militum nequaquam potens. Accedebat ad hoc q̃ Metellus ipſe iam grandior natu ex multis ac magnificis geſtis ad quietam ac uoluptuoſam uitam declinabat. Congrediebatur autem cum Sertorio recentis ſpiritus uiro: cui corpus mirabiliter diſpoſitum erat ad robur & celeritatem & laborum tolerantiam. uino enim nec dum quietem agere indulgebat: ad difficultates maximas ad longas itinerationes ad continuas uigilias ad uenationes per aſpera queq; atque inuia aſſuefactus: ex quibuſcumq; locis inuadendi euadendique peritiam habebat: ex quo fiebat ut Metellus facultate pugnandi non præſtita: omnia quæ uictis euenire ſolent pateretur. Hic autem pugnam detractando ſuperaret. neque enim aquatum nec pabulatum exeundi facultatem inimicis præſtabat. mouere caſtra prohibebat. caſtrametatos uexabat: quod ſiquam urbem obſidere pergerent: ipſe ſuperueniens obſidentes obſidebat:ut uicti tedio qui cum Metello erant quo ſe uerterent aut ubi conſiſterent neſcientes clamarent ut Metellus ipſe ſingulari certamine cum Sertorio (eũ nanque Sertorius prouocauerat) dimicaret:Dux cum Duce & Romanus cum Romano. detractantem uero pugnam Metellum ut ignauum ſpernebantur. Sed ipſe Metellus hæc dicentes merito contẽnebat:ducẽ enim ut inquit Theophraſtus non militis: ſed ducis obire mortẽ decet. Cum uero aĩaduertiſſet Metellus Lagobritas:q nõ paruam opem Sertorio afferebant:ſiti faciliter expugnari poſſe(Vnũ enim dũtaxat puteũ intra urbẽ hẽbãt) ſuburbanas uero & circa mœĩanas obſeſſor aq̃s poterat auferr̃:aggrediebat urbẽ ea ſpe ut duorum ſpacio dier̃ ablatis aquis ea potiturus eſſet. Itaq; militibus edixerat ut. v. dier̃ cibaria ſecũ deferrẽt. At Sertor9 celeriter cognita re auxiliat9:duo milia utr̃ impleri aq̃ iubet pollicituſq; p quoq; utre certa argẽti põder̃ multis ex iberis multis ẽt ex

Mauruſiis negociũ ſuſcipiẽtibus: delectis uiris robuſtis ac uelocibus mandat ut cũ aquã inferant: tũ iutilẽ bello turbã: ut diutius potus ſufficiat reliqs educant. qđ cũ ītellexiſſet Metellus: & iã deerant cibaria: Aqlium cũ ſex milibus militũ frumẽtatũ mittit. Huic uero redeunti Sertorius īſidias tendit: ī eũq; redeuntẽ tria milia militũ a tergo ex q̃dã ualle excitat. ipſe a fronte obuiã factus uertit Aqlium ꝓfligatq;. Ex militibus q cũ Aqlio erãt partī capti ſunt partī necati. Aqlius ipſe amiſſo equo ſolus effugit: quo facto cõfeſtim obſidionẽ relinquere Metellus ac turpiter nimiũ a Sertorianis deriſus abire coactus eſt. Sertorius cũ ob huiuſmodi opa plurimũ a barbaris amabaꝰ: tũ ẽt q; Romanis armaturis ordinibuſq; & ſignis feritatẽ ipſoꝝ auferens ꝓ prædatoria manu ingentẽ exercitum effecerat. Inſuper argento & auro liberaliter uſus galleas militũ clypeoſq; ornabat: docebatq; ut chlamydibus pictis floridiſq; uteren. ad hoc donans & ꝓuocãs hoīes ſibi beni uolos faciebat. Maxīe autẽ beniuolentiã ſibi cõparauit ex his quæ circa pueroꝝ eruditionẽ machinatus eſt. Nobiliſſimis ſiquidẽ adoleſcentibus in Oſcã urbẽ cõuocatis: præceptores eis tradidit græcaꝝ ſimul & latinaꝝ lr̃arũ ꝑ quẽ modũ re qdẽ uera obſides hẽbat: ſpecie autẽ erudiebat: q̃ſi cũ uiri forent ī partẽ admīſtrationis & īperii eos ſuſcepturus. At patres eoꝝ uehemẽter gaudebãt: cernẽtes filios prætextatos honeſtiſſīe ad magiſtros euntes: & Sertoriũ ꝓ eis ſalaria pẽdentẽ ac ſæpe ipſos exaīantẽ & præmia doctoribus tribuentẽ: bullaſq; aureas donantẽ. Quanta uero beniuolentia ꝓuinciales erga Sertorium affecti eſſent: uel ex illo ītelligi põt: q; cũ mos eſſet Iberis: ut qui duci ſe deuouerãt: una cum illo morerenꝰ: atq; ob eã cãm cæteris quidẽ ducibus pauci admodũ amici adeſſe cõ ſueuiſſent: Sertorium multa hoīum milia deuota ſeq̃banꝰ. Et dicit iuxta quãdã urbem ſupantibus hoſtibus ſeſe neglexiſſe Iberos ut Sertoriũ ꝓtegerẽt: nec prius de ſalute propria cogitaſſe quã Sertoriũ humeris aſportatũ ī tuto poſuiſſent. Nec ſolũ Iberis uerũẽt Italis carus erat Sertorius. M. Perpẽnã eiuſdẽ factiõis hoīem cũ multis pecuniis & magnis copiis in Iberiã ꝓfectũ & ꝓ ſeipſũ ſeorſũ aduerſus Metellũ belligerare cupientẽ grauiter ferebãt milites: plurimuſq; ſermo apud eos de Sertorio erat: Ita ut Perpennã nobilitate gn̄is & diuitiis tumentẽ pureret. Cũ ergo nũciatũ eẽt Põpeiũ mõtes Pyreneos trãſcẽdere Perpennæ milites raptis ſignis magno clamoꝝ poſtulaꝝ cœperunt ut ad Sertoriũ ducerenꝰ & niſi eos duceret Perpẽna: ſe relicturos eũ teſtabanꝰ ituroſq; ad uiꝝ q & ſeipſũ & eos ſeruare poſſet. q̃ neceſſitate adductus Perpenna copias ſuas (tres. n. ſupra. l. eohortes hẽbat) Sertorio coniunxit. Sertorius ãt oĩbus trans Iberꝝ amnẽ ad eũ cõcurrentibus multitudĩe quidẽ abundabat: nã cõfluebaꝰ ad eũ undiq;. ſed erat ut fit barbara turba: quæ feritate & ſuperbia cuncta turbaret: nec expectaret iuſſũ ducis: ſed ſua temeritate in hoſtes ferreꝰ. Primum igiꝰ Sertorius rõnibus ac uerbis īſtruere eos conatus ẽ: deīde ut uidit ipſos nihilominus temere ꝓperantes ſtatuit ſic eos obiicere hoſti: ut nõ oĩno frãgerenꝰ: ſed plagas accipent multas: ſperãs per hoc ipſis de reliquo manſuetionbus uſurum. Geſta itaq; re ut ipſe cogitauerat: ſuccurrit ī tẽpore: & fugientes ſuſcepit reducitq; in caſtra ac poſt paucos dies ut mītes eorum erigeret cõſolaretq;: aduocata totius exercitus contione duos equos adduci iuſſit: alterum in acie ſenioq; cõfectũ alterum fortẽ & nitidũ caudãq; hñtẽ magnã. Adſtabat autẽ iuxta gracilẽ illũ uir magnus & robuſtus iuxta nitidum uero & fortẽ uir paruus & ībecillis. Dato autẽ ſigno uir ille magnus ut ei præceptũ erat caudã gracilis eq ãbabus manibus captã e uellere ſetas oẽs uno īpetu adnixus eſt. paruus contra uir nitidi equi caudã paulatim uellebat. Tandem uero ubi ille fruſtra ſimul totam caudam trahens ſibi quidem moleſtias inanes: circũſtantibus uero riſum præbens defeſſus eſt. Et ille paruus euellendo paulatim ſetas caudam fortis equi ſpatio perbreui nudauit. Tunc aſſurgens Sertorius uidetis inquit cõmilitones ingenium plus poſſe q̃ uires. Multa enim quæ uno impetu ſuperari non poſſunt: paulatim ſuperantur. Omnia nanque uincit ſtudioſa ſedulitas: nec eſt ulla tam magna potentia: quã non exuperet tempus. fidele auxilium eorum qui aptitudinem eligunt intẽpeſtiue autem properantibus inimiciſſimum. Hæc Sertorius ad cõſolationẽ ſimul diſciplinãq; barbaroꝝ de tp̃e diſſerebat. Non paruæ admiratõis ītẽr cætera eius egregia rei militaris

opera illud habitũ ẽ: qđ in Cacitanos edidit. Ea est gẽs supra Tagenium amnẽ: nõ oppi
da neq; uicos hñs sed mõtẽ iustæ magnitudĩs antraq; & concauitates ad boream uersus.
Cæteꝝ oẽ circa solũ Argilã continet: & terrã facile ab æstu putrescentẽ puluerulãtemq;:
neq; supgradientes substinere idoneam: & modice contacta uelut cinis diffundit. In eas
speluncas barbari quotiens belli terror ĩminet confugere suoq; asportantes secure degeꝛ
consueuerant: q̃si nulla uis nocere eis posset. Euenit igit Sertorium ꝑ id tẽpus a Metello
pulsum haud ꝓcul ab eo monte castra hr̃e: quẽ cum barbari ueluti uictum contẽnerẽt:
siue ob irã siue ne fugere uideret prima luce obeqtãs situm naturãq; loci cõtẽplabat qui
cum nullum penitus aditum hr̃et: uaniq; oẽs essent conatus: cernit ex solo magnã uim
pulueri ĩ eos deferri. Etenĩ speluncæ ut diximus ad Boreã cõuersæ sunt & uẽtus ab arcto
ueniens: quẽ Ceciã uocãt maxĩe contra eas ꝑflat. Tunc igit licet æstas foret uehemens &
arctæ glaciei liquefactione nutritus dulcissime flabat: ipsos & pecora ꝑ diẽ refrigerans.
Hac igit re aĩaduersa Sertorius iubet milites puluerulentã ac cinerosã terrã cõfodere: &
contra ipsũ montẽ cumulum agere: quẽ barbari putantes ad expugnationẽ aggerẽ strui
ab initio deriserunt. Sertorius cũ usq; ad noctẽ milites ĩ opere habuisset: eos in castra re
duxit. Postridie prima luce aura leuis perflare cœpit: & subtilissimum puluerẽ deferr̃: de
inde ualido flante uento: milites aggerẽ q̃tere: ac nonnulli cũ equis ĩgressi ꝑequitare: ut
puluis altius insurgeret cæperunt qcqd insurgebat pulueris uentus arripiens in barba-
roꝝ habitacula deferebat: quæ cũ ad eã partẽ dũtaxat q̃ uẽtus flabat aperta essẽt subito
fauces repletæ spiritusq; præclusi sunt. Itaq; uix duas dies tolerantes tertia sese Sertorio
dediderunt non tm̃ inde cõmoditatis q̃tũ gloriæ consecuto: ꝙ ea quæ armis supari non
possent ingenio cõfecisset. Quãdiu Sertorius aduersus Metellum bellum gessit ob sene
ctutẽ potius & innatã Metelli tarditatẽ superior esse æstimabat. sed cum iã aduersus Põ
peium mõtes Pyreneos transgressum decertaret: positisq; iuxta castris oẽm rei militaris
experientiã inferendo repellendoq; pericula ostẽderet: ac ẽt aduersus Põpeium superior
esset tunc maxime fama Sertorii claruit: ut ẽt Romæ opinio esset cunctos eius ætatis du
ces in bello gerendo Sertorium antecellere. Neq;.n. tũc parua erat Põpeii fama: sed ma
xime floruerat ob res sub Scylla gestas ab eo: ob q̃s ẽt magnus meruerat appellari: & per
q̃s nõdum pubes triumphauerat. Vñ primo eius aduẽtu in Hispaniã multæ ciuitates q̃
antea ĩ partibus Sertorianis erant in Põpeium cõuersæ defectiõis ĩpetũ cæperãt: q̃rũ tñ
consilia repressit id quod præter oĩum spem circa Lauronum oppidum euẽit. Sertorio
nãq; eos obsidente accessit Põpeius cum oĩbus copiis auxilium his q obsidebantur latu
rus. Ibi cũ Sertorius opportunum aduersus urbẽ cumulum occupare uellet: & Põpeius
ꝓhibere niteretur: ac præueniens Sertorius in eum locum milites deduxisset: Põpeius fa
cultatem sibi præstitam rei gerendæ: & hostem medium inter urbem sociorum & sua ca
stra inclusum conficere posse ratus: læticiam suscepit: oppidanisq; per nuncium edixit:
ut bonam spem haberent: intuerenturq; pro mœnibus sedentes ipsum Sertorium non
obsidentem sed obsessum. At Sertorius hæc audiens risit & Scyllæ discipulo (sic enim
Pompeium uocitabat) se ostensurum inquit oportere ducem post terga magis q̃ ante se
prospicere. His simul dictis sex milia militum in primis castris unde profectus ad occu
pationem tumuli præcesserat: a se relictos ostendit: ut Pompeii si se aggrederetur terga
inuaderent: quos cum Pompeius uidisset: nihil est ausus attẽtare ne circumueniretur
formidans. Sed cum erubesceret socios in periculo constitutos deserere: præsens eorum
euersionem aspicere coactus est. Oppidani enim amissa spe se dediderunt Sertorio: qui
eis quidem pepercit & omnes dimisit: urbem autem incendit: non ira neque crudelita-
te (minime enĩ omnium ducum hic uir indulgebat iræ) sed dolore & uerecundia eorum
qui Pompeium admirabantur: ut uulgaretur inter Barbaros: ꝙ præsens Pompeius
quasi ad incendium sociæ urbis calefactus auxilium ferre amicis nequiuisset. In uic-
toriis quas hostes Sertorii habuerunt semper euenit: ut Sertorius ipse inuictus esset:
eosq; qui iuxta se erant incolumes seruaret. Instaurationes uero ac remedia sua ma-
gis claram eius uirtutẽ in rebus aduersis faciebãt. Veluti ĩ ea pugna q̃ apđ Sucronẽ cõtra

Pompeium cõmissa est:& rursus in ea quæ apud Tutiam aduersus Metellum simul & Pompeium. Dicit autẽ in illa pugna quæ apud Sucronem fuit Pompeius manus cõsere re properasse:ne Metellus particeps uictoriæ foret. Et ipsæ quidẽ Sertorius cupiebat añ quã Metellus cõiungeret cõtra Pompeiũ dimicare. Sed ñ instructa acie inclinato iã so/ le præliari cœpit:ratus aduenis & locoꝝ ĩsciis hostibus tenebras & ad fugã & ad insecta/ tionẽm ĩpedimẽto futuras. Ac forte euenit ut cõtra eã partẽ q̃ Sertorius erat nõ Põpeius sed Afranius pugnaret. Nã Põpeius dextrũ cornu Afranius siniſtrũ regebat. Cum ergo audisset Sertorius suos q cõtra Põpeiũ stabant sustinerẽ Põpeii ĩpetũ nõ posse:celeriter accurrit:ac suis ĩ ordinẽ reductis Põpeianos uictoria exultantes inuasit fugauitq; ita ut Põpeius ipse pene interficeret:postratusq; ex equo & uuluerat nulla alia cã euasit q̃ qđ milites Sertoriãi capto Põpeii equo aureis phaleris magnificẽtissĩe & p̃ciosissĩe ornato dũ simul de præda cõtẽdunt Põpeius ipse interlapsus aufugit. Afranius uero q ab alio erat cornu ut Sertorius abiuit aduersarios superauit:& usq; ad castra persecutus castra diripiebat. nõ enĩ sciebat Põpeii fugã nec milites a rapina cõtinerẽ poterat. Inter hæc Ser torius uictor redibat & contra Afranium ĩpetu facto milites eius uarie dispersos occidit superatq; Deĩde cũ sentiret Metellũ cum alio exercitu aduentare prælium dissoluit:re uocatisq; suis:At ego inquit puerum hunc nisi uenisset Anus illa castigatũ uerberibus domũ remisissẽ. per id tẽpus cerua illa de qua diximus nusq̃ apparente grauiter angeba tur Sertorius. Ea nãq; fictio ad continendos in fide Barbaros plurimum ualebat:tunc maxĩe consolatõe aliq̃ indigentes. Sed paulopost inuenta a quibusdã per noctẽ & color cognita ad Sertorium reducta est. Sertorius illis ne cui diceretur magnã pecuniã pollici/ tus ceruã ĩ secreto loco cõtinuit & post paucos dies ꝓfectus ad tribunal exhilarata facie q̃si faustũ aliqđ hiberis qđ in somnis uidisset nunciaturus cũ suggestũ ascendisset:cer/ ua a custodibus ut mãdatũ erat dimissa cursũ ad suggestũ (ibi nãq; Sertoriũ aspexerat) se contulit caputq; inter genua eius submisit:oreq; illius dexterã tetigit:cõsuetaq; prius hoc idem pagere:cui cum blandiretur Sertorius illachrymaretq; primũ admiratio habu it milites:deĩde plausu & gratulatõe ut diuinũ & cælestibus amicũ hoĩem Sertoriãi lau dauerunt:ipsi autẽ in lætitia ac bona spe erant. In agro Saguntino ĩ extremas necessita/ tes cõpulsis hostibus:tandẽ pugnã decernere coactus est dum frumẽtatũ ꝓficiscerent: pugnatũ est egregie ab utraq; parte:quo in prælio Memmius uir oĩum:q apud Põpeiũ erant præstantissimus interfectus est. Vicit aũt Sertorius & multa hostiũ strage usq; ad Metellum peruenit. Hic dum Metellus supra ætatem uiriliter ĩsistit pilo percutitur:qđ & qui uiderant:& qui audierãt ex Romanis grauiter ferentes:ac turpe rati ducem suum deserere:p irã conuersi Metellũ protexerunt magnaq; ui adnisi Sertorianos ĩ fugã uer/ tunt. Facta itaq; cõuersione uictoriæ Sertorius in urbẽ montuosã se recepit:portaq; ob/ stiusa & mœnibus undiq; munitis se obsidendum præbuit callido consilio:ut Romani circa oppidum ĩtenti & potiri posse cõfisi cætera negligerent:nec restaurari copias ꝓhi/ berent:aut uictos persequ curarent. Miserat. n. Sertorius duces ad eas ciuitates quæ sibi parebant pro delectu habẽdo:dederatq; illis in mandatis:ut cum satis copiaꝝ congrega ssent certiorẽ ipsum facerent. Qđ cum esset factũ absq; ulla difficultate ex absessa urbe aufugiens se suis coniunxit:rursusq; cum magna manu profectus mari & terra hostem uexabat . Terra quidem insidiis circuitionibus & omnium locorum tentationibus im/ prouisis. Mari autem prædatoria classe:sic littora infestãs ut deficiente cõmeatu:duces sese disiungerẽ ac alter ĩ galliam transire:alter circa Cacceos hyemare cum sũma penuria cogeretur:unde ẽt ad senatum scripsit Põpeius nisi pecuniæ sibi mitterent:milites e ꝓ uincia deducturꝰ:se iam dum Italiã protegat suum patrimoniũ consumpsisse : fuitque Romæ opinio:Sertorium priusq̃ Pompeium in Italiam rediturum in tantum præstan tissimos belli duces Sertorii astus perfregerat. Ostẽdit autẽ Metellus quãti Sertoriũ fa/ ceret. Nã publice præmia statuit siqs eum necaret:centum argenti talenta & duo milia agri iugera:ac si exul foret reductionem & ueniam Nisus proditionibus consequi quod bello non poterat. Insuper cum aliquando aduersus Sertorium supior in pugna fuisset

ſic gloriatus eſt: ſic ſeipſum extulit: ut impatorem appellari & feſtis ac ſacrificiis a ciui-
tatibus ſe r̃cipi ſuſtinuerit: & ſerta capiti ip̃oſuiſſe & cõuiuia ī ueſte triũphali egiſſe dr̃.
Victoriæ inſuper trophæa aurea & chori pueroꝝ ac mulieꝝ eius laudes canentes obuia-
bãt. Pro quibus plane ridiculus erat Metellus ſi eum quem fugitiuũ Scyllæ & reliquias
carbonianæ fugæ nuncupabat ſic gloriabat̃ ceſſiſſe: magnanimitatis uero Sertorii illud
fuerit: quod pulſos ex urbe ſenatorios: q̃ penes eum degebant ſenatum nuncupabat du
ceſq; & q̃ſtores ex eis deligebat: & patriis legibus cuncta adminiſtrabat: deinde q đ armis
pecuniis & urbibus Iberoꝝ utens nullã eis poteſtatẽ cõcedebat: ſed prætores & magiſtra
tus oẽs ex romãis creabat: q̃ſi nõ Iberos cõtra populũ ro. augeret ſed libertatẽ populi. R.
aſſerere uellet. Et. n. erat Sertorius patriæ amator: affectuſq; humane ad reditum ſed in
aduerſis duriſq; tẽporibus fortẽ ſe præſtabat: in uictoriis autẽ ad Metellũ Põpeiumq;
mittebat: ſe paratum offerens depoſitis armis priuatũ in urbẽ redire uelle ſi ſibi p̃mitta
tur. Malle ſe. n. Romæ ignobiliſſimum ciuẽ q̃ exulẽ oĩum aliaꝝ ciuitatũ ĩperatorem nũ
cupari. Dicit̃ enĩ non minime cupiuiſſe reditum ſuũ ob amorẽ matris: ſub q̃ orphanus
educatus mirabiliter erga illã affectus erat. Cuius poſtea audita morte: paulo abfuit q̃n
mœrore interiret. Septẽ nãq; cõtinuis diebus nec teſſerã dedit nec ab amicoꝝ quopiam
conſpectus eſt. Vix tandẽ ãnitentibus iis q ordinẽ ducebãt: ſuaderi potuit ſibi ut exiret:
ac ſe militibus oſtenderet: & rebus quæ fœliciter p̃cedebant uti uellet. Ob quæ multis ui
ſus eſt uir natura mitis & ad q̃tẽ aptus: ac præter uoluntatẽ coactus ſe bellis ac imperiis
immiſceri: & cum ſecure uiuere ſibi nõ liceret: ſed ab aduerſariis cõpelleret̃ ī arma neceſ
ſariam corporis tutelã diuertiſſe. Declarant ẽt magnanimitatẽ eius res cum Mithridate
geſtæ. Nã cũ Mithridates ex Scyllano conflictu ueluti ad ſecundã luctationẽ aſſurgens
Aſiam inuaſiſſet & magna Sertorii fama iã cuncta penetrãte rumoribuſq; de eo ab Heſ
peria in pontum per nauigantes delatis: oĩa cõplerẽt: cupido cæpit Mithridatem legatos
ad Sertorium mittere: maxĩe ab adulatoribus incitatũ: q̃ Sertoriũ Hãnibali & Mithri-
datẽ Pyrrho cõparãtes negabant populũ ro. cõtra tã ſublimia ĩgenia tantaſq; potentias
bifariam inuadentes reſiſtere poſſe: peritiſſimo rei militaris duce cum maximo rege con
iuncto. Miſit igit̃ Mithridates legatos in Iberiam lr̃as Sertorio & mandata portantes: p
quæ offerebat ſe pecunias & naues Sertorio daturum: petebat uero ut Aſia p̃uincia ſibi
cõcederetur. Aduocato itaq; cõſilio quẽ ſenatum appellabat: Sertorius cum de hac re ad
eos referret: cenſentibus cunctis oblationes regias leto aĩo recipiendas eſſe titulum uero
inanem eoꝝ quæ ĩ ſua poteſtate non forẽt: p his quoꝝ plurimũ indigebant cõcedendũ:
non tulit Sertorius: ſed Bythiniã inquit & Cappadociã occupanti Mithridati nõ ĩuidere
gentes parere aſſuetas nec quicquã pertinẽtes ad imperium populi. R. q; ſi prouinciam
populi. R. iuſte partam ipſe occuparit: & dum eam teneret a Fimbria depulſus ſit: & in
fœdere quod cum Scylla fecerit illam dimiſerit: Hanc inquit ſe non laturum ut iterum
uſurpet. Etenim ſuis uictoriis rem romanam augeri debere: non autem per ipſum
diminutionem fieri romanæ reip. generoſo quidem homini cum honeſtate uincere optã
dum eſſe: Cum turpitudine uero nec ſalutem quæri debere. Hæc Mithridati renunciata
plurimum terruerunt. Et dicitur dixiſſe ad amicos quid cenſeret Sertorius ſi Romæ ĩ pa
latio ſederet: quando nunc in Atlanticum depulſus mare terminos regno noſtro impo-
nit: & imminentibus Aſiæ bellum minatur. Inita eſt tamen inter eos confœderatio ut
Mithridates Cappadociam & Bythiniam haberet: utq; Sertorius ducem ſibi & milites
tranſmitteret. Ipſæ autem Sertorio naues quadraginta & triamilia talenta præberet. Er
miſit quidẽ Sertorius in Aſiam. M. Marium prætorem uirum ſenatorii ordinis & ipſũ
exulantem quem urbes quaſdam Aſiæ intrantem cum faſcibus & ſecuribus ipſe Mithri
dates ſequebatur: illum tanq̃ maioris poteſtatis præmittens. Ab eo prætore quædã ciui-
tates liberate ſunt quibuſdam tributa remiſſa Sertorii gratia: quæ res Aſiam ſuperbia
& auaricia publicanorum dudum uexatam ad ſpem nouarum rerũ & Sertorii deſideriũ
erexit. In Iberia uero ãpliſſimæ dignitatis hoĩes q cũ Sertorio erãt: ut primũ ſpes magna
effulſit metuſq; abſceſſit inuidia aduerſus illũ p̃ureꝝ cœpit cupidoq; mala inuaſit aĩos.

Ante oēs. M. Perpēna nobilitate fāiliæ & īgenii uaītate pricipatū affectās: sermōes haud quaq̄ sanos īter amicos diffudit. Quisnā īqt demō īprobus de malo ī peius nos cōtiuo differt. totius simul orbis dñanti Scyllæ parere domi manētes indignū putauimus: huc autem ꝓfecti uoluntarie seruimus: & Sertorii exiliū tāq̄ satellites custodimus: derisi ab oībus ob īane senatus nom̄ ī quo mandatis Sertorii non minus paremus quā Iberi aut Lusitani. His & huiusmōi uerbis cōcitati qdē Sertorio īfensi erant nō tñ apte. nā formidabant eius potentiā: sed clā res corrūpebāt: & subditos ꝑ acerbitatē punitionū ac tributorū onera q̄si Sertorio iubente ad defectionē concitabāt. Ex quibus rebus ciuitates q̄dā a Sertorio desciuerunt: & turbis q̄busdā exortis q̄ ad eas sedandas cōprimendasq; mittebant̄: fomēta discordiarū exaugendo multis bellis & seditionibus regiones īplicuerunt: effeceruntq; ut in dies minus Sertorio pareret̄. Et hæc qdem indignatio ex priori humanitate Sertorium cōtra pueros Iberorum q̄ in Osta erant irritauit ut alios necaret: alios uenderet. Perpenna cū uero multos sibi asciuisset: Manliū quendā ex Sertorianis ducibus ad hoc sibi adiungit. Hic tū forte adolescēti cuius amore destiebat̄ hæc oīa pandit: & hac spe elatus cæteris amatoribus obmissis: sibi uni se addicere hortat̄: maximā confestim potētiā habituro. Adolescens cuidā Ausidio amatori q̄ sibi gratior erat hæc appuit. quæ cū Audisset ausidius obstupuit. nā & ipse unus ex coniuratis erat ignorabat tñ Mānium ista sentire: Perpennā uero & quosdā alios de q̄bus sibi notū erat noīante adolescēte cōturbatus sermonē abrupit & insanum cōtēnendūq; Manlium dixit: qui ita uanas fictiones īducat. Ipse autē ad Perpennā ꝓfectus rē ꝓut audiuerat & q̄ra celeritate opus foret exposuit. Ré igit̄ aggressi cōficiendā nunciū induxerunt uictoriā q̄dā unius ex Sertorianis ducibus & cædē magnā inimicoꝝ significantē: ad quē exilaratus Sertorius cum immolasset: Perpennā ipsū & alios qui aderant (Hi erant oēs coniurati) ad cœnā īuitat: exoratq;. Mos erat Sertorio in cōuiuiis plurimā semꝑ honestatē decorēq; seruare: nec uidere quicq̄ turpe nec audire sustinebat. docueratq; oēs suos ab oī maledicto ac iurgio abstinere sed placide ac modeste ioco uti. Tunc igit̄ in medio cōuiuii rixæ initium q̄rentes apte uerba turpia flagitiosaq; iactabant & ficta ebrietate multa scelestе agebant: ut Sertoriū ꝓuocarent. Sertorius uero siue qd̄ grauiter ferebat incōcinnitatē eorū: siue qd̄ ipsorū m̄tes ex tarditate loquēdi & īcōsueto cōtēptu aīaduerteret mutato discubēdi mō se supinū dispposuit: q̄si uidere nec quicq̄ uellet nec audire. Perpenna āt Phialā meri in mediū proiiciēte & strepitū īde facto qd̄ erat signū cōiuratis datum: Antonius q̄ supra discumbebat gladio Sertorium ꝑcutit: cōuersi uero ad plagā & insurgere conātis in pectus ruit: manusq; ābas capit ne resistere ualeret: ꝑ hunc modum a multis cōfossus occidit̄. Maxīa Iberiæ pars Metello & Pompeio post mortem Sertorii sese tradidit. Eos qui mansерunt Perpenna suscipiens aduersus inimicos bellum gerē adortus est. In quo ista tī sui experientiā dedit ut uiri nec ad parendū nec ad īperādum apti. Nā fretus Sertorii apparatibus aduersus Pōpeium cōgressus breui supatus fuit: & captus: nec ultimā quidem fortunā īgenue tulit. Sed cū hret Sertorii līras Pōpeio ꝓmisit uirōrum cōsularium & qui plurimum Romæ poterant epistolas ꝓpria manu scriptas ꝑ q̄s cupidi nouarum rerum Sertorium ī Italiā uocabant se ostēsurum. Sed Pōpeius nō ut iuuenis sed ut grauis & prudentis aī uir eas quidē līras nec legere ipse uoluit: nec a quoq̄ ut legerent̄ ꝓmisit: sed ipsas oēs in unum collectas cremauit. Quod eius factum multos ciues ꝑiculo & magnis nouitatibus patriā liberauit. Perpēnā insup statim occidit ueritus ne uulgatis quorundā noībus turbationes & scandala orirentur. Reliquorū uero qui Sertorianæ nec cis conscii fuerant: alii ad Pōpeiū deducti mactati sunt: Alii in Libyā ꝓfecti a Mauricijs interfecti fuerunt. Nec quisq̄ eorum euasit præter unum Ausidium Manlii Riualem. Hic. n. siue latens siue neglectus ī quadā Barbariæ uilla iops iuuisq; consenuit.

Theſei uita
a in Syriam
taurum
nauibus

ante expiatas
ea conſuetudo
b cum clamore
cum uxore
Scipio mortuus
cognitus

fratris Lycurgi
& iudicia itidem
c in conſuetudinem
Numæ pompilii
congreſſum

robur inſit
ciuilium rerum
d ſalamine
in antiquam
id ſacrificium

rebus adminiſtrandis
Lucretio conſulibus
e ad ſædandos
nempe publicola
currumq;

atq; ad omnia
exercitum
f inſuper capta
cerneremq;
conſereret

conflauit odium
dehinc in tempore
g initium extitiſſe
priuatus etiam
Samios obſidentem

ac ſolicitudine
erat inter ea
h habuerit poſtq̃
audiuiſſent
infortunium

inducit primum
ueluti deos
i rerum parandarum
eadem deiicere
hoſtes abduceret

ſuis diſpenſatoribus
autem quem
k conſilio:quo
fuit. Cum
Poſtq̃ rex

mariq; Lacedæmõios
iuſſu uiolentoq;
l tot Romanorum
q; fulmine feriat
facta. Hos miſeratus

cogitationes
in iis præſertim
m ciues hunc
triſtem Romanis
multitudinem

copiis urbem
n quia patrueles
uicarii. ccc.
numidiſq;

Dehinc Antigono
potitis enim
o oportere
Achæos agebantur
profligauerant

nonnullos earum
coniungitur
p & urbe eo res
ueſtigauit.
ut impigre

ſuam recipiens
qui ſeueritate
q de ſeipſo prædicauit
duceretur:ut
ac pulchritudo

certaminibus
ferebat impedimentũ
r Cataniam
eiectiſq; Siciliæ
artes:non enim

atq; ipſos etiam
hominibus
ſ ſtudioſe conamur
Hageſilaum filius
procumbens

inuadentibus
daturum:ut
t uirtutem atq;
& Caium
ciuitatis ab

magnificentiæ
Cyrus Lyſandro
u demiſſus eos
uitas cõſuetudineſq;
imperium. Erat

Caphis noſtris
x ſubtrahebat
ſpoliaret
colloquiaq;
Reſpondente

Eplacus:hoc
y occupatis
defeciſſent
anguſtiis

ſubmiſit. Milites
z hominum uero
ſtudioſos atq;
parit & Muſeum

eo in loco præter
cios ad Penceſtam
& Eumenis
recipiendum

CYMONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LEONARDVM IVSTINIAVM VERSA.

PERIPOLTAS VATES EX THESSALIA Opheltam regem ſuoſq; in Boetiam populos deducens familiam multis deinde temporibus nobiliſſimam ex ſe reliquit. Plurimi ex ea Cheroniã urbẽ ĩcoluerũt: ubi primũ expulſis ui barbaris cõſedere. Ex hac ſtirpe q̃plures & natura pugnaces atq; uiriles ĩ medicis ĩcurſiõibus prælliſq; galaticis ſũma audacia freti cecidere. Supſtitit adoleſcẽs q dã parẽtibus orbus Damõ cognomĩe Peripoltas. Is & uenuſtate forme & animi elatione æqualiũ ſuorũ nemini concedebat: durũ alioqn & inexorabile ingeniũ nactus. Romanus qdam: is forte p id tẽporis cohortis militũ præfectus Cheronie hibernabat: ĩ huius iã adoleſcẽtis libidinem exardebat. Cũ itaq; neqcq̃ & prece & largitionibus hũc ſibi pellicere atq; concilia re tentaſſet: neglectis tandem iuribus urbis haud a uiolentia temperaturus eſſe uidebatur. Erat enim noſtra tunc patria nec multitudine ciuium nec diuitiis abundans. Damon effrenata uiri ꝑcacitate iritatus in hũc iraſci: poſtremas illi extruere inſidias atq; parare: ex æqualibus ſuis haud plures q̃ ſex & decem delegit: q̃ parua complicum manu occultius id facinus patrari poſſe ſperabat. Hi cum plurimam bibendo noctem contriuiſſent: ſimulac illuxit: facie prius caligine fauillaq; illita in forum armati erumpunt. Ibi romano interſacrificandũ & q̃pluribus q̃ ſecum aderant trucidatis cõfeſtim ex urbe diffugiunt. Tumultu orto cum frequens cheronenſium concilium ueniſſet in curiam: in hos reos animaduerſum eſt: atq; pena capitis damnati. Hoc decretum cheronenſium cauſam maxime tuebatur apud romanos. Vrbis deinde principes: ut conſueruntueſperi concenantes Damon cum ſuis in curiam irruentes cum necauiſſent: iterum ex urbe ꝑfugiunt. Lucius Lucullus per eos forte dies iſtac ſuas copias præterducens cum has romanorũ cædes accepiſſet: nam & hi motus nuper obtigerant: ſigna firmauit. Summa deinde diligentia cauſam percontatus cum comperiſſet non modo inſontem ciuitatem: uerũ etiam & ultro iniuriis affectam: ſuſceptis militibus ſuum cũ exercitu iter ꝑſecutus eſt. Damon uero excurſiones in agros facere: regionem predari atq; diripere: & iam urbi ipſi periculo maximo ĩminere. Tunc oppidani eum dolo ſubducere aggreſſi: ſimulata uenia reditum in urbem ſibi decernunt: miſſiſq; ad eum legatis patrie reſtituũt. Ita ĩ urbem regreſſus gymnaſii præfectus extemplo declaratus eſt. Inde eum in thermis ſe ungentem interfecere. Eo loco horrendæ ſpecies diu uiſæ ſuſpiria (ut a patribus noſtris accepimus) exaudita. Eapropter thermarum fores obſtructæ atq; obturatæ: & nunc quoq; eius loci uicini turbulentiſſimas ibi uoces & ſimulacra circũferri arbitrantur. Huius familiæ homines: ſupſtãt enim aliquot circa ſtirin phocidis maxime inter æolios uerſati: caliginatos agnominant: q̃ Damon caligine litus in romanorum cædem ſeuierit. Erãt Orchomenii nõ modo Cheronenſibus finitimi: ſed odio pariter ac ſimultate infenſi. Hi occaſionem inimicitiæ rati: romanum quendam calũniatorem in cheronenſes mercede concitant: qui eis de trucidatis romanis diem diceret. Hic ad prætorem Macedoniæ querelam deferens: nec enim in græciam romani prætores miſerant: haud ſecuſq̃ in uirum unum uniuerſum in urbis nomen inuehebatur. Qui contra pro Cheronenſibus cauſam dicebant: Luculli teſtimoniũ inducere. Hic ſuper ea re per prætorias litteras rogatus omnem ut erat rei ſeriem plane expoſuit. Hoc præſidio Cheronẽſes cum e tanto totius urbis periculo euaſiſſent: ſtatuam lapideam in foro penes Liberumpatrem publice Lucullo decernunt. Nos itaq; tam & ſi

multa ĩterim ætas effluxerit: Lucullo tamẽ gratias debere existimamus. Atqui eã quæ corpus aut uiri effigiem imitetur: lõge clariorem statuam arbitrati: quæ & mores eius declaret atq; ingenium: aggrediemur in his clarissimorum hominum contentionibus huius quoq; uiri res gestas referre. Neq; tamen ob gratiã quicq̃ historiæ ueritati detrahemus. Sola &enim rerum commemoratione officio nostro satisfeciſſe uidebimur: quando ne ipse quidem æquum duxisset pro uero erga nos testimonio fictam de se mercedem suscipere mendacem scilicet rerum suarum expositionem. Cæterum ut pictores cum pulcherrimas describunt imagines multaq; ferme gratia pernatas: si qppiam ineptulum illis insit: neq; omnino prætermittere neq; penitus exculpere dignũ censent: sic quoniam humanis in rebus non modo difficile sed impossibile pene arbitramur omni ex parte integram purissimamq; hominis uitam posse constare: siquid digne honeste pulchre actum est: id omne historia penitus complecti decet. Cõtra uero siquid uel casu aliquo aut temporum necessitate non integre factum clarissimis rebus intercidat: haud multa id diligentia insigniri oportet. Quinĩmo idipsum magis defectum quendam uirtutis q̃ nequiciæ uicium iudicare par est: humanæ ueneratione naturæ adductos: quæ nihil decorum ad summam natum uirtutem perfecte ĩtegreq; producit. Videbatur itaq; considerantibus nobis Cimoni permaxime cõferendus esse Lucullus. Dux enim uterq; bellicæ rei peritissimus & in barbaras gentes clarissimi ambo. Mites in repub. maximas intestinis seditionibus conspirationes præbuere: celeberrima insuper trophœa illustrissimasq; de hostibus rettulere uictorias. Nõ enim græcorum Cimone prior: non romanorum quispiam Lucullo in tam remotas orbis terrarũ regiones ĩfesto exercitu profectus est: Hercule ac Liberopatre exceptis: siue etiam Persei ĩ æthiopes medos atq; armenios: aut Iasonis uerisimile aliquod facinus sæculis ab illis ad nostram usq; ætatem memoriæ delatum est. Hi præterea ambo bellis pariter ĩfectis militia excessere confractis dũtaxat hostium uiribus non tamen deletis pẽitus. Maxime uero in colendis hominibus comiterq; apud se suscipiendis par quædam fuit humanitas atq; munificentia: similis quoq; in uita splendor urbanitasq; facile conspiciebatur: & alias fortasse prætermittimus cõuenientias: quas ex eorum uita rebusq; a se gestis perfacile ĩtelligere poterimus. Cimoni Milciades pater fuit: mater uero Egesypile thracia genere Olori regis filia: ut in Archelai Melanthiiq; poematis ad ipsum Cimonem cõscriptis traditum est. Vnde & Tucydidi historico genere quidem Cimoni necessario Olorus pater fuit: ad Olorum regem ceu ad progenitorem suum referẽs nomen. Is Tucydides chrisia circa thraciam est adeptus: ferturq; in scapta silua (hic thraciæ uicus est) diem ultimum obiisse. Eius sepulchrum: cum reliquiæ in atticam traductæ fuerint: in Cimoniis cõspicitur penes Elpinicæ Cimonis sororis monumentũ. Atqui Tucydides tribu quidẽ Alimusius: Milciades uero Laciades fuit. Milciades itaq; cũ. l. talẽtorũ dãnatus esset: ĩ uincula coniectus moritur. Cimon adolescẽs admodũ cũ Elpinica sorore innupta a patre superstes primo quidem ætatis suæ flore maximã sibi in urbe infamiam comparauit: quod incõtinens uinolentus & auo suo Cimõi natura persimilis esset: quem ob amentiam choalemum cognominatum fuisse ferunt. Stesimbrotus uero thasius: qui per illa ferme Cimõis tempora fuit: neq; musicam eũ didicisse tradit neq; aliam ex liberalibus disciplinam: quibus græci nauare operam cõsueuere: cæterum ab lepore dicacitateq; attica penitus abhorruisse. Moribus suis affuisse ĩgenuitatem quandam: imprimisq; ueritatis cultum ut peloponesiaco magisq̃ attico fretus uideretur ingenio. Deiectus incomptus maximis in rebus optimus: ut est ĩ Eurypidis Hercule. Hæc de Cimone & Stesimbroto conscripta accepimus. Creditũ uero est adolescentem eum haud ab sororis consuetudine abstinuisse: neq; enim pudicã alioquin fuisse Elpinicam: quinĩmo obsecutã ultro Polignoto pictori ferunt. Eapropter cum in poetili porticu tunc plesianactio appellata Laodicẽ inter troianas pĩgeret mulieres: Elpinicæ sibi imaginem præstitisse. Is uero Polignotus nullo artem precio

exercebat: nullaue mercede adductum ſed ob gratiam tantummodo erga urbem porticum illam rerum ſcriptores pinxiſſe tradidere. Et poeta Melanthius id inſinuãs ait: Sumptibus ipſe ſuis ornauit templa deorum: Cæcropiumq; forum hæroum certamina pingens. Sunt qui Elpinicam non clam uerum cum Cimone palam cõcubuiſſe dicant: q; marito ſe digno diu ob inopiam coniugari non poſſet. Demum Calligæ nupſit; cui q; inter Athenienſes diuitiis opulentus atq; illius amore captus alienum pro damnato patre æs perſoluere ſpopondiſſet: haud inuitam Elpinicam Cimon uxorem dedit. In mulieres uero intemperantis ingenii fuit. Etenim Melanthius poeta elegiis ĩ Cimonem ludẽs: Aſteriam cõmemorat genere ſalaminiam Meſtram quoq; mulieres ſummo ſtudio coluiſſe. Idem etiam intelligi licet: q; uxoris Iſodicæ Euriptolemi filiæ mortem periniquo moleſtoq; animo tulerit: ſi id coniicere a conſcriptis ad eum ꝓ leuandis lachrymis leniendoq; dolore elegiis par eſt: quorum auctorem Panetius philoſophus arbitratur Archiam phyſicum extitiſſe a temporibus haud ĩepte coniectãs: cæteri uero Cimonis mores & generoſi & gratia quadam admodum affluentes. Neq; enim Miltiadi audacia concedentem: neq; prudentia Themiſtocli: ambos tamen iuſtitia & æquitate ſuperaſſe cõſtat: uirtute quoq; militari haud inferior: quãq̃ iuuenis adhuc armorum experiẽtia imperitus rebus urbanis maxime præcellebat. Etenim medis ingruentibus cum Themiſtocles Atheniẽſi populo ſuaderet deſerta pro Salamine urbe ac agris in naues arma tranſferre: totamq; belli molem mari gerendam eſſe: aduertens Cimon pleroſq; eius rei ſtupore exanimatos ſumpto equeſtri freno per certamicum forum exultãs cum ſociis in arcem cõſcendit: illud Deæ Palladi oblaturus: quod nauali deinceps non equeſtri certamine opus eſſet. Donato itaq; freno cum ex his clypeis qui circa templum appenſi erant: unum accepiſſet: habita prius Deæ ſupplicatione ad mare deinde contendit. Viſum eſt id facinus haud paucis audaciæ dediſſe principium. Fuit quippe ſpecie & forma non negligendus Cimon: ut Ion poeta tradit: corporis ſtatura mediocri: habebatq; multa & criſpa coma ſuffultũ caput. In eo uero certamine cum acriter ſtrenueq; dimicaſſet: maximam ſibi in urbe gloriam cum ciuiũ beniuolentia comparauit. Iam multi ſua uirtute ad eum conuenere: animum eius ingenti laude attollere: iubereq; digna Marathone iam eum excogitare. Atqui ſe cum ad capeſſendas dignitates in repub. cõtuliſſet: a populo qui iam Themiſtoclis faſtidio abũdabat: perhumane admiſſus eſt. Fecerant eum populo carum compoſiti mores man ſuetudo quædam atq; humanitas familiare ac urbanum uiuendi genus. Neq; parum ſuæ dignitati conduxit: q; Ariſtidi Lyſimachi filio mores ac eius ingenium conſpicanti aptiſſimus is uiſus eſt in faſtum audaciamq; Themiſtoclis obiiciendus. Medis uero e græcia fugientibus cum nondum ad Athenienſes græciæ principatus traductus eſſet: ſed penes adhuc Lacedæmonios ac Pauſaniam ſumma rerũ cõſtaret: naualibus copiis dux eſt declaratus. Primum quidem in ea militia ciues ſuos ſummo ſtudio exercebat: ut præter cæteros longe primarii ornatiſſimiq; in armis cõſpicerentur atq; ꝓmptiſſimi. Pauſanias interea litteris clam ad Perſicum regem datis de proditione cœpit cum barbaris agere. Is in ſocios temerarius & crudelis multa per licentiam impie ſuperbeq; nefanda patrarat. Cimon occaſionem ratus ſocios iniuriis indigne affectos ad ſe benigne pellicere humane colligere atq; ſolari: ut ſenſim nõ ui aut armis: cæterum arte atq; ingenio fretus patriæ uẽdicauerit græciæ prĩcipatum. Hoc humanitatis ſtudio plurimi ſociorum a Pauſaniæ inſolentia abhorrentes Cimoni Ariſtidiq; eos perhumane fouentibus adhærebant. Ephoris deinde ſcribunt: conſulunt: monẽt: ut Pauſaniã domum reuocent: q; iam Sparta per ignominiam neglecta turbulentuſq; rerum ſtatus in græcia uideretur. Ferunt uirginem quãdam bizantiam Cleonicem nomine clariſſimo genere ortam a Pauſania in libidinem accerſitam: parentes uero ui pauoreq; conſternatos pudicam ſibi uirginem proſtituiſſe. Hãc Pauſaniæ domum obſcura nocte ingreſſam ſumpto ab his: qui thalami foribus præerant: lumine ſilentio ad cubile

accedentem incaute ceſpitaſſe: euerſamq; cum ſtrepitu lucernam ſopitum iam Pauſaniam excitaſſe. Is hoſtibus ſe inſidiis circũuentum arbitratus: ſtricto gladio inſcius in uirginem ruens eam confodit. Cleonices deinde manes omnem Pauſaniæ quietẽ adimere atq; turbare: eiuſq; frequenter ſibi per ſomnium uiſa irate dictitare heroicum illud. I. uiris te pœna uocat mortalibus horror. His ita geſtis cum ĩdignitate ſceleris: tũ uirginis pietate cõcitati in Pauſaniam ſocii illum ſolicitãte Cimone Bizantii obſidẽt: eumq; mox urbe eiiciunt. Is tunc inde diffugiens uirgineis manibus admodum uexatus in Heracleam ad necromanticum ſe oraculum cõtulit: ubi reuocata Cleonices anima ſupplex infeſtæ uirginis iram lenire nitebatur: quæ in conſpectu adueniens confeſtim inquit: his malis liberatum fore cum in ſpartana urbe conſtiterit. Ea ſermõis ambiguitate uiſa ẽ hominis mortem prædixiſſe. Multi profecto hanc rerum ſcriptores hiſtoriam tradidere. Sociis itaq; ad Cimonem iam coactis: nobiles quidem Perſarũ uiri regiſq; neceſſarii: qui ea forte tempeſtate Eionem urbem Strimoni fluuio adiacentem detinebant: uicinis græcorum coloniis uim intulerant. Quod ubi Cimoni nuntiatum eſt: confeſtim cũ copiis in Thraciam enauigauit. Ibi primum cum Perſis conſerto prælio fuſum fugatumq; hoſtem in urbe concluſit. Thracum deinde agris unde per Scrimonem urbi commeatus aduehebantur deſolatis: cæteraq; regione undiq; obſeruata tantam obſeſſis rerum inopiam tantam iniecit famem: ut Butes eius præſidii pro Rege præfectus deſperatione rerum in urbem ignem ĩmiſerit: multaq; opum ui in eo cõgeſta ipſe cum amicis ſemetipſum eodem præcipitarit. Potitus urbe Cimon cum iam plurima a barbaris igni aſſumpta eſſent: nullam propemodum ex ea prædam abegit. Regio illa ferax ſuapte natura pulcherrima erat. Ab Atheniẽſibus eo Colonia deducta tres inde lapideos Mercurios Atheniẽſis populus Cimoni decreuit: quorum primo ſic erat inſcriptum: Magnanimi uirtute uiri qui ſcrimonis olim Ante fluenta genus medorum intra eronis arcem Confecere fame: gelidi quoq; numine martis Cædibus hoſtili fœdarunt ſanguine terram. Hæc ducibus magnis patriamq; tuentibus armis Cicropiam: decreta manet clariſſima merces. Ventura his laudum ſtudiis accenſa iuuentus Promptius ardebunt patrios defendere muros. Atridis huic clara meneſteus agmina ducens: Venit ad excælſæ ſacra olim mœnia troiæ. Carmine & hunc magni celebratum conſtat homeri: Inſtruxiſſe acies: danaumq; ornaſſe phalangas. Quis modo ꝓ tantis haud æquum cenſet athenis Viribus ingenio ſtudiiſq; excellere belli? In his tã &ſi haud uſq̃ Cimonis nomen declaratum ſit: maximum tamen honoris ſplendorem præ ſe ferre uidebantur. Neq; enim eiuſcemodi Themiſtocles aut Milciades quippiã conſecuti ſunt. Quinimmo huic uirtutem pro parta uictoria coronam poſtulanti Sochares deceleus e media cõcione exurgens obſtitit: ſi nõ gratam: quæ tamen populo ꝓbaretur: ſententiam dicens. Cum enim o Milciades ĩquit ſolus pugnando de barbaris uictoriam conſequere: & te unum tũc honorari æquum cenſeto. Quod igitur tãto ob ipſius facinora Cimon honore habitus fuerit: ob id arbitror cõtigiſſe: quoniam ſub cæteris quidem ducibus iniurias ultro illatas Athenienſes propulſabant. Hoc uero uno & hoſtes uincere: & aduerſas urbes ĩfeſto agmine petere: & hoſtiles agros deuaſtare: & ipſam deniq; Eronem & Amphibolim ſubigere incolereq; potuerunt: Schyrum quoq; inſulam tali ab Cimone occaſione ſubactam incoluere. Dolopes eam inſulam habitabant uiri agrorum cultus parum ſtudioſi ſed ueteres nauigantium prædones. Hi neglecto tandem hoſpitalitatis iure atq; officio: neq; ab his qui crebro honeſteq; in ea ĩſula uerſabantur abſtinuere: cæterum Theſſalos quoſdam inſtitores quæſtus gratia eo profectos deprædati in uincula coniecere. Theſſali cõfractis uĩculis cum ad amphictionicum iudicium cõfugiſſẽt: raptæ urbs illa pecuniæ mulctata eſt. Ciues eas ex ærario publico non ab his qui rapuiſſent res ſe repeti debere negabant. Ea ſententia trepidi raptores clam Cimonem litteris accerſebant: ut cum claſſe ueniens inſulam ab ſe in deditionem acciperet. Traiiciẽs eo Cimon: cum inſula Atheniẽſium imperiũ ſubiſſet:

Dolopes inde expulit: cõpoſitiſq; rebus tutum nauigantibus ægeum præſtitit. Ferũt Theſeum priſcum Aegei filium ex Athenis profugum tranſfretaſſe in Syrum: ibiq; ab Lycomede rege ob trepidationem dolo fuiſſe interfectum. Quod ubi accepiſſet Cimon: habuerunt enim reſponſum quoddam Athenienſes Theſei iubens reliquias in urbem reduci: proq; dignitate illum uelut hæroem uenerari: ſummo ſtudio cœpit īdagare ſepulchrum. Ignorabatur ubinam Theſeus iaceret: q; Syri ſemper id celaſſent: prohibuiſſentq; antea id corpus perquiri. Monumento ſumma tandem diligẽtia uix comperto oſſibuſq; prætoriam triremem magnifice ſplendideq; ornatam impoſitis: ea Cimon induxit in patriam poſt annos ferme quadringentos. Hæc res ampliſſimã ſibi apud populum gratiam conciliauit. Atq; in eius memoriam īſtitutum eſt celebre illud uulgatumq; tragœdorum certamẽ. Nam cum primam Sophocles iunior adhuc fabulam dediſſet: iamq; multa contentio multuſq; ſpectantium hominum conuẽtus adeſſet: Epheſion præfectus non alios in hoc certamine iudices ſortiri uoluit: cæterũ ī theatrum una cum reliquis belli ducibus aduentans Cimon cum Diis cõſueta ſacra libaſſet: ab Epheſione ibi detentus eſt: ſacramento deinde adactus cum ſingulis ex omni tribu ſedere atq; iudicare iuſſus eſt. Hi uiri decem fuere: quorum dignitate atq; præſentia ingentem hæc concertatio ſplendorem eſt conſecuta: uiciſſe Sophoclẽ tradũt. Victũ uero Aeſchilum & graui mœrore affectum inique id tuliſſe: parumq; deinde tẽporis commoratum Athenis ob iram diuertiſſe in Siciliam: ubi moriẽs prope Gelam ſepultus eſt. Ion uero adoleſcentulus adhuc Athenas ueniens una cum Cimone penes Laomedontem concœnaſſe ſe tradit. Poſtremiſq; poculis iam libatis iuſſũ Cimonem non iniucunde cantaſſe. Ea re omnium qui aderant conſenſu ſupra Themiſtoclẽ laudatus eſt: q; ille neq; cantare neq; fidibus didiciſſe: uerum ampliſſimam ſe ſcire opulentamq; rẽpub. facere iactaſſet. Inde uero (ut in conuiuiis par eſt) cum ad res Cimonis defluxiſſet oratio: plurimaq; ibi geſta clariſſime commemorata fuiſſent: prudẽtiſſimum ipſe de ſe facinus narrare orſus eſt. Multos ex Feſto atq; Bizantio captiuos barbaros Athenienſium ſocii cum cæpiſſent: omnem diuidendam prædam Cimonis arbitrio conceſſere. Hic uero partiens: cum hinc nuda corpora: illinc uniuerſa barbara ſpolia ſtatuiſſet: accuſabant ſocii partes: q; iniquæ eſſent. Facta deinde poteſtate ut utrã uellent: ipſi deligerent: Athenienſeſq; quauis altera ſatis contentos fore: Nerophiti ſamii ſententia omnem ornatum barbaramq; ſupellectilem ſocii elegerunt: captiua Perſarum corpora Athenienſibus relinquentes. Diſcedens tunc Cimon ridendus quippe partitor uiſus eſt: qui aurea pſellia: bullas: torques: candidas: purpuram: magna opereprecia rettuliſſent. Cõtra uero Athenienſes nuda Perſarum corpora nulli ſatis apta labori ſuſcepiſſent. Cõtinuo uero plæriq; cum amicitia tum captiuorum neceſſitudĩe exciti ex Phrygia Lidiaq; deſcendẽtes: adeo eos ingẽti precio redemerunt: ut cum ea pecunia ad educandas quattuor menſes nauales copias Cimoni abunde ſuffeciſſet: multum præterea auri ex ea redemptione in publicum ærarium eſſet congeſtum. Cimon itaq; ſpoliis iam hoſtium militiæ partis opulẽtus ac locuples: ut honeſto belli iure eas ſibi diuitias comparauerat: ita pulchrum ī ciues eas liberaliter impartiri duxit. Primũ amotis undiq; agrorum ſuorum ſeptis egenis ciuibus hominibuſq; peregrinis poma frugeſq; inde aſſumere licebat impune. Parabatur quotidie ingens domi conuiuium: ſi non apparatus ſplendore excellens: abundans tamen: & quod uel multos homines affatim paſcere poſſet. Eo pauperes quicunq; uellent libere conuenientes educationẽ inde per ocium ſibi uendicabant: ut rebus tantum urbanis intenderent: cæterũ Ariſtoteles non id omnibus Athenienſibus datũ eſſe: ſed ex Laciadibus cõtribulibus ſuis uolenti cuilibet licuiſſe tradit. Comitabantur præterea Cimonem familiares quidã iuuenes eiq; cõſueti. His pulchra ueſte amictis imperatum erat: ut ſiquis grãdior natu ſordide ob inopiam indutus cum Cimone forte congrederetur: ueſtem ſecum permutarent. Viſum eſt hoc munificentiæ genus plurimum in ſe maieſtatis habere. Idem & iã

copioſe ſecum nummos deferentes: ſiquem in foro uirum indigna oppreſſum egeſta te conſpicerent: q̄proxime accedentes pecuniam ſibi clam in manibus deponebant. Quæ iam Cratinus comicus in archilochis memoriæ mandaſſe uiſus eſt his uerbis: Infra uero iactabat Metrobius grammaticus: cum diuino homine & in hoſpites officioſiſſimo ac peroptimo omniumq; græcorum primario Cimone pingue ſenium conuiuatus ſecum omne cōmemorari: ille uero abiens iuit prior. Et Gorgias Leontinus Cimonem inquit ſibi diuitias comparaſſe ut uteretur: uſum uero fuiſſe ut honorem cōſequeretur. Cricias uero unus ex triginta tyrannis Scopadum diuitias liberalitatem Cimonis & Ageſylai Lacedæmonii uictorias in elegiis ſibiipſi imprecatur. Etenim ſpartanum Lychan celebrem quidem inter græcos uirum haud aliunde cognoſcimus: q̄ quod in gymnicis ludis ac exercitiis externos conuiuari ſolebat. Iam uetus illud Athenienſium in hoſpites ſtudium atq; humanitas Cimonis munificentiæ concedebat. Illi enim unde ciuitas plurimum ſibi gloriæ deberi arbitrātur: græcis hominibus educatiōis ſemina impertiti ſunt: fontium quoq; ac ignis uſum hos quibus opus erat homines edocuere. Hic uero intra priuatos lares perinde ac in publicum quoddam urbis diuerſorium ciues excipiens: frugibus etiam agrorum ſuorū & primis & eximiis q̄buſq; pulchritudine uel peregrinis quoq; hominibus per omnem anni horam ultro oblatis indulgebat: ut propemodum uiſus ſit fabuloſa illa Saturni tempora in uitam de integro excitaſſe. Sunt qui falſo hanc ampliſſimam liberalitatem in populares factiones aſſentationeſq; trāſferant. A quibus tantum diſſentiendum arbitror: ut cum optimatum parti more Laconum ſemper ſtuduerit: Themiſtocli plæbis uires ultra q̄ æquum eſſet attolenti plane conſtet hunc una cū Ariſtide acerrime obſtitiſſe: ac in Ephialten iterum qui populari gratia Ariopagi potētiam diſſoluere nitebatur: grauiſſime fuiſſe inuectum. Expilationibus quoq; publicis & largitionibus penitus abſtinentem omīa caſte integreq; in repub. obiiſſe: tam & ſi præter Ariſtidē ac Ephialten uniuerſos primores ea peſte uideret eſſe contactos. Ferunt præterea Roeſacē quēdam barbarum: qui a rege Perſarum deficiens cum plurima ui auri Athenas ſeſe contulerat: ab calumniatoribus laceratum in Cimonis confugiſſe tutelam: tuliſſeq; illi domum dona phialas duas: quarum altera aureis daricis altera argenteis plena erant. Conuerſum uero ad eum Cimonem ſubriſiſſe: rogaſſeq; barbarum: utrum mercēnarium ne Cimonem an amicum habere mallet? cum reſpondiſſet ille amicum. Abi hinc igitur inquit: tuaq; hæc tecum munera defer. Ego enim amicitia tua fretus hiſce cum opus fuerit liberaliter utar. Maximam interea Athenienſium duces ſimultatem penes ſocios ſibi conſciuerāt: Hi enim longa militia feſſi cum nil præter quietem & ocium in colēdis agris cupent: maxime quia barbaros inde ſummotos tumulti nihil inferre cernebant: ſicut integre uectigalia perſoluebant: ſic neq; nauium neq; inductum militum numerum conferebant reliquias. Atheniēſium ducibus ea res permoleſta erat: adeo ut ab his qui uel militum uel numerum nauium non compleuiſſent: in iudicium uocatis integerrimas ſumerent pœnas. Cæterum ab his tātum eſt uiſus diſſentire Cimon: ut neminē græcorū in uiolentam militiam traxerit: ſed pecuniam modo naueſq; uacuas ab his qui detractabant arma accipiēs emeritos eos exauctoratoſq; faciebat. Cupiebat eos illos ocio allectos domi torpere: ut qui ante pugnaces uiri fuiſſent: iā ad agrorum cultū quæſtuſq; dulcedinem uerſi imbelles ſolutiq; ob delicias ab armorū uſu penitus abhorrerent: Athenienſes uero ad militiam uiciſſim conſcribens atq; exercens: haud multum poſt temporis id effecit: ut uel ſociis ipſis quorum mercede atq; pecunia militauerant: īperarent. Etenim crebra nauigatione labore aſſiduo multo deniq; armorum uſu tantū illis terrorem incuſſerant: ut ſenſim pro ſociis uectigales eos ſeruoſq; haberent. Perſici uero regis ſuperbiam nemo ſuper Cimonem depreſſit atq; contudit. Eiectum enī græciæ finibus e ueſtigio ſubſecutus anteq̄ ille aut pauore reciperet animos: aut res barbaras componere poſſet: hæc quidem ſubuertit atq; diripuit. Illa uero ab rege deficientia

in græcorum ditionem accepit: adeo ut omnem Asiam ab Ionia usq; Pamphiliam per sicis præsidiis atq; armis desolatam fecerit. Nuntiatum est deinde magno regis exercitu ingentiq; classe obsideri Pamphiliam. Quod ubi accepisset Cimon: cupiens maritimæ aditum oræ quæ ītra chelidonios iacet: hostibus terrore præcludere: ab Guido & Triopio cum ducentis triremibus enauigauit. Hæ fuerant ab Themistocle & ad celeritatem & ad gyrum aptissime fabricatæ: quas Cimon latiores faciens curricula quoq; per tabulata disposuit: ut multo milite refectæ acrius in hostem inueherentur. In phaselitas itaq; primum profectus est. Hi cum græci essent de defectiõe secum deinde de admittẽda classe actum est. utrũq; pariter est negatum. Cimon uastatis agris ad urbis mœnia signa mouet. Chii in ea expeditione cum Cimone cõmilitabant: qui officio ueteris erga Phaselitas amicitiæ freti cum Cimonem leniendo tum codicillos sagittis alligatos super mœnia transmittendo eos tandem conciliauere: ea conditione ut decẽ talẽtus præsolutis in barbaros secum armati cõmilitarent. Ephorus Titraustem maritimis regis copiis: terrestribus Ferendacẽ duces fuisse tradit. Calistenes uero Ariomandem Gobriæ filium summæ rerum præfuisse auctor est: detrectantemq; cum græcis cõgressum penés Eurimedontem fecessisse: ubi octuaginta propediem phœnices naues expectabat e Cypro: quas cupiens eo prælio excludere Cimon: maturius instructa classe in hostem subuehitur: ut ui si illi recusassent ad conserendas manus compelleret. Illi ne ui cogerentur ad decernendum: intra flumen receperunt classem. Quod ubi insequentes uiderunt Atheniẽsium naues: & ipsi tandem ad pugnam uersi dimicaturi in hostẽ ueniunt sexcẽtis ut Phanodemo ut uero placet Ephoro: quinquaginta nauibus ac trecentis. Nil tãtis copiis dignum nauali ab eis certamine gestum est. Nam mox proram in terram dantes proximi quiq; e nauibus desilierunt: & in castra (nam ea prope locata erant) se recepere. Depræhensos uero barbaros omnes una cum nauibus perdiderunt. Hinc ingentem fuisse barbaram classem coniicere par est: quandoquidem multis in fugam uersis multisq; allisis nauibus atq; confractis: ducentas tamen captiuas Athẽienses cæpere. Pedestres uero barbarorum copiæ instructa acie ad littus descendunt. Cõstitit paululum Cimon deliberabundus terrestri ne prælio sibi decernendum esset: q̃ iam suos pugnando defessos hostes uero integros & numero superiores cerneret. Tandem suos conspicatus & robustate uirium & proximæ uictoriæ gloria elatos atq; comi nus cum barbaris manum conserere cupientes: peditẽ nauali adhuc certamĩe sudantẽ in terram explicat. Clamore deinde sublato citato agmine in hostem ruunt. Constiterunt persæ impetum strenue excipientes. Atrox inde initur prælium cum ingenti optimatum atq; primorum Atheniensium strage. Anceps diu certamẽ fuit & barbari tãdem fusi pars cæsi atq; trucidati: pars cũ tentoriis multarum refectis opum capti sũt. Cimon itaq; ut ualidissimus certator binos uno die subiens sponte conflictus: hoc pedestri quidem apud salamma: illud ad plateas nauali pugna Trophœũ duabus uictoriis superauit. Ad octuaginta deinde phœnices naues ceu ad huiusce belli reliquias cõuersus ad hydropẽ: quo eas applicuisse audierat: ire pergit. Nõdum quicq̃ de reliquis copiis hostibus allatum fuerat: sed ītegro animo & elato ad exercitum recenti clade cõfectum tendebant. Eapropter subito ac insperato uictorum pauore perculsi uniuersa classe amissa cæsi atq; obtruncati sunt. Ea clades tantam persico regi trepidationem ĩcussit: ut uulgatissimas illas pacis conditiones acciperet. Temperaturum a græco mari quãtũ est equi cursus: intra cyaneos atq; chelidonios longa naui ferroq; rostrata nõ fore nauigaturum. Atqui Calistenes non illa pacis fuisse fœdera tradit: sed barbarum reuera id sponte feciſſe cladis illius terrore consternatum: tantumq; deinde ab græcia abstinuisse: ut cum Pericles primo quinquaginta: triginta iterum Ephialtes nauibus in chelidonios nauigassent. Crathero uero in psephismatibus: quæ ipse collegit: eas cõditiones inter pacis fœdera cautas fuisse placet. Ferunt etiam propterea pacis aram Athenis dedicatam fuisse & Calliam legatum maximo honori habitum. Venditis deinde

hoſtium ſpoliis:cum iam ærarium eo bello ſatis opulẽtum eſſet:in alios publicos ſũp tus pecunia erogata:& murus ad nothum urgens arci exædificatus eſt. Dicunt quoq; muros longos:quos ſcelea uocant:poſtea quidem abſolutos fuiſſe. Prima uero eorũ fundamẽta in paluſtribus locis multaq; pluuiarum cõgerie limoſis ieciſſe Cimonem plurimo cemento grauibuſq; lapidibus palude compreſſa:omnemq; eius ſumptũ ꝑ priis opibus exoluiſſe. Primus quoq; diuerſoriis:quæ liberalia ac amœna uocant:quæ ue paulopoſt magnifice celebrata ſunt:urbem perornauit. Platanos plantauit ĩ foro: academiam uero quæ arida prius fuerat & inculta:irriguum locum effecit:atq; eo au ctore puriſſimis alueis umbroſiſq; deambulatrix elaborata eſt. Et iam Perſæ quidem ope a Thracibus ĩplorata Cheronneſum deſerere recuſabant. Neq; multifaciebant Ci monem:qui ab Athenis cum paucis admodũ triremibus eo nauigarat. Quattuor ita q; ipſe nauibus hoſtes adortus: tres atq; decẽ illorũ triremis cæpit Expulſiſq; inde per ſis cũ thraces etiã late fudiſſet:uniuerſam tandẽ Cheronneſum patriæ uendicauit. Ta ſii præterea q ab Atheniẽſibus deſciuerant:nauali certamĩe profligati:tres eorũ atq; tri ginta naues captæ & ciuitas per obſidionẽ in poteſtatẽ redacta. Criſea quoq; ulteriora omnẽq;:cui præerãt Taſii: regionem Atheniẽſibus ipſe ſubegit. Illinc erat facilis ĩ Ma cedoniã trãſitus & multa uẽdicãdi agri occaſio. Quocirca accuſatus ẽ eũ agere id uolu iſſe Alexãdri regis mercede ſubductum:eorũ tamen qui ĩ ſe conſpirauerant calũnias e uaſit. Cũ uero cauſam ꝑ ſe apud iudices ageret:nõ ego inquit quẽadmodum cæteri:ut colantur pariter ac dona capiant. Ione aut Theſſalos locupletiſſimas gentes hoſpi tio habeo:cæterum Macedones & colo & diligo eorũ frugalitatem modeſtiãq; imita tus:cũ qbus nullas prorſus opes conferendas eſſe arbitror. Lætor uero plurimum iudi ces:q; hoſtili gaza ciuitati noſtræ diuitias cõpararim. Steſimbrotus uero Elpinicã ad fores Periclis:is erat uehemẽtiſſimus Cimonis accuſator: ſupplicem ueniſſe auctor ẽ: illumq; ſubridentẽ conſenuiſti dixiſſe:conſenuiſti ad huiuſmodi res obeundas o Elpi nica. Mitiſſimũ tamen in Cimonem fuiſſe deinceps:nec ultra q̃ ſemel dũtaxat:& tũc quidem leuiſſime illam cauſam contra Cimonem peroraſſe:tandemq; ea accuſatione abſolutũ fuiſſe Cimonẽ. Dehinc quoad ĩ urbe aderat: potentiſſimus in repub. factus diſſipabat cõſilia plæbis:quæ in optimates inſurgens uniuerſam urbis potentiam cũ ctoſq; magiſtratus in ſe uſurpare tentabat. Rurſum uero ubi cum claſſe ex urbe profe ctus eſt:plæbs deintegro in animos erecta omnem priſtinum reipub. ſtatũ patriaſq; quibus præſide Ephialte regebantur:conſuetudines euertere:curias ex Ariopago om nes ferme præter paucas ſuſtulerunt. Iãq; iudiciorũ auctoritate in ſe uſurpata uideba tur ſtatus urbis in plæbeios integre defluxiſſe. Poterat tũc plurimũ in urbe Pericles:a quo & plæbs ſummo ſtudio fouebatur. Reuectus in urbem Cimon dignitatem tãti cõ cilii proſtratã indignatus:priſtinũ Ariopagi ſtatum ĩtegrare adortus eſt:& ad optima tes ſummam rei traducere. Tũc rerũ nouarũ auctores exclamauere populum in eũ iri tantes laceſſere:crebro ſibi obiicere flagitium ĩ ſororem: uocitareq; eũ Lacedæmoniis fautorem:inter quæ uulgo iactabantur illa ab Eupolide tradita de Cimone. Malus q dem nõ fuit:uiolentus uero ac negligens & quãdoq; iacebat in lacedæmone: hanc ta men Elpinicã relinquens ſolã. Si uero ſegnis ſi ĩmodeſtus tantas domuit urbes:totiẽs de hoſtibus uictorias rettulit: quis modo inficiabitur:ſi is & ſobrii & uigilantis fuiſſet ingenii:nemini ſuperiorũ græcorũ aut qui deinde fuere rerum geſtarũ gloria conceſſu rũ fuiſſe? Lacedæmonem ꝑfecto ab initio coluit atq; amauit:& geminos filios uno ſi bi partu ex Clitoria editos:alterũ Lacedæmoniũ:Elium alterũ nominaſſe. Steſimbro to placet proinde Periclem maternũ ſibi genus ĩprobaſſe frequenter. Diodorus uero Coſmographus præter eos:tertiũ quoq; Cimon ex Iſodice Euriptolemi Megacleis filii gnatũ fuiſſe tradit Theſſalũ nomĩe:nõ aũt minimas eorũ quos cõſecutus fuerat ma giſtratuũ partes Lacedæmoniis ipſe debebat. Iã enĩ Themiſtocli maxĩe ĩfenſi curabãt: ut omnis urbis auctoritas oĩs potẽtia in adoleſcentẽ Cimonem cõflueret. Primũ qppe

Athenienſis populus id probare atq; iucunde conſpicere: q; q̄multa ob eum emolum̄ ta Athenienſibus Lacedæmonii cōtuliſſent. Nā cū res attica plurimū augeretur: & iā ſocios ſe in ſolicitando cōuerteret:id qete Lacedæmonii gratia atq; Cimōis auctorita te tulere. Suo enim ductu atq; auſpiciis plurimæ græcarū rerū gubernabātur:q; ſociis quidē comem atq; benignū & gratiſſimū ſeipſum Lacedæmōiis exhibebat. Poſtea ue ro q̄ res atticæ ſuis uiribus nitebātur:uigilans Cimonis erga ſpartanos ſtudiū Atheni enſes faſtidire. Etenim cūctis in rebus Lacedæmonē extollens:ſiquādo ſuos aut īpro bare aut iritare uolebat:dictare ſolitū ſcribit Steſimbrotus nō utiq; Lacedæmonii ta les. Et īde quoddā penes ciues ſuos odiū atq; ſimultatem ſibi cōflauerat: maximā ue ro omniū:quas unq̄ ſubierit calumniā hīc ortā fuiſſe cōſtat. Regnabat quartū ī ſpar tanis annū Archidamus Zeuxidami filius. Terræmotu facto oīum āte eā ætatē mēo rabiliū maxīo īgētibus lacedæmōia tellus hiatibus ſoluta ē. Cōcuſſis Taigetis monti bus qdā eorū uertices patefacti uniuerſa ciuitas diruta atq; confuſa domos ſingulas præter quīq; cū īgenti fragore & ruina ꝓſtrauit. Exercebātur tunc forte ī medio porti cus puberes ſimul atq; adoleſcentes. Sub eā terræ cōcuſſionē leporē quēdā ī cōſpectu e ius aduenīſſe ferunt. Hunc adoleſcentes(ut erant)unctos ioco extra gymnaſium inſe ctatos fuiſſe:puberes uero q ītus ſe cōtinuerāt ruina gymnaſii obrutos oēs ad unum pariter periſſe:eapropter eorum ſepulchrum & nunc quoq; ſiſmatium appellatum eſt. Aduertens itaq; Archidamus ī tanta totius urbis confuſione atq; ruina īminētem perniciē:q; ciues paſſim ſoluti ſoli priuatarum rerum ſaluti ītenderant:aduentum ho ſtium tuba undiq; ſignificare facit:ciues armatos q̄primum ad ſe cōuenire iubet. To ta ī hoc uno cōſilio uiſa eſt pēdere ſpartanæ urbis ſalus. Vicini nāq; homines concurſi one undiq; ex agris facta:direpturi ruinæ reliqas ueniebant:q armatos iam ciues īſtru ctoſq; conſpicati terga dantes in ꝓximas quiq; ſe urbes recipiunt: inde finitimos po pulos obeundo ad prædam dirutæ urbis ſolicitare. Multis & meſſeniis maxīe ea res cū placuiſſet:omnes ī ſpartanos arma ſuſcipiunt. Lacedæmonii Periclitam Athenas mit tunt:opē atq; auxilium ab ſociis īploraturum:quē ſcribit Ariſtophanes comicus palli dum aris īſidentē punicea ī ueſte exercitum poſtulare. Ephialtes itaq; id protinus ꝓhi bere:obteſtariq; ne ullam aduerſariæ urbi opē ferrēt. At ſinere partanorum faſtum at q; ſupbiam cōculcari atq; iacere:Cimonē uero Lacedæmoniorum ſalutem patriæ com modis & īcremento prætuliſſe:ſuaſiſſe populo de auxilio ſociorum: atq; profectū de īde cum haud parua militum manu ī Lacedæmoniorum ſubſidium Cricias auctor ē. Ion uero eius orationis meminit:qua maxīe ciuium animos ī ſuam ſententiam conci liauit:hortatus ne græciam claudam paterentur:neue contēnerent:ſi altero iugo urbis priuata eſſet. Profectus itaq; Lacedæmonem Cimon cum copias præterduceret per Co rinthum:īuectus eſt in eum Lachartus:q; īexploratis eius loci ciuibus illac exercitum traduxiſſet: neq; enī decere illum alienum pulſantem hoſtium ingredi prius q̄ domi nus iuberet. Et Cimon cæterum nō uos īqto Lacharte Cleonenſium ac Megarenſium pulſantes hoſtia:ſed armis ac ui cōfringentes in eorum domos irruiſtis:arbitrati his q uiribus prævalent oīa aperta eſſe debere. Hæc fertur Cimonis ī Corinthum haud ma gis mordax q̄ opportuna reſponſio:ſtatimq; cum copiis exceſſit. Acciti iterum a Lace dæmoniis Athenienſes cōtra Meſſenios & Helotas Marathoniæ opem tulerūt. Maxi mus ierat illis in armis ſplendor atq; promptitudo:quos ſuſpicati Lacedæmonii tāq̄ nouarum rerum cupidos ſolos ex omnibus ſociis ea militia abdicauere. Illi ut par erat indignati abſcedentes iam palam in omnes ſpartanarum partium fautores difficiles eſſe:& leui in Cimonem occaſione capta per oſtracos dānatum relegarunt in decē an nos. Etenim decennali id exilii genus. Lacedæmonii īterea ab expeditione regreſſi libe raturi poſtremo Delphos a Phocenſibus in Tanagra caſtra locant:quibus cominus di micaturi Athenienſes occurrunt. Cimon armatus ad atticū exercitum ueniens tribui ſuæ oeneidi ſe adiungit:ardentiſſimus una cum ciuibus ſuis patrias īiurias uindicare.

Cæterũ cõſiliũ ĩ quo qngẽti erãt cõſcripti uiri cũ id pauide accepiſſet(aduerſa enim fa ctio eũ iſtuc ueniſſe clamitabat attica turbaturũ agmĩa atq; patriã Lacedæmoniis ſub acturũ)extẽplo ĩ nullos ordĩes Cimonẽ admitti iubet. Diſcedẽs ille e caſtris Eutippum Anaphliſtũ cæteroſq;:quos Lacedæmoniis fauor ſuſpectos fecerat:hortatur:ut in ho ſtem forti aĩo pugnẽt:uelĩtq; opa atq; uirtute apud ciues ſuos ab hac ſe nota purgare: Hi cũ omnẽ Cimõis armaturã penes ſe detinuiſſent : ĩ turmas diſtributi tã acriter tam cõſtãter aduerſus hoſtẽ dimicãdo cõſtitere:ut cum centũ eſſent:nemo tamen ex ea pu gna uiuus emerſerit. Magna hæc uirtus ĩgens iſtorũ ſalutis deſideriũ Atheniẽſium ex citauit:pœnituitq; q; falſas atq; iniuſtas tãtis uiris cauſas inieciſſent. Subĩde & ipſi Ci moni cõciliati ſunt cũ ſociorũ ſuorũ cæde tũ gerẽdarũ rerũ opportunitate adducti:ĩ genti nãq; ſtrage in Tanagra ꝓfligati:cũ primo uere infeſtũ Peloponneſium exercitũ trepidi expectarẽt:Cimonẽ ab exilio reuocãt:q Pericle ſibi pſephiſma cõſcribẽte in pa triã ẽ reuerſus. Tales tũc ciuiles erãt diſceptatiões mutuæq; ciuiũ iræ adeo mẽſuratæ: ut ꝓ publicis utilitatibus facile pacari poſſent:& ipſa ambitio cũctos animi ĩpetus ex cedens:ipſi tamẽ patriæ pietati penitus cõcedebat. Cimonis itaq; opa id bellũ diſſolu tũ eſt:& urbes iuicẽ conciliatæ. Pace perfecta aĩaduertens Cimon iuuentutẽ atticã do mi nõ poſſe qeſcere:cæterũ & militia nutriri & augeri gliſcentẽ:timens ne bellandi cu piditate ĩ ꝓxĩos græcos arma mouerent : neue ad inſulas aut Peloponneſum ĩgẽti claſ ſe cõuerſi cauſas ĩteſtini belli aut ſocialiũ criminationũ origĩes ĩ urbes excitarent:du centas armauit naues omnẽ bellorum cupidinẽ in Cyprios aut Aegyptios ꝓfuſurus:ſi mul ut ĩqetos Athenienſes pugnando cõtra barbaros exerceret:& diuitiis ab hiſce qui natura ſibi inimici erant cõparatis:honeſte græciã locupletaret. Omnibus itaq; iã para tis cũ ĩ littore nauales cõſtitiſſent copiæ:horrenda Cimoni ſpecies ĩ ſomnis uiſa appa rebat canẽ quãdã in eũ laceſſitã latrare : inter latrandũ uero humana uoce admixtum hunc uerſum edidiſſe:I mihi teq; meis catulis facturus amicum. Cimoni q̃dnam hoc phaſma portenderet ambigenti:Aſtiphilus poſſidoniates uir uaticinii peritus eiq; fa miliaris mortem aut hanc ſibi ſpeciem præſagire hoc modo coniectans: Canis huic ĩ quem latrat hoſtis eſt:hoſtẽ uero nõ alia q̃ſpiam re magis q̃ morte lætum facit. Illa de mũ mixta uox medum hoſtem deſignat:q; medorũ dux græcis pariter ac barbaris uiri ribus ĩmixtus eſt. Sub hanc ſpeciem ecce & aliud ſibi dũ Liberopatri ſacrificaret ꝓdigi um uiſum. Cũ enim uates de more uictimã cecidiſſet:id ſanguinis quod iã humi cõge latum erat:formicarũ caterua paulatim corripientes ad Cimonẽ deportabant: & circa pedis pollicẽ extendentes diu huic rei ĩtentæ ſingulos latuere:ſimul itaq; cũ Cimõ hu ic miro formicarũ ſtudio mentẽ adhibuiſſet:aderat & ſacerdos iecur uictimæ ſine capi te ſibi oſtentans. Hoc cũ ſic obtigiſſet:enauigauit tamẽ Cimon:q tanti apparatus mi litiam honeſte detractare nõ poterat. Sexaginta itaq; nauibus in ægyptũ tranſmiſſis ipſe cũ reliq̃s ea maria perluſtrans regiam claſſem in qua phœniſſæ & ciliciæ naues e rant:profligauit. Circũiacentes deinde urbes ſubegit:& in ægyptios omnem belli con uerterat molem. Nihil humile amplius ſibi in animo reſidebat. cæterũ in ĩgentes atq; ampliſſimas ſpes mentem attollens:uniuerſum Perſici regis imperiũ delere parabat. Stimulabat permaxime ingentis ſpiritus uirum Themiſtocles:quem tantã apud bar baros gloriam atq; auctoritatem cõſecutum audierat:ut rex Perſarum in græcos arma moturus uniuerſis ſuis copiis eum ducem declaraſſet. Themiſtocli uero ad mortem ſi bi ſponte conſciſcendam haud parum id acceſſiſſe ferunt:q; inſuperabili Cimonis uir tute atq; fortuna in græcarum rerum deſperationem deuenerit. Cimon itaq; ingentes certaminum moles ſtruens circa Cyprum nauales continens copias:ad Iouẽ Hammo nium quoſpiam ex ſuis mittit:ſecretum quoddã a Deo ſciſcitaturos. Ignoratur enĩ,pr ſus q̃dnã id eſſet quod ſcire cuperet:nec uero Deus ulla ſibi reſponſa tulit. Vt primũ enim eo uenere : iuſſit eos iſtĩc abſcedere:Cimonem enim ipſum iam penes ſe exiſtere aſſeuerabat. Hæc illi audientes cõfeſtim ad mare deſcendũt:& cum deinde ĩ græcorũ

caſtra ueniſſent:quæ circa ægyptum locata erant:cognita Cimonis morte:req; ipſa cū Hammonis collata reſponſo intellexerunt plane eum de uiri morte uaticinatum fuiſ ſe:tāq̄ iam penes Deos īmortales ipſe commoraretur. Obiit itaq; diem dum Ciciū ob ſideret:aduerſa(ut plurimis placet)corporis ualitudine captus.quidam uulnere:quod aduerſus barbaros pugnans acceperat:eum confectum fuiſſe tradunt. Moriens uero ſuis imperauit:ut celato eius interitu copias cum claſſe in urbem reducerent.Obtigit/ q;:ut cum neq; hoſtes neq; ſociorum qſpiam id ſenſiſſet:liberi ac tuti ī patriam reme arent: duce(ut Phanodemus inqt)Cimone:q triceſimū āte diem e uita migrarat. Nil deinceps q̄ is mortuus ē:ab ullo græcorū īperatore magnifice in barbaros geſtum:cæte tum ad factiones & diſcordias conuerſi:cū nemo manus afferret in medium:ab exter/ nis bellis penitus diſciſſi ſunt. Ea re maximum in reſumendis uiribus momentum barbaris præſtitere:& græcis rebus quātā iacturā ītulerunt: uix dici poteſt.Haud pau lo uero poſt hunc Ageſilaus Aſiæ inferens arma:breue cum his ducibus:qui,p perſico rege maritimas oras tuebantur:bellum geſſit:& cum nil adhuc clare nil magnifice ge/ ſtum eſſet: ſeditione tumultuq; aduerſæ factionis reuocatus abſceſſit: in mediis ſocio tum ac amicorum urbibus publicanos Perſarū derelinqués:in quas dum Cimon uiue ret nec Perſicus montabellarius deſcēdebat:nec equus ītra quadraginta ſtadia ad ma re cōſpectus eſt.Reliquiæ uero eius in atticam traductæ fuerunt:quod monumēta te/ ſtantur:quæ & nunc quoq; Cimonia appellata ſunt.Colunt uero & Cicienſes quoddā Cimonis ſepulchrū:ut Nauſicrates rhetor tradit. Atq; eiſdem in fame terræq; ſteri/ litate ab Deo imperatū eſt:ne Cimoné negligant:ſed ut Deum uenerentur atq; colant.

LVCII LVCVLLI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAE/ CO IN LATINVM PER LEONARDVM IVSTINIANVM VERSA.

LVCII LVCVLLI AVVS FVIT VIR CONSVLA/ ris:auunculus autē Metellus is q Numidicus eſt cogno minatus parentū eius. Hic qdē furti dānatus ē.Cecilia uero mater amiſſa pudicitia parū ī urbe gloriæ ē conſe/ cuta.Lucullus ipſe adoleſcens:cum priuatus nullū ad/ huc in rep.magiſtratū geſſiſſet: Seruilio auguri qui pa trē accuſauerat:diē de publicæ pecuniæ peculatu dixit. Viſa ē ea res clariſſima romanis & omniū laudata cōſē/ ſu.Id enī accuſādi ſtudiū uel ſine priuata occaſiōe haud ignobile uidebatur:quinīmo plurima delectatione eos mirari laudareq; iuuenes cōſueuere:quos ſceleſtis ac fla gitioſis hominibus ceu feris generoſos catulos acerrime cernerent incumbentes.Ingenti itaq; in eo iudicio orta cōtentione cum uulnerati qdā aliquot præterea fuiſſent occiſi:euaſit tamē accuſationé Seruilius. Tantā uero Lucul/ lus græcis pariter ac latinis litteris operam dedit:ut uel in utriſq; poſſet aptiſſime or/ nateq; dicere. Et Sylla rerum ſuarum commentaria īſcripſerit ad Lucullum:ad eū qp pe q elegantius eam hiſtoriam diſponere potuiſſet.Nō erat eius ſermo:ut multorū ē: in curia modo roſtris aut ſubſelliis: ſed ī omni publica priuataq; re promptiſſimus at q; diſertus:neq; forum uelut irrætitus Tynnus pelagus pturbabat.Inde uero egreſſus aridus ſine eloquio confectus:cæterum ornatiſſimus illis diſciplinis:quas liberales uo cant:omne ſuū ſtudiū adhuc adoleſcēs accōmodauit.Grādior uero ætate factus cum ob eā potiſſimū diſſenſionem quā aduerſus Pompeium habuit:omni ,prſus animū ambitione ī tēpore abdicaſſet:ab diuturnis laboribus ad ocium atq; quietem ad nobi/ liſſima philoſophiæ ſtudia ſe cōuertit:& ī eius cōtēplatiuo genere ceu in iucundiſſimo quodā diuerſorio qeſcebat. Quāta uero ei fuerit ī dicēdo facultas:hinc arbitror poſſe

perfacile iudicari. Ferunt enī Hortenſium cauſidicum & Siſennā hiſtoricum ex ioco quodam in rem ſeriam(ut fit plerūq;)conuerſos:cum Lucullo adoleſcente compoſuiſ ſe:ut poemate orationeq; græca pariter ac latina propoſitis:eo quē ſors dediſſet ſtilo: eaq; lingua teneretur Lucullus marſicum conſcribere bellum. Obtigit ſibi ſorte græca oratio. Defluxit enim ad nos uſq; marſici belli hiſtoria graio ſermone contexta. Multa uero Luculli in Marcum fratrem inſignis beniuolentiæ argumenta romani tradidere. In primiſq; id memoriæ mandatum eſt :q; maior natu cum eſſet:ſolus tamen nullum in repub. magiſtratum inire uoluit:uerum legitimam fratris moratus ætatem:ut eius quoq; ratio haberi poſſet. Tantam ſibi hac humanitate apud populum gratiā cōciliauit:ut uel abſens una cum fratre edilis declaratus eſſet. Multa præterea iuuenis adhuc in marſico bello audaciæ multa grauis conſilii facinora declarauit. Et Sylla eius conſtantia humanitateq; ductus tantum ſibi auctoritatis atq; uirtutis tribuebat:ut ubi quid fortiter clare ſtrenue agendum eſſet:Luculli potiſſimum quoad uixit opera uteretur. Datum eſt ei in peloponneſo ſignandi nummi negocium:eius qui plurimum in mithridatico bello cōſumptus eſt:& lucullius diu ab illo eſt appellatus. Plurima q̄ primum in ea expeditione militaria munera digna cum mercede obiuit. Dehinc Sylla græcis rebus terra potitus cū Athenis ubi ſe tenebat maritimum annonæ aditum hoſtili claſſe ſibi præcluſum cerneret:Lucullum in ægyptum & libani:unde q̄maximā ſibi claſſem compararet:traiicere iuſſit. Is rigēte tunc maxime hyeme tribus cum græcis myoparonibus & biremibus æqualibus ferme rhodiis ab Athenis enauigauit:non horridi modo & efferueſcentis pelagi:ſed multarum quoq; hoſtilium nauium periculum ſubiens:quæ per licentiam uagabantur. In cretam itaq; Lucullus ueniens eam ſibi cōciliauit:& cyrenos diuturnis tyrannidibus belliſq; confractos:cum ad ſe recepiſſet: īcōditam atq; turbatam eorum rempub. ordinauit. Tūc illum meminiſſe ferunt eius ſententiæ quā olim in cyrenæos diuinæ dixerat Plato. Rogantibus enim illis ut leges ſibi conſcriberet:uelletq; eorum ciuitatem in optimæ cuiuſpiam reipub. formam inſtituere:difficillimum eſſe inquit:cyreneos ampliſſima fortuna ſolutos legibus continere. Nil enim imperatu difficilius eſſe eo homine: quem proſpera fortuna extulerit. Neq; iterum regi quippiā leuius illo : qui aduerſis fuiſſet caſibus depreſſus atq; cōtractus. quæ res perfaciles inſtituenti Lucullo præſtitit cyrenæos. Inde uero traiiciens in ægyptum maxima nauium ſuarum parte amiſſa:ipſe cum reliquis in Alexandriam clariſſime deuectus eſt. Etenim aduentanti ſibi uniuerſa regis claſſis magnifice perornata obuiam enauigauit:quanto ſplendore quantoue apparatu regredienti in urbem regi ornari conſueuiſſet. Aliud ſubinde adoleſcentulus Ptholomeus ſingulare Lucullo ac ī uſitatum humaniſſimæ beniuolentiæ ſtudium declarauit. Nam intra regiam eum cū familiariter tum ſplendidiſſime eſt hoſpitatus : quo nemo ante Lucullum ſuperiorū ducum honore ab Ptolomeo donatus fuerat. Cibariorum uero non quātū parari cæteris conſueuerat:ſed quadruplum Lucullo dabatur:tam&ſi nil āplius ipſe q̄ quod modeſtiſſimo uiro dignum eſſet:acciperet. Precioſiſſima quoq; uel octuaginta talentorū munera recuſauit. Ferunt autem non memphin non aliud quippiam in ægypto mirabile uoluiſſe conſpicere. ocioſi enim & delicati peregrini id eſſe: non eius qui ſuum imperatorem ſub diuo ſub hoſtium mœnibus cubantem in tanto rerum diſcrimine reliquiſſet. Lucullus itaq; cum tumentem Ptolomeum in romanorum ſocietatem allicere nequiuiſſet:naues tamen quæ ſuam nauigationem tutarētur uſq; in Cyprum ab illo q̄liberaliter datas accæpit:recedentiq; plurima ſibi Ptolomeus clariſſima beniuolentiæ inſignia demonſtrauit. Donauit eum poſtremo precioſiſſima pulcherrimaq; ſmaragdo auro alligata : quā Lucullus penitus recuſaſſet : niſi rex propriam illi lapidi inſculptam oſtendiſſet imaginem. Verebatur enim ne quod animi magnitudine faceret:ſi ad inimicitiam Ptolomeus tranſtuliſſet:nauales ſibi pararet inſidias . Profectus igitur ab alexandria Lucullus : cæteraſq; maritimæ oræ urbes adiens ab ſingulis quæ

modo piraticam non exercebant: naues accepit: coacta itaq; classe cum tuto traiecisset in Cyprum: ibi hostes intra littoris sinus absconditos insidias sibi tendere eumq; obseruare accæpit. His allatis Lucullus confestim machinis comparatis: naues in terram subducere iubet. Litteræ deinde ad urbes uicinas datæ: qbus proximum uer moraturū sese dicebat: commeatusq; ad augendam fidem & cætera ad hybernandum necessaria postulabat. Hoc interim spatio: cum secundas sibi auras afflare conspexit: deductis repente nauibus classem in altum recæpit. Interdiu demissis cōtractisq; uelis: ignaro hoste pernauigauit. Nocte uero q̄alte sublatis armamentis in rhodū integra classe applicuit: nauibus ibi ab rhodiis accæptis: Cois atq; Gnidiis non modo de defectione abrege: sed ut in samios quoq; arma mouerēt: suasit. Omnes deinde ex Chio expulsi: & colophonios capto Epigono eorū tyrāno libertate donauit. Ea forte tēpestate Mithridates deserto Pergamo intra pitaneum sese recæperat: ubi a Fimbria terra obsessus atq; conclusus: ad mare (quod unica salutis spes erat) conuersus: q̄multas poterat naues ad contrahendam classem undiq; accersebat. Desperabat enim cum Fimbria signa cōferre uiro cum summa audacia: tum recētis fortuna uictoriæ metuendo. Fimbria cui nullæ aderant maritimæ uires: hæc ipse conspiciens: Lucullum sibi adiungere pergit. Mittit igitur q̄primum qui eum orent moneāt supplicent: ut uniuersa cum classe aduēiant: uelitq; secum infestissimum regem omnium romani populi inimicissimum perdere atq; delere. Non patiatur clarissimum tot laborum tot certaminum tot deniq; periculorum premium Mithridatem iam ītra rætia compulsum ac prope captum romanos euadere. Si enim is in romanam potestatem ueniret: neminem omnium tantum gloriæ tantum sibi laudis uendicare. At ille qui uel fugam eius unum modo perditis rebus consilium inhibuisset: aut cæpisset fugientem. Ab se nāq; terris expulsum undiq; ab illo mari cōclusum Mithridatem ampliſſimam utriq; gloriam allaturum. Huiusce tantæ rei magnitudinem Syllæ ad Orchomenum atq; Cheroniam sūma romanorum laude celebrata facinora extincturam. Videbantur hæc omnia ab ratiōe nil dissentire: neq; dubium erat si obsecutus Fimbriæ Lucullus nauibus: quæ parum aberant: eo traductis portus fauces obclusisset: id bellum penitus confici debuisse: romanos quoq; innumeris: quas deinceps subiere: calamitatibus fore solutos. Non placuit ea res Lucullo: aut qua legatus iura Syllæ erga se omni commodo priuato publicoq; prætulerit: siue q̄ Fimbriam suæ gloriæ socium recusarit: scelestum quippe hominem ac dominandi cupidum uiri & sibi amici & imperatoris recenti cæde fœdatū: seu potius q̄ diuina quadam fortuna Mithridati tūc parcens: in destinatum sibi tempus debellādum seruauit. Vnde & liberam hosti fugam: & fimbrianum militem ludibrio barbaris esse dedit. Ipse uero primum circa lectum: hic Troadis locus est: regias sibi naues obuias ꝑfligauit. Neglecto deinde Neoptholemo q cū maiori se tenedi classe tenebat: confligere secum instituit. Conscendens itaq; in rhodiam quinq; remem: cui Damagoras præerat: uir & longa naualium certaminum experientia doctissimus: & summa cum romanis beniuolentia coniunctus: primus omnium in hostes deuehitur. Neoptholemus uero gubernatori suo imperat: ut in occurrentem nauem q̄maxīo potest impetu ruat. Damagoras pondus aduersæ nauis ferreiq; rostri asperitatem reformidans proris concurrere recusauit: itaq; conuersam nauem retro inhibuit: ut ceu fugiēs impetum q̄ægre in puppim exciperet. Ictus eo consilio leuissimus fuit: & in his ferme nauis partibus quæ mari contegebantur. Aderant interea reliquæ naues: & Lucullus una conuersus & uerbis & opera militum animos ad pugnam accendit. Cōserto prælio cum multa egregie pugnando fecisset: hostes tādem in fugam conuertit: & Neoptholemum ipsum est insectans. Syllæ deinde per Cheronesum transituro congrediens liberato itinere exercitum eius tuto traiecit. Fœdere icto Mithridates in Euxinum pōtū profectus est. Sylla uero uigintimilium talentorum dānata Asia colligendi munus Lucullo commisit: ut īde nummos cuderet. Is itaq; in tam graui acerboq; negocio: nō

integre modo ac iuſte: ſed adeo prudenter benigne humane uerſatus eſt: ut pro Syllæ difficultate afflictis urbibus uel maximum ipſe ſolamen fuerit. Atqui mityleneos ꝑ his quæ immanium ipſi peccarent: pœnas dare uolebat: impares tamen criminis graui tati. Nam quia hi a romanis non ſponte defecerant: mitius iccirco ſupplicium ſibi de/beri exiſtimauit: non tamen id mitylenei paſſi ſunt. Quod ubi Lucullo allatum eſt: mulctam uidelicet mityleneos detractare: claſſem confeſtim illo admouit: collatiſq; utrinq; ſignis hoſtem uictoria ſuperatum in urbe concluſit. Caſtris deinde ad obſiden dam urbem poſitis hac arte atque ingenio mityleneos occupauit. Interdiu nanq; ut ſe hoſtes cõſpicere poſſent: ad Eleam enauigauit: nocte uero ad obſidionem fruſtrato hoſte regreſſus: locatis circa urbem inſidiis quieſcebat. Mityleni poſtridie romanum abeſſe rati temere fuſeq; ad diripienda romana caſtra diſcurrunt. Prodiens ex inſidiis Lucullus & diſſipatum hoſtem adortus plurimos captiuos habuit: quingentos hoſti/um pugnando trucidauit. Sexmilia mãcipiorum aliaq; innumerabilis præda inde ab acta. Ab Italiæ uero miſeris calamitatibus: quas Sylla Mariuſq; triſti ac flebili plurĩo/rum clade mortalium intulere: Lucullus cæleſti quadam ſorte rebus Aſiæ immoratus ferme abſtinuit. Nec tamen minorem apud Syllam: q̃ cæteri & gratiam & dignitatem eſt cõſecutus. Cæterum commentaria ceu diximus ob ſummam cum auctoritatem tũ in eum beniuolentiam ſibi inſcripſit. Et moriens poſthabito Pompeio Lucullum filii tutorem teſtamento inſtituit: eamq; uiſum eſt flagrantiſſimis ad gloriam iuuenibus primam ſuccendendæ diſcordiæ facem fuiſſe. Mortuo Sylla habitis non multo deĩde comitiis una cum. M. cotta conſul eſt declaratus circa centeſimam & ſeptuageſimam ſextam olympiadem. Videbatur multis Mithridaticum bellum ſuſcitandum eſſe &. M. cotta non dimiſſum ſed intermiſſum eſſe dicebat. Conſulibus itaq; ſorti/ri prouincias iuſſis Gallia ciſalpina Lucullo ſorte obuenit: parumq; læto animo id ac/cæpit: q̃ prouincia latam comparandæ ſibi gloriæ materiem non haberet. Stimulabat permaxime ingentis ſpiritus uirum Pompeius: qui rebus a ſe geſtis in hiſpania tantũ ſibi laudis uendicarat: ut ſi motus hiſpaniæ quieuiſſent: Mithridaticum bellum om/niũ ſibi conſenſu decernendum eſſe uideretur. Proinde cũ pecunias ille petiiſſet: ſcrip/ſiſſetq; ſenatui: niſi mitteret relicta Hiſpania atq; Sertorio omnes ĩ italiam copias re/ducturum: Lucullus ut q̃primum ſibi mitterentur: effecit: ne ulla penitus occaſione Pompeius Romam ſe conſule remearet. Nec erat neſcius ſi tanto ille cum exercitu ad/uentaſſet: omnem in ſe urbem fore conuerſurum. Cæthegus præterea qui iam prope romanæ libertatis dignitate extincta: omnia ad gratiam obeundo princeps in repub. uidebatur: Lucullo ĩfenſus erat: q̃ is obſcænã Cæthegi uitam libidinum flagitiorum errorum ſcelerũ plenam faſtidiret. Lucii uero quinti factioſi hominis: qui decreta Syl/læ antiquare: qui motus in repub. excitare: qui urbis turbare quietem tentabat: multa priuate publice multa commonefaciens temeritatem audaciamq; compreſſit: ſedi/tioſumq; uiri impetũ pro ciuitatis ſalute cohibens: ingentium calamitatum radicẽ ex/pauit. Romæ ĩterea nunciatum eſt: Octauium qui Ciliciam habebat: e uita migraſſe. Multi eam prouinciam competituri Cæthegum cuius ampliſſima in ea re uidebatur auctoritas: ſumma cum diligentia excolebant. Lucullus tametſi Ciliciam ſolam non multifaceret: omne tamen ingenium omne adhibuit ſtudium: ut ea ſibi prouĩcia de/cerneretur: arbitratus ſi Ciliciã Cappadociæ propĩquam tenuiſſet: fore ut alter nemo ad mithridaticum bellum deſtinandus eſſet. Cum itaq; multa tentaſſet: rem deniq; ab ſuo prorſus ingenio alienam adortus eſt: eamq; magis uilem aut abiectam q̃ pro poti/unda ea prouincia opportunam. Mulier erat in urbe Præcia nomine nulli & uenuſta/te formæ & uerborum lepore ac comitate concedens: nil tamen uita impuriſſimo quo piam ſcorto præſtabat. Hæc ex frequenti nobiliſſimorum iuuenum congreſſu: geſta ĩ repub. perdiſcebat: ciuium diſcordias componebat: amicitiaſ confirmabat. Hiſq; arti/bus pariter cum placidiſſima corporis atq; uerborum gratia ampliſſimam ſibi ĩ urbẽ

beniuolẽtiã cõciliarat. Vbi uero Cæthegũ qui ſumma florebat gloria: urbemq; ſuo nutu ductitabat:inſano æſtuantem amore ſibi deuinxit:iam in Præciam omnis penitus reipublicæ potentatus confluxerat. Nil enim nõ interueniente Cæthego quippiam probatum erat: quod Præcia non iuſſiſſet. Hanc Lucullus cum donando tũ plurimum blandiendo ſubducens:non enim inflatæ ambitioſæq; mulieri parua uidebatur merces:ſi tantus eam uir publice coluiſſet:continuo Cæthegum & fautorem & prima ſibi ferentem ſuffragia eſt adeptus. Ciliciam uero prouinciam conſecutus neq; Præciæ deinceps neq; Cæthegi patrocinium poſtulauit. Ampliſſimo nãq; omnium conſenſu mithridaticum ſibi bellum deferebatur:quod ab altero nemine ea res clarius fortius accuratius geri poſſet. Pompeius tum contra Sertorium in Hiſpania: Metellus ætate mala confectus erat:qui duo duces militari cum Lucullo uirtute certare uidebantur. Atqui Cotta eius collega patres obeundo ſolicitãdo ſupplicando ad propontidem obſeruandam debellandamq; bithyniam miſſus eſt. Lucullus cum una modo:quam ipſe per ſeſe ſcripſerat:legione traiecit in Aſiam. Eo deueniens alterum ſibi aſciuit exercitum. Hi erant Fimbriani milites appellati: qui diuturnis deliciis inueterataq; habendi cupiditate cõtabeſcebant:qui effrenata peccandi licentia atq; libertate ſine duce diu ſoluti fuerant. Flacco enim & conſule & imperatore duce Fimbria interfecto:ipſum deniq; Syllæ Fimbriam prodidere uiri ſeditioſi intrectabiles iniqui:cæterum fortes & continuo armorum uſu pugnaciſſimi. Hos itaq; ſibi Lucullus adiungens breui temeritatem eorum adeo contudit: ut tunc primum & uerum ducem & fortiſſimum imperatorem experirentur:longa tamen conſuetudine decliues in uoluptates ægre nec diu admodum cum Lucullo cõmilitarunt. Hæc de romanis hactenus. Nũc res hoſtium ediſſeramus. Mithridates itaq; ceu ſophiſtarum plurimi iactabundus primum atq; elatus cum inani atq; ignauo exercitu:ſummo tamẽ armorum ſplendore cõſpicuo in romanos profectus eſt. Vbi uero non minori cum ignominia q̃ periculo euadens cum hoſtibus iterum pugnaturus erat:non uariæ populorum multitudini:non barbaris multiplicium linguarum minis: non gemmis deniq; auroq; ornatis armaturis potiundæ uictoriæ ſpem cõmiſit. Quia hæc quaſi uictorum manubias nil momenti geſtantibus attuliſſe ſenſiſſet. Cæterũ pro his romanos enſes ualidiſſimoſq; clypeos fabricari iubet. Non amplius ornatos equos:ſed domitos militiæq; inſtructos admittit. Peditum centumuiginti milia romano more in ordines diſtributa:decem & ſex equitũ milia in armis habuiſſe conſtat:præter falcatos currus:quos centum fuiſſe tradũt. Naues præterea non deauratis tentoriis fulgentes neq; delicatarum pellicum balneis elaboratas:ſed armis miſſilibus telis opibus refectas parauit. His cum copiis traiiciẽs in bithyniam ab urbibus benigne iterum exceptus eſt. Non enim has modo: ſed uniuerſam Aſiam intolerabili ueteriq; peſte euerterant romani fœneratores & publicani:quos poſtea Lucullus uelut arpias labores mortalium depaſcẽtes eiecit. Tunc uero placide monendo conatus eſt rapacem eorum ingluuiem aliquãtulum delinire: ſædauitq; populorum motus qui iã pene omnes Romam fœnoris onere defecturi uidebantur. Hæc dum ita geruntur:Cotta gloriæ ſibi comparãdæ occaſionem ratus cum Mithridate decernere ſtatuit. Certo ſibi nuntiatum erat aduẽtare Lucullum:& iam ĩ phrygia caſtra poſuiſſe. Sed ne ille huius triumphi:quem Cotta manibus tenere arbitrabatur:aliquam ſibi laudem uendicaret: cum hoſtibus ſigna conferre q̃celere feſtinauit. Terra mariq; profligatus Cotta:ſexaginta cum omni milite naues:& quattuor præterea peditum milia in ea pugna amiſit. Et ipſe in calcedone concluſus unicam ſalutis ſpem in Lucullo poſuerat. Erant nonnulli qui Cotta neglecto Lucullum ulterius progredi ſtimulabant: Mithridatis regnum

omni præſidio deſolatum facillime capi poſſet. Hæc maxime militum ſententia erat. Nec enim pari poterant animo tolerare: ſi Cotta non ſuam modo ſuorumque militum perniciem procuraſſet: ſed ipſis quoque impedimento foret: ad tantam ſine ulla pugna uictoriam capeſſendam. Lucullus itaq; militibus ad concionem uocatis cum multa clariſſime diſſeruiſſet: tandem ſe malle inquit uel unum ab hoſtibus romanum eripere: q̃ omnes ſibi res hoſtium uẽdicare. Et Archelao iterum qui in Boetia ꝑ Mithridate præfectus defecerat ad romanos: aſſeuerãti ſi in ponto Lucullus conſpiceretur: omnia pariter romanum imperium ſubitura: Non ego ĩquit Archelae uenatoribus audacia cedo: ut relictis feris ad uacua illarum luſtra progrediar. Hæc ita dicens ĩ Mithridatem ducebat exercitum. Triginta nõ ultra peditum milia: equites biſmillequingentos in armis habuiſſe conſtat. Cum itaque in hoſtiũ conſpectu caſtra locaſſet: ingẽtes eorum copias admiratus tutius a prælio ſi poſſet abſtinere cenſebat: & tempus terendo rem gerere fruſtratus eſt. Id ſibi conſiliũ Marius dedit: quem Sertorius ex Hiſpania cũ copiis ad Mithridatem tranſmiſerat. Is ſibi cum occurriſſet: laceſſitus ad prælium Lucullus copias in aciem pugnaturus educit. Datum erat utrinq; pugnæ ſignum: cum nullo prorſus indicio præcedente ingens flammeum corpus aere repente cõfracto intra duos exercitus eſt elapſum. Erat id corpus forma quidem dolio argento uero ignito colore perſimile. Subitus itaque tanti prodigii pauor certamẽ diremit. Hoc circa otrias (hic phrygiæ locus eſt) eueniſſe traditum eſt. Lucullus ſubinde hoſtium multitudine cognita nullas opes nullos humanos apparatus ad eam diu nutriendum ſuffecturos eſſe cenſebat: præſertim ſi aſſidens ipſe frumentandi facultatem hoſtibus ademiſſet. Rem itaq; graui conſilio indagare adortus: unum ex captiuis ſibi adduci iubet. Rogat primum quot cum hominibus Mithridates caſtra cohybernabat: poſtea quãtum cibi diſcedens in tentorio reliquiſſet. Cum ille ad ſingula reſpõdiſſet: ammoueri eum iubet: et ſecundum deinde ac tertium pariter percontatus eſt. Hoſtium denique numero cum cibariorum quantitate collato comperit non ultra q̃ trium aut quattuor dierum commeatum hoſtibus ſupereſſe. Ea re Lucullus ad contationem maxime confirmatus ingentem commeatuum copiam intra uallum cõgeri iubet: ut abundantia ſua obſeſſum hoſtem inedia debellaret. Mithridates ĩterim Cizicenos qui ĩ calcedonica pugna decem naues triaq; hominum milia cum maximo rei ſuæ detrimẽto amiſerant: inſidiis occupare aggreſſus: militem ſuum corpora curare ac uaſa colligere iubet: Lucullumq; maxime latere cupiens prima ſtatim uigilia noctis: quæ tenebroſa & humida erat: ſilentio caſtra mouit. Ad urbem itaq; prima diei luce adueniens prope Adraſciæ montem ſigna firmauit. Accipiens id Lucullus & confeſtim citato greſſu Mithridatem ſubſecutus lætatuſque: q; in hoſtem incompoſito agmine non incidiſſet: in uico (qui thracia dicitur) locauit exercitum. Huncĩ locum omnia prorſus itinera confluebant: quibus frumentatum pabulatumque hoſtis exire compellebatur. Quare Lucullus proxima iam uictoria mente concepta ſpem ſuam ad leuãdos militũ animos expromere cenſet. Poſitis itaq; caſtris ut primũ ab opere ceſſatum eſt: milites ad concionem uocat. Ibi cum ſuum conſilium honeſte ac magnifice laudaſſet: promiſiſſetq; ſine ulla ſuorũ cæde uictoriam de hoſtibus prope diem daturum: milites optime ſperare iuſſos a concione dimiſit. Mithridates decẽ caſtris a terra Cizicenorum urbem aggreſſus: cũ illum quoque maris meatum quo ab continenti ciuitas diuiſa erat: nauibus obcluſiſſet: urbem utrinque obſidione tenebat. Cizicени uero ad tuendam urbem ad propulſandos hoſtium impetus ad ſeruandam ſocialem romanorum fidem uſque ad ultimam ſui perniciem conſtantiſſimi erant. Hac tamen una cura aliquantulum angebantur: quia ubinã Lucullus

eſſet: penitus ignorabant. Poterant quippe romana caſtra ſatis ab urbe uideri: cæte
rum doloſi hoſtes: ut oppidanis pauorem incuterent: ad romanos conuerſi: uidetis
ne illos aiebant? Armeniorum atque Medorum eſt ille exercitus: quos Tygranes in
auxilium Mithridati tranſmiſit. Ciziceni uero tantarum copiarum admiratiõe ſtu
pentes nullum amplius romanum auxilium expectabant: quia tam ingenti armo
rum horrore undiq; circũfuſo: omnis ferẽdæ opis facultas Lucullo adempta eſſet.
Primus igitur ab Archelao Demonax immiſſus præſentiam Luculli Cizicenis enũ
ciauit. Non ſatis tamen huic nuncio creditum eſt: ſed Archelaum ad leuandos eo
rum animos id commentari arbitrabantur. Adoleſcentem ſubinde qui captiuus e
caſtris hoſtium fugiens ueniebat: ſtudioſe conueniunt: rogantque ut ubinam Lu
cullus eſſet: ediſſerat. Subriſit adoleſcẽs: qa iocari eos æſtimabat: ut uero ſerio quæ
ritantes animaduertit: romano ſibi uallo manu ſignificato priori Cizicenorum ani
mos audacia integrauit. Stabant tũc forte ĩ daſtylitide palude complures ſcaphæ:
harum maximam Lucullus admotis machinis in terram ſubduci iubet: inde plau
ſtris impoſitam ad mare cum tranſuexiſſet: q̃ multos capere potuit milites eam in
greſſos proxima nocte fruſtratis hoſtium uigiliis in urbem immiſit. Nec humana
magis q̃ cæleſti ope leuatos ea tempeſtate Cizicenos fuiſſe ferũt. Sed cum aliis mul
tis tum hoc uno læto prodigio optimum rerum euentum ſperare iuſſi. Aderant e
nim proſerpinalia feſta: nec bouem nigram qualis in his ſacris mactari ſolebat ob
circũfuſum hoſtem parare potuerant: ſed pro boue placentam altaribus offerendã
conficiunt. Victima uero quæ ad hæc ſacra quotãnis educabatur: una cum reliquis
ciuium armentis in ulterioris ripæ pabulis paſcebatur. Hæc itaq; quo die proſerpi
nalia agebantur: ab cætero grege ſecreta ſola tranauit ad urbem: & ſeſe ſponte alta
ribus mactandam admouit. Minerua deinde Ariſtagoræ populi tabellioni per ſom
nium uiſa: Ego modulatorem inquit libycum in ponticum tubicinem inductura
adueni: itaq; ciues ĩtegro animo eſſe iube. Cũ uero nemo ambiguam Deæ uocem
ſatis interpretari ſciret: ubi primum illuxit: tam uehemẽtes undiq; tam rapidi uen
torum turbĩes oborti ſunt: ut ſublatis ĩ cælũ fluctibus mare funditus euerteretur.
Mithridatis machinæ quæ ad oppugnandam urbem mœnibus admotæ fuerãt: mi
randa profecto Niconidis Theſſali opera horrendo primum ſtrepitu atq; ſtridore
ruinam proximam præſignabant. Repens ſubinde incredibilis impetus a noto tur
bo exortus: cætera cum ſubito machinamenta diruiſſet: ligneam quoq; turrim cen
tum cubitorum altitudinis concuſſam deiecit. Ferunt Mineruam eo tempore mul
tis ĩ Ilio per ſomnium apparuiſſe plurimo ſudore madentem & conſciſſum peplũ
oſtentantem dixiſſe: q̃ Cizicenis nuper auxiliata ueniret. Quocirca Iliaci columnã
ſtatuere: in qua huiuſce rei memoria litteris mandata erat. Iam ultimo omniũ ſup
plicio fame Mithridatis aſſumebatur exercitus. Ipſe tamẽ penitus tãtæ cladis igna
rus: nam aſſentãdi cauſa ſui duces id ſe celarãt: ad expugnationẽ urbis quæ ſpe diu
tius prolatabatur: omnes curas ſuas intenderat. Vbi uero nunciatũ eſt omniũ com
meatuum inopiam eo creuiſſe: ut ab humanis carnibus non abſtineretur: ingens
ampliſſimæ gloriæ ſperatæq; uictoriæ expectatio ſibi continuo decidit: quia non ar
mis Lucullus non acie non congreſſu certaret: ſed in uentrem (ut aiunt) omni belli
mole conuerſa extremam ſibi famis cladem inferret. Itaq; cum Lucullus in oppidi
cuiuſdam obſidione cum parte exercitus teneretur: Mithridates inutilem peditem
omnẽq; ferme equitẽ cum Sarcinis in bithyniã repente dimiſit. Lucullus his audi
tis confeſtim nocte adhuc in caſtra reuerſus mane cum decem cohortibus & omni
equitatu fugientes inſectatur: tanto gelu tantaq; niue obrutus: q̃ quidam milites ĩ
tolerabili rigore confecti in itinere defecere. Cum reliquis Lucullus aſſecutus circa

Rhindacum fluuium hoſtem tã late fuſeq; profligauit: ut accurrentibus ex Apol-
lonia mulieribus & ſarcinas rapere: & interemptos barbaros ſpoliare licuerit. Mul-
tis itaq; (ut par eſt) trucidatis: ſex tamen equorum quindecim uirorum milia tum ĩ
numerabili iumentorum multitudine capta. Hanc tantam prædam ante hoſtium
caſtra præteruehens Lucullus ad ſuos reuerſus eſt. Saluſtium uero mirari ſoleo: q
romanos tunc primum camelos uidiſſe ſcribit: arbitratum fore non eos primum q
cum Scipione Antiochum deuicere: neque iterum qui cum Archelao ad Orchome
num & Cheroniam nuper conſeruerunt cognouiſſe camelũ. His itaq; geſtis rebus
ſuis conſulere ſola fuga Mithridates inſtituit. Itaq; moræ atq; retardationis cauſas
poſt ſe Lucullo extruens: Ariſtonicum præfectum claſſis ad græcum mare præmi-
ſit. Cũq; is q̃proxime enauigaturus eſſet: eum per proditionem Lucullus ĩ poteſta
tem redegit cum decẽ aureorum milibus: quibus aliquid ſibi romani exercitus con
ciliare poſſe ſperabat. Mithridate ĩterim ad mare profugiente copiarũ ſuarũ duces
terreſtri itinere exercitum abducebant. In quos Lucullus ad granicum flumen inci
dens captis q̃pluribus uiginti hoſtium milia trucidauit. Ferũt autẽ ex omni & mi-
niſtrorũ & militũ turba haud multum citra triginta milia eo prælio fuiſſe perdita.
Lucullus ſubinde in Cizicum ſe conferens: cum ingentes honores modeſtiſſimaſq;
uoluptates apud liberatos ciues aſſecutus eſſet: claſſem deĩde comparat in helleſpõ
tũ celerrime ꝓfecturus. Troadem uero deuectus dũ Veneris ĩ tẽplo cõtubernaret:
dormienti ferunt nocte Deam in ſomniis uiſam dixiſſe: O Leo quid dormis? catu-
los ſectare ꝓpinquos. Exurgens cõtinuo accerſitis ad hæc nocte amicis: cũ quid ſibi
cõtigiſſet: exponeret. Aderant pariter ab illio nuncii tres & decẽ regias quinqremes ĩ
Lemnum annauigãtes ad Chiorũ portas fuiſſe cõſpectas: ĩ altũ e ueſtigio cũ claſſe
receptus capta prætoria quinquiremi atq; Iſidoro præfecto claſſis interẽpto in alias
aduerſis proris ſubuehitur. Cæteras in littore firmabat ancora: & cum trepidi bar-
bari accurrentem conſpexere Lucullũ: nauibus extẽplo in terrã ſubductis per tabu-
lata diſpoſiti pugnam ĩeunt. Locorum iniquitate romanus aliquãtum cladis accæ
perat. Non enim loci ſitus hoſtem circũueniri: neq; cũ nauibus in terram ſubactis
cominus pugnare romanorum nauium magnitudo præſtabat. Lucullus tandem
qua protenſa erat aliquãtulum in altum inſula: expeditos milites in terram demit-
tit. Hi a tergo hoſtem adorti cũ multos trucidaſſent: cæteros terram fugientes: præ
ciſis retinaculis nauium delapſas rates inuicem collidere compulerunt: & in oppoſi
ta romanorum roſtra decidentes confringere. Multi ĩ ea pugna barbari cecidere. In
ter captiuos autem & ipſe qui ab Sertorio cum copiis uenerat Marius deprehenſus
eſt: altero enim oculo priuatus erat. Et ineũtibus prælium romanis imperatum fu
erat ab cæde cuiuſq; qui altero careret oculo abſtineri: ut Marius ignominia primo
contumeliiſque affectus mortem deinde oppeteret. His geſtis ad inſectandum Mi
thridatem Lucullus celerrime ſe cõuertit. Sperabat adhuc circa bithyniam eum of-
fendere a Bochonio obſeruatum: quem ipſe Mithridatis fugam ĩpediturum: cum
aliquot nauibus miſerat Nichomediam. Cæterum Bochonius tãta re neglecta ini
tiatus in Samothrace ac feſtis ĩmoratus haud in tempore affuit. Mithridates uero
ne ſe anteq̃ in pontum applicuiſſet: Lucullus aſſequeretur: omni diligentia ſtudio
circa nauigationem accelerabat. Ingẽti uero tempeſtate oborta aliquot nauium ſu-
arum alliſæ ſunt: aliæ uertigĩoſo pelago abſorptæ. Et omne littus tabulis: quas mi-
nute perfractis nauibus procella hincinde diſiecerat: diu opertum fuit. Iam Mithri
dati poſtremum imminebat periculum. Neque enim oneraria in qua erat nauis cũ
ſua tum æſtus magnitudine in terram aduehi: neq; gubernatori in tanta fluctuum
agitatione ſatis poterat audire. Sed cum imbibito pelago grauis non admodum

exhauriri poſſet: ipſeq; ob id in piraticum Myoparonem conſcendens corpus uitã ultimamque fortunam piratarum perfidiæ credidiſſet: in ponticam tãdem Heracleam præter omnium ſpem euaſit. Iã apud romanos patres ampliſſimam Lucullus omnium ſententia laudem eſt conſecutus. Noluit enim cum poſſet ex ſenatuſ conſulto ad gerendum id bellum tribus talentorum milibus claſſem comparare: & ipſe litteris ad ſenatum datis rem ſuã laudare atq; extollere ſe præter omnem ærarii ſumptum maritimum confeciſſe bellum: non amplo apparatu: ſed ſolum ſociorum nauibus Mithridatem omni pelago exegiſſe. Atqui creditum eſt cæleſtis numinis ope eam ſibi Lucullum gloriam peperiſſe. Ferũt enim priapinæ Dianæ indignatione tam uaſtam ponticos tempeſtatẽ inuaſiſſe: quia hi ſpoliato templo Deæ quoq; ſtatuam abſtulere. Erant complures qui hoc bellum aliquanto differri cenſebant: quorum neglecta ſententia Lucullus ĩ ipſos regios fines per bithyniam & galatiam induxit exercitum. Tanta uero ſibi fuit in itineris principio commeatuum egeſtas: ut galatarum qui ſinguli ſingulum tritici modium geſtarent. xxx. milia ſecum ducere compellerentur. Progrediens uero ac omnibus late potitus tam ingẽti omnium rerũ copia affluebat: ut in caſtris bos una drachma: mancipiũ uero quattuor uenderetur: reliqua præda aut paſſim relinquendo aut effuſiſſime diſſipãdo neglecta: quia iam conferctis omnibus caſtrorum cellis nil amplius apud quẽq; deponi poterat. Latiſſimis itaque excurſionibus uniuerſa uſq; ad themiſciras thermodontianoſq; campos regione uaſtata iam in Lucullum inſatiabilis auaritia milites ſtimulare incuſare eum: q; tot ſibi conciliatis urbibus nullam penitus per uim cæpiſſet: noluiſſe ad locupletandos milites ſuos uel unam ſibi urbem diripiendam permittere. Cæterum irati dicebant: Amaſo opulentiſſima fortunatiſſimaq; ciuitate paulo tamen longiori obſidione expugnabili derelicta: age milites tuos per Tybarenorum Chaldæorumq; deſerta Mithridatem debellaturos. Contẽnebat Lucullus has effrenatas perniciоſaſq; militum uoces: quia non in tantam ut demum euaſit: deſperationem eorum iram conuerti poſſe ſperabat. Maxime uero apud eos purgatum ſe eſſe curabat: qui ſummam eius prudentiam in tarditatem tranſferentes ac cuſabant eum: q; tãdiu circa negligendas urbes ac uicos immoratus inſtaurandarũ uirium facultatem Mithridati præſtaret. Quibus ille hoc idem inquit: arte ſtudio induſtria ſuperſedens expecto: ut Mithridates comparatis copiis maioriq; in certãdo q̃ fugiendo ſpe poſita romanam quominus uirtutem audeat experiri. Videtis ne inquit ſibi patere immenſam terram penituſq; deſertam uaſtitaté a tergo? Nunquid uicinum caucaſum non uidetis? nunquid plæroſq; cælſos montes qui nõ Mithridatem modo ſed innumerorum prope regum fugam tuerentur atq; celarent? Non multis præterea diebus ab Cabiris in Armeniam iter conficitur: ubi Tigranes nunc ſedet: rex quippe regum: qui tanta potentia uiget: ut ab Aſia Parthos arcens græcas in ipſam mediam ciuitates traducat. Qui Syriæ imperat atq; paleſtinæ: qui ortis ex Seleuco regibus interfectis filias eorum atq; uxores captiuas ĩpune trahit. Hunc Mithridatis generum num fugatum hominem ſupplicemq; ſocerum negleCturum fore ſperamus? in nos profecto iratus arma mouebit: & dum celerem conabimur eiicere Mithridatem: iritati quoque Tigranis uires experiemur. Nam ipſi in dicendi romanis bellum cauſas diu quærenti quænam dignior ſanctior honeſtior quærenda erit: q̃ pro uiolato rege pro neceſſario pro ſocero bellum mouere. Deſinamus itaq; ignarum Mithridatem monere: cum quibus ſibi ſociis bellum nobiſcũ gerẽdum ſit: qui niſi compulſus ſummam ſibi Tigranis auxilium implorare ignominiam arbitraretur. Dandum eſt illi ſpatium danda eſt facultas: ut ex proprio regno ſibi uires comparet. Cauendumq; magis ẽ: ne iunctis ſibi medis atq; armeniis

ſuum cum illis tueatur imperium : q̄ in eis quos ſæpe deuicimus Colchis Tybarenis ac Cappadocibus confiſus in medium certamen ueniat. His potiſſimum ductus Lucullus ad Amaſum diu conſedit: lentamque obſidionem de induſtria protrahebat. Exacta deinde hyeme relictoque Muræna ad Amaſum obſidendam: ipſe cum reliquo exercitu ī Mithridatem profectus eſt. Is ad Cabira ſtatiua habuerat: & iam cum romanis congredi ſtatuens: quia quadragīta ſibi peditum quattuor equitum milia coegiſſet: Lycum flumen traiecerat. Inde romanis in pugnæ diſcrimen uocatis: cum equites utrinq; concurriſſent: ſuccumbens romanus diu ſtare non potuit. Captus eſt in eo congreſſu Pomponius uir inſignis: qui cum acceptis uulneribus ad Mithridatem ductus fuiſſet: rogareturq; ab eo ſi curatus ſibi foret amicus: Si tu inquit Pomponius romanis amicus fueris : ſinautem me quoque inimicum habebis. Mithridates clariſſimam uiri conſtantiam admiratus: ab omni penitus in eum iniuria temperauit. Lucullus uero cum hoſtem equitatu ſibi præſtantem cerneret: equos iam campos extimeſcebat : neq; tutum uidebatur per montana capeſſere iter: quod longū ſilueſtre ac prope inuium eſſet. Deliberāti itaque ſibi aliquot interea græci: qui quodam ī ſpecu fugientes capti fortaſſe fuerant: adducuntur. Cæteris grandior ætate Arthemidorus exercitum romanum ducturum ſe pollicetur: ubi & caſtra tuto locari poſſint: & caſtellum quoddam Cabiris ſupereminens ſitum erat. Præſtita ſibi fide Lucullus prima ſtatim uigilia noctis incenſis ignibus caſtra mouit. Et itineris anguſtias tuto præteriens cum promiſſum ſibi locum tenuiſſet: ī ea parte locauit exercitum: ubi & pugnator copias in aciem educere: & quieſcēti hoſtium inſultus negligere impune licebat. Stabant ambo exercitus: & neuter incertā pugnæ fortunam experiri audebat. Ferunt autem barbaris ceruum quendam inſectantibus forte obuiam fuiſſe romanos: occurrenteſque confeſtim iniſſe certamen. augebatur continue utrinque pugnantium numerus . Et cum luculliani tandē uicti terga dediſſent: romani milites ſuorum fugam ex uallo indigne cōſpicientes ad Lucullum concurrunt: orantes ut in aciem ducantur: & pugnæ ſignum q̄primū dari iubeat. Lucullus uero ſuos docere cupiens quale quantumque in belli diſcrimine ſit momentum : prudētis ducis aſpectu atque præſentia illos quieſcere iubet. Et ipſe continuo in campos deſcendens ac primis ſuorum fugientibus obuiam factus ſiſtere fugam imperat: ac ſecum in hoſtem reuerti. His itaque reliquiſque fugientibus in barbaros deinde conuerſis haud multo labore fugatus hoſtis in caſtra redigitur. Inde uero ad ſuos rediens conſueta quadam eos qui fugerant: ignominia affecit. Illos enim interioribus tunicis ſolutis īdutos: ſub oculis militum duodecim pedum foſſam cabare iuſſit. Erat ea tempeſtate in Mithridatis exercitu Oltacus quidam ex dandariis homo primarius. Sunt autem dandarii genere ex his barbaris q circa meotidem habitant. Hic ſiquidem Oltacus uir erat īpiger atq; ꝑmptiſſimus: & qui difficillimis arduiſque in rebus & audacia & conſilio egregie uti ſciret: potiſſimumque in colendis hominibus comitas quædam atq; urbanitas ſumma cū diligentia ſibi erat innata. Hic aduerſus dandarium quēdam contribulem ſuum mutua æmulatione accenſus: q; uterque primos ſibi laudis locos uēdicare certabat: Mithridati pollicetur ingens atque ſtrenuum (ſi modo fortuna faueat) facinus paraturum Lucullo uidelicet mortem inferre. Mithridates cum Oltaci animum ingenti laude extuliſſet: iram in eum ex compoſito ſimulauit: fictaſque ignominias ſimulato furori adiecit. Oltacus īde fugiens cum ad romanos apud quos & iam celebris eius fama peruenerat: ſe contuliſſet: ab Lucullo perhumane exceptus eſt: qui Oltaci prudentiam ſtudium q; erga ſe ac diligentiam admiratus: tanto eum honore habuit: ut in conuiuio atq; confeſſu eum plærunque ſociū non recuſarit. Dādarius tādem præſtitā ſibi occaſionē ratus: miniſtros ſuos equū extra uallum educere iubet:

Et ipſe meridie motus: cum Romanos paſſi ſolutos hīc deābulare hinc quieſcere cerne ret: ad imperatoris prætoriū ire pgit. liberum ſibi patere aditum arbitrabatur: quia iam Lucullo plurimum conſueuerat: & altis de rebus ſecum habere ſermonē ſibi opere eſſe ſimulabat. Patuiſſet ꝑfecto aditus: niſi qui iam plurimos duces ꝑdidit ſōnus Lucullum tunc forte ſaluaſſet. Dormiebat enim ipſe: & Menedemus unus ex cubilis cuſtodibus nō in tempore inquit aduenisti Oltace. Lucullus enim lōga uigilia tantiſq; laboribus laxatum corpus nuper quieti reddidit. Oltacus ſi ſpōte nō liceat: ꝑ uim ī prætoriū irrumpere minat̄: quia ī re opportuna maturato ſibi cōſilio opus eſſet. Iratus Menedemus nō equidem arbitror īquit Luculli ſalute quippiam opportunius eſſe. quo dicto impetū Oltaci ābabus ab ſe manibus ꝑpulſauit. Ille iam excitata re trepidus extra uallum tacito ſeſe recepit: & citato equo ad Mitridatē īfecto negocio reuerſus eſt. Sic ipſum ꝑfecto tēpus ad res gerēdas quemadmodum & medicamēta maximum uitæ mortiſq; momentū affert. Subinde Sornacus ab Lucullo cum decem cohortibus frumēta tum emiſſus ad occurrētē ſibi Menādrum unum ex ducibus Mitridatis cōſtitit: conſertoq; prælio poſt ingentem hoſtium cædem eos in fugam conuertit. Adrianum iterum Lucullns cum copiis frumētatum emiſit: ut commeatuum copia Romani milites abundarent. Mitridates ea ſibi re nuntiata Menemachum atq; Mironem cum plurimo equite pediteq; Adriano occurſuros immittit. Hos uſq; adeo aduerſo marte rem geſſiſſe ferunt: ut omnibus cæſis duo tantū cladis nuntii ſuperſtiterint. Tantæ ſtragis magnitudinem Mitridates occultam eſſe cupiebat: neq; fuiſſe īgentem neq; aliam obrem q̄ imperitia ducum euenisſe dicebat. Verum Adrianus hoſtium prope caſtra multa cōmeatibus ſpoliiſq; refecta plauſtra ſummo cum ſplendore præterducens tātum Mitridati mœrorem militibus tantū metum ac trepidationē īiecit: ut nō amplius manēdū eſſe uideretur. Duces itaq; ſoli ſuas opes per ocium aſportabāt. Prohibiti uero milites cum ſibi ſuiſq; rebus nequicq̄ tētarent fugiendo cōſulere: ītеſtinus tumultus caſtrorum portis oborit̄ Diripiuntur principum opes & iam ſæua habēdi cupiditas ī eos cædes armauerat milites: ubi Dorialo duce ob ſolam qua indutus erat purpuram trucidato: Hermeus quoq; ſacerdos ante caſtros portas conculcatus interiit. Ipſe uero Mitridates nō famulum non ſtabularum tantum miniſtrū non equum regium expectās fugienti turbæ immixtus e caſtris erupit. Sed Ptholomœus eunuchus eum in tantis fugientum fluctibus deuolutum tandē cōſpiciens ſuum cuiq; inſederat equum ſibi dedit. Aderant a tergo Romani q̄proxime īcumbētes & celeritate quippe præſtātes. Mitridatem ipſum cæpiſſēt: uerum cæca militum auaricia quæſitum tot laboribus tot periculis tot deniq; præliis hoſtē Romanis eripuit: & Lucullum ipſum dignæ partæ uictoriæ premio fruſtratum fecit. Iam enī ad ipſum Mitridatis equum deuentū erat: ſed onuſtus auro mulus ſiue ſponte ſeu Mitridatis induſtria īſequentibus Romanis obiectus eos ab inſectatione aliquāto continuit: & ad diripiendum aurum certatim intenti fugiendi ſibi ocium præſtitere. Neq; id modo detrimēti auariſſima militū fames Lucullo attulit: uerum Calliſtratum etiā qui alta Mitridatis arcana ſciebat: cum ad ſe duci iuſſiſſet: & milites interducendum quingentos aureos ſuccinctos ſibi ſēſiſſent: prædæ cupiditate illū interfecere. Nihilominus tamen Lucullus hoſtiū caſtra quibus potitus erat: militi diripienda cōceſſit. Ob eam fugam & Cabira & plurima circum caſtella capta ingentes theſauri cōperti & multi græci multiq; Mitridatis cognati qui carcere detinebātur laxati. Quibus cū iam diu ſe periſſe iudicarent: nō liberatos modo ſed renatos denuo atq; ſecūdam quandam ſe uitam Luculli clæmentia cōſecutos uidebatur. Nyſſa quoq; Mitridatis ſoror tunc capta fuit & meliori quippe ſui fortuna. Nā reliquæ regiæ ſorores ac mulieres: quarū ſaluti quia in phernatia per ociū obſeruabantur: tutiſſime conſultum eſſe apparebat: miſerabiliter īteriere: quibus Mitridates fugiens Bochidem Eunuchum triſtem earum mortis nuntium miſit. Erant inter cæteras duæ ipſius regis ſorores Statyra atq; Roxana: quæ annos fere quadraginta natæ uirginitatem

eo uſq; ſeruarãt. Duæ prætereà eius uxores genere ionicæ Veronica ex chio: Monima uero mileſia. Huius celeberrimus erat ĩ græcia ſermo: Regi ſe ĩ libidinẽ accerſenti ſpretis quindecim aureoꝝ milibus noluiſſe parere: donec uxorem ſibi aſcitam miſſo diademate eam reginam appellauit. Hæc diuturnis lachrymis atq; mœroribus triſtẽ duxerat uitam: miſerãq; ſuam fortunam deluſerat. Execrabat mœſta uenuſtiſſimum pulchritudinis ſuæ florem: qui ſuperbum pro marito dominum pro regia atq; penatibus barbarã ſibi cuſtodiam ac prope carcerem comparaſſet: & relicta græcia ubi tot ſibi ſplẽdidiſſima fortunæ munera affluebãt: pro ſperatis bonis inane quaſi ſomnũ ſuſcepiſſet. Hæc itaq; Monima cum adueniens in Phernaciam Bacchides regiis mulieribus imperaſſet: ut quod cuiq; facillimum & gratum eſſet: id ſibi genus mortis eligerent: auulſũ a capite diadema cum collo circumligaſſet miſera ſe ſuſpendit. Et cum corporis grauitate laqueus ille cõfractus eſſet: O execrandum inquit diadema neq; in tam triſti mihi miniſterio profuiſti. Et cum ſuper illud ab ſe deiectum inſpuiſſet: Bachidi cõtinuo iugulãdam ſeſe commiſit. Veronica uero ueneni ſibi paratum calicem cum eius matre quæ ueneni partem ſupplex orabat partita eſt. Et cum ex illo utraq; bibiſſet: debiliori profecto corpori & mala ætate confecto ueneni uirtus abunde ſuffecit. Veronicam autem quia minuſq̃ ad extinguendum ſatis fuerit hauſiſſet: & uiuentem contorquebat urens ĩcendio ſæuiens a Bacchide celere ſuffocata interiit. Ferunt etiã uirgines illas Mithridatis ſorores hauſiſſe uenenũ: Roxanã quidem iratam extremas fratri miſerias fuiſſe imprecatã: Statiram uero nil crudele nil ignobile locutam fratrem ſummopere laudaſſe: q; ille in tanto ſuæ uitæ diſcrimine haud ſororum dignitate neglecta liberas eas atq; ĩuiolatas occumbere maluiſſet. His rebus apud Romanos nuntiatis Lucullus ingenti miſericordia eſt affectus. Moto itaq; deniq; exercitu quartis caſtris ad Talaura conſedit: ubi cum accepiſſet Mitridatem iam illac tranſgreſſum ad Tygranem ĩ armeniã confugiſſe: ſigna conuertens Chaldæos Tibarenoſq; ſubegit: & accepta minori armenia cum parthas urbes atq; caſtella compoſuiſſet: Appium ſubinde ad Tygranem legatũ mittit: qui Mitridatem iure belli ſibi depoſceret. Ipſe uero ad Amaſum profectus ſuos nondum ciuitatẽ expugnaſſe inuenit. Præfectus enim eius præſidii Callimachus uir omnis machinarũ generis peritiſſimus callidiſſimuſq; ad propulſandas obſidiones multas quarum poſtea pœnas dedit: Romanis calamitates intulerat. Lucullus itaq; uiri aſtum aſtu ſuperandũ ratus: qua maxime die parte milites ocio & quiere redintegrari conſueuerant: ſilenti agmine inobſeruatam urbẽ repente aggreſſus non multa muri parte potit̃. Callimachus re cognita cõfeſtim urbem incendit: ſiue ne Romani ĩgenti præda locupletarentur: ſiue ut fugiendi ſibi moliretur facultatem. Nam Lucullĩani milites ad ſolam prædam: intenti ampliſſimam omnibus fugiẽdi licentiam præſtitere. Iam late diſcurrens flamma undiq; mœnia peruaſtabat. Et Lucullus tantæ urbis excidium miſeratus creſcentem flammã ſædare atq; extinguere adoritur. Cum autẽ omni ꝑpe milite deſertus ſolus id fruſtra tẽtaret: receptui cani iubet: ut nobiliſſimam urbem tam fœdo tam miſerabili ſpectaculo liberaret. Milites ſpreto ducis imperio nil ſegnius ad exportandas incendii reliquias ĩcumbebant: ſed armorum ſtrepitu atq; fragore omnia complentes quocunq; ſpes ipſa rapinæ ducebat: cum lampadibus facibuſq; incaute indagantes plurimas ipſi domos ĩcendio abſumpſere. Lucullum uero poſtridie urbem ingreſſum ad amicos hæc uerba lachrymantem dixiſſe ferunt. Ego equidem cum antea Syllam beatum perſæpe dixerim: tũ maxime hodierno die fœliciſſimã uiri fortunam admirari compellor: qui cum uoluiſſet athenas ſeruare potuerit. Aſt me inquit qui ſummo ſemper ſtudio uirtutes eius fuerim imitatus: ad ad mimii famã fortuna conſtituit. Subhæc dicta cum effuſiſſimo imbre diuina quadam ſorte extinctum eſſet incẽdium: ipſe reparandæ urbis deſiderio accenſus plurima eorum quæ ceciderant de ĩtegro præſens edificauit. Fugientes Amaſenos humane ſuſcepit: & alios græcos qui uoluerũt: urbe donauit: regionemq; centũuiginti ſtadiorum huic urbi adiecit.

Erat hæc ciuitas ad mare ſita: in quam Athenienſes dum eorum maxime florebat imperium: & maris principatum obtinebant: olim deduxere coloniã. Quare plurimi Ariſtonis tyrãnidem fugiẽtes eo profecti & in urbẽ aſciti: ibi habitauere: quibus euenit: ut dum propriis a domiciliis fugerent: alienam rempublicã nanciſcerentur. Eos uero qui tanto incendio ſuperfuere: non pulchra modo ueſte ſed ducentis quoq; drachmis ſingulos Lucullus donauit. Tunc Tyrannionem grammaticum captum fuiſſe ferũt: quẽ Muræna ſibi dono petens ac conſecutus liberum fecit: tanto munere prorſus illiberaliter uſus. Non enim pro rei dignitate actum eſſe Lucullus arbitrabatur: hominem ſcilicet artibus diſciplinis litterarumq; ſtudiis præditum ſeruum primum liberumq; deinde fieri. Auferebatur enĩ præſẽs libertas ſimulatæ ac apparẽtis munere libertatis. Cæterum non hic ſolum uiſus eſt Muræna imperatoris in laudibus Lucullo cõcedere. Belli cis ab rebus ocioſus Lucullus ad componendas leuãdaſq; urbes Aſiæ ſeſe cõuertit: quæ omni iam extincto iure nefandis ĩnumeriſq; calamitatibus perdiu oppreſſæ fuerant. Has fœneratores & publicani ab ſe conculcatas uſq; adeo dilacerabant: ut priuate ingenui liberi filiæq; uirgines publice uero donaria picturæ Deorumq; ſtatuæ uenderẽtur. Ipſiq; tandem patres miſerrimam cogebantur accipere ſeruitutem: & quæ longe difficiliora turpioraq; uidebantur: uincula catenas carceres tormenta ſubire: ſole ſub ardenti laboribus obrui & rigidiſſima hyeme in luto glacieq; uerſari compellebantur: ut his cum rebus ſimplex ſeruitus comparata pax quædã fœnoriſq; leuamẽ uideretur. Hæc tanta mala has ingentes urbium calamitates miſeratus Lucullus oppreſſos alieno ære haud multo poſt his legibus liberauit. Primum enim non ultra centeſimam iure fœneris deinceps repeti poſſe inſtituit: omnes deinde uſuras capite maiores abſcidit. Poſtremo quod maximum fuit: neminem ĩperat fœneratorem ultra quartam fructuum debitoris poſſe accipere. Qui uero cum capite fœnus ipſum iũxiſſet: utroq; priuatum eſſe. His decretis uniuerſum æs alienum ante quadriennium perſolutum eſt: & liberi homines ſuis rebus integre fruebantur. Hanc peſtem induxerant ea uiginti talentorũ milia: quibus Sylla grauauerat Aſiam. Et cum duplum mutuãtibus redderetur: ad centũ iam & uiginti milia ſumma cõſcenderat. At fœneratores Luculli iuſtitiam aduerſam ſuæ rapinæ perinique ferentes: Romã profecti abſentem calumniari quoſdã factionũ principes multa in eum concitare mercede. Non enim erat exigua eorum Romæ auctoritas: quia ære ſuo multos ſibi patricios obnoxios fecerant. At qui Lucullum non liberatæ modo gentes ſed cæteræ quoq; prouinciæ ingenti laude extollebant celebrabant uenerabantur. Deſideratiſſimus erat omnibus perbeatam eam urbem arbitrantibus: cui talem ducem conſequi cõtigiſſet. Interim Appius Clodius (huius ſoror nupta erat Lucullo) ad depoſcendum Mithridatem miſſus fallaci longiſſimoq; multorũ dierũ itinere per ſuperiorem regionem a barbaris uiatoribus circum ducebatur. Cũ uero Libertus quidam genere ſyrus rectam ueramq; demõſtraſſet uiam: illis ſeſe ducendũ credidit. Barbaris itaq; eorumq; perplexo itinere relictis paucos intra dies traiecto Euphrate in Antiochiam ad Daphnem applicuit. Ibi Tigrãnẽ quaſdam in Phœnicia oppugnãtem urbes opperiri iuſſus multos interea potentiſſimos principes quibus infenſa erat inſolẽtia Tigranis ſibi tacito cõciliauit. Inter hos fuit Carbienus rex Gordienæ. Aliquot præterea ciuitates legatis clam ad Appium miſſis Romanum imperium expetebant. Quibus Appius ampliſſimam Luculli opem pollicitus: in præſẽtia eas quieſcere commonebat. Difficillimum erat ac intolerabile græcis Armeniorum imperium & ipſius regis potiſſimum aſperrima tumidiſſimaq; ſuperbia. Quæ ſumma fortunarum omnium copia eo licentiæ creuerat: ut quæcunq; populi aut amare aut mirari conſueuiſſẽt: his ipſe perinde ac non ſua modo ſed propter ſe quoq; facta exiſtimaret: ſuo arbitrio prorſus abuteretur. Tenui nanq; ac modica omnium expectatione incipiens multas ſibi gentes ſubægit. Parthorum uires ipſe ſuper cæteros depreſſit atq; cõtudit: & græcis impleuerat Meſopotamiam: multos ex Cilicia multos ex Cappadocia euulſos homĩes

eo traducens. Arabes quoq; Scænetas ex Ethis amouit: & quo illorum opera facilius uteretur: uicinos sibi constituit. Ministrabant ei q̃ multi reges quorum alii uelut pedis sequi aut satellites sibi adstabant. Hi equitanti sibi pedestres interiores tunicas induti occurrebant. Sedenti uero aut iura danti connexis inuicem brachiis circunstabant. Id potissimũ miserrimæ quædam uidebatur seruitutis imago: quasi data dominio libertate corpus etiam ad patiendum paratius q̃ ad agendum sibi præberent. Hãcitaq; Appius inauditam asperrimamq; superbiam ulla sine formidine aut stupore conspiciés: ubi dicendi sibi facultas affuit: uenisse se īquit aut abacturum Mithridatem: qui iure belli Luculli debebatur triumphis: aut Tigrani bellum indicturum. Tigranes profusa facie fictoq; risu eam orationem audire conatus non tamen celare potuit: quin tanta se adolescentis audacia alienatum omnes agnoscerent. Hanc enim primam liberam audierat uocem post quinq; ac uiginti quos ipse rexerat immo oppresserat annos. Appio igitur haudquaq̃ Mithridatem dedere uelle respondit. Romanos uero qui primi bellum indixerint: se fore ulturum. Iratus etiam in Lucullum: q; regem tantum non regum regem se in epistola salutasset: rescribens uero non eum imperatorem uoluit appellare. Appio deinde ingentia munera recusanti multo plura remisit: ne tamen inimicitia quadam Appius id feciſſe uideretur: unica phiala sumpta reliqua Tigrani dona reliquit: & ad imperatorem suũ citato gressu cõtendit. Tigranes post Mithridatis cladem nõ eum uidere neq; affinem sibi uirum tanto imperio tantis ejectũ fortunis alloqui dignum censuerat. Cæterum summo dedecore ignominiaq; paluſtri quodam īloco seruatum cum antea neglexisset: indicto sibi bello q̃ primum ad se magnifice perhumaneq; accersiri iussit. Primos congressus in purgandis mutuis suspicionibus consũpsere: omnes inimicitiarum causas in amicorum capita conicientes. Tũc Metrodorum scepsium accusatum fuisse ferunt uirum in dicendo non iniocundum & multarum disciplinarum scientia ornatum tanta uero Mithridatis amicitia beniuolentiaq; frætum: ut uulgo regis pater appellaretur. Hunc siquidem Mithridatis legatum ad Tigranem solicitandum in Romanos transmissum ab ipso Tigrane rogatum fuisse cõstat: quidnam hac de re ipse sibi consuleret. Metrodorus uero siue Mithridatis odio siue Tigranis utilitate adductus: Ego inquit ut legatus opẽ afferre: ut uero consiliarius prorsus abnegare suadeo. Non tacuit hæc Tigranes: sed nil mali Metrodoro ob id accidere posse ratus Mithridati cũcta exposuit. Quare Metrodorus Mithridatis īpio postremis confestim suppliciis affectus interiit. Pœnituit maxime Tigranem q; ea reuelasset quanq̃ non sua solum perfidia ille perierat: sed tacito atq; diuturno Mithridatis ī illũ odio faces adiecit. Etenim litteræ quædam interceptæ fuerant in quibus Metrodorũ ī terfici iubebatur. Funus eius splendidissimo apparatu ab Tigrane celebratũ est: ut quẽ uiuum prodiderat: amplissima mortuum magnificentia prosequeretur. Occubuit & apud Tigranẽ Amphicratis rhetor. Si par est eum quoq; uirum præter athenas cõmẽdare memoriæ. Ferunt eum insolentiam super Tygridem profugisse: ibiq; rogatum ut disciplinam suam publice docere uellet: per arrogantiam respondisse: peluim delphini nõ esse capacem. Et cum deinde ad Cleopatram Mithridatis filiam uxoremq; Tigranis se contulisset: breuiter moræ fuisse insimulatum iussumq; ob id ab omni græcorũ congressu penitus abstinere seipsum confeciſſe mœrore. Huius quoq; funus in Saphapoppido a Cleopatra magnifice actum est. Iam res Asiæ summa moderatione compositas ī pace Lucullus ocioq; firmarat: & ad spectacula pro tãtis uictoriis agẽda cõuersus Ephesi ubi se continebat pompas celebritates athletarũ certamina gladiatoriosq; ludos īstituit. Omnesq; Asiæ urbes usq; adeo in se conuertit: ut cum ab illis sũma ītegraq; beniuolentia coleretur: tum etiam in amplissimum eius honorẽ Lucullia publice fuerint celebrata. Appio interim ab legatione reuerso cum bellum in Tigranem ducẽdũesse uideretur: Lucullus in pontum traiiciés collectis copiis ad oppugnandum non tã Sinopem q̃ regios quosdam cilices qui detinebant consedit. Hi multis sinopensibus

trucidatis nocteq; urbe īcēſa fugerunt. Quod ubi Lucullus animaduertit: in urbem ingreſſus octomilia eorum qui ſupererant interemit: ciueſq; proprios in penates reſtituens haud paruam eius urbis diligētiam habuit: hac maxime uiſione admonitus. Videbatur enim quendam in quiete ſibi locutum dicere: Progredere Luculle paululum. Aduentat nāq; Antholicus tecum familiariter congredi cupiens. Exurgenti ſibi haud ſatis intelligere uidebatur quidnam ſpecies illa portenderet. Sed eo die capiens urbem: cum enauigantes Cilices inſectaretur: iacentem ſtatuam in littore maris conſpexit. Nam cum Cilices eam nauibus impoſituri ſecum ex urbe tuliſſent: præuenti ab Romanis in littore deſeruerāt. Erat ea ſtatua ex egregiis operibus Sthenidis: & Lucullo nūciatū eſt Antholici qui Synopem muro cinxerat: id ſimilacrum eſſe. Fama eſt Antholicū Deumachi filium fuiſſe eius qui in expeditione contra Amazones cum Hercule commilitarat. Hunc una cum Demoleonte Phlogioq; inde profectum alliſam nāuem in Cherōneſo circa pedalium amiſiſſe: ipſum deinde cum ſociis agmine facto Synopem expulſis Syris cæpiſſe. Nam eam urbem Syri tenebant a Syro Apollinis (ut aiunt) & Synopis Aſotidis filiæ nato trahentes originem. Hæc audiens Lucullus Syllæ præceptum confeſtim memoriæ reuocauit: qui ſe in commentariis eius commonuerat: nil certius nil credi dignius eſſe q̄ quod per ſomnum fuerit præſignatum. Nunciatum eſt īterea Mithridatē atq; Tigranē: ut Aſiam præoccuparēt: copias ſuas citato agmine per Licaoniam in Ciliciam ducere. Miratus eſt Lucullus Tigranis ſententiam: q̄ in Roma nos arma moturus non ſuas cum Mithridatis uiribus cōiunxiſſet: dum illius maxime florebat imperium: permiſiſſe profligari eum atq; deuinci: & nunc oppreſſis illius rebus atq; confractis cum Romanis bellū inire: recuſaſſe potentiſſimum ī bello ſociū: qui cum perdito ac prope deleto ancipitem rerum fortunam ſubire uellet. Atqui Michares Mithridatis filius qui Boſphorū ea tempeſtate tenebat arbitratus iam ōnia ſuperiori bello fuiſſe confecta coronam mille aureorum dono Lucullo mittit: oratq; in amicitiam populiq; Romani in ſocietatem aſciri. Lucullus deinde relicto Sornatio cū ſexmilibus militum ad ponticarum rerum præſidium ipſe cum duodecim equitū tribus non amplius peditum milibus ad ſecundum bellum profectus eſt. Videbatur id conſilium plurimum ī ſe periculi parum rationis habere: in pugnaciſſimas gentes proficiſci in tot equitum milia in uaſtam regionem ac profundiſſimis fluuiis montibus perpetua niue obrutis circunſeptam. Proinde milites cum his rebus tum etiam peſſimis eorum morbis arma detrectabant: militiam recuſabant: & ducem inuiti penitus ſequebantur. Romæ uero factioſi homines criminandi occaſionem ſibi arbitrati exclamare obteſtari uocitare Lucullū uel præter omne Romanæ rei emolumentum ex bello bellum exuſcitare: imperandi cupidine haud unq̄ arma deponere: nō fatigari nō quieſcere non ſaturari ut publico periculo priuatas ſibi diuitias compararet. Atqui Lucullus nil minus intenſo itinere ad Euphratrē ueniens turbidiſſimū multiſq; tumentem aquis fluuium comperit. Eam rem quia ſibi moræ & militibus laboris cauſæ fore moleſte conſpexit: dum lintres itaq; ad traiiciēdum amnem conſutaſq; inuicem trabes parari iubet: ueſpere defluere flumen incipiens uſq; adeo proxima nocte exhauſtum eſt: ut mane perſpecto alueo tuto uadari poſſet. Accolæ regionis paruulas aliquot inſulas ī fluminis lecto mirari. Lucullum uenerabantur: quia cum id antea rariſſimo contigiſſet: tum mirū etiā uidebat̄ profūdiſſimū aquis flumē tam celerē tam ocioſum tam ſe curum Lucullo tranſitum præbuiſſe. Sibi uero traiicienti dexterum cōtinuò prodigiū uiſū eſt. Conſueuerant ſacratæ perſicæ Dianæ boues ī ulterioribus Euphratis pabulis educari: quam maxime Deam īdigenæ barbari ſūma uenerātione colebant. Hælam padis charactere īſignitæ liberæ ſolutæq; omnē regionē diuagabāt̄: nulli penitus uſui: præterq̄ Dianæ ſacrificiis accōmodatæ: feroces īſuetæ & quæ nō ſine multo labore captari poſſent. Vna ex his quandam ad petram quam Deæ dicatam dicunt ītertraiicien dum adueniens cū ſuper ea ſtetiſſet: demiſſo capite perinde ac iugo domita fuiſſet ſeſe

Lucullo ſacrificandam obtulit. Euphrati quoq; taurum pro tranſitu imolauit. Eo die ſtatiua hoc loco habita poſtridie uero ſublatis ſignis per Sophenam regionē progredi tur: ſine omnium prorſus iniuria qui bona cum pace exercitum admiſiſſent. Et mili/ tibus ad opulenti cuiuſdam oppidi oppugnationem īcenſis taurum procul oſtētans: illud inquit oppidum milites prius nobis exuperandum eſt. Hæc enim premia uicto/ ribus præpoſita iacent. Deinde citato agmine cum Tigridem traieciſſet: in armeniam īduxit exercitum. Primum Tigranes nuntium qui aduentum ſibi Luculli attulerat: ſecuri percuti iubet. Proinde cæteri ſaluti propriæ conſulentes properantem hoſtem miro ſilentio perferebant. Et ipſe hoſtili iam īcendio circunfuſus rerum ſuarum cura neglecta omnia prorſus ignorabat. Totas aſſētatoribus patefecerat aures: a quibus nō falſi minus q̄ grati blandiq; ſermones afferebantur ſe magnum ducem extimare Lu/ cullum: ſi etiam Epheſi Tigranem expectaſſet: ſiq; tam ingentem hoſtium multitu/ dinem uel conſpicere ſuſtinens non primo ſtatim aſpectu ex Aſia fugeret. Sic itaq; ne q; ſingulis datum eſt corporis multi uim uirtutem integre poſſe perferre: neq; fortuna tiſſimæ menti in tanta bonorum omnium ubertate ab rationis uſu non deuiare. Pri/ mus tandem omnium Mitrobarzones uicinum ſibi hoſtem incumbere declarauit: nec gratam tamen audaciæ ſuæ mercedem rettulit. Confeſtim nanq; Tigranes ipſum cum tribus equitum milibus plurimiſq; peditibus in Lucullum emittit: imperatq; ut cæte ris Romanis conculcatis ſolum imperatorem uiuum ad ſe deducat. Omnia nondum Lucullus metauerat caſtra: ſed cū pars militum adhuc in itinere adueniret: ecce ſpecu/ latores adſunt: qui properare cū copiis barbarum exploratum habere ſe dicunt. Sub timuit Lucullus: ne miles extra ordines ſolutus atq; diffuſus barbari celeritate oppri/ meretur. Quare ipſe ad locanda muniendaq; caſtra manens Sextilium legatum cum milleſexcentis equitibus totidem ferme peditibus ac leuis militibus armaturæ in hoſ/ ſtem præmittit: iuebetq; q̄proxime ad barbaros accedētem detrectare certamen: donec omnen exercitum compoſitum eſſe acceperit. Paruiſſet imperio Sextilius: ſi nō ingru/ entis barbari temeritas manum conſerere compuliſſet. Collatis itaq; ſignis Mitrobar/ zanes pugnando cecidit: & cæteri terga dātes præter paucos admodum omnes in fuga occubuere. Ea clade Tigranes relictis Tigranocertis ingenti ab ſe condita urbe ad tau/ rum inclinauit: eo ſuas copias undiq; coacturus. Lucullus uero eam hoſti facultatem adimendam ratus: Murenam emittit turbaturum caſtra Tigranis: unaq; conuenienti bus eo barbaris itinera præciſurum. Sextilium uero magnæ arabum manui: qui ad Ti granem accedebat: occurrere iubet. Is itaq; ī Arabes dum caſtra locarēt irrumpens: eos ingenti ſtrage profligauit. Et Murena pariter Tigranem inſecutus ubi ad aſperam an guſtamq; uallem uētum eſt: qua barbaræ copiæ traducebātur: præſtita ſibi occaſione tranſeuntem paulatim exercitum adoritur. Tigranes confeſtim Sarcinis omnibus p ſe poſitis citata fuga Romanos euaſit. Multi armenii cæſi plures tamen capti ſunt. His proſpere geſtis Lucullus ſublatis ſignis cum exercitu profectus ad obſidenda Ti/ granocerta conſedit. Erant hac in urbe plurimi græci ab Cilicia plurimiq; barbari a pro priis & ipſi ſedibus illo traducti Arabeni Aſſyrii Gordiani Cappadoces: quorū euacua tis patriis atq; exhauſtis natali ſolo priuatos ad eam urbem traxerāt habitādam. Erat inſuper opibus donariiſq; ciuitas illa conferta: quæ & priuati homines & primarii ad augendam urbis magnificentiam gratiamq; ſibi regis conciliandam Tigrani contule/ rant. Quaræ Lucullus ad obſidionem eius maxime intendebat: arbitratus iritatum Tigranem ira potius q̄ conſilio deſcendentem in campum a prælio non fore tempera turum. Et recte auguratus eſt coniectura. Atqui Mithridates multa nuntiis litteris cō monefaciens ab Romanorum congreſſu Tigranem penitus abſtinere orabat: nullum tutius nullum probabilius nullum fœlicius pugnæ genus q̄ fame cum Lucullo pugna re. Adeſſe ſibi equites quibus omnem ab Romano exercitu commeatū arcere poſſit. Taxiles etiam qui ſecum cōmilitabat: ſuapte ſpōte permotus ſupplex Tigranē orare

rebus ut ſuis ſine pugna coſuleret:& inuictas acies inuictos Romanorum animos eui taret. Hæc Tigranes conſilia perbenigne primũ audiebat. Aſt ubi omnes Armeniorũ omnes ſibi Gordianorũ uires aduenerant:aderantq; cũ regibus ſuis Medorum Adia benorumq; ingentes exercitus:multi quoq; a Babylonio mari Arabes multi a Caſpio Albani & Albanis Iberes adiacẽtes: Nec pauci deinde eorũ qui circa Araxen ſoluti ſine rege uerſantur:partim gratia partim mercede conuenerant: Iam ſpe audacia barbari/ciſq; minis cõuiuia regis iam adeo plena erant & ipſa concilia:ut ipſe Taxiles ſolus Ti granis ſententiæ aduerſatus uix capitis periculum euitarit. Credebaẽ Mithridates cla/riſſimi facinoris inuidia iam quaſi partam diſſuadere uictoriam. Et ipſum Tigranes conſulto morari uoluit:ne præſens ſibi partẽ ſperatæ gloriæ uendicaret. Vniuerſo ita q; cum exercitu motum iactabundum in amicos dictitaſſe proditum eſt: perq̃mo/leſto ſe animo eſſe:q; cum Lucullo ſolũ non uniuerſis cũ Romanorum ducibus una collectis ſibi decernendum eſſet. Neq; ĩſana prorſus omnemq; præter rationem uide batur uiri temeritas:cui tot populi tot reges tot peditum legiones tot equitum milia animos attollebant. Sagittariorum & funditorum enim uigintimilia ſecum habuit: equitum quoq; ſupra quinquagintamilia:quorum ſeptẽ decemq; milia Cataphrat/ti erant:ut Lucullus ipſe ſenatui ſcripſit. Peditum uero cum in cohortes tum in legio nes diſtributorum centumquinquagintamilia. Item qui uias ſternerent:qui pontes fabricarent:qui exhaurirent flumina:qui ſiluas conciderent:reliquaue bellorum ma chinamenta cõficerent trigintaquinq;milia fuiſſe conſtat. Qui a tergo locati & ad hoſtem aſpectu deterrendum & ad confirmandos militum animos plurimum condu cebant. Vbi uero ſuperato tauro ſedentẽ ad Tigranocertã Romanum deſpexit exerci/tum:ipſeq; in eminenti loco manifeſte apparuit:tũc barbara oppidanorum turba in genti clamore ſublato aduentanti regi ſummo cũ ſtrepitu applaudere:tantas Roma nis copias ex mœnibus oſtẽtare:minariq; illis extrema ſupplicia. Lucullus cũ de pugna confeſtim admilites rettuliſſet:pars obſidione deſerta totũ exercitum in Tigranem ducendum eſſe cenſebat:pars nullatenus ab obſidione diſcedendum eſſe: quo minus a tergo tanta oppidanorum turba relicta eſſet. Neutra per ſe Lucullo ſententia placu/it:ambas uero coniunctas laudauit. Diuiſis itaq; copiis Murænam cum ſex peditum milibus ad obſidionem reliquit:& ipſe cum cohortibus quattuor & uiginti in quibus peditum decemmilia ſagittarii atq; funditores circiter mille & equites erant uniuerſi ĩ hoſtem profectus latiſſimo in campo iuxta fluuium caſtra locauit. Viſus eſt Tigrani puſillus admodum is eſſe exercitus. Et aſſentatores præſtita ſibi iocandi occaſione hi Luculli temeritatem deridebant. Illi ſuper romana ſpolia quaſi iam parta eſſent iece rant ſortes. Et regum cæterorumq; principum unuſquiſq; ſibi ſoli pugnæ negocium decerni orabat: regem uero eiuſce ſpectaculi ludiq; ſpectatorem ſedere. Tunc Tigra/nes & ipſe urbanum quippiam facetumq; in medium afferre cupiens: uulgatiſſimũ illud dixiſſe fertur: Eos ſi legati uenirent:ſatis multos quidem: ſi uero pugnaturi per paucos admodum eſſe. His itaq; ſalibus barbari iocabantur. Lucullus uero poſtridie prima luce armatos milites in aciem deducit. Erant barbara caſtra trans flumen ad ori étis plagam locata:& Lucullus ſublatis ſignis qua facilius flumen traiici poterat:cita/to agmine declinabat ad occidentem:credebatur ipſe metu ſecedere. Quare Tigranes acceſſito Taxile uides ne ridens inquit inuictas Romanorum acies fugere: eas num ui des? Et Taxiles uellẽ inquit o Rex ut quod temere auguraris: pro meliori tua fortuna id eueniret. Cæterum non ſplendida ueſtis non terſi clypei non impoſitæ capitibus ga leæ non deniq; exempta uaginis arma conſueuerunt fugientum habitus eſſe:ſed pu/gnaturi militis eſt ille ſplendor properantis ĩ hoſtem. Vix ea dixerat:cum iam firmari primas Romanorum aquilas conſpexere:acieſq; ad traiiciendum turmatim diſponi. Tunc Tigranem ceu e lõga uix crapula excitatũ bis uel ter clamaſſe ferunt. In nos pro perant o uiri ingentiq; ſtrepitu atq; tumultu turbas in acie diſpoſuiſſe. Siniſtrũ cornu

Adiabeno regi: dextrum medo concessit: mediũ uero ipse tenuit. Cataphratti equi ferme omnes in fronte locati. Romanis iam ad traiiciẽdum paratis pars militum eum diem qui pridie nonas octobris erat: obseruandum esse cẽsebat. Illum unum ex nefastis diebus esse: quos atros Romani uocant: Scipionem cum Cymbris hoc die cõgressum Romanum exercitum perdidisse. Quibus Lucullus celebratam illam hominũ memoria uocem edidisse ferunt. Ego enim inquit commilitones hunc diem ex atro fœlicissimum Romanis faciam. Et milites subinde hortatus: cum fluuium traiecisset: primus omnium properabat in hostem. Erat ipse ferreum thoracem ĩdutus splendidum atq; squamosum: quo super punicam gestabat ephestridẽ. Tunc strictum ensem suis militibus ostentabat: quasi docere uellet ex propinquo collato pede cum hoste pugnandum esse: qui nõ cominus sed eminus telis missilibus sagittis rem gerere didicisset. Citato agmine in barbaram turbam ruendum esse clamabat: ut celeritate sua milites sagittandi hostibus spatium interciperent. Hæc dicens cũ aliquantum progressus esset: Cataphrattos equites: quorum celebris in exercitu erat fama: sub tumulo quodam locatos esse aduertit. Erat eius tumuli quattuor ferme stadiorum ascensus perfacilis atq; tutissimus & in uertice spatiosa planicies ad omnem militiæ usum accõmodata. Lucullus itaq; thraces gallos quos secum habebat equites: ĩ cataphrattos ex transuerso ruere gladiisq; contos eorum trũcare iubet. His enim concisis omnem eorum uim extinctam esse: non sibi cõsulere: nõ prodesse sociis: non hostes deniq; lædere posse. Cũ pondere tum armorum ineptia nullam esse penitus sine cõtis eoꝝ operam: sed muro inclusis ac circunseptis pene similes apparere. Ipse deinde cum duabus cohortibus pedes in tumulum contendebat: cæteri milites laborantis armati progredientisq; ducis reuerentia moti subsequebãtur. Capto tumulo cum eminentiori eius in loco stetisset: ingenti uoce proclamans: uicimus inquit uicimus commilitones. Subĩde cõmonefactis militibus nil iaculis opere esse sed strictis ensibus petendum esse suras ac hostium femora quæ sola cataphratti armis nudata negligũt: ĩ acies hostẽ deducit. Nulla tamen his artibus atq; consiliis occasio data est: quia cataphratti ne romanum quidem impetum excipientes priusq̃ iniretur certamen clamore subita cum fuga sublato sese grauissimosq; armis equos inter peditũ agmina turpissime præcipitabant. Sic nullo illato uulnere nullo prorsus cruore conspecto tot hominum milia tantæq; copiæ profligatæ sũt. Confestim itaq; ingens editur cædes nõ tam fugientium q̃ cupientium fugere barbarorũ. Haud enim facile fuerat ĩ tanta stipatarum profundissimarumq; acierum multitudine perplexos euadere. Tigranes ubi primum hostibus dari terga cõspexit: desertis ordinibus cum paucis admodum in fugam erupit. Et filio quem communi sorte miserandaq; fortuna oppressum uiderat: auulsum e proprio capite diadema lachrymans dedit: hortatus alterum tenere iter ac suæ saluti maturare consilium. Adolescens (quia indignum superstite patre religare sibi diadema censebat) fidelissimo cuidam ex suis custodiẽdum cõmisit. Neq; hunc fortuna liberum ab hostibus esse siuit: ut captiuus ad Lucullum deductus inter tot barbara spolia Tigranis quoq; diadema deponeret. Peditum in ea fuga ultra centummilia occubuisse proditũ est: Equites paucos admodum effugisse: Romanorum uulnerati centum: quinq; interfecti sũt. Hanc pugnã in libro de Diis immortalibus commemorans Antiochus philosophus nullam prorsus talem solem unq̃ uidisse scribit. Strabo uero alter & ipse philosophus in historiarum commẽtariis Romanos inquit erubuisse derisisseq; semetipsos: ꝙ in tam uilia mancipia ferrum sumpsissent. Et Liuius Romanos asserit nullis unq̃ hostibus quibus cum signa contulerint: copiarum numero usq; adeo fuisse inferiores. Vix enim uigesimam eorum qui uicti sunt partem uictores extitisse. Clarissimi quoq; omniũ Romanorum duces & qui diuturno bellorum usu peritissimi uidebantur: ingentibus Lucullum laudibus extollebant: qui duos florẽtissimos potentissimosq; reges duabus maxime contrariis rebus mora scilicet ac celeritate confecisset. Mithridatem enim cum

uigebat:plurimum cunctando deuicisse: Tygranem autem oppressisse celeritate. Et quod paucis unq̃ ducibus cõduxisse accepimus:ad agẽdũ cũctatione ad tuendũ audacia usus est. Atqui Mithridates calliditate potius ac uersutiis q̃ signis collatis Lucullũ ut cõsueuerat rem gesturũ arbitratus:ad Tygranẽ festinare neglexit:sed lẽto procedens itinere cum aliquot ĩ eum Armenii attoniti trepidiq; incidissent:coniectura rem ipsam auçuritus est. Pluribus deinde & nudis & sauciis obuiam sibi factis audita clade ad quærendum Tygranem conuersus desertũ humilem abiectum miserabiliter cum iuenisset: nullis eum ut ille se quondam cõuitiis improbauit:sed equo descendens & communes secum miserias collachrymãs cum meliora eum sperare iussisset:ingentem sibi famulorum ordinem uel maximo rege dignum adiunxit. Ambo deinde ad contrahendas nouas copias animos erexere. Profligato Tygrane confestim inter græcos barbarosq; qui Tygranocertis erant:seditio orta est. Lucullus reliquo exercitu eo amoto cum urbem a græcis accepisset seruatis thesauris cæteram urbem militi diripiendam cõcessit:ĩ qua præter alias ingentes opes octomilia talentorum fuisse cõstat. Octingentæ præterea drachmæ singulis ex hostium spoliis militibus datæ sunt. Erant ea tempestate Tygranocertis plurimi ludorum artifices: quos undiq; Tygranes ad se institutorum spectaculorum causa conuocarat. His Lucullus ad properandos pro parta uictoria ludos atq; spectacula magnifice usus est. Græcos postea donato sibi uiatico & barbaros pariter quos modo Tygranes inuitos habitatum eo traxisset:propiis patriis restitutos dimisit. Quare una ciuitate soluta plurimæ redditis sibi ciuibus de integro refectæ sunt. A quibus Lucullus perinde ac nouus earum conditor colebatur. Alia quoq; ornamenta pulcherrima ad uiri gloriam accessere. Non enim bello magis q̃ pietate iusticia humanitate liberalitate clæmentia cæteriq; id genus uirtutibus supremas sibi partes laudis appetebat. Neq; hæc diuinæ optimæq; institutæ mentis insignia cum bellicis conferenda censebat. Vbi cum haud parum militibus tum fortunæ plurimum deberi gloriæ iudicatur. Quanti uero momenti quantæ laudis sibi fuerint superiores ille uirtutes quibus præter omnem armorum operam omnes urbes populos reges sibi conciliauit edisseramus. Etenim arabum reges eum adeuntes accepta pace omnes suas fortunas Luculli fidei crediderũt. Sponte sua Sophenorum gens accepit imperium:& Gordianorum populos usq;adeo sui desiderio iflammauit:ut relictis propriis sedibus una cum liberis atq; uxoribus eum si passus esset subsequi peroptarent. Tantam uero istorum in Lucullum beniuolentiam hinc ortam fuisse perhibent. Zarbienus enim eorũ rex cũ molestum Tygranis haberet imperium:ad Appium ceu diximus clam de societate cũ Romanis ineunda rettulerat. Necdum in armeniam Romani eruperant:cum Tygranes detecta re Zarbienũ pariter cũ liberis atq; uxore necari iussit. Lucullus maxime affectum se uiri morte ostendit:ut in Gordianorum regionem adueniens Zarbieni funus amplissimo cum splendore celebrarit. Rogum eius auro purpuraq; regali & Tygranis spoliis perornatum præsens ipse cremauit: postremasq; una cum uiri necessariis atq; amicis parentans libationes æqualem suum populiq; Romani socium uócitabat. Iussit præterea preciosissimum illi fabricari sepulchrum. Nam & ingẽtem uim auri & argenti in Zarbieni thesauris ipse compererat:& frumenti ĩ horreis congesti decies trecẽtamilia modium. His tantis opibus milites locupletati:& Lucullus plurimũ miratus est:q; nulla prorsus ex ærario publico drachma suscepta ipsũ ex illo bello bellum conficeret. Dum hæc geruntur legati ab rege Parthorum ueniunt amicitiam populiq; Romani societatem petentes. Placuit ea postulatio Lucullo:& ipse quoq; Partho legatos ab se remisit:qui posteaq̃ ad illum uentum est:non cum Romanis modo sed clam etiam cum Tygrane de societate Parthum agere deprehẽderunt:mercedemq; commilitandi Mesopotamiam ab illo petebat. Quæ dum Lucullo fuissent allata:neglectis Mithridate atq; Tygrane quasi iam oppressis ac prope deletis Parthorum uires tẽtandas instituit & romana in eos arma ducenda. Egregiũ arbitratus si uelut certator

in paleſtrā tres uno belli impetu reges ſuperaret: & trium clariſſimorum maximorūq; ſub ſole ducum inuictus uictor euaderet. In Pontum ad Sornacium & cæteros ibi præfectos mittit: qui nūtiarent eos q̄primū omnibus eius præſidii copiis aſcēſuro ſibi per Gordianam occurrere. Illi cū iampridem intrectabiles difficillimoſq; milites agnouiſſent: tum maxime ī præſentia detecta eorum intemperantia non uerbis non prece non imperio non minis ſolutiſſimos homines in militiam compellere potuerunt: clamantes & obteſtantes ſe non amplius iſtic manſuros ſed relicto Ponto abituros ſeſe quo quiſq; deceruet. Hæc ad Lucullum renunciata uulgata per militum ora præſentem quoq; exercitum fœdæ reſponſionis exemplo corrupere. Iam enim opibus iam deliciis ad arma pigerrimos turpiſſimi ocii cupido lucullianos īuaſerat. Aſt ubi temerariā Ponticorum loquendi licētiam accepere: eiuſmodi homines uiros appellare: illos imitandum eſſe dicere: et feſſis iam pugnando militibus ultimam quietem deberi: multa ſeſe tranquillo ocio digna propria uirtute elaboraſſe. His uocibus fœdioribuſq; uulgatis ſuſceptum Lucullus Parthicum bellum dimiſit: et ipſum Tygranem media iam æſtate regreſſus thaurinis ſaltibus ſuperatis cū campos tunc primū uirentes cōſpexiſſet: quia rigore cæli ſegnius ea regio cūcta producit: cōmeatuū inopiam expectabat. Deſcendēs tamē propulſatis Armeniis qui bis aut ter tumultum magis q̄ prælium excitarant: quacunq; inceſſerat uillas intrepido populabatur. Et frumento quod Tygranes congeſſerat: in poteſtatem ſuā redacto quam ſibi uerebatur hoſtibus egeſtatem iniecit. Poſitis itaq; caſtris & uallo foſſa circūductis ad peruaſtandam ſuper oculis hoſtium regionē exibat. Vbi uero fugatos totiens barbaros nequicq̄ ad prælium laceſſitos quieſcere uidit: ſublatis ſignis ad Artaxata Tygranis regiam: ī qua & liberi eius īfantes erāt & mulieres: ire pergebat: id unū cōſilium ratus quo laceſſitus Tygranes in certamē ſub duci poſſet. Fama eſt Carthaginēſem Hannibalem profligato ab romanis Antiocho ad Artaxan Armeniorum regem ſe cōtuliſſe multa illum clariſſima egregiaq; utilter edocuiſſe. Conſideraſſeq; inter cætera aptiſſimū quendam natura locū ſqualidum tamen atq; neglectum: in quo figuram urbis deſcripſerit. Eo deinde adductum Artaxan monſtrato ſibi ſitu ad condendam urbem facile īflammaſſe. Et iam paratis omnibus Hānibalem ipſum operi ab rege profectum nobiliſſimā atq; ingentē urbē ædificaſſe: que nomē ab ipſo rege ſortita totius Armeniæ metropolis declarata eſt. Profectum in hanc urbē Lucullū Tygranes tolerare nō potuit: ſed coactis copiis quartis caſtris haud procul cōſtitit ab Romano exercitu Arſamani fluuiū in medio intercipiēs: quem peti turi Artaxata Romani traiicere cogebātur. Lucullus pactis Deoꝝ ſacrificiis perinde ac uictoriam in manibus tenuiſſet: traducto exercitu duodecim cohortes in fronte totidē a tergo locauit: ſubſidia cōtra circuitum hoſtium peropportune diſtribuit. Multas enī equitum turmas Tygranes in frōte poſuerat. In primiſq; ſagittarios Medorum equites & Hiberes haſtatos: ī quibus ſuper cæteros mercenarios milites Tygranes rerum ſuarum momētū eſſe credebat. Nullum clarū ab his facinus geſtum eſt: ſed Romanis cū equitibus æquo ferme marte pugnātes ingruentis Romani peditis impetum nō ſuſtinuere: ſed hinc atq; hinc in fugam citati Romanum equitē traxere ad ſe ſectādum. Primis itaq; diſſipatis ordinibus Tygranes īſtructo relicto equitatu in hoſtē progreditur: quorum ſplēdorē multitudinēq; cum Lucullus ſubtimuiſſet: confeſtim inſectantibus ſuis receptui cani iuſſit. Deinde cōferto agmine primus ipſe una cum optimatibus in barbaros ruit tanto impetu: ut priuſq̄ manum cōſereret: hoſtis ſola trepidatione deuictus unicā in fuga ſalutem ſibi quæſiſſet. Tres erant in eo exercitu reges ſed turpiſſime omniū ponticus Mithridates aufugit: cum ne quidē primum Romanorum clamorē ſuſtinere potuerit. Lucullus uniuerſā proximā noctē ad īſectandū hoſtem abſumpſit: & capiendo cædēdo prædādo Romani milites defeſſi ſunt. In ſuperiori nēpe certamīe plures ī hoc uero nobiliores barbaros & cecidiſſe & fuiſſe captos Liuius auctor eſt. His Lucullus tantis elatus uictoriis ad ſubuertēdū penitus barbarū aſcēdere īſtituerat.

Autunnale tunc erat æquinoctium & omnium ſpe celerius rigidiſſima e cælo frigora cecidere: omnia niue obruta erāt: & ſiquādo ſerenus aderat aer: tū gelu tum pruina humana corpora perrigebant. Difficillimus erat equis ob extremā frigiditatē fluminū potus: difficillimus erat eorū tranſitus: quia cōcretis in glaciem aquis glacies ipſa tranſeuntium grauitate cōfracta aſperitate ſua equorū tibias neruoſq; cruentabat. Silueſtra deīde ac anguſta itinera tellus humiditate abundans cadentes e cælo niues & ipſa īmadidiſſimis locis acerba pernoctatio difficillimā ac prope intolerabilem militiā faciebant. Paucis itaq; poſt pugnā diebus milites Lucullum ſecuti cum aſperitatē itineris recuſarent: primum per tribunos militum ne lōgius procederetur: eum fruſtra rogare: deīde conuentibus hinc inde factis inter ſe murmurare: nocte in tentoriis crudelitatē ducis īſimulari: omniaq; īfeſtiſſimis uerbis fœdoq; tumultu repleri. Videbantur Lucullo res in ſeditioſam ſpectare perniciē: proinde ſingulos adeundo milites phumane prēſare ſupplicareq; tolerātiam in fortiſſimos homines inducere: alteram īArmenia Carthaginem uelle delere: eius hominis opus qui tot clades populo Romano intulerit. de Hānibale enim Artaxatiſq; loquebatur. Poſtq̄ omnia Lucullus fruſtra tentari uidit: nuitus retro ducebat exercitū: & ſuperato per alios ſaltus thauro īeam regionē deſcēdit: quā Migdonicā uocant feraciſſimā atq; apricam. Vrbs erat in ea tum opibus tum hominum multitudine opulenta: quam barbari Sybin græci Migdonican Antiochiam appellant. Huic nempe Guras Tygranis frater præerat. Sūma tamē machinamētorū peritia res belli Callimachus gubernabat: is qui multos ad Amaſum Romanis labores intulerat. Itaq; ad obſidēdam hanc urbem Lucullus ultimo conatu conſedit. Et cū paruo illam tempore ui cæpiſſet: Guram qui ſeſe Luculli humanitati commiſit: perbenigne ſuſcepit. Neglecto uero Callimacho qui tuendæ ſuæ uitæ cauſa abditos pollicebat maximarū opum reuelare theſauros in pedicas cōiectum ſeruari iuſſit: pœnas daturū eius incendii: quo Amaſenorum urbe uaſtata liberalitatis humanitatiſq; ſuæ īgræcos declarādæ occaſionē extinxerat. Fortunam hucuſq; indubie cum Lucullo cōmilitaſſe uiſum eſt: proſperaſq; ſemp ſuis cōſiliis auras præſtitiſſe. At deinceps tametſi egregiā prudentiſſimi magnanimiq; uirtutē imperatoris oſtendent: tanq̄ aduerſo ſemper ſpirante flatu in altum fruſtra cōtemneret: nullam res a ſe geſtæ gratiā nullam prorſus gloriam habuere. Cæterum ſuperiores illæ quas omnium mortalium cōſenſu ſibi uēdicauerat laudes: propemodū defluxere: neq; minime proximæ infœlicitatis cauſæ ſibi nō ſūt aſcribendæ. Nō enim quo decuit ſtudio æqualiue comitate militarē multitudinē colebat: quia uniuerſas ſeruiētium uoluptates ad ignominiam perniciēq; imperātis ſpectare exiſtimabat. In primis uero id ſibi plurimum obfuiſſe cōſtat: q; æqualium ſuorum & qui īexercitu magiſtratum gerebant: quāti par fuerat: neminē faciebat: ſed neglectis omnibus nullum ſecum cōferendum eſſe arbitrabat. Hæc ſola inter tot tantaſq; ornatiſſimi uiri uirtutes mala ſediſſe ferunt. Etenim modeſtiſſimum atq; magnanimum & īdicēdo fuiſſe grauiſſimum parēq; togatum & armatum domi militiæ pace & bello ſplendorē habuiſſe prudentiæ. Primā militaris huius odii atq; intemperātiæ facem in Cyzeno bello ſtatim arſiſſe Saluſtio placet: & ad Amaſum inaluiſſe potiſſimum: q; duo hyberna illos intra uallum agere cōpuliſſet. Accendebant eos & reliqui hybernādi labores: ſiue enim in hoſtili ſiue in ſociali regione ſtetiſſent: ſub diuo ſē per uniuerſi milites cōtubernabāt: neq; ſemel modo ullā impacatā urbē Lucullus cū exercitu eſt ingreſſus. His militum odiis Romæ uulgatis Luculli āduerſarii accenſos lōga inuidia animos eleuare & procaciter eum inſimulare: q; auantia immoderataq; imperandi cupiditate bellum produceret. Et cum ferme Ciliciā Aſiā Bithyniā Paphlagoniam Galaciā Pontum Armeniā uſq; ad Phaſidē occuparet: ad diripiendam quoq; Tygranis regiā cōtēdiſſet: quaſi ad ſpoliādos nō debellandos reges eſſet emiſſus. Has atrociſſimas uoces Lucium Quintium unum ex Romanis ducibus in primis iactaſſe ferunt: cuius maxime ſtudio ac uigilantia cum de his rebus ad Senatum relatum eſſet:

placuit abrogari Lucullo ip̄eriū: Eam alteri decerni ꝓuinciā: multoſq; eius exercitus milites emeritos fieri atq; exauctorari. Acceſit huic & maior altera rebus Luculli peſtis: Publius Clodius cū Lucullo cōmilitabat uir nefarius ſceleſtus ſupbiſſīaq; temeritate ī butus: & qui libidini ſuæ ī ſororē: quæ Luculli uxor erat: ītēperatiſſimā mulierē īdulxiſ ſe fertur. Is cū nō quātū ſibi ipſe cōcedebat honoris: ab imperatore aſſequereť: primas enim maximarū reꝝ partes ſibi iure deberi arbitrabať: fimbrianos milites pellicere: plurimūq; ſibi cōciliare adortus eſt. Quod ubi ſatis ei ſucceſſiſſe apparuit: q̄primū illorū animos ab Lucullo alienare ſūmūq; illis faſtidiū imperatoris īducere. Neq; difficile fuerat homines diuturna cōſuetudīe factioſos tū pollicitādo tū blādos īſerēdo ſermones corrupiſſe. Hi enim erāt qui duce Fimbria Flaccū cōſulē occidētes eum ſibi delegerūt īperatorē. Quare Clodiū amicū militū appellātes periocūde cōplectebāť. Simulabat enī eoꝝ ſe maxime miſereri: ſi magnis bellis maioribus periculis maximis deniq; laboribus nullus modus nulla uſq̄ requies aderit: ſed ōni cū gēte bellādo orbē terræ pererrā do bellis bella f niēdo miſerā uitā terāt: nullā tā oneroſa militia dignā expectātes mercedē. Nō milites āplius ſed Luculli diuitiarū deſēſores atq; cuſtodes eſſe: quibus tot camelos tot plauſtra aureis gemmatiſq; poculis plena imperatoris auaritiæ tuēdū eſſet. Iam pōpeianos milites ī populū redactos cum liberis atq; cōiugibus fœlicē regionē urbeſq; opulētas ꝑ ociū poſſidere. Nō Mithridatē nō Tigranē pluuiis niue pruina gelu obrutos ꝑ uaſta deſerta ſectari regias Aſiæ dirupturos ſed ꝓfugorū bellum ī Hiſpania ſeruile ī Italia gerere. Erit ne igiť tātis unq̄ noſtris laboribus modus? num quieſcemus? nū ceſſabimus? nū ociabimur aliquādo? Reliq̄ nobis milites (ſi uiri ſumus) Pompeio imperatori uita ſeruāda eſt: a quo maximū ſui ornamētū cōmilitonum diuitiæ atq; fœlicitas iudicāť. Hac peſte corruptus exercitus neq; ī Tigranē proficiſci uoluerūt: neq; in Mithridatē qui ex Armenia ī pōtum priſtinū ſibi uēdicaturus imperium uenie ebat: et hyemis acerbitatē iſimulātes circa Gordianā hyberna trahebant ſūmo Pōpeiū ſuper cæteros duces deſiderio expectātes Lucullo ī prouīciā ſubrogandū. At poſtq̄ nūtiatum eſt Mithridatē ꝓfligato Fabio ī Sornatium atq; Triariū uires ſuas īducere: ſola uerecundia cōpulſi Lucullum milites ſequebāť. Triarius cōfeſtī quaſi uictoriā ī manibus habuiſſet: quo ſibi totā laudē uēdicaret: priuſq̄ Lucullianus adeſſet exercitus: cōſerto prælio īgētē cladem accæpit. Proditum eſt enī ſupra ſeptem Romanorum milia occidiſſe: cēturiones cētū & quīquagīta: tribunoſ militum ſupra quattuor & uinginti: & Romana caſtra ī Mithridatis poteſtatē ueniſſe. Paucis poſtea diebus Lucullus adueniens Triariū ab iratis militibus ad ſupplicium quæſitum abſcōdit. Ad Mithridatē ſub īde cōuerſus eum ī certamē cum ducere laceſſendo fruſtra tentaſſet: quia is Tigranem cum multis ad ſe copiis deſcēdentē expectabat: occurrere Tigrani pugnaturus īſtituit anteq̄ hi duo ſimul iungerenť exercitus. Sublatis itaq; caſtris fimbriani milites tumultu in itinere facto ordines ſuos deſeruere: quaſi nouo ſenatuſcōſulto ea militia exauctorati eſſent: & decretis iam aliis ducibus prouinciis haud āplius ad Lucullum ſpectaret imperiū. Nil fuit ꝓfecto quod nō Lucullus ad ſædandos flectendoſq; militum animos poſthabita maieſtate imperii humiliter experiretť ſingulos orādo prēſando leniendo ſordida cū ueſte deiectus elachrymabat. Illi tāti ducis lachrymis precibuſq; neglectis uacua marſupia abiicientes ſolum cum hoſtibus pugnare iubebant: a quibus ſolus ipſe locupletari didiciſſet. Tandē flexi alioꝝ militum precibus fimbriani cum Lucullo pepigere ſecum ſe proximam moraturos æſtatē: & ſi nemo interim pugnaturus occurreret: liberos atq; ſolutos eſſe. Has tam anguſtas cōditiones Lucullum aut ſubire oportuit: aut deſertam ōni præſidio barbaris dimittere regionē. Cōtinebāt itaq; illos nō ad pugnā modo neq; ad militare quippiam facinus deinceps educens: ſed ſola eorum expectatione cōtentus Cappadociam ab Tigrane ſolutiſſima licētia depopulatam patiebať. Suſtinebat tacitus in priſtinas ſeſe Mithridatem uires erigere: quem ipſe pridē

ſenatui ſcripſerat debellatum. Et ob id aderant ſibi legati ab Romā miſſi: ut res ponticas ceu plane romano imperio uendicatas componerent. Qui eū non modo ponti ſed ne quidem ſui exercitus dominum inuenere ab debacchatis militibus abiectiſſimum atq; neglectum. Quibus tantum erga imperatorem ſuum incontinentiæ tantum petulantiæ fuit: ut æſtate cedente armati ſtrictis enſibus remotiſſimos & qui nulli uidebantur hoſtes ad prælium prouocarent. Deinde pariter conclamantes & crebris inanem aerem ictibus ferientes e caſtris egrederētur: obteſtati id omne quod cum Lucullo pepigerant tempus effluxiſſe. Relictos quoq; milites Pompeius litteris ad ſe accerſebat. Iam enim ad Mithridatem Tigranemq; debellandos dux Romæ fuerat cum plæbis tum factioſorum principum ſuffragiis declaratus. Enimuero ingratiſſima ſenatui optimatibuſq; ea res uidebatur: & ampliſſimis Luculli meritis haud digna: quia nō belli ſed triumphi ſucceſſorem acciperet. Neq; imperium aut magiſtratum ſed mercedem premium fructumq; rerum a ſe geſtarum ſubrogato ſibi duci concederet. Cæterum ab his maxime qui aderāt proſtrata Luculli dignitas atq; fortuna non ſine multa mira cōſpici potuit. Non enim honoris non auctoritatis non imperii eius erga milites ullum propemodum ueſtigium apparebat. Omnes edicto Pompeii ab Luculli cōgreſſu prohibebantur. Nulli penitus parere licebat his rebus: quas ipſe decem pariter cum legatis inſtituerat atq; conſcripſerat. Sed iam omnes in Pompeium qui multis florebat copiis conuerſi ſuis audiebant edictis. Cōmunibus itaq; tandem amicis intercedentibus hi duo duces in uico quodam Galaciæ pariter conuenere: ubi habito familiari congreſſu ſuper rebus a ſe magnifice geſtis ambo uiciſſim congratulati ſunt. Grandior erat ætate Lucullus: cæterum dignitas Pompeii cum pluribus imperiis tum duobus triumphis amplior erat atq; inſignior. Laureatos propter uictorias faſces uterq; præ ſe ferebat: ſed longo Pompeii itinere per loca ſqualida atq; inculta lauri iam circā faſces aruerant. Quod ubi luculliani lictores aduertiſſent: ex propriis quas & recentes & uirides habebant: lauris liberaliter contulere. Id Pompeii amici in bonū omē uerterunt. Etenim reuera Luculli res geſtæ illius imperium perornarunt. Nil tamē habitus ſermo pacatum nil amicum inter eos adduxit: ſed alienatis magis animis cum mutuo diſceſſiſſent: Pompeius omnia illius inſtituta antiquauit: omneſq; præter milleſexcentos quibus cum ille triumphare poſſet: milites ſibi aſciuit. Nec ii quoq; læto admodum animo cum Lucullo manſere. Sic igitur Lucullo aut ingenium aut ipſa fortuna in re omnium maxime imperatori neceſſaria aduerſabatur. Quæ una ſi eius fortitudini uigilantiæ prudentiæ æquitati cæteriſq; clariſſimis ac ſingularibus ornamentis acceſſiſſet: non Euphrates in Aſia: ſed mare hircanum ipſiuſq; Aſiæ fines Romanum terminaſſent imperium. Quandoquidem cæteras gentes Tigranes ab ſe debellatas ante contuderit: & Parthorum uires nō ſub Lucullo quantum deinde ſub Craſſo ualidæ unitæq; floruerint: ſed bellis inteſtiniſq; ſeditionibus diſſipatæ neq; Armeniorum iniurias potuerunt ulciſci. Equidem conſideranti mihi perſæpe uideri ſolet: hiſce rebus quibus Lucullus ingentia patriæ cōmoda comparauit: cæteros duces plurimum intuliſſe detrimenti. Quid enim aliud q̄ parta in Armenia uicina Parthis trophæa q̄ Tigranocerta q̄ niſibis q̄ ingens præda inde Romam abacta q̄ captum deniq; diadema Tigranis Craſſum ad potiundam Aſiam extulit atq; accendit: arbitratum nil aliud q̄ prædam atq; ſpolia barbaros eſſe? Verum ubi in Parthorum ſagittas armaq; incidiſſet: facile declarauit: non mollicie aut hoſtium imbecillitate Lucullum: ſed fortitudine audacia conſilio tantas rettuliſſe uictorias. Sed de his alias. Regreſſus itaq; Romam Lucullus. M. fratrem offendit ab. C. Memmio accuſatum: ſuper his quæ quæſtor ſub imperatore Sylla geſſerat. Et cū Marcus id iudicium euaſiſſet: Memmius omnem iram in Lucullū

conuertens populum incitabat. Multā eum præter auctoritatem consularis imperii præter senatusconsultum multa fecisse protraxisseq; bellum diutius dictitabat. His uocibus adductus populus triumphum Lucullo negabat. Et cum res in maximum uenisset certamen: primores patrum & potentissimus quisq; in republica: quibus Luculli dignitas cara erat: tribubus sese miscentes uix populo de concedendo Lucullo triumpho persuasere. Non itaq; uelut aliqui aut longitudine pompæ aut rerum expositarum multitudine admirandum tumultuosumq; triumphum ægit: sed q̄pluribus hostium armis regiisq; machinis cum Flaminium perornasset: clarum suopte splendore id spectaculum uidebatur. In pompa cataphrattoꝝ equitum pauci decem facalti currus procedebant. Ex regiis ducibus atq; amicis sexaginta captiui. Naues longæ atq; rostratæ decem supra centum una deferebantur. Ipsius deinde Mithridatis aureum similacrum sex pedum longitudinis & clypeus quidam preciosis lapidibus perornatus. Viginti præterea argenteis uasis: aureis uero & poculis & armis atq; nummis duo supra triginta confercta erant. Hæc omniā ab hominibus deducebantur. Octo uero muli lecticis aureis onusti erant: defæcato uero argento sex & quinquaginta. Alteri præterea centumseptemq; muli paulo minus decies ducentaseptuaginta nummi atq; argenti milia deportabant. Ferebantur & ipsi libri: in quibus quantum Pompeio ad piraticum bellum quantum in ærarium publicum pecuniæ ipse contulerat: inscriptum erat. Singulis præterea militibus nonīgentisquinquaginta dedisse drachmas. Vrbem deniq; uicinosq; uicos magnifico epulo conuiuatus est. Repudiata deinde Clodia pessima incontinentissimaq; muliere: Seruiliam Catonis sororem duxit. Nullo hæc ī flagitio superiore purior erat: nisi ꝙ fratrum calumniam non subierat. Eius fastidium atq; in temperantiā Catonis reuerentia diu perpessus tandem repudiauit. Iam Luculli præsentia amplissima spe animos patrum impleuerat. Videbatur enim uirum tanta rerum a se gestarum gloria auctoritateq; florentem Pompeii audaciam comprimere atq; tyrannidem & optimatum amplitudinem posse tueri. Ceterum siue ꝙ iam ægrotam patriam pronamq; in futuram ruinam cerneret: siue (ut quibusdam placet) ꝙ satis sibi uendicatum gloriæ arbitratus ab diuturnis laboribus atq; periculis: quorū plerūq; infœlicissimi essent exitus: ad litterarum ocium studiosamue quietem reliquum uitæ conferre uoluerit: ab republica sponte se abdicauit. Sunt itaq; q hanc Luculli sententiaam laudandam plurimum arbitrentur. Non enim in Marii calamitates atq; miserias decidisse: qui post cimbricas uictorias illaq; maxima clarissimaq; facinora nullum ad custodiendos iam partos honores modum statuere iudicauit: sed ī satiabili gloriæ imperiiq; ambitione senex cum īeuntibus rempublicam iuuenibus contendens sese in res turpissimas rebusq; miserias turpiores præcipitauit. Et Ciceronem post perniciosissimam Catelinæ conspirationem diuino suo ingenio a communi clade depulsam priuatum consenescere præstitisse. Et Scipionem adiecta Carthagini Numantia quieuisse. Etenim finita quadam modestia ciuiles ambitiones esse moderandas. Nec minus q̄ Athletas in palæstra ciues in repu. donandos esse: qui nullum momentum nullum tempus nullam quietem perpetuis laboribus intermittunt. Crassus uero atq; Pompeius hanc nouam Luculli institutionem accusare solebant: ꝙ in uoluptates atq; luxuriem sese demisisset: quasi non militaribus ciuilibusq; negociis aptior: q̄ ocio atq; deliciis ætas illa fuisset. Mihi uero Luculli uita ueteribus simillīa comœdiis uideri solet: quarū primæ partes rebus domi militiæq; gestis: postremæ uero cōuiuiis potionibus cantu procaci facibus ōniq; luxus genere continentur. Ego enim sumptuosa illa ædificia ingentes balneorum atq; deambulatorum apparatus picturas statuas omneq; eiusmodi rerum studium ad luxū arbitror referēda: quas ipse res permaximis sibi sumptibus comparauit. Et opibus

quas ſibi permultas honeſtiſſimo militiæ iure uendicarat: affluentiſſime utebatur. Tãta uero ĩ noſtram uſq; ætatem eius delitiæ opinione omnium efferũtur: ut inter ornatos ſumptuoſiſſimoſq; regũ hortos luculliani dinumerẽtur imprimis. Quid de his operibus quæ iuxta mare circa Neapolim magnifice ſplendideq; conſtructa ſunt: iudicandum arbitramur? ubi altiores profundis foſſis tumulos ipſe ſuſpenderat? ubi maritimas ædes eaſq; pulcherimas atq; ampliſſimas ædificarat? ubi diſcurſus maris piſcoſoſq; riuos ædibus circunduxerat? Quæ ſingula cum ſtoicus Tubero haud ſatis mirari potuiſſet: Xerxem eum ex togato homine appellauit. Erant illi præterea ædes in Tuſculano ſpatioſis thalamis deambulatriſq; perornatæ: e quibus ceu e ſpeculis undiq; circunſpici poterat: in quas Pompeius aduenies accuſauit Lucullũ: q; ad æſtatem optime accõmodatas ĩhabitabiles hyeme feciſſet. Cui ridens Lucullus: Num tibi ĩquit Pompei minus q̃ grues aut ciconiæ mentis habeŕ uideor: ut non pariter cum tempore habitationem quoq; permutem. Cum uero prætor quidam purpureas celebrandi ſpectaculi ab eo chlamydes petiiſſet: inſpecturum ſi domi haberet daturum q; liberaliter ſi adeſſent reſpondit. Poſtridie uero rogãti Lucullo quot ſibi chlamydibus opus eſſet: cum centũ ille ſufficere reſpondiſſet: ducentas ſibi dari Lucullus iuſſit. Proinde Flaccum poetam dixiſſe fertur: non eas ſe putare diuitias: quarum repoſita atq; cælata nõ plura eſſent: his quæ palam conſpicerentur. Erant autem Lucullo conuiuia nouo ſemper diuitiarum ſplendore parata non modo purpureis ſtratis poculis auro gemmiſq; elaboratis choris cœtibus ſcæniciſq; recitationibus admiranda: ſed uarietate quoq; ac multitudine epularum & ingentibus abundantiſſimiſq; bellariorum apparatibus. Quibus rebus illiberales eum homines beatum appellabant. Pompeium aduerſa corporis ualitudine captũ clare de ſe in Lucullum loquutum fuiſſe tradunt. Nam cum medicus eum turdos comedere iuberet: & miniſtri (quia æſtas eſſet) alibi q̃ apud Lucullũ domi nutritos reperiri poſſe negarent: uetuit Pompeius ut inde aſſumerentur. Et ad medicum cõuerſus: ſi Lucullus inquit delicatus nõ eſſet: num forte Pompeius nõ uiueret? Quare alia dari ſibi iuſſit: quæ aliunde facile comparari poſſent. Hunc tantum Luculli luxum Cato qui tum erat ſumma & amicitia & familiaritate coniunctus uſq; adeo iniquo ferebat animo: ut cum adoleſcens quidam in ſenatu longam & importunã de modeſtia & parcitate orationem ageret: exurgẽs Cato: Tacebis ne inquit hodie diues ut Craſſus: uiuens ut Lucullus: loquens ut Cato. Quidam & ſi dictum id ĩ curia fateantur: ab Catone tamen fuiſſe negant. Lucullus uero non uoluptatem modo ſed laudem quoq; his ſibi ſumptibus quæritabat. Quod quidem coniicere ex his par eſt: quæ de illo ſunt mandata memoriæ. Ferũt enim græcos quoſdam homines qui Romã aſcenderant: illum multis apud ſe diebus cõuiuatum fuiſſe. Qui cũ rurſus inuitarentur: græca quadam parſimonia in uerecundiam ductos recuſaſſe uocationem: indignum dicentes ſi propter ſe tantis quotidie ſumptibus conuiuia parentur. His uocibus riſiſſe Lucullum dixiſſeq; : Nonnulla profecto ex his propter uos fiũt o uiri græci: cæterum plurima propter Lucullum parari iubeo. Cum. n. forte nemine apud eum cœnante unica ſibi menſa dapeſq; modeſte paratæ eſſent: diſpẽſatorem domus ad ſe uocatum obiurgauit. Cui ille: non putabam inquit: cum ſolus cœnaturus eſſes: ſumptuoſo tibi opus eſſe conuiuio. Quid ais Lucullus inquit: an ignorabas penes Lucullum hodie cœnaturum eſſe Lucullum? Itaq; cum totam iam urbem harum rerum crebra fama peruaderet: Lucullum tunc forte per ociũ in foro ſedentem Pompeius Ciceroq; conuenere. Hic nempe imprimis ſibi familiaris erat atq; amicus Pompeio uero & ſi ante quadam ſimultate ob mithridaticum bellum mutuo aduerſarentur: & loqui tamen familiariter & conſueuiſſe ſolebant. Cicero itaq; ſalutato Lucullo: uolumus inquit apud te cœnare hodie: ea

conditione:ut nil noui noſtri cauſa parari iubeas . Subrecuſabat id Lucullus:& in poſterum diem differri conuiuium poſtulabat. Illi uero neq; differre neq; alloquendi ſecreto familiares ſuos facultatem ſibi facere uoluere:ne aliud domi parari iuberet cõuiuium . Hanc tamẽ ſibi poſtremo ueniam præſtitere: ut uel ipſis audiẽtibus cuidam ex familiaribus ſuis id ſolum diceret:in apolline cœnabitur hodie:ea ſola uoce fefellit eos:Id enim erat unum ex maximis eius cœnaculis eo nomine appellatum. Singulis enim (ut uidetur)cœnaculis & conuiuii precium & ſplendor apparatus definitus erat. Quamobrem famuli audito loci nomine confeſtim intelligebãt quantis ſumptibus quali ornatu quoue ordine conficiendum eſſet conuiuium. Cõ ſueuerat autem precii quinquaginta milium in apolline cœna parari:quæ cum ſic eo quoq; die acta fuiſſet:mirabatur ſtupore quodam Pompeius in tanta epularũ abundantia celeritatatem apparatus. His itaq; in rebus Lucullus maximas opes tã q̃ barbaras & bello partas parum utiliter conſumebat. Nil minus tamen diligentiæ ad ea ſibi comparanda adhibuit:quæ ſtudioſo ac litteratiſſimo homĩe digna eſſẽt. Etenim plurimos pulcherrimeq; ſcriptos coegit libros: quorum profecto uſus maiorem ſibi q̃ ipſa poſſeſſio gloriam uendicabat. Studioſo enim cuiq; & bibliothecæ & quæ circa eas erant ſcholæ atq; deambulatra libere perpetuoq; patebant. Quo ſe græci cum perocium licuiſſet: uelut in amœniſſimum quoddam muſarum diuerſorium conferre ſolebant. Ibi loquendo legendo diſputando diem iocunde terebãt. Et Lucullus plærunq; ubi eruditiſſimos uiros diſputare uidiſſet:eo ſe potiſſimum ingerebat. Siqua etiam ope illis in rep. opus fuiſſet: auctore Lucullo q̃primum aſſequebantur : ut uix credibile ſit quod fuerit illud quantumue in græcos homines ſtudium atq; humanitas:fouebat eos:colebat eos:conuiuabat eos:& proprios lares liberam græcorum Romam uenientium aulam faciebat. Omne uero philoſophandi genus familiariſſima quadam cognitione complexus eſt. Academiam tamẽ a prĩcipio ſummo ſtudio & amore colebat:non eam quæ noua eſt appellata:quanq̃ tũc maxime & Carneadis ſcriptis & Philonis doctrina floruerit:ſed ueterem:cuius tunc erat princeps Aſcalonita ille Antiochus uir & acris ingenii & de dicendi ratione peritiſſimus eruditiſſimuſq;. Hunc Lucullus ſummo ſtudio ſibi in amicitiam concilia'um ſocium uitæ fecit: & Philonis auditoribus ſe oppoſuit. Horum unus. M. cicero erat:qui cum elegantiſſimum ſuo more in ueterem academiam librum ſcripſiſſet:eius ſectæ partes Lucullo ſibiipſi contrarias laudandas conceſſit : et lucullus ea propter liber ipſe inſcribitur. Erant enim mutua inter ſe beniuolentia iuncti & conſiliorum in rep. ſocii. Non enim ſe Lucullus penitus abſoluerat a rep. ſed primos ĩter urbis principes locos atq; honores:quia in his plurimum moleſtiarum atq; periculi eſſet:Craſſo dimiſit atq; Catoni. Hos enim duos poſteaq̃ ſupremas ipſe partes in ſenatu recuſaſſet:hi quibus Pompeii potentia ſuſpecta erat:libertatis principiũ tutores effecerant. Ob amicorum patrocinia deſcendebat in forum:in curiam uero ſiquod Pompeii ſtudium ſiqua extinguere audaciam oporteret. Etenim decreta quæ debellatis ille regibus inſtituerat:antiquari fecit: quamue militibus ſcripſerat largitionẽ ſocio Catone dari prohibuit. Quamobrem Pompeius ĩ Craſſi & Cæſaris amicitiam potius uero coniurationem confugiens cum armis & militibus totam fere urbem impleſſet:electus extra forum Lucullo atq; Catone decreta ſua promulgari fecit. Eius indignitatem rei cum perniquis:ut par erat:animis optimates ferre uiderentur:Brutium quendam Pompeium in medium produxere:quem Pompeio ĩſidiantem deprehendiſſe dicebant . Hic in Senatum deductus alios quoſdam Romanos accuſauit . In populo uero Lucullum ipſum adiecit:quem inſidiarum auctorem in Pompeii caput fuiſſe aſſeuerabat. Nullam uero fidem cum teſtis leuitate tum uerborum inconſtantia ea ſibi accuſatio uendicauit : ſed cum mercede omnes

eum uirum in Lucullum ſolicitatum eſſe cenſerent: tum paucis poſtea diebus addi
tum ſceleri ſcelus rem maxime patefecit. Inuentum eſt enim brutii cadauer eiectū
e carcere: quem naturali ualitudine confectum eſſe dicebant: ſed interfectum a Pō-
peianis recentes uibices & fugillationis ueſtigia declarabant: ne per ipſum etiam ac
cuſatorem res unq̄ in lucem produci poſſet. Ea res plurimum ab republica Lucullū
abduxit. Sed Cicerone poſtremo ſumma cum indignitate ex urbe eiecto miſſoq; in
Cyprum: Catone ab omni publica cura prorſus ſeſe abſoluit. Ferunt autem eum
ſub mortem aduerſa mentis ualitudine captum paulatim contabuiſſe. Porro Cor-
nelius nepos non ætate mala: neq; naturali morbo: ſed medicamentis ab Caliſtene
quodam liberto ſuo corruptum in id incidiſſe prodidit. Caliſtenem uero ea ſibi me
dicamina propinaſſe: quia uim amatoriam habuiſſe crediderat: Lucullumq; tantū
ab rationis uſu abfuiſſe ut uel eo uiuente omnis rei familiaris cura Marci fratris cō
ſilio fuerit gubernata. Atq; maxima eius beneficia in patriam & ingens gloria tum
domi tum parta militiæ omnium ī memoria peruigebat: ut mors eius luctum ſuis
populo mœrorem bono cuiq; lamentationem attulerit. Concurrebant eo omnes. &
nobiliſſimis ab adoleſcentibus delatum in forum corpus ſepelirī uolebant in cam
po martio ubi Sylla iacuerat: nemine ex Luculli neceſſariis id expetente. Haud enī
facilis apparatus ille fuiſſet. Quare Marcus frater multis a populo precibus impe-
trauit: in agro tuſculano Luculli funera celebrari. Nec ipſe ingenti fratris merore
affectus multum deinde temporis ſuperuixit: ſed bona cum eius ætate atq; gloriā
uita quoq; pariter eſt extincta. Ego itaq; Luculli mortē perbeatam maxime oppor-
tunamq; iudicādam arbitror. Non enim quam romanæ libertati infenſa fata mo-
liebātur: fœdam lachrymabilem miſeramq; reipublicæ peruerſionem uidit. Ceterū
liberam adhuc ægrotam tamen atq; labantem patriam cum uita reliquit. Idq; in
primis omnium Lucullo Cimoniq; commune fuit: quandoquidem & iſte nondū
turbatis ſed īgentibus adhuc Græciæ rebus diem obiuit. Non tamen ut ille a repu-
blica ſolutus atq; diuiſus ſed pariter cum uita & imperium & Cimonis militia ceci
dere. Neq; ab armis honoribus atq; trophæis: uelut in portum quendam ſeſe in po
tus comeſſationeſq; contulerat: ceu mordaciter in Orpheum ait Plato arbitratū
eos qui bene honeſteq; uixiſſent: apud inferos premium manere crapulam ſempi-
ternam. Otium uero atq; tranquilla quies & clariſſimum litterarum ſtudium ho-
neſta cum uoluptate coniunctum digniſſimum cum grandiori ætate uiro & a ciui
libus bellicisq; muneribus abſoluto ſolatium uideri debet: Verum ab ingenti rerū
geſtarum gloria in luxum uoluptatemq; defluxiſſe: & reliquum uitæ in iocis atq;
deliciis uelut imperiorum uictoriarū aphrodiſia ideſt Veneris feſta egiſſe: hāc haud
pulchram uitæ mutationem exiſtimo: neq; Xenocratem imitātis: ſed ad Epicuri ſē
tentiam potius inclinatæ. Nec parum mirari ſoleo: ſiquando cum primis ultimas
eorū ætatis partes ipſe contulero. Etenim illis mos; iuuentus prorſus contraria fuit
Cimonis quidem infamis atq; ſoluta: Luculli uero temperans & erudita. Melior is
ita q; eſt: qui in meliorem uitæ īſtitutionem conuertitur: et longe laudabilius eſt id
ingenium: ubi areſcentibus uiciis: uirtutes continuo floreſcunt. Atqui amplas diui-
tias pari ſibi ratione quæſitas non pari tamen ſplendore erogauerunt. Quis enim
auſtralem arcis murum: quē Cimonis opibus abſolutū fuiſſe conſtat: Luculli thala
mis atq; tumulis piſcoſis riuulis circūſeptis quos ipſe circa Neapolim barbaris ma
nibus exædificauit: non digne antepoſuerit? Quis præterea cum Cimonis Luculli
menſam contulerit: cum officioſa & humaniſſima luxurioſam atq; regalem? Hec
enim ad paucorum delicias ingentes diuitias effundebat: illa modeſtis ſump-
tibus enutriebat quotidie multos. Sed pro temporum tamē uarietate res ipſæ com
pēſādæ ſūt. Incertū fuerat enī ſi publicis a laboribus atq; magiſtratibus ī trāquillā

ocioſamq; ſenectutē defluens Cimon faſtigioſam laſciuamq; duxiſſet uitam: præ
ſertim cum uiri ingenium non ab immoderato uini uſu non ab mulierum amori-
bus nō ab omni deniq; uitæ feſtiuitate abhorruerit. Cæterum maximarum rerum
aſſiduæ meditationes atq; conſilia & bellorum tum crebra pericula tum innumera
biles pene labores: cæterarum uoluptatum impetum intermittunt in his potiſſimū
animis: qui generoſa quadam nobilitate ad capeſſendam gloriam nati ſūt. Nemo
uero tam ſubtilis criminum inquiſitor: non uitiorum quiſq̄ tam acerrimus accuſa
ror eſſe potuit: ut ſi dum imperium bellumq; gerebat Lucullus: diem ultimū obi-
iſſet uel unam huic uiro calumniam potuerit inuenire. Sed de ipſorum uita ſatis.
Bellicis uero in rebus ambos terra mariq; clariſſimos duces fuiſſe conſtat. Cæterum
ſicut athletas eos qui eodem die una palæſtra luctaq; coronantur: inſueta rei magni
tudine uictorias uocāt: ſic Cimon uno die pedeſtri naualiq; trophæo coronās Græ
ciam iure ſuo in bellicis artibus primas ſibi partes uendicare uidetur. Patriæ deinde
Cimon: Lucullo uero patria imperium dedit. Et hic ampliſſimis Romæ ſocialium
uiribus urbium res maximas geſſit: Ille uero ſubiectā imperio Græciæ patriā uſq;
adeo extulit: ut ſuperatis hoſtibus nō eam modo liberam fecerit: ſed ſibi quoq; græ
carum rerum ſummam adiecerit. Perſas enim deuictos ab acceſu maris prohibuit:
& ſuaſi ab eo lacedæmonii Græciæ ſponte imperio cōceſſere. Si maximum præterea
imperatoris officium ducimus obedientiam ſibi militum cum beniuolentia compa
rare: profecto Cimon Lucullo anteponendus erit: quando quidem iſtum milites
ſui neglexerunt: illum uero ſocii ſumma cum admiratione fuerint uenerati. Ab iſto
ſui defecerint: ad illū alieni cōfugerint. Et hunc deniq; milites quibus cum ad bel-
lum egreſſus erat regredientem deſeruerint: ille uero domum redierit princeps eoꝝ
quippe: quorum ſub imperio primum enauigarat: tria omnium difficillima cum
hoſtibus pacem cum lacedæmoniis concordiam inter ſocios imperium aſſecutus.
Florentiſſima uero imperia regeſq; delere potētiſſimos uterq; adortus in ipſo pene
rerum ac bellorum culmine cecidere. Cimon nempe aduerſa ſolum fortuna præo-
cupatus nam & imperator & in maximo gloriæ flore extinctus eſt. Luculli uero ca-
ſum non ita in fortunam tranſferam: quin ſibi aliquam eius rei cauſam aſcriben-
dam arbitrer. Siue enim ignarus ſiue negligens id erit: ſummo ſibi detrimento fuiſ
ſe quis dubitat? q̄ militum audaciam temeritatem auaritiam uerba ſeditiones non
compoſuerit. Quæ omnia fortunæ peſtis monumēta præ ſe ferebant: ſed id propo
nēdum Cimoni quoq; commune fuit. Etenim ciuibus ſuis inuiſus per oſtracos id
eſt ſuffragii genus damnatus exulauit: ne decē annos eius (ut īquit Plato) uocem au
dirent. Nobiliſſima enim & ſumma uirtute ornata ingenia: quia non ad uoluptatē
cōſilia ſua referunt: multitudini perraro placere conſueuerunt. Si uero publicos er-
rores hominum peccandiq; licentiam comprimere ſtudeant: ad intolerabile ſui faſ
tidium uulgus accēdunt: perinde ac medicorum uincula: quæ tametſi ad pulchrum
naturæ ordinem membra componant: toleratu tamē difficillima ſunt. Quamobrē
omne fortaſſe eiuſmodi crimine tantos uiros abſoluere dignum fuerit. Atqui mul-
to longiora Lucullus itinera cum copiis ſuis emenſus eſt: & in remotiores orbis ter-
rarum regiones penetrauit. Primus enim romanorum omnium cum exercitu Tau
rum ſuperauit: Tigrim traiecit: Aſiæ regias ipſo ſub hoſtium aſpectu Tigranocerta
Cabyra Synopem Inſibim cæpit diripuit incendit. Omnem Aſiam ſeptentriona-
lem uſq; ad Phaſidem orientalem uſq; ad Mediam auſtralem uſq; ad rubrum
mare romano adiecit imperio. Et potentiſſimi reges tot a ſe uictoriis profligati nil
prorſus aliud q̄ nuda corpora referentes in uaſtas ſolitudines ſiluaſq; inacceſſibiles
& nullo antea humano ueſtigio præſignatas ceu fere aufugerunt. In hoc autē Lu-
cullus maxime præferendus eſt Cimoni: q̄ perſe ceu nil graue ſub Cimone paſſi

continuo in Græcos arma mouerunt:& ingentem eorum exercitum in ægypto uicerunt fuderunt trucidarunt. Cæterum post Lucullum quid egit Tigranes dignum memoria? quid Mithridates cum his superioribus cladibus obtritus atq; cõfractus: nec modo semel aduersus Pompeium copias suas extra uallum educere ausus fuerit:sed sola fuga saluti suæ consulens in Bosphorum sese recepit? Tigranes uero cũ nudus atq; inermis coram Pompeio supplex humi procubuisset:sublatum propriis manibus e capite diadema ad illius pedes deposuit. Neq; tam Pompeii uirtute q̃ Luculli uictoriis in eius spectaculi miseriam corruit: & regni insignia quasi prius ablata tunc sibi restituta iocunde suscæpit. Clarior is itaq; imperator dicendus est: cuius artibus ui tute ingenio industria uigilantia aduersarii uires magis contundunt. Cimon præterea his cum hostibus bellum gessit:quorum sub Themistocle Pausania & Leotychida asperrimis cladibus uires animiq; ceciderant. Quare & suis uictoriis id plurimum conduxisse par est. Nam facillime cõfractis animis corpora debellari solent. Lucullus uero cum Tigrane immenso imperio innumeris copiis amplissimis opibus clarissima maximarum uictoriarum gloria florenti congressus est. Si hostium deniq; numerum utrinq; considerare uelimus:tanto Lucullo Cimon erit inferior:ut non modo non par:sed ne quidem cum illo conferendus esse uideatur. Vtriq; tamen perspicuum est afflasse cæleste numẽ:præmonuisseq; Lucullum quidem quæ adoriri:illum uero quæ obseruare debuerit: & ambos Deorum suffragiis in tam sublime gloriæ fastigium euasisse.

NICIAE VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

QVONIAM VT ARBITROR NON ABSVRde Niciam Crasso & parthicos euentus casibus siculis conferre posse uidear:admonendos fore putaui siqui forte ad hæc legenda accesserint: ne merga Tuchydidem qui de his rebus ornatissime atq; accuratissime summa cum uarietate & copia scripsit:eodẽ esse animo arbitretur:quo Thimeus olim fuisse perhibetur:qui cum Tuchydidẽ grauitate ac uehementia facile superare posse præ se ferret: & Philisti historiam tãq̃ rudis & ĩepti scriptoris aspernaretur: in his præsertim quæ ab illis ornate copioseq; scripta fuere:ipse tamen usq;adeo contemnendus apparet: ut non pedes quod Pindarus ĩquit lydium currum sequi uideatur:sed plane ĩfans atq; ridẽdus euadat:atq; (ut Difilus inquit)supra modum pinguis & sicula crassitudine delibutus appareat:sæpe enim ad ridenda quædam ac leuia minimeq; ad historiæ cõtextum pertinẽtia digreditur:ueluti cũ athenienſibus aduersũ fuisse refert:q; Nicias imperator declaratus militiã obtrectaret:cui a uictoria cognomẽ esset:aut cũ propter lacerata Mercurii signa dæmones athenienſibus portendisse dicit multa illos ab

Hermocrate Hermonis filio aduerſa paſſuros ī bello. Scribit īſup conſentaneum ſibi uideri Herculē Syracuſanis eſſe propitium ob Proſerpinam: cuius ope & auxilio Cerberum capere meruit. Atheniēſibus uero infenſum eſſe: q; Egeſteos Troiana ſtirpe oriundos ſeruaſſent: cum ipſe Laomedonte regnante Troiam euertiſſet. Verum eiuſdem (ut arbitror) prudentiæ eſt Philiſti hiſtoriam emendare: & Platonis & Ariſtotelis: q; idem fecit dicta reprehendere. mihi uero æmulationes ī ſcribendo contentioſæ penitus homine libero īdignæ uideri ſolent: ac ſophiſtis præcipue conuenire: quos etiam ſi contentionis tantum cauſa ſcribere putem: dementes eſſe cenſebo. Sed quoniam quæ a Tucydide & Philiſto ſcripta ſunt: prætergredi non licet: præſertim quæ uitam hominis & mores continere uidentur: q̄ breuiſſime illorum ſcripta percurrens carptim quæcunq; mihi neceſſaria fore putauero aſſumam. Reliqua uero quæ plurimos latent atq; ab aliis ſparſim narrata ſunt maxime uero priſcis monumentis & decretis contenta in unum colligens conabor hiſtoriam contexere: non inutilem (ut arbitror) futuram: ſed quæ ad uitæ mores recte inſtituendos plurimum ualeat. Primum igitur Ariſtotelis de Nicia teſtimonium referendum cenſui: qui tres optimos Athenis ciues ac ſumma in patriam caritate & beniuolentia affectos fuiſſe refert: Niciam Nicerati: Tucydidem Mileſium: & Theramenem Agnonis filios: licet hic poſtremo loco non iniuria ſit collocandus cum propter generis obſcuritatem tū quod inſtabilem ſemp ad miniſtrandā rep. ſentēti am habuit: & modo has & modo alias partes ſecutus eſt: ita ut coturni etiā cognomen acceperit. E duobus reliquis Tucydides quidem natu maior erat multaq; ſimul cum Pericle per ea tempora ciuitatis principe optima atq; preclara erga rempu blicā operatus eſt. Nicias autem quanuis admodum adoleſcens: tamen adhuc Pericle ſuperſtite dignitatis aliquid & auctoritatis meruit. Nam & præturam cum illo geſſit & in magiſtratibus plurimis illi plærunq; ſucceſſor delectus eſt. poſt mortē uero Periclis non ambigue primæ in rep. partes ad eum delatæ ſunt: præcipue abhis qui in ciuitate diuitiis & nobilitate præſtabant. huius enim potentiam Cleonis audaciæ atq; ſuperbiæ opponere conabantur. Nec tamen alienam a ſe uoluntatem Nicias habuit. Cum enim Cleon ſeniorum maxime partes foueret: mercede etiam illorum animos corrumpens: tamē his ipſis quibus tantopere ſtudebat gratificari: odioſa ſuperbia illius erat: iccirco Niciæ potentiam extollere nitebantur: qui licet etiam paulo ſeuerior haberetur: non tamen grauis erat aut auſtera nimis eius ſeueritas: ſed comitate quadam & urbanitate condita: præterea timoris & cautionis ſimilitudine ad ſui amorem multitudinem alliciebat. Cumq; natura formidoloſus admodum eſſet atq; remiſſus: in bellicis quidem rebus fortunæ proſperæ euentus illius timiditatem occultauit: in republica uero adminiſtranda modicitas atq; abiectio animi: præterea mitis erga calumniatores tolerantia manſuetudinem quandam popularem præ ſe ferre uidebatur. multumq; ſibi fauoris & beniuolentiæ a multitudine conciliabat: cuius maxime proprium eſſe uidetur magnos & audaces in republica uiros odiſſe: timidos autem magnos efficere: q; maximi etiam honoris loco plæbs reponat: ſi ſe magnis uiris contemptui non eſſe animaduertat. Pericles igitur uirtute & orationis uehementia plurimum potens in ciuitate magnus habebatur: nec ullius artis quæ ad mulcendos multitudinis animos ualeat ignarus putabatur. Nicias uero harum artium expers diuitiis autem egregie abundans illarum auxilio populi fauorem ad ſe traducebat. Cumq; facilitate Cleon & Sciliri quadam urbanitate Athenienſium beniuolentiam comparaſſet: Nicias minime ſe his artibus ualere ſentiens uariis ſumptibus ad uoluptatem excogitatis gratioſum ſe ad populum reddere meditatus eſt. Atq; in hoc omnes quicunq; antea fuerant aut hactenus poſt ipſum extitere gratia & liberalitate ſuperauit: ita ut multa etiam ad noſtram ætatem eius monumenta ſuperſint: uelut Palladium ad huc in arce conſtitutum: & in templo Dionyſii ſtatua eius inter feſtos tripodes recubantis

Sæpe enim ſpectaculis feſtiſq; populo exhibendis: cum certaſſet: reliquos omnes facile ſupauit: nec ab ullo fuit ipſe aliq̃do ſupatus. Traditᵉ in ſolẽni quodã ſpectaculo Nicie ſeruum adoleſcentem forma præſtantiſſimũ & Dionyſii habitu inſignem ad populũ proceſſiſſe. Cũq; ab omnibus clamor & plauſus ſublatus eſſet adoleſcentis ornatum & pulchritudinem admirantibus: aſſurgens Nicias: Nefas īquit eſſe arbitror uiri athenienſes ſeruire hunc adoleſcentẽ: qui tanto omnium conſenſu Deo ꝑſimilis iudicetur: propterea liberũ illum eſſe iubeo. Memoratur præterea magnifice præclareq; ī Delum ſacrorum facta deductio. Cum enim chori qui in honorem Apollinis carmina quædam cantaturi a ciuitatibus græciæ in Delũ quotannis mitterẽtur: cõſueuerat utrunq; ſors tuliſſet nauigãtes nullo ordine turbæ incõpoſitæ obuiam procedenti carmina referre: coroniſq; ac ueſtibus nulla adhibita reuerentia ſumptis temere ad Deũ ſalutãdũ accedere. Nicias uero huius ſacri deducendi gratia ab athenienſibus in Delum miſſus: cum omni choro in Riniam Delo finitimam inſulã deſcẽdit: ſacrificia cuncta atq; apparatũ ſecum deducens: nocte deinde ſublitium pontem: quem auro uariiſq; picturis atq; auleis egregie ornatum Athenis ſecum portauerat: e nauibus educẽs Riniam Delo cõiunxit: cũ non magno admodũ inter ſe ſpatio inſulæ diſtent. Poſt hæc inſequentis diei prĩcipio per eum quem dixi pontem uniuerſum pompã & chorum mirifice ĩſtructum ſuauiſſimis cantibus in Delum traiecit: inde ſacrificiis ac certaminibus cõuiuiiſq; peractis ex ære ĩgentem palmam eius rei monumentũ futurum Deo cõſtituit: & de cẽ dragmarum milibus agrũ mercatus Deo ſacrificauit: ac delios iuſſit eius agri prouẽtus capientes annua ſacra deo facere: multaq; bona precatos Nicie ſplẽdidiſſima cõuiuia celebrare. Hæc omnia in columna inſcribi curauit: eamq; ueluti eius monumẽti cuſtodem in Delo reliquit. Sed non multopoſt uentorũ impetu palma deiecta ſtatuam etiam quæ in proximo locata erat: ſubuertit. Atq; hæc illum uulgaris gloriæ & ambitionis gratia tum popularis fauoris aucupãdi gratia feciſſe non īmerito forſan ſuſpicari quiſpiam poſſit: quãq̃ omnem uitam ac mores non alienos a religione ſẽper fuiſſe animaduertat. Sĩgulis enĩ diebus ſacra Diis faciebat: domi quoq; uates habebat: quos aſſidue de reip. futuris euentibus conſuleret: ac diligenter etiam priuatis de rebus omnibus eorum ſentẽtias perſcrutari ſolitus eſt: præſertim uero de argenti effoſſione qd nam ſibi auſpicia caſurũ portenderẽt: accurate ſciſcitabatur. Nanq; argenti fodicinã in agro habebat maximi ſane prouentus: uerum ſũmi periculi ac laboris opus: in quo magnam ſeruorũ turbam aſſidue fatigabat. Itaq; plurima diuitiarum ſuarum pars argento atq; pecuniis continebatur: & propterea multos circa ſe continuo petitores habebat: e quibus nemo ferme abibat uacuus. Non minus enim his a quibus mala quiſpiam timeret: q̃ his qui de ſe benemeriti eſſent: tribuere conuenit. Itaq; plurimis hominibus facultates eius utilitatem afferebant: malis quidem timoris cauſa: bonis autem ob ingenitam in omnes humanitatem & liberalitatis ſtudium: quarum rerum a poetis comicis teſtimonia ſumere licet. Teleclides enim calumniatorem quempiam talia dicentem inducit: Caricles minam unam tradere noluit: ut eius malefacta ſilerem: At Nicias Nicerati filius quattuor dedit. Cur uero dederit & ſi optime norĩ: nequaq̃ tam̃ efferre uolo: eſt enĩ mihi peramicus. Eadem ferme ab Ephoro & Ariſtophane dicũtur. Frinicus etiam uehementer pauidum ac dimiſſo animo fuiſſe his uerbis illum oſtendit: de quodam amico ſic loquens: Hunc ego ciuem optimum fuiſſe: neq; humilẽ aut abiectum uixiſſe: quẽadmodum Niciam compertum habeo. Ex hoc igitur ex calumniatoribus obnoxius neq; conuiuia cum equalibus celebrare: nec aliquem ſermonis & quotidiane conſuetudinis ſocium habere auſus eſt: ſed cum magiſtratum aliquem gereret: in curia ſemper ad noctem uſq; permanebat: atq; in ſenatum primus cum ueniret: omnium poſtremus digrediebatur. Cum uero nullo munere publico fũgeretur: difficillimus ad eius colloquium patebat aditus: q; ſe domi clauſum plerunq; contineret: amici uero pro foribus adſtantes & accedentibus obuiam procedentes Nicie ueniã

dari precabantur: q; publicis occupationibus impeditus aures illis præbere non pos/
set. Erat īter familiares præcipuus Hieron quidam: qui maxime illius gloriam & digni
tatem augebat: plurimo tempore illius domi nutritus: unaq; secum musicæ & littera
rum disciplinis īstitutus. Hic se Dionysii filium asserebat: qui ferreus cognominatus
est: & poemata nonnulla composuit: quorum aliqua ad nostram usq; ætatem permā/
serunt. Hic etiam coloniæ quæ ab Athenienſibus in Italiam missa est: ductor constitu
tus Tyriorum ciuitatem ædificauit. Is igitur Hieron obscura uatum responsa Niciæ ī
terpretari consueuerat: atq; rumores in populo uulgauerat: Niciam laborioſe admo/
dum atq; iocose ob nimiam quam pro ciuitate gestabat solicitudinem uiuer̄: quippe q;
in balneis etiam atq; intercœnādū reip. aliquod profuturum cogitare nūq̄ desisteret:
et priuata etiam negocia propter publicorum munerum administrationē negligeret:
nec somnum etiam capere propter curarum posset anxietatem: & ex hoc imbecillo at/
q; inualido corpore effectum: neq; amicis congredi neq; ullam cum eis uoluptatem
capere posse: quorum etiam cōmoda atq; utilitates reip. causa contemnere cogeretur:
non idem faciens quod pleriq; consueuerunt: qui amicos ex publico ditātes quæstui
simul ac ludibrio remp. habent. Hæc palam dictitare atq; in uulgus iactare consueue/
rat: & pfecto Niciæ uita fere talis erat: qualis ab illo prædicabatur. Itaq; frequēter illud
Agamēnonis habebat in ore: Vitæ nostræ præsidem turbam sortiti sumus: multitudi/
niq; proculdubio seruire cogimur. Cum permulta in rep. non recto iudicio fieri ani/
maduerteret: populumq; non tam grauibus ac sapientibus uiris: præ his qui plurimū
dicendi audacia præstarent: fauere: excellentem uero gloriam aut prudentiam iuisam
populo atq; suspectam esse cōspiceret: quod Periclis damnatio ac relegatio Damonis:
& erga Antifōtem Rannusium summa diffidentia testabatur: quæcūq; ad eum labo/
ris aut periculi nimium habitura imperia deferebantur: repudiabat: maxime in hāc sē
tentiam Pachitæ exemplo confirmabatur: a quo Lesbus capta est: qui cum e bello redi
ens gestarum a se rerum rationem in senatu reddidisset: educto gladio seipsum intere/
mit: ut inimicorum calumnias euitaret. Cum uero necessitate compulsus administrā/
da quædam susciperet: exercitus saluti atq; incolumitati īprimis cōsulebat: ac siquid
præclarum gerere contigisset: eius gratiam non uirtuti ac prudentiæ suæ: sed fortunæ
magis aut Deorum benignitati acceptam referēs: gloriam suam qua minime poterat:
inuidiæ obnoxiam facere conabatur. In quo præclare sibi consuluisse aliorum casus do
cuerunt. Cum enim multa reip. aduersa sub unum fere tempus contigissent: multæq;
in ea perturbationes extitissent: ipse omnium expers atq; īmunis euasit: quod facile p
singula eius temporis gesta recēsentibus apparet. Nam clades quam a Chalcidensibus
in Thracia Athenienses accepere: sub Calliade & Cherofonte imperatoribus contigit.
Ab ætholis uero accepta calamitas est: cum dux exercitus Demosthenes esset. At cum in
Delo Athenienſium decemmilia cæsa sunt: Ipocratem fuisse imperatorem non ambi/
gitur. Inductæ uero intra ciuitatem pestilentiæ ī Periclem causa refertur: qui belli effu
giendi gratia multitudinem omnem ex agris in urbem conuocaret: quapropter illi &
locorum insolentia & urbani uictus desuetudine tabefacti pestem subito in ciuitatē
cōcitarunt. Horum igitur (ut antea dixi) malorum omnium ne minima quidem suspi
cio Niciam attigit. Itaq; semper in ciuitate permansit incolumis. At uero militiæ gesta
præclare multa ab eo sunt. Nam imperator contra Lacedæmones creatus Cytharam ī
sulam cæpit Laconicæ regioni adiacentem: & tunc a Lacedæmonum colonis inhabi/
tatā. Plurimas etiam in Thracia quæ ab Athenienſibus defecerant: ciuitates recupera/
uit. Cūq; Megarēses intra mœnia compulsos clausisset: primo quidem Minoam īsu
lam cæpit: nec multo post illīc discedens Nisea potitus est. Inde in corinthium agrum
progressus: ingenti prælio illos superauit: multisq; uirorum milibus interfectis Lico/
fronem etiam imperatorem occidit. Cūq; illinc discedens & iam aliquantum itineris
progressus amicorum duo cadauera īsepulta reliquisse meminisset: agmen uniuersū

ſiſtere iuſſit:atq; ad hoſtes præconem miſit:qui mortuorum cadauera ad ſepulturam repeteret. Neq; illam ſeu legem ſeu conſuetudinem ueritus eſt:qua cõmuniter ab omnibus iudicatur:illos hoſtibus uictoriã tacito conſenſu tribuere: qui corpora ad ſepulturam repetere coguntur. Itaq; Trophœi ſtatuendi quibus id euenerit imperatoribus facultas adimitur. qui enĩ uicerint:potentiores eſſe iudicantur: itaq; eos precario qcq̃ ab inferioribus petere abſurdum uidetur. Attamen Nicias uictoriæ opinionem & gloriæ negligere maluit:q̃ ſuorum ciuium corpora inhumata relinquere. Poſthæc aduerſus Lacedæmonios profectus:eorum maritimam regionem populatus eſt:ſuperatiſq; copiis quæ ſibi obuiam uenerant: Tyream occupauit:quam per id tempus Eginenſes tenebant:atq; omnes captiuos Athenas perduxit. Cum omnis Peloponeſſus conſpiratione facta terra mariq; Athenienſibus bellum propterea intuliſſet:q; Demoſtenes locum quem illi Pilon appellant:muro fabricato clauſiſſet:uiginti prælio cõmiſſo: quadringenti ferme Spartiatæ milites in inſulam quæ Stactyra dicitur confugerunt. Hos capere uehementer optabant Athenienſes: uerum ardua ſane ac perdifficilis obſidio futura uidebatur:cum propter locorum aſperitatem & aquarum penuriam: tũ q; maximam atq; ad res gerendas aptiſſimam æſtatis partem in his locis conſumendam fore uidebant: hyeme uero locorum præſidio tutos cernebant hoſtes futuros:cum nulla ex parte facilis ad eos aditus pateret. Hæc igitur Athenienſium animos diſtrahebat:& ſeſe grauiter accuſabant:q; miſſos a Lacedæmoniis de pace legatos repuliſſent. Cuius rei Cleon in rep. adminiſtranda Niciæ aduerſarius fuerat auctor. Is enim cum Lacedæmoniorum opibus fauere Niciam:ſed eorumq; amiciciam affectare conſpexiſſet: populo perſuaſit:ut pacis conditiones repudiarent. Sic igitur circa Stactyram iam pridẽ cœpta obſidio in longum duratura uidebatur:multaq; toleratu grauiſſima obſidentem exercitum perpeti continuo nuntiabatur:magnaq; in Cleonem ea de cauſa ſuſcitabatur indignatio:quam ille omnem in Niciam retorquebat:aſſerens illum timiditate atq; mollicie implicitum:ut obſeſſi tales uiri e manibus dilabantur effecturum:q; ſi ſibi imperatorem fieri contigiſſet: non tandiu tergiuerſandi ſpatium illos habituros fuiſſe. His uocibus Athenienſium aliquot permoti:quin tu igitur aiebant:etiam nũc ad rem conficiendam proficiſceris. Ipſe etiam Nicias aſſurgens:Atqui tibi licet inquit meo conceſſu expeditionem hanc ſuſcipere:et ſimul quotcũq; uelis copias aſſumere: nec ſẽp uerbis dũtaxat audacẽ te præſtare:nullum reip. cauſa periculum ſubire uolentem. His dictis grauiter permotus Cleon:primo quidem pudore detentus hoc a ſe munus repellere conatus eſt. Inde cohortantibus uehementer Athenienſibus: grauius increpante Nicia:ambitionis etiam ſtimulis agitatus militiam ſuſcipit:ac ſimul temporis ſpatium præfiniuit:iuratus ĩtra uigeſimum ex quo nauigaſ cœpiſſet diem:aut omnes illos ad quos oppugnandos pergebat ſe ĩterfecturum:aut uiuos & captiuos Athenas ducturum eſſe. Magno igitur ab omnibus riſu iuramentum eiuſmodi exceptum eſt:q; illud nemo præſtare id poſſe confideret: ac inſuper eius leuitatem furoremque admirarentur:quem & alias non ſine maxima iocunditate ludibrio habere conſueuerant. Fertur enim cum aliquando ad concionem habiturus populum conuocaſſet:illi q; frequentes coiſſent:ac per multum temporis ſpatium ſedentes expectaſſent: illum tandem coronatum aduenisſe:atq; ut in poſterum diem concionem differrent hortatum eſſe:neq; enim ocium ſibi illa die ad id peragendum ſuppetere:q; hoſpites conuiuio accepturus ſacraq; Diis ĩmortalibus facturus eſſet. Ita Athenienſes riſu excitato: nihilq; ea de cauſa turbatos ſoluta concione abiiſſe. Is igitur (ut antea dixi) imperator ad eius inſulæ oppugnationem creatus:proſpera fortuna uſus eſt. Nanq; Demoſteni ſuccedens ĩtra præfinitum a ſe tẽporis ſpatium omnes qui pugnæ ſuperfuere ſpartiatas armis ademptis captiuos Athenas duxit:quæ res magnam Niciæ ignominiam attulit: ſiquidem non abiectione clypei:ſed longe deteriori timiditatis argumẽto ĩpetandi curam ſe neglexiſſe patefecit. Nec ueritus eſt homini in adminiſtrãda republica

aduerſanti tam præclari facinoris patrandi occaſionem præſtare ultroq; tantæ rei præficere imperatorem. Igitur non iniuria ab Ariſtophane ī comœdia: q̄ Georgia dicta eſt: notatur: ubi agricultorem quendam talia dicentem facit: Ego quidem colendis agris ītendere cupio. At quis te prohibet? Vos. Sed mille dragmas daturum me polliceor: ſi a gerendis magiſtratibus efficiatis immunem. Nos uero ac libenter quod polliceris accipimus. Duomilia etenim erunt dragmarum: his quas Nicias etiam pro īmunitate dedit: cōnumeratis. Nec parum ſane ciuitati ea res attulit detrimenti: quandoquidem gloria & potentia Cleoné eo uſq; auxit: ut faſtu & audacia intolerabilis factus & Niciæ fidentius aduerſari: & in ciuitate res haud quaq̄ probandas tentare ſit auſus. Orandi uero grauitatem omnem atq; ornatum ſubuertit: cum primus inter orandum uociferari & ueſtem ab humeris reiicere ac femur percutere & per pulpitum interdicendū ex currere cœpit: ex quo ſumma in poſterum licentia & qui omnia turbauit decori contemptus apud hos qui remp. adminiſtrabant inſecutus eſt. Etiam Alcibiadis nomen ītter Athenienſium principes eminere cœperat: non malum illud quidem: ſed quemad modum ægypti regio: cum ſit feraciſſima: medicamenta profert ſaluberrima: uenena etiam perniciоſiſſima fundens: ita Alcibiadis ingenium cum egregie utranque partem excelleret: magnarum in rep. nouationum occaſionem præſtaturum uidebatur. Quæ res Niciæ plurimum attulit impedimenti Cleonis etiam inimiciciis īplicito: quo minus perfectam ciuitati quietem & trāquillitatem tribuere poſſet. Cū enim laudabiliter id agere aggreſſus eſſet: repēte Alcibiadis faſtu atq; ābitione ad bellū exire coactus eſt. Qua de re latius dicere aggrediar: altius aliquantum principio repetito. Qui ciuitatis ocium pacemq; non æquo animo tolerabant: duo præcipue Athenis erant Cleon & Braſidas: quorum alterius uitia bellum occultabat: idemque alterius uirtutes redebat illuſtriores. Atque huic latrocinia & ſcelera plurima: illi uero egregia quædam facinora perpetrandi occaſionem bellum præbebat. Hi cum apud Amphipolim pugnā-tes ambo cecidiſſent: Nicias egregiam ad res gerendas occaſionem ſortitus: ſpartiatas iamdudum pacis auidiſſimos Athenienſibus coniungere aggreſſus eſt. Cūq; Athenienſes proxima clade debilitati non amplius belli fortunam tentare auderent: & utriq; iam feſſi fatigatiq; manus præbente ſtudioſe Nicias efficere conabatur: ut ambo in amiciciam pacemq; coeuntes: non modo ſibiipſi: ſed uniuerſæ græciæ aliquando malorum finem imponerent: pacemq; etiam poſteris ſæculis duraturam firmarent: atq; ad hoc ſtatim ſeniores ac locupletes omnes uniuerſam præterea agricolarum turbam paratiſſimam habuit: reliquos uero ſiqui duriores inueniebantur: priuatim Nicias admonens: ac reip. conditiones & ſtatum edocens: tardiores ad belli cupiditatem efficiebat. Iamq; Athenienſium animos ad pacem propenſiores intuitus: ſpartiatas ut optime de pace ſperarent: iugiter hortabatur: nec illi uerbis eius ac pollicitationibus diffidebant: cum ob præclariſſimas quæ in eo uiro uirtutes eminebant: tum q̄ eos qui in Pilo capti fuerant: ſummo ſtudio & humanitate iam inde ab initio complexus captiuitatis infortunium ſua cura & diligentia toleratu facilius illis reddiderat. Igitur inducias annuas primo inter ſe pepigere: quo tempore conuiuia & potationes inuicem p mixti celebrantes: quietis & ocii indies cupidiores fiebant: ac talia quidem carmīa paſſim decantari audiebantur: Iaceas utinam haſta mea q̄diutiſſime: atq; aranearum telis operiare. Tum illud in ore frequenter habebant: Eos qui in pace ſomnum capiunt: non tubarum ſtrepitus ſed gallorum excitat cantus. At talia quædam dicentes ſūmo plauſu & hilaritate ab omnibus excipiebantur. Contra uero ſiquos talia dicentes audiſſent: q̄ hi demum bello clariſſimi euadunt: quibus q̄diuturna belli gerendi præbetur occaſio: grauiter obiurgabant. Itaq; tacito inter ſe conſenſu pacem firmaſſe uidebantur. Iamq; finem malis impoſitum eſſe prædicabant: & magnum apud omnes Niciæ nomen habebatur: q̄ uir eſſet Diis amiciſſimus: nec ſine Deorum numine a re omniū præclariſſima uictoria ſcilicet propter īſignem religionem ac pietatem ſortitus nomē

putabatur. Nam græce nichi uictoria nuncupatur. Atq; omniũ idem conſenſus erat: ut Niciæ pacem Periclis bellum proprium opus eſſe arbitrarentur: cum hic minimis p̃ ſæpe de cauſis ĩ maxima bella & calamitates Græciam conieciſſe uiſus ſit: ille uero gra uiſſimas etiam iniurias ſuos ciues obliuiſci perſuadens amiciciam cum hoſtibus con ciliauerit. Propterea tũc ſuo opere ac labore perfectam pacem ex auctoris nomine Ni ciam appellabant. Cum iam igitur de pacis conditionibus inter utroſq; populos cõue niſſet: atq; captiuos homines agroſq; & ciuitates inuicem captas utriq; reddendas ſta tuiſſent: ſorte diſcerni placuit: quinam priores in reddendo eſſe deberent. Tunc Nici as clanculum pecuniis exhibitis: eos qui ducẽdis ſortibus præerant: corrupit. Itaq; pri ores reddere Lacedæmonii compulſi ſunt: ut in ſuis hiſtoriis rettulit Theophraſtus. Interea Corinthii atq; Boetii non æquis animis que ab Athenienſibus geſta erant ferẽ tes: bellum excitare conabantur. Iccirco Nicias Lacedæmonios atq; Athenienſes horta tus eſt: ut nuper ab eis inſtitutæ pacis fœderis quoq; uinculum & firmamentum ſup adderent: ſeſeq; firmiores aduerſus hoſtiũ ĩſultus redderent. Vtriq; igitur eis monitis & hortationibus obtemperantes: fœdus inter ſe uinxere. Hæc Alcibiadi nequaq̃ place bant: alioquin ocii paciſq; inimico: & tunc uehementer Lacedæmoniis infenſo: quos omni cultu ac beniuolentia Niciam complecti: ſe uero negligere atq; contemnere ani maduertebat. Palam igitur paci obſiſtere primo auſus nihil profecit. Inde cum Athe nienſes Lacedæmoniis ſubiratos animaduertiſſet: & ſe graui iniuria affectos queren tes: q̃ ſoli cum Boetiis fœdus iniiſſent: tum etiam q̃ Panerum atq; Amphipolĩ urbes ex pacis conditionibus debitas non reddidiſſent: præclaram nactus occaſionem cauſas q̃maxime poterat exaggerare nitebatur: & grauiſſimis uerbis ĩ Lacedæmonios populũ irritabat. Tandem legatos Argiuorum accerſens: ut fœdus cum Athenienſibus facerẽt: perſuaſit. Quæ cum Lacedæmoniis cõperta eſſẽt: legatos cum ſumma omnium pote ſtate Athenas miſerunt: qui ſtatim ſenatum adeuntes omnia ſe quæ illis placuiſſent: facturos polliciti ſunt. Veritus igitur Alcibiades ne populi fauorem pollicitationibus eiuſmodi ſibi conciliarent: legatos arte quadam huiuſmodi fefellit. Cuncta enim quæ cunq; poſcerent ſeſe facturum ſpopõdit: ſi modo iureiurando præſtito polliceantur: nunquid ad populum palam facturos ſe cum libera poteſtate miſſos ueniſſe. Inde p ſuaſos his uerbis legatos in concionem deduxit. Atq; ut primum in totius populi con ſpectum uenere: maxima uoce: ut ab omnibus audiretur: ĩterrogauit: An omniũ quæ agi oporteret liberam poteſtatem habentes ueniſſent. Id illi cum apertiſſime negaſſẽt: ad ſenatum cõuerſus Alcibiades eiuſq; fidem obteſtatus: hortabatur legatos a ſe q̃pri mum dimitterent: neq; eorum uerbis poſthac fidem aut auditum præberent: quos tã aperte mentitos audierint ſibiq; ipſis contraria dictitantes. Nam antea liberam ſe poteſtatem habere uulgauerant. Perculſis autem ſtupore atq; admiratione legatis: cũ eos Nicias excuſare minime poſſet: ſed ipſe quoq; mœrore præſtaret attonitus popu lus quem primum ad uocandos argiuos & fœdus cum eis firmandum cenſebat. Idq; ſummo conſenſu decreturi ſubito fuerant: niſi ea de re conſultantibus ingens ſupue niſſet terremotus: qui quaſi auxilio Niciæ a Diis miſſus cõcionem diremit. Poſtridie cum populus frequens in concionem ueniſſet: ſumma contentione Nicias uix efficere potuit: ut ab eo q̃ de conuocandis Argiuis prædicabant: deſiſterent: ſibiq; interim pro ficiſcendi Lacedæmonem facerent poteſtatem: cum ſe omnia quæ opus eſſent curatu rum polliceretur. Veniens igitur Lacedæmonem Nicias: honorifice admodum ac per benigne ſuſceptus eſt: q̃ eum uirum alioquin optimum: tum ſuis partibus præcipue fauentem accepiſſent. Attamen cum hi qui Boetiorum partibus magis inhærebant: in reip. adminiſtratione præualerent: nihil eorum quæ petebat conſecutus infecto nego cio Athenas rediit: ubi ſũma cum ignominia & maledictis plurimis acceptus eſt. Ipſe uero Athenienſium iracundiam & dolorem formidabat: q̃ ſuis præcipue cohortatio nibus impulſi: uiros qui apud Pylum capti fuerant Lacedæmoniis reddidiſſẽt. Quos

Lacedæmoniorum omnium nobilitate opibus affinitate præſtantiſſimos fuiſſe conſtabat: nihil tamen grauius in ipſum Athenienſes conſuluere: præterq; q; Mantineos & Ethenſes Lacedæmoniorum rebelles una cum Argiuis in fœdus aſciuerunt: ac Pylũ prædatores miſerunt: qui Laconicam circa regionem uaſtarent: ex quo bellum ſubito inſecutum eſt. Cũ cœpta ĩter Alcibiadem Niciamq; ſeditio ualidior ĩdies fieret: Oſtraciſmi fiendi dies appropinquabat. Hoc tãq; purgandæ ciuitati medicamento ad cõſtitutum tempus uti populus cõſueuerat. Atq; illum qui ſupra reliquos ciues uel gloria uel diuitiis uel potentia excelleret: ita ut ſuſpectus in ciuitate haberetur: in decẽniũ extra ciuitatem relegabat. Magnus igitur utrunq; timor inuaſerat: quaſi haud dubie in eorum alterum Oſtraciſmi ſors caſura eſſet. Nanq; Alcibiadis uitam faſtidiebãt omnes: atq; horrebant audaciam: ut planius in his quæ de ſuis moribus tractant: perſcripſimus. Niciam uero cum diuitiarum magnitudo ſuſpectum faciebat: tum eius in omni uita quæſita ſolitudo & morum inſolentia nihil humanitatis ac comitatis habens: ab animis populi reddebat alienum. Cumq; ſæpius uulgi cupiditatibus aduerſatus q̃uis inuitos ſalutaria quædam facere compuliſſet: grauior tamen & aſperior toleratu uidebatur: atq; (ut omnia paucis complectar) iunioribus erat & belli cupidis contra pacis amatores & ſeniores omne certamen: cũ utriq; aduerſus eum quem oderant Oſtracum uertere conarentur. Verum illud per id temporis euenit: quod uulgari etiam prouerbio dici ſolet: ut in ſeditione diſcordiaq; ciuili plerũq; ſordidiſſimis etiam uiris honoribus potiri contingat. Populus enim omnis bifariam diuiſus ad publicos honores aditum ſceleſtiſſimis atq; impudentiſſimis uiris patefecit: ĩter quos præcipuus Hiperbolus erat uir non ex potentia ſortitus audaciam: ſed ob impudentiſſimam audaciam factus potens: quiq; propter eam quam in rep. gloriam nactus eſt: ciuitatem uniuerſã ignominia affecerit. Hic igitur per id temporis ab omni ſe procul Oſtraci ſuſpiciõe abeſſe putans: quippe qui grauiſſimo quoq; ſupplicii atq; ignominiæ genere dignior eſſet: ſperabat cum illorum alter e ciuitate pulſus foret: ei qui reliquus ſuperfuiſſet aduerſarium ſeſe & factionis principem conſtituere: ſumma enim uoluptate ſeditionẽ fouebat: atq; aduerſus utrunq; tacite populum concitabat. Igitur Niciæ atq; Alcibiadis familiares huius hominis peruerſitatẽ conſpicati & per clandeſtina colloquia multa ſuper hac re cõmunicantes finem ſeditionibus imponere ſtatuerunt. Itaq; cõmuni conſenſu effecere: ut illorum neuter: ſed qui medius inter utroſq; ſurrexerat Hiperbolus urbe pelleretur. Ea res primo uoluptatem riſumq; populo præbuit: quem tamen haud ita multopoſt ĩ indignationem conuertit: q; eius ſupplicii dignitatem imminuiſſe uideretur in uirum ſordidiſſimũ abutens. Ineſſe enim huic ſupplicio auctoritatis aliquid arbitrabãtur: & Thucydidi quod aut Ariſtidi atq; horũ ſimilibus Oſtraciſmũ pro ſupplicio rectiſſime dari: tã ſordido autẽ tãq; ſceleſto homini honoris potius & arrogantiæ aliquid afferre: ſi non flagitiis ac ſceleribus ſuis meritas pœnas patiatur: ſed ea tantum ueluti caſtigatione notetur: qua optimi etiam uiri interdum affici conſueuerunt. Et hoc poeta quidam comicus comprehendit inquiens: Quidnam hic operatus eſt: ut uiris primatibus digna pateretur: ſe autem ac flagitiis ſuis indigna: neq; enĩ uirorum talium cauſa Oſtraciſmus ĩuentus eſt. Atq; in hoc uiro finis per Oſtraciſmũ puniendi quẽquam factus eſt. Nemo eſt enim poſt ipſum tali pœna damnatus. Cum Hiparcus Colargeus tyrãni cognatus primus hoc ſupplicii genere damnatus fuiſſet: atq; fortunæ ludum iudicatu ſane difficillimum hac in re animaduertere merito quis poteſt. Si enim cum Alcibiade concertans Nicias Oſtraciſmi ſubiiſſet periculum: aut aduerſario ſuperato magna cum laude & gloria domi futurus erat: aut anteaq; ĩ aduerſos iminentis fortunæ caſus incideret: optimi imperatoris exiſtimatione retenta ex urbe diſceſſiſſet. Neq; uero me latet aliter Theophraſtũ his de rebus ſcripſiſſe: & nõ Nicia ſed Pheace aduerſus Alcibiadem certante Hiperbolum relegatum fuiſſe. Verũ plurimi hiſtoricorum atq; iidem probatiſſimi ſic ut a nobis expoſitum eſt: tradidere. Cũ

Egeſtenſium & Leontinorum legati Athenas ueniſſent: hortãtes ut exercitus in Sicili am ad eius dominium capeſſendum mitteretur. Contra nitens ſumma cõtentione Ni cias ab Alcibiade ſuperatus eſt. Ille enim cum populus uocaretur: omnium animos ĩ genti ſpe compleuerat: & quaſi labe quadam & contagione infecerat ad bellum capeſ ſendum: ut iam in paleſtris & circulis conſidentes ſeniores nihil aliud q̃ Siciliæ formã atq; ſitum & circunſtantis maris naturam: portus præterea & locorũ quæ ad Lybiam uergunt diſpoſitionem in ore haberent. neq; enim tam uictoriæ premium Siciliã fu turam exiſtimabant: q̃ ad ulteriora procedendi facultatẽ præſtaturam eſſe: daturam q; aditum: unde Carthaginẽſibus bellum commodius inferre poſſent: quibus ſupera tis totius maris quod intra columnas herculeas continetur: facile ſe potituros ſpera bant. Cum igitur ad bellum ſuſcipiendum omnium animi propenſi eſſent: Nicias eo rum ſtudiis aduerſari conatus: paucos admodum atq; inualidos ſententiæ ſuæ fauto res inuenit. Qui enim diuitiis & opibus poterant: quã q̃ pacem & ocium affectarẽt: pa lam tamen id profiteri non audebant popularis infamiæ rumorem uerentes: ne priua ti commodi rationem publicæ gloriæ anteferre: magiſq̃ impẽſæ uitandæ cauſa q̃ q; rei publicæ utilitatem talia conſulere uiderentur. Nicias uero q̃uis omnium auxilio deſti tutus: nunq̃ e ſententia dimoueri potuit. Sed cum iam bellum Athenienſes decreuiſ ſent: ſeq; cum Lamacho & Alcibiade eius belli duces declaraſſent: rurſus aduocata cõ cione aſſurgens maximaq; uoce populum obteſtatus: bellum diſſuadere conatus eſt. Poſtremo grauioribus uerbis Alcibiadis auariciam & ambitionem accuſauit: q; priuati honoris & lucri cupiditate impulſus: tam difficili tamq; arduo bello ciuitatem impli care nõ dubitaret. Traditur omnes ferme ſacerdotes publicos atq; aruſpices huic expe ditioni aduerſatos eſſe & dira omnia portendi nũciaſſe. Verum Alcibiades cum domi priuatos haberet uates: ex uetuſtiſſimis illos aiebat monumentis cõperiſſe: magnam Athenienſibus gloriam e Siciliæ rebus portẽdi: quædam etiam ab Amonis oraculo ue nientes reſponſum acceptum ferebant: Haud ita multopoſt fore: ut Syracuſani om nes in Athenienſium poteſtate deuenirent: qui uero aduerſa prodigia comperiſſẽt: me tu perterriti proferre illa non audebant. Attamen quæ palam in omnium oculis aduer ſabantur: occultari aut diſſimulari minime poterant: qualis Mercurii ſignorum deua ſtatio fuit: quæ omnia una atq; eadẽ nocte membris pluribus mutilata fuiſſe conſtat: præter unũ quod Andochidis appellabatur: monumẽtũ quidem Egeideos tribus. Ve rum quia iuxta Andochidis domum poſitum eſſet: eiuſmodi nomẽ ſortitum eſt. Nec illud ſane quẽq̃ latere potuit: quod apud duodecim Deorum templum uir quidã re pente in medium altare proſiliens: cum illud ſemel circumluſtraſſet: ſaxo grauiter ſibi met pudibũda lacerauit. In Delphis autem Palladis aureum ſimulacrũ æneæ palmæ ſuperpoſitum ſtabat: quod Athenienſes pro re bene ac fœliciter aduerſus Medos ge ſta conſtituerant. Hoc diebus plurimis corui roſtro unguibuſq; petentes quodãmo do lacerare conabantur: ac palmæ fructus qui ex auro fabricati erant: partim uorantes abſumpſere: partim ui conuulſos deiecerunt. Verum hæc a Delphicis hominibus Sy racuſanorum gratia impulſis Atheniẽſes ſimulata fuiſſe criminabantur. Cũq; eos ora culum iuſſiſſet ſacerdotem Palladis qui Clazomeniis erat ducere: cui nomen erat Iſi chias: quod latine quies interpretatur: illi confeſtim Clazomenis ſacerdotem accerſie runt: non ſatis ut uidetur Dei præcepta ſententia iubentis ciuitatem præſentium rer; ſtatu contentam quietem agere. Melon igitur quidam aſtrologiæ peritiſſimus ac per id temporis in magiſtratu conſtitutus ſiue artis ſuæ peritia: ſiue eorum quæ ſupra ret tuli portentorum ſignis admonuit: ſiue humana prudentia fretus ut militiæ uacatio nem impetraret: furere ſe ſimulauit: ac propriam domũ incendit. Quidam uero furo rem ſimulaſſe negant: ſed cum domum conſulto incendiſſet: tum prodiiſſet in conci onem: multaq; de domus iactura conqueſtũ petiiſſe: ut filio cui propriis ſumptibus ĩ ſtructa triremi in Siciliam proficiſcendum erat: militiam remitterent. Socrati etiã qui

ſapiens per id temporis hab ebatur: Dæmonium cuius plurimum familiaritate uteba tur atq; colloquio: prædixiſſe ferũt expeditionem illam reip. pernicioſam futuram: id q; Socratẽ ad amicos detuliſſe: indeq; ad plurimos eiuſcemodi emanaſſe ſermones. Il lud præterea nõ mediocriter pleroſq; turbauit: q; per eos dies quibus e portu claſſis na uigauit: mulieres Athenienſes forte Adoni ſacra celebrabant: atq; iccirco multis ĩ par/ tibus ciuitatis cadauerum ſimulacra & ſepulchrorũ imagines poſitæ erant: circa quæ plangentium mulierum greges uerſabantur. Multos igitur hoc omine turbatos dixiſ/ ſe conſtat: uereri ſe ne tãtarũ uirium tam præclariſſimus apparatus breui ſordeſceret: citoq; ſplendorem omnem & robur amitteret. Sed hæc hactenus. Nunc ad Niciam re uertamur: quem q; talibus cœptis obſiſtere ſit auſus: neq; inani ſpe tumefactus neq; imperandi periculo deterritus fuerit: nec rurſus potentiæ magnitudine inſolens reddi tus optimi ac moderati uiri officio functum eatenus fuiſſe conſtat. Sed poſtq̃ neq; po pulum ab belli ſtudio auertere: neq; imperandi laborem effugere ſe poſſe cõſpiciebat: de utroq; ſumma contentione laboraſſet: ſibiq; populus reluctanti & ĩuito magiſtra/ tus gerendi onus impoſuiſſet: non ultra cunctari aut remiſſe quippiam agere oportu/ it. Verum ſummo ſtudio ac diligentia quæ ad profectionem opus eſſent expedire: nec tãq̃ delitioſum puerum relicta poſt ſe littora e naui proſpicientem collachrymaĩ: mul ta q; ſuis monitis non paruiſſent Athenienſes continuo deplorantem: collegarum ſi/ mul ac militum animos reddere languidiores. Non mediocriter præterea & ſuæ gloriæ & ciuitatis interfuiſſet: ſi quamprimum Siciliam attigerat: omnem belli impetum in hoſtes effundens: fortunã ipſam bene agendo ſuperare tentaſſet: quod ſecus omnino ab eo geſtum eſt. Cũ enĩ Lamachus recto curſu petere Syracuſas: & quam proxĩe ciui/ tati bellũ admoueĩ ſuaderet: Alcibiades uero ſollicitatis primo finitimis urbibus: & ad deditionem quaſcunq; poſſent compulſis: tum demum Syracuſas aggredi oportere cenſeret. Nicias ab utroq; diſſentiens: Siciliam nauibus luſtrari cenſebat: ac poſtq̃ ho/ ſtibus armorum ac triremium apparatum oſtendiſſet: Athenas redire optimum puta bat: cum Egeſtenſibus quaſi deguſtationem quandam ſuarum uirium præbuiſſent. His ille conſiliis paſſim uulgatis uehementer animorum ardorem extĩxit: & militum obtundit audaciam. Nec ſane multopoſt cum Athenienſes Alcibiadem ad iudicium reuocaſſent: nomine quidem cum uno tantum collega: re uera autem ſolus imperator relictus ſedens ac circumnauigans: plurimũ etiam in conſultando temporis aſſumẽs: nõ antea deſtitit tergiuerſari: q̃ ſuorum animos deſidia ac deſperatione torpeſcere: ho ſtium uero excitari audaciam: & quem ex primo aduentu conceperant timorem: depo nere coegit. neq; enim mediocriter perculſi fuerant Syracuſani: cum adhuc apud claſ/ ſem Alcibiade exiſtente ſexaginta naues urbem circunſiſtere cõſpexerunt: quas ĩ ipſis portus faucibus in ordinem ſtructas firmauerant: atq; ex his decem portum exploran di cauſa intrare iuſſerunt. His etiam mãdatum ut Syracuſanis per preconem bellum indicerent: ſi diutius Leontinos domo prohiberent: nec in proprias ſedes remeare pate rentur. Ab his nauis una Syracuſarum capta: quæ à templo Iouis olympii: quod ſa/ tis longo ſpatio Syracuſis aberat: ueniens tabulas ferebat: in quibus ciuium omnium Syracuſanorum quicunq; arma ferre poſſent: nomina inſcripta erant. has iampridẽ compoſitas & in Iouis templo reconditas tabulas ad ſe tũc Syracuſani mitti iuſſerũt: ut eorum qui ad urbis cuſtodiam haberentur idonei: numerũ exquirere ac recẽſere poſ ſent. Igitur eiuſmodi tabulæ ad Athenienſium ĩperatores delatæ atq; inter milites paſ ſim uulgatæ: maioremĩmodum uatũ atq; haruſpicum mentes turbauere: q; ex hociã oraculum fide perfinitum arbitrabantur: q; Athenienſium prænunciarat: fore ut aliquando Syracuſanorum omnium Athenienſes potirentur. Non tamen ad hoc ĩtẽ/ diſſe uidetur oraculum: ſed eius temporis habuiſſe rationem: quo Athenienſis Calip/ pus Dyone ĩterfecto Syracuſarũ imperium occupauit. Interea cũ Alcibiades (ut antea rettuli) ab Atheniẽſibus reuocatus ab exercitu diſceſſiſſet: ſũmã rerũ omniũ poteſtatẽ

penes Niciam remanſiſſe conſtabat. Lamachus enim etſi aliquando iuſtitia atq; animi fortitudine præſtaret: in bello tamẽ ſupra etiam quem ſatis cautus: nec ſe fortunæ caſibus facile credẽs habebatur. Paupertate uero eouſq; inſignis: ut quotiẽs illũ Athenienſis populus imperatorẽ crearet: aliquantulum pecuniæ ad palium & crepidas cõparãdas decerni opus eſſet. Nicias autem cum propter diuitiarum magnitudinem: tũ ob egregiam rerum a ſe geſtarum gloriam maxime apud exercitum auctoritatis habebatur. Iccirco Sophoclem poetam dixiſſe ferunt: cum in concione apud exercitum tãq; ætate maior a Nicia ſententiã primo loco dicere Lamachus iuberetur: Ego inquit omnium qui hic adſunt ſenatorum uetuſtiſſimum me eſſe profiteor: te uero longe antiquiſſimum cenſeo. Tunc igitur Lamachũ nõ imperii ſocium: ſed ueluti eius imperio ſubditum nactus ſegniter cũctanterq; bellum protrahens & q̃procul ab hoſtibus Siciliam nauibus circũuectus: illorum animos auxit & audaciam. Inde ad Hyblem paruum ſane oppidum exercitu admoto: armis illud expugnare nõ ualuit: ſed uocatos ad colloquiũ oppidanos: ut ſeſe dederent: exhortando perfecit: ex quo non minus apud ſuos milites q̃ apud hoſtes cõtẽptui habitus eſt. Poſthæc exercitum Cataniam ducẽs: cum illi ſeſe ſponte dediſſent: nihil memoratu dignum geſſit: niſi q; Hycarẽſẽ agrum a Barbaris tum poſſeſſum populatus eſt. Vnde & Laidem famoſiſſimam poſtea meretricem: tunc uero paruulam admodum puellam inter alios captiuos abductã & ĩ Pelopõneſum deuectam fuiſſe tradunt. Cum iã maior ætatis pars tranſiiſſet: & fama ĩ dies ĩcrebeſceret: Syracuſanos animis & uiribus auctos cõtra Atheniẽſes ultro uẽturos eſſe: iãq; caſtris obequitantes hoſtium milites ſciſcitarẽtur: utrũ apud Catinenſes mãſuri: an domum reducturi Leontinos in Siciliam ueniſſent: uix tandẽ compelli Nicias potuit: ut Syracuſis claſſem admoueret. Itaq; ut aduenies caſtrametari ſine hoſtili impedimento poſſet: & illorum uires (ſiqua daretur occaſio) perfringeret: uirũ quẽdam tranſfugæ ſpecie Catina miſit: qui Syracuſanos moneret: ſi hoſtium caſtra defenſoribus uacua inuadere: atq; omnibus eorum armis & impedimentis potiri uellent: cõſtituta die Catinam properarent. Fore enim ut cum plurimum Athenienſes ĩ urbe uerſentur: Syracuſanorum amici eorum aduentu cognito portas urbis clauſas occupẽt: & naualibus ignem iniiciant. ita ancipiti periculo diſtractos Athenienſes neutrã ĩ partem ſufficienter laturos auxilium: atq; ad hoc ſe multos peragendum comparaſſe: nec aliud quicq̃ præter eorum aduentum expectari. Hoc omnium quæ in Sicilia Nicias geſſerit præclariſſimum extitit facinus. Nã cum Syracuſanos omnibus copiis Catinam petentes: & urbem defenſoribus uacuam accepiſſet: claſſe Syracuſas proficiſci & portum obſidere iuſſa: ipſe terreſtri itinere Syracuſas ducens: omnem circa regionem occupauit: nulloq; aduerſante ponendis caſtris: eum locum delegit: qui ab hoſtili inſultu tutiſſimus eſſet: atq; unde facillima in hoſtes eſſet eruptio futura. His peractis cum iam Syracuſani domum inſtructis ordinibus remearent: ipſe quoq; copias ĩ aciem eduxit: ac pugna ingenti pro ciuitate cõmiſſa: uictoriã haud dubie reportauit: paucos tamen ex hoſtibus interfecit: equites enim ſeſe uictoribus obiicientes: inſectationem prohibuere. Poſthæc cum flumini ſuperimpoſitos pontes reſcindi Nicias iuſſiſſet: Hermocrates in Syracuſanorum concione de præſentium rerum ſtatu diſſerẽs: nõ diffidere ſuis rebus Syracuſanos hortabatur: perridiculum eſſe dicens: ſi in caſtris tũc exiſtens Nicias pontibus deiectis pugnandi uideatur occaſionem effugere uelle: cum Athenis uſq; Syracuſas pugnandi tantum cauſa nauigauerit: atq; permagnum ſane aduerſi prælii caſus terrorem Syracuſanis incuſſerat. Ideoq; cum antea quindecĩ uiros bello adminiſtrando præfeciſſent: tres inſuper adiiciendos cenſuerunt: eiſq; liberã omnium poteſtatem populus tribuit: cum eos prius iureiurando adegiſſet ſe q̃primum belli finis adeſſet: magiſtratum depoſituros. Dum hæc Syracuſis agebantur: Atheniẽſes milites Iouis olympii Phanum maximis opibus (ut fama ferebatur) inſigne: ſũma contentione diripere affectabant. Id Nicias alias ex aliis cauſas nectens: quoad poſſet

in longum protrahere ac prohibere nitebatur: maxime ueritus: ne cum aurum atq; argentum: quod illic esse plurimū fatebatur: milites diripuissent: minimum quid ī publicam redigeretur utilitatem: omnis uero perpetrati sceleris ad se redūdaret infamia: quod ab eo rectissime prouisū esse dubitare nemo potest. Posthæc uictoria quā præclarissimā habuerat uti nesciens: non multos dies circa Syracusas moratus in Naxum ad hybernandum concessit: maximos reip. sūptus utilitatem uero perexiguam afferens. Aliud enim nihil effecerat omnino: q̄ q; deficientes ad se ciuitates aliquot in fidem susceperat. Igit̄ elati animis Syracusani omnē quæ Catinæ adiacet regionem populati: castra etiam Athenienſium quæ non procul ab urbe posita erant: incendere. Horū malorum culpam omnes in Niciam referebant: qui periculorum rationibus subducendis occupatus: cum etiam minima quæq; cauēret: rerum gerēdarum gubernatricē tēporis occasionem præterfluere sinebat. Nam in ipso rei peragendæ cursu nemo illum iure potuit unq̄ reprehendere. Fuit enim in agendo accuratus ac diligens: sed cui maxīa deesset audacia. Igitur cum ex hybernis Syracusis admouere statuisset: tanta celeritate naues deduxit atq; compleuit: ut cum epistolas de discessu suo perscriptas deprehēdisset: famā ipsā aduētu suo superauerit. Itaq; auxiliares hostium copias īprouiso aggressus in fugam uertit: ac tricentos ex eis milites cæpit: & equitatum rebus omnibus egregie instructum: ita ut pene insuperabilis uideretur: perfrægit: atq; inutilem ī posterum reddidit: paruoq; tempore Syracusas muro circūsepsit. quæ res præcipue Syracusanorum animos debilitauit: suos uero milites alacritate atq; audacia compleuit. Est enim Syracusarum urbs Athenis non fere minor: ad claudendum uero longe difficilior: cum propter camporum inequabilitatem tum propter adiacentium paludum frequentiā & maris propinquitatem. Nec uero ad extremam cōsumationem tam præclarum opus deduci potuit: sed paulum in medio spatii relictum est: cum & alioquī Nicias ei rei non multum impertiri diligentiæ consueuisset: & tunc morbo quē nefrēsim appellant correptus: imperatoris munus exequi non ualeret: atq; opus imperfectum relinquere cogeretur. Admirari satis hoc loco non possum imperatoris diligentiam & erga milites amorem præcipuum: & militum erga imperatorem obseruantiam in omni tempote præstitam: quo apud Syracusas prospero euētu bellum gessere. Quorum splendore captus Euripides: postq̄ omnes uicti superatiq; cecidere: tale in ipsos edidit epigrāma: Hi uiri de Syracusis octies uictoriam reportarunt: donec utrisq; Dii æqua sorte propitii fuere. At uero non octies tantum sed longe pluries ab Athenienſibus fuisse superatos Syracusios siquis recte consideret: iudicabit: anteq̄ illis uel fortunæ sæuior potestas uel Deorum numina aduersarentur. Cū Athenienses uehementius animis & audacia creuissent: Nicias q̄uis aduersa ualitudine oppressus: attamē quæcūq; posset in exercitu numina obibat: atq; omnibus rebus supra uires etiam præsto aderat. q; siquando morbus ingraueſcens acrius torqueret: intra munitiones cum paucis admodum seruis ac familiaribus se continebat. Lamachus autem exercitus curam gerēs assidua quidem sed tamen leuia cum Syracusanis prælia faciebat: qui & ipsi murum alterum aliquanto spatio ab urbis mœnibus distantem & Athenienſium muro oppositū studiosissime extruebant: unde Athenienſium opus impedirent: ac se prohiberent circūuallari. Cumq; superiores prælio Athenienses fugiētes Syracusanos effusius prosequerentur: in integrum & tunc adueniētem equitatum incidere. Ducebat hunc prætor Callicrates uir & animo & bellicæ uirtutis gloria præstantissimus: qui cum forte agmē præcederet: Lamachum ad singulare certamen prouocauit. Igitur ei congressus Lamachus grauissimo uulnere saucius nihilo leuius hosti cum īflixisset uulnus: mutuis uulneribus ābo cecidere. Eius corpore & armis potiti Syracusani effuso cursu Athēienſiū muros & castra petebant: ubi Nicias pene solus absq; copiis & auxiliis infirmo etiam corpore uersabatur. Hic urgentis impetus necessitate excitatus & imminentis periculi magnitudinem animaduertens: familiares ac seruos omnes qui secum aderant: iussit

quicquid lignorum ante muros machinarum parandarum causa conuectum fuerat: atq; ipsas etiam iam fabricatas machinas in aceruum coniectas incendere: atq; eo consilio irruentium Syracusanorum impetum cohibuit: sibiq; ac muris tum etiam rebus omnibus atq; impedimẽtis Athenienſium ſalutem attulit. Nam cũ flãmã excitatã cõ ſpexiſſent Syracuſani: ſubito retrouerſi diſceſſere. Interea Nicias ſolus relictus imperator ingenti ſpe atq; animo gerendum bellum ſuſcepit. Nam & urbes multæ Syracuſanorum ad eum defecerant: & undiq; nauigia ad exercitum uenientia frumentum & omnifariam generis commeatus abunde ſuppeditabant. Proſperis enim rebus pmulti reperiũtur fautores. Etiam Syracuſani ſeſe ulterius poſſe tutari diffidentes: quibus conditionibus pacem a Nicia petituri eſſent: conſultabant. Dum hæc in Sicilia agerent: Gilippus a Lacedæmoniis miſſus auxilio Syracuſas nauigabat: atq; in itinere circũ uallatam muris urbem & fuſos prælio Syracuſanos maximis urgeri difficultatibus accæpit. Itaq; cum uniuerſæ Siciliæ iam potiri Athenienſes arbitraretur: eo tamen conſilio reliquum iter peragere conſtituit: ut ſaltem italas urbes Siciliæ finitimas ab Athenienſibus tutaretur: quanq̃ hoc ipſum perdifficile futurum exiſtimaret. magna enim apud omnes fama increbuerat: Athenienſes omnium circa regionum imperio facile potituros: q; exercitum optimum haberent: & ducem cum fœlicitate: tum rei militaris peritia & prudentia inſuperabilem. At uero Nicias præſentium rerum ſucceſſibus ſupra mores ſupraq; naturam factus audacior: nullam aduenientis Gilippi rationem ducebat. Augebant autem animos eius clandeſtina per occultos interpretes cum Syracuſanis ciuibus habita colloquia: qui etiam frequentius indies nuncios ſubmittentes: certis conditionibus urbem ſe dedituros pollicebãtur. His igitur pollicitationibus fidens Nicias: neq; munire cuſtodiis aditus: neq; Gilippo uenienti præſidia opponere curauit: ſed cum illum penitus negligeret: & nullius momenti ducendum arbitraretur: Gilippus non ſentientibus ferme hoſtibus Siculum fretum præteruectus eſt: & q̃procul Syracuſis copiis expoſitis quacunq; poterat ratione milites undiq; cogeẽ exercitum augere ſummo ſtudio laborabat. Horum omnium inſcii Syracuſani quippe q nihil eiuſmodi expectarent: populum ad concionem uocauerant: ut de quibus conditionibus pax a Nicia eſſet petenda: referrent: ac primum omnium legatos ad petendas inducias repente mittendos cenſebant: anteq̃ penitus ab Athenienſibus circunuallentur. parũ enim perficiendo operi deerat: idq; breui ad exitum deduci poſſe uidebatur: cum iam omnis ad extruendum materia præparata atq; in unum coacta eſſet. Dum hæc Syracuſis agerentur: Gongilus corinthius a Gilippo miſſus cum una tantum triremi nauigans Syracuſis appulit: ad eum magna repente frequentia concurſum eſt. Cũq; aduentus ſui cauſam ſciſcitarentur: ſe a Gilippo miſſum aiebat: ut doceret eum breui cũ maximis copiis affuturũ auxilio. Id quãq̃ lætis animis omnes audiſſẽt: nõ tamẽ uerbis eius fidei ſatis adhibuere: quoad nũcius alter ſuperuenit a Gilippo mãdata ferens: ut uenienti ſibi obuiam Syracuſani procederẽt. Eo nuntio cũcti alacriores animis facti: confeſtim arma ſumpſere. Iamq; iſtructum agmen: & ad pugnandum (ſi ſors tuliſſet) expeditum ducens Gilippus aderat. Aduenienti ſeſe cum omni exercitu Nicias oppoſuit. Cumq; inſtructæ utrinq; ſtarent acies: Gilippus in Athenienſium conſpectum de poſitis armis progreſſus per preconem edixit: abeundi licentiam ſeſe Atheniẽſibus præſtare: ſi relicta Sicilia: atq; omnibus inde præſidiis deductis diſcedere uelint. Quibus uerbis ne reſpondere quidem Nicias dignatus eſt. Milites uero illorum audaciam deridentes ſciſcitabantur: in unius ne iam attritæ clamidis & laconici baculi aduentu ſpei tantum ac fiduciæ Syracuſani poſuiſſent: ut repente Athenienſes contẽnerent: quos paulo ante meminiſſe poſſent longe ualidiores ac melius comatos e Lacedæmone uiros trecentos captiuos & in uĩculis habitos ultro Lacedæmoniis reddidiſſe. Timeus etiam in ſuis hiſtoriis refert non multi ab Syracuſanis primo aduentu Gilippum exiſtimatum: paulatim inde procedente tempore lucri cupiditatem & modicitatem animi

ſummamq; in rebus minimis curioſitatem aduertens cõtemptui etiam habuere: mul taq; ĩ ueſtẽ quam ſordidã & ſemilaceram geſtabat & comarũ prolixitatem iocati ſũt: atq; ad primum eius conſpectum homines plurimi tãq̃ minores ciues noctuæ circum fuſi: habitus nouitatem & cultus neglectum ſpectabant. Timæus autem admiratione quadam & reuerentia perculſos ſpectatum confluxiſſe teſtatur: quæ mihi ad ueriſimi litudinem ſententia uidetur eſſe propẽſior: cum in clamide una & ſolo baculo ciuita/ tis laconicæ ſpeciem & dignitatem contemplarentur. Siquidem totius perfecti belli gloriam ſibi uni acceptam Syracuſam rettuliſſe: non modo Tuchidides uerum & Phi liſtus uir Syracuſis oriundus teſtatur: qui eius belli negociis adminiſtrandis non ocio/ ſus ſpectator interfuit. Prima tamen pugna res Athenienſium ſuperior extitit: nã & ĩ fugam uertẽ Syracuſanos: & ex eis aliquot ĩter quos Gõgilũ corĩthiũ ĩterfecere. Poſtri die uero quantum ĩ bello rei militaris peritia ualeret: apertiſſime Gilippus declarauit. Hiſdem enim militibus & eodem uſus equitatu atq; in eodem loco depugnans: aciei tantum ordine commutato Athenienſes ingenti prælio ſuperauit: & fugientes uſq; ad caſtra inſecutus eſt. Inde Syracuſanos ad opus quoddam faciendum cõuertit: & cemẽ to & lapidibus ſuſceptis: quos ad murorum extructionem Athenienſes comportaue/ rant: crebra iuxta illum: qui ab ipſis Athenienſibus conſtructus murus fuerat: propu/ gnacula excitauit: conſtructumq; murum pluribus ĩ locis interrupit: atq; ita longo tẽ/ pore multoq; labore exhauſtum Athenienſibus opus ĩutile reddidit: quod æque uictis atq; uictoribus prodeſſe uideretur. His ſucceſſibus elati Syracuſani: ne maritimis uiri bus inferiores eſſent: claſſem parare conſtituerunt. Igitur paſſim dimiſſos equites ho/ mines quoſcũq; ſors obtuliſſet: capere atq; ad naues ducere iuſſerunt: eoq; pacto uiro rum magnum ſatis numerum parauere. Inter hæc Gilippus terreſtri itinere exercitum ducens Syracuſanorum ciuitates obibat: atq; undiq; augendo exercitui ſupplemẽta cõ trahebat: omnibus prompto ac libenti animo propter eximias eius uirtutes obtẽperan tibus. Hæc ubi Nicias animaduertit: cum ſubito tantam permutationem rerum factã intueretur: per litteras Athenienſium ſenatum monuit: ut uel exercitũ alium in Sicili am mitterent: uel eũ qui ibidẽ eſſet: deduci iuberent: ſibi uero ut militiæ uacationẽ præ ſtarent: ſũmis precibus rogabat. Atq; iam pridem nouas ĩ Siciliam mittere Athenien/ ſes decreuerant: ſed bene fœliciterq; ex rebus geſtis inuidia in Niciam excitata: quo mi nus mitterentur: impedimento fuerat. Tunc igitur auxilia prope ſubmittenda omnes ſummo conſenſu arbitrabantur. Atq; ita Demoſthenem q̃primum tranſacta hyeme cum magna claſſe in Siciliam traiicere decreuerunt. Interim uero Eurimedontem ĩ me dio etiam hyemis proficiſci iuſſerunt: qui exercitui pecunias deferret: & ſimul Niciam certiorem faceret ſenatum Euthidimo & Menandro: qui tunc in exercitu erãt: imperii iura cũ Nicia adæquaſſe: ut æqua poteſtate omnes quoad noua ſuperuenirent auxilia exercitui præeſſent. Interea Nicias terra mariq; ſũmo ſtudio bellũ gerẽs: maritima pu gna fuerat ſuperatus: q̃uis & hoſtiles naues aliquot perfrægiſſet: nonnullas etiã dimer ſiſſet laceratas. Terra uero cum obſeſſo Plãmirio opem ferre properaſſet: Gilippi cele/ ritatem præuenire non potuit: qui improuiſo aggreſſus oppidum cæperat: multaq; ſi mul nauium armamenta & pecunias ingentes: quas illic Athenienſes quaſi tutiſſimo in loco depoſuerant: multoſq; in expugnatione uiros interfecit: plures etiam uiuos cæ pit. Maximum uero Athenienſibus attulit detrimentũ conuehendorum cõmeatuum ſublata facultas. Nam tenẽtibus Plãmirium Athenienſibus: perfacilis erat atq; tutiſſi ma cõmeatuum Athenis deuectio. Contra autem cũ ab hoſtibus teneretur: maximas præbebat difficultates: cum aſſidue paratam claſſem quæ uenientes naues excıperet: Syracuſani detinerent. Hæc omnia cum uehementius Niciæ animum ſtimularent: tũ illud grauiſſime torquebat: q̃ cum ſe maritima potentia ſuperiorem agnoſceret: non æquo animo ferre poterat: ſe ab hoſtibus ĩ eo pugnæ genere fuiſſe ſuperatũ: nec id ſibi tam uirtute hoſtium q̃ temeritate ſuorum contigiſſe animaduertebat: qui p̃ſequendi

cupiditate īcēſi: derelictis ordinibus cūcta turbauerāt. At uero hoſtiū duces proxīa uictoria ferociores redditi egregie īſtructa claſſe & ad pugnandū parata ſingulis diebus in conſpectu aderant. Verum Nicias non amplius in marī decertādum putabat: extremæ clæmētiæ eſſe dictitans: ſi cum ornatiſſimam claſſem quam Demoſthenes ductu rus eſſet: paulopoſt affuturam compertum habeant: tamen cum paucis neq; ſatis firmis nauibus fortunæ ſeſe dubiis caſibus credere maluit. Euthidimi uero ac Menandri omniumq; qui horum partibus fauebant: longe alia mens atq; cupiditas erat. Nā cū ſe nuper imperio conſtitutos animaduerterent: nimia flagrātes ambitione præclarum aliquid ante Demoſthenis aduentū edere cupiebant: & tacita quædam ſuberat aduerſus Niciæ gloriam æmulatio: quam ſupergredi uel æquare ſaltem non mediocriter affectabant. Huic tam īmenſæ cupiditati prætextum ciuitatis gloriā proponebant: quā pollui nimio funditus euerti dictitabant: ſi quotidie adnauigātes Syracuſanos & ſtudioſe pugnam depoſcentes formidarent. His rationibus multitudinis animos cōcitātes: maritimo prælio dimicare ſtatuerunt: ab Ariſtone corinthio gubernatore: qui leuo claſſis cornu præerat (ut īquit Thucidides) proditi a Syracuſanis ſuperati fuere: pluri moſq; in ea pugna milites amiſerunt. Hac de re Nicias maximo animi dolore torquebatur: q; & antea cum ſolus imperium adminiſtraret: non ſatis proſpero euentu rē geſſiſſet: & tunc collegarum errore & cupiditate coactus non potuiſſet in ſententia permanere. Interea Demoſthenem cum claſſe iam ſupra portum delatum conſpiciunt: quæ cum eſſet apparatu rerum omnium magnificentiſſime inſtructa & amicis aſpectū præbat iocundiſſimū: & ſūmū inimicis terrorem īcutiebat. Nauibus enim tribus ſupra ſeptuaginta armatorum militum quīquemilia iaculatorum uero ac ſagittariorum fūditoribus quibuſdam admixtis tria ferme milia impoſita uehebantur: armis uero ac militaribus ſignis præterea nautarū ac tibicinum turba ab eo exornatæ triremes erāt: ut ſcænici apparatus magnificentiam præ ſe ferrent: atq; hoſtibus maxime formidabiles apparerent. Igitur exterriti animis Syracuſani nullum iam malorum finem nullas poſthac futuras pacis conditiones cum Athenienſibus ſperabant: ſed iam extremam ſortem atq; urbis amiſſionem animo concipiebant. Niciæ uero non admodum diutur na lætitia fuit: quā ex tātarum uirium ſumpſerat incremento. Nam cum primum Demoſthenem congreſſus eſt: nimiam eius audaciam & feſtinationem deprehēdit. Iubebat enim q̄celerrime aduerſus hoſtes dimicare: & rei totius aduentum experiri: atq; ita captis Syracuſis domum remeare. Huius audaciam admiratus Nicias: orabat ne quid temere ne quid mature aggredi præpararet: cunctationem uehemēter hoſtibus obeſſe. do: q; neq; ſumptus diutius tolerare propter pecuniarum inopiam poſſent: & a ſociis non multopoſt deſertum ire neceſſe eſſet. Itaq; ſi cunctando bellum protrahatur maximis circūuentos difficultatibus conditiones iurſus componendæ pacis quæſituros eſſe: ſicut & antea factitarant. & iam non pauci inter Syracuſanos erant: qui clandeſtinis nunciis admonebant Niciam: ut nullo modo remitteret obſidionem. Iam enim īgentibus neceſſitatibus urbem laborare: & Gilippum quotidie apud omnes intolerabiliorē fieri. Itaq; ſi uel paulū augeri cōmeatus penuria cœperit: fore ut nemo difficultates eiuſmodi tolerare diutius uelit: ſed cōditiones pacis quaſcūq; accepturos eſſe. Hæc Nicias partim ambagibus obuoluta & ueluti per enigmata proferebat: partim q; edenda non arbitraretur tacituinus obſeruans: timiditatis de ſe opinionē militibus dabat: qui idem quod antea contigiſſet euenturū rurſus improperabant: ut cūctatione & formidine omne animorum robur omnemq; uigorem extingueret. Itaq; relicto illo Demoſthenis omnes imperium & ſententiā ſequebātur. His rebus uix tandem expugnatus Nicias: eorum uoluntatibus ad extremum cōceſſit. Itaq; Demoſthenes noctu exercitum educens: in hoſtium proximas ſtationes impetu facto plurimos ne ſentientes q dem interfecit: eos uero qui contra pugnare auſi ſunt: facile in fugam conuertit. Cūq; hactenus res egregie ſucceſſiſſet: fœlicitatis modum ſeruare neſciens: nō ātea cedentes

inſequi deſtitit: q̃ ad Boetiorum ſtationes peruentum eſt. Hi primi hoſtibus concurre re & prælium tentare auſi ſunt: multiſq; Athenienſium interfectis atq; ingenti clamo re ſublato: reliquã caſtrorum partem tumultu ac formidine compleuere: cum alii fu/ gam arriperent: alii ſeſe ad pugnandum pararent. Verum hi a fugientium turba: quæ maior erat: impediti nihil conſilio aut ratione gerere poterãt: cũ nec hoſtium nec ami/ corum nec fugientium aut inſequentium diſcrimen ullum habere poſſent. cæca etenĩ perturbatio metu atq; ignoratione permixta uarie ſingulorum animos agitabat: quin etiam ipſius uiſus erat incerta fides: cum nec admodum profũdas tenebras & lum̃ ĩcer tum luna præberet: quippe quæ medio curſu ſpatio ſuperato iam ad occaſum prope/ raret: & corporum atq; armorum multitudine repercuſſa: infirmum debilemq; redde ret ĩtuitum: tum uero metus omnia maiora demonſtrare ſolitus: nihil non formidan dum eſſe ſuadebat: quin ipſos etiam Athenienſes hæc ipſa in maximas coniecerant dif ficultates. Forte etiam ita in acie conſtiterant Athenienſes: ut eis luna a tergo luceret: ita q; longos præ ſe iacentes umbrarum tractus armorum fulgore & numerum ſuorũ ipſi met occultabant. At cõtra aduerſus clypeorum umbonibus lunæ radii repercuſſi & ho ſtiũ maiorẽ uideri numerũ & armorũ claritatem lucidiorẽ efficiebãt. Tandem ſũmo conatu irruentibus undiq; hoſtibus in fugam conuerſi Athenienſes cum ſuis tum ho ſtium uulneribus confecti magna pars cecidere: alii per abruptas & præcipites rupes deuoluti miſerabili clade perierunt: multos etiam uiarum errore per agros uagantes exorta demum luce inſecuti equites interfecere. Fuit autem ĩterfectorum numerus cir/ citer duomilia: eorum uero qui pugnæ ſuperfuerunt: pauci admodum cum retẽtibus armis in caſtra rediere. Nicias igitur haud inopinata clade perculſus: Demoſthenis feſ/ ſtinationem accuſabat. Ille uero quibus poterat rationibus a ſe culpam dimouens: ut repente e Sicilia decederẽt ſuadebat. Neq; enĩ alium Athenis exercitum aduenturum: neq; his copiis quas tunc haberent: hoſtes ſuperari poſſe ſperandum uideri. Quinetiã ſiqua fortuna illos ſuperare concederet: loca tamen permutari opus. Peſtilens enĩ atq; inſalubris regio ferebatur: ea præſertim anni tempeſtate. Nãq; autumni principium aderat: multiq; iam tunc in exercitu cœperant ægrotare: atq; omnes non æquo animo militiam tolerabant. Niciæ uero quã q̃ præſentiũ rerum cõditio minime placeret: tam̃ de diſcedendo ſententiã nullo modo probabat: non tam Syracuſanorum arma q̃ ſuo rum ciuium iracũdiam pertimeſcens: quorum grauiſſimas accuſationes & calũnias iã tunc ante oculos conſtituebat: atq; ab his nihil dum in Sicilia permaneret: ſciebat eſſe formidandũ: aiebatq; ſiquid omnino aduerſi ſubeundum eſſet: malle ſe hoſtium ma nu q̃ ciuium iudicio interire: non eadem ſentiens quæ poſteris temporibus Leonẽ bi/ zantium in concione dixiſſe ferunt: Ego quidem a uobis ciues mei q̃ uobiſcum ĩterfici malo. Itaq; de permutanda regione caſtriſq; q̃cõmodiſſimis locis ponendis ſtatim ſi/ bi ad milites referẽdum uidetur. Interhæc Demoſthenes nihil calamitatis proximæ cla de deterritus Niciam accuſare nunq̃ ceſſabat: paſſimq; multos per exercitum milites mittebat: qui illius cũctationem ſegnitiemq; ĩcreparent: q; Syracuſiorum quorũdam pollicitationibus credens: deludi ſe atq; contemni non animaduerteret: atq; propterea tanta concione deſceſſum nõ probaret. His igitur dictis ad extremum permotus Ni/ cias diſcedendi ſibi conſilium placere dixit: & militibus ut ſe ad nauigandum expedi/ rent imperauit: præſertim cum noua Syracuſanis auxilia ſuperueniſſent: & peſtis quo tidie apud exercitum ingraueſceret. Inde cũ iam omnia ad nauigandũ parata eſſẽt: ne q; id hoſtium quiſq̃ præſenſiſſet omnino: quippe qui nihil tale ſuſpicarentur: noctu forte luna defecit: ex quo uehementius Nicias omneſq; milites turbati ſunt: cum prop ter cauſarum ignorationem malum aliquod ſibi hoc defectu portendi arbitrarentur. Atqui ſingulis ferme triginta dierum ſpatiis completis ſolem ex oppoſito lune conſti/ tutum interuentu terræ adumbrari: atq; ex hoc fieri ut luna lumen amittat ſuũ: & co/ loribus uariis ĩfici uideatur: hodie nemo ferme etiam ex media plebe uidetur ignorare.

Tunc uero ne peritis quidem talia coniicere facile erat. Itaq; magnæ alicuius impendentis calamitatis ſignum hoc a Deo miſſum interpretabantur. Primus autem qui lunaris luminis atq; umbræ cauſam deprehendit: ac litteris mandare auſus eſt: Anaxagoras fuit: qui neq; multo ante ea tempora claruerat: neq; uulgus adhuc opinionis eius fama prodierat: ſed inter paucos admodum uerſabatur: qui non ſine metu talia proferre audebant. neq; enim facile de rerum natura ſermones populus admittebat: ſed eiuſmodi ſtudiis deditos homines inani labore tempus conterere arbitrabantur: cum in his rebus perquirendis laborarent: quas nihil in ſe rationis habere ac nullatenus ab hominibus prouideri poſſe putabant: tum uero talia quærẽtes impietatis crimine ſuſpectos habebant: quaſi diuinum numen quibuſdam neceſſitatibus ac terminis circunſcribere uolentes. Itaq; & Prothagoram Athenis pulſum fuiſſe cõſtat: & Anaxagoras in carcerem ductus: uix a Pericle q̃uis maxima contentione laboraſſet ſeruari potuit. Socrates licet harum rerum ſcientiam non profiteretur: tamen propter philoſophiam damnatus: iteriit. Poſteris uero temporibus egregia apud omnes opinio de Platone uulgata: cum propter admirabilem uitæ ſãctimoniam: tum q; diuino numini tanq̃ præſtantiori naturæ neceſſitates obtemperare dicebat: omnem philoſophiæ calumniam abſtulit: & auditoribus ſuis omnia quaſi arcana naturæ patefecit. Igitur eius amicus Dione Zacintho contra Dionyſiũ nauigaturus nihil e ſententia dimotus eſt: cum forte per id tempus etiam luna defeciſſet. Sed audacter cœptum opus proſequens: uicto atq; expulſo tyranno Syracuſis potitus eſt. Sed nos ad inſtituta redeamus. Forte ita caſus tulit: ut nullum tunc peritum uatem apud ſe Nicias haberet. Stiluides enim cuius opera & conſilio plurimum utebatur: pauloante interierat: atq; ſignum illud fugiẽtibus proſperum magiſq̃ aduerſum: ut Philocrus inquit: non recte ĩterpretabãtur. Rebus enim quas cum metu & formidine gerimus: quo facilius latere poſſint: amiciſſimæ tenebræ putantur: contraq; maxime obeſſe lucem arbitramur. Talium igitur interpretationum ignarus Nicias: alterum lunæ circuitum expectandum cenſuit: non animaduertens illam poſt ĩ priſtinam claritatem reuerſuram: cum eam cæli partem: quæ terræ interuentu adumbrata tenebatur: pertrãſiſſet. Itaq; omnibus fere a ſe dimiſſis & cum paucis admodum relictis ſacra quædam immortalibus Diis faciens: eouſq; conſedit: quoad ſuperuenientes hoſtes illum ferme oppreſſere: qui maximis terra mariq; copiis inſtructi adueniebant: & terreſtri quidem exercitu murum & caſtra Athenienſium obſedere. nauibus uero in latum ordinem directis: portus fauces occupauerãt. Nam innumerabiles undiq; conuenerãt naues: & piſcatorias etiam cymbas pueri compleuerant. Itaq; portus aditibus occupatis Athenienſes probris omnibus atq; conuitiis laceſſebãt. Interea adoleſcens Heraclides claris admodum parentibus oriundus: triremi qua uehebatur aliorum ſtationes prætergreſſus: in Athenienſes licentius inſultabat. Hunc Athenienſis una nauis inſecuta: perparum aberat: quĩ retro ad ſuos fugientem comprehẽderet. Eius igitur periculo commotus Pollichus auũculus ſuus cum triremibus decem: quibus præerat: in altum delatus: auxilio uenit. Tum cæteri de Pollichi ſalute metuentes: uno conſenſu aduerſus hoſtes proceſſere: pugnaq; ingenti commiſſa lõge ſuperiores fuere Syracuſani: & Eurimedon una cum aliis præclariſſimis uiris ĩterfectus eſt. Ex hoc magno timore perculſi Athenienſes: non ultra in his locis permanendum uociferabant: ſed ut terreſtri itinere ſe deducerent: ab ĩperatoribus flagitabant. Nam portus fauces (& ut antea diximus) Syracuſani eo modo clauſas tenebant: ut nulla penitus adeundi facultas daretur. At uero Nicias eiuſq; familiares horum ſententiæ nequaq̃ contendendum putabant. Graue enim admodum uidebatur onerarias naues ac triremes circiter ducentas hoſtibus relinquere. Igitur ex omni exercitu robuſtiſſimis

militibus lectis præcipue uero ſagittariis & iaculatoribus decem ſupra centum trire/
mes Athenienſes compleuere. Aliæ nanq; propter armamentorum penuriam naui/
gationi inutiles habebantur. Inde reliquam exercitus turbam iuxta mare in ipſo litto
re Nicias conſtituit: deſertis maximis caſtris: quæ iuxta famam Herculis poſita fue/
rant. His itaq; compoſitis ſeſe ad nauigationem comparabat: exiſtimãs nullum Sy
racuſanos impedimentum allaturos: ꝙ nautarum ductores ob conſueta ſacra quæ/
dam Herculi perſoluenda e nauibus deſcendiſſent. Verum illi cognito Niciæ cõſilio
repente ad naues redierant: præſertim cum uates portendi uictoriã nunciaſſent: quia
non ut inferrent bellum: ſed ut ulciſcerentur illatum ad pugnam ueniebant. Idem
etiam Herculem ipſum: cuius tunc ſacra celebrabantur: factitaſſe: qui illatas iniurias
ulciſcendo uniuerſum orbem peragrauerat. Syracuſani igitur his admonitionibus
excitati alacri animo pugnam iniere: quæ maximo ardore animorum: ſũmaq; ut nũ
q̃ antea contentione geſta: non ſpectantes minus q̃ pugnantes ad uarios rerum euen
tus diuerſis perturbationibus excitati afficiebant: qui de propria ſalute ſoliciti exitũ
rei ſedentes expectabant. Ita dubio marte aliq̃diu pugnatum eſt: multaſq; in u/
tranq; partem uarietates fortuna præbuit. Tandem ſuperati Athenienſes fuere: qui/
bus ſuimet apparatus non minus q̃ hoſtis attulit detrimenti. Cum enim naues om/
nes in aciem ſtruxiſſent: ipſimet ſibi inuicem concurſantes turbationem ingentem
concitabant: grauibus præterea nauibus contra leues & expeditas & ad omnem mo/
tum aptiſſimas pugnabant. Inſuper lapidibus tantum nec ullo alio telorum genere
Syracuſani utebantur: qui quoquo modo iacti eſſent: uel ſuo tantum pondere gra/
uiſſimos ictus ifligebant. Athenienſes uero iaculorum & ſagittarum contortione cer
tabant: quas recte dirigere maritimorum fluctuum concitatio prohibebat. Id Ariſtõ
corinthius gubernator præſtantiſſimus Syracuſanis conſilium dederat: atq; ipſe in/
ter primos acerrime dimicans interfectus eſt: iam uictores Syracuſanos relinquens.
Nanq; in fugam Athenienſes conuerſi magna ſuorum parte ãmiſſa ad littus remea
bant. At maritimæ fugæ ſpe ſublata: terreſtri quoq; itinere nullam aut ſane perdiffi/
cilem euadendi uiam cernebant. Igitur animis fracti: neq; hoſtes cum relictas in litto
re naues abducerent prohibuere: neq; ſuorum ciuium corpora ad ſepulturam petie/
rant: ꝙ eos longe maior augeret ſollicitudo illorum ſcilicet qui ægroti aut uulnerati
uiuentes adhuc relinquendi erant. Quæ omnia ante oculos poſita cum intuerentur:
longe tamen deteriorem conditionem iudicabant ſuam: q̃ eorum qui pugnãtes ĩ acie
cecidiſſent: cum & ſibi tandem poſt innumeros labores ac dolores exhauſtos eædem
tamen eſſent ſubeundæ calamitates. Poſthæc uariis ſententiis agitatis: omnes in hoc
unum conſenſere: ut proxima nocte q̃occultiſſime fieri poſſet: diſcederent. Id cum
Gilippi milites animaduertiſſent: & Syracuſanos epulis ac potationibus ob partam
uictoriam deditos neq; monitis perſuaderi neq; facile imperio cogi ad arma capien/
da poſſe conſpicerent: ſeſe ad inſequendos hoſtes parabant. neq; enim longiorẽ cun
ctationem: cum illi iam abire cœpiſſent: cauſa poſtulabat. Verum Hermocrates hu/
iuſmodi fraudem machinatus: iam cœptam profectionem retardauit. Viros enim
quoſdam ad Niciam ire iuſſit: qui ſe ab illis miſſos dicerent: quibus cum clandeſti/
nos habere ſermones Nicias (ut antea diximus) conſueuerat: atq; eorum nomine ad/
monere: ne proxima nocte diſcederent: Syracuſanos pluribus locis inſidias poſuiſſe:
atq; aditus omnes militibus ſeptos teneri. Hoc nuntio facile deceptus Nicias: noctẽ
illam in caſtris ſubſtitit: ne iterum nocte pugnare cogeretur. At Syracuſani repente
luce exorta anguſtos quoſq; ac difficiles aditus cæſis arboribus deſuper congeſtis la/
pidibus obſtruxere: atq; omnes fluuiorum alueos clauſerunt: ponteſq; illi ſuperpoſi
tos reſcidere. quæ uero per apertos cãpos ferebãt itinera: armatis equitibus obſiderũt:

itaq; ut nullus omnino abſq; pugna euadendi locus Athenienſibus pateret. Quapropter cum per omnem diem illum ac noctem etiam inſequentem in eiſdem locis permanſiſſent: poſtera luce non tanq̃ hoſtile ſolum relinquentes: ſed ueluti e ſedibus patriis migrarent: flentes mœſtiq; caſtra mouerunt: q; iam rerum omnium penuria oppreſſi non ultra in locis illis permanere poſſent. grauiorem uero diſceſſum faciebat ægrorum ſauciorumq; multitudo: quam in caſtris relinquere cogebantur. attamen hæc tolerabilia quoquo modo putabant præ illorũ quã ſe paſſuros arbitrabantur grauitate. Cũq; multa paſſim in exercitu miſeranda conſpicerentur: nullũ triſtius tamen aut miſeratione maiore dignius ſpectaculum: q̃ Nicias ipſe cernebatur: qui nondum ſatis ex aduerſa ualitudine recreatus: famem etiam tolerare cogebatur: cum minima quæq; ad uictum neceſſaria iam deeſſent: attamen ea perferebat quæ ne robuſtiſſimis quidem corporibus milites poterant tolerare. atq; in exercitus oculis q̃minime ſe præbere conabatur: non quia melius aliquid fore ſperaret: ſed ne militibus mœrore ſuo triſtitiam augeret: & cum ĩ communi õnium luctu lachrymiſq; interdum & ipſe collachrymare cogeretur: facile apparebat: nõ tã ſui cauſa moueri q̃ cladis ignominiæq; imminentis exercitui: quem ipſe gloria & opibus florentem reducere in patriam poſſe ſperauerat. Nec eius tantum aſpectus miſericordiam concitabat: uerum & concionis ſuæ recordatio: quam Athenis uehementiſſimam habuerat: cum populum a ſuſcipiendo bello dehortaretur. tanto enim indignior præſenti calamitate putabatur: quanto magis contra ſententiam ſuam nauigare coactus fuerat: quin etiam Diis ipſis tacite quodãmodo ſuccenſebãt: animaduertentes uirum pietate ac religione inſignem nihilo meliori conditione eſſe: q̃ eorũ qui tunc ĩ exercitu militarent ſceleſtiſſimum quenq; & flagitiis omnibus inquinatiſſimum. Ipſe uero frõtis hilaritate & communi ſalutatione: tum dexteræ ad obuios quouſq; porrectiõe calamitatis ſuæ ſortem diſſimulabat: & ſe q̃optimo eſſe animo ſignificabat: atq; ſæpe cum hoſtibus congreſſus: ſæpe etiam hoſtili manu uulneratus octo dies uniuerſi belli molẽ ſubſtinuit: quoad imperator alter Demoſthenes cum omnibus quãs ſecum habebat copiis ab hoſtibus circunuentus captuſq; eſt. Nam cum ſe ita circunſeptum undiq; animaduertiſſet: ut nulla euadendi poteſtas eſſet: nudatum gladium in pectus adegit. Nec tamen eo uulnere mori potuit: q; repente ſuperuenientes hoſtes gladium e uulnere deduxerunt. Hæc poſtq̃ a Syracuſanis nuntiata ſunt Nicie: atq; ipſe miſſis ad inſpiciendum equitibus: captã exercitus partem comperit: Gilippum ſummis precibus rogabat: ut abeũdi e Sicilia poteſtate Athenienſibus facta obſides acciperet: quoad Syracuſanis tantundem pecuniæ ſolueretur: quantum in eius belli ſumptibus exhauſiſſent. Has cõditiones cuncti non accipiendas cenſuere: & contumeliis affectos legatos: minis etiam ſuperadditis dimiſerunt. Nõ tamen his malis dejectus animo Nicias: q̃uis omnia ad uictum neceſſaria deeſſent: proximam noctem & ſequẽtis diei maximam partem ſupra omnium opinionem tolerauit. Inde ad flumẽ quod Aſinarum uocant: traiiciẽdi conſilio mouit caſtra. Cũq; iam permulti flumen ingreſſi eſſent: hoſtes ſuperuenere: & diſperſos ac palantes cum offendiſſent: magnam ſtragem ediderunt. Nõ nulli etiam Athenienſium propter ſitis quã diu tolerauerant magnitudinem: quaſi furentes in flumine ſeſe præcipitabãt: & miſerabilis erat ſane rerum facies: cum alii in medio flumine iugularentur: alii permixtum aquæ commilitonum ſanguinem potarent. Tandem Nicias ad Gilippi genua procumbens: Miſerere inquit uictor: non mei quidem qui per haſce calamitates & infortunia nomen & famam peperiſſe mihi perẽnem uideor: ſed Athenienſium reliquorum martemq; communem & belli uariam fortunam reminiſcere. Neq; enim te latet q̃ clæmẽter Atheniẽſes cõtra

Lacedæmonios uictoria uſi ſunt. Talibus uerbis deprecante Nicia commotus cum aſpectu tum oratione Gilippus apprehenſa dextra illum ſubleuauit: & lachrymãtem miſeratus eſt. Sciebat enim per omne tempus ipſum Lacedæmoniorum partibus fauiſſe. Præterea maximam ſibi gloriam fore putabat: ſi duos clariſſimos imperatores captiuos Lacedæmonem duceret: propterea q̃uis ſero ut a cædibus abſtinere tur: imperauit. Iam enim maior occiſorum numerus erat: q̃ eorum qui ſuperſtites remanſerant: quanq̃ permultos milites ipſi clam e turba captiuos ſubripuiſſent: omnibus inde qui cædi ſupererant in unum coactis ac ſpoliatis: ingentes arbores quæ plurimæ in ripa fluminis aderant captiuorum ſpoliis exornarunt. Poſthæc Syracuſani coronati omnes: tum equis etiam ſuis coronis impoſitis: captos uero exhoſtibus equos detonſis crinibus ducẽtes in urbem uelut triumphantes rediere: ſuperato tandem certamine omnium quæ inter ſe græci certauerint ſplẽdidiſſimo: ſummoq; labore ac præclara ſuæ fortitudinis ſignificatione uictoriam conſecuti. Poſthæc Eurides Syracuſanorum prætor totius populi necnon etiam ſotiorum aduocata concione rogationem huiuſmodi tulit: Primo ut dies in quo Nicias ſuperatus eſſet: ſacer atq; ab omni opere immunis haberetur: utq; ſacra Diis īmortalibus quot annis eius uictoriæ gratia fierent: & celebritatem hanc a fluuii nomine Aſinarã nũcuparent. Eſt autem dies hic quartus ſupra uigeſimum eius menſis: quem illi carnium Athenienſes metagithmonem uocant: latine uero maium arbitror appellati. Tulit præterea ut captiui omnes: qui Athenienſium ſerui aut ſotii extitiſſent: dimitterentur incolumes. Ipſi uero Athenienſes & Siculorum quicunq; in eorũ exercitu capti fuiſſent: per lapidicinas ad opus faciendum diſtributi: ſumma diligentia obſeruarentur: imperatores uero ultimo afficerentur ſupplicio. Huic regnationi cũ uehementer populus aſſentiretur: aſſurgens Hermocrates: Non minoris īquit uirtutis eſſe arbitror Syracuſani: parta uictoria bene uti: q̃ uincere. Verum eius oratio ſtrepitu ac tumultu repreſſa eſt. Gilippus uero iampridem Syracuſanis odioſus cũ propter acerbam nimis in imperando ſeueritatem: tamen propter inſitum Lacedæmoniis omnibus faſtum: cum ſibi Athenienſium imperatores dari expoſceret: non modo non auditus ſed conuitiis etiam laceſſitus & contumeliis grauibus affectus eſt. Huius gloriæ atq; auctoritati plurimum obfuiſſe Timeus refert cupiditatis opinionem & animi modicitatem quãdam de minimis etiam atq; uiliſſimis rebus ſollicitam: quos morbos uelut hæreditarios a patre accepiſſe conſtat. Cleandridem enī Gilippi patrem ferunt acceptis aliquando a Syracuſanis muneribus aufugiſſe: eundemq; cum mille talenta a Lyſandro miſſa Spartam deferret: triginta ſurripuiſſe tradunt: atq; in intima domus parte defodiſſe. Demumq; re per inclytes patefacta: ſumma cum ignominia reſtituere coactum eſſe. Verum hæc in his quæ de Lyſãdro ſcripta ſunt: latius enarrantur. Demoſthenem ac Niciam non fuiſſe a Syracuſanis interfectos Timeus refert: q̃uis illi ita fieri decreto etiam facto ſtatuiſſent: ut Philiſtus & Thucydides ſcripſere. Sed cum Hermocrates nondum concione dimiſſa ad eos occidendos proficiſceretur: occuriſſe quẽdam carceris cuſtodem ait: ac rettuliſſe propriis manibus illos ſibimet conſciſſe mortem: eorum ſane corpora ante fores carceris proiecta diutius iacuere: ut cuiq; aſpiciendi poteſtas fieret. Accæpi autem īhodiernum etiam diem clypeum Syracuſis in templo eius poſitum: quem Niciæ fuiſſe dicunt auro purpuraq; mira arte intexta ornatiſſimum. Athenienſium qui per lapidicinas diſtributi fuerant: magna pars cum morbo tum uictus aſperitate īteriere. Nihil enī præter q̃ hordei duas & unam aquæ cotilas: id autẽ mẽſuræ genus eſt: in ſingulos dies accipiebant. Multi quoq; a cuſtodibus clanculum ſubrepti atq; ad colendos agros dimiſſi ſunt. Plæriſq; etiam abeundi facultas tacite permiſſa:

nonnulli quoq; pro ſeruis uenditi: quibus equi caractere in fronte inurebant: quod ſer uitutis uolebant argumentum eſſe: ſed ingenuitatis & pudoris quam præ ſe ferebant ſignificatio eorum plurimis adiumento fuit. empti enim aut ſubito a dominis manu mittebantur: aut in magno honore habiti apud dominos permanebant. aliquot etiã propter Euripidem poetam ſalutem adepti ſunt: cuius præ cæteris Græcorum poetis carmina Siculi admirabantur: & ſiqua a captiuis ullis audire poterant: libentiſſime p diſcebant. Multi igitur captiuorum Athenas reuerſi: Euripidem ſalutatum accede bant: ſuis ſe carminibus ſaluatos eſſe dictitantes. alii enim cum illa dominos docuiſ ſent: ſubito ab eiſdem mercedis loco manumiſſionẽ acceperant. Quidã uero poſt cõ miſſam pugnam uarii per ciuitates diſperſi: uictum carminibus eiuſmodi decantan tandis quæſiuerant. Athenas autem ferunt tantæ calamitatis nũcium ſero admodum perueniſſe: ac primo propter auctoris nunciantis uarietatem minime adhibitam fidẽ fuiſſe: hoſpes enim forte in Pyreum diuertens: cum in tonſoria taberna cõſediſſet: de his quæ ĩ Sicilia contigerant: quaſi iampridem Athenienſibus nota eſſent: condolens referebat. Ea cum tonſor audiſſet: citato curſu in urbem ueniens: rem omnem ad magi ſtratus detulit. Inde per uniuerſum populum ſermones eiuſmodi manarunt: ita ma gno tumultu ac perturbatione exorta: ut in re tanta contĩgere neceſſe eſt. Magiſtratus populo conuocato tonſorem in concionem introduxit: qui interrogatus unde hæc au dita referret: cum certe nihil reſpondere uideretur: in carcerem coniectus eſt: eo conſi lio: ut grauioribus poſtmodum ſuppliciis afficeretur: q; de tantis rebus incertos rumo res in uulgus proferens: ſeditionem propemodum ĩ ciuitate concitaſſet. Atq; ita ſane longo ſpatio ſeruatus eſt: quoad certi nuncii ſuperuenere: qui rem omnem quo ge ſta fuerat ordine: expoſuerunt: Adeo Athenienſibus incredibile uidebatur: ea Niciam fuiſſe perpeſſum: quæ ipſe multoante uentura prædixerat.

MARCI CRASSI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

ARCVS CRASSVS PATREM HABVIT CVM honoribus plurimis: tum triumpho cenſuraq; inſi gnem: parua in domo tenuiq; cenſu una cũ duobus fratribus parce admodum educatus eſt. Ii uiuis ad huc parentibus cum uxores duxiſſent: una tamẽ do mo & menſa ſimul omnes utebantur: ut uel maxi me ea de cauſa uideatur in omni uictu modeſtiam & frugalitatem Craſſum conſecutum. Poſtmodum al tero e fratribus mortuo: Craſſus illius uxori congreſ ſus: filios aliquot procreauit. Nec multopoſt accuſa tus eſt: q; cum Licinia ueſtali uirgine rem habuiſſet: quæ tamen facile iudicio liberata eſt: q̃uis grauiter Plotinus accuſationem urgeret. E rat huic mulieri ſuburbanum egregie ornatum: quod cum paruo precio ad ſe trahere Craſſus optaret: humilius colere mulierem eiq; quoad poterat gratificari cœpit. Qua propter facile in eam: quam dixi: ſuſpicionem incidit. Sed cum res (ut erat) iudicibus

innotuiſſet:& auariciæ potius q̃ amoris cauſa factum animaduerterent:facile ſuis ſententiis Craſſum liberarunt:qui non antea cœptum erga Liciniam cultum omiſit:q̃ cõcupitæ rei potitus eſt. Apud Romanos omnes conſtat uirtutes quas plurimas Craſſus habebat:unius auariciæ ſordibus obſcuratas fuiſſe. Hoc enim in ipſo præcipuum uitium cætera:quæ in eo fuerant: lõge ſuperauit. Cuius rei clariſſimum teſtimoniũ præbet magnitudo diuitiarum:quas breui admodum tempore ſibi comparauit. Nam cũ trecenta ſolum talenta ex paterna hæreditate accæpiſſet: prius tamen q̃ aduerſus Parthos exercitum duceret:ſeptemmilium & centum talentorum ſummam coegiſſe tradunt: cum etiam decimam facultatum ſuarum partem Herculi conſecraſſet:& publicum epulum dediſſet populo:ac tres minas in ſingula ciuium capita contuliſſet. Harum diuitiarum maximam partem(ſi uerum proferre licet)ex ciuilibus bellis atq; incẽdiis comparauit:calamitatibus publicis ad priuatas utilitates abutens. Cum enim Sylla uictor urbe potitus:interfectorum a ſe ciuium bona quaſi prædam ex iuſto bello ex hoſtibus captã uẽderet:cuperetq; q̃plures ex potẽtioribus ciuibus illarum quaſi cõtagione inquinare: nihil unq̃ Craſſus uel largitionis uel emptionis nomine accipere recuſauit. Multas præterea ciuitatis partes incendio conſumptas & deformes tantum parietes:quaſi domuum cadauera derelicta cum uidiſſet: quotquot earum potuit paruo admodum precio mercatus eſt:cum illarum domini partim metu partim egeſtate cõpulſi nihil petenti negare auderẽt. Hoc itaq; pacto magnam urbis partem ſui iuris fieri contigit. Seruos præterea circiter quingentos emit:fabrilis artis & architecturæ peritos: nec his tamen niſi ad propriæ domus extructionem uſus eſt: ſed ciuibus edificare uolentibus:eorum operas mercede locabat: ac ſimul areæ ſpatium cuiq̃ pro arbitrio ſuo ad edificandum uendebat. Cumq; ſignati argenti maximam copiam:& agros mirifice cultos:& in eis cultorum ingentem numerum poſſideret:minimi tamen hæc omnia facienda uidebantur:præ maxima ſeruorum turba:quos uariis artibus inſtructos habebat : lectores ſcribas pictores argentarios procuratores menſarios : quos ipſemet ſumma diligentia curare & diſcentibus aſſiſtere: plæroſq; docere conſueuit. Aiebat enim præcipuam domini curam erga ſeruos eſſe oportere:cum ſint rei familiaris tanq̃ animata inſtrumenta. Atq; hoc recte Craſſus & iudicare & dicere uidebatur. Aliis enim in rebus adminiſtrãdis familiarium ac domeſticorum opera uti decet:ipſos uero ſeruos ac domeſticos curare proprium domini munus & officium putãdum eſt. Economicæ enim diſciplinæ pars quæ circa inanimata uerſatur:pecuniæ tantum parandæ ſtudium continet: quæ uero circa homines gubernandos intendit: politicam quandam ſcientiam ſapere uidetur. Illud uero non recte ab eodem dici conſueuerat: Neminem omnino diuitem aut dici aut exiſtimari debere: qui facultatibus propriis exercitum alere non poſſit. Bellicorum enim ſumptuum nullus eſt modus:nulla menſura bellum nutritur:ut inquit Archidamus. Itaq; diuitiarum quæ ad illud alendum ſufficere ualeant:infinitam eſſe magnitudinem oportet. Laudabilior itaq; in hac re ſẽtentia uidetur:qui cum agri quattuordecim iugera ſingulis amicorum donaſſet: permultos tamen his minime contentos & plura quærentes animaduertiſſet:illorum cupiditatem caſtigans:Nemo inquit Romanorum ſit: qui parum ſe poſſidere arbitretur:cum tantum habeat ſoli:quod ad uictum præbendum abunde ſufficiat. Erat Craſſus in amicos liberalis adeo:ut omnibus ſemper eius domus pateret. Pecunias ĩſuper ſine ullo fœnore mutuo traderet:quas tamen ab eiſdem cum repetendi tẽpus aderat: adeo acerbe exigere conſueuit:ut magis plærunq; gratis eas accepiſſe noceret:q̃ ſi ab aliis ad uſuram & fœnus eas accæpiſſent. Ad cœnas atq; conuiuia populares homines ut plurimum ex media plæbe uocare conſueuit. Cum eſſet in omni uictu (ut antea diximus)frugalis & modeſtus. Fuit autẽ rhetoricæ facultatis pſtudioſus:ac uehemẽter circa illã elaborauit. Cumq; ad dicẽdum nõ ſatis idoneus natura uideret̃:ſtudio tamẽ ac diligẽtia tãtũ ꝓfecit:ut eos etiã qui natura aptiſſimi ad eã diſciplinã habebãtur: facile

ſuperaret. nullam enim cauſam adeo tenuem aut tã contẽnendã fuiſſe tradũt: ad quã peragendã impræmeditatus accederet. Cũq; Pompeius perſæpe ac Cæſar Cicero etiam nõnullas a ſe cauſas quaſi parum ſe dignas reiicerẽt: ipſe earum patrocinium ſuſcipiebat: quamobrem a populo maximam gratiam conſequi meruit: q; in cauſis accuratus & diligens: præterea facilis ad opem indigentibus ferendam haberetur: ſummaq; in appellandis ciuibus ac ſalutandis humanitas gratiſſimum illum populo faciebat. Nemini enim tam ſordido tamq; humili romanorum occurrebat: cui ſalutatus ipſe ſalutẽ non redderet: ac proprio nomine cõpellaret. Fertur etiam hiſtoriarum fuiſſe peritiſſimum: atq; in philoſophiæ ſtudio plurimum tẽporis & operæ poſuiſſe: cũ maxime Ariſtotelis diſciplinam ſectaretur: ĩ qua præcæptorẽ habuit Alexandrum uirũ temporibus illis celeberrimum: quiq; humanitatis & contemnendæ gloriæ præclariſſima exẽpla de ſe præbuit in ea quã cũ Craſſo habuit conſuetudinẽ. Nec enim iudicari facile poteſt: utro tẽpore pauperior uixerit: an cũ primo ad Craſſũ acceſſit: an cũ poſtea in eius amicitia ac familiaritate permanſit. De quo hoc unum dixiſſe ſatis erit: q; cum nunq̃ a Craſſo diſcederet: ſoluſq; ex amicis aliquando cũ illo peregre profectus eſſet: ĩ itinẽr pileũ popoſcit: eumq; ſtatim ex itinere reuerſus Craſſo reſtituit. O ſummã atq; admirabilem uiri cõtinentiam: quæ ſolam paupertatem incorruptibilẽ atq; inſuperabilem eſſe putauit. Sed de his alias. Cum Cynna & Marius rerum potiti nõ ad patriæ utilitatẽ ſed ad ĩimicorum ultionẽ & optimatũ pernicieẽ uictoria uti uelle uiderẽtur: & iã plurimos ex nobilitate occidiſſent: inter quos Craſſi pater ac frater fuere: uix Craſſus ipſe q̃uis adhuc adoleſcẽs mortẽ effugit. nã cum ſe undiq; cuſtodibus ſeptum diligẽtius tyrãnorum iuſſu ad mortem obſeruari ſentiret: tribus tãtum comitibus & decẽ ſeruis aſſumptis ſũma celeritate in Hiſpaniã conceſſit: ubi iã pridem ſub patre ĩperatore militans permultos ſibi amicos cõparauerat: quos cum uehementer Marii timore perculſos offendiſſet: eiuſq; abſentis ĩperium non ſecus atq; inſtantis perhorrentes nulli eorum ſeſe credere aut aperire auſus eſt: ſed in Iubii Paciachi cuiuſdam agrum: qui mari finitimus erat: ſecedẽs ĩ ſpelunca quæ maxima ĩ eo erat delituit. Inde cum iam quæ ſecum tulerat alimẽta deficerent: unum e ſeruis ad Iubium mittit: qui illum quonã pacto erga ſe res habeat certiorẽ faceret. Eo nuntio accepto uehementer letatus Iubius diligentius locũ in quo delituerat & ſociorũ numerum percontatus. Ipſe quidẽ ne rẽ patefaceret: ad eum uiſendũ non acceſſit: ſed ſeruum eius agricultorẽ iuxta locũ ĩ quo Craſſus latebat adducens ſingulis diebus paratam cœnam eo deferre præcæpit: eaq; ſupra ſaxum (quod ibi aderat) poſita cũ ſilẽtio diſcedere iubet: nec quis acceptурus eſſet aut qua de cauſa id fieret ulterius exquirere: & mortem delicti pœnam futuram minatus eſt: ſiquid ultra q̃ præcæptum fuerat attentaſſet: recte uero mandata exequenti libertatis premium pollicitus eſt. Erat ſpelunca non procul a mari conſtituta: quam rupes ingentes ac locis plurimis rimoſæ claudebant: tenue lumen ac leuẽ auram ſuſcipientes. Intus uero latitudo maxima pandebatur. Pluraq; inter ſe peruia & quaſi induſtria fabricata habitacula. At ne quid omnino deeſſet quod uſui neceſſarium fore uiderẽtur: perennes aquarum fontes ex præruptis ſaxis decurrentes inde interfluebant: atq; inde per ſciſſuram petræ qua maxime lumini patebat ingreſſus: in mare deferebãtur. Hoc itaq; in loco cum Craſſus habitaret: quotidie quæ ad uictũ neceſſaria eſſẽt deferebantur a uiro quinam eſſẽt qui cibos acciperent: penitus ignaro. Nec enim eos qui in ſpelũca erant conſpicere poterat: cũ tamen ipſe ab eiſdẽ optime cerneretur: qui aduentus ſui tempus & horam diligenter obſeruabant. Atq; omnia nõ modo ad uſũ ſed ad uoluptatem quoq; ſufficientia abunde ſuppeditabantur. Cũq; in õnibus quo ad poſſet Craſſo gratificari Iubius niteretur: eumq; in adoleſcentiæ medio cõſtitutum animaduerteret: ut uolupratum etiam quas ætas illa deſiderat copiam præſtaret: ancillas duas egregia forma & ætatis flore præſtantes ad eam ſpelũcæ partem: quæ ad mare conuerſa eſt ducit: & per abrupta ſaxa aſcenſum demonſtrans maximis premiis

propoſitis ſpeluncam audacter ingredi iubet. Eas igitur per abrupta ſaxorum uenien
tes amici qui cum Craſſo erāt conſpicati: primo ne proditus ac patefactus eſſet locus
timuere. Deinde quidnam quærentes aut cuius rei cauſa ueniſſent percōtati: cū illæ ut
a Iubio inſtructæ fuerant: dominum illic latentem ſe quærere reſpondiſſēt: intelligēs
Craſſus Iubii erga ſe colendum amorem ac diligentiam læto animo puellas ſuſcepit:
ac deinceps reliquum omne tempus: quo in ſpelunca uerſatus eſt Craſſus: ſecum per
manſeſ: ſæpius ad Iubium ſiquid uſus poſceret mādata deferentes. Ex eis unam iam
ætate confectam ſe uidiſſe Feneſtella teſtatur: ſæpiuſq; hæc omnia (ut acta fuerant) or
dine ab eadem narrata audiſſe. Octo igitur menſes eo modo Craſſus in ſpelunca deli
teſcens permanſit. Poſtea cum de Cynnæ morte nuntium accepiſſet: ſpelunca digredi
ens magno ad eum facto concurſu ſumma alacritate exceptus eſt. Inde duorum mili
um & quīgentorum hominum exercitu coacto plurimas Hiſpaniæ ciuitates perluſtrā
uit: & earum unam Malacham nomine militibus diripiendam cōceſſit: ut quidam hi
ſtorici tradidere: q̄uis ipſe talia negare grauiterq; aduerſus eos qui id diſſererent: iraſci
conſueuerit. Poſthæc nauibus collectis in Lybiam traiecit: & ad Metellumpium uirū
per id temporis inſignem ſe contulit: qui cum exercitu ualidiſſimo Lybiam tenebat.
Nec diutius ibidem commoratus ſeditiōe cum Metello facta ad Syllam profectus ho
norifice admodum exceptus eſt. Cumq; ī Italiam redire Sylla ſtatuiſſet: ōnes qui ſecū
erant adoleſcentes negocio aliquo īplicare cupiens: alia aliis peragenda mādauit. Craſ
ſum uero in Marſos ad parandam expeditionem proficiſci iuſſit. Cūq; ab eo Craſſus
in itinere cuſtodes peteret (erat enim ſibi non procul ab hoſtibus iter faciendum) ſubi
ratus aliquātulum Sylla: ego tibi inquit cuſtodes eſſe iubeo patrem ac fratrem tuum
amicos inſuper & affines; quos iniuſte a communibus hoſtibus īterfectos ad præſens
ulciſci contendimus. His uocibus uehementer accenſus & iritatus Craſſus a Sylla di
greſſus eſt: & per medios ferme hoſtes ad quæ tendebat loca profectus ualidiſſimum
coegit exercitum: cuius egregia opera Sylla poſtmodū maximis in periculis uſus eſt.
Atq; ex his rebus quas circa Syllā uterq; geſſit: laudis & gloriæ adipiſcēdæ cauſa æmu
lationem inter Craſſum & Pompeium exortam ferunt. Erat enim Pompeius minor
natu q̄ Craſſus pře īſup ortus infami: quiq; extremo odio ciuibus ſuis peroſus fuerat:
nihil tamen his aduerſātibus indies maior & clarior habebatur: & ei Sylla honores plu
rimos q̄uis admodum iuueni exhibebat: quos æqualiū ſuorū nemini ferme uel pau
cis omnino impendere conſueuerat. Nam & uenienti Pompeio aſſurgere & caput ape
rire & imperatorem appellare dignabatur. Quæ res Craſſū uehementer angebāt: atq;
eius indies augebant indignationem: q̄uis merito præferendus Pompeius iudicio om
nium uideretur: primo q̄ in rebus gerēdis non ſatis expertus Craſſus habebatur: tum
q̄ magnam ſuis factis gratiam innata ſibi uicia adimebāt auaritiæ ſcilicet morbus:
& in minimis etiam rebus ſupra quam ſatis eſſet habita ratio utilitatis ſuæ. Cū enim
Tudertum Vmbriæ ciuitatem cæpiſſet: multa clanculum ſurripuiſſe compertus eſt:
ex quo magnam Syllæ indignationem in ſe contraxit. In ea uero pugna quā maxīam
& eādam extremam Sylla circa Romam pugnauit: cum ea parte cui Sylla præerat: lo
co mota acies pelleretur: Craſſus alterius cornu præfectus egregie aduerſarios ſupera
uit: fugiēteſq; ad noctem uſq; inſecutus eſt: īde in caſtra reuerſus uictoriæ nuntium
ad Syllam miſit: qui rem omnē quo geſta fuerat ordine enarraret: ac militibus ſuis ab
eodem cœnam expoſceret. In proſcriptione quoq; ciuium romanorum & bonorum
publicatione magnam infamiam ſubiit: res multas ac præclaras exiguo admodū pre
cio mercatus: & munera ab omnibus acrior exigens ſiqui ulla de cauſa eius opera in
digerent. In brutiis uero diuitis cuiuſdam bona proſcripſiſſe fertur: ignaro ac minime
id iubente Sylla: qui cum re iam peracta negocium reſciuiſſet: grauiter īdignatus nul
lum ad negocium publicum deinceps Craſſum adhibere conſtituit. Fertur & hoc ſibi
natura inſitū fuiſſe: q̄ cū eſſet ipſe omnium auariſſimus: grauiter tamen maledictis

auaros inſectari & odiſſe ſui ſimiles homines conſueuit. Vehementer autem eius ani-
mum cruciabant ingentes honores ad Pompeium delati: & aſſidua ſine interuallo
magiſtratuum gerendorum conceſſa poteſtas & anteaq̃ in ſenatum legeretur permiſ-
ſa triumphandi licentia: magniq; a ciuibus ultro cognomen delatum. Itaq; cũ aliquã
do ex Romanis quiſpiam dixiſſet: iam aderit Pompeius magnus: & quãtuſnam īquit
arridens cum indignatione Craſſus. Cũ ſe igitur militari gloria īferiorem animaduer-
teret: ciuilibus ſtudiis q̃maximam poſſet auctoritatem & potentiam comparare nite-
batur. Itaq; potentibus omnibus præſto aderat officiis patrociniis pecuniarum etiam
mutuis dationibus: quoſlibet ex populo adiuuãs: ut ſibi uires & gloriam quæreret qui
bus Pompeii conatibus poſſet obſiſtere. Magnã enim Pompeius a militibus: quibus
præfuerat imperator: beniuolẽtiam conſecutus erat: & abſentis nomen īdies maius ha
bebatur ob inſignem rei militaris peritiam. præſens uero nõnunq̃ a Craſſo in honorũ
petitionibus ſuperatus eſt: propter ſummam quam ſua præſentia concitabat īuidiã:
cum ex forma & habitu corporis faſtus quandam ſignificationem præ ſe ferret: nec fa
cile multitudini congrederetur: operam uero ſuam ac patrocinium difficilius cuiq̃ præ
ſtaret: quaſi uires ad res maiores obeundas ſortitus: q̃ ut ſupplices aut damnatos ī iu-
dicio defenderet. Craſſus autem ī his ſtudiis aſſidue uerſabatur: & frequens in concio
ne ac foro aderat: atq; õnibus facilem & peraffabilem ſe præſtabat: adeo ut ī medio eti
am rerum gerendarum curſu poſcentibus aliquid amicis aut clientibus aurem nõ gra
uate præberet. Corporis autem dignitas ac ſermonis elegantia tum frõtis hilaritas quæ
dam facile ad ſe amãdũ homines alliciens par ī utroq; fuiſſe traditur. Ambitio quoq;
& honorum cupiditas eademq; æmulationis cuiuſdam non tamen odii aut maliuo-
lentiæ cauſas præbuit. Dolebat enim frequenter Craſſus Cæſarem ſibi Pompeiumq;
in honoribus præferri: nec eam ſane inter ſeſe animorum alienationem diſſimulare pe
nitus poterant. Itaq; Cæſar in Aſia a prædonibus captus & in uinculis & cuſtodia detẽ
tus: magna uoce ut a pleriſq; audiretur: clamauit: quantas inquiẽs Craſſe prædonibus
habebis gratias: cum de captiuitate mea certior factus fueris. nõ multo tamẽ poſt ami
citia coniuncti ſunt: & inuicem ī gratiam rediere. Cumq; in Hiſpaniã Cæſari profectu
ro pecuniæ quas exercitibus daret defeciſſent: fœneratoribus tantum pecuniæ Cæſaris
nomine credere recuſantibus: atq; ea de cauſa profectionem differre Cæſar cogeretur:
Craſſus octingentorum ac triginta talentorum ſponſor fœneratoribus īterceſſit. Cũ-
q; un uerſa ciuitas ī partes tres diuiſa eſſet: quarum una Cæſaris: altera Pompeii: ter
tia Craſſi appellabatur. Nam Cato magis iuſtitiæ & bonitatis opiniõe q̃ potentia uale
bat. Cumq; omnes qui optimi ac ſapientes habebantur: Pompeii partes ſequerentur:
turbulenti uero & qui maximam in ciuitate licentiam habeŕ cupiebãt: Cæſaris opibus
fauerent: Craſſus īter utroſq; medium ſeſe gerebat. At modo huius modo illius parti
bus inhærẽs ſæpe in reipublicæ adminiſtratione mentem ſentẽtiamq; mutauit: cum
nulli in amicitia ſatis firmum nec rurſus aſperum nimis inimicum ſe præſtaret: ſed fa
cile admodum ac leui momento: ut magis in rem ſuam cõferre arbitrabatur: amorem
ſimul & odium permutabat. Itaq; eorundem hominum patronum & accuſatorẽ &
legum earundem ſuaſorem & diſſuaſorem breui temporis interiecto ſpatio fuiſſe cõ
pertum eſt: timore autem magis q̃ gratia ad populum poſſe exiſtimabatur. quaprop
ter ſollicitudines maximas incutiebat his: qui ſub ſua poteſtate tenebantur: quotiens
magiſtratum aliquem gereret. Vnde & Sicinius multa in quoſcũq; probra iacere con
ſuetus aliquando rogatus cur ſoli Craſſo in conuitiis parceret: fœnum enim inquit in
cornu gerit. Mos autem romanis fuit: ut cornupetarum boum cornua fœno circunli-
garent: quo obuiam procedentes ſibi ab illo cauendum eſſe monerentur. Interea gla-
diatorum ſeditio per id temporis excitata eſt: & eorum per omnem Italiam diſcurſus
prædabundus inſecutus: quem pleriq; ſpartacũ bellũ appellarunt: atq; illum huiuſ-
modi habuiſſe prĩcipiũ ferũt. Lẽtulus quidã cognomine Bartiatus magnã gladiatorũ

familiam Capuæ nutriebat: quorũ maxima pars ex Galatia & Thracia erant oriundi: non ob aliquod perpetratum ab ipsis scelus sed tantum propter emptoris impietatẽ necessario gladiatorum exercere coacti ex eis aliquot fugiendi consilium cum iniisset: anteq̃ fugæ constitutus dies aduenisset: proditi ac patefacti fuere. Duo tamen & octuaginta: cum reliqui timore impliciti cunctarẽtur: effugere: atq; e coquinaria taberna uerubus ac bipennibus abreptis: cũ cætera arma deesset: e ciuitate digressi sunt. Forteq; in currus gladiatorum armis onustos: quæ ad aliam ciuitatem deferebantur: incidere: illa igitur auidissime rapientes seipsos armarunt. Cumq; munitum locum quẽdam occupassent: tres inter se duces cõstituere. Quorum primus Spartacus uocabatur uir ex Thracia oriundus: ac non minus prudentia q̃ corporis robore & uiribus præstans facilitate insuper ac mansuetudine tum uirtutibus omnibus supra fortunæ & conditionis sortem ornatus: ut græcus potius q̃ barbarus uideri posset. Fertur cũ primũ Romã uenalis delatus est: draconem sub dormientis capite in spiram complicatum apparuisse: quẽ Thracia itidem mulier conspicata: cum uaticinandi peritissima haberetur: & Dionysii sacris esset initiata: signum hoc esse dixit magnæ cuiusdam & formidabilis potentiæ futuræ: quæ tamen exitum habitura esset infortunatum: eam semper ad se mulierem & conuiuiorum deinceps & itinerum comitem Spartacus habuit. Cõcursu igitur primum ab his qui Capuæ fuerant ad Spartacum facto: ac subinde paulatim confluente multitudine: cum sibi armorum copia ex oppidis quæ cæperant suppeditaretur: gladiatoriis armis tanq̃ barbaris & inutilibus abiectis: sese militaribus armis instituxere. Aduersus eos cũ tribusmilibus armatorum Clodius missus imperator ĩ mõte quodam asperrimo deprehensos obsedit. Erat mons undiq; uastis atq; abruptis rupibus septus: ĩ quem una tãtum ex parte peruius aditus atq; id satis ãgustus patebat. Eum locum Clodius egregie custodibus operibusq; muniuit: reliqua ut dictum est abscissæ rupes ac præcipites claudebant: quæ cum dumis asperrimis tum agrestibus maxime uitibus uestitæ digressum penitus negare uidebãtur. Verum qui obsessi erãt: cũ iam acrius necessitate rerum omnium premerentur: cum cæsos uitium palmites mutuis nexibus colligassent: sese per abruptas rupes expeditos dimisere: uno tantum derelicto: qui digressis cæteris arma paulatim cum deiecisset: ipse quoq; ad suos descendit incolumis. Inde Romanos nihil tale suspicantes circunuecti a tergo inuaserunt: ac repentino timore perculsos facile in fugam uertere: castra quoq; nullo ferme labore cæperũt. Huius uictoriæ fama uulgata multi ad Spartacum undiq; ex agris confluxere pastores bubulci fures homicidæ ac uariis sceleribus homines inquinati: e quibus aliquot Spartacus armis instructos in milites elegit: quosdam uero inermes & expeditos ad præcursandum esse uoluit. Romani interea. P. Vatinum secũdum aduersus Spartacum imperatorem fecere: cuius legatum Furium cum duobusmilibus armatorum proficiscentem aggressi hostes in fugam uerterunt. Inde Cossinium alterum legatum maioribus copiis contra se missum obseruans Spartacus: q; se apud salinas plerunq; lauare consueuerat: non multum abfuit: quin uiuum atq; ĩermem caperet. Cũq; exercitum deducens ĩcolumem uix periculum euadere potuisset: Hostes ĩpedimẽtis omnibus potiti sunt. Inde Spartacus fugientem exercitum prosecutus magnam stragem intulit. Ipse etiam Cossinius in ea pugna occisus est. Postremo imperatorem ipsum Vatinum leuioribus antea prælis nonnullis superatum una tãdem ingẽti pugna uicit atq; fugauit: & lictores omnes atq; equum quo imperator ipse uehebatur cæpit. Tantis igitur prospero euẽtu rebus gestis magnum iam atq; terribile apud õnes Spartaci nomen habebatur. Ipse uero secundis rebus modum adhibere uolens: cum esset suarum uirium conscius: non eousq; cunctãdum arbitrabatur: quoad omnem ĩ se romanorũ potentiam concitaret. Itaq; ad Alpes exercitum admouere constituerat: eo consilio ut superatis Alpibus exercitum dimitteret. Atq; alii in Galaciam alii in Thraciam ad suas quisq; domos remearẽt. Verum milites multitudini iam & uiribus suis fidẽtes eius

uerbis obtẽperare noluerunt: ſed mediam perũadentes Italiam incendiis & populatio nibus cũcta uaſtarũt. Quod poſtq̃ Romæ auditum ẽ: īdignatiõe maxima patres atq; omnẽ populũ accendit: non tam rei turpitudine atq; īdignitate cõmotus: ſed īminẽs etiam reipublicæ periculũ formidantes. Itaq; tanq̃ ad maximum ac difficillimum bel/lum conſules ambos proficiſci decreuere: e quibus Gellius parum caute in hoſtes ruẽs cũ plurimum germanorum uiribus fideret: e quibus maxima pars exercitus ſui conſta bat: omnes fere copias amiſit. Lentulus uero alter cõſul circũducta exercitus parte me dios hoſtes clauſiſſe putabat: uerum illi a tergo conſulẽ adorti cõmiſſa pugna legatos ſuperarũt: & caſtra cũ õnibus ſimul īpedimentis cæpere. Inde ad alpes (ut ante ſtatue rant) proficiſci cõtendunt: quibus uenientibus Caſſius qui circa Padum oram Galliæ cum exercitu Prætor obtinebat: obuiam profectus eſt: ac pugna cõmiſſa pluribus e ro manis interfectis Caſſius ipſe uix euaſit incolumis. Hæc Romã ut geſta fuerãt per nũ tios delata: magna aduerſus conſules iracundia ſenatum incendere: atq; illis bello ab/ſtinere iuſſis Craſſum īperatorem contra Spartacũ delegit: cuius gratia & amicitia no/biles quidã adoleſcẽtes cõmoti ſecũ ad exercitum ire comites ſtatuerunt. Profectus igi tur Roma Craſſus ī agro piceno ſubſtitit uenientẽ Spartacũ ibidẽ cõmoraturus. Inte rea Mumium legatum cum duabus legionibus hoſtem a tergo circunuenire iubet: & eius ueſtigia q̃maxime poſſet ſequentẽ a pugna ſeſe penitus abſtinere præcæpit. At il le cũprimum ad hoſtes peruenit: magna ſuarũ uirium opinione īflatus pugnam con ſeruit: in qua multis Romanis cæſis reliqui abiectis armis fugientes euaſere: qui cum ad Craſſum peruenīſſent: grauiter admodũ ſũmaq; ignominia excepti ſũt. Ac Mumi us præſertim qui pugnandi auctor extiterat: militibus tamen Craſſus iterum arma cõ cedens ſponſores ab eis ſeruandorum armorũ poſtulauit: & ex eis quingentos qui pri/mi fugam in acie cæperant: quiq; aliis timendi fuerant auctores: ī quinquaginta decu rias partitus eſt: inde ex earum qualibet unum ſorte delegit: quẽ ī totius exercitus ocu lis ultimo affecit ſupplicio: peruetuſtum ſane Romanorũ puniendi morem conſuetu dinem reuocans: qui non minorẽ dãno ignominiã continet: plurimumq; aſpiciẽtibus horrorem incutit. Eo modo cõfirmatis multis animis ad hoſtes exercitũ ducit. Sparta cus uero ſub eius aduentu per Lucaniã paulatim retrocedens ad mare ſe contulit. For te per id temporis piratæ Cilices in Siculo freto uerſabantur: quorũ opibus & auxilio Spartacus fidens: duomilia e ſuis in Siciliam tranſmittere cogitauit: qui uixdum ſo/pitum illic ſeruile bellum excitarent: quod ſane non multis ægris ſtimulis uidebatur. Pacta igitur mercede Cilices quicquid uellet ſe facturos ſpoponderunt. Inde mercedis parte & muneribus inſuper acceptis abrupta quam dederant fide abierunt. Spartacus igitur ea ſpe deſtitutus rurſus a mari digrediens in rheginorum Cherſoneſo exercitum ſtatuit. Eſt autẽ Cherſoneſus terra in inſulæ modum mari circundata: uno tantũ eo q; anguſto ſpatio quod iſthmus appellatur continenti adiuncta. Igitur aduenientẽs Craſ ſus: & loci naturã diligenter contẽplatus iſthmum muro claudere: & illos a continen/ti diſiungere ſtatuit: ut ſimul hoſtibus egrediendi facultatẽ & militibus ſuis ociũ adi/meret. Erat opus magnũ ſane atq; difficile: attamen gloriæ cupiditate īcenſus Craſſus rem tantam aggredi non dubitauit: ac breui tẽporis ſpatio ex tranſuerſo iſthmi utrin q; ad mare pertingentẽ triginta ſtadiorũ foſſam quindecī pedũ latitudine atq; altitu/dine totidẽ duxit ſuperq; eam murum conſtituit robore atq; altitudine mirandũ. Ea primo Spartacus contẽnere ac nullius õnino momenti ducere ſimulabat. Inde uero deficientibus cõmeatibus cũ iã nihil in Cherſoneſo ſupereſſet quod ad uictum ſuppe ditaret: noctem obſeruans nebulis obſcuram & uehementer uentorum flatibus turbu lentã: non magnam foſſæ partem abſciſſis arborum ramis ac ſuperiniecto aggere cõ/pleuit atq; eo pacto iã tertio Romanos exercitus fruſtratus euaſit. Quod poſtq̃ Craſ/ſus animaduertit: citato itinere abeuntis ueſtigia proſecutus eſt: ueritus maxime ne Romam petendi uoluntas illum & animus ſubiret: cũ præcipue ad id agendũ impelli

uiderentur: q; ſibi magis in dies ſingulos uires augebantur: cum plurimi ex Craſſi mili tibus propter ortam ſeditionem ad eum confugiſſent: multi etiã ex finitimis agris ad illum confluerent. Interea Spartacus iuxta Leucanidis paludem conſederat: quam ua riatis tẽporum uicibus modo dulcẽ atq; potabilẽ modo ſalſum atq; amarum præbere ſaporem ferunt. Apud hanc igitur Craſſus hoſtes aſſecutus eos a palude ſubmouit at q; eorum uagas diſcurſiones & cædes aduentu ſuo cõpreſſit. Cumq; arduum omnino atq; difficile uideretur Spartacũ ſuperare: q; ille fugiendo magis q̃ pugnando bellum gereret: & modo nuſq̃ cõſpectus ſubito inſperatus adeſſet: Romã litteras ad ſenatũ miſit: opus eſſe dicẽs Lucullũ ex Thracia & ex Hiſpania Põpeium accerſiri. Ipſe interĩ quoad poterat ãte eorũ aduẽtũ bellũ cõficere nitebatur. Nec enĩ ignorabat his aduenientibus perfecti belli gloriam ad ſe nõ peruẽturã. Cum igitur õnino ſibi pugnandum eſſe ſtatuiſſet: militibus quibus. C. Caſſius & Caninius præerãt: & ſeorſũ a rliquo exercitu caſtra habebãt: præcæpit: ut cum ſexmilibus armatorum locũ quẽdam ĩſidiis aptiſſimum occuparent: ibiq; q̃occultiſſime poſſẽt deliteſcerẽt. Illi uero diligenter admodum mãdata ſeruãtes cum galeas frondibus operuiſſent: ne illarum fulgore deprehendi poſſẽt: ad cõſtitutum locum deuenere: nec eos omnino quiſq̃ præter duas mulieres cõſpexit: quæ cum rẽ ad hoſtes detuliſſẽt: ĩ extremum diſcrimẽ illos adduxerãt: ni prope Craſſus cum exercitu ſuperueniens aſperrimam pugnam iniiſſet. In qua duodecim milibus ac tercentis hoſtibus cæſis duos tantum a tergo uulneratos fuiſſe cõpertũ eſt: reliqui conuerſis in Romanos frõtibus & ĩ acie ſtãtes cecidere. Spartacum uero poſt eã pugnã ad petilinos mõtes fugientẽ Quintus Craſſi legatus & Scrofa quæſtor proſecuti ſunt. In eos Spartacus magna ui cõuerſus omnes in fugã uertit: & grauiter Saucius quæſtor uix e manibus hoſtium a circunſtantibus ereptus eſt. Hæc res egregie ac proſpero euẽtu a Spartaco geſta euerſionis ſuæ cauſã præbuit. Fugitiuorum enim ſeruorum manus: quæ maxima ſub eo militabat: nimium iam de ſuis uiribus ſperare auſa: ulterius iã fugiẽdo bellum gerere & imperatoris dictis parere indignabatur. Cũq; ĩ tuta iã loca euaſiſſẽt: præfectos ut ſe retro p Lucaniã cõtra Romanos ducerent: coegere: ut q̃primum ſoli Craſſo cõgrediẽdi copia fieret. Iam enim adeſſe Põpeium nuntiabatur: multiq; eorum qui Romæ comitiis aderãt: eius belli uictoriã Põpeio deberi dictitabant: q; ſtatim ſuo aduẽtu bellum confecturus putaretur. Coactus his de cauſis pugnare Craſſus cum locandis caſtris foſſã & aggerem ſtatueret: irruẽtes magno impetu ſerui ĩtentos operi milites inuaſere: ac primo leuis pugna cæpta eſt. Inde ſuperuenientibus utrĩq; militibus augeri prælium cæpit. Tãdẽ urgẽte neceſſitate Spartacus copias omnes ĩ aciẽ deduxit. Cumq; ſibi ex aſtãtibus quidã equum adduceret: gladium educens: Victor inquit plurimos & optimos ex hoſtibus equos habiturus ſum: uicto autẽ ne huius quidẽ mihi opus erit. His dictis equum gladio tranſuerberatum ĩteremit: inde in Craſſum per confertiſſimos hoſtes ruens multis perfoſſus uulneribus Craſſum cõtingere minime potuit. At uero Centuriones duos qui iuxta illum adſtabant interfecit. Tandẽ omnibus qui ſecum aderant in fugã uerſis: cum ſolus derelictus fuiſſet: ingenti circa eum globo Romanorum facto multis undiq; irruentibus telis laceratus ẽ. Itaq; cum Craſſus bellum tã graue cõfeciſſet: corporis etiã proprii ſubiſſet periculũ: nõ tamen Põpeii gloriã potuit obſcurare. Nã qui Craſſi opibus aduerſabãtur: res quoad poterant geſtas uerbis minuere tentarunt: & Romam ad ſenatum ſcripſere: non niſi fugitiuos aliquot aperta pugna a Craſſo fuiſſe ſuperatos. Põpeius igitur de Hiſpania atq; Sertorio ſplẽdidiſſimum triumphum duxit. Craſſo autẽ permiſſum ut ouãs urbẽ ĩtraret. Perĩdignũ eſſe enim ducebant de ſuperatis ſeruis triumphare. Quid uero triumphus ab ouatione diſtet: & unde utriuſq; ductum ſit nomẽ: ĩ ea quã de Marcello ſcripſimus uita: diſputatum eſt. Poſthæc autem cum ad cõſulatum Põpeius Romã accerſeretur: Craſſus uero collegã ſe illi fieri uehemẽter cuperet: nec omnino propter eã quã ad populum habebat gratiã diffideret: attamẽ quo facilius quod optabat:

assequeretur: suppliciter ad hāc rem peragendam a Põpeio auxilium implorauit. qui &si Crasso nõ mediocriter infẽsus esset: studium tamen suum & operam egregie impendit. Atq; inconcione palã rettulit nõ tã se de adipiscendo consulatu solicitum esse: q̃ ut Crassum in eo magistratu collegã habere liceat. Ambo igitur cõsules facti nõ diu ĩ ea: quam simularant: beniuolẽtia permansere: sed in omnibus rebus adinuicẽ dissidẽtes ferme desertam esse rẽpublicã passi sunt. Eaq; de causa nihil ab eis in cõsulatu memoria dignum gestum est: prætereq̃ q; Crassus Herculi sacra faciens populo Romano epulum publice dedit: & tres minas in singula ciuium capita cõtulit. Cum iam ad finẽ peruenissent cõsulatus: & comitiorum habendorum causa in campo Martio considissent: Gnatius Aurelius uir quidem ex equestri ordine oriundus: uita autem omnium rudis atq; agrestis habitus maxima celeritate in forum accurrens clamauit: Iouem sibi ĩ sõnis monuisse: ut hoc palam ad populum ferret: ne ãte cõsules magistratu se abdicare pateretur: q̃ simul in gratiã amicitiãq; rediissent. Hæc ille sũma uoce cũ e pulpito uociferatus esset: ac populus in gratiã redire cõsules iuberet: Põpeius nec uoce nec loco mutatus est. At uero Crassus assurgẽs & collegæ ultro dextra porrecta: nihil humili inquit arbitror aut parum me dignum facturum quirites: si prior ad amicitiã gratiãq; cũ Põpeio conciliandam surrexero: quẽ uos adhuc impuberem magnum cognomina stis: cuiq; nõdum ĩ senatorũ ordinẽ ascito triumphũ decreuistis. Atq; hæc amisso ĩ cõsulatu gesta sunt: quæ quidẽ digna memoratu uisa fuerĩt. Cẽsurã quoq; ab omni officio ĩmunẽ atq; ociosã gessit. Neq; enim senatum lustrauit: nec equitũ notauit quẽq̃: aut eorũ õnino rationẽ habuit: nõ etiã ciuiũ capita cẽsuit. Et ĩ eo magistratu collegam habuit Luctatiũ Catulum uirum romanorum omnium mansuetussimum. Itaq; cũ Crassus initio magistratus acerbissimum se futurũ declarasset: & ægyptum tributariã Romanis facere tẽtasset: sũma audacia Catulus obstitit. quapropter orta ĩter eos seditione sponte sua non multo post ambo sese magistratu abdicauerunt. Coniurationis eius: quæ Catilina auctore cœpta omnem pene fũditus euertit rempublicã: cõscium atq; participẽ fuisse Crassum non parua suspicio fuit. Nam ex coniuratis quidam magna uoce Crassum cõpellãs auditus est. Attamẽ eius uerbis nemo fidẽ adhibuit: &. M. Cicero coniurationis uindex aperte satis in oratione quadã ĩ Crassum & Cæsarem coniurationis illius non minima ex parte causã refert: eam tamen orationẽ nunq̃ nisi post utriusq; mortem edere ausus est. In illa uero quam de suo consulatu habuit: Crassum ad se noctu uenisse refert epistolam a Catilina missam tenentem: qua illum quasi cõscium ad firmandã coniurationem hortabatur. Atq; hac de causa semper ĩ posterum Ciceronis inimicus Crassus est habitus. Quod uero palã illũ non ĩsectaretur: filius ĩpedimento fuit: qui cum studiorum ac disciplinæ amantissimus esset: uehementer Ciceronem diligebat: eiusq; cõgressu ac familiaritate plurimum utebatur: adeo ut cũ exilio damnatus esset Cicero: Publius Crassi filius una cũ eo uestẽ mutauerit: atq; alios adolescentes cõplures idem facere cõpulerit. Tandem uero patrem etiam Ciceroni conciliauit. Cum Cæsar e prouĩcia reuersus cõsulatũ petere statuisset: animaduertissetq; Crassum & Põpeium ĩuicem cõsulatus gratia certaturos: ipse ne alteri fauens alterius in se offensam contraheret: sũma cõtentiõe illos ĩter se cõcordes facere laborauit: admonẽs nihil aliud ĩter se dissentientes efficere: q̃ ut Ciceronis & Catuli atq; etiã Catonis uires ac potẽtiam augeant: quorum opes nullum pondus habituræ sint si ipsi ĩter se concordi animo atq; sententia amicorum atq; affinium adhibitis auxiliis rempublicã gubernare uoluerĩt. His illi ueriss imis rationibus cõmoti rursus in gratiam & cõcordiam redire. Itaq; horum trium ueluti quadam conspiratione facta ĩuicta quædam & ĩexpugnabilis costituta est potentiæ magnitudo: quæ senatus & populi Romani uires comminuit atq; perfrægit. Nec tam illorũ uires Cæsar cõfirmare tẽtauit: q̃ eorũ opibus se se tutissimum ac maximum cõstituit: statĩ enĩ utriusq; cõsensu creatus cõsul magnũ ĩ populo nomen & gloriam consecutus est. Nam cũ egregie consulatũ gereret: ĩperator

factus & prouīciā galliā ſortitus : quaſi ī arce ciuitatis ab eiſdē īpoſitus ē. Ipſi uero ſe pro arbitrio facturos nullo aduerſāte opinabātur: ſi Cæſaris q̄maxime potētiā augere tur. Et Pōpeiū quidē īmenſa ambitio ad hæc īcitabat. Ad Craſſi uero ueterē auaritiæ morbū triumphorū ac trophæorū ſūma cupiditas acceſſerat: q̄præclariſſima Cæſaris geſta omniū fama & cōſenſu celebrata excitauerāt: quibus cū ſeſe īferiorē eſſe cū cæte ris ī rebus ſuperior haberetur: haud æquo animo ferre Craſſus poterat: nec āte cupidi tati hūc finē īpoſuit: q̄ ſe ad turpiſſima mortē ſūma ignominia ac detrimēto populi romani præcipitauit. Nā cū Cæſar e Gallia Lucam ueniſſet: multi ad eum uiſendum Roma profecti ſunt: inter quos enim Pōpeius & Craſſus uenere: multaq; īter ſe remo tis arbitris collocuti maiora iā animis concipiētes: ut omnē in ſe Romani imperii potē tiam trāſferrēt: agitate cœperunt. quod ita ſe demū cōſequi poſſe arbitrabātur: ſi Cæ ſar quidem ut cœperat cū īperio in armis permaneret. Craſſus uero atq; Pōpeius quic quid ſupereſſet exercituum & reliquas prouincias inter ſe partirētur. Ad quod una tā tum patere uia uidebatur: ſecundi ſcilicet cōſulatus Pompeio Craſſoq; petitio cui ma xime Cæſarem fauere poſſe animaduertebant. Hāc igitur ingredi cum ſtatuiſſēt: Ro mam Cæſar ad amicos hac de re litteras ſcripſit: & ex militibus q̄plures ut comitiis in tereſſen teodē miſit. Multi enim ex his qui ſub Craſſo militabant: eadem de cauſa Ro mam uenere. Quapropter magna apud omnes ciues eſt exorta ſuſpicio: & iam creber timus in populo rumor uerſabatur: quē illi īter ſe diuturnum congreſſū feciſſēt: nihil reipublicæ bonum aut ſalutare futurum continere. Cūq; in ſenatu Marcellinus ac Do mitius Pompeium rogaſſent: in proximis comitiis conſulatum petiturus eſſet: ille du bium reſponſum dedit: forte inquiens petam: forte non petam. Rurſus uero itidē īter rogatus: a bonis īquit ciuibus petam: a malis uero minime. Cumq; hæc ſuperbe nimis & ambigue reſponſa uiderentur: multaſq; audientium animis ſuſpiciones inferrent: Craſſus eadē rogatus: ſiquidē inquit reipublicæ profuturum eſſe iudicauero petā: ſin minus a petitione deſiſtam. Hoc eius reſpōſo nonnulli excitati petere enim & ipſi ſta tuerūt: inter quos præcipue Domitius extitit. Nā cū alii Pōpeii Craſſiq; minis & occul tis denuntiationibus territi ab incepto deſtitiſſent: Domitius Catonis hortatiōibus cō firmatus ī ſententia perſtitit: cum illum Cato ſuis uiribus non diffidere ſed audacter pro cōmuni libertate contendere iuberet. Neq; enim conſulatum ſed tyrannidē Pom peium Craſſumq; petituros deſcendere: nec uero magiſtratus aut honores ſed prouīciarum atq; exercituum diripiendorū facultatem affectare. Hæc atq; huiuſmodi Cato palā ad populum uociferans inuitū pene Domitium candidatum in comitia deduce bat: quē primo aduētu multi comitiis aſſurgentes circunſtetere. Nec parua ſane admi ratio plærosq; tenebat: quænā cauſa ad ſecundam conſulatus petitionē duos illos prīcipes ciuitates impelleret. Deinde cur ambo tamen etiā cur pene ſoli peterent: cum in ciuitate complures eſſent digni: qui cum Craſſo aut Pōpeio magiſtratum gererēt. Hos rumores cum Pompeii fautores accepiſſent: candidatorum neminem palā prohibere ſunt auſi: ſed occultis artibus inuadentes illos ab incepto deſiſtere compulerunt. Domitium uero noctu cum amicis in campum deſcendentem aggreſſi ſeruum qui lumē præferebat trucidarunt: multiſq; ex circunſtantibus uulneratis inter quos etiam Cato fuit: reliquos intra domum retruſere: & cuſtodibus ne egredi poſſent circa fores appoſitis comitia habuere. Quibus Pōpeius & Craſſus conſules renuntiati ſunt: qui deinde initio magiſtratus armati in campum uenientes nonnullis eorum qui ſuis uoluntatibus aduerſabantur interfectis & Catone extra concionē eiecto: Cæſari imperium in luſtrum alterum prorogauere. Sibi uero Syriam & Hiſpaniam prouincias decreuerunt: quas forte demum īter ſe partiti ſunt: & Syria quidē Craſſo Pompeio uero Hiſpania obtigit. Fuit autem omnibus inuiſa Pompeii ſortitio. neq; enim illum procul ab urbe abeſſe multitudini placebat: & ipſe magno uxoris amore incenſus domi perlibēter uerſabatur. Craſſus uero ſua ſorte uehemēter exultās nihil ſibi per id tēporis fortunatius

accidere potuisse arbitrabatur: tanq̃ in alieno solo magis q̃ domi & in externis potius rebus q̃ ī domesticis inuenturus quietem. Multa igitur inania ac puerilia præter auctoritatis & ætatis dignitatē iactās: cum minime ad ea uicia natura propensus esset: nō Syriam aut Parthos fœlicitatis suæ terminos statuebat: sed quasi puerilē ludū fuisse dictitās Luculli aduersus Tygranē & Põpeii contra Mithridatē bella peracta: ad Bactras usq; & Indos ultimos extremi fines oceani ingentem animi spem prolatauerat. Itaq; cum tanta flagraret Crassus eundi cupiditate: multi profectioni eius aduersabātur: q; nihil ea lege quæ de consulatu eorum lata est: de peregrinis bellis gerendis cautum esset. Magna præterea suspicio plæroq; tenebat: cum tantopere ad hoc bellum Crassus properaret: tū q; etiam e Gallia Cæsar ad Crassū scribēs pluribus uerbis animi fortitudinem laudabat: ac summo studio ad peragēdum opus hortabatur. Hæc igitur (ut ante dixi) populo suspectam Crassi profectionē faciebant. Itaq; cum iam urbem egressurus esset: Acteius tribunus plæbis profectionē īpedire aggressus est: multosq; secum e populo fautores ducebat: qui grauiter indignabantur: q; Crassus imperandi cupiditate ad eos populos oppugnādos proficisceretur: qui amicitia & societate cū populo romano coniuncti essent. Horū igitur uidelicet Crassus pertimescens Pompeium: ut secum progrederetur: orabat. Magna enim erat Pompeii apud multitudinem auctoritas. Itaq; cum plurimi Crasso aduersaturi & uoces edere grandiores inciperent: placido uultu atq; hilari fronte respiciens ad eos Pompeius: tumultum omnem sædauit: ita ut facile abeuntibus iter præstarent. Acteius tamen obuiam ueniēs uoce primum retinere Crassum atq; obtestari nitebatur. Inde ubi se nihil eo modo proficere animaduertit: uiatorem ad Crassum comprehendendū misit. Id cū alii tribuni prohibuissent: Acteius in urbem citato gradu accurrens in uia per quā Crassus iter facturus erat: succensam craterem cōstituit. Cumq; adeum locū Crassus peruenisset: assistens Acteius: & sacra quædam ac libationes faciens diras admodum atq; horrendas execrationes obnuntiauit: Deos quosdam inauditos antea & horrendos nomine compellās. Has imprecationes Romani diras appellant: & iam quasi uetustate obsoletas hanc uim obtinere aiunt: ut qui illis obnoxius fiat: grauissimas pœnas dare cogatur: & maximo īfortunio affici necesse sit. Quāobrē non temere ī quenq̃ nec leuibus de causis illarum uti obnunciatione consueuerunt: multiq; propterea Acteium grauiter incusabant: q; ob eā qua priuatum cum Crasso simultatem gerebat: tanta mala reipublicæ esset īprecatus: eāq; tā dura atq; inexpiabili religione abstrinxisset. Attamen Crassus Roma profectus: Brundusium uenit. Cumq; nondum satis ab hybernis tempestatibus mare pacatum esset: cunctari tamen aut diutius moram trahere noluit: sed milites q̃primum nauibus impositos traiicere properauit: & nōnullis nauibus amissis: copias omnes in littore deposuit incolumes. Inde supplemētis firmatum exercitum per Galaciam ducebat. Cumq; Deiotarum regem extrema iam senectute confectū nouam tamen urbem edificantē comperisset: talibus uerbis in eum iocatus est: O rex inquiens quidnam hoc est negocii: q; tibi duodecima iam diei hora cum adsit: nouam urbē edificare incipis. Ad hæc subridens Deiotarus: Tu uero īquit imperator cum sis haud quaq̃ satis ut uidere uideor matutinus: tamen in Parthos cum exercitu properas. Sexagesimum autem per id temporis annum ætatis suæ Crassus agebat: sed longe uetustiorem præ se ferebat ætatem. Cum itinere cōfecto in hostiles terras peruenisset: eam rerum conditionē offendit: quæ maxime eius animum ad spem summā incendere atq; inuitare posset. Primum enim ponte super Euphratem cōstituto facile uniuersum traiecit exercitum: & multas Mesopotaniæ ciuitates ultra sese dedentes ī fidem recipit. Vnam uero quæ Xenodotia a græcis dicta est: cui tyrannus Apollonius dominabatur: per uim captam militibus diripiendā concessit: & captiuos omnes uēdidit. Cumq; ob id a militibus imperatorem se appellandum fore putasset: eumq; spes frustrata esset: īcredibile est quā tum animum demisent: q̃q; ad maiora etiam capessenda languidior factus sit. Inde

præſidio ciuitatibus: quæ ad ſe diſciuerãt ĩpoſito: ipſe in Syriã ad hybernandũ conceſſit: filium ibidem moraturus: qui e Gallia a Cæſare ueniẽs mille equites lectos & alias quaſdam copias deducebat. Atq; id primũ inter Craſſi errata connumeratur: cũ pluri ma ĩ ea expeditiõe deliquerit. Nam cũ maturato acceletare opus eſſet: & Babyloni aut Seleuciæ primis Parthorũ ciuitatibus exercitum admouere atq; hoſtes imparatos ĩuadere: dum inani ocio tempus cõterit: colligendi animum ac ſeſe parãdi ſpatium hoſtibus dedit. Omne autem quod ĩ Syria temporis uerſatus eſt: cogendis pecuniis magiſq; militari diſciplina exercitũ coercẽdo cõſũpſit. Neq; enĩ recẽſẽdis militibus aut eorũ corporibus aliquo ſtudio exercendis ĩtẽdebat: ſed acerbius a ciuitatibus exigẽs uectigalia & omnium etiã minimorũ rationẽ ſubducẽs: quanto poterat ſtudio pecunias coaceruabat. Cũq; finitimis populis atq; prĩcipibus: militum quos ad ſe mitti uellet: numerũ ĩperaſſet: accepta pecunia militiam illis remittebat. Itaq; ſegniter omnia ac ſumma negligẽtia miniſtranti prodigia enim nõ ſatis fauſtũ euentũ portẽdere. quorũ prima eadẽq; clariſſima ſeu Venus ſeu Iuno ab incolis Dea nũcupata: quæ naſcẽtibus rebus principia cõferre putatur: haud obſcuris ambagibus dinoſcenda monſtrauit. Nã cũ peractis ſacris eius tẽplum Craſſus egrederetur: filius ante fores templi offẽſo graui ter pede proſtratus cõcidit: quem ſtatĩ pater eodem caſu lapſus ſecutus eſt. Cum iam ex hybernis copias educeret: legati ab Arſace breuia quædã in hãc fere ſentẽtiã mãdata portãtes ſuperuenere: Si quidem a ſenatu populoq; Romano miſſus cõtra nos exercitum ducis: ingens profecto bellum & ſummo odio atq; omnino infenſis animis gerẽdum cẽſemus. Quod ſi aduerſante atq; ĩuita patria (ut audiuimus) priuatæ tãtũ cupiditatis ac lucri cauſa Parthis intuliſti bellũ: & iã regionis noſtræ particulam occupaſti: non ſane tuas uires aut exercitum magnifacimus. Itaq; moderatius tecum acturum & ſenectutis tuæ rationẽ habiturũ Arſacẽ nuntiamus: & Romanis cõdonaturum uiros quos in Meſopotania incluſos magiſq; aliena cuſtodientes habeat. Hæc ſibi ab Arſace ut nuntiarent atq; ſciſcitarentur: mandata fuiſſe. Ad ea ĩdignatus & iactabũdus Craſſus in Seleucia ſe reſponſum his mandatis daturum dixit. Tunc Agiſis legatorũ unus qui cæteros ætate & auctoritate anteibat: ſublata manu mediã palmam oſtentans: prius in hac palma ſetæ naſcentur ĩquit: q; tibi Seleuciã conſpiciendi ſit poteſtas. His dictis legati diſceſſere: & Orodem regem abeuntes uirtum per ea tempora bellicæ uirtutis gloria inſignem ad bellum cãpeſſendum compulere. Interea milites nonnulli ex urbibus quæ in Meſopotania Romanorum præſidiis tenebantur: ad exploranda hoſtium conſilia dilapſi: haud aſpernanda quædam ad Craſſum detulere: hoſtium enim multitudinem innumeram parari nuntiabant: quorum extremum robur ac fortitudinẽ in urbium expugnatione experti eſſent: q; fugientes magiſq; inſequentes eſſent timendi: præterea q; temere ab eis emiſſa tela oculos hoſtium quaſi de induſtria peterent: & priuſq; conſpiciant uitari poſſent corpus intimum penetrarent: equites uero Cataphrattos mirum in modum inſtructos habere: qui ad maxima quæq; ſubeunda pericula paratiſſimi eſſent. Hæc in exercitu paſſim audita uehementer animos Romanorum turbarunt: atq; omni ſpe & audacia deſtitutos reddidere. Nihil enim ãtea Parthos ab Armeniis aut Cappadocibus differre putabat: quos arbitrio ſuo Lucullus agẽs aut uexans fatigabat. Cum q; præcipuam belli difficultatem itineris longitudinem fore iampridem animis deſtinaſſent: tunc certaminis ac periculi ĩminentis magnitudine terrebantur: ita ut multi Romanorum ac præcipue Caſſius quæſtor Craſſum ab incœpto deſiſtere ſuaderent. Multa enim uates ĩ ſacris dira portendi nũtiabãt. Quibus omnibus neglectis Craſſus his ſolis aures præbebat: qui aduerſus hoſtes q; prope ducẽdum exercitũ eẽ ſuadebant: maximeq; in hac eum ſententia rex Armeniorum Artuaſdes confirmauit: qui ſexmilia lectorum equitum ducens ad Craſſum in caſtra uenit: eos circa ſe cuſtodie tantũ cauſa ſemper tenere dictitans. decẽmilia ĩſuper Cataphrattos equites ducturum ſe pollicebatur: ac peditum electorũ trigĩtamilia: quos aſſidue

domi nutriebat. Is Crasso persuadere nitebatur: ut per Armeniā ducens in Parthos tra iiceret. facile enī se commeatuum copiam præstiturum. Iter præterea tutissimū fore: atq; equitibus ea parte maxime peruium: cum aliunde assiduis undiq; altissimorum mōtium iugis Parthorum regio claudatur: quæ cum aditus uix equitibus accessibiles præbeant: magnum Parthorum regioni tutamen præstant. Ac Crassus benigne auxi liorum pollicitatione suscepta: ac regis erga se beniuolentia collaudanda: per Meso potaniā traducere exercitum cōstituisse respōdit: q; illic magnā & optimā copiarū sua rum partē dimisisset. His igitur auditis Artuasdes domum discessit. Crassus uero ex hybernis exercitum mouit. Cumq; ad fluuium quēdā peruenisset: ac milites facto pō te traiicerēt: miræ magnitudinis exorta tonitrua & ī aduersa militum ora micantia ful gura quasi transitu prohibere milites uidebantur. Ventorū insuper magno impetu ru ens procella pontem quē ad traiiciēdum militem ratibus iunxerat disiecit: & pluribus ī locis perfrægit. Castris etiam ponēdis destinatus locus duobus fulminibus percussus ē. Equus præterea īperatorius egregie phaleris præ cæteris ornatus: quasi percitus furo re quodā sūma ui contra nitente Auriga in fluuium desilit: ac subito fluctibus obru tus & astantium oculis subreptus nusq; apparuit. Traditur enim qui primam aquilā in exercitu ferebat: nullo reuocante retrocedere cœpisse. Cumq; Crassus apud exercitū concionē haberet: uox horrenda quædam exaudita totius exercitus animos uehemen ter turbauit. Iubebat enim ut quē in fluuio pontem fabricauerant: subito recīderent: ne quis eorū penitus regredi posset. Præterea cū Crassus ut moris erat sacrificio īstitu ta lustraret exercitum: porrecta ab haruspice uiscera e manibus cecidere: q; cum grauī ter omnes qui astabant perturbasset: arridens Crassus: talia nobis inquit incommoda senectus affert: attamē arma nunq; e manibus ceciderunt. His peractis Crassus secun dum flumen ducebat exercitum. Erant autem peditum legiones septē & equitū qua tuormilia ac totidē uelites. Interea exploratorum qui præmissi fuerant aliquot ad exer citum redeuntes nuntiant regionē se ubiq; hominibus uacuam comperisse: plurimā uero quasi fugiētium equorum offēdisse uestigia. Hoc nūtio magnopere lætatus Cras sus passim apud milites Parthorum ignauiam & imbecillitatem criminabatur: quasi manus conserere aut secū congredi trepidantium. At uero exercitus principes qui Cras so aderant: longe contraria sentire: ac iugiter admonere: ut ī ciuitate aliqua earū quas suis præsidiis firmatas habebat: exercitum exitinere fatigatū reficeret: quoad certi ali q; id exploratum de hostibus haberet: sin minus id consilii placeret: saltem iuxta flu minis ripā iter faciēs ad urbē Seleuciā duceret. Sic enim facilem cōmeatuum copiā fo re tutius quoq; iuxta flumen iter futurum: cum nullæ ex parte fluminis essent insidiæ metuendæ. Cum Crassus huiusmodi sententias agitaret: & quid sibi potissime agen dum esset cōsultaret: Arimanes quidā Arabum princeps ad eum uenit: uir quidem ad fallendum aptissimus: & omnium quæ contra Crassum fortuna parauerat ultimum ac supremum exicium futurum. Hunc multi eorum qui sub Pompeio militauerant: amicum illius fuisse recordabantur: & quasi Romanorum amatorem præcipuum co lebat. Is tunc a Parthorum regibus ad Crassum missus fuerat: ut eum q̄ procul a flumi ne dimoueret: & ī uastas solitudines & patentes campos deduceret. Omnia enim Par thi facere ac perpeti malebant: q̄ cominus collato pede cum Romanis pugnare. Arima nes igitur ad Crassum ueniēs (ut erat in dicēdo promptus atq; ad persuadendum aptis simus) Pōpeium uehementer laudare: ac patrem & benefactorē appellare cœpit. Tum Crassi uires ac potentiam extollere: cunctationē uero ac morā in apparando exercitu ac cusare: quasi armis utendum arbitretur: ac non potius manuum & pedum uelocita te contra eos uiros qui cum omnibus rebus suis ac liberis etiam & coniugibus in Scy thas aut Hyromos fugere præ timore iampridē cogitauerint. Summa igitur uelocita te properandum priusq̄ omnes uires ī unum Parthi coegissēt: manus cōsereret. Suri nā enī & Sillacē cum magnis equitum copiis ad reliquum exercitum proficisci: quos

facile ſi uelit ītercipere poſſet:cum alteri pārthorum exercitui eorum aduētus ignotus ſit. Hæc autem omnia falſo nuntiabat. Hyrodes enim ac Sarinas ſtatim ab initio copi as īter ſe ita partiti fuerant:ut Hyrodes Artuaſdi Armeniorum regi bellum inferret: Surinas uero cōtra Romanos proficiſceretur. Id non ea de cauſa(ut quidam ferūt)Hy rodes inſtituerat:q; Romanos contemneret Craſſo præſertim imperatore : qui tunc facile inter Romanos princeps eminebat:ſed periculi magnitudinem reformidans cū Artuaſde bellum gerere maluit:Surinam uero romanas uires experiri . Erat Surinas non humili ſane aut obſcuro loco inter Parthos oriundus:ſed qui diuitiis genere atq; gloria ſecundus à rege numerabatur:corporis autem robore ac fortitudine ætatis ſuæ Parthorum omnium potentiſſimus:forma uero ac magnitudine corporis ſupra cæte/ ros omnes admirabilis:magnaq; in caſtris pompa & apparatu utebatur . Siquidem mille cameli impedimentis:quæ ſuo duntaxat uſui ſeruiebant:onuſti:quacunq; iter faceret ſequebantur,ducebat etiam pellices circiter ducentaſmille.præterea Cataphrat tos equites ac totidem leuiter armatos cuſtodiendi corporis gratia circa ſe continuo de tinebat:peditum uero ac ſeruorum ingentem numerū. Hic pulſum domo Hyrodem in regnum reſtituit:eiecto rege qui per fraudem Parthorum regnum occupauerat:pri muſq; in pugna quæ apud Seleuciam geſta fuit ciuitatis murum conſcendit:atq; urbē ipſam captam Hyrodi tradidit. Nec uero conſilio minus calliditate q̄ robore ualebat: multum etiam animo atq; audacia poterat. Quibus rebus non minus q̄ uiribus Craſ/ ſum ſuperauit. Interea ſuis artibus Ariamnes a flumine procul diſtractum Craſſi exer citum in patentes campos ac uaſtas deduxerat ſolitudines:uia quidem leni primo ac perfacili:ſed quæ indies aſperior atq; intolerabilior fieret. Iam enim in arenas profun diſſimas ueniebant & campos aquis herbis arboribuſq; carentes:quorum nullus uſq̄ terminus conſpiciebatur:ut non ſolum itineris labore ac ſiti conficerentur:uerum in/ tuitu ipſo miſerabili deficerent:cum nullus uſq̄ tumulus nullus fluuius nō deniq; ui reſcens aliquod germen aut herba appareret:ſed uaſtæ tantū ſolitudines exitu intole/ rabili eos exciperent. Tunc igitur Arabis dolos ac fraudes agnoſcere:qui cum Craſſo e/ rāt cœpere. Legati etiam ſub id tempus ab Artuaſde Armeniorum rege ſuperuenerūt nuntiantes Artuaſdem ingenti bello ab Hyrodo oppreſſum auxilia mittere nequiuiſ/ ſe. Verum pro ueteris amicitiæ ac beneuolentiæ iure monere atq; hortari Craſſum:ut relicto quo cœperat itinere per Armeniam proficiſceretur:atq; cōiunctis ſecum copiis contra Hyrodem bellum gereret. q̄ ſi id facere nollet:campeſtria ſaltim in proficiſcē/ do loca uitaret:& q̄proxime uicinis montibus iter faceret. Ad ea Craſſus ira atq; indi/ gnatione furens nihil aliud reſpondit:q̄ ſibi tunc ocium non dari:ut Armeniis digna reſponſa præberet . Verum non multopoſt in Armeniam ſe uenturum : ut debitas proditionis pœnas a rege repoſceret. Hoc tam ſuperbe tamq; īhumaniter reſponſum omnes qui cum Craſſo aderant:perindigne tulerunt:& uerbis quoad poterant ipſius iram lenire conabantur:ſeorſum autem grauiter Ariamnem accuſabant:quis te dicen tes malus dæmon ſceleſtiſſime nobis propoſuit:qui quaſi ueneficiis quibuſdam atq; incantationibus imperatoris mentem peruertiſti:ut per uaſtas ac deſertas ſolitudines iter faceret:nō quaſi romanus ac diſciplinæ militaris peritus imperator : ſed tāq̄ latro num ac fugitiuorum ductor? Hæc in ſe uulgo iactari cum barbarus audiſſet:ut erat in genio & calliditate promptiſſimus:uarie pro cuiuſq; moribus talia iactantibus reſpō debat:& aliis quidem auxilium leuamenq; polliceri:alios uerbis lenioribus conſolari: nonnullos etiam grauius accuſare:quoſdam uero iocis ac ſalibus agredi:an uos inqui ens per campaniam facturos iter putabatis:ubi & fontium & riuorum ingens copia uos exciperet:balneis quoq; multifariam emanantibus & uariorum fructuum copiæ abundaretis? non uos in Aſſyriorum atq; Arabū fines peruenisſe meminiſtis? His atq; huiuſmodi uerbis diutius exercitū atq; imperatorem fruſtratus:anteq̄ dolus palā cun ctis innoteſceret:fugam arripuit:non occulte quidem a Craſſo digrediēs:ſed ad hoſtes

ſe profecturum dictitans: ut eos ārtibus quibuſdam ac dolis peruertens facilius ī eius manus ac poteſtatem deduceret. Fertur eo die Craſſum non purpureū (ut Romanorū imperatorum mos erat) ſed magiſtrum paludamentum indutum ad milites proceſſiſſe: idq; admonitum ab amicis ſubito permutaſſe. Interea ex his qui exploratum præmiſſi fuerant: citatiſſimo curſu pauci quidam redeuntes nuntiant cæteros: qui ſecum ierant: ab hoſtibus interfectos fuiſſe: ſe uero illorum uix potuiſſe manus effugere: eoſq; magno impetu ad pugnandum paratos irruere & numero & robore formidandos. Hoc nuncium uehementer animos militum perturbauit. Craſſus uero ſtupore ingenti ac repentino tumultu uix mentis compos huc atq; illuc furibundus excurrens uix ſatis imperatoriùm munus exequebatur. Primo igitur milites ī ordine ſtatuens: ut o tum uoluntati morem gereret: q̄latiſſime poterat aciem extendit: & campi q̄plurimū complecti nixus eſt: ne facile ab hoſtibus circunueniri poſſet: equites præterea in cornibus utrinq; collocauit. Inde mutato conſilio paulum aciē contraxit: & ſpatia quædā militibus uacua tanq̄ portas aliquas pluribus in locis reliquit: & uniuerſam aciem in ordines duodecim partitus eſt: atq; turmam equitum cuiq; ordini tribuit: nequa pars equeſtris eſſet expers auxilii. Cornu autem unum Caſſio dedit: alteri uero iuniorē Craſſum filium ſuum præfecit. Ipſe mediam aciem tutandam accæpit. Sic igitur inſtructi Romani procedentes ad fluuium qui Baliſſus dicitur peruenere: cuius occurſus exercitui pergratus extitit ingenti æſtu atq; ſiti laborāti: quā diu propter aquæ īopiā perpeſſus fuerat. Plurimi igitur ex his qui cū Craſſo erāt: ibidem caſtra ponere ac pernoctare ſuadebant: quoad de uiribus & numero hoſtiū certi aliquid explorarent: utq; in diem poſterum pugnam differrent hortabantur. Ac Craſſus filio & his qui ſecum erāt equitibus ab ordinibus non diſcedere: atq; ut in ācie ſtantes cibum caperent iuſſit. Interim non penitus diſſolutis ordinibus: nec ſatis ad pugnam rurſus dum inſtructis: ſædato gradu ductabat exercitum: quoad hoſtes improuiſo ante oculos apparere: neq; numero primum neq; aſpectu formidabiles. Hos de induſtria Surinas ante acies incompoſitos præmiſerat: & ueſtibus aut pellibus ſuper iniectis armorum fulgorem iuſſerat occultare. Vt primum igitur Romanis appropinquantes pugnandi ſignum ab imperatore acceperūt: horrendo clamore uniuerſos campos compleuere. neq; enim cornibus āut tubis ſeſe ad pugnam animare Parthi conſueuerunt: ſed ingentia tympana & ferrea quædam tintinnabula quatientes: tum clamores edentes horriſonos audientium animos turbare ſoliti ſunt. Hoc igitur ſonitu Romanorum animis perculſis: cum ueſtes quibus arma tegebant deieciſſent: galeas ac thoracas margiano ferro micantes ſubito oſtendere: equis etiam ferreis atq; æneis tegumentis protecti apparuere. Surinas uero inter cæteros magnitudine ac ſpecie præſtans Medorum more atq; habitu ornatus longe mollius q̄ uirum deceat perfricata facie atq; ad normam diſcriminatis comis uerſabatur. Cum Parthorum cæteri ſicut ſcythæ penitus incultis atq; intonſis de induſtria crinibus utantur: quo aſpectu etiam & facie maiorem uidentibus terrorem incutiant. Cum iam igitur ad manus uēnum eſſet: primo grauibus contis Romanorum aciem propellere Parthi tentarunt: ſed poſtq̄ clypeorum denſatam teſtudinem ac uirorū ſtabilem & ad pugnandum firmiſſimam aciem: tum etiam ad ſoluēdos ac de integro reſtaurandos ordines paratiſſimam conſpexere: q̄ poterant occultiſſime circunuenire aciem tentauerunt. At Craſſus primo leuiter armatos milites in hoſtes emiſit: qui multis ſagittis uulnerati ſubito retroceſſere: & reliquis turbationis atq; timoris dedere prīcipium: cum telorum ingentem impetum ac uires intuerentur: quæ perfoſſis armis totum etiam corpus penetrabant. Atq; adeo uiris dēſata erat Romanorum acies: ut ne uolenti quidem fruſtra ſagittandi poteſtas eſſet. Itaq; procul aſtantes Parthi uim maximam ſagittarum effundebant: quæ fortium atq; magnorū arcuum uiribus cōtortæ grauiſſimis Romanorum corpora uulneribus fauciabant: ac ſorte peribāt miſerabili. Stantes enim in acie uulnerabantur: nec manus conſerendi facultas aderat. Si quādo

enim in hoſtes impetum feciſſent:illi ſubito terga uertentes fugiebant: nec fugientes minus q̃ ſtantes ĩferebant calamitates. Nãq; in fuga etiam ſagittas emittere parthi cõ ſueuerunt:Idq; poſt Scythas omniũ optime facere norunt. Romani igitur quoad eos pharetras exhauſiſſe putarunt ĩmota acie permanſere. Cum uero camelos plures ſagit tis onuſtos animaduertere:ut affatim quibus tela deeſſent: ſuppeditarẽt:nec ullũ par this ſagittandi finem affuturum: uehementius trepidare ac ſuis rebus diffidere cœpe runt. Quod pergrauiter ferens Craſſus ad filium nuntium miſit:iubẽs ut impetu fac to Parthorum aciem prorumpere conaretur:priuſq̃ corona ab eis circunuenirẽtur. Iã enim plurimum obequitauerant Parthi:& circunuenire Romanos parabant. Audito igitur patris monitu iuuenis mille ac trecentos equites capiens: inter quos & illi erant qui a Cæſare fuerant miſſi:quingẽtos inſuper ſagittarios & ſcutatorum cohortes octo & q̃latiſſime poterat illos circunducens:ĩ hoſtes impetum fecit. Parthi uero ſiue timo re perculſi:ſiue illi ut filium q̃procul a patre diſiungerent retrouerſi:fugam arripuere. Tum ſpei & alacritatis plenus adoleſcens fugiẽtes hoſtes magnis incuſare uocibus cœ pit:Quin ſtatis inquiens & uirorum congreſſum non toleratis. Erant una cum adole ſcẽte comites. CN. Plantus &. C. Cẽſorinus:quorũ hic quidẽ conſilio atq; prudentia il le robore & animi magnitudine plurimũ poterat:præterea beniuolẽtia & ætatis æquali tate coniunctiſſimi erant adoleſcenti Craſſo:nunq̃ illum caſu aliquo deſerere parati. Magno igitur impetu equitibus hoſtes inſequẽtibus:ne pedites quidem ocioſe ſeque bantur:ſed alacritatis & ſpei magnitudine incenſi illorũ pene celeritatem adæquabãt: & ad omnes caſus paratiſſimi aderant:ac ſe iam fudiſſe hoſtes ac uiciſſe arbitrantes eo uſq; perſecuti ſunt:quoad non ultra fugientibus Parthis:tandem illorũ dolos ac frau des agnouere. Conuerſi enim in eos Parthi qui eatenus fugam ſimulauerant:atq; un diq; ſupueniẽtes alii ſeſe ad pugnã parauerũt:atq; equites cataphrattos romanis equi tibus opponentes:reliquum equitatum nullo ordine paſſim Romanis circunfudere. Ita undiq; per planiciem diſcurrentes ingentem uim pulueris excitabãt:ut neq; ſe mu tuo uidendi nec adinuicem colloquendi Romanis facultas eſſet:ſed mutuis etiam uul neribus ſeipſos interimerent. Multi etiam attrahẽdi ſpiritus anguſtia pene ſuffocati: & ſagittis inſuper confoſſi miſerabiliter in puluere uolutabãtur:nec uulneratis eximẽ di teli poteſtas aderat:ſiquidem curuatis uncis inſtructæ ſagittarum cuſpides nõ ſine maxima neruorum & carnium laceratione diuelli poterant. Cumq; nõ multi admodũ eo pacto interficerentur:cæteri metu atq; horrore torpebant. Cumq; pedites Publius in cataphrattos equites impetum facere hortaretur:implicitas manus clypeis oſtentã tes:pedes uero arenæ cumulis altius inhærentes:neq; ad pugnandum neq; ad inſequẽ dum ſatis idoneos ſe eſſe monſtrabant. Quapropter ad equites cõuerſus Publius eos quanto potuit impetu in hoſtes immiſit. Erat autem pugnãdi forma omnino diſpar: cum Galatarum milites:quorum præcipue uiribus Romani nitebãtur:paruis & debi libus haſtis ferreos thoraces aut ex coreo fabrifactos in caſſum peterent: ab hoſtibus uero grandioribus contis petiti nuda pene corpora aditus præberent. Qui uero graui ter armati pugnabãt: cunctorum ictibus ex equis deiecti immobiles humi iacere coge bantur. multi etiam ſponte ſua ex equis deſiliẽtes media illorum uiſcera profodiebãt: qui uulneris dolore perciti huc illuc furibundi currentes ſefores pariter & hoſtes con culcando perimebant. Interea Galathæ æſtu de ſiti quorum ea gens eſt impatiẽtiſſima uehementer dæficiebant: & eorum plurimi ex equis deſilierant. Acriter igitur inſtan tibus Parthis referre pedem cogebantur:& ſeſe in ſecundam aciem recipere:præſertim q; Publium grauiter uulneratum & iam in extremis laborantem ex hoſtium manibus eripere conabantur. Itaq; tumulum aliquanto ſupra reliquam planiciem eminẽtem conſpicati ad eum confugere:& equis in medium coniectis clypeis uero quaſi pro mu ro exteriori ex parte circumpoſitis:facilius barbarorum impetum euaſuros eſſe arbitra bantur. Verum id longe ſecus illis euenit. Nam cum in edito loco conſtituti eſſent:

primi nequaq̃ posteriores occultare aut protegere poterant: sed omnes pariter propter loci inæqualitatem in hostium conspectu positi: ac nullo tegmine protecti patebāt ad uulnera: fugiendi præterea nulla dabatur facultas. Itaq; passim sagittis confossi interficiebantur: ea tantum de causa iniquo animo mortem oppetentes: q; manus conserẽdi potestas non aderat: sed tanq̃ ignaui ac desides trucidabantur. Erant circa Publium græci duo Hieronymus & Nichomachus: qui per id temporis Acarnis habitabāt. Hi Publium quibus poterant rationibus hortabantur: ut secum in ciuitatem Romanis amicam: quæ Ichne uocabatur: atq; inde non procul aberat: fugam arriperet. Quibus ille collaudatis: nullũ est īquit tã graue mortis genus quod iã Publius reformidet: aut cuius metu uiros optimos qui pro me in acie ceciderunt relinquere uelim. Postea illos amicissimè amplexatus a se dimisit: ipse uero manus ambas grauiter uulneratus cum illis uti non ualeret: armigero transuerberandum latus præbuit: eodem modo Censorinum obiisse ferunt. Plancus uero sibiipsi mortem consciuit. Idem & optimatum fere omnes fecere. In reliquos autem barbari irruentes moltos contis uulneratos interficere: adeo ut uiuos non amplius quingentis in hostium potestatem uenisse tradant. Parthi demum Publii & optimatum qui simul ceciderant capita contis superfigentes: magna celeritate ad Crassum contẽdere: qui postq̃ a filio fugatos hostes audierat: eos qui secum audaciores factos animaduertens: quoad poterat suos in unum cogens in patentissimos campos dimiserat: filiũ ab īsectatione hostium iamiã rediturũ expectãs. Interea citatissimo cursu nuntii a Publio uenientes aderant summo illum in discrimine uersari afferentes: ni magna subito mittantur auxilia. Atq; hos iam sero ac pene re confecta uenisse constat. Primi enim quos miserat Publius: ut īminens periculum nũtiarent: ab hostibus ītercepti fuerant: posteriores quoq; cum in hostibus incidissẽt: uix eorum manus effugere potuerũt. Multa igitur Crassum turbabant: ita ut mente nihil prospicere: aut recte consulere posset. Nam & de totius pugnæ metuebat euentu: & filio quoq; opem ferre cupiebat. Tandem uero in unum uires cogere statuerat: ut filio q̃ celerrime ferret auxiliũ. Vix ea satis animo firmarat: cũ subito clamore horrisono cũcta complentes hostes adueniunt: & maximus tympanorum strepitus Romanorum aures circunstrepebant: atq; id alterius pugnæ initium fore arbitrabantur. Illi uero Publii caput hastæ infixum portantes aderãt: & Romanis q̃proxime accedentes: cõtumeliose: quonam ortus genere Publius fuisset: sciscitabãtur: neq; enim ex ībelli atq; ignauissimo patre tam generosum atq; omnium uirtute præditum filium ortum esse posse. Hoc tam dirum spectaculum supra omnia quæ in ea pugna calamitosa cõtigerãt: Romanorum animos perfrægit: nec tamen ad iram & ultionem (ut par erat) excitabantur: sed horrore ac timore perculsi obtorpuerãt. At Crassus nihil tãto dolore deiectus: omnium quæ ī eo bello gesserit: præclarissimum hoc uirtutis testimoniũ præbuit. omnes enim ordines circunuectus: Meus est hic priuatus dolor Romani clamitabat: mea hæc calamitas: meus hic ac proprius luctus: publica uero ciuitatis salus & gloria in salute uestra posita ẽ. Quod siqua uos tãto taliq; filio patris orbati miseratio tãgit: hãc in ulciscendis hostibus patefacite: auferte ab eis tanto celere partam lætitiam: uindicate tam efferam immanitatem: nolite malis succumbere: aut animos demittere. Et siqua uos magnarũ rerum gloria permouet: recordemini neq; Tigranẽ a Lucullo nec a Scipione Antiochum sine cæde & uulneribus fuisse superatos. Ducite in memoriam maiores nostros mille nauium pro adipiscenda Sicilia iacturam fecisse: multosq; in Italia duces imperatores atq; exercitus amisisse: quorum nulli nisi relicto spiritu uictoriam hostibus cõcedere uoluerunt. Nec uero tam fortunæ prosper euẽtus Romanorum potentiam auxit: q̃ egregia uirtus ac summa in laboribus asperisq; rebus tolerantia aduersis casibus succumbere nescia. Hæc atq; huiusmodi uociferans Crassus ac milites excitans: non multum animos commoueri illorum sensit. Cũq; illos clamorem tollere iussisset: postq̃ dissonum ac debilem sublatum audiuit: grauiter exercitus

ignauiam accuſans rebus iam ſuis diffidere cœpit. At Parthi clamore ingenti excitato pugnam renouarunt: atq; ex tranſuerſo latere inuecti equites ſagittarum copiam immenſam profūdere. Qui uero in prima acie pugnabant: contis ingentibus aduerſus ferientes in anguſtum ſpatium Romanos cogebant: e quibus pauci admodum in unum conglobati in confertiſſimos hoſtes irruere: & cominus pedem conferre tentabant: uerum iaculorum ac ſagittarum multitudine obruti: partim etiam contis tranſfixi cito periere. Tātus enim erat telorum impetus: ut idem ſæpe iaculum eodem ictu duos etiam uiros interficeret. Hoc itaq; modo pugnātes barbari: cum uſq; ad finem diei certamen protraxiſſent diſceſſere: unius noctis ſpatium ad lugendum filium Craſſo concedere ſe uelle dictitantes. Nec procul tamen ab hoſtibus conſtituti noctem cantibus & tibiis inſomnē ducebant. Romani uero multis curis anxii: neq; ſepeliēdis mortuis animum adhibere: neq; ſauciis curandis intendere: ſed quiſq; propriam ſortem ingemiſcens magno cum timore futurum diem expectabant. Tandemq; ex eo loco migrare ſtatuerūt: ſed magnam atq; ambiguam curam ſauciorum multitudo præbebat. Nam neq; ſecum deferre poſſe animaduertebant: q̄ magnam fugientibus moram & impedimentum allaturi eſſent: nec relinqui facile poſſe uidebātur: q̄ clamore atq; uociferatione abeūtes alios eſſent prodituri. Craſſi præterea q̄uis malorum omnium cauſa eſſet: uocem ac iuſſum omnes deſiderabant. Ac ipſe ſolus in abdito atq; obſcuro loco iacebat: ingens uulgo inſtabilis fortunæ ſapientibus autem ſtoliditatis & ambitionis futurus exemplum. Quibus uiciſſim agitatus non ſatis eſſe putabat ſi inter tot hominum milia præ cæteris excellētiſſimus haberetur: ſed quia duobus tantum aliquanto uidebatur inferior: omnia ſibi deeſſe arbitratus: tantas res aggredi non dubitauit. Tunc igitur Caſſius & Octauius ipſum circunſtantes excitabant: & bono animo ut eſſet hortabantur: quem poſtq̄ omnino fractum & deſperantem animaduerterunt: ipſi centurionibus atq; ordinum ductoribus conuocatis: poſtq̄ abeundi conſilium ab illis probari ſenſerunt: quāto poterant ſilentio caſtra mouere: & res primo quidem egregie procedebat. At poſtq̄ ſaucii & hi qui ad proficiſcēdum inhabiles erant: ſe derelinqui atq; hoſtibus prodi intellexere: clamoribus atq; ululatibus omnia complerunt. Māgna igitur proficiſcentes turbatio multuſq; terror procedentes īuaſit. Itaq; ſæpe uelut imminentibus hoſtibus uertebāt ordines ſæpe etiam quaſi paulopoſt pugnaturi ſtruebant aciem. Sauciorum autem quicunq; uadentes ſequebantur: alios ſuſcipiebant: alioſq; tollere non poſſent: relinquebant: atq; ita maximam profectioni tarditatē affe rebant. Interhæc. L. Egnatius cum trecentis equitibus: quibus ipſe præfectus erat: media nocte Carras urbem præteruectus: romano ſermōe cuſtodes appellās: Componio urbis præfecto nuntiari iuſſit magno prælio Craſſum cum Parthis cōflixiſſe. Nec plura locutus: aut ſe quiſnam eſſet prodere uolens citato curſu ad pontem quem ſupra fluuium reliquerant peruenit: ſeq; ac ſuos ſeruauit incolumes. Attamen iuſta reprehēſione non caruit: q̄ imperatorem atq; exercitum deſeruiſſet: nec ſane parum eius uox Craſſo attulit adiumenti. Cū enī Cōponio renūtiata fuiſſet: nihil illam ꝑſperi fuiſſe arbitratus: ꝑpter nuntii breuitatē ac feſtinationē ſuos q̄primū arma cape iuſſit: atq; ut primū Craſſū aduētare ſēſit: obuiā ꝑgreſſus illū excæpit: & caſtra ītra urbē ponere ſuaſit. Parthi autem q̄uis nocturnam Romanorum fugam ſenſiſſent: non tamen illos noctu inſequi uoluerunt: ſed cum iam dies illuxiſſet: primo ad caſtra Romanorū uenientes quattuormilia ferme ſauciorum qui relicti fuerant: interfecere. multos deinde per deſertos campos errantes conſecuti peremerunt: quattuor etiam cohortes quæ itineris errore a reliquo exercitu diſceſſerant: & legato Vargunteio duce tumulum quēdam occupauerāt: ad unum perdidere: præterq̄ uigīti uiros qui nudatis gladiis per medios hoſtes uadentes: cum illi eorum audaciam & fortitudinem admirarētur: Carras incolumes peruenere. Interea falſus ad Surinam rumor delatus nuntiarat: Craſſū cū totius exercitus robore fugam arripuiſſe: reliquam uero inutilem turbam atq; imbellē

Carris conſediſſe. Ratus igitur uictoriæ premium e manibus ereptum eſſe: nec tamẽ rumoribus ſatis credens: rei ueritatem perquirere conſtituit: ut quid ſibi potiſſime agendum eſſet: ſtatuere poſſet: an ſcilicet intra Carras Craſſum obſideret: an uero Carris omiſſis: Craſſum inſectaretur. Igitur ex familiaribus quẽdam utriuſq; linguæ peritum ad muros ciuitatis ſubmittit: qui Surinæ nomine Craſſum ad colloquiũ uocet. Hæc cum amici qui circa Craſſum erant: accæpiſſent: læto animo colloqui oblationem ſuſcipere. Nec multopoſt duo Arabes a barbaris miſſi ad muros uenerunt: qui ſe Craſſum & Caſſium egregie noſſe aſſeuerabant. Hi cum muris ruperſtãtem Caſſium fuiſſent conſpicati: dicunt Surinam ſacris faciendis occupatum nũtiare iuſſiſſe: pacem ſe cum Romanis facere uelle. Cumq; regis amici Romani habeãtur: nihil aliud ab eis petere: q̃ ut relicta Meſopotamia diſcedant. Hoc enim utriſq; magis expediens uideri: q̃ extremam pugnandi neceſſitatem experiri. Has Caſſius ſuſcipiendas conditiones arbitratus: locum & tempus in quo Surinas & Craſſus ad colloquendum coirent: ſtatuere iubebat. Id ſe ita facturos barbari dictitantes abiere. Surinas igitur cum Craſſum ĩ ciuitate clauſum accæpiſſet: ſeſe ad obſidionem parans: poſtero die ĩſtructos milites ad pugnandum mœnia duxit: qui multa in Romanos conuitia iaciẽtes: ita demum pacẽ ĩpetraturos prædicabant: ſi Craſſũ & Caſſiũ uĩctos Surinæ tradidiſſẽt. Itaq; metuẽtes Romani & Carrẽſiũ fidei non ſatis credentes: quid ſibi agendum eſſet uehementer dubitabant. Nam ab Armeniis quæ ſola ſperari poterant auxilia expectare: longum ſane nimium uidebatur: itaq; fugam omnes (ſiqua inſciis Carrẽſibus euadendi præberetur occaſio) ſuadebant. Interhæc Andromachus uir omnium perfidiſſimus cum eiuſmodi conſilia Romanos agitare ſenſiſſet: ad Craſſum ueniens ſe itineris ducem fore pollicetur. Hoc igitur duce Craſſus noctu cum exercitu ciuitatẽ egreſſus eſt. Nec eorũ quic q̃ omnino Parthos latuit: cum omnia ad illos Andromachus detuliſſet: ſed quia noctu pugnare religioſum apud Parthos habetur: nihil ſe loco mouerunt. Verum Andromachus nunc huc nunc illuc agmen circunducens: nec quicq̃ tamen in itinere progrediens: & alias aliis cauſis nectens: tandem in altas paludes & loca magnis amphractibus circunſepta: eos qui ſecuti fuerant perduxit. Multi enim iam ab ĩitio nihil recte ab Andromacho fieri ſuſpicati & itineris perplexitatem ueriti modo huc modo illuc agmen circũuertẽtis: ipſum proſequi noluerãt: ſed Caſſius retro unde diſceſſerat Carras redierat. Cumq; Arabes quos itineris duces habebat: ibidem moram trahere iubebant: quo ad luna Scorpii ſignum relinqueret: at ego inquit ſagittarium magis formido. Inde in Syriam cum quingentis ferme equitibus traiecit. Plurimi uero fidos itineris duces ſortiti ad montes qui Sinnacha uocantur peruenere: ibiq; tuto conſtituti diem expectarunt. Fuerunt uero ad quĩq; milia hominum: quibus uir optimus Octauius præerat. Craſſum uero inſidiis Andromachi oppreſſum tum anguſtiis & circunſtãtis paludis impedimento circunuentum ſuperueniens dies offendit. Aderãt ſecum cohortes quatuor ac pauci admodum equites ac lictores quinq;. His copiis comitatus: cum iã adeſſe hoſtes nuntiarentur: & ipſe duodecim tantum ſtadiis ab Octauio procul abeſſet: in tumulum quendam conſedit equitibus ſane inacceſſibilem: & longo uertice Sinachis coniunctũ atq; ſubiectum: ita ut ab his qui cum Octauio erant: facile conſpici poſſet: qui cum imminens periculum Craſſo intueretur: primus Octauius magna uoce milites compellans: reliqui deinceps alter alterius ignauiam caſtigãtes: e ſuperiori loco impetu facto hoſtes loco dimouerunt: Craſſumq; in mediam receperunt aciem: & clypeatis militibus extrinſicus quaſi pro muro conſtitutis: non prius ad imperatoris corpus tela peruentura clamitabant: q̃ omnes ad unum ſagittis confoſſi cecidiſſent. Surinas igitur magno ſuorum detrimento futuram eſſe pugnam conſpicatus: ſimulq; noctis aduentum pertimeſcens: ac ne Romani montes capeſſerẽt ueritus: ubi difficilis admodum eſſet inſecutio: dolis iterum Craſſum ſtatuit circunuenire. Quoſdam igitur qui ſecum in exercitu fuerant: dimittens in Romanorum caſtra nuntiare iubet: audiſſe ſe

huiuſmodi apud Parthorum principes haberi colloquia: nequaq̃ regi plãcere inexpiabile cũ Romanis bellum eſſe: ſed pacem facile conſiliari poſſe: modo Craſſus regis amicitiam nõ aſpernaretur. Interea Surinas pugna ſuos reuocauerat: & cum primoribus ĩ aduerſum tumulum profectus remiſſum arcum ãte pedes proiecerat: & inermem dexteram protẽdens nomine Craſſum appellabat: atq; ut ſecum loqui uellet hortabatur. Eatenus enim regis uires illum expertum fuiſſe: nunc autem benignitatem & manſuetudinem erga ſalutem propriam (ſi uoluerit) probaturum. Has uoces magna cõtentione Surina clamitãte omnes qui cum Craſſo aderant lætis animis excæpere. At Craſſus nihil eorum fidei credendum ratus: quorum ſæpius iam eſſet perfidiam expertus: cũ tam repentinæ mutationis nullam ſubeſſe cauſam animaduerteret: pugnæ intẽtos milites ſuos eſſe iubebat: illi uero una reclamare atq; in Craſſum cõuitia iacere cœperũt: eius ignauiam accuſantes: qui ne inermibus quidem hoſtibus congredi audeat: quibus armatis eos uelit obiicere trucidandos. Cũ ad ea reſpondere Craſſus pararet: ac reliquum diei ſpatium tolerare precaretur: quoad ſuperueniente nocte in montes euadendi daretur facultas: ubi locorum præſidio tuti futuri eſſent: ac manu ſimul uiam oſtẽtaret: qua non procul ĩpacata loco & amica tranſitus pateret: beneq; de ſalute ſua ſperare hortaretur: illi altius iam uociferari. Tunc perterritus metu Craſſus eorum parere uoluntati & ad colloquium proficiſci ſtatuit: atq; intereundum ad ſuos cõuerſus Octaui inquit Tuq; Petroni cæteriq; quotquot adeſtis Romani ciues profectiõis meæ neceſſitatem conſpicite: meq; meorum militum uiolentia ad hoc fuiſſe coactum mihi teſtes apud Deos atq; homines eſtote. Verum ſuperſtites dicite: Non me a meis ciuibus proditum: ſed hoſtili fraude decæptum ĩteriſſe. His dictis cœptum iter ad hoſtes proſequebatur. Tunc Octauius quiq; ſecum aderant: ſolum proficiſci non ultra ſuſtinuere: ſed e tumulo deſcendentes illi ſe comites adiunxerunt. Sequentes autẽ una lictores Craſſus a ſe remouit. Cumq; non multum ſpatii progreſſus eſſet: duo ex mixto Parthorum & Græcorum genere oriũdi illi obuiam uenere: atq; ex equis deſiliẽtes perbenigne Craſſum græco ſermone ſalutarunt: & aliquos præmittere hortati ſunt: qui Surinam & omnes qui ſecum aderant inermis aduentare intuerẽtur. Ad ea Craſſus ſi uel minimam ĩquit uitæ meæ rationem duxiſſem: nũq̃ profecto me ueſtris manibus aut fidei credidiſſem. Duos inde fratres Roſcios nomine præmiſit intuituros quot ſecum comites Surinas duceret: & ſimul aliquid ad eum nuntiare mandans. eos ad ſe cum ueniſſent: deprehendi & uictos retineri Surinas iuſſit. Ipſe interea cum Parthorum optimatibus equo inſidẽs ad Craſſum ueniebat. Cumq; iam haud procul abeſſet: quidnã hoc rei eſt Surinas inquit: pedes ne cum romanus imperator gradiatur: ego equo uectari patiar? His dictis equum Craſſo adduci iubet. At Craſſus illum cõſcendere nolẽs: nemo inquit noſtrorum aberrauit: cum primo uterq; more & cõſuetudine ſeruata ad colloquium uenerit. Tum Surinas certum iam nobiſcum Hyrode fœdus ac pacem eſſe minime ambigatis Romani uelim: ſed ad proximum fluuium deſcendentes æquas pacis conditiones perſcribamus oportet: neq; enim omnino pactorum memores eſtis Romani. His dictis dexterã porrigens: cum Craſſus equum a ſuis poſceret: nihil opus eſt illo Surinas inquit: hũc enim & uelocitate & pulchritudine præſtãtem tibi rex Hyrodes dono mittit: & ſimul equum phaleris aureis atq; aureo fræno inſignem adduci iubet: atq; in hunc Parthi qui circum aderant pene ui ſublatum Craſſũ impoſuere. Inde ſtimulis equum grauiter urgere cœperunt. At Octauius prius habenis comprehenſis equum retinebat: itidemq; Petronius facere cœpit. At cæteri quicũq; ex Romanis aderant globo facto Craſſum circunſtetere: equum ſæpius perfodere conati: & ſimul Parthos qui utrĩq; Craſſum urgebant: quoad poterant ſubmouentes. Turba itaq; primo & cõtentio poſt etiam pugna exorta eſt. Nam Octauius barbari prĩcipis aurigam gladio traiicit: retro uero barbarorum alius aſſiſtens Octauium perfodit. Petronius autẽ qui thoraca indutus proceſſerat multis in Caſſum barbarorum telis petitus ĩcolumis

tamen in equum prosiluit. At Crassum Parthus quidam Pomaxartes nomine interfecit: licet alii non ab hoc interfectum Crassum: sed iacenti cadaueri caput ac dexterā abscissam tradant: q̄q̄ hæc coniicere magisq̄ pro ueris asserere licet. Nam eorum qui pugnæ interfuerunt: alii circa Crassum pugnantes cecidere: alii statim pugnæ exorto principio retro in tumulum unde discesserant rediere. Ad quos Parthi uenientes Surinæ nomine referunt: Crassum quidem meritas audaciæ ac sceleris pœnas dedisse: reliquis perbenigne salutem indulgeri: ac liberos abire permitti. Eorum uerbis nōnulli fidem adhibentes cum e tumulo descendissent: a barbaris capti & in uincula coniecti sūt. Alii noctis aduentum in tumulo expectantes passim per agros ut cuiq; uisum est sese spargere: quos errantes Arabes equites insecuti cæciderunt: ita ut pauci admodum incolumes superfuerīt. Feruntur in eo bello uiginti ferme hominum milia īterempta: & decē milia capta fuisse. Posthæc Surinas Crassi caput & dexteram ad Hyrodem: qui tunc ī Armenia bellum gerebat: misit: quosdam uero Seleuciam proficisci iussit: qui nō occisum sed uiuum captum esse Crassum passim uulgarent: & illum non multopost Seleuciam captiuum uenturum. Interea pompam ridiculam sane uerum magno rerum omnium apparatu constituit: quā ignominiæ causa appellauit triumpum. Quēdam enim ex captiuis Pacianum nomine facie & habitu corporis Crasso persimilem Parthicæ mulieris uestem indutum equo insidentem circumagi iussit. Huic omnes qui circū aderant parere & imperatorem appellare præcipit. Ante ipsum tibicenes & lictores alii quot camelis uehebantur: sacculos quosdam fascibus appensos gestantes. His proxime sublimibus hastis infixa nobilium Romanorum capita portabantur. Posthæc Seleuciæ meretrices ueniebant: multa in Crassi molliciem & imbecillitatem īconditis quibusdam carminibus decantantes. Seleuciorum deinde senatū Surinas cogens libros quosdam ostēdit Aristidis: qui milesii appellantur: de luxuria & delitiis cōpositi. atq; multa in mores Romanorum concionatus est: qui nec etiam in exercitu talibus lasciuiis abstinerent: atq; eiusmodi secum libros in castris etiam gestarent: fuerunt enim īter Ruscii cuiusdā īpedimēta reperti. Interea Hyrodes pacē cū Artuasde Armeniorū Rege cōposuerāt: eiusq; sororē Pacoro filio cōiugē dispōsauerāt: multaq; inuicē cōuiuia sūma lasciuia ac maximo rerū omniū apparatu celebrabāt: plurimaq; ī eis græcorū more cātantes. Neq; enim græci sermonis ac litterarum Hyrodes ignarus erat. Artuasdes uero Tragœdias etiam scripsit & oratiōes plurimas edidit: hīstoriā etiam composuit: quarum aliqua in hodiernum usq; diem superextant. Cum nuntius a Surina missus qui Crassi caput ferebat: ad Hyrodē peruenisset: forte regem conuiuio accubantem offendit: & Iason trallienſis fabularum actor remotis iam mēsis Euripidis fabulam de furiis Aganes actitabat. Cūq; ab omnibus summa iocunditate ac lætitia probarētur: Syllaces Crassi caput ī mediū proiicit: & magno clamore a Parthis propter lætitiā sublato: Syllaces regis iussu a famulis e medio summotus ē. Iasō uero dimissis quæ tūc ī manibus gestabat luctus insignibus Crassi capite in manibus sumpto quasi furens debacchari cœpit: ac multis caput illud telis perfodit: uersus e tragœdia huiusmodi decantas: Ferimus e mōtibus Iuuili prædam fœliciſſimam: atq; hoc spectaculo uehemēter omnes qui aderant gauisi sunt: multis īde alternis uersibus decantandis: quidam ex his aliqui chorū agebāt magna uoce clamauit: Meus ē hic honos: tūc īmediū prosiliens Pomaxartes qui forte īter cœnātes aderat: Crassi caput ī manibus sumpsit: ac se maxime talia uerba decere testatus ē: Hyrodes igitur premia quæ ꝑ talibus gestis more patrio præberi consueuerunt: liberaliter illi largitus est: Iasonem uero talento donauit. Hunc finem igitur Crassi expeditio quasi tragœdia quædam sortita est. Non tamē ita multopost & īmanitatis Hyrodes & perfidiæ Surinas debitas pœnas dedere. Nanq; Hyrodes Surinæ gloriæ inuidēs eum dolo peremit. Ipse autem cum filium Pachorum expulisset: quod bello a Romanis fuerat superatus ī morbū incidit hydropicum: cui filius alter Fraates insidias machinatus uenenum quasi medicamentum ad

leuãdum morbum tradidit. Quod cum profuturum ægritudini uideretur: iamq; cor pus nonnihil conualescere cœpisset: breuissimam interficiendi uiam agressus: propria manu spiritu præcluso illum suffocauit.

COMPARATIO NICIAE ET CRASSI.

RELIQVVM EST VT DE NICIAE ET CRASSI ADINVICEM comparatione pauca dicamus. Ac primo quidem siquis utriusq; diuitiis parandis modum animaduerterit: Niciam longe minus uituperabilem comperiet. Siquidem eius diuitias ex metallorum effossione ī qua captiuos barbaros permultos assumpsit: incremẽti plurimum accæpisse constat. Crassus uero si ad Syllæ immanitatem cõferatur: humanior sane uideri poterit: cum tamen ex eius incendiis atq; proscriptionibus quasi ex fœnore aut agricultura lucrum palam quæsierit. Maximorum autem criminum: quibus obnoxium fuisse Crassum permulti asserunt: quæq; ipse accerrime denegare consueuit: ne minima quidem suspicio Niciam attigit. Neq; enim lucri causa sẽtentiam in senatu dixisse: aut facinorosos homines subtraxisse iudiciis: aut sociis auaritiæ causa bellum intulisse: ne calumniator quidem ullus unq̃ Niciam insumulauit. Quod uero maximã pecuniã timiditatis causa calumniatoribus Nicias dederit: &si Pericli aut Aristidi non cõueniẽs opus esse merito uideri potest: sibi tamen necessarium fuisse iudicabitur: cum ad tolerandas inimicitias in republica non satis animi ac roboris a natura sortitus esset. In eo quoq; Lycurgus orator multis post annis gloriari etiam ausus est. Cui cum ab aduersario fuisset obiectum: q; se pecuniis a calumniatore redemisset: minime inficiatus est: sed interorandũ maxima uoce populum appellans: bene se habet īquit uiri Athenienses: quando quidem per tot annos in reipublicæ administratione uersatus: nõ accæpisse me: sed dedisse pecuniam obtrectatores criminantur. In sumptibus faciendis melior & ad ciuilem usum accommodatior Niciæ q̃ Crassi ratio uidetur. Ille enim ī exhibendis populo spectaculis & in Deorum cultu celebrando & gymnasiorum & palæstrarum cõducendis præceptoribus pecunias maximas erogauit: Hic autem tam multis hominum milibus publice epulum dedit. Ac īsuper ad quotidianum uictum copiam suppeditauit: ut omnes in unum coacti Niciæ sumptus: ne minima quidẽ ex parte sunt Crassi sumptibus comparandi. Igitur cum horum uirorum mores animaduertam: uehemẽter ab illis dissentire cogar: qui uitium inæqualitatem mentis ac dissidentiam esse negant: cum tamen hosce homines uideant tam turpiter in parandis diuitiis uersatos: in erogando tam faciles ac benignos esse: & de diuitiis quidem hactenus. In reipublicæ uero administratione nihil unq̃ callide nihil iniuste nihil uiolenter a Nicia factum reperitur: sed cum esset Alcibiadis potentia & fraudibus circunuentus: sũma cum modestia ad populum quasi iniuriarum uindicem futurum confugit. Crassi uero magnam in permutandis amicitiis perfidiam deprehendere licet. Consulatum autem per uim usurpasse ne ipse quidem negare consueuit: quippe qui milites mercede conduxerit: qui Catoni atq; Domitio manus afferrent. In ferenda quoq; de sortiendis prouinciis rogatione: cum multi uulnerati fuissent: quattuor etiam interfecti: Crassus ipse Lucium Mallium rogationi aduersantem pugno grauiter ī faciem percussit: multoq; sanguine fœdatum coegit e turba discedere. Atq; ut Crassus uituperãdus uidetur: q; uiolentum quẽdam ac tyrannicum in administranda republica morem teneret: sic Nicias pauidus & supraq̃ deceret formidolosus & uilissimis quibusdam hominibus obnoxius iuxta profecto reprehensione non caret. Accedebat ad hæc: q; non aduersus Cleonem paruis de rebus Crasso certamen erat: sed aduersus recẽtissimam Cæsaris gloriam & tres Pompeii triumphos decertans: nulli eorum cedens: utrũq; superare nitebatur. Et Pompeiũ quidem cẽsoria dignitate superauit: q; magnã proculdubio

laudem meretur. Oportet enim in maximis rebus & rerump. administrationibus nõ penitus inuidiam formidare: sed magno animo ad præclarissima quæq; adniti: & uirtutis ac potẽtiæ magnitudine inuidiam superare. Quod sicui penitus omni periculo carentem securitatem atq; animi requiem sectari placet: & Alcibiadis ĩ concione uehementiã reformidat: aut in termophilis Lacedæmonum erumnas: aut in Thracia Perdiccæ labores extimescit: latissimus in ciuitate patet campus ad ociandum: ubi gnauus cõsidẽs atq; ociosus signitiæ coronã suo capiti cõtexere possit: ut sophistarum quidã dicere consueuerunt. In quo genere forte Niciam aliqui connumerarent. fuit enim pacis & ocii amantissimus: & soluendis aut componendis bellis aptissimus. quæ uirtus propria Græcorum esse uidetur. Atq; in hoc nulla ex parte Nicias est Crasso comparãdus: qui caspium pelagus atq; indicum oceanum romani imperii terminos fore destinauerat. Neq; uero decet cum te uirtute ac potentia superiorem intelligas: deterioribus cedere: neq; principatu indignos uiros ad gubernandum remp. adiscisce re: neq; maximis de rebus improbis atq; infidis uiris fidem præstare. In quibus omnibus deliquisse Niciam non obscurum est: qui Cleonem garrulum sane & clamosum rabulam impudentissimum præterea atq; audacissimum uirum magni exercitus imperatorem deligi fecit. Nec Crassi in bello spartaco celeritatem laudo: qui festinationis magis q̃ securitatis rationem ducens manus conferre properauit: ne superadueniens Pompeius perfecti iam propemodum belli gloriam auferret: ut Mũmius Metello apud Corĩthũ bellum gerenti abstulerat. Sed illud Niciæ nõ parum delictum uideri debet: nõ aduersariorum opibus aut potentia deterritus sed militandi laborem ac periculum reformidans: maluit cum res suas in tuto collocasset: remp. periclitari: q̃ suo periculo salutẽ reip. quærere: q̃uis Themistoclis factum intueri possit: qui bello persico cum non idoneum imperatorẽ creatum animaduerteret: atq; illũ rei gerendæ imparem iudicaret: ne demens unus atq; improbus uir totius ciuitatis salutem in discrimen abduceret: pecunia data sese ut imperio abdicaret effecit. Cato autẽ quo tempore motus maximos ac perturbationes reip. instar conspiciebat: tribunatum petiuit. Nicias uero contra Minuma & Citheram ac Milesios imperatorem se fieri passus Contra lacedæmonios bellum gerere noluit: sed imperatorium exuens paludamentum Cleonis dementiæ atq; audaciæ uiros arma naues & totius reip. imperium cõmittens non modo propriã gloriam sed defensionem patriæ atq; salutem neglexisse uidetur. Quapropter nõ ita multo post inuictus atq; reluctans contra Syracusios bellum gerere coactus est: cum nõ utilitatis aut dignitatis causa: sed animi mollitie atq; desidia quãtum in se esset: obstare uideretur: quo minus potentissima Siciliæ ciuitas athenienſiũ ĩperio subiiceretur: q̃q̃ hoc nõ minus ignauiæ ac secordiæ q̃ immensæ uirtutis & bonitatis testimoniũ uideri potest. Quod cum semper ab illis gerendis fuerit alienus: cumq; semper imperandi munus detractauerit: nũq̃ populus quasi uirum optimũ ac peritissimum ducem ad maxima quæq; bella suffragiis diligere cessauit. At Crasso: cum belli semper & imperii fuisset auidissimus: nũq̃ nisi bello seruili populi sponte imperium accipere cõtigit: q̃ per id temporis Pompeius Metellus atq; ãbo Luculli bellis aliis impliciti tenerentur: & tunc tamen opibus & potentia magnus Crassus habebatur. Verũ illud comici poetæ dictum præclare sibi conuenire etiam amicissimi fatebantur: Virum illum cæteris ĩ rebus q̃ in clypeo gestãdo optimum esse: Neq; satis tamen hæc opinio Romanis profuit: amicorum multitudine & ambitionis excessu maximum exercitũ sibi tradere coactis. Athenienses enim inuitum ac renitentem Niciam ad bellum impulere. Crassus uero inuitos ac abnuentes Romanos eduxit ad bellum: & propter hunc quidem ciuitas ille autem propter ciuitatem maximum infortunium subiit: Atq; magis in his rebus laudare Niciam q̃ uituperare Crassum licet. Ille enĩ prudentis imperatoris ratiõe utens suorum ciuiũ spem nõ frustrabatur: sed metus causa: ut ab Sicilia abstinerent: hortabatur. hic autem tanq̃ facillimũ opus bellum parthicum aggressus uehementer

quidem ab eo quod propoſuerat aberrauit: magna tamẽ animo concæpiſſe iudicatus eſt. Cumq; Ceſar occidentis populos celtas germanos & Britãniã inſuper domuiſſet: ipſe ad orientis imperium comparandum intenderat animum: & Aſiam omnem romanis ſubdere conabatur: quod etiã Põpeius afectabat. Lucullus uero utriq; aduerſabatur. Itaq; cũ Põpeio Aſiæ ĩperiũ a populo mãdaretur: ſenatus obſtitit. Ceſarẽ quoq; cum trecenta germanorum milia cæcidiſſent: Cato hoſtibus dedendum atq; eius capite omnem Deorum iracundiam ob uiolata fœdera contractam expiandam cenſuit. At uero populus Catonis ſententia contempta quindecim dierum ſupplicationes in eius victoriæ honorem decreuit. Quantam igitur futuram læticiam quãtaq; ſacrificia arbitramur: ſi Craſſus ex Babylone litteras ad ſenatum mittens Mediã Perſidem Hyrcaniam Suſas & Hactra romanorũ prouĩcias eſſe nũtiaſſet? Oportet enĩ (ut Euripides inquit) eos qui in ocio degere quiq; ſuis rebus eſſe contenti nequeunt: quando aliis iniuriam inferre uolunt: non Scandiã aut Mendim utiliſſimas inſulas inuadere nec patriam fugientes Eginetas & tanq̃ aues regionẽ mutantes perſequi: ſed magna iniuſtitiæ premia quærere: quibus iuſtitiæ facta iactura: non quidem paruæ aut cõtẽnendæ rei penſet. Nec illi ſatis recte iudicare uidentur: qui cum Alexandri laudent expeditionem: Craſſi audent uituperare conatus. Neq; enim decet ex euentu rei iudicia facere. Sed nos ad inſtituta redeamus. Niciam permulta ĩ bello præclara facinora edidiſſe cõſtat: multis enĩ prælĩs hoſtes ſuperauit: & a capiẽdis Syracuſis paulum quid abfuit. Nec quæ errata ſunt: omnia ſua culpa euenere. magnum enim rebus gerendis aduerſa ualitudo impedimentum attulit: plurimum etiam ciuium qui domi erant inuidiam accuſare licet. Craſſus autem propter innumeram erratorum multitudinem nullum fortunæ uituperãdæ locũ reliquiſſe uidetur: atq; ſola eius apparet accuſanda ſtultitia: quam non tantum Parthorum uirtute: quantum aduerſa romanorum fortuna ſuperatam fuiſſe putandum eſt. Præterea cum nullum diuinationi ſignum Nicias aliquãdo neglexit: Hic autem omnia penitus Deorum portenta contempſerit: utriuſq; tamẽ idem ferme exitus fuit. Difficilis ſane res ad iudicandum: licet illi minus uituperandi uidẽtur: qui peruicaciæ & ſuperbiæ crimen fugientes ueterum opinionem atq; auctoritatem ſecuti: propter nimiam religionem delinquunt. In morte uero Craſſus laudabilior: qui nunq̃ timori aut labori ſuccumbens: ſed amicorum precibus & uoluntati obtemperans: tam etiam hoſtili fraude deceptus interiit. Nicias autẽ turpi & infami ſpe ſalutis ductus ſupplex ad hoſtium genua procumbens turpiorẽ ſibimet ipſe mortem effecit.

AGESILAI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

NON SVM EQVIDEM NESCIVS DIFFICIL limum esse: Agesilai uirtuti & gloriæ parem cõmendationem inueniri posse. Veruntamen aggrediẽdũ esse censeo: quoniam rationi minime consentaneũ foret: eum nec inferiorem laudem assequi debere: propterea q̃ ad summũ perfectæ probitatis culmen peruenerit. De sui igitur generis nobilitate quid maius quidue præstantius dici posset: q̃ maioribus suis in hodiernum usq; diem nomine denumeratis & eis quidem non priuatis uiris: sed regibus regum filiis quotus ab Hercule fuerit: memoria facile colligitur? Neq; tamen de his quisq̃ hoc nomine queri possit: q̃ regnũ quidem possidebãt: Sed urbis parum illustris. Nam sicut eorum genus totius patriæ honestissimum est: ita & urbs ipsa uniuersæ Græciæ celeberrima: adeo ut non inter secũdos primi sed inter principes principatum obtineant. Illud quoq; haud est silentio prætereundum: quod ad communem & patriæ & sui generis laudem pertinet: q̃ scilicet nunq̃ ciuitas eorum regnũ excidere conata sit: ideo q̃ ipsos honore cæteris anteferri ĩuidia torqueretur. Nec ipsi reges maiora unq̃ affectauerunt: q̃ ab initio regni sui possedissent. Quocirca cum nullam adhuc gubernãdi rationem cognouerimus: neq; popularem neq; paucarum potestatuũ neq; tyrannidem neq; regiam dignitatem: quæ stabilis & absq; ĩterruptiõe perseuerarit: hoc tamen solum regnum assidue successiueq; durare cernimus. Agesilaum uero etiam anteq̃ regnum sit adeptus: imperio dignum fuisse hoc facile argumento dignoscitur: q̃ cum rex Agis diem suum obiisset: Letychidasq; hinc ut Agidis: hinc Agesilaus ut Archidami filius pro regia dignitate contenderent: uniuersa ciuitas Agesilaum & genere & uirtute minus repulsa dignum iudicauit: & eundem regem constituit. Quare cum in urbe potẽtissima ad excellentissimum delegi munus ab optimis meruerit: nulla alia coniectura opus est eius uirtutem qua etiam ante regni adeptionẽ præditus erat: comprobare. Quæcunq; autem ĩ regno suo gesserit: iam deinceps q̃bre uius potero percurram. Nam ex rebus gestis ipsius quoq; mores optime (ut opinor) spectare licebit. Cum igitur Agesilaus iuuenili adhuc ætate florens regnum assecutus esset: haud longo post tempore uulgatũ est: Persarum regem tanq̃ aduersus græcos ingentem terra mariq; exercitum cogere. Quaquidem de re cõsultantibus Lacedæmoniis sociisq;: Agesilaus si sibi spartanos quinquagĩta: ingeniorum quos illi Neodomadas uocant tria milia: confœderatorum uero sex milia tradidissent: in Asiam traiecturum & faciendæ paci operam se daturum recæpit: uel si bellare barbarus maluerit: tantum se illi negocium exhibiturum: ut ei contra græcos exercitum mouere nequaq̃ ociũ superet. Quo audito hilari statim animo plurimi concupiuerunt: ut postq̃ rex antea ĩ Græciam traiecerat: eodẽ modo aduersus ipsum copiæ transportarentur & id eligendũ ut ab inuadente potius q̃ expectante cum eo depugnaretur: atq; hostiũ potius q̃ græcorum agri bello uastarentur: quodq; omnium maximum uidebatur: ut non de Græcia sed de Asia dubium certamen constitueretur. Postq̃ uero in Asiam cum exercitu nauigauit: quemadmodum imperatoriam artem exercuit: haud quaq̃ ego dulcedinis q̃ commemorandis rebus gestis replicari posse arbitror. In Asia igitur hoc primum gestum est: Tissaphernes Agesilao iureiurando affirmauit: si secum inducias tantisper uellet: dum redirent quos ad regem mitteret oratores: ei se effecturum: ut Græcorum urbes quæ in Asia erant: liberæ ac suis legibus degerent. Cum contra Agesilaus inducias integra fide facturum se iurauit: præfinito tamen ad id agendum trium mensium

ſpatio: Tiſſaphernes quæ iurauerat: ſtatim emẽtitus eſt. Nam cum de pace auctorem ſe promiſiſſet: ingentem a rege exercitum præter copias quas ſecum habebat: depopoſcit. Ageſilaus uero &ſi hæc omnia præſentiſceret: fœdera tamẽ apud ſe inuiolata eſſe uoluit. Quapropter hoc primum ab eo egregie factum mea ſententia iudicari debet: q; cum Tiſſaphernem periurum eſſe demonſtraſſet: effecit ut apud neminem fidem mereretur. Cumq; ſeipſum & iuſiurandum magnifacere: & conuentiones minime fallere aperte iã declaraſſet: eo peruenit: ut nec græci nec barbari quocunq; iure ſe cum inire fœdus uererentur. Cæterum cum recepto nouo exercitu Tiſſaphernes elatior factus: Ageſilao niſi ex Aſia decederet bellum indixiſſet: & conſederat: & lacedæmonii qui ibi aderant non mediocriter triſtari uidebantur: q; Ageſilaum regio apparatu uiribus imparem eſſe cenſerent. Ageſilaus uero hilari admodum fronte per legatos Tiſſapherni nuntiat: ei non paruam ſe gratia mhabere: q; periurio ſuo Deos ſibi met infenſos uendicaſſet: græcis uero propicios & ſuarum partium fautores reddidiſſet. Militibus dehinc tanq̃ ĩ expeditionem caſtra mouere ĩperat: urbibus uero: ad quas ſibi cum exercitu Cariam petenti perueniendum erat: ut commeatus præparẽt: edicit. Similiter ĩ omnibus ealibus & helleſpontiis per epiſtolã iubet: ut ſocios ad ſe in Epheſum mittant. Tiſſaphernes igitur: tum quia Ageſilaus equites non habebat: cum equitatu Caria minime ſit permeabilis: tum quia ſibiipſi propter fraudẽ iratum eſſe cenſebat: exiſtimans re uera in Suam: quæ in Caria erat: demum facturum impetum: omnes quidem pedeſtres copias eo tranſmiſit: equites autem ad Meandri campum circumegit: ſperans ſe græcos prius equitatu circunuenturũ: q̃ ad loca equis inuia perueniſſent. Sed Ageſilaus cum Cariam petere prædixiſſet: mutata ſtatim ſententia in Phrygiam uero conuertit: Aſſumptiſq; ſociorum copiis: in itinere ei occurrebant: & urbes ſubuertebat: & ante expectatum inuadens infinitam pecuniam diripiebat. Quare hoc quoq; imperatoriũ nauaſſe mihi uidetur: q; poſtq̃ indictum eſt bellum: & aduerſarii crimine factum eſt: ut iam & ſancte & iuſte decipere liceret: Tiſſaphernem quidẽ pueriliſ ſimplicitatis hominem eſſe fraude illa demonſtrauit. Amicos uero eodem in loco prudentiſſime diuitauit. Nam cum ob prædæ magnitudinem gratis ferme õnia uenderentur: amicos ut ea emerent monuit: ſignificans ſe mox cum exercitu ad mare deſcenſurum. Ipſis uero ſpoliorum uendendorum præfectis iuſſit: ut quanti quiſq; emeret: ſcripturæ quidem mandarent: precium tamen in præſentia remitterent: eo pacto amici eius nihil præſoluentes: nec tamen publicum defraudantes: maximã pecuniarum uim conſecuti ſunt. Siqui præterea ad regẽ (ut ueri ſimile eſt) tranſfugientes bona ſua clã ſubducerẽt: ea p amicos ſuos deprehẽdi curabat: ut datiores ſimul & glorioſiores euaderent. quibus quidem rebus q̃plurimos eueſtigio amicitiæ ſuæ auidos effecit. Cæterum cum cognoſceret deprædatum ac deſolatum agrum diu exercitũ ſuſtentare non poſſe: frequentem uero incolis ac ſeminatum perpetuo ſibi cibum ſuppeditaturũ: ſtudere cœpit: ut non tantum aduerſarios ui caperet: uerum etiam benignitate ad ſe alliceret. Nam ſæpe militibus ſuis in concione prædixit: ne captiuos ut iniuſtos crutiarẽt ſed uti homines ſeruarent. Sæpe etiã dum caſtra tranfferret: ſi paruos mercatorum infantes: quos militia aut portandi incommodo aut alendi inopia uendebant: derelinqui audiret: eos aliquem ĩ locum cõportari curabat. Eodem modo & captiuorum qui ob ſenium deſtituerentur: curam ſuſcipi mandabat: ne a canibus lupiſue erepti diſcerperentur. Quibus quidem ex rebus effectum eſt: ut eos nõ modo qui hæc audirent: ſed etiam captiui ipſi maxima beniuolentia proſequerentur. Quaſcunq; uero urbes uendicarent: iis ſeruilia omnia detrahens ea inſtituebat: ĩ quibus liberi prĩcipibus parere conſueuerunt. Ita mœnia quæ nulla ui capi poterant: humanitate ſuas ĩ manus dirigebat. Poſtq̃ uero ĩ Phrygia exercitum ductare propter Pharnabazi equitatum non ualebat: ſibi quoq; equites comparandos eſſe duxit: ne tanq̃ ſubterfugiens bellare cogeretur. Omnibus igitur urbium illarũ opulentis uiris: ut equos alerẽt

imperauit: quicūnq; tamen ut equum & arma et peritum uirum præbuisset: hinc ut a militia ipse uacaret: licere edicto præfatus est. Nec secus ad hoc prompte faciendum singulos induxit: ac siquis pro se alterum libenti moriturum animo indagaret. urbes etiā īstituit: ex quibus parare equites oporteret: existimās urbes ī quibus alunt equi: statim uel maxime ob equitatū elatiores fidentioresq; fieri. Miro igitur quodāmodo equitatum euestigio & ualidissimum et strenuum habuit. Postq̄ autē nec appetebat: omne exercitum ī Ephesum coegit: quem cum exerceri cuperet: turmis siquis optime equitaret: peditibusque siquis egregio corporis robore præstaret: premia proposuit. Scutatis itidē et sagittariis munera declarauit: qui se ad debita opera maxime idoneos demonstrassent. Hinc cernere erat gymnasia uiris se exercentibus et equorū stadia equitandi studio decertantibus referta: iaculatores uero et sagittarios in ordinē procedentes continebat: totam uero urbem spectaculo dignam reddidit. Nam et forum uariis armis equisq; uenalibus plenū erat: et ærarii fabri ferrarii coriarii fullones omnes bellica parabant instrumenta: ita ut uere urbem illam quasi quandam belli officinam existimare. Illud quoq; cuiusq; animum non mediocriter ad bene sperandum cōfirmasse. Cum primum quidem Agesilaum ipsum deinde reliquos milites intueri liceret: cum gymnasiis regrederentur: coronas quibus coronati fuerāt: Dianæ offerētes. Nam ubi uiri Deos colant: bellica autem exerceant: et imperatoris obedientiam meditentur: nonne ibi uerisimile est omnia spe bona repleta esse? Existimās præterea ex hostium contemptu robur quoddam et fidutiam militibus ad pugnam ingenerari: per præcones palam edixit: ut barbari qui a prædonibus capti essent: nudi uenderentur. Quocirca milites cum eos qui nunq̄ exuerentur candidos: pingues uero & ad laborem inertes: quia curribus assidue ueherentur: esse cernerent: nihilo serius differre bellum cēsuerunt: q̄ si cōtra fœminas pugnandum foret. Hoc quoq; militibus prædixit: statim q̄b eui itinere ad munitissima eius regionis loca cum exercitu profecturum: ut hi iam illic ueluti decertaturos & animo & corpore paratos se præberent. Tissaphernes uero hæc ab eo fingi ratus est: tanq̄ rursus decipere: & uere nunc in Cariam facere impetum uellet. Ideoq; pedestres copias ut prius transmisit in Cariam: & equitatum in Meādri cāpo collocauit. Nec tamen Agesilaus mentitus fuit: sed ut prædixerat: confestim Sardianum locum occupauit: triduumq; deserta hostium permeans multum exercitui commeatum suppeditauit. Quarto autem die hostium equites contra processerūt: eorumq; dux impedimentorum præfecto Pactolum traiicere: & trans fluuium castra metari iubet. Ipsi cum Græcorū aliquot pedites circa prædam occupatos cernerent: illos magna ex parte trucidarūt. Quod cū Agesilaus ītelligeret: ab eq̄tatu opē afferri īpetat. Persæ auxilium conspicati sese in unum cogunt: & uniuersas equitum turmas contra explicant. Agesilaus cū peditatum hostibus nondū adesse: sibi uero nihil ad huiusmodi rem agendā deesse cognosceret: conserendæ pugnæ tempus si fieri posset: esse dixit. Facta igitur re diuina ī equites ex aduerso collocatos phalangem recta ducit: ex militibus quoq; pubes una secum concurrere: scutatos itidem incursare & equites inuadere iubet. Ita factum est: ut uniuersus eum subsequeretur exercitus: primum qui persarum ualidi erant: equitum impetum exciperent. Sed cū aduersa & extrema eius omnia īcumberent: ipsorum acies inclinauit. Eorum alii statim ī flumen irruere: alii fugā capessere. Insequentes græci castra capiunt: scutati (ut par erat) ad prædam cōuertunt. Agesilaus cū iam & amica hostilia oīa quaquauersū possiderer: castra posuit. Cumq; īter se turbari audiret: q̄ adeo rerū gestarum culpam sibi īuicem imputarent: cōfestim cōtra Sardis mouit. Ibiq; circa urbē omnia igni uastat & populatur: simulq; per præcones clara uoce pronuntiari iubet: siqui sunt qui libertatis egeant: ut ad se tanq̄ sociū confœderatumq; conueniant. Siqui uero Asiam suam asserant: ii pro libertate armati ad certamen prodeant. Postq̄ neminem contra exire uidet: iam ītrepidus ultra progreditur. Cumq; nōnullos cerneret græcos: qui antea adorare coacti erant: nūc ab eisdem

a quibus contemnebantur: honorari: & alios Deorũ quoq; cultũ ſibi uendicare haud indignum exiſtimantes effecit: ut ii græcos ne intueri quidem recta facie ſuſtinerent. Cumq; amicorum agrum a præda direptis omnibuſq; immunem præſtaret: hoſtili fic fruebatur: ut biennii ſpatio Delph s plura q̃ centum talenta Deo decimã conſecrarit: Cæterum perſarum rex horum malorum cauſam in Tiſſaphernem cõferens: Tithrau ſtam miſit: qui eius caput obtruncauit. Barbarorum tamen res ex illo tempore ĩ peius ſemper ferri: Ageſilai uero ĩdies melius ualidiuſq; ſe habere: ab omnibus enĩ gentibus pro ineunda amicitia legati mittebantur. Multi quoq; libertatis auidi ad eum deſciſce bant: adeo ut iam non græcorum modo ſed barbarorum innumerabilium dux eſſet. Ageſilaus: ob hoc etiam ipſius continentiam uehementer admirari licet: cum infinitas in continenti urbes ſuo imperio ſubditas haberet inſulaſq; non paucas: quandoquidẽ ciuitas ei claſſem addiderat: cumq; ad ſummum & gloriæ & potentiæ culmen euectus eſſet: poſſetq; multorum ac robuſtiſſimorum opera ad quancunq; rem uti: rem præ terea arduam magnificamq; uerſaret animo: ſperaretq; exercitum funditus tollere: qui prius aduerſus Græciã militauerat: a nulla tamen harum rerum eſt ſuperatus: Sed ubi a magiſtratibus ei nuntiatum eſt: ut patriæ ſuccurreret: ciuitati non ſecus pa ruit: ac ſi in lectica ſolus apud quinq; uiros fuiſſet conſtitutus: Illud apertiſſime de clarans q̃ neq; uniuerſum terrarum orbem patriæ: neq; nouos & nuper uẽdicatos ami cos ueteribus: neq; turpia abſq; periculis lucra honeſtis & laborioſis anteponeret. Do nec autem in magiſtratu permanſit: hoc etiã regis laude digniſſimum opus nauauit: q̃ cum urbes reciperet: ad quas imperaturus enauigabat: quia mutato ſtatu: poſtq̃ re gere atheninſes deſierant: ſeditionem mouebant: curauit ut dum ipſe adeſſet: abſq; exiliis & cædibus ĩ concordia & felicitate ſumma degerent. Itaq; qui in Aſia erant græ ci non ut principe ſed ut parente & ſocio ſuo abeunte triſtabantur: q̃q; non fic tam erga ipſum amicitiam gererent: apertis demum iudiciis oſtenderunt. Eo nanq; pro Lacedæmone auxilia petente plærunq; præſtituerunt: quando etiam ad uerſus potentiores pugnandum eſſe non ignorarent. Rerum igitur in Aſia geſtarum hic finis extitit. Poſtq̃ autem Helleſpontum traiecit: per eaſdem gentes proficiſceba tur: per quas infinita iam claſſe perſarum rex iter habuerat: & quam uno anno uiam barbarus confecerat: eandem breuiori q̃ menſis ſpatio expediuit Ageſilaus: ſtudens ne poſt neceſſitatem patriæ ſuccurreret. Sed cum ex Macedonia in Theſſaliam tranſiret: ei officiebant inſequentes a tergo lariſſei cranonii ſcotuſenſes pharſalii: qui boetiis confœderati erant: omnes præterea theſſali præter illos qui ea tempeſtate exulabant. Ipſe interim quadrato agmine ductabat exercitum diſpartitis & a frõte & a tergo equi tibus. Aſt ubi incumbentibus a tergo theſſallis ultra pergere prohibebatur: & anterio rem exercitus partem & nonnullos e ſtipatoribus ſuis tranſmiſit ad poſteriores. Poſtq̃ utrinq; ſtructæ acies: theſſali haud conueniens eſſe rati ut contra pedites equitatu de certarent: auerſi gradatim retrocedere. At illi temere inſequi. Sed Ageſilaus cum utro runq; errorem intelligeret: ex equitum numero qui circa eius latera conſtituti erant: ualidiores præmittit: ut & reliquos ſecum ire iubeant: & ipſi omnibus uiribus iſequã tur: ita ut fugientibus hoſtibus nulla detur retrouertendi copia. Quos ex inſperato ſu peringruentes cum theſſali conſpicati eſſent: alii nullo pacto reuertebantur: alii con uertere ſe conati ſuperuenientibus ex obliquo equitibus comprehendebantur. Vnus tamen equitum præfectus nomine Polichармus pharſalus & ſe retrouertit: & una cũ ſuis diu pugnans tandem interimitur. Quo facto indecens & ineffrænata fit pugna: alii cæduntur: alii uiui comprehenduntur: nec prius ſubſtitere: q̃ in anthracionum mõ tes ſeſe contulerunt. Tunc Ageſilaus anthracium atq; narthetium trophæum conſti tuit: ibidem q; manſit: non mediocriter ea de cauſa exultans: q̃ eos qui equitatu maxi me gloriantur: cum equitibus a ſe primum comparatis ſuperaſſet. Poſtridie achaicos Phyciæ urbis mõtes emẽſus ad boetiorum uſq; confinia per amicas regiones proceſſit

Ibi cum ĩterclusum iter a Thebanis Atheniensibus Corinthiis Emanibus Euboicis & utrisq; Locris offendisset: nequaq̃ cũctatus: ex aperto aciem cõtra struxit: cum unũ & dimidium tantum Lacedæmoniorum ordinem: confœderatorũ uero eius loci Phocenses solũ & Orchomenios: ac deinde relquũ cui præerat exercitũ secum haberet. Nec tamen hoc dicturus uenio: ꝙ parua manu imbecillioribus militibus confluxerit. Nam si hæc dicerem: & Agesilaum temerarium & meipsum stultum declarare mihi uiderer: si eum qui grauia pericula absq; causa inuaderet: laudibus extollerem. Immo magis hoc admiratione dignum arbitror: ꝙ nõ inferiores hostibus copias compararit: armaritq;: ita ut omnia ærea omnia purpurea apparerent: Curaritq; ut laborem milites ipsi sufferrent: & eorum animos tanta audacia compleuerit: ut aduersus quencunq; pugnã non reformidarent. Suis quoq; æmulationem quandam iniecerat: ut quisq; fortissimus uideri studeret. Spem insuper oĩbus fecerat: fore eos multarum ac preciosissimarum rerum ditissimos: si uirorum fortium officio fungerentur. Militibus enim hunc in modum animatis promptissime ualidissimeq; manum cum hostibns conserturum se existimabat: nec eum sane fefellit opinio. Narrabo igitur pugnam ipsam cui parem ætas nostra nullam uidit. Conuenerant enim in campum Coroniæ adiacentem Agesilai quidem milites a Cephiso: Thebanorum uero ab Helicone æquales utrinq; phalanges ĩter se conspiciebantur: equitatus itidem utrinq; numero fere par erat. Agesilaus dextrũ cornu curabat: Orchomenii in sinistro extrema tutabantur. Cõtra Thebani a dextro: Argiui a sinistro stabant. Cõgredientibus illis mirum utrinq; silentium tantisper fuit: dum ad stadii interuallum abessent. Exinde uero Thebani sublato clamore cursu cominus ferebantur. Cumq; iam tribus iugeribus dirimerentur: ex aduerso procurrerunt ab Agesilai acie domestici milites: quibus Euripides præerat: successiueq; cyriorum aliqui & Iones & æleos & hellespontii: iisq; omnibus ad teli iactum appropinquantibus: qui oppositi erant ĩ fugam uertuntur. Argiui haud quaq̃ Agesilai militẽ excepere sed protinus in Heliconẽ confugerũt. Hoc ĩ loco extremi milites Agesilaum coronarunt: cui interea nuntiatur Thebanos cæsis Orchomeniis impedimenta uersari. Is acie flexa ad illos ire pergit. Sed Thebani cum suos in Heliconem profugisse cernerent: enixe eodem salutis auidi sese conferunt. Hic Agesilaum uere magnanimum sine controuersia licet appellare: qui tutissimam rationem minime secutus est. Nam cum fugientes cadentesq; insectari & facile manu capere posset: a fronte præuenire & in Thebanos irrumpere maluit. Confligentes phalanges impelluntur: pugnãt interimunt: cadunt: clamor nullus erat: nec tamẽ silentium: sed mos qualem ira simul & pugna ederet. Thebani maiori ex parte in Heliconem fuga secedunt. Multi tamen intersecedẽdum opprimuntur. Postq̃ in Agesilai parte uictoria stetit: sauciusq; ipse ad phalangem relatus est: citi equites denuntiant circiter octoagĩta ex hostibus armatos in templo esse. Ille tametsi undiq; uario telorum genere confossus esset: Deos tamẽ minime neglexit: sed quo uellet dimitti & ab ĩiuria seruari iussit: iussitq; ĩsuper equites qui eos in tuta comitarentur. Finito deinde certamine: cernere erat quo in loco manum conseruerant sanguine concretam terram iacentium & sociorum & hostium promiscue cadauera: contritos clypeos: perfracta inuicẽ tela: pugiones euaginatos aliquos humi: quosdam in ipsis cadaueribus: nonnullos adhuc in manibus. Cum autem iam aduesperasceret: cibo somnoq; corpora procurarunt. Prima deinde luce Syllo belli præfecto imperat exercitu instructo trophæum constituere: uniuersos in Dei honorem coronari: tibicines omnes modulari. Quæ dum ab ipso geruntur: Thebani per præconẽ inducias fieri & suorum cadauera sibi sepelienda reddi postulant. Factis itaq; induciis Agesilaus domum rediit: magis uidelicet cupiens: in quibus licitum esset: domi imperare & in aliquibus parere: q̃ in Asia potentissimus esse. Sub idem tempus cum aduertisset Argiuos rebus suis frui: & Corinthum tanq̃ bello gaudentes sibi uẽdicare: aduersus eos exercitũ agit: depopulatoq; ipsorũ agro ad Corinthii ãgustias transcẽdit:

& muros ad Lecheū uſq; protenſos occupat. Patefactiſq; Peloponneſi portis domū ad Zacinthia reuerſis: quo in loco a chori præfecto inſtitutū fuerat una cum reliquis Deo pæana cecinit. Subinde cum ī Pereo Corinthios armenta omnia cuſtodire ipſūq; Pereum ſeminare & ex eo fructum colligere audiret: maximum id eſſe ratus: q; Boetii quotiens ex Creuſi motum pararēt: facile Corinthis adiungi poſſent: Pereo exercitum admouit. quod cū a multis nō ſecus ac ſi ciuitas ītromiſſa eſſet: aſſeruari cerneret: ſūpto prandio ad ipſam urbem copias traduxit. Sed ubi uniuerſos ſub noctem ex Pereo urbi ſuccurrere ſēſit: reducto rurſus exercitu Pereum ipſum iam præſidio deſtitutum prædamq; omnem prima luce rapit: & proſtratis muris in patriam regreditur. Acheis poſt hæc ad ſocietatem prompte inclinatis rogātibuſq;: ut eis contra Acharnanam opitularetur: Cum enī Acharnanes ipſi per āguſtias īuaderent: ipſe miſſis leuis armaturæ militibus loca quæ ſupra illorum caput erant: occupat: & collato marte obtruncatiſq; plurimis trophæū ſtatuit. Nec Prius deſtitit q̄ Acheis amicos Acharnanas & Holos: Argiuos ſibi uero ipſi ſocios confœderatoſq; reddidit. Deinde cū ab hoſtibus de pace legati miſſi eſſent: Ageſilaus tantiſper aduerſatus eſt: dum Lacedæmonios qui ea tempeſtate exulabant a Corinthiis & Thebanis domum reduci coegit. Poſterius etiā Phliaſos qui Lacedæmoniorum cauſa extorres erant: ipſemet militum ui ītra Phliuntem reſtituit. Quæ ſiquis forte ratione alia quapiam reprehēdere uoluerit: ſaltem quæ ſociorum gratia fecit: uera & aperta eſſe fatebitur. Etenim cum Lacedæmonis fautores qui intra Thebas erant: aduerſa factio interemiſſet: eis ſuccurrendi ſtudio excercitum contra Thebas mouit. Sed cum iter & foſſis & tignorum obicibus munitum intercluſūq; comperiſſet: Cyrocephalas tranſgreſſus omnem agrum ad urbem uſq; ferro atq; igni deuaſtauit: aſſidue faciens & in plano & in montibus Thebanis pugnandi copiam. Sequenti etiam anno rurſus contra Thebas bellauit: ſupergreſſuſq; ad Scolimi foſſas ſimul & uallum reliquum bieciæ depopulatus eſt. Hactenus igitur ipſe cum ciuitate: quæ rettulimus fideliter geſſit. Siqiud uero ex eo tempore ſiniſtri accidit: nemo erit qui Ageſilao duce id geſtum affirmet. Accepta igitur ī Leuctris clade cum amicos hoſpiteſq; eius qui in tegni erant aduerſarii una cū Mantinenſibus trucidaſſent: conſpicantibus ia inſuper Boetiis omnibus Arcadibus & Eleis ſtatim cum ſola ciuitate uindicaturus illuc perrexit: multis exiſtimantibus Lacedæmonios agrum ſuum diu poſt nō egreſſuros. nec antea domum rediit q̄ eorum qui amicos trucidauerunt: agrum penitus deuaſtauit. Inuadentibus poſt hæc Lacedæmona Arcadibus uniuerſis Argiuis Eleis Boetiis & cū his una Phocēſibus & utriſq; Locris Theſſalis atq; Emāibus atq; Acharnanibus & Euboicis ſeruis inſuper rebellantibus multiſq; finitimis urbibus: cū ex ipſis quoq; Spartiatis nō pauciores in leutrica pugna occidiſſent: q̄ ſuperfuiſſent: urbē tamē & quod maius eſt nullis conctam muris ab impetu hoſtium tutatus eſt. Nam ubi prærogatiuam hoſtes haberent: minime prodibat. Vbi uero ciues omnino præualiturī eſſent: audacter in aciem deſcendebat. putans ſi in apertum exiret undiq; ſe iri circundatum: ſin autem in anguſtiis & commodiſſimis locis expectaret: ſe prorſus fore ſuperiorem. Poſtq̄ uero exercitus rediit ſeipſum ſuamq; operam ad ciuitatis uſum benigniſſime præſtitit. Nam licet eum ſeu pedeſtrem ſeu equeſtrem militare ſenecta prohiberet: patriā autem ad euocandos belli ſocios pecuniarum indigam cerneret: ad has tamen ſuppeditandas ſeipſum præparauit. Domi etenim quæcunq; poterat excogitabat & conabatur: ubi uero opus eſſet peregere uagari: non recuſabat: nec uerebat ſi publice utilitatis gratia qui imperator eſſe cōſueuerat: legatus proficiſceretur: quauis tamen in legatione ipſa ſummi plærunq; imperatoris functus fuerit officio. Nam & Antephradates cum in Aſſo Ariobarzanem ſocietatis iure Lacedæmoniis colligatū obſideret: Ageſilai aduentu territus profugit: & Cocis cum Seſton Ariobarzanis itidē imperio ſubiectam circunſederet: dimiſſa obſidione receſſit. Itaq; nō iniuria & in legatione de hoſtibus trophæū ſtatuere potuiſſet. Mauſolus tamen cum utraq; hæc loca

centum nauibus obsideret: non equidem Agesilai terrore sed persuasione cum omni classe domum discessit. Rem igitur admiratione dignissimam perfecit: ut & qui beneficium ab eo suscepisse se existimabant: & qui eius metu profugerant: utriq; pecunias contribuerint. Ipse quoq; Mausolus hospitii iure quo Agesilao coniunctus fuerat: Lacedæmoni pecunias contulit. Hicq; omnes egregio comitatu eum domum dimisere. Annos deinde circiter octoaginta natus: cum animaduertisset ægyptiorum regem Persæ bellū inferre cupientem: multosq; & pedites & equites ac infinitas pecunias possidentem: non moleste tulit ab eo se accersi: maxime cum summum exercitus imperium sibi polliceretur. Eadem enim opera & ægyptio pro beneficiis ab eo pro Lacedæmoniis collatis gratiā relaturum: & græcos qui ī Asia erāt rursus liberaturū se arbitrabat: ipsi uero persarum regi pœnas irrogaturum priorum facinorum & q; denuo socium se esse prædicaret: ut Medus desciscceret: tentabat. Cæterum ubi ægyptius: qui eum accersiuerat exercitus imperium dare denegauerat: Agesilaus ut uehementer deceptus quidnam agendū esset: animo uersare: cum ecce externi primum ægyptiorum milites ac deinde reliqui omnes a rege deficiunt. Rex ipse in sydona phœniciæ metu profugit. At ægyptii seditione turbati duos deligunt reges. Hic Agesilaus cum diu multumq; cogitasset si neutri faueret: neutrum græcis mercedem persoluturum: neutrumq; cōmeatus præbiturum: & uter uictor euaserit: hunc sibi fore īimicum: utri uero opem ferret: hunc accepto beneficio (ut par est) amicum futurum ei. Tandem adhæsit: qui græcis magis benuolus esse uidebatur: & una cum illo pugnans infensum græcis alterū prælio superior captiuum facit: alterum regem constituit: eoq; in amicitiam Lacedæmoni coniuncto recepta pecuniarum ui non parua domum media q̄uis hyeme repetit: studēs ne futura æstate contra hostes patria torpesceret. Hactenus quæ plurimis testimoniis eguit narrauimus. Talia enim nequaq̄ egent argumentis sed ea solum commemorare sat est: & statim creduntur. Deinceps autem animi uirtutem per quam hæc agebat per quam & honesta appetebat & turpia fugebat: ostēdere aggrediar. Agesilaus sic diuina colebat: ut hostes quoq; iusiurandum inducias q; eius fideliores q̄ suas ipsorū amicitias esse censerent. Nam in contrahendis inter se rebus plærunq; in unum conuenire formidabant. In Agesilai uero manum seipsos sponte subiiciebant. Quod ne quis incredibile forte opinetur: uolo ex his clarissimos recensere. Spichridates siquidē persa: sciens q; Pharnabacus regis filiam pro uxore accipere tractaret: suam uero absq; matrimonio uellet: contumeliam hanc esse ratus: seipsum cum uxore & liberis cumq; omni potētia Agesilao tradidit. Cocis paphlagonum dux regi quidem quæq; pollicēti: haud quaq̄ paruit: ueritus ne postea ab illo captus uel pecuniarum uim magnam persolueret uel interiret. Hic tamen Agesilai frætus inducijs: & in eius castra peruenit: & societate inita cū eo militare elegit: tametsi ipse duo equitum peltiferorum uero quattuor milia suo sub imperio gubernaret. Pharnabacus quoq; cum Agesilao in colloquium uenit eiq; aperte profiteri ausus est: nisi totius exercitus imperator constituerētur: a rege se defecturum. Si uero imperator eligeretur se contra Agesilaum q̄maxime suppeterent uires ualidissime bellaturū. quæ cum diceret confidebat tamen nihil se contra inducias passurum: adeo magna pulchraq; est possessio: cum omnibus reliquis: tum maxime uiro quōdam imperatori: pium fidelemq; & in præsenti esse & in præterito fuisse cognitum. Ac de rebus quidē ad religionem pertinentibus hactenus. De iustitia uero circa pecunias quænam iis maiora iudicia afferri possent? Nunq̄ enim ab Agesilao quisq̄ se spoliatum est criminatus. Multi tamen ab eodem beneficiis se affectos sæpe sunt testati. Qui autem res suas ad hominum utilitatem erogare delectet; quonā pacto uelit hic cū dedecore aliena suscipere? Nam si pecuniarum foret auidus: multo sane facilius esset suas seruare q̄ alienas deprædari. Rursus qui gratia neminem uelit fraudare: cui abnegare nulla cōstituta est pœna: quonam modo uelit hic ea quæ legibus prohibentur auferre? At agesilaus non solum gratiam non referri uerum etiā

ſi potentior maiorem non redderet:iniuſtū eſſe cenſebat. Remp.uero depeculatum eſſe quis eum merito accuſabit:cum eas quæ ſibi debebant gratias:ad patriæ fructum utilitatemq; conuerterit? Quando inſuper patriæ & amicis beneficium pecunia propria præſtare uellet:cum eiſdem prodeſſe alieno ære liceret:nonne id maximum eſt in pecuniis continentiæ argumentum? Bene ſane. Nam ſi gratiam uendidiſſet:uel beneficia mercede fœneraſſet:ea nemo ſe quicq̃ debere exiſtimaſſet. Atqui gratis beneficia recipiunt:ii benefactori ſemper libenti animo deſeruiunt & quia ſecum bene actum ſit:& quia digni ſint habiti:qui gratia depoſitum ſeruarint. Similiter qui generoſe minus q̃ iniuſte plus poſſidere deligit:nonne ueriſimile eſt hunc uehementer lucri turpitudinem effugere? Cum igitur a ciuitate iudicatum fuiſſet:ut omnia quæ Agidis fuerant:in eius manum peruenirent:ipſe cum cognatis ſuis quos pauperrimos uidebat: omnia ex æquo benigne dimiſit. quæ quidem uera eſſe uniuerſa Lacedæmoniorum teſtis eſt ciuitas. Pollicenti enī īnumerabilia munera Titrauſtæ ſi ex eius agro decederet: Ageſilaus hunc ī modum reſpondit:Apud nos o Titrauſta præclarus cenſetur ſi exercitum magis q̃ ſeipſum imperator ditauerit:elaborarit q; ut ab hoſtibus ſpolia potius q̃ munera capiat. Nemo eſt præterea qui ab ulla uoluptatum quæcunq; mortalibus dominantur:ſuperatum nouerit Ageſilaum:qui ab ebrietate & gulæ improbitate cibiſq; intẽpeſtiuis non ſecus atq; ab ingenti flagitio abſtinendū eſſe putabat. In conuiuiis etiã cum duplo maiores acciperet epulas:non itidem illis ueſcebatur:ſed eas diſtribuens neutram ſibiipſi partem relinquebat:exiſtimãs uidelicet regibus nõ ſatietatis gratia:ſed ut hac etiam re quos uelint honorare ualeant:epulas duplicari. Somno quoq; utebatur non domino ſed actionum ſuarum ſubdito:ac niſi uiliſſimum omnium aliorum lectulum haberet:apertiſſima pudoris edebat indicia. Arbitrabatur quippe oportere principem non mollitie ſed tolerantia priuatis eſſe ſuperiorem:non tamẽ pudebat ſi in æſtate caloris in hyeme frigoris maiorem partem ſufferret. Nam ſiquãdo exercitui laborare contingeret:laborẽ ipſe ſuper alios ſponte ſubibat. Hæc omnia nõ mediocri militibus conſolationi eſſe iudicans. Atq; ut ſummatim præſtrīgam: Ageſilaus laboribus quidem gaudere:ocium uero & ſegnitiem penitus fugere. De ſua uero ī uenereis continentia ſi nulla alia ratione ſaltem admirationis gratia diſcernẽdū eſſe cenſeo. Temperare enim ſeipſum a rebus quas minime concupiuerit: humanum ſane dixerit quiſpiam. Aſt cum ipſe Megabatæ Spitridatis filii amore teneretur:utpote ad ſummam puchritudinẽ diligendam naturali quodam ductus inſtinctu:uelletq; Magabates eum oſculari de perſarum more:qui eos oſculantur quos honorant:omnibus uiribus illum ab obſculo reiecíſſe:nonne continentiæ etiam uehementiſſimæ & quaſi iſanæ maximum ẽ indicium? Cæterum ubi Megabates iniuria ſe affectum ratus nequaq̃ deinceps obſculari tẽtabat:Ageſilaus unum ex illius ſociis rogat:ut Megabatẽ ad ſe rurſus honorandum uerbis inducat. Interrogante autem ſocio ſi forte Megabatæ perſuaſum id fuerit:an oſculum ſit ipſe admoturus:Hic Ageſilaus cum aliquantum reticuiſſet:hunc in modum reſpondit:Neq; ſi ſtatim omnium hominum pulcherrimus ualidiſſimuſq; atq; celerrimus eſſem euaſurus. Rurſuſq; eodem modo repugnaturum me Deos omnes teſtor potius:etiã q̃ uellẽ omnia quæ intuear mihi fieri aurea. Scio plæroſq; hac de re ſuſpicaturos:ideo q; facile plures reperiãtur: qui hoſtes q̃ qui talia ſuperare ualeant. Cæterum ea cum pauci teſtes adſunt: multis non credere licet. At hæc neminem fugiunt:quoniam quæ ab ampliſſimis uiris aguntur: ea minime in obſcuro tacere poſſunt. Verum ſiquis Ageſilaum tale aliquid perpetrantem aut uidiſſet aut imaginari ſe affirmaſſet:nequaq̃ fidem meritus eſſet. Nunq̃ enim in domo aliqua uel in priuata quidem peregrinatione hoſpitatus eſt:ſed ſemper uel in templo ubi talia agere impoſſibile eſt:uel ī propatulo ubi cunctorum oculos modeſtiæ ſuæ teſtes habiturus eſſet. Quæ ſi ipſe mentirer:uniuerſa Græcia oppoſitum cognoſcẽte non utiq; illum laudari ſed me potius uituperatione dignum deprehendi cenſerem.

Fortitudinis quoq; non obscura præbuisse mihi uidetur indicia: qui assidue contra ua lidissimos & patriæ & græciæ hostes bellandi negocium suscipiebat. Præterea in præ lijs ubicunq; hostes cum eo confligere uellẽt: in aciem primus prodibat. Nec hostibus in fugam terrore conuersis uictoriam assequebatur: sed in pugna aduersa fortiter uin cens trophæum constituebat. Qua quidem ex re cum immortalia suæ uirtutis monu menta posteris relinqueret: non minus tamen sibiipsi certissima uirilis impugnanda animi testimonia uẽdicabat: adeo ut eius animum nõ ab eis qui audissent: sed spectas sent probare liceret. Hagesilai trophæa nõ quot ipse statuerit: sed quotiens militauerit dignum esset computare. Nam quod hostes interdum cum eo confligere nollent: non ideo minor hæc erat uictoria: sed patriæ ac sociis & tutior & utilior. In agonibus enim hoc idem obseruari cernimus: ut non minus corona donetur qui aduersarium nõ inue niunt: q̃ qui certando uictores euaserint. Eius sapientiam nulla non ipsius facta de clarant: qui patria sic utebatur: ut sociorum auxilio ubicunq; opus foret: promptum se exhibens paratissimos & nulla excusatione tergiuersantes amicos uendicaret. Erga milites uero se talem præstabat: ut eorũ obedientiam pariter & beniuolentiã facile con sequeretur. Nullo enim pacto ualidiorem effici phalangem intelligebat: q̃ ut propter obedientiam ordinem seruet: & per suam in ductorem beniuolentiam fidelis existat. Hostes sui non eum quidem uituperare poterant: sed odisse cogebantur: ideo q; socios illis potentiores semper efficiebat: decipiens ubi locus esset: præueniens ubi celeritate o pus fuerat: latens ubi id conduceret. Rerum contrarietates aduersus hostes: magis q̃ cõ tra amicos exercebat. Nam nocte tanq̃ die: rursusq; die tãq̃ nocte utebatur: ignoratus sæpenumero ubi esset: quo ītenderet: quid ageret: adeo ut quæ munita erant: īmunita hostibus redderet aliqua: aliqua committens: aliqua transcendens: aliqua occulte diri piens. Quotiens iter suscipiebat: quia pugnandi copiam intereundum fieri hostibus cognosceret: exercitũ ita structũ ducebat: ut maximo sibiipsi auxilio esse posset. Quie te tanq̃ modestissima uirgo procedebat: putans ea in re tranquillitatem securitatemq; esse: nullum metũ nullum tumultum nullũ errorem nullum difficillimum deniq; in sidiis aditum. Quæ cũ faceret: hostibus terrorem: suis fiduciam & robur generabat: i ta ut ab inimicis minime contemptus: nulla a ciuibus iactura: nullis amicorum quere lis infectatus: plurimum ab omni mortalium genere dilectus: plurimũq; laudatus ui tam ageret. Quantopere patriam diligeret: longum sane esset per sĩgula recẽsere. Nul lam enim rerum ab eo gestarum: quæ ad hoc non spectat: esse arbitror: atq; (ut breuiter perstringam) nemo est qui ignoret: Hagesilaũ ubicunq; patriæ si profuturũ speraret: nõ labores omisisse: n pericula detractasse: non pecunijs parsisse: nõ corpus nec senec tam excusasse: quinĩmo regis optimi officium esse ducebat: q̃plurimis subditos be neficijs afficere: in rebus quibus maxime ciuitati prosint. Id quoq; non in postremis lo candum censeo cũ in patria potentissimus esset: legibus tamen seruire apertissime co gnoscebatur. Quis enim reluctari auderet: ubi regem maxime obtemperantem cerne ret? Quis minus se habere existimans nemini quid moliri aggrederetur: ubi regẽ sub le gibus se contineri non aspernantem cognosceret? Ad eos quoq; qui in ciuitate interse disceptant: tanq̃ patrem se præbebat: siquid errarent: increpare: siquid bene agerẽt: honore prosequi: siqua calamitas accideret: consulari: nullũ ciuem habere inimicum: collaudare omnes: uniuersos seruari lucrum existimabat. Siquis enim minimus interi ret: in damno reponebat: si uero in legibus quieti degerent: fœlicem semper fore ciui tatem apertissime ratiocinabatur: tunc autem ualidissimam cum græce modeste sese gererent. Si uero pulchrum est ab eo qui græcus sit: græcos diligi: quem ducem excep to Hagesilao nouimus: qui nude prædã speraret: urbes nollet capere: uel qui de bello quod aduersus græcos cogeretur uictoriam reportare: minimum esse censeret? Ille igit cum nuntius esset allatus: in prælio apud Corinthum gesto Lacedæmoniorũ octo tan tum Corĩthiorum uero decem fore milia desiderata: nullum lætitiæ iudicium præ se

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

tuliſſe uiſus eſt. Atq; adeo in hæc uerba prorupit: Heu erte miſeram græciam: quãdo qui nũc periere: ad Barbaros penitus delẽdos uiui ſatis eſſe potuiſſẽt. Trãſfugis deĩde Corĩthiorum effecturos ſe ut urbs dederetur pollicentibus: machinaſq; quibus capi mœnia cuncti ſperabant: oſtendentibus eam tamen inuadere noluit: aſſerens græcas urbes non in ſeruitium redigi ſed caſtigari oportere. Nam ſi noſtros inquit peccantes deleamus: uidendũ eſt: ne poſtea deſit quorum auxilio Barbaros ſuperemus. Rurſus ſi pulchrum eſt Perſarum regem odiſſe: tum quia ſuperiori iam tempore exercitũ eduxerit tanq̃ græciam redacturus in ſeruitutem: tum quia nunc iis potiſſimum iungeretur: quorum ſocietate magis ſe nociturum ſperaret: illis autem donaret: quos acceptis muneribus plurimum græcis obfuturos crederet: ei poſtremo pari faueret: exq̃ noſmetipſos inuicem bello decertaturos putaret. Cum hæc uniuerſi cognoſcerent: nemo tamen uel quo pacto natio aliqua a rege deſiſceret: uel quæ deſiſſet: quo pacto incolumis perſeueraret: uel omnino quemadmodum cum rege ſic male ageretur: ut græciæ negocium non exhiberet: nemo inq̃ præter Hageſilaum curam adhibuit: qui etiam tũ cum aduerſus græcos patria bellaret: græcorum tamen rem cõmunem minime neglexit: ſed quantis potuit uiribus barbarum ulturus enauigauit. Dignum eſt gratioſos etiam ipſius mores ſilentio non inuoluere. Eum ſiquidem cum honore potentiaq; præditus eſſet: at inſuper regnum nec id quidem inſidiis attentatum ſed omnibus acceptum poſſideret: elatum nemo cognouit: omnibus autem rebus cõtentum & amicorum cultorem eſſe: etiam non quærentes plane intelligere potuiſſent. Nam & iocoſis ſermonibus libentiſſime utebatur: & amicis quibuſcunq; in rebus præſto aderat. Quia uero bonæ ſpei & aſſidue hilaris erat: effecit: ut multi non modo unius cuiuſpiam rei perficiendæ: ſed totius uitæ iocundius indies traducendæ gratia ſibi adhærerent. Cum de ſe nunq̃ magnifice loqueretur: iactabundos tamen & ſeipſos laudãtes nõ iniquo animo audiebat: putans ſe nihil eo iure illis nocere: & polliceri eos uiros fore primarios. Quamtẽpeſtiue tamen animi altitudine uteretur: non eſt omittendum. Allatam ſiquidem a rege epiſtolam: quam uir perſa una cum Callea Lacedæmonio de hoſpitalitate amicitiaq; cum eo iungenda attulerat: aperte uenit: allatoremq; inſuper hæc regi nuntiari iuſſit: non oportere priuatim ullas ad ſe litteras mitti. Si enim Lacedæmoni amicus uniuerſæq; græciæ beniuolus eſſe palã ĩtelligeret: ei ſe õnibus uiribus amicum fore. Sin autem inſidias inquit exercere deprehendatur: nequaq̃ me ſibi amicũ: neq; ſi ĩfinitas accipere epiſtolas futurũ exiſtimet. Ego igit̃ in Hageſilao id ſane cõmẽdo: q̃ ut Græcis placeret: regis contempſit hoſpitalitatem. Hoc tamen non minus admiror: q̃ non uter plures pecunias poſſideret: pluribuſue hominibus ĩperaret: ſed uter melior & eſſet & haberet̃: maiorẽ iuducandũ eſſe ducebat. Illud quoq; ſuæ prouidentiæ uehementer probo: q̃ utiliſſimum exiſtimans ſi complures Satrapæ a Rege ad græciam diſicerent: nullis muneribus nullaue regis potentia ut ei hoſpitalitate iungeretur uinci potuit: ſed id ſemper obſeruauit: ne rebellare uolentibus inſidiis deprehenderetur. Hoc uero quis non admiratione proſequatur: q̃ cum Perſarum rex animum induxiſſet: ſi maximam pecuniarũ uim haberet: ſuo ſe omnia ſubditurum imperio: ac propterea quicquid inter mortales auri quicquid argenti quicquid precioſiſſimarũ rerum eſſet: cogere apud ſe conaretur: Hageſilaus tamen contra ſic domũ parabat: ut nihil tantũmodo deeſſet. Quæ ſicui forte incredibilia uideãtur: intueatur quali domo contentus erat: eius fores inſpiciat. Illas profecto eſſe opinabitur: quas Ariſtodemus Herculis filius cum ſuo ĩ reditu comperiſſet: extruxit. Interiorẽ quoq; ornatum tentet inſpicere: cognoſcat quemadmodum in ſacrificiis coronabatur. Audiat ut ſuper ciuili iumento ſarcinario Amichlas uſq; perexerit. Sic etenim ſumptus prouentibus accommodans: nihil cogebatur pecuniarum gratia iniuſte agere. Præclarum equidem mihi uidetur mœnia hoſtibus inſuperabilia expugnare: multo tamen præclarius iudicio animum ſuum & pecuniis & uoluptatibus & timori ĩſuperabilẽ cõſtituere. Quẽadmodũ

etiam mores ſuos regis inſolentiæ oppoſuerit: iam modo explicabo. Primū ille in hoc ſibi placebat: ſi raro conſpiciendus exiret. Hageſilaus uero aſſidue in propatulo & omnium oculis uerſari glorabatur: putans uidelicet obſcœnis actionibus tenebras conuenire: honeſtæ autem uitæ lucem maiori eſſe ornamento. Deinde difficilē ad ſe aditum præbere glorioſum eſſe cenſebat: Hic omnes intromitti gaudebat. Ille in rebus lente pagendis ſibiipſi molliter nimis indulgebat: Hic tamen maxime lætabatur: tum eos qui ſe adirent ſtatim uoti compotes remittere. Quanto etiam facilius copioſiuſq; omnia æquo animo Hageſilaus tulerit: haud indignum eſt recenſere. Quod enim Rex iocunde bibat: uniuerſum terrarum orbem inquirendo pererrabant infiniti: etiā quid iocunde comeſturus ſit arte præparabant: ut autem molliter dormiat quātopere elaborēt: difficile dictu eſſet. Hageſilaus uero quia laboris eſſet patiens: omnia quæ aderant iocunde bibere: omnia ſine diſcrimine iocunde manducare: ut autem ſuauem caperet ſōnum quiſq; locus id efficere aptus erat. Nec ſolum hæc cum faceret gaudebat: uerum etiam cum animo cogitaret in media ſe rerum iocūditate & uoluptate uerſari: uehemēter exultabat. Nam regem uidebat ſi haud duriter uicturus erat: oportere ab ultimis terrarum finibus ſuaue uiaticum una ſecum conuehere. Hac etiam re non mediocriter delectabatur: q; rebus Dii in medium præparaſſent: abſq; ulla moleſtia frui ſe poſſe: illum uero propter animi mollitiem tum calores tum frigora euitantem non uirorū fortium ſed beluarum debiliſſimarum uitam imitari intelligebat. Illud quoq; & ſplendidi & magni animi unicuiq; uideri debet: q; cum ipſe quidē domum ſuam uirilibus operibus & poſſeſſionibus ornaret: multoſq; uenaticos canes & bellicoſos equos aleret: ſorori uero Cunſce ceruos educare perſuaderet: tamen eidem declarare non deſinebat: q; ſi uictoriam reportaret: nutricatio illa non probitatis indiciū: ſed diuitiarum foret oſtentatio. q̄prudēter & hæc pro ſui animi generoſitate putauit: q; licet priuatos curuli certamine ſuperaret: non ideo maius nomē conſequeretur: ſed ſi ciuitatē ſupra reliquos beniuolam: multoſq; præterea per totum terrarū orbem amicos excellētes ſibi uēdicaret: ſi patriam ſocioſq; benefic is hoſtes autem uīdicta ſuperaret: quoniam eo pacto pulcherrimorum haud dubie magnificentiſſimorumq; certaminū uictor eſſet: glorioſus & in uita & poſt mortem futurus eſſet. Iis igitur in rebus Hageſilaum commendo: quæ non eiuſmodi ſunt: ut ſiquis forte in theſaurum incidens opulentior quidem ſit: ſed melior paterfamilias minime: aut ſi peſte hoſtilem exercitum uexante uictor euadat: fortunatior quidem: nō tamē artis bellicæ peritior fiat. At ille cum primas tolerantiæ partes ubi laborendum erat ſubiret: fortitudinēq; ubi uiribus agēdum eſſet: & mentis aciem ubi conſilio foret opus: exerceret: merito mihi uidetur omni ex parte uir optimus iudicandus. Si uero præclarum inuentum apud homines eſt examen beneuiuendi & regula quædam: Hageſilai utiq; uirtus eximium bene operari uolētibus cenſeri debet exemplar. Quis eſt enim qui cum uel Deorū cultorem imitetur impius: uel iuſtum iniuſtus: uel modeſtum uiolator: uel continentem incōtinens euadat? Neq; tam reliquis q̄ ſibi imperare: nec tā aduerſus hoſtes q̄ ad omne uirtutis genus ciuibus ſe ducem eſſe gloriabatur. Cæterum nemo ſermonem hunc meum: quia mortuus laudaret̄: luctum eſſe ſed laudationem potius arbitretur. Primum etenim quæ de eo uiuente ferebātur: eadem & in præſentia de ipſo exponuntur. Deinde quid magis a luctu alienū eſt: q̄ & uita inclyta & mors ſpecioſiſſima. In laudationibus autem quid excellentius: q̄ & uictoriæ pulcherrimæ & geſtæ res illuſtriſſimæ. Iure etiā ille beatus appellaretur: q; cum ſtatim a puero glorioſus fieri cupiuerit: id ſupra cæteros ætatis ſuæ homines egregie aſſecutus eſt: quiq; cum a natura honoris fuerit ſtudioſiſſimus: poſtq̄ regnū adeptus eſt inuictus omnino uitam exegit: ad longiſſimū q; humanæ uitæ terminū prouectus: & apud eos quorum dux erat: & erga hoſtes abſq; ōni crimine ad extremum uſq; ſpiritum uixit. Volo iam nunc ſummatim & per capita ipſius uirtutem percurrere: ut laus quoq; in memoria promptius faciliuſq; conſeruetur. Hageſilaus ſacra ītra hoſtes

etiam colebat:putans ſcilicet oportere Deos nõ minus in hoſtili q̃ ſuorũ agrõ ſecũdos & fautores habere.Deorum ſupplices:etiam ſi hoſtes forent:minime uiolabat. Haud enim rationi conſentaneum iudicabat:eos qui ſacra peculentur:ſacrilegos nominari: qui uero ab aris ſupplices diſtrahebant:eos pios haberi.A diuinis hymnis nunq̃ uacabat:utpote qui Deos crederet nõ minus ſãctis operibus:q̃ caſtis tẽplis delectari.Quotiens ſecũda fortuna uteretur:nõ ſupra hominẽ elatus erat:ſed gratias Diis agebat:pluraq; fidens & in tuto poſitus ſacrificauit:q̃ reformidans uouerit. In metu hilaritatem præ ſe ferre:in ſecunda fortuna benignus eſſe conſuerat.Ex amicis non eos qui potentiſſimi:ſed qui prõptiſſimi eſſent : õni ſtudio cõplectebatur. Oderat animo nõ eũ qui accæptam ulſciſceretur iniuriam:ſed & qui accæptorum beneficiorum īmemor deprehenderetur.Gaudebat animo cum turpes homines inopia laborantes ītueretur:iuſtos uero diuites redderet:cupiens uidelicet iuſticiam iniuſticia utiliorem conſtituere.Cum uarii generis hominibus uerſari quidem:ſed tamen non niſi bonis uti ſolebat. Quotiens uel laudari uel uituperari quempiã audiebat:nõ minus eius qui dicebat : q̃ de quo uerba fierent:mores ſe diſcere opinabatur.Eos qui ab amicis fraudarẽtur:minime carpebat:qui uero ab inimicis:eos omnibus modis increpabat.Incredulos decipere ſapiẽtiæ opus cenſebat:credulos impium.Ab iis probari lætabatur:qui & turpia improbare parati eſſent.Audacter & aperte loquentium neminem habebat infenſum:mentis diſſimulatores nõ ſecus atq; iſidiatores aſpernabatur. Calumniatores q̃ fures maiori odio perſequebatur:maiorem etenim iacturam eſſe putabat amicis q̃ pecuniis orbari.Priuatorum errata æquo animo ferebat : Regum intolerabilia rebatur. Ex illorum enim peccatis pauca:ex horum uero q̃multa male euenire iudicabat. Regiæ dignitati non aſtutiam:ſed bonitatis excellentiam conuenire putabat . Cum plurimi uellent ſui corporis ſimulacrum gratis effingere:nunq̃ id fieri paſſus eſt:animi uero monumẽta poſteris relinquere nunq̃ deſtitit.Nam illud ſculptorum:hoc ſuum.Illud diuitũ:hoc bonorum eſſe opus arbitrabatur.Pecuniis non iuſte modo:uerum etiã liberaliter utebatur. Iuſto enim ſatis eſſe:ſi ab alienis abſtineat:liberali de ſuo quoq; ad utilitatẽ hominum erogandum eſſe credebat.Fortunam continue metuebat:putans eos qui bene uiuant nondum fortunatos:qui uero glorioſe interierunt eos iam beatos eſſe. Maiorẽ cenſebat eſſe miſeriam a cognoſcente:q̃ ab ignaro uirtutem & bonas actiones negligi. Nullam cupiebat gloriam:niſi eius ipſe propria nauaſſet opera.Non ferre quidẽ : ſed æquo animo omnia ſufferre:quod pauciſſimi mea quidem ſententia faciũt: uirtutem opinabatur. Lætari ſane magis q̃ laudẽ:q̃ q̃ pecuniam cõſequeretur:fortitudinem tamen ſæpius conſulto:q̃ temere & cũ diſcrimine oſtendebat.Sapiẽtiam re magiſq̃ uerbis exercebat.Amicis cum benigniſſimus foret:inimicis tamen horribilis eſſe . Cumq; laboribus repugnaret:ſociis tamen libentiſſime obtemperabat: pulchrorũ ſcilicet operum q̃ pulchrorum corporum auidior.In ſecundis rebus moleſtum ſe præbere:in aduerſis bene ſperare nouerat.Gratioſus eſſe non ſanctomatibus:ſed morum lepore ſtudebat. Magnanimitate non in ferenda ſed remittenda iniuria utebatur. Elatos itaq; cõtemnens:mediocribus humiliorem ſe præſtabat. Ex hoc enim ornamentũ ſibi quærebat:ut corpus quidem ſuum tenui apparatu:exercitum uero ornatu ſplendido inſigniret.Atq; ut ipſe quidem q̃minime indigeret:amicis uero q̃maxime prodeſſet . Acerrimus in prælio pugil:placabilis & facillimus uictor exiſtebat . Ab hoſtibus difficillime decipiebatur. Amicorum fidei credulus erat . In amicorum rebus tute conſtabiliendis: hoſtium uero delendis aſſidue laborabat.Eum cognatorum ſtudioſum conſanguinei nuncupabant . Qui eius opera uterẽtur inexcuſabilem:qui ei inſeruiſſent: memorem: qui iniuriam paſſi eſſent:adiutorem:qui in eodem periculo una cum ipſo obſeruarentur:poſt deos ſaluatorem.Hoc quoq; ſolus omnium aperte declaraſſe mihi uidetur: uim quidem corporis ſeneſcere:animi autem robur in præſtantibus uiris inſeneſcibile permanere . Itaq; magnam & honeſtam gloriã appetere nunq̃ defeſſus eſt . Animi ſui

magnitudinem corpus etiam ſuſtinere poterat: quo effectum eſt ut iuuenilem ætatẽ ipſius ſenecta ſuperauerit. Quis enim uiridi adhuc ætate florens tanto fuit hoſtibus terrori: quanto Hageſilaus: cum ad longiſſimũ ætatis ſpatium prouectus eſſet? Quis morte ſua tantã hoſtibus lætitiã præbuit: quãtã Hageſilaus: & ſi iã ĩ extrema neceſſitate obiiſſet? Quis tantã ſociis fiduciã fecit: q̃tam Hageſilaus etiã in uitæ obitu poſitus? Quid magis noui amici optauerũt: q̃ Hageſilaũ: tametſi ſenex defũctus eſſet? Demũ uir ille tam conducibilem patriæ uitam ægit: ut etiam poſt mortem non parum ciuitati utilis in æterna habitatione permanſurus ſit: uirtutis quidem ſuæ monumenta per totum terrarum orbem adeptus: regale ãutem in patria ſepulchrum conſecutus.

POMPEII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER ANTONIVM TVDERTINVM VERSA.

ERGA POMPEIVM MOX EX IPSO INITIO uidetur populus Romanus affectus: quemadmodũ Prometheus Eſchyli aduerſus Herculem. Apud enĩ Eſchylum liberatus ab Hercule Prometheus inquit: Inuiſĩ patris hoc mihi dulce eſt pignus. Nullũ quippe aut maius odium aut acrius Romani in alium ducem oſtenderunt: q̃ in patrẽ Pompeii Strabonẽ. Dũ enim uixit: eius potentiam armis partam extimuere. Nam uir fuit bellicoſiſſimus. Cum uita ceſſiſſet fulmine ictus: elato funere eius cadauere lecto abſtraxere: ac in ſummis probris habuere. Non tamen populi beniuolentiam: aut citius inceptam: aut ualidiorem in rebus lætis: aut in labentibus diuturniorem Romanorum quiſq̃ habuit: q̃ Pompeius. Illi odii cauſa una eſt habita: inexpleta auaritia: Huic beniuolentiæ plures: uitæ continentia: armorũ peritia: linguæ perſuaſio: morum fides: & conueniendi modeſtia. Vnde abſq; triſtitia neminem rogauit: abſq; alacritate nulli obſecutus. Aderat enim eius gratiis: nihil cum faſtu dare: nihilq; niſi ample ſuſcipere. A pueritia ipſa aſpectum habuit non mediocriter populari gratiæ accommodatum: & qui uocem ipſam anteiret. Quod enim in eo ad amorem alliciebat: non ſine dignitate & pergrata humanitate fuit. Cum iuuenili floreret ætate: ex templo mores & uerendi & regii elucere: niſi ipſius coma paululum protenſa. Ex oculorum liniamentis ac lenitate ad ſimulacra regis Alexandri licet dictu magiſq̃ proſpectu ſimilitudinem reddidit. Vnde in ipſo initio non effugit: quin Alexandri nomẽ plæriq; ſibi adiicerent. Quidã etiam poſtea per iocum Alexandrum eum appellauere. Ex quo. L. Philippus uir conſularis in quadam Pompeii defenſione: Nihil inquit ſeſe indignum agere: cum ſit Philippus: ſi Philalexãdros ſit. Floram meretricẽ dicũt iamiam ſeneſcentem grate atq; pie ſemper meminiſſe cõſuetudinis: quã cum Pompeio habuerat: dicentem q̃ ab ipſius concubitu ſine morſu abire eum non erat. Narratur præterea eam: rettuliſſe: Geminium Pompeii familiarem: q̃ amore ſuo flagraret: ſolicitando moleſtias plurimas ſibi intuliſſe: ſed ea reſpondẽte ob Pompeiũ haud illi obſecutam: Geminius Pompeio rem aperit: quo obſecutus Geminio. Deinde conſuetudine & aſpectu Floræ abſtinuit: licet ſedulo eam amare uideretur. Quod Flora non meretricio dolore tulit: ſed ex ingenti mœſtitia uiriq; deſiderio non paruum tempus elanguit. Hoc ſcortum aiunt formoſitate ſua adeo effloruiſſe: adeo etiam fuiſſe celebre: ut cum Cecilius Metellus ſtatuis picturiſq; Caſtoris & Pollucis templum ornaret: illius ſimulacrum pulchritudine ĩſigne affixiſſet. Demetrii coniugem qui Pompeii libertus plurimum apud ipſum poterat: quiue cenſum trium milium talentorum reliquerat: Pompeius præter naturæ ſuæ mores non humane non liberaliter habuit: timẽs ne ab illius

pulchritudine: quæ uulgo inexpugnabilis habebatur: uictus uideretur. Sic ergo Pompeius: cum in iis longe prouidus percautusq; esset: non tamen ab æmulis effugit īfamiam: sed in nuptiis male audiebatur: quarum gratia in republica omisisse multa fert. De uiuendi sobrietate atq; facilitate hoc ex eo memoratur: Medicus languenti ipsi & ad cibum se male habenti: turdum dari mandauit. Hunc autem cum uenalem non inuenirent: non enim tum eos ferebat tempus: cognitum a quodem est apud Lucullum ipsos inueniri posse: qui eos per integrum annum alebat. Ad quæ inquit Pompeius: sine Luculli illecebris ipse nō uiuam? Inde dimisso medico ex cibis facillime comparatis quoddam sumpsit. Sed hic postea adhuc omnino adolescens sub patre militās qui aduersus Cinnam ductabat exercitum. L. Terentium comitem contubernalemq; habuit. Hic Terentius pecuniis a Cinna persuasus Pompeium ipse īterfecturus erat. Cuius rei īdicium cum circiter cœnam a Pompeio haberetur: nil exterritus est: sed per hilaritatem potumq; Terentium habens: mox ut ad quietem uertendum fuit: clam e statione se proripuit: latuitq;. Præsidium deinde cum circa patrem locauisset: accubuit. Terentius ut opportunitatem adesse existimauit: ense stricto imminens Pompeii ueluti dormiētis cubiculo q̄plures frustra adægit ictus. Inter hæc ob odiū ducis fit maximus motus: & ad defectionem magnus militum impetus: contubernia passim armaq; diripiē tum. Dux tumultuantium metu coram haud profectus. Pompeius in medium sese ingerēs: illachrymansq; fuori finē orare. Tandemq; ante ualli ipsius portam se prosternens: se obicem furentibus dare. Cumq; gemitu sese pessundari ab egredientibus iuberet: quilibet ergo pudore captus cessit: omnesq; præter octīgentos milites mutatis animis tum duci conciliati sunt. Defūcto Strabone extemplo patre Pompeius peculatus accusatus est. Qui cum plurima ex ablatis reperisset: libertum etiam unū nomine Alexandrum: qui multa surripuerat: prætoribus detexit. Ipse in rætia quædam uenatoria libroſq; quos ex Asculo rapuisset: crimīabatur. Sed hoc capto Asculo ab ipso patre fuscæperat: quæ postea amisit in reditu Cinnæ: cum illius Satellites Pompeii domū diripuissent. In huius causæ iudicio in accusatorem non pauci Pompeio concertauere: inter quos & perspicax & præter ætatem adeo compositus uisus est: ut cum gloria gratiā beniuolentiamq; reportaret. Ex quo Antistius prætor: qui causæ præsidebat: Pompeii beniuolētia captus: eius filiā uxorē spopondit. Deīde pro eo necessarios amicosq; per orauit. Quod cū susc̄episset Pompeius: & occulta quædam fœdera īter ipsos inita essent: tamen ex diligentia studioq; Antistii: plærosq; res ea non latuit. Sed cum sententias tandem iudicum efferret: turba ueluti præmonita nuptiale illud uerbum Thalassium ex uetusto ritu acclamauit. Mos hic inde initium cœpisse memoratur: cum sabinæ quæ ad Romana spectacula uenerant: a primoribus urbis raptæ fuissent: ignobiles quidam uiri opiliones ac bubulci puellam permagnam eximiæ pulchritudinis adducētes captam: ne a quoq̄ e primis obuiam forte facto præda spoliarentur: cursitādo Thalassium acclamauere. Erat Thalassius uir inter omnes notissimus: atq; lepidissimus. Vnde eius nomine audito: cum plausu lætitiaq; exultabant omnes: alacri clamore Thalassium repetentes. Ex hoc dicunt cum Thalassio id coniugium maxime fœlix fuisset: uoce hac faustum simileq; connubium cum risu iocoq; nouis nuptis optari: ī his quæ feruntur ex clamore Thalassi. hoc magis credēdum est. Paucis deinde diebus post Pompeius Antistiam duxit. Ad exercitum Cinnæ profectus ex illato quodam crimine falso licet calumniaq; metu actus: clam inde abscessit. Quo in exercitu haud esse cognito crebruit īter milites rumor: adulescētē Cīnā īterfecisse. Quaī qui ueteri odio ī Cīnā æstuabant: īpetū in eū fecere. Diffugiēs ergo Cīna a quodā cōprehēsus est: qui īsidias ipsi locauerat: que stricto ēse eū persequebat. Captus āte genua pſecutoris procubuit: bullāq; quā precii pmagni habebat: illi obtulit. Sed ille īsoléter nimis nō īquit uenio fide iussionem obsignaturus: sed de scelerato & iniquissimo tyrāno uīdicaturus: moxq; eum trucidauit. Cæso Cinna: Carbo crudelior q̄ Cinna tyrānus rebus successit. Tūq;

ob præſentia mala deſideratus a plæriſq; & Sylla erat. non enim parum fore bonũ exiſtimabant: q; mutaretur dominus. Eo nanq; ciuium clades urbem impulerant: ut deſperata libertate ſeruitutem mitiorem quærerẽt. Pompeius hac tempeſtate apud picenum diuertebatur. Poſſidebat illic agros: præterea quod maius erat: beniuolentiam ac amicitiam ciuitatum: quam a patre ſibi relictam conſuetudine præſentiæ ſuæ adaugebat. Illic itaq; aſpicies ciuium optimos clariſſimoſq; propria deſerere: & undiq; ĩ caſtra ſyllana ueluti ad portum quendam confluere: ſeſe indignũ ratus eſt: q; ueluti fugitiuus conſilii haud expers præſidiiq; nõ ĩops quietẽ ageret: neq; tãq; uir cui benemerita aderant: cũ copiis ſplendide ad Syllam iret. Picenum igitur omne cõmouit: prætentans uirorum animos. Sed hi auide ſibi paruere: proq; Carbone profectos haud admiſere. Qua ĩre dicente Vidio q; ex ludo pedagogi Pompeius populi princeps confeſtim emicuiſſet: adeo illorũ mentes indignatione motæ ſũt: ut impetu ĩ eũ facto ipſũ necauerint. Pompeius iam tum tertium & uigeſimum annũ agens: prætor a nullo deſignatus in Auximo ciuitate quippe ampla ſeipſum ĩ ſubſellio medio in foro poni iuſſo conſtituit: deinde geminos fratres Vẽtidios: qui primores in ea urbe fuerãt: quiue Carbonis partes aſſerebant: cum ciuitate damnatione ſua eieciſſet: delectum militum habuit. Centuriones hinc decurioneſq; iuſta militiæ ornamẽta cum præfeciſſet delectui: cæteras circum ciuitates pari opera ambiuit. Ex quo cum cederẽt ii: qui hactenus cum Carbone ſenſerant: & uoluntarii alii ſe cum Pompeio committerent: parua mora legiones tres comparauit. Quibus cum commeatum uaſa currus cæteroſq; apparatus neceſſarios apparauiſſet: ad Syllam contendit: nõ quippe properãs q; ea latere haud optabat: ſed in itinere ipſo moram agens: acerrime hoſtes inſequẽdo. Præterea quocũq; per Italiam iret: omnium animos ſollicitabat: ut a Carbone deficerent. Tãtiſper igitur tres ſimul duces ſimulq; hoſtes in Pompeium ſurgunt: Carinnas: Celius: Brutuſq;. Hi non ab una fronte impetum parant: ſed tripartito agmine Pompeium ambire conant ueluti ipſum ſuaq; laceraturi. Non extimuit tamen ille: ſed cũctis copiis aduerſus Bruti agmen equitatum eduxit. In quo ducis partes ipſe ægit. Cæterum cũ pariter & ab hoſte gallicus equitatus irruiſſet: præfectum equitum unum eũdemq; robuſtiſſimũ præueniens Pompeius: eum graui haſta ictum ſtrauit. Cæteri tum in fugam uerſi peditatum adeo turbauere: ut idem omnium fugæ eſſet impetus. Ob hæc ducibus in ſeditionem uerſis: quo ſors dedit abierunt omnes. Pompeio diſſipatis metu hoſtibus ceſſerunt ciuitates. Deinde cum Scipio qui tum erat conſul: Pompeium adoriretur: anteq̃ phalanges ſub ictum telorum iſſent: milites Scipionis Pompeianis ſalutatis a duce defecerunt: Scipioq; ipſe fugam arripuit. Carbone demum iuxta Arſum fluuium frequentes equitum alas aduerſus Pompeium concitante: cum robore obiectus illi Pompeius terga dantes omnes in anguſta quædam equiti inuia perſequendo ægit. Ex quo illi ſalutis ſpe amiſſa: cum armis ſe dedidere. Hæc ad aures Syllæ nondum peruenerant: ſed primum nuntium rumoremq; Pompeio timens tot tantiſq; ducibus hoſtibuſq; implicito approperat auxilium laturus. Pompeius appropĩquare Syllam cũ audiſſet: omnes copias in armis militariq; apparatu eſſe iuſſit: uti pulcherrime ſplendideq; ſe uẽturo imperatori oſtentent. Premia nanq; magna honoreſq; amplos ab eo ſperabat: quibus etiam maioribus poſtea potitus eſt. Vtergo Sylla ueniẽtem Pompeium aſpexit: militeſq; ĩcredibili aſtare robore: & ob pugnas ſtrenue geſtas elatos hilareſq; eſſe: ex quo exiliens & imperator de more appellatus Pompeium & ipſe imperatorem contra ſalutauit. Quod præter omnium ſpem fuit: ut uiro iuueni necdũ in ſenatum admiſſo: id nomen Sylla cõmunicaret: pro quo cum Scipionibus Mariiſq; certauerat. Cætera colloquii ac beniuolentiæ Syllæ haud fuere hiis diſſimilia ſub aſſurgẽtis aduenienti Pompeio caputq; enudãtis: quæ erga alium haud facile fieri cernebantur: licet iuxta ſe plures & optimates uiri tum circum adeſſent. His tamen Põpeius nihil elatus eſt: ſed confeſtim in celtiberiam mittitur: quã prouinciam habebat tum Metellus:

nihilq; in eo apparatu ſuo dignum ægerat. In hac prouinciæ deſignatione ferunt Pompeium dixiſſe æquum non eſſe uirum ſeniorem & gloria clarum priuari exercitu: Sed ſi metellus annuerit iuſſeritq;: ut curæ ſocius ſit: tum ſe id prõpte ſuſcepturũ. Quod cum ſuſcepiſſet Metellus: eumq; proficiſci ſcriptitaſſet: Pompeius prouinciã adortus præclaris ſuis geſtis floruit: uires præterea Metelli quas hactenus feruentes audaceſq; pugnando habuerat: tum ob ſenectam extinctas excitauit calefecitq;. Quẽadmodum æra ab igne liquefacta ſi frigido firmoq; æri infundantur: magiſq; ignes illud molliũt diſſoluũtq;. Sed ut ĩ athleta qui princeps inter fortiſſimos habeatur: agoneſq; undiq; glorioſe uicerit: nulla habetur ratio puerilium certaminum: quæ alicuius memoriæ digna non exiſtimantur: ſic geſta quæ tum geſſit Pompeius per ſeſe admiranda ſtupendaq; præ magnitudine copiaue eorum quæ poſtea ægit obſcura: ac obruta ſunt. Ea igitur proſequi timeo: ne his immorando initiis: ab illis abſcedamus quæ ãpliſſima mores & habitum uiri maxime oſtendãt. Cum ergo uiciſſet Italiam Sylla: ac dictator fuiſſet appellatus: cæteros quidem exercitus ſui præfectos inſigniuit meritis: hos ad diuitias: alios ad dignitates magiſtratuſq; prouehẽs: alios ut quenq; decuit abunde donis erexit. Pompeii uero uirtutem admiratus magnumq; præſidium ſibi fore eum exiſtimans affinitate ipſum iungere ſibi curat. Cui rei cum Metella uxor ſuo nutu cõſilioq; faueret: Pompeio ſuadẽt: ut Antiſtia dimiſſa: Aemiliã Syllæ priuignã e Metella Scauro genitam ducat. Hæc nuper uiro copulata fuerat: & ex eo grauida erat. Vnde hoc cõiugium tyrannicum magiſq; tempeſtati ſyllanæ congruẽs q̃ Pompeio uiſũ. Ad ſeipſũ ergo per domeſticum quẽdam Aemilia ducta eſt: repudiata Antiſtia ĩprobe miſereq;: quæ nuper ob uirum orbata patre fuerat. Iugulatus nãq; Antiſtius nuper in ſenatu extiterat: q; ob Pompeium ſyllanam factionem ſequi uidebatur. Hoc repudium cum Antiſtiæ mater agnouiſſet: mortem ſibi conſciuit. Vnde noua quædam in tragicorum materia hæ nuptiæ uiſæ ſunt: cum etiam nupta ipſa apud Põpeium mox ex partu obiiſſet. Inter hæc Perpennas nuntiatur occupauiſſe ui Siciliam & ĩ ſyllanam factionem inſulam hanc propugnaculũm quoddam præparari: Carbone illic cum Claſſe inſtructo: & Domitio ĩ Aphricam irruẽte: aliiſq; etiam illuc fugitiuis affluentibus: magnis atq; præclaris uiris quotquot ſyllanam proſcriptionem præuenere. Ad hos motus cõprimendos cum amplo apparatu Pompeius miſſus eſt. Ex quo extemplo Perpẽnas Siciliã ceſſit: Põpeiuſq; ciuitates afflictas ad ſe recepit: eaſq; omnes præter Meſſanã clæmentiſſime habuit. Mamertinis enim ius dicendum a Pompeio petentibus ex eorũ inſtitutis antiquis a populo Romano conceſſum: non definitis inquit Põpeius inſtituta recitare ſuccincti gladiis. Viſus eſt etiã Pompeius in Carbonis clade immitius ſe extuliſſe. Si enim oportebat (quẽadmodum forte oportuit) eum occidere: extemplo captum perdere dicunt: iubentiſq; id opus uideri potuerat. Sed Pompeius illum uinctum produxit in medium uirum triplici inſignem conſulatu: eumq; coram ſtantem ipſe tribunitio ſubſellio ſedens damnauit. Hoc grauiter qui aderant indigneq; ferentibus: dãnatum deinde procul adductum interfici iuſſit. Hic quippe Carbo cum ad cædem duceretur: fertur (ut enſem ſtrictum ſibi imminere cõſpexit) locum & horam perbreuem orauiſſe: q; onere uentris moleſtaretur. S. Oppius uir Cæſari cõſuetus: memorat Pompeium etiam minus pie. Q. Valerium habuiſſe. Cum enim ipſum nouiſſet uirum philoſophum imprimiſq; eruditum: ut coram adductus eſt: factis ſimul quibuſdam ſpatiis: & percontante Pompeio uiroq; reſpondente: mox ſatellitibus iuſſit: ut inde adductum occiderent. Sed Oppio de hoſtibus Cæſaris haud beniuolis narrãti nimiũ percaute credendum eſt. Pompeius hoſtes Syllæ gloria datos ac manifeſte comprehẽſos neceſſariis affecit ſuppliciis: alios quotquot licuit: latere paſſus omiſit. Quoſdam etiã non ſine præſidio ſuo abire iuſſit. Vni reorum urbem cum mulctare cenſuiſſet: quia cũ hoſte ſenſerat: Stenis eius populi princeps petita ad defenſionem uenia: non inquit Põpeium iure facturum: ſi nocentes dimittat: & condemnet innocuos. Hunc autem cum

interrogaſſet Pompeius: quẽ nocẽtem diceret: meipſum inquit: qui beniuolis ciuibus meis hæc perſuaſi: ĩimicos uero coegi. Admiratus tamen Pompeius uiri fiduciã ac dignitatem: eum crimine primum liberat: cæteroſq; deinde omnes. Poſthæc audiẽs Pompeius milites ſuos: cum iter agerent inepte & abſq; ordine ire: omniũ gladios obſignauit: quiq; ſignum non obſeruabat illæſum: mulctabat. Dum hæc in Sicilia ciuiliter administrat: decretum ſenatus ac a Sylla litteræ datæ: quibus iubebatur ĩ Aphricam traiicere: omniq; manu oppugnare Domitium: apud quẽ omnes hæ cõuenerant copiæ: cũ quibus nuper Marius ex Aphrica in Italiam rediens rerum potitus erat: tyrannus ex exule factus. Extẽplo igitur Pompeius omni apparatu in expeditionem extructo: præfectum Siciliæ Monimium ſororis ſuæ uirum inſtituit: eq; inſula ipſe ſoluit cum uigĩti & centum nauibus longis: onerariiſq; ad frumẽtum tela pecunias atq; machinas octoginta. Hæ cum partim ad Vticam: partim ad Carthaginem applicuiſſent: ſeptẽ milia hoſtium ad Pompeium defecere: qui & ipſe ſex integras legiones ducebat. Rem hic perridiculam ſibi attigiſſe memorant. Quidam enim milites (ut aliquando aſſolet) cũ a Bruto cuidam theſauro incidiſſent frequẽtes pecunias inde nacti ſunt. Eo cognito uiſum reliquis omnibus eſt: eum locum plenum eſſe pecuniarum: quas Carthaginenſes quondã exactis cladibus terra cõdidiſſẽt. Ex quo pluribus diebus nulla ſuorũ militum opera frui Pompeius potuit: omnibus ad perquirendum theſaurum uacantibus. Subridens uero eos ambibat: aſpiciens tot ſimul uirorum milia ea loca perfodere: eaq; undiq; incredibili ferme impetu euertere. Feſſi tãdem & ſpe eluſi ſeſe: ut quocũq; dux eos ducere uellet: præbuere: ut qui ſtultitiæ ſuæ pœnas daturi eſſent. Domitius autẽ contra inſtructo exercitu uallem quandam grauem & aſperrimam ſuperaturus: ab imbre ualidiſſimo: uentoq; qui matutinus ſpirabat detentus eſt. Vnde ea die pugna deſperata a Domitio ad ſtationes redditum eſt. Sed Pompeius ratus id tempus ſibi cõducere: agmine citato uallem euadit. Tũ hoſtes tumultu facto nullo ordine manere: neq; omnes plane ſubſiſtere. Ventus præterea circum inſtabat: procellamq; corã propellebat. Nihil tamen minus & ea hyems Romanum perturbauit: q; ſeſe mutuo aſpicere haud poterãt. Ipſe etiã Põpeius q; ferme incognitus fuiſſet: fere periit: q; roganti militi ſignũ tardius dediſſet. Cum hi tamen cæde multa hoſtem urgerent: feruntur enim ex uigĩti milibus hoſtium tria tantum milia effugiſſe. Pompeius ĩperator appellatus eſt. Sed dicente eo honorem hunc haud ſe ſuſcepturum: quouſq; uallum hoſtile ſtaret: ſiq; dignum ſe tali appellatione exiſtimarent: illud deiicerent: mox impetu facto ĩ uallum irruere. Quo in conatu Pompeius priori periculo monitus: abſq; galea certauit. Vallũ tandem captum eſt: periitq; Domitius. Ciuitatum aliæ confeſtĩ paruere: aliæ ui captæ. Hiarbas Rex tum cõprehenſus: qui cum Domitio bellum inierat: cuius ſceptro deinde Hiempſal ſucceſſit. Proſpera ergo fortuna Põpeius frætus ac robori militũ fidẽs: Numidiam impetit. In qua: q; diebus pluribus peragrandum erat: agmine cõcitato excurrens: ea ſubægit omnia: quibus obuiã eſt factus. Cumq; barbaris eius regionis populum Romanum extimeſcendum oſtendiſſet & potentiſſimum: non oportere inquit feras Aphricam incolentes fœlicitatis roboriſq; Romani expertes lĩqui. Vnde in uenationibus leonum elephantumq; dies licet non multos triuit. Omne uero belli Aphricani tempus atq; uictoriæ ex quo domitis hoſtibus regionem ſubægit: quadragĩta dierum fuit. Quo in ſpatio frequens etiam inter reges factus arbiter: multa iudicauit: annum tum quartum & uigeſimum agens ætatis. Reditu in Vticã facto litteræ ſibi a Sylla ſunt redditæ: quibus iubebatur: uti reliquo dimiſſo exercitu cum una legione ſucceſſorem expectaret: in quibus tacite ipſe triſtatus eſt: ægreq; id tulit. ſed manifeſto totus exercitus indignatione eſt motus. Deinde orante Põpeio iuſſa perfici: obtrectare Syllã cœpere: Pompeiumq; haud permiſere: ut abſq; ſeſe abire ſperaret: tyranno credẽdum non eſſe aientes. Tentauit primo Pompeius eorum animos mollire: admonereq; uti iuſſis crederent. Sed poſtq; ſuadẽ id nequiuit: e ſubſellio deſcẽdens ĩ ſtationẽ mœſtus

illachrymanſq; ceſſit. Sed arreptum milites ī ſuggeſtu reponūnt. Hac in altercatione plurima diei pars aſſumpta: iubentibus illis manere eum ac imperare: Pompeioq; cō tra exhortante: ut Syllæ iuſſus abſq; ſeditione cederent: tandem non deſinētibus illis: ſed acrius urgentibus: preceſq; cum clamore admiſcētibus: iurauit Põpeius ſeipſum īterfecturum: ſi uim afferrent. Quo etiam pacto eos uix acquieſcere coegit. Cæterū ad Syllam primum nuntium allatum eſt: Pompeiū defeciſſe. In quo ad domeſticos uerſus dixiſſe fertur: fato utiq; ſibi imminuiſſe: ut ſeni cum pueris certādū eſſet. Quod ad Marium iuniorem etiam dictum commemorant: a quo grauia q̄multa pertulerat: & ferme ad extrema fuerat compulſus. Re poſtea certius cognita: compertoq; ut adueni entem Pompeium undiq; uiri omnes exciperent: exq; beniuolentia cum āpla pompa proſequerentur: præuenire eum accelerauit. profectus ergo & illi obuiam factus: q̄latiſ ſime dexteram iunxit: eumq; ingenti uoce magnū ſalutauit: iuſſitq; omnibus qui tū aderant: ut ſimiliter magnum eum appellarent. Alii dicunt cognomē hoc primum in Aphrica ab uniuerſo exercitu illi inditum: deinde uī atq; conſuetudinem ex hac Syllæ affirmatione habuiſſe. Pompeius tamen ipſe omnium poſtremus: lōgoq; tēpore poſt proconſul in Iberiam aduerſus Sertorium miſſus: ſe in epiſtolis ſuis actiſq; magnum Pompeiū īſcripſit. Iamiā enī ex ipſa cōſuetudīe id cognomē īuidia carebat. Vnde merito quis admirari maxime poteſt: Romanorū priſcos nō hos ſolos qui præclara confecerant bella: quiue ſtrenue manu uſi fuerant: ſed eos etiam qui remp. conſiliis uirtutibuſq; ſuis decorarunt: huiuſmodi cognomentis ſæpe exornauiſſe. Duos enim populus Romanus cognominauit maximos: Valerium q; patres a plæbe diſſidentes conciliauit: Fabium Rullum q; diuites quoſdā uiros ex libertis genitos e ſenatu amouit. Põpeius deinde triumphum petit: cui ſe obiicit Sylla. Cōſuli enim aiebat: aut duci triumphum lege tantum permitti. Vnde ſuperior Scipio magnis & arduis præliis cum ī Hiſpania ſuperauiſſet Carthaginenſes: triumphum non poſtulauit. Non enim tum erat cōſul: aut id bellum ſuis gerebatur auſpiciis. Addebat præterea Pompeii triumphum: qui uix pubeſcebat: quiue ob ætatem necdum in ſenatu admiſſus fuerat: omnino gloriam inuidioſam illi pariturum: principatumq; ſuum ab uniuerſis ciuibus ægre perferendum. Hæc aduerſus Pompeium Sylla colloquebatur: ueluti illi non aſſenſurus: ſed contentione ſua impediturus rogationem. Non tamen ob hoc territus Pompeius eſt: ſed Syllæ ſubiecit: plures eos eſſe qui orientem uenerarentur ſolem: q̄ occidētem: ueluti potentia ſua tum creſceret: Sylla uero minui & extingui uideretur. Quæ Sylla plane animaduertit: ſed cum adſtantes uidiſſet & ex uultu & ex geſtu ī admirationem actos: dictum eſſet rogauit. Quo cognito admiratus Pompeii fiduciam: bis acclamauit: ergo triūphato. Qua in re cum indignatio plures caperet: grauiterq; id ferretur: optans Põpeius grauiori mœſticia eos afficere: conatus eſt curru quattuor Elephāntibus ducto triūphū ducere. Inter alia quæ ex Aphrica adduxerat: horū nōnullos captiuos duxerat: ā guſtiori tamē porta urbis prohibitus: equis uſus eſt. Inter hæc milites quod nō potirēt quæ ſperauerāt: cū moleſtiores fierēt: & apparārēt ad tumultū: nihil curæ ſibi eſſe Põpeius īquit: triūphū mittēdū magis q̄ eis blādiēdū. Ex quo Seruilius homo clarus: qui ue Pompeio in triumpho obſtiterat: tunc inquit: ſe uidere Pompeium merito magnū: & triumpho digniſſimum. Manifeſtum quippe tum etiam fuit: Pompeium ſi uoluiſſet: in ſenatu tum potuiſſe admitti: ſed neglexiſſe hoc fertur: rem glorioſam cupiens ex minus glorioſa uenari. Non enim id erat nouum ob ætatem expertem ſenatus eum eſſe: ſed perglorioſum & ſplendidum uirum nōdum Senatoriū triumphū agere. Quod etiam ſibi popularem beniuolentiam quammultam attulit. Peracto enim triumpho copioſus plæbis numerus Pompeium inter equeſtres inuētum laudibus maioribus ornare: ſibiq; congratulari. Sylla tum quidem triſtari: inſpiciens ad quem potētiæ tumulum atq; gloriæ ille aſcendiſſet: ſed pudore captus impediendi ſilentium agebat. Vitamen & inuito eo Pompeius Lepidum ad conſulatū euexit. Comitia quippe habuerat

& plæbis ſuffragia: quæ ſibiipſi inuigilabant: Lepido inclinauit. Quo facto cum aſpexiſſet Sylla Pompeium multitudine ſeptum per medium abire forum: uideo te inquit adoleſcens ob uictoriam lætari. Quomodo non magna & pulchra hæc ſunt: Catulo uirorum optimo: Lepidum omnium miſerrimum in conſulatu prælatum fuiſſe: te ſuffragia etiam præbente? Caue ne dormias: quin rebus animaduerte. Validiorem enī aduerſarium tibi conſtituiſti. Maxime etiam oſtendit Sylla ſe minus beniuole cum Pompeio habere ex teſtamento. Aliis enim munera legauit: alios filii curatores inſtituit: ſed Pompeium omnino omiſit. Tulit tamē hoc Pompeius modeſte nimis placideq;. Vnde obſtante Lepido cæteriſq; nonnullis: ne in campo martio Sylla tumularetur: neue publica efferretur impenſa: Pompeius præſidio ſuo gloriam ſimul defenſionemq; funeri attulit. Defuncto Sylla poſtq̄ ciuium præſagia ac coniectationes palam fuere: & Lepidus confeſtim ſe ſyllanæ factioni caput præſtitit: nec id ficte aut ſimulate ſeu indagine quadā: ſed palā arma efferendo: priores ſeditionis reliquiæ: quæ diu exangues Syllam præterierant: ab ipſo collectæ cōmotæq;. Eius collega Catulus ſaniorem urbis partem patrumq; plæbiſq; aſſerebat. Homo enim erat auctoritatis integritatis æquitatis: tum ciuium omnium primus. Videbatur autem hic uir ciuilibus negociis q̄ rei militari commodior: & res ipſe deſiderare Pompeium agnoſcebantur. Quare Pompeius qui extemplo bonis ſeſe addiderat aduerſus Lepidum dux declaratur. Hic enī iam tū ī Italia multa occupauerat: & citeriorem galliā per Brutū ſuperatam ui detinebat. Cætera Pompeius facile uicit. Sed cum rediret: Brutum per longiuſculam morā Mutinæ obſedit. Quo ī ſpatio Lepidus ad Romam uectus: extra mœnia locatus ſecundum conſulatum petit: metu ac tumultu non paruo intra urbem iniecto. Pauorem tamen hunc Pompeius per epiſtolam ſoluit: nuntians ſe abſq; congreſſu hoſtium uictorē eſſe. Nā Brutus ſeu ſponte ſeu a militibus proditus: mutatis ad defectionem animis ſalutē ſuam militumq; Pompeio commiſit. Deinde equitibus quibuſdam præmiſſis ad quoddam caſtellum iuxta padū abſceſſit: eoq; poſt diem unam cum Geminius Põpeii iuſſu peruenīſſet: Brutus occiſus eſt. Cuius cædis Pompeius crimē haud euitauit. In ipſo enim mutationis initio ad ſenatum ſcripſerat Brutum ſe uoluntarium dedidiſſe: deinde confoſſo eo: alias per epiſtolas acrius Brutum criminabatur. Ex hoc Bruto genitus eſt Brutus ille: qui cum Caſſio in Cæſarem cōſpirauit: uix quippe patri ſimilis: qui nec pugnans nec uita feſſus obiit: ut antea diximus. Amiſſa igitur Italia Lepidus in Sardiniam fugit: ubi morbo interiit: mœſtior non ex aduerſa ut aiunt fortuna: ſed q̄ in litterulam quandā incidit: ex quo adulteram uxorem agnouit. Cæterū Sertorius qui tum Hiſpaniam tenebat: Lepido diſſimilis ac timendus Romani populi hoſtis erigitur: ueluti ultimus ītеſtini belli morbus Põpeio deſtinaret. Multos enim minores duces cum ſuperaſſet Sertorius: Appio Metello tum implicitus erat: uiro quidem claro ac belli coto: Sed qui tunc ob ſenectæ grauitatem pigrius pugnandi occaſionē cōſequebatur. Celeritate quippe & impetu Sertorii belli commoda plærunq; Metello ablata: ex īprouiſo enim & tanq̄ ad latrocinium Sertorius Metello obiiciebatur. Præterea īſidiis ac incurſionibus uirum inquietabat legitimum athletam certaminum & exercitus grauis firmiq; ducem. Pompeius itaq; cum in armis eſſet: animum inclinabat ad præſidium Metelli ſeſe deſtinandum. Quod ſuadente Catulo a ſpe non abfuit: ſed in armis circa urbem ſedulo eſſe materiam quærete: neq; deſiſtere: quouſq; exoptata ei cura mādata eſt. L. Philippo in ſenatu orante. Qua in re fertur cum inter patres admiraretur quis: rogaretq; Philippum an dignum exiſtimaret Pompeium proconſulem in Hiſpaniam mitti: Non proconſulem inquit: ſed pro conſulibus: ueluti tum uterq; cōſul nullus eſſet. Cum Hiſpaniam Pompeius attigiſſet: qualia ad iunioris ducis rumorem contingere aſſolent: uulgo efferebantur. Sed ſpe hoſtes eluſi. Populos Sertorio parum beniuolos cum ſolicitaret: & quoſdam ad defectionem cum adduxiſſet: fertur Sertorius inſolentiſſime ſomnia id protuliſſe: uirga & loris opus ſibi eſſe ad puerum: ni uetulam

extimeſceret: de Metello ſene locutus. Hæc uerbo licet iactitaret: factu tamẽ prænimium erat ſolito cautior: metuq; Pompeii cautius in hoſtem ferebatur. Metellus enim quod incredibile ferme erat: delitiis omnibus ac uoluptati propemodũ fræna laxabat: ingenſq; in ipſo ſuiſq; rerum erat mutatio ex ſubito luxu magnoq; impenſæ profluuio. Vnde creſcebat Pompeii gloria ac beniuolentia ĩ ea diſciplina milites tenẽtis: quæ haud permagno egebat ſumptu. Natura enim ſobrius fuit: & cupiditatibus longe abſtinens. Cæterum eſt enim fortuna belli uaria. Non parum indoluit Pompeius Sertorium Lauronem urbem ui cæpiſſe. Exiſtimarat enim ſe hoſtem circunuenturum: inq; hæc gloria elatus multa iactauerat: cum cõfeſtim ipſe circumobſeſſus eſt. Caſtra ergo mouere extimeſcens urbem ſuo in conſpectu inflammatam aſpexit. Cum Erennium atq; Perpennam uiros præclaros magnoſq; apud Sertorium duces qui ad eum confugerant: illiq; ſe belli addiderant ſocios: apud Valentiam urbem fudiſſet: ultra decẽ milia hoſtium cecidit. Qua elatus uictoria mox in ipſum feſtinat Sertorium: ne gloriam Metello impertiretur. Iuxta ergo Sucronem amnem ſole iam uergẽte copias ad pugnã ambo inſtruxere duces: timentes utriq; ne prælium præueniret Metellus: Pompeius ut certaminis ſolus gloriam haberet: Sertorius ut cum ſolo pugnaret. Commiſſa itaq; pugna eſt: tãdemq; æquo marte dirẽpta. Vterq;. n. alterũ cornu ſtrauit. Verũ ex ducibus maiori gloria eluxit Sertorius. Nam ſolus aciem oppoſitam in fugam uertit: & Pompeii cornu uir permagnus in peditatu Sertorii: tũ eques aggreſſus eſt. Poſtq̃ cum Pompeio ipſo ad ictum enſium uenit: uterq; gladius diſſimili tamen plaga in manum utriuſq; corruit. Põpeius ſautius tantum ẽ: ſed hoſtis manus amputata. Hic tamẽ: cum in ipſum plæriq; e Pompeianis impetum facerent: & ſuorum fuga iam cœpta eſſet: ſe ex inſperato recepit: equo hoſtibus dimiſſo phaleriſq; auratis ac ornatu quo ãpliſſimo fulgebat. quæ cum ſortirentur milites: non abſq; mutua militum pugna relicta ſunt. Quamprimum uero poſtea illuxit dies: ambo duces iterum ſtruxerunt acies: proximæ pugnæ uictoriam quiſq; ſuam fuiſſe aſſerẽs. Sed aduentu Metelli ſoluto exercitu abiit Sertorius. Hi digreſſus congreſſuſq; iterum uirorum horum extitere. Sæpius enim Sertorius nunc ſolus errare: nunc ueluti turbulẽtus torrens quindecim ferme milibus militum coactis in acie ſtructa eſſe. Pompeius ea peracta pugna cum obuiam Metello fuiſſet: iamiam conuenturus: lictori faſces ſummittere iuſſit: Metellum ueluti ampliori dignitate uenerandum ſibi concilians. Sed ille & id uetuit: & in hoc & in cæteris omnibus æquis boniſq; uir nihil ſibi plus dari paſſus: q̃ q̃ ueluti conſulari uiro & ſeniori ſignũ: cum æquum imperium eſſet: ab ſe uno proditet. Perſæpius tamẽ binis metebãtur caſtris. Seiungebat enim ipſos hoſtis uarius uaguſq;: ac parua in mora ſolitus ſe diuerſis in locis oſtendere: & eos ab uno prælio confeſtim in aliud traducere. Tandẽ hos duces Sertorius cõmeatu prohibens undiq; regionem depopulatus: præterea q̃ pelagi eſſet potentior: utrunq; cogit ea parte Hiſpaniæ: quam obtinebãt: excedere. His itaq; ãguſtiis uicti ĩ aliena prouincia ſe recepere, Cæterũ Pompeius: cũ priuatim q̃multa ad hoc bellum expoſuiſſet: pecunias a Senatu poſtulat: addens ni mittant: ſe cum copiis in Italiam reuerſurum. Lucullus tum conſulatum gerebat: qui uir licet a Pompeio diſſentiret: quoniam in mithridaticum mitti bellum affectabat: in mittẽdis ſtipẽdiis ſtudet: timens ne Pompeio redeundi materia eſſet: qui dimiſſo Sertorio etiam quærebat Mithridatem inuadere regem gloria ſplendidum: hoſtẽq; (ut uidebatur) perfacile tractandum. Inter hæc Sertorius moritur a domeſticis dolo cæſus: inter quos Perpẽnas excellentior eſt habitus: in illum & alias id perficere conatus: ſed eiſdẽ quibus Perpennas innixus uiribus eiſdemq; apparatu ac partibus ſtudens: quo id fieri cõmode poſſet nõ habuit. Pompeius igitur extemplo exercitum eduxit: cognitoq; q̃ Perpennas rebus excellentiſſime tumeret: decem cohortes in æſcam hoſtium iuſſit paulatim per agros ĩ aſpectu Perpennæ euagari. Ex quo cũ Perpennas rerũ inſcius illas paſſi ĩſequeretur:

Pompeius ſtricta acie irruẽs: commiſſa pugna omnium uictor fuit. Plæriq; hic primorum tunc abſumpti: Perpennam ad ſeſe ductum Pompeius occidit: non ingratus aut eorum immemor: quæ in Sicilia optigerant: quẽadmodum a nõnullis criminatus eſt. In huius captura maxima arte in omnium ſalute Pompeius eſt uſus. Perpennas enim cum in poteſtatẽ litteras omnes cæteraq; Sertorii monumẽta habuiſſet: epiſtolas quorundam clariſſimorum ciuium Romanorum propalauit: qui ad res urbis innouãdas clanculum ſtudentes in Italiam Sertorium uocabant. Pompeius ergo timens ne ex his maiora ſuſcitarẽtur bella: q̃ quæ iam reſtinxerat: Perpennã trucidauit: & epiſtolas omnes minime inſpectas incẽdio tradidit. His peractis Pompeius cum apud Iberos diuertiſſet: quouſq; tumultus oppreſſiſſet innatos: incendiaq; rerum extinxiſſet: in Italiam duxit exercitum: peropportune utiq; delatus cum bellum ſeruile iam tũ maioribus uiribus fluctuaret. Vnde Craſſus qui dux id gerebat bellum: manus conferre accelerauit: lætoq; euẽtu potitus eſt: hoſtiũ duodecĩ milibus atq; trecẽtis gladio cæſis. His tamen præclaris geſtis fortũa quæ Põpeiũ ſibi adoptauerat: Põpeiũ abeſſe noluit: cũ hoſtiũ quĩq; milia q a pugna euaſerãt: illi mittẽdos reſeruauit: quibus aſſũptis Põpeius ad ſenatum ſcripſit: Craſſum in acie gladiatores fudiſſe: ſe uero bellum ab imis extirpaſſe. Norat enim Romæ ingẽti aſſenſu hæc audiri celebrariq;. Hiſpaniam atq; Sertorium nemo uel iocando alius præter Pompeium uiciſſe dicebant: eiuſq; omne id fuiſſe opus aſſerebatur. In hac tamẽ tam excelſa uiri & gloria & expectatione ſuſpicio metuſq; fuit: ne exercitum dimiſſurus eſſet: ſed plane per exempla Syllæ dominationem armis occupaturus: quare pauciores ob metum: q̃ ob beniuolentiam obuiam ſibi ſalutatũ prodibãt. Sed poſtq̃ eam ſuſpicionem ab animis illorum exuit: ſe aiendo poſt triũphum uelle exercitum ponere: unum obtrectatoribus tãtũmodo liquit ſeſe magis plæbi q̃ ſenatui patribuſq; dedere. Sylla nempe cum dignitatẽ ſenatus oppreſſiſſet: ſtatuit Põpeius obſequiis ſuis gratiam plurium uenari. Quod utiq; clare compertum erat. Non enim inſanius quicq̃ animi plæbis exoptare uiſi: q̃ dominationem illam iterum aſpicere. Vnde hoc ciuilis adminiſtrationis tempus lõge fortunatum Pompeio fuit: qui nullo munere alio beniuolentiam plæbis recuperaturus erat: ſi eam alius quis ei præripuiſſet. Decreto autem ſecundo triumpho ac conſulatu: non ob hoc magnitudine præſtãs uiſus eſt: ſed illud eximii ſplendoris inſigne habitum eſt: q̃ Craſſus tum uir omnium ditiſſimus maximuſq;: qui Pompeium ipſum cæteroſq; omnes faſtu exuperabat: conſulatum petere non ante eſt auſus: q̃ petẽdi ueniam a Pompeio efflagitaſſet. Qua in re Pompeius ſumme lætatus ceſſit: materia ante diu perquiſita: qua benigne cum illo ageret. Dexteram ergo Craſſo cum auide iunxiſſet: plæbis ſuffragia illi orauit: manifeſte nuntians ſe nõ minus gratum habiturum ſe Craſſi collegam creari: q̃ magiſtratũ aſſequi. Cum ambo tamen conſulatum iniſſent: contentiones graues inter ipſos diſſentioneſq; uariæ emerſere. Apud patres potentior erat Craſſus: ſed apud plæbẽ Pompeius. Tribunatum nanq; plæbi reſtituit: iudiciaq; quæ ad equeſtres iterum tranſlata fuerant. Dulciſſimum etiam plæbi ſpectaculum ipſe fuit: cum bene actæ militiæ iudicium ſubiſſet. Mos nanq; Romæ apud equeſtres eſt: cum per legitimum tempus a quoq̃ militatũ ſit: equum per medium forum duci coram uiris duobus publice præſidentibus: quos Cenſoris nuncupant: illiſq; quenlibet ducũ ac imperatorum: ſub quibus militatum ſit recenſeri. Deinde Cenſorum iudicio ſubiici: qui iuxta cuiuſq; meritum uel laudem uel infamiam tribuunt. Huic præfecti curæ tum erant cenſores Gellius & Lentulus uiri dignitate ornatuq; inſignes: inſidebãtq; curuli. Ad hos cum equites quidam ſubituri iudiciũ ritu prodiſſent: cognitum eſt Pompeium deſcendere: qui alia ſui magiſtratus inſignia ſecum afferens equum tamen manu perducebat. Vt uero appropinquans notior eſt factus: iuſſit lictores cedere: equumq; iuxta curulem ſiſtit. Erat tum ingens populo admiratio ac ſilentium. Cenſores ad tantæ rei conſpectum &

Iæticia opprimit. Deinde eorum alter qui ſenior erat: incipit: Interrogo te Pompei magne: militias omnes iuxta diſciplinã abſoluiſti? Tum Pompeius permagna uoce: omnes inquit iuxta diſciplinam militarẽ abſolui: omneſq; ſub me ipſo imperatore. Quod cum audiſſet circunfuſa plæbs: acclamauit. Non enim ob ingentem læticiam iã tũ uoces teneri poterant. Vnde ſurrexere Cenſores: domumq; illum proſecuti ſunt: plaudenti plæbi aſſequentiq; congratulantes. Iamiam cum conſulatus prope ĩſtaret finis & cũ Craſſo diſcordiæ in diem actæ fuiſſent. S. Aurelius uir ex ordine equeſtri natus: cui per ocium uita fuerat: frequenti in concione pro roſtris inquit: per quietem Iouem ſibi allocutum: iuſſiſſeq; uti conſulibus referret: ne antea magiſtratu ſe abdicarent: q̃ in mutuã beniuolẽtiã rediſſent. Quibus expoſitis: ſtans Põpeius ſilẽtiũ duxit. Craſſus porrecta Põpeio dextera colloquiũ hoc cœpit: Nihil o ciues nihil mihi puto turpe: nihilq; me ĩdignum exiſtimo: ſi priorem me Pompeio ingero: quẽ uixdum pubeſcentẽ uos magnum appellauiſtis: cuiue nondum ĩ ſenatum admiſſo binos decreuiſtis triũphos. Ex hoc in amicitiam redintegrati: magiſtratu ſe abdicauere. Craſſus quem uiuendi morem hactenus tenuerat: illum plane ſeruauit. Pompeius defenſionum cauſas: quibus permultis uexabatur reppulit: forũq; paulatim deſeruit: & ĩ curiam perraro proficiſcebatur. Cum multis uero ſemper priuatim erat: iamiam enim non facile erat: abſq; magno eius comitatu ſibi obuiam fieri: ipſumq; conſpicere. Suauiſſimus multis & in ampla corona ſemper dulciſſimus inſpectus eſt uenuſtatem uultu grauitatẽq; præferens. Cum multis autem conuenire publicis in locis & cõſuetudine publica frui: haud oportere exiſtimabat ad dignitatem illæſam ample tutãdam. Vita nanq; togati ciuis gloria armorum efflorentis ad ignobilitatem atq; contemptum lubrica eſt: præterea populari æqualitati iniquior. Hi enim quẽadmodum in exercitibus ita & ĩ foro ſe primos eſſe dignum exiſtimari iudicant: ſed uulgus id quoq; minus. Igitur intolerabile eis fit: nihil eos apud turbam præualere. In foro enim cum uirum bellis præclarum triũphiſq; ornatum ſuſcipiunt: conſuetudine ac familiaritate manſuetum ipſũ efficiũt: eũq; deiciunt. Hominum uero qui ab hac uulgi frequentia ſe abſtineat: partæ gloriæ decus potentiaq; abſq; inuidia conſeruatur. Hoc res ipſa poſt paruum tempus plane aduerſus Põpeium oſtendit. Piratarum nanq; uis id edocuit. Hæc e Cilicia primũ erupit: initium paruum & ferme incognitum nacta: faſtum uero & audaciam bello mithridatico ſumpſit: regiis fræta remigiis. Romani deinde exules ob inteſtinum bellum: cum uſq; portas ipſius urbis irruerent: Paulatim illi allecti productiq; ſũt. Deſerto mari præſidus: hi iamiam non ſolum nautas inuadere auſi: ſed inſulas urbeſq; littoraq; ampla infeſti. Vnde iam homines diuitiis clari & genere ſplendidi ac dignitate imprimis habiti ad hæc latrocinii commercia ingreſſi: ſe ſocios addidere: ceu gloriam quandam decuſq; hoc facinus pareret. Erant iam ĩ locis pluribus ipſorum Piratarum ſtationes: naualia maritima etiam præſidia munita. Ad hos iam totæ confluebant claſſes: nõ tãtum ex ſtrenuorum uirorum copiis: non ex gubernatorum artibus non ex ipſarum leuitate atq; celeritate nauium: uel exercitatione timẽdæ: ſed quod terrorem exuperabat omnem: incredibili luxu faſtuq; intolerabili execrãdæ. His enim aurati erant rudẽtes: uela purpurea remi ſubargentei: ueluti nequitiam hanc delitiis omnibus obtegerẽt: facinuſq; ſuum egregia ambitione exornarent. Buccinæ cantus ebrietates per omnia paſſim littora audiri: ingenuorum corporum principumq; rapinæ & captiuarum urbiũ redemptiones undiq; aſpici: quæ omnia in contumeliam dedecuſq; imperii Romani eſſe. Ad hoc tã nefandum latrocinium naues ultra mille haberi: captæ ciuitates ab ipſis quadringentæ teneri. Tẽpla hactenus inuiolata: Aſyla adytaq; uaſtare. Clariũ Didimeium Samothracium: in hermione Phanum Telluris: in Epidauro Eſculapii: & ĩ Iſthmo & Tenaro atq; Calabrya Neptuni: ĩ actio & leucade Apollinis: ĩ Samo Argiſq; ac Lucania Iunonis. Ipſi noua quædam ſacra apud Olympium agere. Myſteria cũ arcano quodam ritu inire. Horum quæ apud Mithrum adhuc ſeruantur: hinc ĩitium

accepisse memorāt. Contumelias Romanis & aliis plures cōtulere. E pelago enī egressi uias earū quasdā īfestauere præda: nōnullas uillas ipsi urbi uicinas uastauere. Prætores duos Sextilium & Belinum ī ipsis prætextis cum ministris lictoribusq; ac cæteris eius magistratus insignibus captiuos adduxerunt. Filiam etiam Antonii triumphalis uiri in agrum euntem rapuere: quam multo censu postea redemptam reddidere. Hoc autem maxime contumelioſum habitum est. Aliquando enim e captiuis quis cum se Romanum esse diceret: nomenq; proferret: terrore metuq; ingēti simulato: femur percussi: coram captiuo procidere ueniamq; perhumiliter petiere. Persuadebatur tum captus: & supplices illos oranteſq; aspiciens lætabatur. Inter hæc alii calceos alii togam ipsum induere: ne forte iterum incognitus fieret. Cumq; per non modicum spatium uiro per ludibrium sic fræti fuissent: ad medium tandem pelagus scalas extendebant: iubebantq; illum has lætantem ascendere: abireq; uolentem impulsu ipsi suo obruebant. Occuparat potentia hæc passim omne interius mare. Vnde nemini commercia libera: sed omnia inuia: omnia clausa erant. Maiorem tum in modum angustiæ uictus ad animaduersionem tantæ rei Romanum impulit: ipsaq; Annonæ caritas: ac expectatio ī diem peior animos mouit ad Pōpeium mittendum: qui Piratis mare expurgaret. Sabinus igitur uir Pompeio beniuolus rogationem tulit: qua nō naualis princeps creatus est: sed imperator potestate amplissima in homines uniuersos omni prouocatiōe libera. Iuxta enim legem maria omnia usq; gaditanum fretum in prouinciam illi cessere: præterea quicquid continentis: quod a littoribus quingētis abesset stadiis: quod spatium perpauca Romani imperii loca exuperabant. Vnde maximi populi: maximæ nationes potentissimi reges sub eius imperio iucludebantur. Ad hæc uiros quindecim senatorios potestas eligendi data: quos quocunq; oporteret: fas fieret legatos destinare. Deīde censū ex ærario uectigalibusq; in potestatē habere: ducente hīc naues quas delectu militum remigibusq; communiret. Hæc recitata cum fuissent: auidissime a plæbe suscepta sunt: maximis uero patrum optimisq; hoc omni inuidia maius uisum est metuq; dignum: immensam potestatem licentiāq; tribuere. Vnde præter Cæsarem rogationi obstitere: is enim legi suffragia tulit: parum ob Pompeii gratiā: sed plæbi ab initio ipso obsequi cupiens: illamq; sibi conciliare. Alii Pompeiū probris lacerare. Vnde alter consulum dicere: Pompeium per exempla Romuli gradientem: eūdem finem non euitaturum: quæ cum plæbi nota forent: ferme consul discerptus est. Catulo autem rogationi aduersante primo ob pudorem a plæbe silentium factum est. Sed postq̄ is permulta benigne & absq; inuidia in Pompeium orasset: dixissetq; sentētiam: uti uiro parcēdum: neq; eum tot periculis totq; bellis obiicīēdum: adderetq; præterea si Pompeium admitterent: ī quo alio spes reponerent: unanimiter īdignati sūt: omnesq; una uoce in teipso murmurauere. Catulus deinde plæbe haud persuasa conticuit. Inde Roscius cum orare cœpisset: a nullo auditus est. Digitis uero is ostendit Pompeium non primum sed secundum ducem creandum esse. Ex quo ferunt plæbem indignatione motam ita acclamauisse: ut superuolans coruus oculis captus in medio foro ceciderit. Vnde manifeste noscitur ex aeris scissione: ex qua forte uacuum fit: uolatilia haud labi: sed potius ab ictu uocis percussa: cum uehementior pulsu ueloci ī aerem perfertur. Ex his tamē soluta frequētia est. Qua deinde die cum pro lege promulgāda iterum conueniissent: Pompeius in agrum profectus est. Cum uero legē intellexisset promulgatam: noctu in urbem rediit: inuidiam ex incredibili multitudine: quæ sibi obuiā fieret uitans. Vt autem illuxit dies: in medium profectus sacra ægit. In cōcionem deinde productus: operā dedit: ut alia legi adderentur apparatu propemodū duplici. Quīgētæ etenim naues ei completæ: peditum centum & uiginti milia: equitū milia quīq;. E senatu præfectos legatosq; quattuor & uiginti ipse delegit. Quæstores duo traditi. Ob hæc uenalia quæ in precium æquius iam tum redacta fuerant: læte plæbi sermonē præbuere: q; solo Pompeii nomīe bellū dissolutum esset. Nihilominus maria partitus

Pompeius omne interius pelagus in tribus & decẽ regionibus diuidit: & parti cuiq; naues ducemq; dedit. Vnde copiis circunlocatis piratas insecutus extemplo uenatoris exemplo aggregatos ambiuit. Sed illi disiungi accelerantes: ueluti apum examẽ ab omni parte Ciliciam repetunt: aduersus quos Pompeius ipse sexagĩta nauibus lectis ĩstructis fertur. Non tamen in ipsos antea uauigat: q̃ omnino cætera ipsorum latrocinia deleuisset: mareq; Tyrrhenum libycum sardoum cirneum siculumq; lustrauisset. Quæ omnia diebus quadraginta confecit: sese labori indefesso subiiciens: præfectisq; utens diligentissimis. Interea in urbe consul Piso iracundia atq; ĩuidia permotus: apparatũ naualem soluit: militesq; stipendiis liberat. Vnde Pompeius classe ad Brundusiũ missa per Hetruriam Romam accedit. Eius in aduẽtu omnes ũdiq; a mœnibus urbis effusi sunt: ueluti non paucis ante diebus eum fuissent prosecuti. Culmen uero lætitiæ ipsis fuit tantæ uictoriæ insperata celeritas: omniumq; commeatuum copia. Ex Pompeii profectu ferme Piso cõsulatu se abdicare coactus est: Sabino iãiam rogationẽ scriptam afferente. Sed hoc uetuit Pompeius: qui cum etiam alia quædam benigne clæmẽterq; ægisset: ut opus fuerat: Brundusium delatus hinc nauigat. Inde tempori rebusq; solicitus: cum ciuitates cæteras prætermitteret: Athenas tamẽ insalutatas non dimisit. Vrbem enim ipsam ingressus: rite rem sacram ægit: & populo pro concione habito extemplo abiit: pernotatis duobus uersibus sibiipsi in foribus urbis inscriptis. Horum alter qui in aspectu interioris urbis erat: latine translatus hic fuit: Quantum ultra uiros cernis: tãtũ deus ipse es. Alius qui ab exteriori parte ualuæ figebatur: sub is erat uerbis: Te miramur & te uidemus comitamur colimus. Cæterum cum piratas quosdã adhuc pei maria uagantes precibus uictus clæmẽter habuisset: eorũq; nauibus corporibusq; deditis: nil eos offendisset: reliqui spe ducti alios euitauere duces: Pompeioq; petito cũ liberis cõiugibusq; se illius potestati mandauere. His omnibus impunitas data: perq; hos maxime uiros uestigia reliquorum hostium latebræq; perscrutatæ: ueluti qui seipsos certe cognoscerent. Plurimi tamen horum & hi potentissimi proles suas substantiasq;: præterea turbam bello inualidã in præsidiis castelliscq; munitissimis apud Thaurum montem condiderunt: ipsisq; munitis nauibus apud Coracesium Ciliciæ aduenientem Pompeium excepere: cum quo inita pugna profligati obsessi sunt. Tandem summa ope salute petita sese ac urbes insulasq;: quas præsidiis artibusq; firmissimas præterea eccessu difficillimas tenebãt dedidere. Confectum itaq; hoc bellum est: horum latrocinijs undiq; absumptis haud longiori trium mensiũ spatio. Naues cæteras q̃multas: rostratas uero nonaginta cæpit. Viros qui plures uiginti milibus erant perdere non censuit: mittere uero sparsos qui egeni & bellicosi se iterũ iungerent: armarẽtq;: haud utile existimauit. Ratus igitur hominẽ natura animal non indomitum nec omnino insatiabile: sed qui præter ingenium malicia uteretur: quiue ex locorum & uictus mutatione mansuesceret: quemadmodũ feræ: quæ ex consuetudine uitæ mitiores asperitatẽ ac ferociam ponunt: uiros statuit e pelago ad terrestrẽ uictũ traducere: illosq; ad agrorum cultum habitationemq; urbium: quæ dulcioris uitæ sunt: assuefacere. Quosdã ergo ipsorũ paruæ & subdesertæ quædã ciuitates Ciliciæ suscepere: ipsisq; regionis suæ loca promiscue partita sunt. Soliorum urbem propemodum a Tigrane armeniorum rege ciuibus uastatam Pompeius assumens: illorum multos in ea locauit. Multis etiã Dimem ciuitatem Achæorũ tum cultoribus uiduam & agri ubertate fœcundã Coloniam dedit. Hæc nõnulli obtrectatores tamen ĩptobauere: & gesta quæ Metellus in Creta ægerat: licet etiam Metellum ipsum minus amarent: laudibus efferebant. Is enĩ Metellus illius necessarius: qui æquo imperio cum Pompeio in Iberos pugnauerat: a senatu fuerat prius in Cretam missus: q̃ aduersus Piratas Pompeius designaretur. Hæc enĩ insula post Cilices: fons secundus Piratarũ erat: multosq; in ea prædões a se comprehẽsos Metellus perdiderat: multiq; etiam cum in ea adhuc erant superstites: qui obsessi & in deditionẽ Pompeii uenire flagitantes: supplices ad insulam Põpeiũ aduocabant:

ueluti ea prouinciæ ſuæ pars foret:& ūndiq; ſub maritimo eius imperio decerneretur. His igitur in curiam ſuſcæptis:Pompeius Metello ſcribit uti ab eorum impugnatione ſeſe abſtineret. Ciuitatibus etiam inſulæ mandat:ne Metello pareant: legatum præterea e præfectis ſuis. L. Octauium eo mittit. Quo cretam appulſo mœnia obſeſſorū Piratarum cum præſidiis ingreſſus:cum ipſis aduerſus Metellum pugnat:ſeq; non ſolum grauem atq; moleſtum hoſtem Metello præbuit:ſed Pompeium uirum ridiculū oſtendit: qui cum ſceleſtis & nefandis uiris nomen ſuum īmacularet:& gloriam ueluti ueneno quodam inficeret ex ambitione & immoderata in Metellum inuidia. Non .n. aiebant Achillē uiri opus agere:ſed inſani cuiuſdā adoleſcentis & omnino ad gloriā attoniti:cum cæteros prohiberet ferire Hectorem:ne ablata cædis hectoreæ gloria ipſe poſterior fieret. Pompeium uero dicebant cōmunium hoſtium ſalutem eſſe: ut triūphū Metello auferret imperatori claro:& cui in ea ipſa cura labores permulti obuenerant. Non tamen ceſſit Metellus:ſed obſeſſos ad deditionē cōpulit: deq; eis ſuppliciū ſūpſit. Octauium uero in Caſtris per contumeliam & ignominiam habitum poſtea dimiſit. Hoc confecto bello & Pompeio ad urbem Romā reducto:cum deinde per ociū uicinas ambiret ciuitates:Mallius tribunus plæbis rogationem tulit:uti quotquot loca ī prouinciam Lucullus obtinebat:ea omnia Pompeio obuenirent cum ōnibus illius copiis. Præterea Bithynia:cui tum Gabrio præerat:accepta: aduerſus Mithridatē regē atq; Tigranem dux belligerundi Pompeius declararetur:additis etiā ſibi maritimis uiribus naualiq; apparatu:quēadmodum proximo piratico bello ſortitus fuerat. Quod nihil erat aliud q̄ uniuerſum romanum imperium ſub unius poteſtate fieri. Prouincias enim quæ ſibi ex priori lege minime obuenerant:Phrygiam Lycaoniam Salatiam Cappadociam Ciliciā Cholchidē ſuperiorē ac Armeniam ex noua legis rogatione obtinebat. Quibus addebantur exercitus & copiæ omnes:quibus Lucullus Mithridatem atq; Tigranem ferme debellauerat. Hac in rogatione cum Lucullus rerum a ſe geſtarū gloria priuari uideretur:& magis ſucceſſorē triumphi q̄ belli cēſeretur habiturus:nulla promulgandæ legis apud optimos ratio acceptabatur. Iniuſta .n. & iniqua eum uirum perpeſſurū norat. Præterea potentiā Pompeii grauiter ferebant:ueluti in manifeſtam euaſuram tyrannidē. Conſtituerunt igitur inter ſeſe priuatim promulgationi obſiſtere:neq; ferre libertatem publicā prodi. Verū cum rogationi dies affuiſſet:alii plæbis metu animis fracti ſilentium ægere:Sed Catulus multa in legem inuehens legēq; diſſuadens non uno crimine:ſæpius pro roſtris acclamauit:iubendo & hortando patres:uti maiorum exemplo montem repoſcerent ob libertatē publicam uindicandam. Promulgata tamen omnibus (ut fertur) centuriis lex eſt:& omnia ferme quæcunq; armis belloq; hactenus Syllæ delata fuerant:ſub poteſtatem Pompeii cōgeſta ſunt. Hic tū ab urbe abſēs:cū decreta hæc ex litteris ſenatus accæpiſſet:circūgratulātibus āicis ſupercilium contraxiſſe fertur:crureq; a ſe percuſſo: uelut qui dominari grauiter ferret: principatumq; abhorreret:heu infinita inquit certamina:q̄ ſatius fuerat ignobilē naſci:ſi a militari cura nunq̄ deſinendum eſt:ſiq; hac exutus inuidia ī agro degere cū uxore fas nō ſit. Quo in ſermone eius proximi ironiam non admiſere: ſed cum noſcerent dominandi cupiditatem natura illi inſitam fomitem eſſe contētionis aduerſus Lucullum exortæ:ſumme lætabātur:illum ſimulare dolere exiſtimantes. Et quippe res ipſa ipſius animos extemplo detexit. Quocunq; .n. litteris confeſtim miſſis:milites ad ſe uocare curauit. Principeſq; ac reges omni ſtudio ſibi allexit. Regionē hoſtilē ambiens: nihil ex Luculli actis immotum liquit. Mulctas plæriſq; remiſit:aliis premia abſtulit: & omnino ſingula agebat quæ palam Lucullum nullius fuiſſe auctoritatis oſtēderēt. Quæ cū quereretur Lucullus cum utriuſq; beniuolis:uiſum ſalubre eſt:ut ambo conuenirent. Vnde iuxta Galaciam conuentum eſt. Sed o imperatores maximos: qui maxima præclare geſſerunt. Lictores laureas & erectos faſces utrinq; ferentes:alteri alteris occurrerunt. Lucullus ex amœnis & umbroſis acceſſerat locis:Pompeius per aridam &

aſboribus ſterilem tellurem forte erat profectus. Lictores ergo Luculli: cum uidiſſent Pompeianorum frondes pallere fermeq; eſſe aridas: e uirentibus ſuis recentibuſq; Luculli faſces exornauere: circūq; illos frondibus impleuere. Quæ permutatio portendere uiſa eſt: Pompeium proficiſci premia atq; uictoriam Luculli ſibi acquiſiturum. Erat quidem Lucullus in ordine conſulatus Pompeio prior ac ætate ſenior: Sed Põpeii dignitas clarior: duobus inſignis triumphis. In prima tamen ſalutatione (ſicut decuit) amice comiterq; mutuo locuti ſunt: alter alterius lætari geſtis: eaq; extollere: & ſtrenuitati congratulari. Verum inter longiorem orationē ambo in nihil modeſtum nihil ſalubre irruere. Hic Lucullum auariciæ incuſat: Lucullus Pompeium ambitionis: ſicq; ī aperta ita proditum eſt iurgia: ut uix ab amicis diſiuncti fuerint. Lucullus galatiā uelu ti prouinciam a ſeſe captam adminiſtrauit: munera honoreſq; quibus uoluit partitus. Pompeius haud longa diſtantia metatus caſtra: prouinciam patere illi uetabat: militeſq; præterea omnes præter mille ac ſexcentos illi abduxit. Hos ob animorum pertinaciam ſibi inutiles: & Lucullo difficiliores fore exiſtimauit. Luculli præterea facta detrahens: illum dicebat tragicum & umbratile quoddam bellum cum regibus geſſiſſe: ſibi uero certā atq; ſobriam hoſtiū uim ad expugnationē reſeruatam eſſe: cū Mithridates ad clypeos ad enſes & ad equos cõfugiſſet. Ad quæ Lucullus ſimulacra & umbras belli Pompeium acceſſiſſe expugnaturū aiebat: ſuetum ueluti uolucrem alieno cadaueri celerem aduētare: reliquiiſq; bellorū inſurgere. Sic .n. Sertorio & Bruto & ſpartanis inſurrexiſſe eū dicebat: cum illa Craſſus: alia Metellus: alia Lepidus bella ſtrenue geſſiſſet. Vnde ſe non admirari inquiebat: ſi homo ille gloriam armeniorum & põticorum certaminū extenuaret: quod ſeipſum fugato quidem hoſti triumphū ingeſſerat. Poſthæc Lucullus inde traiecit. Põpeius uero poſtq̄ tota claſſe omne pelagus quod inter Phœniciam & Boſphorum panditur: præſidiis firmaſſet: aduerſus Mithridatē cõtendit: qui cū triginta milibus peditum duobuſq; equitum milibus munitus erat: ſed qui pugnā cõſerere haud audebat. Eius aduentu Mithridates editum atq; inexpugnabilem quendā collem: in quo cum copiis forte inſederat: ex aquarum anguſtiis liquit. Hunc Pompeius mox occupat: cõiectanſq; ex fruticibus natura ibi pullulantibus præterea ex recentibus ſpiſſiſq; foſſis locum ſubterraneis manare fõtibus: iuſſit undiq; eū fodi. Ex quo confeſtim exercitui aquandi copia data: admiratuſq; Pompeius eſt omni in tempore hoc Mithridatem latere potuiſſe: deinde hoſtem circūueniēs muro cinxit. Sed ille poſtq̄ quinq; & quadraginta diebus clauſus fuiſſet: clanculum cū robore effugit: imbellibus ægriſq; ante cæſis. Hunc inſecutus Pompeius: eum ad Euphratē adeptus eſt: caſtraq; illi uiciniora poſuit. Deinde extimeſcens ne præueniret ille: Euphratēq; tranſiret: mediam per noctem copias aduerſus hoſtem producit: quo ſcilicet tempore ferunt Mithridatem per quietem imminens iamiā fatū manifeſte præcognouiſſe. Videbatur enim ſecundo uento ponticum nauigare pelagus: & iam inſpecto Boſphoro congratulari nauigantibus: ueluti ex certa atq; præoptata cõmuni ſalute alacrior. Deinde extemplo omnium uacuus parua quadam ſcapha uehi uiſus: qui dum talia in ſomnio agitaret: a proximis cum tumultu expergefactus eſt Pompeium imminere ferentibus. Neceſſitate ergo inire pugnam pro ipſis uiſum eſt caſtris. Quare cum produxiſſēt copias duces: acies ſtruxere. Sed Pompeius hoſtiū apparatu cognito dubitauit ob nocturnas tenebras ſe periculo obiicere. Quāobrem cenſuit ſalubrius fore: hoſtem circū ambire: ut fugam interluderet. Deinde prima luce omnibus copiis eos adoriri ſpei certus (quoniā exercitu præualebat) ſe illos expugnaturum. Dum hæc mente agitat: ſeniores caſtrorum tribuni militum morā pugnandi improbant: Pompeiumq; exorāt: uti pugnæ ſignum canat: nõ enim omnino nox tenebroſa erat: ſed luna in occaſū uergens adhuc tenuem licet corporum umbram porrigebat: quod quippe regis milites magis magiſq; eluſit. Dum enim eos miles Romanus inuadit: habens a tergo lunam iā ſubeuntem occiduum: corporum umbræ q̄longiſſime in aduerſos protendebātur hoſtes.

Vnde illi diſtantiam Romani irruentis haud clare intueri poterant: ſed in umbras pro corporibus miſſilia iactantes: fruſtra utebantur uiribus. Quod cum Romanus intelle xiſſet: ingenti clamore in ipſos cōcitatius irruit: eoſq; nihil manere auſos: ſed terga præ bentes ita paſſim cecidit: ut longe ultra decē milia hoſtium trucidata fuerīt: caſtra præ terea capta. Ipſe Mithridates ab initio ipſo prælii cum octīgentis equitibus ī cōfertiſſi mos ſeſe hoſtes intulit: eoſq; euaſit. A quo diſiunctis cæteris palatiſq; : ipſe cum ſolis tribus relictus eſt: inter quos erat Hypſicratia eius pellex: fœmina quidem ſemper ui rilis: audaxq;: ob quod Hypſicratem Rex eam appellabat. Hæc tū uiri perſici habitum habens equūq;: neq; ex longo curſu corpore fatigabatur: neq; ad regii corporis curā re giſq; equi ſegnior: quouſq; ad caſtellum Inoram in quo regis gaza condebatur: peruē tū eſt. Hinc Mithridates ueſtes haud ignobiles ſumens: eas partitus his eſt: qui ex fu ga ad eum concurrerant. Proximo præterea cuiq; mortiferum ferre uenenum dedit: ut nemo niſi uoluntarius in poteſtatem hoſtium ueniret. Deinde ad Tigranem regem ī Armeniam mouit. Sed ille cum a Mithridate deſciuiſſet : & talēta centum precium ipſius cædis ſtatuiſſet: Mithridates fontes Euphratis exuperans: fugam per Colchidē agit: Pompeius tum Armeniam petit: a Tigrane iuniore accerſitus. Hic enim iam a pa tre defecerat: iuxtaq; Araxem fluuium obuiam Pompeio eſt factus. Id nanq; flumen ex eiſdem quibus Euphrates oritur locis ſed ad ortum ſolis uerſus: ī mare Caſpiū effū ditur. Hi ergo una progredientes: & caſtella urbeſq; paſſim captabant. Rex uero Tigra nes a Lucullo ferme in extrema deductus : audita Pompeii clæmentia moribuſq; ur banitate egregia referctis in aulam arcemq; regiā neceſſarios & quoſq; proximos lo cat. Ipſeq; ut Pompeio ſe dedat adit. Vt Pompeius caſtris regem iāiam adeſſe nuncia tum eſt: lictores duo pompeiani egreſſi: ipſum ab equo deſcendere pedeſtremq; profi ciſci iubent. Neminem nanq; aiebant in romanis caſtris equo inſidentem tempore ali quo īſpectum. His facile paruit Tigranes : præterea ēſem quem tum enudauerat : illis tradidit. Tandem cum ante ora Pompeii acceſſiſſet: e capite corōa ſumpta : eam iuxta illius pedes propere ponit : deinde quod turpiſſimum fuit: ſe ad genua Pompeii decli nabat: ni præueniſſet Pompeius: qui eū dextra porrecta erexit: iuſſitq; apud ſeſe æqua eum ſella inſidere: filio deinde in parte altera locato: ipſe medius cæterum īquit Lucul lum incuſare liceat: ab illo nanq; Syria Phœnicia Cilicia Galatia Sophene nobis ablatæ ſunt : quæ ab eo ipſo nobis conſeruaſſe fas fuit: ea integra habetote: mulcta ſex mili um talentorum ob uiolatum fœdus Romæ ſoluit. Sophene præterea filium regnare iu beo. His Tigranes grate acquieſcens clæmentiam approbat. Inde Romanis regē eum ſalutātibus lætior factus: ſe dono daturum pollicitus eſt militi argentei nūmi dimidi um: centurioni argēteos denos: tribuno militari talentum. Quæ filius cū ægre perfer ret: ad cœnam uocatus: non īquit ſibi opus eſſe Pompeio : qui tam magna impēſa hæc exiſtimaret. Romanorum alium ſe facile inuēire poſſe ait. Quibus dictis extemplo uic tus eſt: & ad triumphum decretus. Paruo deinde tēpore poſt Phrahartes parthicus ad Pompeium miſit: adoleſcentem repetens: ut ſibi generum addens ſe dignum exiſtima re Romanos imperii ipſorum finem in Euphrate ponere. Ad quæ Pompeius re ſpondiſſe fertur : Tigranem patri magis curæ fore q̄ ſocero: finem autem Roma ni imperii ſeſe æquum impoſiturum. Præſidem hīc Armeniæ cū ſtatuiſſet Affraniū: per culta Caucaſi montis loca Mithridātem proſequitur. Maxime in his finibus gētes Albani & Iberi ſunt. Sed Iberi montem incolunt Taurum & in pontum uſq; uergūt. Albani eum tenent: & ad mare caſpium inclinantur. Hi primum poſtulanti Pompeio tranſitum dedere: deinde cum in regione exercitum hyems comprehendiſſet: ſaturnali bus diebus Romanos inuadunt: amne Cyduo exuperato: qui ex Iberorum mōtibus ca dens: Araxe ab Armenia labente ſuſcepto: duobus & decem hoſtiis in caſpium pelagus funditur. Pompeius licet impedire poſſet ne fluuium euaderent: id neglexit : trāſitūq; tacite pertulit. Poſt captato tempore in conferctos eos irruens: cum ſtrage maxima eos

in terga coegit. Rege deinde pacem orante: legatis missis Pompeius iniuriam mittens fœdus percussit. Hincq; in Iberos contendit: qui neq; pauciores numero & lõge Albãis bellicosiores habiti: quiue enixius Mithridatis gratia ĩ Pompeium bello accingebãtur. Hi quippe non medis persisue unq̃ paruere. Macedonum etiam dominationẽ euitauere: Alexandro q̃citius Hircaniam egresso. Hos tamen Pompeius acri commissa pugna fudit: cæsiq; ex eis sunt ad nouem milia: capti ad milia decem. Quibus expeditis dum ĩ Colchos fertur: apud Phasim amnẽ Seruilius ei occurrit: cũ nauibus quas ad Ponti præsidium habuerat. Verum hic Mithridatis fuga: q; inter bosphoranas ac meoticas gentes se proripuisset: Pompeio angustias plures intulit. Albanos præterea a Pompeio defeciſſe nunciatum est: in quos & iracundia & indignatione Pompeius uersus: Cydnum uix astu arteq; exuperat. A barbaris .n. longissima eius ripa sudibus ualliſq; præmunita fuerat. Vnde aquarũ angustia: quibus Pompeium intercludebãt: ferme inuiũ præbebat iter. Sed Pompeius decem milibus utrium aqua plenis castra in hostes mouit: quos tandem apud Abaurẽ fluuium ad sexaginta milia peditum & equitũ duo & decẽ milia nactus est attonitos armatosq; uilissime: ferarum quippe dorsa plærisq; pro armis habita. Horum dux regis frater erat: & Cosis nomine appellabatur. Is commissa pugna impetu sese in Põpeiũ agens: telo q̃ duplex erat thorax Pompeium ferit: sed Pompeius ferro stricto eũ aduersus ipsum occidit. In hac pugna dicũtur Amazones barbaris cõmilitasse: a montibus profectæ: qui fluuio Termodonti superiacent. Dum .n. Romanus miles in spoliis barbarorum obuersabatur: amazonicæ peltæ coturniq; reperti sunt. Muliebre tamen corpus nullum inuentum. Hæ Caucasum montem habitant: qua parte ad hircanũ protenditur pelagus: nõ Albanis finitimæ: sed Gelæ ac Leleges media utriusq; gentis tenent. His illæ quotannis ad menses binos eodem repetito loco apud Hermodontem admiscentur. Deinde digressæ & ad propria reditu acto: solitam uitam repetunt. Expedita ea pugna: Pompeius in Hircaniam ad mare caspiũ castra mouit. Sed cum ab optato trium dierum itinere iam abesset: ex copia pestiferorũ reptilium retro actus: in minorem Armeniam iter tenuit. In quam cum Elymeorum Medorũq; reges ad eum legatos misissent: amice responsum tulerunt. Parthũ uero q; in Gordianam hostiliter excurrisset: infestaretq; Tigranis populos: per Affranium cũ copiis missum fugauit: eumq; usq; Arbielitica persecutus est. In his præliis ex quotquot Mithridatis pellicibus: quæ captæ fuissẽt: nulli se miscuit Põpeius: sed omnes aut eorum parentibus aut necessariis illibatas remisit. Plæreq; autem filiæ aut coniuges magnorum ducũ aut principum erant. Stratonice uero quæ maxime ĩ primis dignitate præcellebat: quæue ditissimã omnium arcem gazaq; ingenti refertam ĩ curam habebat: histrionis cuiusdam aut alias hominis fortũati senis autẽ filia fuit. Hic quod eam regio potuit assidere nosset: Regẽq; in ea oblectari ipsam ei adduxit. Ex quo lætior factus Mithridates quietẽ duxit: senem autem omisit mœstum grauiterq; ferentẽ: q; Rex eũ nihil grate clæmenterq; habuisset. Is tamen ut circiter primã lucẽ somno expertus: apud se interius uidit mensas argenteis atq; aureis uasibus onustas: strepitũ etiam seruorum eunuchos atq; domesticos intellexit: uestes ingentis precii ad sese ferre. Præterea equum ante portas splendide sibi ornatum adstare: ueluti ex amicis regis & ipse esset: credens ludibrium hoc esse iocũq;: cum impetu portas ad fugam poscit. Sed ipsũ peruenientibus seruis dicentibusq; q; diuite quodam nuper defuncto: Rex illius domum sibi donauerat: q;q; ea omnia paruæ essent primitiæ reliquarum diuitiarum: uix persuasus: purpuream uestem induit. Equum deinde insiliens: per urbem & concitatius ea omnia sua esse clamitans: inde ad irridentes uersus non id mirãdum esse dicebat: sed potius q; obuios lapidibus non feriret: præ alacritate insaniẽs. Huius generis huiusq; sanguinis Stratonice fuit. Hanc ille ciuitatẽ Pompeio postea tradidit: munera præterea multa adiecit: quorum omnium Pompeius ea tantum quæ ad ornatum sacrarum & ad triumphi decus fore aspexit sumens: Stratonicẽ reliqua habere pmisit.

Rege pariter Iberorum ſpondam menſam ſedemq; : quæ ex auro erant : ad Pompeium mittēte oranteq; ut ipſas uſui ſuo ſumeret : redigēdas in ærarium quæſtoribus dedit. In noua eiuſdem loci arce : quibuſdam arcanis ſcriptis epiſtoliſq; Mithridatis Pompeius incidit : quæ cum effectum Regis aperirent : non ſine uoluptate a Pompeio perlata. Ibi enim commētaria deprehenſa uenenorum : quibus & multos & ipſius filium Ariaritem necauerat : Alcenumq; præterea ſardianum : q̄ in agitatione equorum is regem improbauerat. Somniorum etiam interpretationes repertæ : partim quæ ipſe Rex partī quæ fœminæ quædam uiderant. Præter hæc impudicæ quædā epiſtolæ Momines perama tæ mulieris ad eum : quædāq; regis ad ipſam datæ. Memorat Theophantes ī his repertam eſſe orationem : qua Rutilius Mithridatem exhortabatur ad cædem Romanorum : qui tum in Aſia fuerant. Quod plæriq; plane exiſtimabant aſtū Theophanis fuiſſe : nō ob Rutilium : quem Theophanes odiſſe non uidebatur : ſed decētius ob Pompeium : cuius patrem Rutilius in eius hiſtoria uirum iniquum oſtenderat. Cæterū Pōpeius hinc ad Amiſum profectus ex ambitione in odioſum affectum incidit. In multis enim improbarat Lucullum : inquiens uiuente hoſte non decere prouīciā ordinari : munera honoreſq; partiri : quæ confecto bello uictores facere conſueuiſſēt. Quæ & ipſum apud boſphorum Mithridate præualente & maiores ſtruēte copias : prouincias ordinaſſe : muneraq; diuiſiſſe : ac ſi bello finem dediſſet : ægiſſe contigit : multis ducibus multiſq; principibus : duodecim præterea barbarorum regibus ad ipſum confluētibus. Vnde & horum gratia ad Parthorum Regem ſcribens : eum quēadmodum cæteri regem regum appellare haud dignatus eſt : Ipſum etiam cupiditas quædam inuaſit Syriam occupare : atq; per Arabiā mare rubrum attingere : ut undiq; qui orbem cingit oceanus trophæis ſuis impleretur. Etenim primus ī Libya uſq; exterius progreſſus eſt pelagus. In Hiſpania apud Atlanticum mare fines Romani imperii protendit. Tertio hic Albanos perſequēs ferme ad Hircanū pelagus ꝓgreſſus eſt. Veluti ergo orbis ambitum coniūcturus : exercitum mouit. Mithridatem nanq; armis male cōprehendi poſſe uidebat : illumq; fuga q̄ prælio grauiorem. Ex quo ratus ualidiorem illi hoſtem famē futuram : q̄ exercitum : nauales copias inſtituit aduerſus negociatores : qui per boſphoranū nauigarent fretum : necemq; ī comprehenſos edixit. Deinde frequentibus copiis exercitus ſui aſſumptis iter cæpit. In quo obuiam his factus : qui cum Triario aduerſus Mithridatem infœliciter dimicauerant : qui adhuc inhumati fuerant : eos ſplendide decoreq; tumulauit. Quod cum neglexiſſet Lucullus : non iniuria odii materiam eſt nactus. Inde cum Affranio duce : Arabas qui iuxta Amanum incolunt in poteſtatē ægiſſet : & inde deſcendiſſet in Syriam : regionē hanc ueluti legitimis carentem regibus : prouinciam populi Romani ægit. Hinc iudea ſubacta : regem eius Ariſtobolum cæpit : ciuitates & quaſdam condidit : aliaſq; ſeruitute liberauit : earum tyrānis ſupplicio affectis. Plurimum autem tempus triuit : dum arbiter ītet urbes regeſq; iudicat. Quas ī in partes ipſe non ibat : beniuolos eo deſtinabat : ut ad Armenios Parthoſq; : qui de finium litibus iudicarent. Tres enim arbitros eo miſit ad eos conciliandos : magnam enim uim tum nomē Pompeii habebat : nihil etiam minor & uirtutis & humānitatis rumor. Quibus omnibus plurima domeſticorum atq; beniuolorum ſuorū delicta obruebantur. Non enim a natura ipſi datum prohibere : aut ſuppliciis delinquentes afficere. Se ipſum his cum quibus uerſabatur : talem præbebat : ut eorum cupiditates graueſq; affectus toleraret facillime. Qui plurimum apud ipſum poterat : Demetrius libertus perhibetur : non in cæteris adoleſcens inurbanus : ſed nimium fortuna inſolenter uſus. De eo hoc memoratur : Cato philoſophus adhuc annis iunior : ſed expectationē permagnā de ſe præbens : famaq; iam inſignis & dignitate in Antiochiā profectus eſt : cupidus abſente Pompeio eam urbem ſtudioſe diligenterq; inſpicere. Hic quēadmodum ſemper conſuerat : tum etiam pedes ibat : eius proximis qui iter illud ſecum agebāt equo inuectis. Cum autem ante eius urbis portas hominum cohortem in niueis aſtare ueſtibus

uidiſſet:& a parte altera ephebos : ab altera pueros inter ſeſe lectos: īdignatione motus eſt:exiſtimans hæc ob honorem quendam ſibi appræparari:qui horum nihil optaret: nihilq; præſciſſet. Comites tamen ab equis iuſſit deſcendere:ſecumq; ire. Cum uero ap propinquaſſet :tum iuuentutis illius magiſter:qui ea omnia componebat:coronā uir gamq; gerens:obuiam uenientibus factus:ubi Demetrium dimiſerint rogat:& quādo ipſe uentutus ſit. Tum Catonis beniuoli in riſum omnes effundi. Cato o miſeram in quit ciuitatem:aliud nil reſpondens præteriit. Sed aliis quidem hunc Demetrium Põ peius minus inuidioſum reddidit:faſtum eius illecebraſq; īdignatione nulla perferēs. Dicitur enim cum Pompeius ſæpius in amicorum crebris ſalutatiõibus ſtaret : ac alios atq; alios immorando ſuſciperet:illum tum molliter inſolenterq; iacuiſſe : caput uſq; aures obtegentem. Hic nondum in Italiam profectus:amœniſſima Romæ ſuburbana eſt nactus: præterea diuerſoria pulcherrima:hortos etiā precii multi poſſedit : qui de metrii nuncupati ſūt. Atqui Pompeius ipſe uſq; ad tertiū triumphum modice atq; in compoſite habitauit. Pulchrum deinde cum illud Theatrum a Romanis longe diffa matum conſtruxiſſet:ſplendidiorem domū ueluti a Theatro appendicem edificauit: quia etiam ab inuidia intactus eſt. Vnde poſt Pompeii exceſſū eius domus poſſeſſor eā ingreſſus in admirationē uenit:rogauitq; ubi Pompeius magnus cœnauiſſet. Hæc ita feruntur. Cæterum rege eorū Arabum qui apud petram Arabiæ circūincolūt:nulla hac tenus exiſtimatione Romanorum facta:non paruum tum in modū metuente: ſcribē teq; q; ī ōnibus obſequi Põpeio ſtatuiſſet:Põpeius uero mentē experiri uolēs:caſtra ad petram mouit:non ſine ferme omniū querela . Putabant.n. Mithridatis perſecutionē Pompeium euitare:& in Mithridatem ipſum fore dignius ut totis uiribus conuertere tur:ueterem ſcilicet & præcipuum hoſtem:qui ut nuntiabatur redintegratis animis ui ribuſq; per Scythas ac peonas in Italiā expeditionem præparabat. Sed Pompeius exiſti mans ſeſe aut facile illius potentiam abſumpturum:ſi pugnandi copia fieret: aut fugi entis poteſtatem habiturum:nolebat fruſtra in perſequēdo tempus terere . Vnde alia bella nō obtrectabat:nec inuitus moram trahebat. Verum fortuna omnia ſoluit. Non enim a petra longius aberat:cū poſitis caſtris inter equeſtre certamē: quod iuxta exerci tum ludi gratia agebat:apparuere tabellarii:qui litteras læta nuntiantes e ponto affere bant. Cogniti extemplo hi fuere grata nuntiari exiaculorum cuſpide. Lauri enim fron dibus coronabantur. His uiſis milites q̄primum ad Pompeium curſitare ipſumq; præ cīgere. Sed eo agonē imperfectum deſerere uolente : cum acclamarēt illi equo diſſiliit: litteraſq; ſuſcæpit. Eminentior tum aberat ſuggeſtus:& miles in illius ſtructura haud peruenerat:fieri quippe is ſolet exciſum ceſpitem exciſo accumulando ceſpiti. Propere ergo iumentorum ſellas afferens miles:editum erexit tumulum:quē cum aſcendiſſet Põpeius : ex litteris recitat Mithridatem per filii Pharnacis ſeditiones mortem ſibi cō ſciuiſſe:ac omnia quæ ipſe poſſederat:Pharnacem ſibi ſortitū : deq; his geſtis Pharna cem ad ſe Romāq; ſcriptitaſſe. Quibus auditis omnis exercitus(ut fas fuit)ſumma ala critate effuſus eſt. In ſacris deinde conuictuq; obſeruari cœptum:ueluti ī uno Mithri datis pectore:innumeri hoſtes extincti eſſent. Pompeius poſtq̄ uidit geſtis & expeditio ni ſuæ ferme ex inſperato caput datum:cōfeſtim ex Arabia exercitum mouit:ſtatimq; medias egreſſus regiones ad Amiſum peruenit:ubi munera q̄multa a Pharnace ſplen didius ornata accepit:multa etiam corpora ex regiis aſſumpſit. Ipſum etiam Mithrida tem apprehēdi iuſſit defunctum:& ex facie ipſa haud plane notum (latuerat quippe miniſtros illius cerebrū liquefactū fuiſſe)Ab exploratoribus tamen ex cicatricibus ple ne prācognitus. Ipſe uero Pompeius illum minime ītueri tolerauit ſcelus abominans: defunctum ad Synopem miſit. Quam uero portabant ueſtem armorumq; magnitu dinē ſplendoreq; admiratus eſt . Gladii thecā quadringentorum impenſa talētorum nſtructam Publius furatus:eam Ariarithi uēdidit. Cidarim Caius Mithridatis cōmē ſalis clam Fauſto Syllæ filio petēti dedit. Erat hæc admirādi & īcredibilis operis. Hæc

tum Pompeium latuere. á Pharnace uero postea comperta re: qui hæc abstulerunt pœnis affecti. Pompeius rebus illic compositis pacatisq; iter sumpsit festos cõtinuo agens dies: ad Mytilenẽ profectus: Theophanis gratia ciuitatẽ liberat: ibiq; scenicos poetas inspexit: iam tum ipsius gesta materiam habentes. Hic Theatri formã admiratus: eius similitudinẽ typũq; stilo expressit: persimile Romæ cõditurus: licet maius atq; speciosius. Cum Rhodi adesset: professores liberalium omnes audire curauit: & præceptori cuiq; talentum dono dedit. Hinc Possidonius philosophus ad Hermagoram oratorẽ scripsit: Pompeium se audiuisse: singulaq; uir ille narrauit: quæ tum in ea cõuentione quæsita fuere: eadem in Athenis circa philosophos ægit. Inde ad ornatum urbisq; eius architecturam quinquaginta talentis dimissis in Italiam festinans: sperans omnium solẽdidissimus illam attingere: sed quod fieri solet plærũq; : ĩter præclara hominũ gesta: ut fortuna semper infaustum quiddam afferre curet: id iandiu præparatum fuerat ad illius reditum tristius agendum. Mutia enim post Pompeii abscessũ ignominia domum turbauit: Pompeiusq; dum in remotis ageret: id neglexit: sed Italiam cum iã attingeret: impensiori cura rumori insistens: quod (ut opinãdum est) causã magis aprehendit: repudium illi dedit: neq; tũc neq; postea cur eam repudiasset fassus. Huius tamẽ rei causa apud epistolas Ciceronis patet. Cæterũ de reditu Põpeii uarii rumores urbem compleuere: tumultusq; hinc non paruus exortus: quod ducturus hic in urbẽ esset exercitum: & monarchia extemplo ineunda. Crassus etiam liberis pecuniisq; ad se receptis ab urbe abiit: seu uero cõpulsus metu: seu (ut magis creditũ est) ad præstãdũ rumori & obtrectationi fidẽ: ĩuidiãq; ĩ Põpeiũ exasperãdã. Ppõeius autẽ Italiam ingressus: militibus ad concionẽ uocatis: cum eos ornasset laudibus: rei accõmodata locutus: per ciuitates ac municipia disiungi iussit: & ad propria quenq; uerti: admonẽs tamen triumpho õnes cõuenire. Sic ergo soluto exercitu: admiratio omniũ animos oppleuit. Ex quo cum uiderent urbes Pompeium magnum armis positis: cũ paruo proximorũ suorum comitatu prodeuntem: nec expeditionẽ eam præferentem: beniuolẽtia effusæ eum maioribus copiis Romã assecutæ sunt enixius paratæ: seu mouere bellũ ipse cuperet: seu rebus studere innouandis. Ex lege deinde cũ cautũ esset: neminẽ ducẽ ante triumphum urbem ingredi: ad senatum oratum mittit: uti consularia comitia differrent summa ope postulauit: ut liceat præsenti sibi cũ Pisone comitia inire. Cui rei cum obstitisset Cato: Pompeius animis frustratus est. Admiratus autẽ Catonis audaciã atq; constantiam: quibus manifeste æquitatis gratia usus ille fuerãt: ipsum sibi affinitate coniungere curauit. E sorore ergo Catonis cum essent geminæ: sibi alteram: filioq; alteram uxorem postulat. Sed Catone rem suspectam habente: ueluti perditionis suæ materiã: q; illius affinitas dolo comparetur: coniunx sororq; id grauiter tulere: Pompeium magnum affinẽ haud repellendum aientes. Inter hæc optauit Pompeius ad cõsulatũ Affranium prouehere. Vnde pro inclinandis suffragiis argentum centuriis impẽsum est. Idq; susceptisse eos: qui tum ipsius Põpeii hortos ingressi essent: cognitũ est. Itaq; cum res hæ passim uulgarentur: in Pompeium obloqui cœptum: q; amplissimum eũ magistratum: in quo tot strenua ægisset: uenalẽ illis instrueret: qui uirtute assequi eũ non possent. Hæc Cato mulieribus refert: ostenditq; in quam incidissent contumeliã: si cum Pompeio affinitatẽ inissent. Quibus auditis petiuere ueniam: plane salubrius Catonis fuisse cosilium fassæ. Cæterum triumpho: licet eum ĩ binas dies partitus esset: non satisfecit tempus: sed apparatuum tot in eo prætermissa sunt: quot alteri triũpho sat fuisset præ illorum dignitate ornatuq;. Ex prænotatis autem litteris clare cognoscere erat: ex quo genere gentium triumpharet. Erant quippe regiones hæ Pontus: Armenia: Cappadocia: Paphlagõia: Media: Colchis: Iberia: Albania: Syria: Cilicia: Mesopotamia. Præterea hi qui circa Phœniciam & Palestinam incolunt: Iudei: Arabes: Piratarum etiam quotquot genera terra mariq; debellata erant. Inter hæc notabatur: castella haud pauciora q̃mille capta: Ciuitates ferme noningentæ: Piraticæ naues octingentæ.

Vrbes præſidiis Romanis firmatas eſſe undequadraginta. His quoq; addebatur uniuerſa Romanæ urbis tributa āte id bellum quinquagies decies centena milia fuiſſe: cū his uero quæ populo Romano ipſe quæſiuit: octuagies & quinquies decies centena milia. In ærarium præterea uaſa aurum argentumq; ſignatum ad uiginti milia talētorū: præter quæ militibus diuiſa ſunt. Quorum qui minus accepit: mille & quingētos æreos tulit. Captiui poſt principes Piratarum in triumpho ducti: Tigranis Armenii filius cum uxore filiaq; ipſius regis: Tigranis Coſmiæ cōiunx: Rex iudæorum Ariſtobolus: Mithridatis ſoror cum liberis quinq;: Scytharum quoq; q̄multæ mulieres: Albanorū & Iberorū ac regis Comagenorum obſides ducti. Trophæa quoq; q̄plura notata: omnia præliorum munera æqua: quæ aut ſe duce aut per legatos adeptus erat. Maximum uero ac ſplendidiſſimum fuit: & quod Romanorū nemini hactenus obtigit: q; trinū e trina uniuerſi orbis parte triumphum duxit. Nam licet tres ex hac una parte antea triumphauerint: ipſe tamen primum ex Aphrica: ſecundum ex Europa: tertium hunc ultimum ex Aſia ducens triumphū: quodāmodo uiſus eſt ex uniuerſo ambitu orbis triumphaſſe. Eius tum ætatem: qui ipſum Alexandro perſimilem dicunt: eūq; illi in omnibus æquare īnituntur: nōdum quattuor & triginta annorū fuiſſe tradūt. Sed quod eſt uerius quadrageſimum tum attingebat annum: o q̄ ipſe ſatius ſi quouſq; Alexādri fortunā nactus fuit: uita exceſſiſſet. Vlterior enim ætas fœlicitates ipſi īuidas & clades quoq; intolerandas attulit. Quā enim potentiam ex eius uirtute digne comparauerat: hac īiquius in alios utens: quantum uirium illis ipſis addebat: tantum gloriæ ſibi abſtulit. Vnde inſcius robore ac magnitudine ſua clam repulſus. Quēadmodum .n. ualidiſſimæ ac munitiſſimæ ciuitatum partes hoſtes admittunt: adiiciunt hoſti robur: ſic ex Pompeii potentia elatus Cæſar: his armis quibus in cæteros utebatur: eiſdem Pompeium auctorem euertit. Res nanq; ſic acta eſt: Lucullus ex Aſia cum rediiſſet: a Pompeio per contumeliam habitus: a ſenatu ſplendide exceptus eſt. Qui deīde ab optimis monitus Pompeio etiam præſente animum ad remp. iniecit: huius enim robur a natura ipſa iamiam obtundi: frigereq; negocia: inerti ocio opumq; deliciis dedita. Cum autē Pompeium inquietare cœpiſſet: & recta in eum uerſus: acta quæ Pompeius reſciderat: ſanari obtinuiſſet: Catone ſecum in ſenatu certante: reiectus Pompeius confugere ad tribunos plæbis coactus eſt: & ſeſe adoleſcentibus addere. Horum in primis detestandus: & omnium audaciſſimus erat Clodius: qui Pompeio ſuſcepto eū plæbi ſubiecit. Inde per medium forum eum habens iuxta ſeſe præterq; dignitatem ipſum circū ducens in ſuffragiis eo utebatur: & in gratia blandimentiſq; plæbis. mercedem etiā ab ipſo expoſtulauit: ueluti non ex probris ſed ex beneficiis Pompeius obnoxius illi foret. Solutum id poſtea precium eſt: cum Pompeius Ciceronē uirum ſibi amicum atq; beniuolum: & qui plurima Pompeii arbitrio in rep. geſſerat: neglexit. Cum enim Cicero extremo in periculo Pompeii oraſſet auxilium: ille Ciceronē coram uenire haud paſſus eſt: ſed ueſtibulo accedenti clauſo: ipſe poſtico egreſſus clam eſt. Inde Cicero iudicii metu in exilium abiit. Inter hæc Cæſar militia functus reip. ſeſe ingeſſit. Vnde hic rerū ſtatus tum beniuolentiam maximam & ī poſterum potentiam permagnam ſibi attulit: Pompeium uero maxime oppreſſit. Conſulatum deinde Cæſar petit. Qui animaduertens Pompeii Craſſiq; contentiones: q̄q; ſibi alteri ipſorum amicitia iungeretur: alteri inimicus fieret: ad amborum conciliationem uertitur: opus alias pulchrū ciuileq; : ſed exuili cauſa compoſitoq; dolo patratum. Vrbis enim potentia quēadmodum in cymba: cuius onera utrinq; æquata ſint: in unum congeſta unaq; facta: robur omne ciuitatis: quod in diuerſis altercationibus ſcindebatur: Cæſari addidit. Ex quo Cato in ciuili poſtea bello inter Cæſarem & Pompeinm conflato: falli eos dicebat: qui horū diſcordias dicerent cauſam euerſionis reip. eſſe. Non .n. illorum ſeditionem non illorum inimicitiam ſed illorum conciliationē atq; concordiam primum & maximū hoc ciuile malum urbi peperiſſe. Cæterum Cæſar cōſul deſignatus: confeſtim ad pacandos īopum

& egenorum animos cõuersus de deducendis coloniis agrisq; diuidundis rogationẽ tu lit:egrediens quodãmodo magistratus dignitatem:& ad tribunatum consulatum du/cens.Cui rei cum collega Bibulus obsisteret:& Cato ĩ suffragiis ualidissime cum Bibu/lo sentiret:Cæsar manifeste ad rostra Pompeium produxit:ibiq; eum appellans : ab ipso quæsiuit:an legem probaret.Annuente Pompeio:quid ĩquit Cæsar: siquis aduer sus promulgationem uim afferat:nõne ad plæbem auxilium laturus accedes ? Accedã equidem ait:aduersus eos qui cum ensibus uobis minitentur:ensem & clypeum ferã. Hoc dicto Põpeius usq; eam diem:neq; acerbius quicq̃ dixisse:neq; fecisse uisus . Vñ eius beniuoli purgare eum parati:uerbum illud aiebant ex improuiso Pompeium effu disse.Posthæc tamen manifeste cognitus est :õnino in rep.se tradidisse Cæsari. Iuliam etiam Cæsaris natam Scipioni pactã iãq; nuptui ducendam: id nemine sperante:post dies paucos Pompeius uxorem duxit:& ad pacandam Scipionis iracundiam:filiã Fau sto Syllæ filio antea locatam ipsi tradidit:ipse uero Cæsar Calphurniã duxit Pisonis fi liam.Ex hoc tempore Pompeius repleta urbe militibus:rem̃ omnem ui tenuit.Decedẽ te in forum Bibulo cum cõsularibus insignibus Lucullo ac Catone comitantibus:irru/entes hi desuper fasces illi effregere.Ex his etiam aliquis fimi cophinum ĩ uerticẽ & ora Bibuli iecit.Duo præterea tribuni :qui comitando præcesserant consules:saucii.Sic er/go ab his foro deserto:atq; ab aliis qui legem impugnaturi erant : de diuidundis agris promulgatum est.Ex quibus animi plæbis illecti:ad omnia illorum gesta quiescere:ni hilq; animo obuersari cœptum:sed silentio rogationes quasq; perferre sententiisq; an nuere.Acta ergo quibus Lucullus in Pompeiũ altercabatur:decreta Cæsari utraq; Gal lia cum Illyricis ad quinquenniũ in prouinciam cessit: cum quattuor legionibus.Crea ti in proximũ annum consules sunt:Piso Cæsaris socer:ac Gabinius uir ĩter omnes Põ peii adulator egregius .His perfectis Bibulus se domi claudens:octo mensibus cõsu/latus curam omisit:litteras uero dabat:obtrectans criminansq; Cæsarem Pompeiũq;. Cato ueluti ueris admonitus somniis & diuinatione certa imminentẽ urbi atq; Pompe io cladem prædicere in senatu.Lucullus curis fessus quietẽ agere:ueluti reip. ineptus ci uis.Ex quo id a Pompeio manauit:cõmodius esse seni deliciis obseruari:q̃ rerum ad/ministrationi . Extemplo tamen & ipse amore sponsæ lenitus nuptæ q̃maxime ces/sit : ĩ agris hortisq; cũ ea uictitans neglecto foro & reip. cura.Vnde Clodius tum tribu nus plæbis audacissimus intentus rebus:illum omittit.cum enim eiecisset urbe Cicero/nem:& Catonẽ captata præfecturæ materia in Cyprum destinasset:Cæsaremq; expedi tionẽ ĩ prouinciam agentem uideret:plæbemq; in omnibus haberet obsequentem:cũ ĩ eius gratiam suo in magistratu studuisset: Extemplo quædam ipsius Pompeii acta re scindere conatur . Qua in re Tigranẽ quẽ e uinculis diripuerat: comitem habet . Beni/uolis præterea quibusdam Pompeii crimen iniicit:in ipsis Pompeii potentiam expe/riri uolens.Demum cum Pompeius defensioni cuidam forte abesset:Clodius scelerato rum & impudicorum hominum multitudine septus in edito loco se collocat: deĩde sic rogat : Quis imperator impudicicia laborat ? Quis uir uirum querit ? Quis uno digito caput scalpit ? Ad quæ illi ueluti chorus quidam cum plausu discutiẽte Clodio to/gam:ad unũquodq; magno clamore: Pompeius : respondent . Hæc ingenti mœsticia Pompeium afficiunt:insolitum male de se audire:& huiuscemodi pugnæ ĩexpertum. Tristabatur etiam magis q̃ senatum nouerat hac in causa cõtumelia lætatum: Cicero nianæ proditionis pœnas exprobrantẽ.Hinc cum in foro plagas usq; ad uulnera pro/disse contingeret:& quidam ex domesticis Clodii turba sũmota se ad Pompeium tulis set:gladium a circunstantibus inferre cognitus:Pompeius quousq; Clodius magistra tum eum gessit:in forum haud ingressus est.Causam absentiæ Pompeius hãc ferebat: Sed clodii iurgia & obtrectationes:certior erant:ut fertur:testis:ut Pompeius in publi/cum non prodiret.Domi ergo se continens:cum amicis consultabat:qua ratione iracũ diã senatus posset exuere . Dicente Culleone Iuliam dimittendam esse: & ab amicicia

Cæſaris ad ſenatum redeundum: non acquieuit. His uero qui cenſebant Ciceronẽ ab exilio reuocandum: q; uir eſſet Clodio inimiciſſimus ſenatuiq; pergratus: annuit. Vnde Ciceronis fratrem cum in medio foro magna manu produxiſſet: cæſis ibi quibuſdã nõnulliſq; ſauciis Clodium ſuperauit. Quare Cicero ex. S. C. rediit: qui confeſti Pompeio ſenatum conciliauit: quiue deinde pro lege orans frumentaria quodãmodo iterũ omnis terre omniſq; pelagi populo Romano ſubiecti poteſtatem Pompeio integrã dedit. Etenim lege portus omnes negociatorum conuentus frugum diſpẽſationes & unico nomine omnia nautica atq; terreſtria Pompeio ſubdita. Clodius legem hanc a ſenatu prodiſſe: ob annonæ caritatem aiebat: Sed anguſtiam annonæ emanaſſe: ut lex promulgaretur: ueluti non ferente Pompeio potentiam ſuam contingi: ſed ex nouo quodam magiſtratu excitare eam ſemper quæritante. Alii dicunt hoc conſulem Spinterẽ machinatum eſſe: conantem ad maiorem magiſtratum promouere Pompeium: ut ipſe ad regem Ptholomeum auxilio mitteretur. Verum Canidius rogationẽ ad tribunos pl. tulit: uti Põpeius ſine exercitu cũ gemino lictore ad Ptholomeum cum Alexandrinis conciliandum deſtinaretur. Cui rei Pompeius non grauiter hæſiſſe uiſus: ſed ſenatus id omiſit: cauſa honeſte reddita: q; uiro timeret. Cæterum in ſenatu & apud forum proiectæ quædam litteræ repertæ ſunt: quibus notabatur: Ptholomeum orare: uti pro Spintere Pompeius dux ad ſe mitteretur. Timagnes uero Ptholomeum ſponte inquit fugiſſe: & reliquiſſe Aegyptũ Theophanis ſuaſu: qui materiam quærebat: ut ſenatus Pompeium cum exercitu eo deſtinaſſet: noua bellandi cauſa perquiſita. Sed hoc ipſe aſtus Theophanis non tam credibile fecit: quantum natura ipſa Pompeii incredibile: qui ambitionem non tam uafram neq; tam ſeruilem habebat. Deſignatus itaq; Pompeius rei frumẽtariæ dux: diuerſa in loca legatos amicoſq; mittit. In Siciliam ipſe atq; Sardiniã deĩde ĩ Aphricã nauigãs: uim permagnã frumẽti apparauit. Repetiturus Romã: cum mare procellis infeſtaretur: & gubernatores ſe alto committere timerent: primus nauem ingreſſus ancoram ſolui iuſſit: Clamitãs nauigare eſt neceſſe: uiuere neceſſe non eſt. Hac audacia & animo uſus læta cum fortuna omne forum frumento & omne mare nauibus impleuit: unde & cæteris extra urbem incolentibus hic apparatus ſup abundans etiam fuit: ueluti e fonte quodam immenſa frumenti copia manaſſet. Inter hæc res gallica maxime Cæſarem extulit: qui in remotiſſimis locis cum eſſet: & bellum aduerſus Belgas Britanoſq; conſereret: ob dignitatẽ & humanitatem ſuã nõ animaduertente Pompeio apud populum grauiſſimarum etiam reip. rerum curam gerebat. Corpore quidem circa rem militarem non aduerſus Barbaros: ſed ueluti uenator ĩ agonibus ſe frui uidebatur: & ſeſe inexpugnabilem timendumq; præparare. Aurũ præterea argentumq; ſpolia cæteraſq; diuitias ex hoſtibus partas (tanta horũ aderat copia) magno in numero Romam miſit: horum deinde largitionibus animos ciuium tentãs: ædilibuſq; ad ſpectacula tribuens: prætoribus quoq; atq; conſulibus eorumq; donans uxoribus: multos ſibi allexit. Quare in reditu ſuperatis Alpibus: cum apud ciuitatem Lucanam hybernaret: omnium uirorum & matronarum magnum numerũ eo acceſſiſſe memorant: cum plauſu læticiaq; ingenti ſeſe offerentium. Conſulares uiri eo profecti ſunt ducenti: inter quos Pompeius & Craſſus fuere. Proconſulum quoq; ac prætorum centum & uiginti faſces ante Cæſaris fores inſpecti. Alios quippe omnes ſpe donis q; repletos Cæſar dimiſit. Cum Craſſo autem atq; Pompeio fœdus initum: uti petant ipſi conſulatum: Cæſarq; eis auxilio ſit: ad ſuffragia frequentes mittens milites. Deinde cum declarati conſules fuiſſent: ut extemplo prouĩcias exercituſq; decerneret: Cæſarq; Gallias ĩ aliud obſignarent qninquennium. Hæc cum uulgarentur: grauiter ab optimis habita. Ex quo Marcellinus magna in populi frequentia ambos corã inter rogat: an conſulatum proximis in comitiis petituri eſſent: Cui cum a plærisq; reſpondere iuberentur: prior inquit Pompeius ſe forte petiturum: aut nõ: Craſſus mitius reſpondiſſe fertur. Inquit. n. ſe facturum: quod in uſũ reip. fore exiſtimaret. Marcellinus

itaq; cum non esset æquo in Pompeiũ animo: sed uehemẽs obtrectator fieret: q; minus grate responsum sibi fuisse uidebatur omniũ inquit Pompeius Marcellinum iniustissimum esse: gratiam non habet: q; ex muto eloquens factus sit: & ex famelico crapulam exhalans. Cæteris deinde a petitione consulatus absistentibus. L. Domitium Cato exhortatus est: ne cederet. Non enim pro magistratu aiebat: sed pro libertate publica cum tyrannis esse certamen. Vnde Pompeii fautores hunc Catonis tonum extimescentes: & ne omnis Senatus illi inclinaretur: plæbisq; ĩmutarentur animi: non permisere Domitium in forũ descendere. Sed uiros armis munitos mittentes ipsi obuiam: Melitum qui cum lampade præibat: trucidauerunt: aliosq; uerterunt in fugam. Cato fugiẽtium ultimus: dextrum cubitũ sautius abiit: uictus dum Domitium palam uindicat. Hac igitur uia dominationẽ aggressi: non honestius cætera administrarunt. Sed primum cum Catoni præturam populus decerneret: sententiamq; proferret: Pompeius incusatis auguriis concionem dimisit. Antiam postea & Vatiniũ corruptis largitione centuriis elegerunt. Deinde tribuno plæbis Trebonio rogationẽ tulere: uti Cæsari (hoc enĩ ei ex priuato fœdere debebant) secundum quinquẽnium in gallias decerneretur: Crasso Syria & expeditio in Parthos: Ipsi Pompeio Aphrica & utraq; Iberia cum quattuor legionibus. Quibus peractis Pompeius ex his legionibus petenti & oranti Cæsari duas ad bellum gallicum concessit. Crassus consulatu dimisso in prouinciam profectus est. Pompeius constructo theatro: gymnasia alia atq; alia: sed in eius consecratione musicum exhibuit: uenationes præterea quibus quinginti leones cæsi: elephantes deinde: horrendum quippe dirumq; spectaculum. Ex his iterum in admirationẽ populi atq; beniuolentiam ductus permagnam in se conflauit inuidiã: q; ueteribus amicis militiã prouintiasq; discernens: ipse per amœna Italiæ loca tum hic tum ibi uxori cedebat. Non enĩ siue amans siue amatus disiungi patiebatur. Hoc quippe ferebatur uulgatumq; erat: sponsam uirũ prænimium amare: quæ immature carere eo nequiebat. Sed huius causa fuisse uidetur uiri continentia: qui non nisi illi admisceretur: modestia etiã consuetudinis domesticæ: res quippe pergrata & qua mulierũ genus maxime oblectatur. Continentiæ uero credendum erat: ni Flora ipsa scortũ periurio criminetur. Fertur comitialibus ludis: cum saucii quidã cæsiq; nõnulli ad Põpeium uenissent: eumq; sanguinis contactu cruẽtassent: uestem mutandã petiisse. Qua in re cum tumultus seruorũ illã portantiũ cursusq; permagnus fieret: sponsa quæ tũ erat grauida: toga inspecta cruenta: collapsa semianimis est: uixq; id tulit. Ex hac turbatione metuq; ĩmature ferunt partũ editum. Qui ergo Cæsaris atq; Põpeii amicitiã querebantut: muleris amorẽ maxime incusabant. Iterum ea grauida facta fœminã peperit: atq; e dolore pariendi mortẽ obiit. Nata etiam non multos post dies matrẽ secuta. Põpeius cũ cõiugẽ apud Albanũ tumulare apparet: a plæbe coactus ĩ cãpum martiũ funus extulit: ĩ quo magis spõse miserato cognita est: q̃ Cæsaris seu Põpeii gratia. Verũ ex duobus his magis absenti Cæsari q̃ præsẽti Põpeio honoris tribui uisum est. Cõfestim enim tumultuari ciuitas cœpit: resq; oẽs insano discordiq; sermõe uersari: ueluti hactenus magis occuluisset ĩgeniũ: q̃ extinxisset uiroꝝ horum affinitas. Non multũ deinde post Crassi clades apud Parthos accepta Romæ nũtiatur. Is quippe cum magnus eẽt obex belli ĩtestini: defunctus uiris frena laxauit. Ambo enĩ eũ timuerãt: eoq; uiuẽte q̃sq; uiro ĩsidebat: ut uero fortunæ obstaculũ illud certaminis abstulit: extẽplo (ut inquit comicus) alter ĩ alterũ ungitur: & in arena manus fricat: tã parum fortuna humanæ naturæ cõfert. Ea enĩ nihil cupiditatẽ implet: ubi tanta imperii ãplitudo diuersarumq; magnitudo nationũ locorumq; duobus sat nõ ẽ uiris. Audiẽtes legẽtesq; oĩa ab eis tripartita quondã fuisse: ac unumquẽq; sua sortitum acquieuisse: Romãum imperium sibi nõ sufficere arbitrati sunt. Atqui Pompeius pro cõtione se ĩquiebat: magistratum oẽm antea assecutum q̃ sperauisset: eumq; deposuisse citius q̃ speratum eẽt. Et Hercle certissimũ sibi testimonium erãt exercituũ dimissiones. Cum uero Cæsar copias dimissurus nõ uideretur: quærebat Pompeius publicis magistratibus aduersus Cæsarem se munire. Aliud nihil tamen ĩnouabat: uolens omnino nõ credere: sed despicer

magis ea negligereq; . Cæterum ut dilata comitia ſunt ciuibus largitione corruptis: Põ peiuſq; interregnum deſpexit: Rumor extẽplo ad dictatorẽ exortus ĩ urbe eſt. Hunc Lu cilius tribunus plæbis primum efferre eſt auſus: plæbi ſuadẽs : uti Pompeium dictatorẽ declararent . Verum cum his obſiſteret Cato: Lucilius fere ſe tribunatu abdicare coactus eſt. Pompeium tum amicorum militi excuſauer̃ : q̃ magiſtratum illum non quæſiuiſ ſet: pro eo nil obſecrauiſſet: eumq; haud uoluiſſet. Quæ cum laudauiſſet Cato: Pompe ium exhortatus eſt: ad reip. curam recapeſſendam . Ob quæ ueritus Catonẽ ille ad prio rem ornatum urbis uerſus eſt: creatiq; cõſules ſunt Domitius ac Meſſalla . Sed cum po ſtea res ad interregnum rediſſet: ſermoneſq; multi de dictatore itez excitarentur: uim ex timeſcens Cato cenſuit legitimum quendam magiſtratum Pompeio dandum: & impu tam illam dictatoris potentiam atq; tyrannidem abolendam. Qua in re Bibulus Pom peio inimicus prior in ſenatu rogationem tulit : ut unicus conſul Pompeius decernere tur. Aut eĩm inquit reſp. ab inſtante turbine ſalua fiet: aut optimo parendum erit. Hæc ſententia cum propter oratorem monſtruoſa uideretur: ſurgens Cato : expectationem præbens : q̃ Bibulo contradicturus eſſet: ſilentio acto: eidem ĩnixus eſt : a ſeſe illam in quiẽs minime afferendam fuiſſe: ſed ab alio illatam comprobare iubereq; ĩ ipſã iri quẽ cunq; magiſtratum magis eligens: q̃ neminem: Pompeiumq; exiſtimans ea tempeſtate ſalubrius: q̃ alium eſſe præfecturum. Quo a ſenatu ſuſcepto: decretum eſt: uti Põpeius conſul creatus ſolus magiſtratum gerat: ſiq; collega opus eſſet: non ante duos menſes experimento doctus collegam ſumeret . Sic ergo per Sulpitium interregem Pompeius conſul factus: Catonem grata beniuolentia ſalutat: gratias ſe illi habere taſſus: eũq; ora uit: uti priuatim in eo magiſtratu conſilii curam ſecum gereret. Sed Cato Põpeium gra tias ſibi habere haud dignum exiſtimauit . Ob eum enim nihil ſe dixiſſe reſpondit: ſed ob reip. cauſam. Priuatim uero rogatus conſultor fieri &ſi minime id rogetur: publice ſe dicturum ĩquit: quæ ĩ remp. fore iudicauerit. Huiuſcemodi in oĩbus erat Cato. Pom peius ĩ urbem profectus: Corneliã Meteli Scipionis filiam duxit: nõ uirginẽ ſed uiduã nuperrime relictam a Publio Craſſi filio: qui apud Parthos defunctus eam uirginẽ du xerat. Aderant quippe puellæ: præter ẽt formoſitatẽ multæ amoris gratiæ. Circa enĩ lit teras pulchre perita circa fides circa geometrica: præterea cõſueuerat philoſophicis ſeſe ſaluberrĩe præbere. Mores deinde oĩ faſtu & ĩportunitate mundi: quæ duo iunioribus obuerſari fœminis ſolent: ĩ eaſdẽ diſciplinas ductis. Pater & genere & gloria haud pudẽ dus. Id tamẽ cõiugium: quia ĩcongruũ ætate uidebatur: multi ĩprobauere: filio. n. Pom pei illã fore magis copulandã ea ætas admõebat. Honeſtiores uero ciues rẽ romanã tum a procellis uectã a Põpeio deſpici aiebãt: quẽ populus liberatorẽ urbis cõſtituerat: eũq; unicũ ei curæ præfecerat. Sed ipſe ſertis ĩquiebãt coronat̃: nuptiaſq; celebrat: cũ cõſula tum ipſum rẽ ĩfortunatã ſibi fore exiſtimare deberet: q̃ haud ſibi ita præter legẽ manda tus eſſet: ſi floruiſſet patria . Cæterũ cum ĩ reos ãbitus ac ex largitiõe corruptos præſide ret: leges ſcribẽs: ꝑ quas iudicia ferebãt̃: ĩ cæteris ſe honeſtũ ĩtegrũq; ſeruauit . Præſidiũ ornatũq; ſimul q̃tẽq; ĩ curia ſuo cõſẽſu ſuiſq; armis præbẽs: in Scipiõe tãtum ſocero: q̃ tum dãnari uidebat̃: crimen nõ effugit. Apud. n. ſeſe ſexagĩta ac tricẽtis iudicibus do mi cõuocatis auxiliũ illi attulit. Quaꝝ accuſator ab rei ĩpetitione deſtitit: cũ Scipionẽ ui diſſet medio ĩ foro a iudicibus præcõitatũ . Itez & male de ſe Põpeius audiuit: quod cũ leges ſtatuiſſet: ne ꝑ eis laudes fierẽt: ipſe ad iudices ĩgreſſus ẽ: Plãtũ laudaturus: ĩn quo Cato (erat. n. ex iudicũ numero) aures manibus obſtruẽs: nõ uelle ĩq̃t ſeſe habere laudes: præter legẽ auditurum. Vñ Cato prius q̃ ſñiam ferret: electus eſt. Plantus tñ iudicium ſñiis eſt dãnatus nõ ſine Põpeii rubore. Poſt paucos ẽt dies Hypſeus uir cõſularis iudici um uitãs: cognito Põpeiũ ad cœnã lotum ꝓficiſci: eius genubus accubuit: eũq; obſecra re cœpit. Sed Põpeius cum faſtu eũ præterit: illum ĩqens cœnã ſibi diſpdeñ: aliudq; cõ cluſit nihil. Sic ergo iniquior eſſe uiſus: probris laceratus eſt. Cætera autem omnia ordi ne compoſuit : collegamq; ſibi ſocerum ad reliquos quinq; menſes delegit . Deinde de creto ſenatus prouinciæ ſibi in aliud quadriennium datæ milleq; talenta quotquot ãnis

ſumere:quibus exercitum teneat:alatq;. Quibus cognitis amici Cæſaris dignum exiſti mauere & de Cæſare rationem habendam eſſe:qui pro romano imperio tot bella tracta bat. Aut enim dignum eum dicebant ſecundo potiri conſulatu:aut militiæ tempus ſibi prorogandum:ne dux alius ei ſuccedens gloriam laborum ipſi auferret:ſed ipſe honoris præmia iniret. Circa id cum altercatio orta eſſet:Pompeius ueluti ex beniuolẽtia pro Cæ ſare inuidiam eſſet excuſaturus:ſe litteras habere a Cæſarẽ inquit:quibus optabat ſucceſ ſorem & ſe ab expeditione liberari. Ius tamen petendi conſulatum dari ſibi licet abſẽti: æquum eſſe cenſere. His cum obſiſteret Cato:Catoniſq; factio:iuberentq; Cæſarem di miſſo exercitu priuatum uenturum : quod commode obtinere poſſet:Pompeius nulla contentione facta ſed ueluti uictus ſuſpitionem de ſe maiorem præbuit : ꝙ ægre in Cæ ſarem ſentiret. Miſit deinde pro legionibus quas Cæſari commodauerat:eas repetens re bus Parthicis ſimulatis. Sed Cæſar licet noſcet:quibus ex cauſis milites repeterentur : ipſos remiſit grate ampleq; donatos. Inter hæc cum Pompeius ãpud urbem Neapolim cum uitæ periculo elanguiſſet:conualuit. Hinc Praxagoræ ſuaſu eius urbis ciues ſacra pro ipſius ſalute duxerunt. Quos cum ĩmitarentur finitimi:& deinde cum res hæc ſic Italiam omnem ambiret:quæq; magna & quæq; parua ciuitas dies q̃ plures feſtos egit. Præterea undecunq; ſibi ſic obuiam prodi tum eſt:ut pro numero nullus ſatis eſſet lo cuſ:ſed uiæ oppida portus omnes paſſim uictimis ac libaminibus repleri. Multi præte rea ſertis ornati ſub lãpadibus eum ſuſcepere:floreſq; in eum iacere:gradientemq; uſq; comitari. Vnde ipſius cultum profectumq; pulcherrimum ac ſplendidiſſimum ſpec taculum eſſe. Quod inter alias belli cauſas non minimam fuiſſe ferunt. Subiit enim faſtus illi exuperans cum magnitudine ſimul læticiæ omnem agendorum rationẽ. Præ terea fœlicitates geſtaq; ſemper tuto in loco ponens obq; id deſinens cautior eſſe:in ĩpu ram audaciam contemptumq; incidit de Cæſaris uiribus : ꝙ non armis non aliquo in duſtrio opere ſibi opus foret:ſed multo facilius Cæſarem eſſet abſũpturus:q̃ eum ãtea ſublimauiſſet. His addebant Appii redditus qui legiones Cæſari conceſſas Pompeio e Gallia adduxerat. Is enim maxime res gallicas Cæſaris extenuauit:& in Cæſarem ma ledicacem exercuit linguam:ipſumq; Pompeium dicebat ſuarum ſe uirium nominiſq; ignarum eſſe:qui aliis armis in Cæſarem muniretur:quem eiſdem Cæſaris copiis perdi turus erat:cum primum inſpiceretur. tantum eſſe odium aiebat : quod milites in Cæſa rem ſeruabant:tantumq; eſſe deſiderium quod aduerſus Pompeium tenerent. His er go Pompeius elatus eſt :ac huiuſcemodi contemptus ob ingentem fidutiam ita pleniot factus eſt:ut eos qui bellum extimuiſſent:eluderet. Cumq; dicerent quidam ad inuaſio nem Cæſaris ſe non uidere:quibus uiribus ſe Pompeius tueatur : ſubridens multoq; ꝑ fuſior eos haud ea curæ ſibi fore admonuit. Cum.n.inquit terram Italiæ pede pulſabo: ſcatebunt pedeſtres equeſtreſq; copiæ. Sed Cæſar ualidius iamiam rebus imminebat : qui cũ nõdum longe Italiam attigiſſet:ſedulo ad urbem deſtinabat milites: ut comitiis adeſſent. Multos hic tũ ciues pecuniis ſibi allexit:multos etiã primorum munere placa uit: Inter quos Paulus conſul ob mille & quingenta talenta mutatus eſt : & Curio tribu nus plæbis a Cæſare ingẽti ære alieno liberatus :ac. M. Antonius ob amicitiam Curionis eorũ quæ Curio debebat particeps. Improbatus tũ inter hæc Cæſar eſt: ꝙ cũm quis ex his qui ab ipſo uenerant:ſtans iuxta ſenatum audiſſet:ꝙ Cæſari prorogatio nõ daretur: manu enſis capulo percuſſo:inquit:At hic dabit gladius. Hæc itaq; acta apparatuſq; ĩ hanc mentem inclinabantur. Curionis tamẽ ſentẽtiæ preceſq; pro Cæſare magis popu lares uideri. E duobus.n.unum æquum fore cenſebat. Aut a Pompeio repetendum ex ercitũ:aut Cæſarem ab expeditione non reuocãdum. Aut.n.priuatos iuxta eos perpeſ ſuros dicebat:aut æmulos in his quæ publice obtinent quieturos. Sed hic alterum inua lidum facere moliẽs:quã timet potẽtiã geminat. Ad hæc cũ conſul Marcellus prædonẽ appellaret Cæſarem:iuberetq; eũ a ſenatu hoſtẽ iudicari:ni arma ponat: Curio comite Antonio ac Piſone ſenatum redarguere ſtatuit. Iuſſit.n.eos qui cenſerent Cæſarẽ tanta arma ponere:Pompeiumq; in magiſtratu eſſe:e loco trãſferri:& maior eorum numerus

in alteram curiæ partem trãſlatus eſt. Poſt autem cum iuſſiſſet tranſferri eos: qui cẽſerẽt ambos ab armis amouendos: nulloq; eſſe in magiſtratu: pro Pompeio duo & uiginti tã/tum ſenſere: Curiõi uero omnes hæſiſſe uiſi. Ex quo hic ueluti uictor ſplẽdidus lætuſq; ad plæbẽ ꝓuectus ẽ: atq; ab ea cũ plauſu iniectuq; ſertorũ florumq; ſuſceptus: Põpeius tum in ſenatu non aderat. Exercituum enim ducibus urbẽ ingredi haud mos fuit. Mar/cellus inter hæc ſurrexit: ſe inquiens ſedendo orationes non audire. Deinde cum uideo inquit decem legiones iam Alpium iuga exuperantes: uado & ipſe uirum miſſurus: qui pro patria eis obiiciatur. Hinc ueſtes ueluti publico in luctu mutauere. Marcellus autẽ ad Pompeium per forum graditur: ſenatu ſubſequente qui coram illo cõſtitutus: iubeo te inquit Pompei patriam defẽdere: fruiq; præparatis copiis: & aliarum delectũ habere. Eadem dixit Lentulus: alter in proximum annum tum conſul deſignatus. Pompeius inde cum cœpiſſet delectum ãgere: alii non paruerunt: alii & hi pauci ſegni fragiliq; ani mo dictis acquieuerunt: plæriq; uero militiæ ſolutionẽ acclamare. Antonius. n. Cæſaris epiſtolam inuito ſenatu apud plæbem recitauit: affectus populari gratiæ accõmodatos continentem. Orabat enim ambos prouinciis excedere: & exercitibus dimiſſis ſub plæ be ambos conſtitui: plæbiſq; iudicio ſubiici. Lentulus iam inito conſulatu ſenatũ haud habebat. Ciceroq; nuper e Cilitia profectus: conciliationem amborum agitabat: ut Cæ ſar Gallia decedens: reliquo dimiſſo exercitu cum duabus legionibus apud illyricos alte rum expectaret conſulatum. Quibus dedignante Pompeio perſuaſi ſunt beniuoli Cæ/ſaris alteram legionem etiam dimitti. Sed aduerſante Lentulo iterumq; acclamante Ca tone falli eos: Pompeium decipi: concordiæ finis nemo datus. Dum hæc aguntur: nun tiatur Cæſarem Ariminum ciuitatem amplam Italiæ apprehendiſſe: ac palã cum omni bus copiis Romam impetere. Sed hoc falſum erat: proficiſcebatur. n. maiorem non ha/bens manum q̃ tricentorum equitum: & quinq; milium peditum. Alias. n. copias quæ trans alpes tum erant: non expectauerat: irruere extemplo turbatis rebus improuiſiſq; magis eligens: q̃ tempus hoſti præbuiſſe ad pugnæ apparatum. Ad fluuium igitur rubi conem profectus: qui prouinciæ ſuæ limes erat: ſilentio ſubſedit mente anceps. Secum enim uoluebat magnitudinem audaciæ. Deinde ueluti qui iu uaſtam profunditatem a præcipitio ſe inducunt: animo muſans: & ad ingentem rem ſtupidus: cum ad adſtãtes uerſus hoc ſolum græce exclamauiſſet: Iacta alea. Sic exercitum traiicit. Huius rei ru/mor cum primum in urbẽ irruiſſet: eamq; palam compleuiſſet: metus tumultuſq; qua/lis nunq̃ antea terrorem paſſim iniecit. Patres extemplo ad Pompeium delati: omneſq; magiſtratus ſimul concurrere odiſſeq;. Deinde interrogante Tullo de exercitu deq; ap paratu: & Pompeio ſubtrepide aiente: a Cæſare profectos præſto ſe habiturũ: putareq; priorem delectum quem celere egerat: ad numerum fore triginta milium: exclamauit Tullus: eluſiſti nos Pompei: lega: toſq; ad Cæſarem mitti cenſuit. Faonius uero in cæte/ris homo haud improbandus: ſed licentia atque iurgiis qua ſæpe conatus audaciam Ca/tonis imitari: tum iuſſit Pompeium terram pede pulſare: quas promiſerat copias conuo cantẽ. Quam intemperantiam Pompeius modeſte tulit. Cato inde cum Pompeiũ ad moneret eorum: quæ in ipſo initio de Cæſare ſibi prædixerat: reſpondiſſe Pompeius fer/tur: diuiniora illa fuiſſe quæ Cato uaticinatus fuerat: ſed mitius ab ſe peractũ extitiſſe. Hinc Cato ſententiam dixit: uti Pompeius dux imperatoria poteſtate deligeretur: addẽs huiuſcemodi uirorum eſſe magna efficere mala eademq; fugare. Hic autẽ extemplo ĩ Siciliam profectus eſt: Eam enim prouinciam ipſe ſortitus fuerat: aliorumq; quiſq; ut ſors dedit aliam ſibi deſignatam petiuit. His ergo omni ferme Italia cõmota: quid agen dum eſſet: cuiq; in dubio erat. Alii fuga Romam repetiuere: alii ab urbe foras efferri: lin quentes urbem tot procellis tantoq; turbine innectam habentẽq; quod in uſum foret p fragile: quod uero euitandum: ualidius duobuſq; ipſis perdifficile. Non. n. fas erat me tum ſoluere: neq; ſinebat quis ratione Pompeium uti: ſed oĩs qua perturbatõe affectus fuerat territus aut mæſtus uel ãxius: eadẽ illũ opprimebat. Eadẽq; die diuerſa innitebat ĩ cõſilia: de hoſtibus nil Põpeio audire certũ erat: cũ nũciarẽt multi quæ caſu ꝓcepiſſẽt:

deinde ꝙ postea re aliter comperta negaretur fides. Ergo cum statuisset huiusce turbationis certior fieri: omnes iubens partes sequi: præmonito ꝙ qui remānsisset: uir Cæsaris existimaretur: urbem circiter diluculum liquit. Consules tum nullis peractis sacris quē admodum in bellorum auspiciis fas erat: effugerunt. Inter hæc ipsa pericula & desidera tus Pompeius est magna uirorum beniuolentia. Cum. n. multi obtrectarent militiam: repertus nemo est: qui ducem odisset: sed certum erat plures eos esse qui Pompeium lin quere haud possent: q̄ qui ob libertatem tutandam fugerunt. Paucis inde diebus post Cæsar Romæ cum castra admouisset: eam apprehendit. Qui cæteris placide benigneq; pertractis: uni tantum Metello tum tribuno plæbis ꝙ ex ærario Cæsarem assumere cēsū uetuisset: necem comminatus est: minisq; addidit orationem etiam asperiorem. Inquit enim non magis id sibi dictu q̄ factu graue. Ergo Metellum cum inde admoueri coegis set: capto pro opportunitate censu Pompeium persequitur: eum ab Italia eiicere prope rans: anteq̄ ex Hispania copiæ illi cōiungerentur. Pompeius autem Brūdusio susceptо: potitus classe consules confestim traiicit: cūq; consulibus cohortes triginta Dyrrhachiū permittit. Scipionem uero socerum ac sui filium in Syriā misit ad classem construēdā. Ipse uallo Brundusii portas munīēs: præterea in mœnibus instituens leuis armaturæ q̄ multos milites: iubensq; brundusinos absq; metu domi esse: omnem īterius ciuitatē effodit: uallauitq; acutisq; sudibus īpleuit omnes ipsius uicos: præter duos ꝑ quos ipse ad mare descendit. Tertia deinde die cæteram multitudinem in nauibus magno silētio locatam habuit: quo facto murorum custodibus dato signo: cum eos accelerantes susce pisset: extemplo cum omnibus nauigat. Cæsar cum derelicta ab hoste mœnia uidisset: fuga intellecta: parum ferme abfuit: quin in sudes fossasq; præceps inferretur. Sed rem aperientibns brundusinis: Cæsar inspecta ciuitate circumq; ambita soluisse omnes in uenit: præter milites paucos qui cum duabus superseder̄at nauibus. Alii hunc Pompeii abscessum inter sua præclara rei militaris opera reponunt. Sed Cæsarē admiratio cæpit: quod Pompeius qui ciuitatem permunitam habebat: quiue copias expectabat ab Hispania: pelagiq; tū erat possessor: ita Italia relicta abscessisset. Incussat & ipsum Cicero: ꝙ Themistoclis militiam magis imitatus esset: q̄ Periclis: cum res ipsi huius magisq̄ illius gestæ similitudinem agerent. Inter hæc Cæsar: quoniam tempus aduersum extimescebat: studiosissima pacis opera ostēdit. Capto quippe Numerio Pompeii beniuolo Brundusium eum misit: rogans æquo in iure conciliari. Sed Numerius cum Pompeio adnauigauit. Cæsari igitur diebus sexginta Italia absq; cæde potitus: de ꝑsequēdo hoste consultat: sed ex defectu classis mutatis animis castra ad Hispaniam mouet: optans co pias quæ illic Pompeio militabant ad sese ducere. Dum hæc aguntur: magnæ uires Pōpeio conuenere. Vis. n. maritima ferme inexpugnabilis affuit: quingentæ naues ad pugnam expeditæ: & ī ampliori numero speculatoriæ liburnæq;: equitum Romæ ac Italiæ flos milia septem non genere non opibus non dignitate infimus: peditum uero quod is promiscuus erat: & egebat exercitationis: in Iberia subsidens exercebat: non quidem piger: sed ueluti pruna florens iuuentute gymnasiis frui. Magnum quippe tum erat ad animorum fiducutiam Pompeium magnum aspicere duodesexaginta annos natum: pedites primo deinde eqtes ī armis exercere: nudareq; perstrenue ensem equo currenti uectum: cōdereq; peropportune: præterea ī iaculatu non agilitatem tātum: sed robur ꝑ tenore ostētare: quē ex iunioribus plæriq; haud exuperabāt. Ad ipsum cōfluxerunt & reges & nationum prīcipes: atq; a Roma tot primoꝝ: ut circa se numerus pfecti senatus esset. Accessit & Labeo Cæsare relicto: cum quo longa frætus amicitia in gallos militaue rat. Deīde & Brutus eius Bruti filius qui ī gallia cæsus fuerat: uir qdem magnanimus & q Pōpeio nil de accessu prædixerat: āteaq; Pōpeium nunq̄ salutauerat: ceu patris interfectorē: Sibi tum ille sese subiecit: ut duci q ꝑ libertate patriæ arma sumpsisset. Cicero ēt licet aliter scripsisset: censuissetq;: tñ pudore ē captus: nō esse ī eoꝝ numero q ꝑ patria se piculis obiicerēt: delatus & Sestius hoc ē homo ætate decrepitus: cui alteꝝ ī Macedōia crus mutilatum fuerat. Hunc cum ipsum eluderēt cæteri: riderētq;: Pompeius primo ī

cõſpectu aſſurrexit: occurritq; : magnum exiſtimãs ſibi teſtimonium fore uiros præter ætatẽ uiresq; pro libertate cõmune periculum cum ipſo ſubire. Habito deinde ſenatu & Catone ſententiã dicente: cum ſtatuiſſẽt neminẽ ciuẽ extra aciẽ ĩterimẽdum: neq; ciuitatem Romæ ſociam diripiendã: tum magis Pompeii partes amari cœptæ. Quibus enim belli nullum cõmercium erat: ut q̃ procul incolerẽt: aut q̃ ex eoꝝ fragilitate negligerẽt: Hic cum animis fauore & oratione æquitati cõcertare: putãtes deorum hominumque hoſtem illum eſſe: qui cum uoluntate Pompeium uictorẽ eſſe non optaret. Nihil tamẽ minus & Cæſar beniuolum ſeſe uincẽdo præbere: qui Pompeii copias cum in Hiſpania ſuperauiſſet: captiuaſq; duxiſſet: eaꝝ duces abire dimiſit: militeſq; ſibi adiunxit. Deĩde iterum alpibus exuperatis Italiam percurrens ad Brunduſium delatus eſt: cum iam dies breuiſſimi anni forent: pelago hinc ſuperato ipſe ad Nerricum mouit: Iuliumq; uirum Pompeio amicum captiuũ habẽs ad Pompeiũ mittit: eum prouocãs uti in unum ambo conueniant: tertia inde die copias omnes ſoluturi: amiciq; facti iureiurãdo obnoxii in Italiam redeãt. Hæc Pompeius dolum iterum eſſe exiſtimauit: celerq; ad pelagus profectus: loca omnia oppidaq; apprehẽdit: quæ uel receptacula ad pedeſtres copias haberẽt: uel ſtationes aut ſigna quædam nautis eſſent. Vnde quocũq; ſpirante uento aut frumẽtum aut milites aut pecuniæ Pompeio afferebãt. Cæſar interim & terra mariq; locorum anguſtiis oppreſſus neceſſitate uictus pugnam exoptabat. Hĩc aggreſſus perſæpius hoſtium munitiões: eoſq; laceſſens leuibus præliis plæraſq; earum cæpit. In his & obtigit: ut fere peſſũdatus Cæſar fuerit: omnemq; amiſerit exercitum: Pompeio ſtrenue certãm ingreſſo ac uſq; omnium fugam cum cæde duorum milium perſequẽte. qua in re cum ui irruere: aut congredi aut non timere neſciuiſſet Pompeius: Cæſar dixiſſe fertur: ea die uictoriam apud hoſtem fuiſſe: ſi uincentem habuiſſent. His itaq; Pompeii milites elati: rem omnẽ ferro decerni ſtudebãt. Pompeius Regibus Ducibus Vrbibuſq; externis uelu ti confectum eſſet bellum nuntiauit. A periculo autem pugnæ longe abhorrebat: putãs & tempore & anguſtiis ſeſe uiros expugnaturum: uiros armis inuictos: ſuetoſq; annis q̃ multis ſimul uincere: & ad aliam militiam erroreſq; ac mutationem caſtrorumq; foſſas murorumq; erectiones ob ſenectam tardos: obq; id congredi manumq; cõſerere celeres. Nihil minus parumper antea Pompeius ad ſuos uerſus: ut manerent exhortatus eſt. Cum uero poſt pugnam Cæſar ob anguſtias cõmeatus caſtra mouiſſet: & p Thamanos Theſſaliam peteret: Pompeianorum animi haud amplius contineri potuere: ſed fugere Cæſarem clamantes: alii ipſum mox perſequẽdum: alii in Italiam tranſeundum cenſebant. Seruos alii amicoſq; Romã deſtinauere ad domos iuxta forum cõducendas: uelu ti confeſtim magiſtratus inituri. Voluntarii etiã multi Leſbum ad Corneliã nauigauere nuntiantes bellum finem habere. Illuc. n. Pompeius ipſam ſubdeſtinauerat. Frequente uero ſenatu Affranius ſententiam dixit: Italiam fore tenendam: eã enim eſſe maximum belli præmium: ſtatimq; his qui eã habuiſſent aiebat addi Siciliam Sardiniam Corſicã Hiſpaniam Galliamq;. præterea oms ipſiuſq; patriæ preces plurimum ad Pompeium ferri: manus propemodum ad eum protendentes: pulchrumq; non eſſe eam deſpicere: propulſatam famulantemq; ſeruis & tyrãnorum adulatoribus. Ipſe uero Pompeius non ſplendoris ſui exiſtimabat Cæſarem fugientẽ non perſequi fortuna id dãre: Præterea indignum iniquũq; cenſebat Scipionẽ linquere: alioſq; cõſulares uiros circa Græciã ac Theſſaliam confeſtim in poteſtatem Cæſaris uenturos cum cenſu copiiſq; pmagnis: Romæ ſatis eos errare inquiebat: qui remotiſſimis in locis bellum pro ipſa gererent: ut quieta malorumq; expers libera uincentem expectaret. Hæc cum ſtatuiſſet: Cæſarem p ſequitur: animi quidem certus pugnam non inire: ſed obſidiõe ambire hoſtem: ppiuſq; inſequẽdo eũ anguſtiis cõmeatus conterere. Hoc. n. maxĩe ſibi cõducere: & alia ex cauſa putabat. Sermo. n. ĩter eqtes ſparſus erat: q̃ cõfeſtim profligato Cæſare decreuiſſet priuatus eſſe. Dicũt alii Põpeium huius rei metu nulla ĩ re alicuius digna opera Catõis uſũ fuiſſe: ſed q̃ ĩ Cæſarem proficiſcẽs: maritimi apparatus præfectũ eũ liqſſet: trepidus ne Cæſare cæſo: ab eo cõfeſtim cogeretur magiſtratum ponere. Quietus ergo cum hoſtes

inſequeretur:in crimine obtrectationeq; erat:q; non contra Cæſarem militiã ducerent: ſed in patriam ſenatumq;:ut omni in tempore dux eſſet:& abeſſet nunq̃ ab his qui eũ dominari optabant:ac miniſtrorum ſatellitumq; uſu. Domitius autẽ Barbus Agamenonem eum & regem ſemper appellare ſolitus:inuidia ipſum purgebat. Phaonius præterea non minus infeſtus erat:uir ſummæ audaciæ & maledicati lingua potens: uiri.n. acclamabat:hoc non licebit anno ficus in tuſculano carpere. Lucius etiã affranius:is qui in Hiſpania copias amiſit:proditionis haud intactus:Pompeium tunc aſpiciens pugnã detractare:mirari ſe eos dicebat:qui eum incuſabant:cur ad inſtitutorem prouinciarum profecti animo pugnent. Hæc huiuſcemodiq; alia multa oblocuti Pompeium uirum fama & pudore aduerſus notos inferiorem ui compulere:ut optatibus & illorum ſpei obſequeretur:optimãq; ſuam rationem omitteret:quod non unicæ nauis gubernatori:nedum tot militum & copiarum ampliſſimæ poteſtatis duci tolerãdum fuerat. Hic q̃ppe medicos qui nunq̃ cupiditati obſequerentur:laudans:longiori ipſe militiæ ceſſit: ueritus ne in ſalute mæſtior fieret. Qua.n.ratione diceret quis illos fuiſſe ſoſpites: cum alii iamiam conſulatus ac præturas alii per caſtra circunducti ambibant? Scipioni ac Spinteri Domitioq; de pontificatu Cæſaris contẽtiones altercationeſq; ac conciliabula erant: ueluti aduerſus ſeſe Tigranes Armenus aut Nabateorum Rex militaret:nõ Cæſar ipſe Cæſariſq; illius copiæ:cum quibus mille urbes ui cæpit:regioneſq; trecentas ſubegit: a gallis germaniſq; pugna inuictus:qui prælia plura geſſit: q̃ recenſere quiſq̃ poſſet: qui decies centena milia hoſtium perſequendo cecidit. Hi tamẽ pugnam exoptare auſi: tumultuq; ei imminere cum in pharſalicum campũ deſcendiſſet: Pompeium ſenatũ habere coegerunt:in quo Labienus equitum præfectus pro roſtris primus ſe iurauit nõ antea a pugna reuerſurum:q̃ hoſtes in fugam egiſſet. Eam & omnes ſententiam iureiurãdo affirmauere. Cæterum per quietem uiſum Pompeio eſt:ad Theatrum ſe proficiſci: inq; eo plæbis uulgus ſibi longe applaudere. Ipſe Veneris uictricis templũ multis exornare ſpoliis uidebatur. Ex quibus præbuere hæc fidutiã:hæc terrorẽ iniecere trepido ne generi Cæſaris quod a Venere dictum eſt:gloria ſplendorq; ex ſeſe fieret. Seduli deinde per tumultum ſtrepitus eum a ſomnio excitauere. Vltima hinc uigilia ipſo in diluculo quietem permagnam agente:in caſtris Cæſaris ingens flamma emicare uiſa:ſupra Pompeii exercitum aduolauit. Hoc ſe uidiſſe Cæſar affirmat:cum uigilias circumambiret. Prima deinde luce cum uaſa collegi iuſſiſſet:& contubernia raperent milites:ac impedimenta præmitterent:aduenere exploratores nuntiatum:ſe arma multa aſpexiſſe in hoſtium caſtris circunferri:motum q; ac tumultum eum uiroꝝ eſſe:qui ad pugnã mox exituri eſſẽt. Poſt hos affuerunt alii afferẽtes iã primos ĩ aciem ſtrui. Tum Cæſar exoptatã inquiens adueniſſe diẽ:in qua cum uiris:non cum inedia non cum egeſtate pugnãdum eſſet:extemplo coram contubernio tunicam rubrã poni iuſſit. Hoc.n. Romanis pugnæ ſignum eſt. Milites id cum aſpexiſſent:cum clamore aq; alacritate dimiſſis cõtuberniis ad arma inferuntur. Ducibus deinde deſignatæ intentis aciei: quiſq; ueluti chorus quidam abſq; tumultu cum meditatu quieteq; inſtruitur. Põpeius dextro præſidet cornu quod Antonio oppoſitum erat. Mediam aciem Scipioni ſocero locauit. Aduerſus Albinum Lucium ſiniſtrum cornu. L. Domitius tenuit:quod robore equitum maxime cæteris præſtabat. Huc.n. confluxerunt omnes:ueluti irripturi in Cæſarem & legionem decimã percuſſuri(ut plurimus erat rumor)bellicoſiſſimam:in qua Cæſar ipſe ĩſtructus pugnare conſueuerat. Sed Cæſar cum ſiniſtrum hoſtium cornu cõſpexiſſet tot munitum equitibus:timens armaturæ ſplendorem:ſex cohortes e legionibus eductas legioni decimæ a tergo locauit:iuſſitq; eas quietem agere:hoſtibuſq; ignotas eſſe. Sed cũ irruerent equites:per propugnatores egreſſos admonuit q; neq; ut ſolitum eſſet iacerent pila feſtinantes quẽadmodum robuſtiſſimi ad ſtringendos enſes:ſed ferire altius eos iuſſit:oculoſq; froteſq; hoſtium ad uulnera impetere:nõ.n. pmãſuros eos fulgẽtes floridoſq; inſultatores inquit:neq; contra ferrum ĩſpecturos ĩ oculos illatum. In his obuerſabatur tum Cæſar. Põpeius uero acies ab equo aĩaduertẽs:ut hoſtes nouit cũ ſilẽtio cõgrediẽdi

tempus ex ordine expectare: ſuumq; exercitum ſinè ſtrepitu nõ eſſe: īmo turbulentum & imperitia tumultuantẽ extimuit: ne ī ipſo pugnæ initio penitus diſſolueretur. Vnde acierum primos monuit: ut in congreſſu ſtantes: mouenteſq; ſolidiſſime hoſtes excipe/rent. Cæſar uero Stratogema improbat. Plagarum. n. ictus impetu curſuq; illatos ſub/ſiſtendo reſtingui inquit: inſultumq; in multorũ congreſſu hoſtium furore ac impetu uectum augere ex clamore curſuq; animos: quo ablato moliri ac refrigerari uiros. Cum Cæſare ferunt uiginti & duo milia militum: cum Pompeio uero multo plures q̃ bis toti dem fuiſſe. Signo igitur ab ambobus ex utriſq; caſtris dato: & tuba ut inſererent manus iam canere cũ cœpiſſet: e tuba quiſq; uni ſibi intentus erat. Pauci uero & hi ciuium Ro/manoꝝ primi: & ex Græcis qui aderant quidã extra aciem: q̃primũ periclitatio īcubuit: ambitionẽ contentionemq; meditari incepere: quo ardorem dominãdi afferrent. Cogni ta &. n. arma acies fraternæ ſigna cõmunia unius ciuitatis robur copiæq; inter ſeſe irrue/re: plane oſtendentes humanum īgenium cupiditate actum cæcum q̃dem furioſumq; eſſe. Quiete quidẽ ſi dominari fruiq; rebus iã comparatis uoluiſſent: plurimã optimãq; terræ ac pelagi partem habuiſſe licebat. Si trophæoꝝ ac triumphorum amori quid ultra tribuere exoptatum eſſet: erat & ſitim reſtringuere Parthorum Germanorumq; bellis. Multum in Scythia opus ſuperaret: multum & in India: & ad cupiditatem explendam non inglorioſa materia barbaras nationes aſſuefacere. Qui Scytharũ equi aut quæ Par/thorum ſagittæ aut quis Indorum cenſus ſeptuaginta uirorum milibus ferro inſtructis obſtitiſſet Pompeio & Cæſare Ducibus: quorum nomẽ prius apud eos auditum fuerat: q̃ Romanum? Sic immixtas ſic uarias feraleſq; nationes uictores ſuperauiſſent. Sed hic ut ſimul pugnarent: tum ãbo cõuenere: nõ ipſorum gloriam ob quã patriæ pepercerant miſerati: qui uſq; in eã diem inuicti appellabantur. Eorum. n. affinitas & Iuliæ amores ac illæ nuptiæ extemplo doloſæ ſuſpectæq;: Pignora nanq; opportunæ tum cõuentiõis non ueræ cuiuſdam amicitiæ illa fuere. Vt ergo Pharſalicus cãpus uiris equis armiſq; cõ pletus eſt: & ab utriſq; ſigna pugnæ elata: prior e Cæſaris phalãge procurrit. G. Craſti/nus decem alarum ductor: qui permagnam ſpem uictoriæ Cæſaris dedit. Quem ut pri mum Cæſar e caſtris uectum proſpexit: eũ appellãs: Quid de pugna ſentiret īterrogat: Tum ille dexterã protendens clamauit ſplendidius: Vinces Cæſar: me aũt hodie aut ui/uum aut mortuum laudabis. Horum itaq; memor impetũ in hoſtes fecit: multoſq; ip/ſorum ſtrauit in confertiſſimã aciem inuectus. Cum tamen certando ad enſes peruentũ eſſet: pluribus cæſis: īnitentem eum coram obuioſq; concidentem ſubſiſtens quis p ora enſem illi adegit: cuius cuſpis in oppoſitum euaſit latus. Craſtinus itaq; cum e uulnere cecidiſſet: æquo marte pugnari cœptum. Dexterum uero cornu Pompeius nondũ edu/xerat: ſed oculos circunuoluens: equitumq; operam expectans immorabatur. Illi autem iã turmas produxerant circum obteſſuri (ut putabant) Cæſarem: ac equites prima in frõ te inſtructos: qui pauci propemodum erant: in phalangem impingunt. Sed a Cæſare da to ſigno equites quidem redeunt: Præmonitæ autẽ cohortes: tria milia uirorum ad circũ lationem mox procurrere: hoſtiq; aduerſari: equitiq; obſiſtendo: quẽadmodum prædo/cti fuerant: longis iaculis frui: fronteſq; hoſtium oculoſq; petere. Tunc illi ueluti huius pugnæ omnino imperiti: quiue id pugnandi genus haud expectarant: præſciuerantq;: nihil audere: nihil plagas in ore oculiſq; adactas tolerare: ſed aduerſi manibus protegẽ/do oculos fœde terga præbuere. Hos fugientes Cæſaris copiæ neglexere: confeſtimq; ī pe ditatum eruperunt: qua maxime parte cornu hoſtium equitibus nudum circumambire cingereq; eos ſatagebat. Sed hi pariter eorum irruptionem utrinq; actam: præterea īpe/tum decimæ cohortis Cæſaris a fronte uectum haud tulere: conſiſtereq; non auſi ſunt: uidentes id quod ſperarant: Hoſtes quippe circunuenire ſeſe tum perpeti. His in fugã itaq; uerſis: ut uidit puluerem Pompeius: clademq; equitum coniectauit: quo aĩo fuerit difficile dictu eſt. Similis autẽ inſano attonitoq; eſt uiſus: nedum magnũ Pompeium ſe exiſtimaret. Nemĩe ĩde ſalutato ī caſtra abiit: nimiũ poetico illi cõgruus: Iupiter ipſe pater currus exteruit alto Aiacis: ſtetit his ille amens: clypeũq; tumẽtẽ: Tergore ſepteno

poſt terga immania iecit. Hincq; oculos uoluens mæſtus ſe uertit ab armis. Talis ſtationem īgreſſus Põpeius: ueluti inuitus incubuit: quouſq; ulciſcendo plurimi cũ fugiẽtibus ſimul concidiſſent: in his uocẽ tunc unicã hanc emiſit: ergo ad caſtra. Aliud nil locutus ſurgit: ueſteq; ſumpta præſenti cladi accommodata: caſtris egreſſus eſt: in fugã & cæteræ legiones uerſæ: cædeſq; in caſtris permagna facta miniſtrorum: eorumq; qui contubernia defenderẽt: milites tantum ad ſex milia cecidiſſe refert Aſinius Pollio: qui in ea cum Cæſare militauit. Caſtris direptis Hoſtium ignorãtiã leuitatẽq; admirari fuit. Omne.n. contubernium myrto coronabat̃: omne ſtratum floribus plenum: menſæ uaſis graues: crateres uina undiq; ſpumantes: apparatus ornatuſq; litantium ac feſta ducẽtium magis is erat: q̃ uirorum ad certamẽ ſe præparantium. Sic ergo inani ſua ſpe eluſi ꝓditiq; & inſanæ cuiuſdam temeritatis pleni: ad pugnam profecti fuerãt. Põpeius cum parum a caſtris progreſſus eſſet: equum dimittit: paucos propemodum uiros circa ſeſe habens: ut ꝓſequentes clam euitaret. Abibat & cum ſilẽtio ac meditatu grauis: quemadmodũ uirum eſſe decet annis quadraginta uincere ac ſubigere oĩa ſolitum: & conflictus atq; fugæ tum primum in ſenectute experientiam captantẽ. Is tum etiã cogitãs ex quot certaminibus belliſq; hora una amiſiſſet auctam gloriã atq; potentiã: quibus paulo antea tot armis tot equis tot claſſibus ſeptus fuerat: abit ita tenuis nuduſq; : ut inquirẽtes plane lateret hoſtes. Lariſſam tranſgreſſus: ut ad tẽpe peruenit: ſe in ora proſternẽs: ſitibuudus e fluuio hauſit: indeq; exurgens ꝓ tempe graditur quouſq; ad mare delatus eſt. Hic in tugurio quodã piſcatorio ꝓ reliquam noctis partẽ cum quieuiſſet: circiter diluculum Cymbam fluuialẽ īgreſſus eſt: aſſumptiſq; ĩ ea qui eum ſequebant̃ ingenuis: ſeruos iuſſit ad Cæſarem ire: nihilq; timere: deĩde nihil iuxta littus delatus: ꝓmaximã nauẽ onerariã inſpicit: ſolui iãiam paratam. Huius gubernator Romanus erat homo haud nimiũ Põpeio conſuetus: ſed aſpectu notus Petitius nomĩe. Huic proxima nocte obtigerat ꝓ quietẽ Põpeium uidiſſe: nõ quẽ ſæpius aſpexerat: ſed humilẽ mæſtumq; ſecum colloquentẽ. Quod nautis quẽadmodum de huiuſcemodi rebus ſermo fieri ſolet inter homĩes ocioſos uix narrauerat Petitius cum extẽplo nautarũ quis ſe uidere īqt fluuialẽ ſcapham a littore adremigare: præterea quoſdã ueſtẽ excutere: manuſq; ad ſe ꝓtendere. Subſiſtẽs igit̃ Petitius cõfeſtim Põpeium qualẽ in ſõniis uiderat: agnouit. Genas inde ꝓcuſſus: nautas iuſſit ſcapham excipere: dexteraq; protenſa Põpeium appellat: iam ex geſtu ꝓcipiens ĩfœlicitatẽ uiriq; mutationẽ. Nullis deĩde precibus factis nullo acto colloquio: ſed ſuſceptis quotquot cũ ipſo adire põpeius iuſſerat (Lentuli q̃ppe utriq; aderant ac Faonius) nauẽ ſoluit. Suſceptus & parum poſt rex Deiotarus eſt: ĩ littore certare cognitus. Cæteꝝ cum cœnæ tẽpus affuiſſet: & apparauiſſet gubernator quæ tum aderãt: uidens Faonius Põpeium abſq; ſeruorum miniſterio ſeipſũ abluere: ꝓcurrit: eumq; abluit: unxitq;. Deinde in poſterum ei ſædulo eſſe: eiq; ſeruire quẽadmodum ſerui dñis: uſq; ad pedum purgationẽ cœnæq; apparatũ haud deſtitit. Vñ liberalitatẽ mĩſterii nudi ac ĩfecti aſpiciens: q̃s o inquit generoſis q̃ decora ſunt oĩa. Sic ergo præter Amphipolim nauigans: ad Mylenẽ tranſiliit: optans Corneliã filiumq; inde ſuſcipere. Cum ĩſulæ hæſiſſet iuxta littus: ad ciuitatẽ nuntiũ mittit: nõ q̃lem expectabat Cornelia: ꝓ his quæ ob gratiã ſcripta nuntiataq; ſibi fuerãt. Sperabat.n. ex bello apd Dyrrachiũ geſto: opus Põpeio tm̃ uno ſupeſſe: Cæſarem fugientẽ ꝓſequi. In q̃bus eã aduerſantẽ cõprehendit nuntius: qui ſalutaꝝ eã mĩme cõpos: ſed plurima malorumq; maxĩa lachrymis magis q̃ uerbo exprimens: feſtinare ipſam iuſſit: ſi Põpeium aſpicere optaret: naui ſola eaq; alĩa ĩuectum. Hæc cum Cornelia audiſſet terræ ſeſe ſtrauit: multãq; in horã amens mutaq; iacuit. Poſt uix cõpos mentis cum facta eſſet: noſſetq; id tẽpus nõ querelarũ nec lachrymarum eſſe: ꝓ urbẽ ad pelagus ꝓcurrit. Põpeio ĩde obuiã ei facto eaq; ulnis ſuſcepta ſordida terræq; illabẽte: Video īquit uir ñ tuæ fortunæ opus ſed meæ: una te naui uehi: qui ante Corneliæ nuptias quĩgentis nauibus hoc adnauigabas pelagus. Quid me ĩſpicere ꝓfectus es? Quid me ĩuiſæ nõ liqſti fortunæ? quæ teipſum clade tanta ĩpleui? Quam fœlix q̃ppe fuiſſem mulier: ſi ante Publii obitum: cui uiridis ſponſa fui: uitã amiſiſſẽ.

Innocens poſt illum quẽadmodum preces optarunt mori debui. Sed Põpeio magno ut miſera fierem: ſeruata ſum. Hæc Cornelią dixiſſe aiunt. Quibus Põpeius: unã qppe fortunã rñdit Cornelia meliorẽ q̃ te æque decepit agnouiſti: qꝫ ea me p maius tempus: q̃ mores eius ſĩt: expectauit. Sed & iſta homĩes ferre oportet: fortunãq; ẽt experiri. Nõ. n. deſperandũ ẽ: ex his cladibus illã ereptura uirum ĩ hæc ĩfauſta præcipitatum Cæteꝙ Cornelia ſeruitia pecuniaſque e ciuitate petitas nacta ẽ. Mitylenei Põpeio ſalutato: ad urbẽ eum ĩgredi petiuere enixius: qbus nõ abnuit: ſed eos uictori parere ſuaſit: inq; eo fidere. Clæmentẽ. n. æquumq; eſſẽ Cæſarem inquit. Inde ad Cratippum philoſophum uerſus (Deſcẽderat. n. ille e ciuitate deſiderio Põpeii) poſt querelas breuia de prouidẽtia intulit. A quibus ſubterfugiens Cratippus: eũ ad ſpem mitiorẽ adduxit: ne auſterus: neue cõtra dicendo maioris mæſtitiæ cauſa illi fieret. Interrogabat. n. Põpeius de prouidẽtia: illeq; contra oñdebat ob reip. mala ĩ monarchią res romanas labi oportere. Deinde qũo ĩquit Põpei quoue ſigno aſſerimus: melius tecũ fortunã ægiſſe: ſi Cæſaris uictor fuiſſes? Sed hæc qdem mittenda ſunt quoue etiã modo ſe deoꝙ facta nũc habeãt. Põpeius ſuſcepta cõiuge amiciſq; nauigat: ſeſe fingens ĩ locis hærẽſq; ad aquãdũ cõmeatumq; captandũ cõmodis. Primã autẽ ciuitatem Attalią Pãphiliæ ĩgreſſus ẽ: poſt eius fugã: ubi triremes quædã ſibi obuią e Cilicia aduenere: militeſq; hic qdam aggregati ſunt. Præterea iterũ ordinis ſenatorii uiri ſexagĩta adeſſe. Inde audiens claſſem adhuc ſoſpitẽ eſſe: Catonẽq; militibus multis ad ſe collectis in Aphricã traiicere: lamentatus cũ amicis ẽ ſeipſum ĩcuſans: qꝫ ĩuitus cũ peditatu cõcurriſſet: qꝫ q; ualidiores copias abſq; pugna nulla ĩ re amiſſiſſet: qꝫ q; claſſem nullo ſtatuiſſet in loco: ut ſi aduerſa terreſtris pugna fuiſſet: extẽplo maritimas uires copias roburq; tã ingens contra oppoſuiſſet. Nullum. n. Põpeii maius crimẽ: neq; Cæſaris ſtragtoema meli⁹ fuit: q̃ id prælium a maritimis abſtraxiſſe auxiliis. Nihil tñ minus coactus ob præſentem rem quid decernere agereq; ciuitates circunnuntiis ſollicitat: quaſdãq; ipſe accedit: pecunias pquirens ſupplementumq; ad naues. Cæterum hoſtis ĩgenium ac celeritatem extimeſcens: ne apparatu præriperet͂ ĩuaſus: abſceſſum fugãq; præmeditat͂. Prouinciarum nulla tuta cognita eſt fuga uiris aĩo cuncta euoluentibus. Regionum Põpeius ipſe aſſerebat Parthicã ĩ præſentiarum ad ſe ſuſcipiendũ aptiſſimã eſſe: eãq; ſe pfragiles recreare iterumq; erigere poſſe plurimiſq; copiis ĩ hoſtes armare. Alii in Aphricã ad regem Iubã mentem ĩclinauere. Theophani Leſbio inſanum quiddã uidebat͂: ægyptum liquere trium dierum nauigatiõe abſentem. Ptholomeumq; non adire: ætate qdem puerum: ſed beniuolentia beneficiiſq; a patre ſuſceptis Pompeio obnoxium. Inſanum præterea uiſum eſt ſe Parthis cõmittere gñi infido: uiroq; romano quõdam affini: apud quem ſi ſecũda pati poſſet: cæteris prior haberet͂: nõ fidere: eiuſq; modeſtiã experiri nolle: ac Arſacem magis dñm ſibi cõſtituere q Craſſum uiuentem ferre nõ potuit. Deĩde iniquũ cenſebat cõiugem iuniorem ad Barbaros duci: e Scipiõis gñe ortã: quod cum contumeliis ac ĩpudicitia æque licentiã metiũ͂. Si. n. hæc nil patiat͂: dum mõ pati poſſe uideat͂; pgraue eſt inter eos ipſam obſeruari: qui facere iniuriam poſſe uidebant͂. Hoc ſolum ut aiunt Pompeium ab itinere Euphratis auertit: ſi quædã Pompei ratio: nõ fortuna ipſa inter illud aĩaduertiſſe potuit. Igiť ut decretum eſt in ægyptum fugere e Cypro triremem Seleutiæ cum cõiuge ſoluit. Comitum hi ĩ lõgis pariter nauibus: alii in onerariis ſimul uehi. Pelagus hinc tuto præteriit: audiens inde Ptolomeum apud Peluſium cum exercitu eſſe: aduerſus ſororem bellum gerentem: eo erigiť. Nuntio ad Regem exorandũ præmiſſo: Ptolomeus pnimis erat iunior. Sed qui regnum admĩſtrabat: Photinus ſenatum primorũ coegit. Erãt. n. hi primi: quos ipſe uolebat: quibus coactis quid quiſq; ſentiret dicere iuſſit. Graue quippe tum fuit de Põpeio magno cõſulere Photinum eunuchum & Theodotum chium præceptorem ĩ facultate oratoria mercede cõductum: Achillẽq; ægyptium. Excellentiſſimi hi quidem cõſultores ĩter cubicularios cæteros alumnoſq; tum erãt. Põpeius horum decretum ancoris ĩfixis iuxta regionem innixus expectabat: ĩdignus quippe ob ſalutis gr̃am Cæſari deberi. Aliorum ſententiæ ĩter ſeſe ita diuerſæ prolatæ ſunt: ut hi põpeium expelli iuberent: hi pulchrum dicerent uirũ

ſuſcipi. Ad quæ Theodotus eloquentiæ uim oſtentãs: neutrum ſatis tutum fore demonſtrauit: ſi. n. ſuſcipiſſent ſe Cæſarẽ hoſtem hĩturos: Põpeiumq; dñm aiebat. Si ꝛpulisſẽt cum Põpeio electiõis crimen ſubituros: Cæſari cãm ꝓſecutiõis præbere: optimũ itaq; eẽ uirum accitũ occidere. Bñficium. n. ĩqt hĩc Cæſari ſe allaturos: metuq; Põpeii ſeſe liberaturos. Addidit præterea ſubridens (ut aiunt) hoĩem mortuũ nõ mordere. Hæc cũ decreuiſſet: Achillæ facĩoris cura mandata eſt. Hic Septimiũ quendã ſub Põpeio duce tribunũ militũ & ſaluiũ Cẽturiõem cũ aſſumpſiſſet ſocios: præterea tres aut amplius q̃ttuor ſatellites: puppẽ ad Põpeium mouit: ad quẽ tum e ſuis connauigantibus primi præſtantioreſq; oẽs deſcenderant: ut rẽ euentũq; ĩſpicerent. Hi ergo ut claſſem nõ regiã nõ cultam nõ iuxta Theophanis ſpẽ Põpeium recipiendũ uiderunt. Sed paucos admodũ homĩes una ĩ ſcapha adremigare. cõfeſtĩ id uilipendiũ habueẽ ſuſpectũ: Põpeiumq; admonuere: uti nanẽ ĩ ĩterius ageret pelagus: extra hoſtis ſagittæ ictũ. Interea ſcapha iã cũ proprior eſſet: præueniẽs Septimius ſurgit: romanoq; eloqo Põpeium ĩpatorẽ appellauit. Achillas Põpeio græce ſalutato: ipſũ admonet ĩ ſcaphã cõſcẽdere: Limũ. n. eſſe q̃multũ inqt: nec profũdũ: quod triremi ad nauigãdũ ſuppetat: cũ maꝛ parenoſũ ſit. Vix hæc dixerãt: cũ naues q̃ſda regias ĩſtructas aſpexere: littuſq; ab armaris obtineri. Vñ cuncta fore ĩuia ad regreſſum cognoſcebãt. Præterea ob aſceſſũ erat & ꝓcuſſoribus ius ꝓſtare ĩ ſcelere ĩfidelitatis atq; neqtiæ ꝓſequẽdæ. Corneliã ergo q̃ iam uiri finẽ lamẽtabat: Põpeius cũ ultiõ cõplexus eſſet: duos cẽturiones ĩ ſcaphã ĩgredi iuſſit: & ex libertis unũ Philippũ ſeruumq; Scem noĩe. Inde cũ Achillæ comites dextris eum ſuſcipe apparatẽt: ad uxorẽ filiumq; uerſus Sophochleum illud iãbicũ protulit: Quiſqs domus tyrãni profiſcit: fit illius ſeruus: licet liber ſit. Hæc poſtrema ad ſuos locutus ſcaphã ĩgredit. Cõtinuo ĩde ſpatio a trireme ad littus ĩterpoſito: ut uox nulla pia humanaq; ĩternauigandũ ad ipſum ẽ acta: ad Septimiũ ĩſpiciẽs Nõ ego te ĩqt cõmilitonẽ quõdã meũ agnoſco: Ille nulla ſalutatione data: nulloq; grato colloqo: tm̃ capite ãnuit. Deĩde cũ iterum multũ fieret ſilẽtium: Põpeius patuo ĩ libello oꝛonem ab ſe græce ꝓſcriptã ac Ptolomeũ oraturus legere ĩcepit: ut littori propius fiunt. Cornelia q̃ triremi Pompeii anxia erat: finẽ tacite aĩaduertens: cum multos aſpexiſſet ex regiis deſcendere: ueluti ob gratiã ſaluteſq; uiri conueniſſent: fidere ĩcepit. Inter hæc Pompeius cum philippi forte manum apprehẽdiſſet: ut facilius ſurgeret: Septimius tergo inſtans: priore enſe eum trãſfigit. Inde poſt eũ Saluius Poſtq; Achillas gladios nudauere. Pompeius utraq; manu toga ſup fronte obducta: nihil ſeipſo ĩdignum: aut locutus ẽ: aut fecit: ſed tm̃ ſuſpirãs ſe ictibus præbuit: undeſexaginta annos natus: uitãq; claudens die natalem ſuum inſequenti. Qui in nauibus erãt: ut aſpexere cædem: ululatu ad littus uſq; emiſſo ãcoris celerrime eductis effugere. Inde pelago altius petito: uẽtus adeo uehementior flauit: ut ab ægyptiis ꝓſequi ſatagentibus aduerterent. Cæterum Pompeii caput ab humeris uulſum: reliquum uero corpus eſcapha nudum in littus eicere: ac ĩ ſpectaculum cuiuſq; reliquere. Iuxta autem id ꝓmanſit Philippus quouſq; adſtãtium oculi abunde ĩplerent. Is poſtea mari ipſum tum circum abluiſſet: q̃dã ſuimet tunica id circunuoluit. Deĩde cum cæteris caruiſſet littore circum inſpecto: reliquias paruæ ſcaphæ reperit: ueteres quidem: ſed quæ corpori nudo ſatis eſſent: quæue neceſſariam pyram integro totoque cadaueri haud præbuiſſent. Hæc cum afferret ille ſtrueretq; : homo occurrit Romanus ætate iam ſenex : quiue primas militias quondam iuuenis cum Pompeio ſimul peregerat. Hic quis o homo inquit es qui magnum tumulare Pompeium accingeris: reſpondente illo ſe libertum eſſe : ſed non tibi unico dixit hoc decus obtinget: at me huius piiſſime ſortis in partem habebis: ne ĩ omnibus peregrinationem meam pro multis miſerrimis conquerar. Hinc ergo cum occurreri palpare me hoc ſinito: manibuſque meis circum ĩuoluere: maximum Romanoꝝ oĩum Impatorẽ. Sic tumulatus Põpeius ẽ. Poſtera uero die. L. Lentulus hoꝝ ignarus e Cypro nauigãs iuxta littus uectus: ut funereã pyrã ĩſpexit: Philippũq; iuxta ĩſidere: nõdũ eũ ab aſpectu cognito: Quis utiq; ĩqt fatis hic qeſcit? Paꝝ pq; amẽs facũs ductis pꝰ ſuſpiris: forte ĩqt : tu hic es magne Põpeii. ẽide paulũ cũ deſcẽdiſſet cõp̃hẽſus obiit. Hic magni

Pompeii finis. Cæterū non multo poſt Cæſar ī ægyptū ſic ꝓturbatam prouinciā profectus: afferentem Pompeii caput ut ſcelus execratus é: oculoſq; ab ipſo auertit: gemmā uero Pompeii cum ſuſcepiſſet: illachrymauit: eius gemmæ ſignum erat ēſi ferreo. Achillem autem atq; Photinum iugulauit. Ipſe Rex pugna uictus: iuxta fluuium euanuit. Theodotus ſophiſta Cæſariſ ſuppliciū euaſit. ægyptū enim cū effugiſſet: humili miſeroq; ingeſtu pererrauit: odii metu. M. Brutus is qui Cæſarē occidit: eū apud Aſiam inuentū compræhendit: omniq; cruciatu afflictū trucidauit. Pompeii reliqæ ad Cornelīā delatæ apud Albanum poſitæ ſunt.

ALEXANDRI MAGNI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

REGIS ALEXANDRI CAESARISQVE: QVI POMpeiū profligauit: uitam in hoc uolumine ſcribere orſi: ob propoſitam reꝝ geſtaꝝ magnitudinem nihil aliud q̄ excuſationem lectori præfari ducimus: ut ſi amputatis pluribus haud unamquanq; rerū famoſiſſimarum in numeꝝ explicamus: ne nos carpat: qppe cū non hiſtorias: ſed uitas perſcribere in animo ſit. Præterea non uſquequaq; clariſſima geſta uirtutē flagitiaq; declarant: uerum exigua p ſe res ac uerbum locuſq; quiſpiam mores magis aperit: q̄ hoſtes infiniti prælio cæſi: ingētes acies & expugnata oppida. Quēadmodū igitur pictores neglectis cæteris ptibus ex facie ac uultus forma: unde morum indicium extat: ſimilitudines capiūt: ſic & nobis indulgendum eſt: ut animoꝝ ſigna īeamus p ea utriuſq; uitā ſignificātes: eorum āplitudines ac res bellicas aliis relinquētes. Porro credendum eſt: paternum Alexandri genus ab Hercule per Caranum: maternum uero ab Eaco per Neoptolomū extitiſſe. Philippus cum adoleſcens eſſet. una cū Olympiade in ſamothracia ſacris ſe initiaſſe traditur: quā puellam parentibus deſtitutā adamarat: eamq; Arriba fratre conſentiente cōnubio ſibi coniunxiſſe. Illa igitur deſponſata priori nocte qua ī cubiculo ſe uiro cōmiſcuit: exiſtimauit facto tonitru ſibi inuterū fulmen illabi. Ex cuius ictu cū magnum emicuiſſet incendiū: poſtea in late diffuſas flāmas abiit. Philippus quoq; poſt nuptias p quietē uiſus eſt cōiugis aluo inſignē affixiſſe bullā: cuius ſculptura: quemadmodum is exiſtimauerat: leonis habebat imaginem. Ob quod ſomniū cum cæteri q̄dam coniectores attentiori cuſtodia obſeruandā eſſe Philippo coniugem interpretarentur: Ariſtander myletenſis grauidam eſſe mulierem affirmauit. haud. n. ſolere uacuis ſigilla rebus affici: animoſū quoq; & leonis natura præditum infantē parituram. Quondā iuxta dormientis corpus Olympiadis dracho accubuiſſe cōſpectus. Quæ res amorē caritatēq; Philippi uehemēter extīxiſſe dicitur: adeo ut illius per ſæpe cōcubitus euitauerit: ſiue aliquas magicas & uenefica reformidans: ſiue illius cōſuetudinem & contubernīū cuiq̄ deo ex quadam religione permittēs. Alii ſunt qui de hiſce rebus ſic perhibeant. In ea regione mulieres uniuerſas: quas clodanas ac mymolonas cognominant: ex uetuſto ritu Orphei ac Bacchi numinibus afflatas multa ſicut edonides & quæ emi rupes incolunt treſſæ perpetrare: a quibus treſſerum hoc eſt deos āple ſeduloq; uenerādi nomē exortū uidetur: Olympias hiſce afflari numinibus auidiſſima: eorū ſolēnia ſacra quodā modo atq; barbarico producebat. Ad thyaſos enim eximiæ magnitudinis & manſuefactos quidem trahebat angues: qui multotiens per hederas & myſtica illabentes uētilabra fœmineoſq; thyaſos atq; coronas amplexi: uiros terrore ſimul ac ſtupore conficiebāt. Philippus autem cum poſt illa uiſa Cheronem megalopolitanum delphos miſiſſet: hoc a deo relatum ē oraculum: Iubere enim Hāmoni rē diuinā facere: & hūc īprimis deū uenerari: ipſum ex oculis alteꝝ amiſſurū: quo ī dracōis forma cōcubētē deū Olympiadi p ianuæ rimā aſpexerat. Olympias quoq; (ſicut īq̄t Eratoſthenes) ſoli

proficiſcenti in expeditionem Alexandro genituræ detexit arcana. Proinde dignos genitore animos iuſſit. Alii tradunt ipſam id deuitaſſe: ac dicere ſolitã: Nõ deſinet Alexãder inuiſam me Iunoni facere. Natus igitur eſt Alexander circa idus auguſti. Ipſo natali die templum epheſiæ Dianæ concrematum eſt: ſicut Egeſias ille magneſius uociferatus ẽ: cuius adeo truculenta extitit inclamatio: ut ipſum extinguere debuerit incendium: Ex iure enim Dianæ templum arſiſſe inquit: quæ in Alexandri ortu perq̃ diligens accurataq; fuit obſtetrix. Vniuerſi uero magi ac ſacerdotes epheſii alias per hoc incendium portẽdi calamitates præſagientes: per cuſſa facie uociferantes diſcurrebant: ea die magnam Aſiæ peſtem ſimul ac perniciem exoriri. Eodem ferme tempore cum Pilippus Potideam cæpiſſet urbem: terni ad eum ſimul afferuntur munitii: & illyrios ab eius duce Parmenione ingenti prælio profligatos: & ſuum ad olympia uictorẽ equum extitiſſe: tertius natum Alexandrum eſſe. Quas ob res lætum Pilippum uates magis ac magis ad ſpem erexere: q; infantem tribus ortum uictoriis inſuperabilem futurum affirmabant. Corporis ſtaturam egregie a Lyſippo factæ declarant imagines: a quo ſolo dignum duxit effingi. Eũ multi cum amici tum ſucceſſores poſterius ſunt ſecuti. Ceruix quidem ad leuã paulum acclinatior humetantes etiam oculos mirificus ille artifex diligenter conſeruauit. Appelles autem cum fulmen geſtantem pingeret: haud colorẽ imitatus eſt: ſiquidem fuſcum & facie ſordidum fecit: quem colore candido fuiſſe perhibetur. mixtus candori rubor uultum ipſius ac pectus illuſtrabat. In Ariſtoxeni commentariis legimus eius membra atq; os tum ſuauiſſimum odorem exhalaſſe: ut & interiores tunicæ mirabili flagrantia complerentur. Cuius rei cauſa fortaſſe fuit quædam corporis temperies ĩnato calore feruentis. Cum enim (ut Theophraſtus æſtimat) humor a uapore digeritur: ſuauis gignatur odor oportet. Eapropter arida atq; torrida orbis terrarum loca plurima & præſtãtiſſima ferunt aromata. Sol enim putredinis materiam humorem exhaurit: qui rebus abundat extrinſecis. Alexandrum ab ipſo calore corporis bibacem iracundumq; fuiſſe cõſtat. Eo adhuc adoleſcentulo ſua effulſit modeſtia. Qui cum cæteris quidem in rebus concitatus propenſuſq; ferretur: ad corporis uoluptatem continens atq; atq; immotus omnino perſtabat: eas multa cum temperantia pertingens: honoris cupidus: præter ætatẽ grauitatem quandam & animi magnitudinem ſapiebat. Nõ enim omni ex re omne gloriæ genus: quemadmodum Philippus affectabat: qui dicendi uim a ſophiſticis comparabat ornamentis. Tum currules olympiorum uictorias nimis inſignibat: cum ex æqualibus nonnulli ex eo percontarẽtur: ad olympicum nunquid ſtadium libens decertaret (plurimum enim pedum celeritate pollebat) libens equidem inquit: ſi decertaturos mecum reges habiturus eſſem. Is autem quanq̃ ab omni prorſus athletarum genere auerſum alienatumq; habuiſſe uideatur animum: plurima tamen non tragœdorum modo tibicinũ ac citharœdorum: uerum etiam heroicorum uatum edidiſſe certamina traditur: uenationes item multifarias & clauarum pugnas. Pugilum uero & pancraſtiatarum ſpectaculis nullo ſtudio uel interfuit. Olim cum forte abſente Philippo legati ab Perſarum rege ueniſſent: eos cum hoſpitio tum conſuetudine captos iocundiſſima ſibi familiarita te coniunxit: admirantes q; is nihil aut puerile aut humile ſciſcitaretur: uerum aut uiarum longitudines aut ſuperiorum modos itinerum ſedulo perquirebat: multa nũc ſup rege qualis in hoſtes eſſet: nunc ſuper perſis quæ uires aut quæ eſſet potentia rogitabat. Quas res admirari legati: & late diffuſam Philippi grauitatem præ huius pueri cupiditate ac magnificentia ducere. Quotiẽs a Philippo aut nobile quoddam captũ oppidum aut memorabili prælio parta uictoria nũtiabatur: haud magnopere lætabatur. Cæterũ ad ſuos aiebat æquales: Omnia pueri genitor occupabit: ita ut ne uobiſcũ grande ullũ ac inſigne facinus oſtentare mihi ſit reliquũ. Non enim ipſum ulla illecebrarum aut pecuniæ ſed ſola uirtutis ac gloriæ cupido tenebat. Quoq; maiores a patre facultates acciperet: eo ſe minora geſturum exiſtimabat. Quocirca creſcente dominio gerendarum rerum exhauſtam ſibi materiam ratus: non opes non delitiarum uſus: uerum certamĩa & pugnas ardebat: & unde ſibi gloriã cõpararet: prĩcipatũ affectabat. Quãobrẽ ipſius

cura cõpluribus(uti par erat)nutritoribus pedagogis ac præceptoribus mandata. Præ/
erat uniuerſis Leonidas uir cum morum ſeueritate conſpicuus:tum Olympiadi neceſſi
tudine iunctus. Is cum pedagogatus nomen:cuius commodum atq; clariſſimum opus
exiſtit:abhorreret:a cæteris cum ex hominis dignitate:tum uero ipſa neceſſitudine alũ/
nus ac dux Alexãdri uocabatur. Lyſimachus autem natione alycarnanus & re & nomine
pedagogus erat. Qui cum nullum aliud urbanitatis genus haberet:niſi q; ſe Phœnicẽ:
Alexandrum Achillem Philippum uero Peleum nuncupabat:amabatur: & iam ſecun/
dum proinde ſibi locum uendicarat. Inde cum Philonicus theſſalus Bucephalum Pilip
po tribus ac decem talentis emiſſet:experiundi gratia ductus in campum equus ferox ad
modum & rebellis uiſus eſt:ut qui neminem ex his qui circa Philippum uerſabantur:
tergo ſeſſorem admitteret:nec plaudentis uocem ſufferret:cunctos paſſim reiiciens. Id
grauiter tolerante Philippo:equumq; perinde omnino ac indomitum abiici mandãte:
Alexander cum forte adeſſet:qualem inquit equum amittunt:dum eo per imperitiã ac
molliciem uti nequeunt. Quod dictum primo Philippus tacitus tulit. Eodem ſæpius
obloquente ægreq; ferente:maiores natu increpas ait: tanq̃ & prudentior & in hoc do/
mando equo longe potentior. Tum ille hunc ſaltem inquit:me commodius q̃ cæteri p/
tractaturum affirmo. Sin id non feceris:quam pro hac inſolentia pœnam lues? Ego
Iouem obteſtatus inquit:equi precium ſoluam. Sublato riſu ſimul ac inter eos argenti
modus diffinitus eſt:Feſtinabundus Alexander correptum habens equũ contra ſolem
conuerſum ſtatuit. Animaduerterat enim equum:dum prolapſam ãte ſe umbram agi/
tari conſpiceret:perturbari. Inde ipſo non nihil molliter circunducto blandeq; iuba ma
nibus attrectata: ubi nihilominus animoſum efflãtemq; naribus cernit:reiecta ſenſim
chlamyde ſe iuueniliter attollit:equumq; ſecurus aſcendit. Quem nullis fatigatum uer/
beribus aut calce:cum loris attractis minas poſuiſſe & magnopere curſum appetere cer/
neret:laxat habenas:& ipſum acrius uociferans infeſtis urget calcibus. Tacitum primo
Philippum angebat ſollicitudo. Vt uero lætus & geſtiens uerſas retorſit habenas: cæte/
rorum quidem ingens clamor inſequitur:pater uero prægaudio illachrymaſſe traditur:
deſcendẽtiſq; caput exoſculans dixiſſe:aliud tibi par iam regnum quære. Nec enim te
iam Macedonia capit. Cæterum cum iam peruicacis Alexandrum ingenii:& ne ui ſupe
raretur:ſũmopere contendentẽ cerneret:qui tamen ad uirtutem ratiõe facile induceret:
perſuadendo magiſq̃ imperando ſecum agere nitebatur. In eo quoq; cõmonefaciendo
ac erudiendo paruam muſicæ ac liberalium artium præceptoribus fidẽ habens:q; ei ma/
iori quadam opera ac diligentia &(ut Sophocles inquit)freno pariter & clauo multiplici
opus exiſteret:accerſit cunctorum illuſtriſſimum & clariſſimum & doctiſſimum philo/
ſophorum Ariſtotilem:pulchra quidem illi & pro ipſius dignitate diſciplinæ precia con
ſtituens. Deſtructam enim ab ſe Ariſtotilis urbem Stagyram exædificauit: ciueſq; tum
diſſipatos:tum ſeruos reſtituit. Eis igitur ſcholam ac gymnaſium in nympheo quod in
oppido Meza extat:aſſignauit. Vbi uſq; ĩ noſtram ætatem Ariſtotilis ſedes marmoreæ
umbracula & deambulationes uiſuntur. Conſtat autem Alexandrum non eticæ tãtum
ac politicæ uerumetiam occultæ magiſq; arduæ diſciplinæ præcepta comparaſſe:quam
peculiariter ſpeculatiuæ cognitionis ſcientiam appellantes:haud multitudini impertitã
edocebant. Etenim cum iam Alexander tranſiſſet in Aſiam:& nonnullos de hiſce rebus
ab Ariſtotile libros editos accepiſſet:ad eum quandã de philoſophia paulo liberius ſcrip
ſit epiſtolam:cuius hoc extat exemplum. Alexander Ariſtotili fœlicitatem. Haud
abs te recte factum eſt:q; ſpeculatiuas edidiſti diſciplinas. Qua.n.in re cæteris iam nos
ipſi præcellemus:ſi ea quibus eruditi ſumus ſtudia omnibus cœperint eſſe communia.
Mallem.n.ſingulari diſciplina:q̃ poteſtate præſtare. Vale. Hanc gloriæ cupiditatem ita
conſolatur Ariſtotiles:ut qui eos libros editos perinde ac non editos excuſaret. Et profe/
cto Methaphyſicorum opus:cum ad docendum:tũ ad perdiſcendũ:nihil utilitatis ha/
bẽs:his q ex ĩitio eruditi ſũt:exẽplar quoddã pſcriptũ ẽ. Ariſtotiles aũt Alexãdri gr̃a præ/
cipuũ medicĩæ ſtudiũ opãq; dediſſe uĩ. Eius.n.artis ñ ſolũ cõtẽplãdæ ſtudioſus exititit:

uerum etiam ægrotantibus amicis opem attulit: & remedia quædam ac ciborum obſeruationes inſtruxit: ſicut ex ipſius percipi licet epiſtolis. Is & diſcendi & legendi cupidus: Iliadem quã rei militaris uiaticum exiſtimare ac appellare ſolebat: Ariſtotele exponente perdidicit: eam ſemper una cum pugione ſub puluino iacentem (quemadmodũ Oneſicrates tradit) tenere ſolitus. Cum in ſuperioribus locis librorũ copia ſibi deeſſet: ea cauſa dimiſit Arpalũ: a quo Philippi codices: multas Erupidis Sophoclis & æſchili tragœdias accepit: Præterea Theleſi & Philoſeni dithyrambos. Principio Ariſtotelem ſumma proſequens admiratione dicere ſolebat: ſe illum non minus q̃ genitorem amare. Ab hoc. n. uiuendi ab illo autem beneuiuendi rationem & cauſã aſſecutum. Poſterius auté cõcepta de illo ſuſpicio eſt. Nullo tamen eum affecit incommodo: uerum enim cum uehemens illa iocunditas & immenſus amor remitteretur: alienati animi ſigna proferebat. Ille tam ingenitus pariterq; inutritus philoſophiæ zelus ardorq; haudquaq̃ ex pectore dilabebatur. Cuius rei teſtimonio eſt redditus honos Anaxarco & miſſa Xenocrati quinquagĩta talenta: Item Dandamis & Calanus quos ſtudioſiſſime coluit. Inde bellum aduerſus Bizantios gerente Philippo Alexandro tum ſextum decimum ætatis annum agenti rei macedonicæ ac regni adminiſtratio relicta eſt. Tunc deficientes ab eo Megarẽſes prælio fudit. Capto mox oppido expulſis ui barbaris mixtos ad id habitandum induxit ĩcolas: ciuitatem Alexandropolim appellauit. Ei quoq; pugnæ quæ contra græcos geſta eſt: in Cheronia cum copiis affuit. primuſq; contra ſacram Thebanorum cohortem irrupiſſe dicitur. Hodie quoq; uetuſta penes Cæpheſum quercus oſtenditur: quam proinde Alexãdri quercum uocant: q; ibi caſtra poſuiſſe fertur. Nec longe Macedonum extat ſepulchrum. Quas ob res Philippus ſumma filio ut æquum eſt beniuolentia affectus erat: p maxime uero lætari q; Macedones Alexandrum quidẽ regem Philippum autem imperatorem uocabant. Cæterum cum ex amore ac nuptiis Philippi domeſticæ ſeditiones exorirentur: ita ut regia uxor & cæteræ mulieres ægre ſe inuicem ferrent: magnæ interius querimoniæ iurgia ac diſcordiæ uerſabãtur: quas Olympiadis aſperitas zelotypia & animorum ferocitas augebat: Alexãdrumq; laceſſebat: Aptiſſimamq; præſertim inter Cleopatræ nuptias inimicitiarum cauſam adhibuit Attalus: quam cum immaturam Philippus adamaſſet uirginem: mox uxorem duxit. Auunculus enim puellæ Attalus ĩ ipſo cõuiuio temulentus Macedones exhortabatur: deos orarent: ut ad regni ſucceſſionem legitimus ex Philippo & Cleopatra crearetur hæres. Qua re excadeſcens Alexander: O ĩprobum caput inquit: nos uero tibi nothi uidemur? ſimulq; ĩ eum raptum miſit poculum. Inſurgens inde Philippus contra Alexandrum nudato mucrone fertur: fauente utrique fortuna tum furore tum uino ictus inanis excidit. Tunc Alexander cõuitiis adortus: hic eſt ille inquit uiri qui ex Europa in Aſiam tranſitum inſtruens: & ex toro in proximum tranſgreſſurus: torum pronus concidit. Poſt eam uinariam diſceptationem: Alexander ubi receptam ſecum Olympiadem in Epiro reliquit: ipſe in Illyriis obuerſabatur. Ea tẽpeſtate Demaratus corinthius hoſpes Philippo perq̃familiaris ingenuam quandam dicendi præſe ferens audaciam ad eum peruenerat. Quem poſt iunctas dexteras blãdoſq; ſermones interrogante Philippo: quonam modo Græci mutuam inter ſe agerent cõcordiam: Tua minimum intereſt inquit Philippe Græciæ curam ſuſcipere: qui tot diſcordiis atq; calamitatibus propriam cumulaſti regiam. Quocirca reſipiſcens Philippus Demarathum miſit: qui precibus Alexandrum reuocauit. Inde cum Pexodorus Cariæ præpoſitus per amicitiam inita cum Philippo ſocietate maiorem natu filiam Arideo Philippi filio coniungem dare concupiſceret: in Macedoniam miſit Ariſtonicum. Eam ob rem cum amici tum mater ingentes cum Alexandro ſeditiones & colloquia ſerebant. Philippum. n. ſplendore nuptiarũ & rerũ amplitudine ad capeſſendũ regnũ Arideũ cõfirmare. Quibus rebus pturbatus Alexãder Panthomimũ tragœdiarũ Theſſalũ mittit ĩ Cariã: q Pexodorũ inducat: ut repulſo Arideo q & nothus ẽ & minĩe mẽtiscõpos exiſtit: id ſecũ matrimõiũ cõficiat. Ea res Pexodoro lõge magiſq̃ prior ẽ cõplacita. Id ubi Pilippus ſẽſit: amicũ quẽdã admodũ familiarẽ ipſius Philotã Parmeniõis filiũ ſecũ aſſumẽs: cubiculũ

ingreſſus Alexãdri:illũ acriter obiurgauit:& aſpis carpſit cõuitiis degñem & præſentibus indignum bonis appellans:qui cario homini & barbari regis ſeruo ſe generum affectet aſciſcere. Dehinc ad Corinthios ſcribit ut ad ſe uinctum pedicis Panthomimum Theſſalum mittant. Cæteros autem æqualis Arpalum Nearchum Phyrgium Ptholomeum ex Macedonia coegit excedere: quos poſterius Alexander reuocatos per ſummos habuit honores. Cæterum cum Pauſanias Attali & Cleopatræ conſilio conſtupratus nullã aſſequi poſſet ultionem:Philippum obtruncauit. Cuius cædis uel maxima in Olympiadem cauſa relata eſt:q furentem adoleſcẽtem exhortata magis atq magis laceſſiſſet. Nõnulla etiam Alexandrum attigit calumnia. Nam dum poſt id ſtuprum obuium ſibi Pauſaniam multa conqueſtum habuiſſet:illud Medeæ lambicum protuliſſe traditur: Socerũ ſimul maritumq ac ſociam tori. Conſcios tamen inſidiarum poſtea perquiſitos pœnis affecit. Eo deinde foris abſente cum Olympias Cleopatram ſuis manibus crudeliſſime necauiſſet:indoluit. Alexander annos uiginti natus plenum inuidia & grauiſſimis odiis ac periculis undiq circunſeptum aſſecutus eſt imperium. Nec.n. uicinæ barbarorum prouinciæ & nationes modeſte ſeruitutem ferebant. Auita uero dominia patrioſq principatus affectabant. Occupata.n. armis Græcia Philippus nullum eius componendæ pacandæq tempus nactus:cæterum mutatis tantummodo perturbatiſq rebus & ingenti procella per inſuetas nouitates fluctuantibus diem obierat. Ea tempeſtatis conditio cũ grauem Macedonibus metum incuteret:opus eſſe cenſebant:ut Alexander Græciæ rebus omiſſis uim nullis afferret:& barbaros qui ab eo deſciuerant:per comitatem ac clæmentiam ad ſe reuocaret:nouarum rerum initiis pro tempore meditatis. Huic aduerſatus ſententiæ Alexander regnum potius audacia & animi magnitudine tueri & conſeruare ſtatuit. Siquid enim excælſi & elati animi remiſiſſet:mox ſe a cunctis peſſundatũ iri. Itaq barbarorum motus ac bella cum exercitu aduolans confeſtim ad Hyſtrũ uſq compeſcuit: Vbi Syrmum Tryballorum regem cõmiſſo ingenti prælio ſuperauit. Poſtmodum cum Thebanos ad defectionem concitari:ſocioſq illis Athenienſes accepiſſet: per Thermophilas ſtatim copias adduxit:ſeſe uirum pro Athenienſium muris declaraturum dictitans:quem Demoſtenes puerum quidem dum in illyriis ac Triballis uerſaretur:mox uero in Theſſalia adoleſcentulum appellare ſolebat. Thebanorũ igitur muris admotus:eis ut facti pœniteret ſpatium exhibens:Phœnicem & Prothitem ſibi tradi poſcebat: ac modo ſibi conciliarentur:libertate donatos per præconem declarabat. Cõtra Thebani Philotam & Antipatrum depoſcebant. Inde quiſquis liberam uellet eſſe Græciam:ſocias ſibi iungere acies publico monent edicto. Tum Alexander Macedones ad bellum inſtruxit. Ab Thebanis aduerſum hoſtes & lõge quidem plurimos ſummis uiribus ac uirtute impigre decertatum eſt. Interim Macedonibus qui cuſtodiæ arcis præerant:a tergo inuadentibus circunuenti Thebani in ipſa pugna cecidere. Capta ciuitas etiam direpta urbs & euerſa funditus eſt. Quaquidem in re ea ſpes idq cõſilium extitit Alexandro:ut huiuſcemodi caſu ac terrore perculſi compreſſiq Græci quietem agerent Cum alioquin incuſantibus Thebanos ſociis:morigerari gratificariq concupiſceret. Phocenſes ſiquidem & Plateenſes Thebanorum inſumulatores aduentaſſe cõſtat. Præter ſacerdotes autem hoſpiteſq Macedonum ac Pindari ſtirpem:quiq defectiõem illã diſſuaſerant:uniuerſos triginta milia numero uænundedit:plures ſex milibus oppetier. Dum grauiſſimis ciuitas calãmitatibus agitaretur: Thraces quidem exciſa Tymocliæ domo clariſſimæ ſane ac pudicæ matriſſamilias fortunas diripuerunt. Illorum uero dux ipſam per uim conſtrupatam diligenter interrogat:ſicubi aurum aut argentum defoſſũ habeat. Ea uero ſe habere confeſſa ſolum perduxit in hortum:& puteum oſtendens ibi capta urbe inquit precioſiſſimas ſe opes depoſuiſſe. Inclinatum Thracem locũq accuratius conſiderantem:pone conſtituta mulier uoluit in præceps:eumq ſaxis frequẽter iectis exanimat. Illa dehinc a thracibus ad Alexãdrũ ĩ uiculis producta(aſpectu qdẽ ac iceſſu maxĩe dignitatis & ãplitudĩs ſigna dabat)ſecura & ĩtẽ duces ĩtrepida ſciſcitãti poſt ea regi:q̃nã foret matrona: Theagenis ſororẽ ſe fuiſſe rñdit:q ĩ Cherõia ĩpator ĩſtructis

aduerſus Philippum aciebus pro Græciæ libertate ceciderat. Cuius reſponſionē clarūq; facinus admiratus Alexāder liberam cum filiis abire iuſſit. Cum Athenienſibus pacem egit q̄q̄ Thebarum caſum haud modeſte ferentibus. Cum.n.ſolēnia inſtarent myſteria eius cauſa mæroris omiſſa ſunt. Quiq; Athenas confugerāt: ſūma humanitate ſūt excepti. At ſiue leonis more iam furore ſaturatus: ſiue crudeliſſimæ rei clæmentiſſimā gratiam adiicere uoluerit: non ſolum nihil Athenienſibus ſuccenſuit: uerū etiā res Græcorum curæ habere iuſſit: ſolos ſiquid ei aduerſi accideret: futuros Græciæ principes. Eū quoq; poſterius Thebanorum ſæpenumero calamitas afflixiſſe dicitur: eorumq; cōplurībus ſummā clæmētiam impartiſſe. Clyti uero cædem inter uina perpetratā: itemq; repudiatos in India Macedones ut qui imperfectam adhuc militiā detractarent: ipſiuſq; gloriam abiicerent: ad Liberi patris iras omnino referre ſolebat. Hoc ſane conſtat neminem Thebanorum poſt hac ei uacuas adieciſſe preces. Hæc quidem de Thebis. Cæteq; coactis ī Iſthmo Græcis ac expeditionem in Perſas decernentibus: Alexander imperator appellatus. Qui cum pluris philoſophos & primarios in ciuitate uiros ſibi obuios & cōgratulantes habuiſſet: identidem facturū Diogenē ſinopenſem exiſtimauit: qui p id tempus Corinthi uerſabatur. At is pauci faciens Alexandrū in Cranio diuerſorum habebat. Quo tum pergens Alexander ad ſolē apricantem offendit. Ille ut tam illuſtris aduētare uiros uidit: paulū ſedit. Alexādrū ſuſpiciēs Eodē familiariter ſalutato: rogat Alexāder rei ne cuiuſq̄ indigeat. Cui Diogenes parumper ait: ab ſole mihi ſecedas. Qua in re q; is regium ſplendorem amplitudinēue nihil fecerit: adeo delectatum admiratūq; ferūt Alexandrū: ut eo diſcedente cū amici irriderent & per iocum morderēt: dixerit: Ego profecto niſi Alexander eſſem: Diogenes eſſe uellem. Volens autem illius gratia expeditōis diuinum conſulere oraculum: Delphos uenit. Tum forte nefaſti dies agebantur: in quibus nefari quidem illi mos eſt oraculo. Quamobrem cū ipſam primo uatem reluctantem ſeq; lege tuentem oraſſet: ipſe inuitam trahens templum aſcēdit. Ea uero ſtudio ac hominis importunitate uicta: inuictus es inquit fili. Qua uoce accepta Alexāder haud alio ſibi opus eſſe uaticinio dixit: uerum aſſecutum ſe quod ab ea cupiebat oraculū. Eo deinde ad exercitum proficiſcente: cum alia deorum uiſa prodigia: tum uero Orphei ſimulacrum: quod in libethris ex cupreſſo extat: multum per id tempus ſudorem emiſiſſe traditur. Vniuerſos eo prodigio terrefactos bona ſpe eſſe iuſſit Ariſtāder. ſempiternæ nāq; memoriæ illius geſta futura ſudorem maximum laboremue poetis ac muſarū cultoribus allatura. Copiarum numerum qui minimum afferunt: tricena milia peditum ac equitum quinq; fuiſſe tradunt: qui uero plurimum: peditū quadrīgenta milia equitum autem quadraginta extitiſſe ſcribunt: quibus Ariſtobolus non niſi ſeptuaginta talentorum comeatum fuiſſe prodidit triginta ſolummodo dierum cibaria. Oneſicritus etiam ducenta æris alieni talenta conflaſſe Alexandrum. Qui tametſi tot cōpreſſus rerū anguſtiis: tam ardua moliretur: non ante nauem conſcendiſſe traditur: q̄ rebus amicorum penſitatis huic quidem agrum: illi uillam: alteri domorum prouentum: nonnullis portoria elargitus eſt. Abſumptis & ferme diſtributis regiis opibus: quid tibi rex ſuper eſt: Perdicas inquit. Cui Alexander: ſpes ait. Tum perdicas: Hæc nobis commilitonibus tuis futura communis eſt. Obſignatum igitur ſibi prædium recuſante Perdica: quidam identidem ex amicis factitarunt. Cæterum quiſquis aut acceperit aut poſtularit: ei promptiſſimo gratificatus eſt animo. Rebus hoc pacto macedonicis cōſumptis particiſq;: tali conſilio ac animi diſpoſitione concitus Helleſpontum traiecit. Inde petens Ilion perfecto ſacrificio Mineruæ: ſemideiſq; parentauit. Deinde ad Achillis ſtatuam una cum ſociis unguento delibutus nuduſq; de more circuncurrens eam coronis ornauit: fælicē illū appellans: q; uiuo quidem tam fidum amicum: mortuo autem tam magnum contigit habuiſſe præconem. Eum ciuitatem poſtmodum perluſtrantem ac uiſentē interrogant quidam Alexandrum: Paridis ne citheram uidere cuperet: ea minime ſibi curæ eſſe reſpondit: Achillis uero citheram quæritaſſe: qua ille fortiſſimorum geſta uirorum & res inclytas decantare ſolebat. Interra cum Darii præfecti

magna manu coacta acies pro Grânici trâſitu: perinde ac Aſiæ portis diſpoſuiſſent: intrare uolentibus non niſi prælio cõmiſſo irrumpere licebat. Subinde profundi ac undoſi amnis impetus & ripæ ulterioris aſperitas: quæ non ſine collato marte ſuperanda erat: plurimos terrore confecerat. Quidam etiam Iunii menſis obſeruandam religionẽ exiſtimabant: quippe cũ eo tẽpore exercitũ deducere haud Macedoniæ regibus mos ſit. Quam rem facile correxit Alexãder: ipſum ſecundum uocitari maium edicẽs. Cũq; Parmenio ea minime tẽtare pericula ſineret: q; id q̃ ſerũ tẽpus eſſet: futurũ inquit: ut Helleſpontus erubeſceret: ſi eo ſuperato Granicum extimeſceret. Quo dicto raptis ſecũ tribus ac decem ordinibus equitum flumẽ irrumpit. Vbi cũ ſeptos armis equites cõtra prærupta loca hoſtileſq; ſagittas urgeret: ac obruẽte fluminis uortice amẽtia magis furer̃ q̃ ratione aut cõſilio militiã gerere uidebatur. Poſtq̃ euaſit (uix dum ripã ſummo labore ac difficultate tenuerat: erat enim locus cum udus tum cœno lubricus) cum e ueſtigio cõfertĩ aduerſus irruentes: prius q̃ ſuos pro acie locare facultas eſſet: cõferre manum coactus ẽ. Illi enim clamore incũbentes equoſq; equis conſerẽtes haſtis agebãt: quibus fractis mucronibus decertabatur. Cæterum aduolantibus in eum plurimis (erat enim tum pelta tũ caſſidis iuba inſignis: quam circum candidiſſimæ utrinq; mirumimmodũ pẽnæ ſurgebant): ab unius iaculo ſub thoracis lamina ictus: haud ſauciatus tamẽ eſt. Inde cũ Triſacem ſimul ac Spithridatem regis præfectos in ſe concitos ferri cerneret: deuitato Spithridate Triſacem petit: cui cum thoracem induto haſtam infregiſſet: gladium criſpat. His itaq; conſertis ex obliquo adacto Spithridates equo auide inſurgens conum barbarica bipenni diſſipat: altera pẽna deiecta: cuius ictui pene ceſſit galea: adeo ut crines altera bipennis pĩna perſtrinxerit. Spithridatem alteram librãtem plagam magnuſ ille Clytus occupat: & medium telo tranſfigit. Triſaces quoq; Alexandri gladio uulneratus exanĩs cecidit. Inter huiuſmodi rerum diſcrimina equeſtri pugna conſtituta traiecerat Phalanx macedõica: pedeſtreſq; ſimul aderãt copiæ. Quocirca haud diutius quaq̃ acer ſtetit hoſtis. At cuncti terga uerterunt: græcis dũtaxat exceptis: hi ſtipendiarii quidem milites in quendam euadentes tumulum Alexãdri fidem implorabant. At ille furore magiſq̃ conſilio eos adortus: equum bucephalum quidem gladio per ilia tranſfixum amiſit. Ibi plurimus ſauciorum & cadẽtium numerus fuit: quippe cũ deſperatis ac bellaciſſimis uiris collata pugna fuerat. Siquidẽ barbarorum militum. xx. M: duo equitum cecidiſſe tradũtur: cum ex Alexandri exercitu quattuor & triginta cæſos: ex qbus nouẽ pedites Ariſtobolus refert: eis æreas ſtatuas Lyſippi opus attolli iuſſit. Ex hac uictoria Græcis exuuias ĩpartitus: Athenienſibus quidem trecẽtos ex captiuis clypeos tranſmiſit. Cæteris paſſim ſpoliis illuſtre hoc iuſſit inſcribi. Alexãder Philippi & abſq; lacædemoniis Græci hæc ab incolis Aſiæ barbãris. Patheras uero hoſtrum cæteraq; id genus ad matrem ferme cũcta tranſmiſit. Ea pugna magnum ad res Alexãdri momẽtum peperit. Sardis. n. Maritimi barbarorum imperii tutamen & propugnaculum cæpit: multaq; ad eum defecerũt oppida. Solæ cõtra illum Alicarnaſſus & Miletus perſtabãt: quas inde ui adortus cæpit. Subactis finitimis omnibus dubius animi ad ea quæ gerenda ſuperant: fuit. Interdum enim cõtra Darium ſummo ſtudio ferebatur: ut de rei ſumma periculum faceret. Interdum Maritimis intentus erat: ut in eis primum exercitatus ac ſtabilitus ipſum poſtmodum inuaderet. Lyciæ fons iuxta Xanthiorum oppidum extat: e quo per incrementum funditus uerſo tãbellas quaſdam æreas ſua ſponte dilapſas fama eſt: in quibus antiquiſſimarum caracteres litterarum indicabant regnum Perſarum a græcis deſtructum periiſſe. His elatus maritimam oram ad Pheoniciam uſq; Ciliciam ſubigere matura uit. Excurſio uero Pamphiliæ ingentem q̃ multis hiſtoricis ſcribendi materiam ad immenſum uſq; ſtuporem exhibuit: q; diuina quadam ſorte mare ipſum alioquin ſcæuũ ſemper & procelloſum ceſſerit Alexandro. Rariſſime proinde contingere ſoleat: ut præcipitia præruptaq; iuga glacie modica tenuique contegantur. Declarauit id Menander in comedia: dum ad admirandum facinus alludens ait: Quam Alexandro ſum hoc inquit: ſi quempiam quærito: Is ultro præſto fiet mihi: Si quem

maris ſuperarier locum iam oporteat mihi: Huius continuo facilis redditur tranſitus. Alexãder autẽ ĩ epiſtolis ſuis nil tale monſtri ſimile perſcribens: ſe per cognominatã ſcalam iter habuiſſe perq; Phaſilidem tranſiſſe aſſerit. In qua urbe complures uerſatus dies: cum interea loci Theoclecti præmortui (erat autem Phaſilide oriundus) ereptã ĩ foro ſtatuam conſpexiſſet: ibi poſt cœnam mero perfuſus laſciue ſaltauit: multaſq; ſparſit coronas: nõ ĩgratum hõni p iocum reddẽs honorẽ: quẽ ĩter philoſophiæ ſtudia ſub præceptore Ariſtotile ſocium habuerat. Poſt hæc rebelles cæpit Pyſidas: Phrygiã domuit: & oppidum Gordium antiqui Midæ regiam: ubi uulgãtũ illud ex corni libro ĩnexum plauſtrum aſpexit: de quo ex barbaris paſſim crẽditus ſermo manarat: quiſquis eius nexum ſoluiſſet: illi orbis terrarum ĩperium fata portendere. Cum igit cæca nexum capita obliquiſq; ĩter ſe ſpiris obuoluta Alexãder ſoluere nequiret: nodum gladio cecidit. Quo ita cæſo multa appuiſſe tradũt capita. Ariſtobolus autẽ facillime ipſos ſoluiſſe nodos affirmat. Dẽpto ſiquidẽ clauo: quo temoni iugum ãnectitur: mox iugum ſubduxiſſe. Hinc Paphlagões Cappadoceſq; ſubegit. Audita interĩ Memnõis morte: qui clariſſimus claſſis Darii præfectus per multas turbas & obſtacula Alexãdri uictorias retardabat: de ductando ad ſuperiores partes exercitu ſeſe magis magiſq; confirmauit. Hæc agente Alexãdro Darius magnitudine copiarũ elatus: e Suſis caſtra deducit. Sexcẽta eĩm hoĩum milia agebat. Confiſus etiã ſomnio quodã traditur quod ad gratiam magiſq; ueritatẽ coniectores expoſuerunt. Viſa enim late fuſo igne macedonica phalãx depaſci: Alexãdrũq; ſibi miniſtrare: ea amictus ſtola: quam is olim regi ſeruiens geſtare ſolebat. Eum poſtea cum belli tẽplum intraſſet: e conſpectu euanuiſſe. Hiſce rebus portendiſſe deũ opinor illuſtriſſima atq; famoſima futura Macedonum geſta: Alexandrum regno Aſiæ potitum: quẽadmodum ex miniſtro rex factus Darius uẽdicauerat. Cæterum uitam mature ſumma cum gloria relicturum. Maior item illum ſpes extollebat: q; Alexandro in Cilicia diutius cõmoranti timiditatem obiectabat. Cõmorandi uero cauſa erat aduerſa ualitudo: quam ĩmenſi labores aduxerant: uel (ut quidam perhibẽt) Cydnus amnis: quem gelidiſſimũ is ſe lauãdi cauſa intrauerat. Ad cuius quidẽ remedium cæteris deſperãtibus medicis: & quãuis ope ualidius ĩminere periculũ ratis: & re in cõtrarium uerſa: calũniam Macedonum reformidãtibus: Philippus Acarnanus acceſſit: qui tam & ſi dura ĩpendere anĩaduerteret: tamen amicitia frætus: qua in eo regis diſcrimine non cõmune etiam per extrema experimentorũ genera ſuſcipere piculum iniquũ ducebat: remediis adortus eſt: (eiq; modo perferat) ad pugnam proxĩam hanelanti: breui ſalutem potõnibus pollicẽs. Interea ex caſtris a Parmenione miſſa redditur epiſtola: qua regem: ut ab inſidiis Philippi caueret: admonebat. Magnis enim largitionibus a Dario corruptũ deſponſatam præterea eius filiã: ut Alexandrum necaret. Quã ubi perlegit: nemini ex æqualibus indicatã ſibi puluino collocat. Ingredientibus autem familiaribus ſimulq; Philippo calice potõnem afferente: Alexander tradita illi epiſtola: poculũ intrepidus ac ſecurus accepit. Præcipuæ uero admirationis ſpectaculum erat cum eo legente: hic poculum hauriret. Inde mutuo haud eodem ſe geſtu conſpicerent: Alexandri quidem erga Philippum amœna & aperta facies: beniuolentiam fidemq; declarabat. Ille autẽ ea percitus calumnia nunc ĩuocatis numinibus obteſtatiſq; manus tendebat in cælum: nunc lectulo collabens Alexandrum ſibi audire & bono animo eſſe ſollicitus orabat. Ea uis medicaminis interius recepta: initio corpus ita depreſſit afflixitq; : ut intercepta uoce & intercepto ac perexili admodum ſenſu illum ferme animus deficere uideretur. At paruo poſt tẽpore priſtina ſalute recepta collectiſq; uiribus Macedonibus uidendum ſe præbuit. Non enim prius ſeſe diſcruciandi finem facturi uidebantur. Erat in caſtris Darii tranſfuga macedo Amyntas nomine: haud Alexandri naturæ inſcius. Is ubi feſtinantem Darium: ut Alexandrum inter anguſtias adoriretur: cernit: ſupplex deprecatur: ut ingentibus copiis aduerſum paruam manum prælium initurus: in latiſſimis locis & planiſſimis campis hoſtem expectet. Vereri ſe Dario reſpondente: ne Alexander ac hoſtes effugiant: huius rei gratia ſolue metum inquit: ille enim ad te ultro aduentabit: aut in

præſentia fortaſſis aduẽtat. Haud tamẽ regi placuit Amyntæ cõſilium. Verum ĩ Ciliciã caſtra mouit. Alexander cõtra illum cõtẽdit ĩ Syriam: noctis tenebris haud obuii ĩter ſe facti: ubi illuxit reuertunt. Quã rẽ hunc ĩ modum obtigiſſe lætus Alexander hoſtem in anguſtiis obuium habere curabat. Nec minus exultabat Darius: q; eductis iam ex montium faucibus copiis prior caſtrorum loca metãuerat. Iam enim ipſorum cõmoditatem locorum intellexerat: q; ea cum mari ac montibus uicina tum influenti Pindaro ãmni equitatui minus idonea peragrarat. Cæterum quaq; uerſum cõfraga habilem hoſtium paucitati ſitum habebant. Alexander locum ſuppeditante natura longe melius q; fortuna præbuerat ad quærendam uictoriam acies inſtruxit: barbarorum numero inferior: ne ab eis circunueniretur ad dextrum hoſtium cornu oblique leuum opponẽs: in fugam barbaros conuertit. Vbi inter primos prælium capeſſenti mucrone coſſa uulneratur: & ut Chares prodidit a Dario. Eos enim manibus congreſſos refert. Alexander autem cum de ea pugna ſcriberet Antipatro: a quo uulnus acceperit haud ſignificauit: Cum tamen ſauciam gladio coſſam ſine periculo fuiſſe ſcribat. Ea glorioſa extitit uictoria: quippe cum cæſa tum capta ſupra undecim milia hoſtium. Darium per quattuor aut quinq; ſtadia fugã præripuit. Cæterum illius curru arcuq; potitus: rediit in caſtra: ubi Macedonas ĩmenſas barbarorum diuitias cum ferẽtes tum cõgerentes ĩuenit. Qui quo expeditiores ad prælium eſſent: oĩa ferme Damaſci ĩpedimẽta apparatumq; reliquerãt. Tentorium Darii pecunia ſplẽdidiſſimiſq; ornamẽtis ac precioſa ſupellectrle refertũ excerpſerant Alexandro. Inde exutis armis balneum ĩtrans eamus inquit: in Darii balneo ſudorẽ pugnæ loturi. Cui familiaris quidã minime per Iouẽ inquit Darii: aſt Alexandri: Fortunas enĩ uicti & eſſe & dici bona uictoris oportere. Cæterum aquarũ ductus hydrias peluis & Alabaſtros cuncta auro lita plurimo conſpicatur: unguenta ſimul ac aromata diuinum quẽdam interius ſpirabant odorem. Poſt hæc ſublime cubiculum magnifice conditum ſubiens: ubi ſtratum menſas cœnaculum miroq; inſtructas ornamẽto perſpexit: ad ſocios conuerſus: Hoccine inquit ĩperarẽ erat. Ei poſtmodum cœnaturo nuntiatur matrem ac uxorem Darii geminaſq; ſimul filias uirgines captiuas adduci. Eaſq; uiſo curru & arcu Darium periſſe ratas ſe plangere lamentariq; Alexander diu cunctatus: ipſarum magis ſortẽ miſeratus q; ſuis elatus ſucceſſibus: per Leonatum renuntiat haud interiſſe Darium: & nequicq; ab Alexandro reformident: adhortatur. Se enim pro regno cum Dario dimicare: Eas omnia quæ ex Dario imperante ĩſignia dignitatis aſſecuturas. Quæ cum mulieribus & captiuis quidem clemens & amœna apparuiſſet oratio: non minoris humanitatis opera reſponderunt. Quoſcunq; enim perſas uoluerunt ſumptis ex præda ueſtibus & ornamentis ſepeliendi poteſtatem dedit. Nihil cultus aut honoris priſtini illis ademit: quin longe magnificentiores ſolito rerum uſus habebant. Quod uero pulcherrimum & gratia regali digniſſimum extitit: mulieres ingenuas modeſtiſſimaſq; & captiuas quidem nullum ex eo turpe uel audiſſe uel intellexiſſe uel expectaſſe cõtigit. Nec eas perinde ac intra hoſtium caſtra: uerum etiam in ſacris ædibus caſtiſq; uirginum cubilibus cõſeruatas: & nullius proſpectas oculis uixiſſe. Et profecto Darii coniugẽ uniuerſas decore ac forma reginas anteiſſe: quẽadmodum & Darium cunctos ſpecie ac proceritate uiros ſuperaſſe memoriæ traditum eſt: ſimillimaſq; parentibus fuiſſe puellas. Alexander ſeipſum magiſq; hoſtes domare regium opus exiſtimans: nõ has aut quampiam ante ſuam coniugem præter Barſenem attigit. Hæc poſt Memnonis obitum uidua Damaſci capta eſt mulier græcis erudita litteris ſuauiſſimis erat moribus. Pater Artabaſſus regia ſtirpe editus: hanc Alexander incitante Parmenone genere quippe & pulchritudine egregiam compreſſit: ſicut tradit Ariſtobolus. Cæteras cum Alexander captiuas aſpiceret: dicere per iocum ſolebãt: dolores oculorum perſicæ ſunt puellæ. Contra dum earum formis ſuæ continentiæ ac modeſtiæ ſpecimen oſtendebat: ipſas uelut examines ſtatuas prætermittebat. Præfecto claſſis Philoxeno apud ſe tarentinum Theodorum eximia facie pueros uenales habentem diuertiſſe ſcribente: & nun emere uellet percunctante: perſæpe uociferans æquales rogauit: quidnam olim tam obſcœnum de

ſe Philoxenus animaduertiſſet:ut hæc illi probra compararet. Scribens etiã ad Philoxenum poſt multa in illum maledicta & conuitia ipſum cum ſuis mercibus Theodorum malam in rem mittere iuſſit. Quẽdam etiam adoleſcentem Agnonẽ nomine: cum ei ſe egregia forma Crobilum ex Corintho emere & ad illum deferre uelle ſcripſiſſet:ingentibus affecit conuitis. Damonẽ & Timotheum Macedonas quorundã ſtipendia ſub Parmenione merentium temeraſſe mulieres audiens:ad eum ſcribens mandat:ut ſi cõuicti ſint:eos tãq; pernitioſas humano gñi bæluas ſæuis trucidet modis. In ea epiſtola hoc pacto de ſe uerbum ex uerbo ſcripſiſſe liquet. Ego.n. Darii uxorem nedũ aſpexiſſe aut aſpicere decreuiſſe:ſed eoꝝ qui eximiã eius uel illius formam prædicant:ne uerba quidẽ admiſiſſe comperiar. Seq; duabus potiſſime rebus mortalitatem intelligere aiebat:ſopore ac coitu:quas ſola naturæ infirmitas pareret. Vẽtris quoq; cibiq; tẽpatiſſimus:quod cum multis aliis tũ uerbis ſuis ad Adan declarauit:quã ſibi in matrem aſſumptam Cariæ reginam deſignauit. Illa.n.ut maiorem in eum caritatem oñderet:multa obſonia & delicata ferculorum condimenta:poſtremo ſolertiſſimos coquos ac piſtores ad eũ tranſmittẽte:his haud ſibi opus eẽ dixit. Nã meliores ſe cõquos quos ſibi Leonidas pedagogus cõparauerat habere. Ad prandia.n.nocturna itinera:ad cœnas uero prandiorũ parcitatem. Idem cum lectum ingrederet:diſcuſſis accurate ueſtibus num quicq̃ hic aiebat ſupuacanea refertum mollitie mater adminiſtrauit. Ad uinum quoq; lõge minus q̃ credebatur pronus. Quod ſecus iccirco creditum eſt:q; maius colloquendo q̃ potando tempus ad unumquẽq; calicem protrahebat:ſemp longius ſermone deducto: & hoc quidẽ dum multa ocio facultas eſſet:quippe cum a rebus gerendis illum non uinum non ſomnus non iocus non nuptiæ non ſpectaculum quẽadmodum cæteros imperatores abſtraxerit. Indicio eſt breuiſſima quam uixit ætas quam infinitis oĩno rebus amplifimiſq; referſit. Cum uacuus erat:primum ubi exurrexiſſet pacta re diuina ſedens prãdebat. Poſt ea diem aut uenatu conſumebat:aut componendis rebus impartiebat:aut militibus ius dicebat:aut lectitabat. Sin haud nimis urgentẽ uiam uaderet:ĩterdum aut ſagittare aut concitatos currus aſcendere deſcendereq; perdiſcebat. Multotienſq; ẽt uulpes ioco uenabatur aueſq;:ſicut p eius diaria percipi licet. Cæterum metatus ubi ſe unxerat ac lauerat:cum præpoſitis coquorum atq; piſtoꝝ de ſumendis epulis rationem habebat:ſero poſt modum ac multam ĩ noctem cœnaturus accumbebat. Mirabilis autem illius cura & reſpectus in diſtribuendis dapibus fuit:nequid inique aut parum accurate partitus uidere tur. Potum(ſicut prædictum eſt)longius inter confabulandum producebat. Idẽ nullius iocunditatis expers cum cæteris in rebus tum conſuetudinis comitate uniuerſis excellẽs regibus iactantia & elatione infeſtus ad arrogantiam uſq; uti miles quiſpiam ferebat: ita ut aſſentatoribus ſeſe calcãdum & equitandum ferme permitteret:quæ res gratioſiſſimos eius familiares fere perdidit:qui cum aſſentari nollent:non laudare nõ audebãt. Illud.n.turpitudinem:hoc uero diſcrimen afferebat. Interdum cum ſe poſt potum lauiſſet:quieti ſe ad meridiem uſq; dedebat. Nonnũq̃ etiam totum dormiendo diem agebat. Exquiſitorum quoq; ita ciborum abſtinens:ut ſæpenumero cum rariſſima ad eum ex mari obſonia aut piſces deferrentur:eis inter amicos partitis:nihil reliquum eſſet. Cœnarum magnifici ſemper apparatus & aucto pariter imperio ſumptuoſiores. Poſtremo cum ad decem milia dragmarum proceſſiſſent:ibi modus factus eſt: & his qui Alexandrum inuitabant:præfinita ſũma. Poſt cõmiſſam in Iſſo pugnam Damaſcum mittit: qui pecuniam ſupellectilem libros uxoreſq; Perſarum ad eum redigerẽt. Ex quibus maximam in equites theſſalos ad id de induſtria miſſos:portionem contulit:q; uiri ſtrenui & egregii bellatores erant. Reliquum etiam ditauit exercitum. Tum primum Macedones guſtato auro argẽto mulieribus & barbarorum deliciis:ueluti canes odorata ſemita uenari ac p ueſtigia Perſarum opes indagare cœperunt. Poſt hæc Alexander ad occupãdum maris imperium uerſus Cyprum & cunctam excepto Tyro phœniciam tradẽtibus regibus recepit. Tyrum obſidere ſtatuens aggeribus & machinis ducentisq; Triremibus ã mari menſibus ſeptem cinxit. Interim Alexander per quietem uidit Herculem: poſtq̃

illum crebro uocasset e muro sibi dextrã porrigentẽ. Cõpluribus etiam Tyriorum in sõnis Apollo dixisse uisus est: se ad Alexandrum proficisci. Nõ. n. sibi quæ in ciuitate ppetrentur placere. Eapropter perĩde ac transfugã homĩem plane deprehendissẽt: eius simulacrum catenis ac clauis ad basim alligatũ Alexandrinũ apellabãt. Aliud dormienti Alexandro euenit insõnium uidere se Satyrum existimabat: qui procul ei iocabundus applauderet: Cumq; ipsum capeř uellet: fugiebat. Postremo cum multa uersatus orasset: in manus uenit. Consulti uates partito noĩe lõge credenda dixerũt: Sa hoc est tua Tyrus est. Adhuc fontẽ ipsum ostẽtant: quem penes Alexander Satyrum cernere uidebaťˉ. Ea durante obsidione in Arabes: q circa Antilibanum incolunt: expeditionẽ egit. In qua ob Lysimachum pedagogũ nõ paruum uitæ piculum adiit. Subsecutus. n. ẽ: cum se phœnice neq; peiorẽ neq; natu maiorẽ esse diceret. Postq̃ ad montes uentum est: missis eqs pedes ire cœpit. Et iã cæteri procul abscesserant: cum ĩtercipientibus tenebris ac ꝓpinqs iá hostibus Lysimachum ætate grauẽ ac labore fessum nunc hortãdo nunc iuuãdo haud deserere sustineret: longe ab exercitu (q̃ minus intellexerãt) cum paucis relictus ẽ comitibus: Ita ut p frigus ĩmẽsum horrentibus ĩ locis noctem exegerit. Tũ multa sparsim emi nus inimicorum cõspicatus ĩcendia: ut aliqua ex parte Macedones ĩ rerum ĩopia consolaretur: corporis agilitate & quotidiano confisus labore ad propiores cursu puenit. Ibi duobus assidentibus foco barbaris ense obtruncatis torre correpto: reuertit ad suos. Magno itaq; igne facto nõnulli ex hostibus metu attoniti terga dedere: quidã eos aggressi uertũtur ĩ fugam: reliquum noctis securi duxere. Hæc quidẽ Cares refert. Tyriorum obsidio talẽ habuit euentum: Cum Alexander post multa prælia maiorẽ copiaꝝ quieti dedisset: paucis tamen: ne ociosus foret hostis: pro murorum statione relictis: haruspex Aristander mactatis hostiis signa ꝑspexit: quibus audacior factus ad circunstantes præsagiit: eo prorsus mẽse ciuitatẽ ĩ eorum potestate futurã. Quare cum ingẽti cachinno irridere cœpissent (ea. n. extrema mensis dies erat) subdubitãtem cernẽs hoĩem Alexãder: ut qui sua plurimi semp fecerat uaticinia: eã necdum trigesimã ac quartã Kl. adnumerari iussit. Deĩde signo tuba dato enixius q̃ antea constituerat muros adoritur. Qua re strenue inchoata & exercitu ad ferendum auxilium mature concurrente: cũ desperatio Tyrios frãgeret: ea die potitus oppido est. Post hæc Alexãdro ãplissimã Syriæ urbem Gazam expugnãti: auis quædam ex alto dimissa cespite ꝑstrinxit humerum. Ea deĩde cũ sup quodã machinamento consedisset: ĩter funiũ nodos incauta cõplicatur. Quãobrem Aristãder humeri uulnus & potiẽdæ uictoriã ciuitatis auspicatus Alexandro est: itaq; euenit. Inde cum Olympiadi Cleopatræ amicisq; hostilis exuuias mitteret: spei cuiusdã puerilis ætatis admonitus Leonidæ pedagogo quingenta thuris & centena myrrhæ talenta trãsmisit. Olim cum Alexãder ĩter sacrificandum utraq; manu thura uaporãdis deis exciperet: Tum Leonides: Alexander ait: cum ferentibus aromata terris imperitabis: hoc pacto copiose adeo uaporabis: at ĩ præsentia rebus utere parcius. Tum igitur Alexãder ad eũ ita scribit: Ad te thus myrrhãq; abunde trãsmissimus: ut tũ deis parcus esse desinas. Delato ad eum scriniolo quo nulla ĩter opes Darii sũptuosior & ornatior fuisse res uidebaťˉ: amicos scisciataťˉ: quidnã ĩ eo precios̃um digne collaudãdum existimẽt. Multos. n. usus aliis demonstrãtibus: hic optime inquit iliadis Homeri custodiæ dabitur. Hanc quippe rem cõplures haud paruæ fidei auctores affirmant. Cæterum si uera sunt: quæ Alexãdrini Eraclidem secuti tradiderunt: non segnem non consilio uacuum cõmilitonẽ Homerum Alexandro fuisse censuerim. Nã potitus ægypto de urbe græca condenda magnificã populosam & ab se cognominandã relinquere agitabat. Quã quidẽ ad rem magnũ soli ãbitum quãtum superiori tẽpore nullus architectorum cõsilio metatus erat. Dehĩc noctu p quietẽ mirabile uidit ĩsõnium: uirũ cum canicie plurima tũ statura uenerandũ astare sibi existimauit: hos illi uersus recitãtem: Præterea undisono quædam iacet ĩsula põto: Quam pharon appellãt: ægyptia littora contra. Confestim igiť consurgens phaꝝ adit: quæ illa tempestate paululum supra canopium hostiũ insula erat: nunc uero per aggerem in continentem recepta: ea instar coronæ Isthmos erat: parem quaquauersum

pro ratione latitudinē habens. Ingens in ipſa lacune & moriens mare portuſ āplectit̃. Egregiam loci naturā contēplatus Alexander: Homerus profecto inqt: cum cæteris in rebus admirabilis: tum ſapientiſſimus extit architectus. Dehinc urbis formā pro illius loci ſimilitudine deſignari iuſſit. Quā ad rem cum tellus alba deeſſet: ī nigri campi planicie gyratum farina ſignum deducunt. Cuius actæ rectius uelut ex fimbria lineæ chlamydis inſtar īteriorem efficiunt urbē. Eius formam ſūma cum delectatione ſpectante rege: īfinitæ multitudinis & gñis omnipharīā aues e proximo lacu ac flumine in eum repēte locum in nubis modum prouolant: ita ut ne farinā ipſam attingerent. Id Alexandrum p̄turbauit augurium: aſt illum bona ſpe eſſe haruſpices monent. Ab eo enim urbem condi: quæ ferociſſima uariis hominibus futura ſit educatrix. Poſt hæc cōmiſſa operis cura: ipſe ad Iouem Hammonē pgit lōge ſane iter durum ac laboris plenum gemino præſertim diſcrimine: aquarum inopia qua nō paucorum ſpatio dierum deſerta regio eſt: alterum ſi p apertam & profundam euntibus arenam rapidus incūbat hauſter: quēadmodum de Cambyſis exercitu traditur. Is. n. ingentes arenarum aceruos attollens fluctuāte planiciæ qunquagīta hominum milia obruta necauit. Hæc cum uniuerſi ferme aīaduerterent: Alexander tamē quicqd incæptaret deterreri non poterat. Fortūa. n. ſuis propitia conatibus promptiores ei reddebat animos: & donec agenda nauarētur: īuicta ferebatur aīoſa contentio: qua non hoſtes modo: uerum & loca & tēpora uiolētus urgebat. In ea profectione multa pro incōmodis aſſecutus eſt adiuuantia: quæ a Ioue miſſa poſteriora cōfirmant oracula. Quin ea quodāmodo fidē ipſis uendicant oraculis. Primū quidem aquaꝝ multitudo & diuturni ībres a Ioue demiſſi ſitis ſoluere metum: & humectātibus arenis ſiccitatē extinxerunt: quibus ī ſe condenſatis & ſuaues ſpiritus: & purior īpendebat aer. Inde cum ductores confuſas amiſiſſent metas: iāqꝫ errare cœpiſſent: diſperſis ex ignoratione comitibus: coruos q̄ prævolantes eis iter monſtrarent: & tardius ſubſequentes præſtolarent̃ apparuiſſe conſtat. Quod uero longe mirabilius eſt: tradit Caliſthenes noctu palantes cantu ac uocibus ad ſequenda comitum ueſtigia reuocaſſe. Supato deniqꝫ deſerto: ut tēplum intrauit: Hammonis Antiſtes illum Iouis pinde ac patris noīe ſaluere iuſſit. Illo rogante nunquiſq̄ ex patris īterfectoribus īpunis effugerit: ſaniora loqui iubet Antiſtes. Nec. n. parentem illi mortalē eſſe. Mutato dehinc ſermone cunctos ne Philippi īterfectores ultus ſit: p̄cunctat̃: & datum ne ei ſit: ut uniuerſos ditione mortales ſit moderaturus. Cui & ipſum dari & plene peractam Philippi ultionē eſſe diuinū reſpondit oraculum. Quamobrē precioſis deum donariis & pecuniis ipſos ditauit antiſtites. Hæc ſunt quæ de Hammonis ſortibus plurimi tradiderunt ſcriptores. Alexander autē ſcribēs ad matrē ſe quædam occulta inqt accepiſſe uaticinia: quæ cum redierit ad eā ſolam explicabit. Aſſerunt q̄dam ſacerdotem dum græce ipſum ſalutaret & blādius pedion hoc eſt filiole cōpellāt̃ uellet: p barbariſmum pro. n. abuſum. ſ. pedios ideſt Iouis filii pronuntiaſſe. Illum uocis errorē Alexandrum libenter pinde ac omen audiſſe. Quo circa cōfeſtim uulgatum eſt eum ab oraculo Iouis filium appellatum. Quē rumorē ubi p Sāmonem ægypti philoſophum audiit: magis probaſſe fert̃: qui oīs inqt homīes ſub dei īperio eſſe prīcipariq; ac īpitare diuinum q̄ddam affirmabat. Quibus de rebus acutius philoſophari ac diſputare ſolebat: deum cōmunem quidē mortalibus patrem optimum quēq; peculiarem ſibi filium adoptaſſe. Cæteꝫ Alexāder cum ſe deo genitum perſuaſum haberet: in ipſos īſolentior erat barbaros. Ad græcos uero modeſtius ac parcius de ſua diuinitate ſermonē habebat: excepto dum ad Athenienſes pro Samo ſcriberet. Ego quidem inqt haud liberam uobis tā inclytam ciuitatem tradidiſſe: quā ab eius tunc domino quem parentem meum appellabant: ſuſceptā habetis: Philippum intelligens. Poſtremo cum ſagitta ſaucius doloris acerbitate collaberet̃: amici dixit: hunc plane cruorem mortalium: ac non diuorum uulnera ſpargunt. Dum ingens tonitrus cōſternaſſet uniuerſos: forte præſens Anaxarchus philoſophus: tu quoq; Ioue genitus: num quicq̄ tale perages? Ad quæ ridens ait: Nolo uti iubes amicis eſſe terrori: qui meas per cōtēptū cœnas habes: q̄ non ſatraparum capita ſed piſces in menſa mihi cernis appoſitos. Et

profecto Ephestioni missis a rege piscibus Anaxarchus eum protulisse sermonē tradit: tanq̄ eos aspnaret & carperet q per magnos labores & pericula illustres & claras res pse quentes nullam aut perexiguam sibi uoluptatē cōparantes: nihilomagis q̄ reliqui iocun ditatis fructum adipiscūt. Ex his quæ superius enarrata sunt: liquet: Alexandrum non per superbiam aut cōtumeliam sed grauitatis opinione cæteros subiugasse. In phœniciā ex ægypto reuersus sacra diis festosq; dies celebrauit. Tum stata certamīa & ludos scæni cos edidit: nō apparatu modo sed etiam certātibus permagnificos. Eis præfecti sunt Cy priorum principes: quēadmodum & Athenis qui tribus sortiunt. Decertatum est miri fice ac splendide a Salamino præsertim Nicocreonte & Solio Pasycrate. His ut nobilissi mis præessent histrionibus sorte obuenit: Pasycrati qdem Athenodoro: Nicocreōti autē Thessalo: cui studiosissime fauebat Alexander. Nec tñ suum ante studium patefecit: q̄ omnibus fere suffragiis uictor Athenodorus declaratus ē. Tunc abiēs se quidem iudices approbare dixit: uerūenīuero ne superatum uidisset Thessalum regni portionem perli benter amissurum fuisse. Postea uero cum Athenienses Athenodorum: q; dionysiis nō īterfuisset: mulctassent: eo regem ut per se scriberet obsecrante: id facere noluit: At mul ctam remisit. Cum Lycon Scarphei filius lepida quædam ageret in theatro: īterrecitādū comœdiam uersum quo decem talentoꝝ petitio significabat īseruit. Quo ridēs Alexan der: ea præberi iussit. Deīde missi a Dario legati pro redimendis captiuis: cum regiis līis peruenerunt: qbus decem milia talentoꝝ cunctam Mesopotamiam ac filiæ mīmoniū pollicebatur: tum amicum se sociumq; futurum. Quibus īter æquales suos cōmunica tis: Parmenio si Alexander īquit essem: has ego cōditiones accepissem. Cui subinde Ale xander: & ego mediusfidius si Parmenio. Alexander itaq; Dario: ut ad se ueniret rescrip sit: cuncta ex eo humanitatis opera cōsecuturus: q; si recusauerit: ad eū mox se profectu rum. Eū confestim īcepti piguit: q; eo in itinere uxor Darii dolore partus correpta diem suum obiit. Cuius rei mærorem ne dissimulāter tulit: quia maximam benignitatis suæ declarandæ occasionem amisisse uidebatur. Ipsam igitur hominem magnificis huma uit impensis. Erat inter eunuchos reginæ cubicularios una captiuos quidam Tyreus nomine. Is ex castris profugus ad Darium equo prouolans: uxoris obitum renuntiat. Quo nuntio accepto Darius cum permultas lachrymas caput planxisset: Proh persi cam inquit fortunam: si regis uxorem eandemq; sororem captiuam non modo uixisse sed etiam decessisse regiis priuatam funeribus contigit. Excipiens Tyreus: At enim mi rex ait: profecto funeris gratia & cuiusq; pro regia dignitate nihil quod pessimam Per sarum fortunam incuses habes. Namq; Statyræ reginæ superstiti itemq; matri & pu ellis nusq̄ pristinus opum ac rerum usus splendorq; defuit: nisi ut tuæ claritatis columē aspicerent. Quod denuo potens restituet Oromasdes: Nec ea moriens ullius gene ris ornamentorum expers fuit: quippe cum ipsius obitum hostiles etiam lachrymæ de corarint. Alexander enim sicuti prælio terribilis: ita parta uictoria clæmens. His re bus auditis Darius animi ægritudine ac perturbatione uexatus indignissima suspicans eunucho ad intimam tentorii partem adducto: Nisi tu quoq; cum ipsa simul fortuna inquit Macedonicæ factionis es: si me tuum appellas herum: per hoc ingens te solis iu bar ac regalem dextram obtestor ac oro: hæccine minima sunt Statyræ mala quæ lugeo: an illius uitæ longæ magis miseranda perpetimur: & ultra dignitatem sæuior nos affli xit calamitas: q; insuper in crudelem accerbumq; hostem incidimus? Nam quod ho nestatis & castimoniæ signum est: uirum ætatis īntegræ hostis uxorem tam multis hono ribus decorasse? Eo adhuc loquente: Tyreus ad eius se pedes demittens: ut meliora di ceret: supplex orabat: ne & iniuriis Alexandrum lacesseret: neu defunctæ uxori eidēq; sorori turpes inureret maculas: neue afflictis in rebus maximo sese orbasse solatio ui deatur: præstantiorem q̄ creauerit natura uictorem habuisse. Verumenimuero admi ratione persequendum Alexandrum: q; maiorem erga Persarum mulieres continentiā q̄ in uiros fortitudinem declararit. Eaq; simul & cæteram Alexandri modestiam terribi li iureiurando confirmauit. Tum ad familiares egressus Darius: tensis in cælum palmis

ita oraſſe fertur: Natales regaleſq; dii date obſecro: ut quemadmodum lætiſſimã olim fortunã accepi: ita reſtitutam ac diuitiis ĩcolumẽ poſteris relĩquam: quo parta uictoria quas ab Alexandro per domeſticorum erumnam gratias accepi: æquali perſoluam merito. Quod ſi deorum ira fatale hoc tempus ingruit: quo permutandũ iam perſicũ ruet ĩperium: neminem niſi Alexandrũ in Cyri ſolio ſedere precor. Hæc plurimi ſcriptores ſic dicta factaq; cõmemorant. Alexander omi intra Euphraten regione ſubacta: contra Darium decies centenis milibus militum deſcendẽtem caſtra mouit. Interim iocoſum quippiam in exercitu fieri renuntiatur: Cõmilitones in geminas ſe per iocum ptes diuiſiſſe: atq; utriq; ducem ac ĩperatorem præfeciſſe: uocaſſeq; alterum Alexandrum: Alteꝝ uero Darium. Cumq; mutua certaminis præludia: primum glebis dehinc pugnis inchoaſſent: eo diſceptationem excãduiſſe: ut iã a multis per ſaxa ſudeſq; res agi cœpta ſit: ita ut ne ſædari quidem queat. Tum Alexander ipſos ĩperatores ſingulari prælio decertare iubet. Ex quibus ipſe quidem Alexandrum Darium uero Phylotas armauit: ĩſpectante rem exercitu quaſi quoddam futurorum auſpicium acri pugna cõmiſſa: is quem Alexãdrum appellabant: uictor euaſit. Is igitur ab Alexandro duodecim uicis & perſicæ ſcholæ uſu donatus eſt. Hæc Heratoſthenes ait. Ingens dehinc cũ Dario prælium non ĩ Arbelis: ut quidam perhibẽt: uerum in Gauſamelis cõmiſſum eſt. Id autem uocabulũ Cameli domum ſignificat: quã olim rex quidam cum hoſtium manus dromedario effugiſſet Camelo ibi cõdidiſſe traditur: & ad eius curam & ĩpenſam quorundam uirorum ꝓuentus deſtinaſſe. Menſe iunio cum Athenis myſteria inchoantur: luna defecit. Vndecima poſt nocte ĩ mutuo cõſpectu cõſtitutis exercitibus: Darius ſuas ĩ armis copias tenuit: eaſq; lãpadibus obibat. Alexander quieſcẽtibus Macedonibus ante tentoriũ cum Ariſtandro uate ſacra pagebat: & hoſtias Phœbo mactabat. Vt uero familiares ſui grandiores natu: tum uero Parmenio omnem qui ĩter Niphatem & Gordineorum mõtes iacet agrum barbarorum collucere facibus uident: præterea incertum quidem clamoré terribilemq; ex caſtris tumultum uelut ex uaſto reſonare pelago: eorum multitudinem admirati colloquia ĩter ſe habuerunt. Ingens quippe ac arduum opus impendere: ſi aperto cõgreſſuri marte tam magnam capeſſere pugnam audebunt. Inde perfectis ſacris regem adeunt: utq; hoſtem noctu inuadat hortantur. Hoc. n. modo maximum ĩpendentis pugnæ terrorem ꝓ tenebras occultaturum. Ille uero uulgatum illud: Nõ ego uictoriam furor ait: quod dictum nonnulli iuuenile nimis ac inane iudicabant: ꝙ ĩ tãto rerum diſcrimine caullaretur. Quidam ĩ præſentia ſpe ac fiducia elatum recte futurorum euentum diuinaſſe putabant: Nec ullam Dario præbere occaſionem uoluiſſe: ut ſuperatus aliam denuo bellandi fiduciam attentaret: in hoc noctem ĩcuſaturus ac tenebras: quẽadmodũ ſuperiori prælio mare montes & anguſtias ĩcrepitauerat. Nec. n. inter tot copias tam lata regione ualentem Darium armorum aut hominum ĩopia pugnam detractaturum: niſi aperta congreſſione ſummis dimicando uiribus uictus ſpem ac feroces deponat ſpiritus. Illis poſtmodum diſcedentibus rex intra tabernaculum accubuit: ubi in reliquũ noctis præter conſuetudinem ſuam tam profundo preſſus ſopore dicitur: ut ipſi ducto res mirarẽtur: & illuceſcẽte iã diluculo militibus ut corpora cibo curarent edixerunt. Poſtea ſollicitante tẽpore ingreſſus Parmenio: cum lectulo aſtitiſſet: bis illum terq; nomine cõpellauit. Quẽ experrectum hoc modo ꝓcunctatus traditur: Quidnã hoc malum ĩqt: ut nõ iãiam dimicaturus maximo prælio: ſed uictor eſſe uidearis: qui tanto ſomno ſecurus dormias. Tum ſubridens Alexander: nõ ne nos ait uiciſſe putas: qui peregre ac per abrupta loca detractantem pugnã Darium ꝓſequi deſinimus? Non ſolum igitur ante prælium: ſed & in ipſo diſcrimine magnam animi conſtãtiã ac fiduciam ſui declarauit. Nam cum Bactrianorum equitatus contra Macedones magno impetu & ſummis ferretur uiribus: in ſiniſtro cornu cui præerat Parmenio ingenti fluctuatione dimicatum eſt. Subinde Mazeus ex acie miſerat equites: qui ĩpedimentorum & ſarcinaꝝ cuſtodiæ relictos adorirentur. Turbatus igitur utrinq; Parmenio ad Alexandrum qui renuntiet mittit: niſi ex prima aciei fronte fortes e ueſtigio auxiliarii ad poſtremos ſuccedant: uallum

res ac impedimenta diripi. Per id ferme tempus Alexander suis ad egrediēdum signum dabat. Tum accepto Parmenionis nuntio uirum desipere: nec animi constare dixit: ac ꝑ consternationem obliuisci: ꝙ uictores quidem & hostium fortunas uendicabunt. Sin uicti erunt non supellectilium nō pecuniæ nō mancipiorum habenda cura est: sed quo pacto strenue dimicando gloriosam mortem appetant. Hæc ubi ad Parmenionē respon sa dedit: galeam īposuit: aliam quidem armaturum intra tentorium induerat. Siculum īprimis amiculum: inde lintheum thoraca duplicem quem ex Issi spoliis acceperat. Ferrea cassis erat puro lucidior argento Theophili opus ceruicis tutamen ferreum gemmis īsertum. Ensis cum tempatura tum leuitate mirandus: quem ab Cypriorum rege dono susceperat: eo cum pugnas obibat: uti solitus. Insigne. n. ferebat Epiporma egregia magis illius arte q̄ cætera delectatus armatura. Antiqui nāq; opus Elyconis erat. Idem præterea ob ciuitatis Rhodiorum gloriam a qua eo donatus fuerat: gestare uidebatur: cum ipso etiam īterpræliandum uteret. Cæterum Alexander donec aut acies īstrueret: aut milites adhortaretur: aut cōcionem haberet: aut lustrans obequitaret: ut Bucephalo ꝑcius uteretur: alium sumebat equum: qm̄ is ætate iam grandior erat. Cum igitur congrediendum est: eo adducto statim ascendit: ac ire ꝑgit: magna ad Thessalos ac Græcos habita prius oratione. Qui ubi robur animis addiderunt: sese ī barbaros agi certatim clamitāt. Tum hasta in leuam recepta: dextra ut Calisthenes tradit: deos precatus est: ut si uere Ioue natus existat: suis auxilium atq; robur addat. Vates Aristander candido indutus amictu & coronā gestās auream secum cominus equitans sublimē supra Alexandri uerticem aquilam ostēdit: aduersus hostes recto uolatu delabētē. Eo auspicio plurimū spei & alacritatis cunctis īcreuit. Quare sese inuicem exhortari equites in hostes cursu procedere. Vndantem uero phalanga diceres. Ante primā congressionem inclinati barbari: fugientibus uictores instant: Alexander ad mediam aciem ubi Darius erat: uictos īsequit. Ipsum. n. eminus conspicatum inter confertissimos regiæ cohortis emicantem agnouit: Virum formosum procerum sublimi curru īcedentem: & rutilantium equitum caterua stipatum: qui circa currum pro acie stabant parati hostem excipere. At cominus terribilior conspectus Alexander: ubi intra resistentium globum fugiētes immisit: plurimos cōsternatione confecit ac dissipat. Strenui ac fortissimi ante regis ora cæsi mutuoq; cadētes fugam inhibebant: ita ut conglobata morientium agmina equos circūuallarent. Dario grauissima cuncta obseruabant oculis: cæsa manus quā circa se præsidii causa locauerat: currus oīno immobilis uerti nequibat: tanta obtruncatorum strages rotas īmerserat. Eq etiam tot inserti cadaueribus saltibus aurigā deturbarant. Inter hæc Darius relicto curru armisq;: effœtam (ut fertur) equam ascendēs: salutē fuga cōparauit. Qui tamē haud euasurus uidebatur: nisi denuo missi a Parmenione equites Alexandrum reuocassēt. Nam cum ingentes īueherent copiæ: nusq̄ hostes cedere. In eo prælio sunt qui segnē ībellēq; fuisse Parmenionem carpant: siue languescente iā ob senectutem audacia: siue ꝙ ut Calisthenes refert: crescentem Alexandri potentiam grauiter & inuide ferebat. Quāobrem mæstus Alexander dissimulato militibus dolore: ut a cædibus tēperaretur: nec īsequi uelle se finxit. Et pīde ac iam pugnam nox dirimeret: receptui cecinit. Inde cum laborātibus auxilium laturus pergeret: in itinere profligatos oīno hostes fugatosq; accepit. Huius prælii exitus omne Persarum īperium funditus excidisse creditur. Tum Alexander Asiæ rex appellatus sacrificia magnificis struxit īpensis. Dehinc amicis diuitias domos ac prīcipatus largitur maxima etiam ī Græcos utens munificētia: uniuersas aboleri tyrānides: restitui omnibus libertatem: ac suis uiuere legibus se uelle scribit: præcipue Plateēsium urbem exædificari iubens: ꝙ eorum patres olim pro tuēda libertate se socios Græcis asciuerant. Ad Crotomatas quoq; in Italiam magnam exuuiarum partē trāsmisit: ob Phayli decus & gloriam īpigri & fortis Atletæ: qui medico bello cum Græcos cæteri destituissent itali: propria triremi Salaminā nauigauit. Illius periculi cōmunicationem susceptu rus: adeo omnia uirtutis opera summo studio & beniuolentia obseruabat. Postmodum Babyloniorum regionem ingressus omnibus in potestatem redactis: ibi in Ebatanorum

agro telluris hiatum assidue ignem tanq̃ ex fonte scaturientem miratus est. Haud pro cul inde Naphtha magno inundat fluctu: qui bitumini perq̃ similis tantam igni cogna tionem habere uidetur: ut priusq̃ flammam attingat: per ipsum luminis splendorem: medium persæpe aerem incendat. Cuius uim atque naturam uolentes ostendere barba ri: cum angiportum: qui ad regium ducit domicilium: ea re paulisper irroraſſent: pri mo crepusculo extrema in parte constituti: faculas guttis admouere. Vixdum primis incensis: haud sensim flamma depascens: unico mentis intuitu finem inuasit alterius: ita ut angiportus perpetuum foret incendium. Erat Athenien sis quidam nomĩe Athe nophanes: qui regis quidem corpus unguento ac lauacris curare: animum uero per io cos & oblectamenta ducere solebat. Is cum intra balneum adstantem Alexandro pusio nem: cui nomen erat Stephano: aspectu quidem ridiculum ac suauissime cantantem as piceret: uis inquit rex hoc in Stephano pharmacum experiamur. Si enim eo incenso extingui nequeat: pollẽtem utiq; ac inexpugnabilem illius esse naturam affirmauerim. Quam quidem ad rem impigrum se præbente puero: uixdum peruncto ac lumine con tacto: tanta emicuit e corpore flamma: tantumq; pullulauit incendium: ut ancipitem Alexandrum subtrepidasse constet. Qui nisi forte complures aquæ uasa manibus te nentibus affuissent: non ante ferri auxilium poterat: q̃ totum ignea uis occupasset: cum hoc etiam modo pueri corpus undiq; inardescens: maximo labore uix potuerit extĩgui. Verum membris post hac debilitãtum uixisse certum est. Iure igitur nonnulli salua fa bulamenti ueritate hoc esse uenenum affirmant: quo Medea uulgatam in tragœdiis co ronam & pallium perunxisse traditur. Nec enim ab eis sponte sua ignem emicuisse: ni si cum admota flamma celeri tractu clandestina irrepsit. Radios enim ac fluxus igneos longius allatos aliis quidem corporibus lumen tantum modo atq; calorem constat adii cere: aliis uero pinguem quendam ac perpetuum habentibus humorem siccitantem af ferre spirabilem: hi collecto feruore celeriter in eis mutant materiam. De huius gene ratione dubium est: si potius æstuans per id humidum flamma suffluat: quæ ex illa tel lure pinguem ignigenamq; habeat naturam. Est enim Babylonia uaporibus uehemẽ ter obnoxia: ita ut posita humi sæpe hordea in sublime prosiliant: quasi ea loca langore quodam tumentia salientem pulsum habeant. Incolæ quoq; per æstus immensos sup plenis aqua utribus somnos cãpiunt. Harpalus cui eius urbis expoliendæ cura relicta fuerat: regias ac deambulationes græcis ornarat arbusculis. Cum cæteræ adoleuissent: solam hederam nunq̃ tellus adoptauit: at continuo necauit: q; illam minime ferret tem periem. Illa nanq; feruida regio est: hæc uero locis amica frigidis. Has quidem excur siones cum modeste fiunt: minus forsan importuni carpunt. Alexander subactis Susis ex regia quadraginta milia æris talenta: itemq; precio sam supellectilem cæpit: cuius in explicabilis omnino numerus: ibi & hermionicæ purpuræ quinquaginta milia talenta re perta traduntur. Ea ab annis ferme ducentis repo sita nouum adhuc & recentem floris seruabant colorem. Cuius causam fuisse perhibent: qui rubeæ quidem tincturam mel le: candidæ autem albo confectam oleo aiunt. In his enim cum par tempus habent: purus ac lucidus splendor cernitur. Dinon refert eos reges ex Nilo atq; Histro aduectã aquam solitos gaze recondere: ut hoc pacto regni magnitudinem assererent: cum om nium domini apparerent. Cæterum cum Persidis fines cum locorum asperitate tum impigerrimis Persarum aditum statione tenentibus Alexander intrare nequiret (iã enim Darius effugerat) ducem quendam nactus est: qui eum paruo introduceret anfractu. Is geminæ nationis homo: patre quidem lycio: matre uero creatus persica. De quo cum adhuc puer Alexander esset: Phyticum prædixit oraculum: proficiscenti in persas Alexã dro ducem fore Lycium. Ibi locorum potitus: ingentem captorum hominum cædem commisit: quos iccirco suo iussu necatos scribit: q; ita sibi ad rem cõducere existimabat. Ibi quantum Susis tantundem pecuniæ compensse se refert. Diuitias uero & reliquum instrumentum mulorum iuga dena milia: & quinq; camelorum uexisse dicuntur. Dein ingentem Xersis statuam conspicatus: quam intra regiam irrumpentium multitudo

ignominioſe ſubuerterat:ad eam ſubſiſtit:& perinde ac uiuentem allocutus:Vtrum ne inquit propter eam quam aduerſus Græciam expeditionem egiſti : collapſum deſine/ mus:an propter animi magnitudinem tuā aliaſq; uirtutes iacentem attollemus? Deni/ q; diuturno ſecum ſilentio meditatus exceſſit. Inde militū corpora curare uolens (hyber num enim tempus erat)quattuor ibi menſes egit. Cum Alexander ſub aurea primum regii tribunalis teſtudine conſediſſet:corinthius Demarathus ei beniuolētia affectus : & paternus olim amicus ſenilibus effuſis lachrymis ad eum ita locutus fertur:Quam ma/ gna græcos uoluptate priuatos:quibus antea q̄ in Darii throno ſedentem ſpectauerint Alexandrum:expiraſſe contigit. Hinc Darium inſectaturus amicis ſe per iocum largiore præbuit uino. In ea laſciuia mulieris accitæ a ſuis amatoribus affuere. Inter quas famo/ ſiſſima Thais genere attica:quam inferiore tempore regnās Ptolemeus ſcortū habuit: Ea Alexandrum nunc lepide collaudans:uunc ioco demulcens interpotandum in quen/ dam incidit ſermonem:qui tam&ſi patriæ ſuæ ritum cōſuetudinemq; decerneret:haud muliebris tamen extitit animi. Eorum enim laborum quos in Aſiam peragrando pertu/ lerat:illa ſe die gratiſſimum ſuſcepiſſe fructum dixit:q; intra ſuperbiſſima Perſarū pa/ latia tam delicatum conuiuium celebraſſet : At uero longe maiorem ſibi uoluptatem futurā ſi Xerxis regiā q ſuas olī concremarat Athenas:ipſa quoq; per hilaritatem incen derit. Tum ſpectante rege ipſa facem accendit:ut diuulgaretur q; quæ cum Alexandro fœminæ fuerant:maiorem pro Græcia ex perſis ultionem accepiſſent : q̄ ſuperiores illi tum maritimarum tum terreſtrium copiarum duces. His dictis plauſus ſimul ac tumul tus exoritur. Sociis inde ad tam magnum facinus exhortantibus tractus Alexander exi/ liit:is coronatus lampada tenens ductor erat. Cæreri clamore ac petulantia conſectantes regiam incendentes circuibant. Quod ubi ſenſere Macedones alacres cum facibus con/ currerunt. Sperare enim eum iam rebus patriæ animum aduertiſſe:nec āplius inter bar/ bariem obuerſari debere:proinde ea ignibus atria uaſtare. Hæc quidā iniuſſu regis:qui/ dam ita ut dictum eſt:perpetrata memorant. At enim mox piguiſſe ac reſtingui incen/ dium iuſſiſſe haud incertum eſt. Cæterū cum Alexander natura munificētiſſimus eſſet: eo magis liberalitatem:quo & latius ipſum propagauit imperium. Aderat quædam in dandis alacritas:qua ſola gratificari beneficus poteſt. Qua de re pauca uerum egregia meminiſſe ſat erit:Pæonum ductor cum hoſtis a ſe truncati caput ei oſtēdiſſet:Rex ait: His apud nos donis precium aureum ſolet eſſe poculum. Tum ridens Alexāder : uacuū quidem inquit:Aſt ego id mero plenum tibi propino. Dum quidam ex Macedonibus mulum regium ferentem aurum ageret: defatigatumq; iumentum eſſet : is ſublatum onus ferre cæpit. Quem ſub pondere preſſum conſpicatus Alexander:ubi re cognita de poſiturum uidet hominem:ne reliquo defatigeris itinere:dixit:Hoc ad tuum deferes ta/ bernaculum. Deniq; renuentibus q̄ poſtulantibus triſtior:ad Athenienſem Photionem ſcribens:eum minime exiſtimaturum deinceps amicum aſſeruit:ſi ſua repudiet congia ria. Serapioni cuidam adoleſcenti:qui pila ſecum luſerat:quia nihil popoſcerat:nihil ex hibuit. Poſt ludēte Serapiōe iacta ad cæteros pila:mihi neq̄q̄ præbes dicēti regi:nō petis Serapion inquit. Huic cum Alexāder arriſiſſet:q̄ multa elargitus eſt. Erat Protheas q/ dam uir ſane facetus:& in ſympoſiis haud illepidus: Cui cum Alexander ſuccenſere ui/ deretur:obſecrantibus amicis ipſoq; collachrymante ſecum in gratiam rediiſſe dixit. Tū illæ:quoddā mihi primæ fidei pignus præſta:confeſtim ei quinq; erogari talenta iuſſit. Quantas autem familiaribus & his:quos ſui corporis præſidio habebat:ampliſſimas fa cultates impartierit:Olympiadis ad eum declarat epiſtola:Alioquin in amicos beneficia cōfer:& cum gloriæ ſplendore confice. At in præſentia uniuerſos tibi pares reges efficis: quibus cum multas amicitias compares:teipſum deſtitutum reddis. Talia cum perſæpe ſcriberet Olympias:is occultas ſeruabat litteras:ſemel dūtaxat excepto:cum Epheſtion ſolutam de more illi lectitaret epiſtolam:haud palam īhibuit:uerum dempto ſibi anu/

lo:illius ori gemmam appoſuit. Inter Darii proceres dignitatis ampliſſimæ Mazeus extiterat. Huius filio quandam habenti ſatrapiam alteram adiecerat Alexander: quam recuſans adoleſcens mi rex inquit: olim unicus erat Darius: tu compluris Alexandros effeciſti. Parmenion Bagoi domicilium uendicauit: in quo ex Suſiorum manubiis mille talentum ueſtem offendiſſe traditur. Scribens ad Antipatrum: ut exquiſitam corporis ſui cuſtodiã haberet: admonuit: q; ei inſidias parari diceret. Ad matrem complura trãſmiſit munera: quam nimium gerẽdis implicari negociis & bellicis immiſceri rebus uetuit. A qua cum grauius increparetur: ipſius aſperitatẽ æquo perferebat animo. Semel quoq; ſcriptam ab Antipatro contra matrem prolixam epiſtolam lectitans: ignorare dixit Antipatrum: q; unica matris lachryma innumeras delebit epiſtolas. Suos poſtea delitiis ac illecebris omnino ſolutos ſumptuoſiſſimeq; uiuentes animaduertens: ex quibus Teiũ quidem agonem argenteos ſub crepidis ferentem clauos: cõplures Leonato camelos puluerem ad gymnaſia ex ægypto uſq; tranſferentem: Phylotam cum uenaturus erat: per ſtadia centum aurea & precioſa diſponentem tabernacula: plures etiam interungendũ ac lauandum precioſis odoribus quaſi oleo utentes cubicularios ſecum ac unctoreſ circumagere: cunctos benigne ac philoſophorum more obiurgatos hũc inmodum admonuit: Mirari ſe inquit eos tot tantiſq; confectis certaminibus haud meminiſſe: q; ipſis uictis longe mollius uictores dormiãt: neq; cernere ſe perſarum moribus ſuos æquiparaſſe. Seruile quippe amare diuitias: at apprime regium inſudare laboribus. Quonam modo ſuum quiſpiam curabit equum: aut haſtam exercebit: aut caſſidem induet: cum per diſſuetudinem ne cariſſimum quidem corpus manibus attingat. An ignoratis hũc eſſe uictoriæ finem: ne hoſtium mores ac opera in nos tranſtuliſſe uideamur? Eo magis ad uirtutem inflammabat: cum uel militiæ: uel uenatibus cunctos in perferendis malis ac laboribus ſuperaret. Cum Alexander eximiæ magnitudinis leonẽ ſterneret: Spartha norum legatus qui forte aderat: pulchrum erat mediusfidius ait Alexander: ut pro ĩperio cum leone decertaſſes. Hanc uenationem æreis conflatã imaginibus Cratherus Delphis appendit. Canes inerant. Leonem Alexãder adoriens: Cratherus adiutans: partem Lyſippus: partem Leochares effinxit. Hoc pacto Alexander ut ſe ſimul laboribus exerceret: ac ſuos ad uirtutem ĩcitaret: cũ multa ſubiret diſcrimina: eius amici fortunis elati illecebriſq; ac ocio magis intenti tot militias peregrinationeſq; moleſte perferre: Inde ſẽ ſum ad contumelias & maledicta tendere. Quæ ille per quandam manſuetudinis abũdantiam modeſte ac comiter tolerabat: regium eſſe affirmans: ut a quibus male audias: in eos magis ſis beneficus. Quæq; in amicos uel puſilla contulit: ea ingentis beniuolentiæ honoriſq; extant ĩdicia. Ex quibus pauca expoſuiſſe ſat erit: Cũ Peuceſtas urſi morſu uulneratus id quidem aliis Alexandro uero minime ſignificaſſet: ad eum multa conqueſtus ſcripſit. At nunc quonam te habeas modo ſcribe inquit: & ſiquis ſociorum ĩter uenandum te deſtituerit: ut debita luat ſupplicia. Abſenti ob res gerendas Epheſtioni ſcripſit: dum ipſe ac nonnulli Ichneumonem per iocum infeſtarent: Catherum Perdi cæ iaculo occurrentem in utraq; coſſa uulnus accepiſſe. Audiens ex ægritudine quadam priſtinæ reſtitutum incolumitati Peuceſtam: Alexippo ſcribẽs medico magnas egit gratias. Dum Cratherus aduerſa ualitudine teneretur: ob quoddam inſomnium nonnulla pro eo ſacra peregit: eumq; ut itidem faceret: admonuit. Pauſaniæ quoq; medico: cum Crathero pararet helleborum: poſtq̃ pro animi ſollicitudĩe multa ſcripſiſſet: quo pacto antidotum propinaret admonuit. Effialtem & cyſſum: qui primum Arpali fugam nuntiauerant: in uinculis habuit: q; ipſos de eos uiro falſa oblocutos diceret. Cum infirmis ac ſeneſtute confectis remeandi poteſtatẽ faceret: Eurilocus ægeus ſe ĩter ægretos iſcripſit. Poſtmodũ ubi nulla ĩfirmitate detineri deprehẽſus ẽ: amore Theleſippe captũ ſe cõfeſſus ẽ: eãq; diſcedẽtẽ ad mare uſq; cõſectari uelle dixit. Eius fœmiæ cõditionẽ pcũctat? Alexãder: ut ĩgenuũ eẽ ſcortũ accepit: nos ĩqt Euriloche ĩ hac pamãda ſocios hẽs: pinde

aut largitionibus aut uerbis:ut ad permanendum inducas:uide: quandoquidem ex libera ortam affirmas. Hunc ſæpenumero uirum admirari licet:q; amicorum gratia ꝑ rebus huiuſmodi operam & accuratam quidem in ſcribendis dederit epiſtolis. Qualia hæc: Seleuci puerum: qui in Ciliciam profugerat: diligentiſſime iuſſit inquiri. Peuceſtam quoq; laudibus proſecutus eſt:q; Cratheri ſeruum Niconem Comprehēdiſſet. Seruus quidam in aſylo reſederat:quamobrem ad Megabirum litteras dedit:ut illū e templo ſi queat elicere corripiat:intra ſacram ædem nullam uim afferat. Principio cū in cauſis capitalibus ius diceret:orante accuſatore alteram manu aurē ſolebat occludere: ut ipſa reo perinde ac ut omnis expers calumniæ conſeruaretur. Poſteriori tempore ad calumnias quanq̄ falſas ac ueriſimiles uehementer excādeſcebat:præcipue cum de ſe male audiebat:ita ut ſæuiens inexorabiliſq; deſiperet:adeo uitæ ac imperio gloriam anteponebat. Inde cum tertio congreſſurus prælio aduerſus Darium caſtra moueret: is captus a Beſſo nuntiatur. Tum præter ſtipendia Theſſalis duum milium talentum erogās donatiuum:eos domum dimittit. In perſequendo autem Dario aſperis atq; lōgiſſimis exactis itineribus:uno enim ac decem diebus tria milia & ducenta ſtadia equo emenſus ē. Vniuerſum ferme exercitum per loca præſertim aquarum expertia labor affecerat: ubi quædam Macedonum manus mulis aquæ plenos ex fluuio ſubuehens utres: Alexādro fit obuiam. Quem urgente in meridianum tempus die ob ſitim ægre ſe habentem conſpicati:extemplo impletam aqua galeam attulerunt. Ei deinde percunctāti:ad quos eos perferrent latices:ad ſuos reſpondere liberos:quos ſi nunc amiſerimus: tibi (modo uita ſuperſit)alios creandi facultas erit. His auditis ubi galeam in manus cæpit:circunſpiciēs quos circa ſe habebat equites:demiſſo capite & fixis in potum oculis inguſtatam reddidit lympham. Probatiſq; uiris ſi ſolus bibero inquit:hos mæror inſtigabit. Eius continētiam & animi magnitudinem cum inſpexiſſent equites: eundum eſſe magna cum ſpe certatim acclamarunt:ſtatimq; pedes equis ſubdunt. Non enim laborem perferre: non deniq; mortalitati ſeſe obnoxios exiſtimare:donec talem eis regem adeſſe contingerit. Vna itaq; cunctorum ſedulitas & animi promptitudo fuit. Cæterum cum ſexaginta tā tummodo(ut aiunt)uiri fuſa iam Darii caſtra irrūpiſſent:diſiectum grande auri & argēti pondus calcantes:multos quoq; puerorum & mulierum currus aurigis deſtitutos aſpnati:proceres ſolummodo fugientes in quibus Darium eſſe arbitrabantur perſequi contendunt. Vix tandem compluribus confoſſum uulneribus Darium in uehiculo iacentē fereq; expirantem offendunt: Is cum frigidam aquam præbente Polyſtrato potaſſet:q; ſi quis es mortalium inquit:hoc mihi extremum uniuerſæ calamitatis genus accidit:ut ꝑ tanto in me beneficio dignas tibi referre grates nequeam. At refert Alexander: Alexādro uero dii pro eius ſumma in matrem uxorem ac liberos meos humanitate ac clæmentia. Cui hoc dextræ pignus pro me dabis. Hæc dicentem accepta Polyſtrati manu uita deſtituit. Ad eum perueniens Alexander ipſius caſum per maximam doloris acerbitatē haud diſſimulanter tulit. Demptaq; ſibi chlamyde illius corpus ornauit. Poſtremo in poteſtatem redactum Beſſum grauiſſimo cruciatu diſſipauit:quod diſphendomena uocant. Procæris nanq; in unum curuatis arboribus:cum utriq; corporis partes alligaſſet:eas tā to concitatas impetu remiſit:ut laniata paſſim membra diſiecerint. Tum Darii corpus regiis ornatum inſignibus ad matrem deferri iuſſit. Eius fratrem Exathrem magna ſibi familiaritate deuinxit. Inde cum robuſtiſſimis copiis ꝑfectus:ſubegit Hyrcaniam: ubi maris ſinum haud ponto minorem cæteris autem manibus dulciorem conſpicatus:cum nihil ex eo certi perdidiciſſet:quandam meotidis paludis partem eſſe cogitauit. Huius tamen rei ueritas haud latuiſſe phyſicos uidetur:qui diu ante illam Alexandri expeditionem memoriæ prodiderunt:ex quattuor exterioris oceani qui mediterraneum irrumpūt finibus:Hyrcanū pelagus quod Caſpiū uocant:propinquū magis eſſe boreæ. Ibi cum quidā ex inſperato barbari ſtabularios inuaſiſſent:equū abduxere bucephalū. Quā rē īmodeſte adeo tulit:ut niſi rēſtituiſſēt:ſe cūctos eorūq; liberos obtrūcaturū ꝑ præconē īter mīatus ſit. Quocirca equū mox referētes:ſuaſq; ciuitates ī eius poteſtate taciētes affuer.

Quos omnes benigne allocutus equi captiui præmia reddidit. Hinc caſtra mouit in Parthiam. Vbi intentus ocio: barbaram primo ſtolam induit: ſiue ut ꝓbatis illorum legibus ipſos per quandam ſibi cõſuetudinẽ cõciliaret: ꝙ ad mitigandas hominũ mentes plurimum patrii moris ualeat conſuetudo: ſiue ut hoc pacto Macedonum tentaret animos: quos paulatim ad ſpernendos patriæ ritus aſſuefacere nitebatur: quo illum adorari modeſtius perferrent. Nunq̃ tamen ut medorum amictum barbarum nimis & ab ſe alienum aſſumeret: induci potuit ſemp Anaxyridas: Candin Tiaramq; repudians. At medium quendam inter perſicum & medum habitum aptiſſime tẽperans: qui ut illo iocundior: hoc ita erat anguſtior. Eo primum uſus eſt in barbarorũ conuentu ac domi cũ æqualibus. Dehinc paſſim ſeu equitaret: ſeu ius diceret: eodem ſpectabaꝫ ornamento. Quod q̃q̃ Macedonibus triſte ſpectaculum eſſet: reliqui tamen eius uirtutem ingẽti admiratione proſequentes quædam illi ad uoluptatem gloriamue concedẽda exiſtimabãt. Is q̃q̃ accepto nuper in tibia ſagittæ uulnere: ita ut ſaucius exciderit: Itemq; lapidis ictu ꝓcuſſus in collo: adeo ut aborta caligo dudum oculos oppreſſerit: haud tamen ſibi temperauit: quo minus audentius ãte alios picula primus iiret. Superato Orexarte fluuio: quem is Thanaim exiſtimabat: Scythas fudit: & ad ſtadia centum uſq; fugauit: ulterius inſequi fluxu uentris inhibitus: ibi occurriſſe illi Amazonem multi perhibent: ex quibus ſunt Clitharchus Policritus Onexycritus Antygenes Hiſtros: Ariſtobolus autem Chares Hyſãgeleus Ptolemeus Antidides Philon Thebanus Philippus Hyſangeleus Præterea Hecatheus Eretrieus Philippus chalcidenſis & Duris ſamius id figmentũ fuiſſe referũt: quibus teſtimonium Alexander uidetur afferre: qui cum ad Antipatrum uniuerſa ꝓſcriberet: Scytharum regem ei filiam deſpondere ait. Amazonem uero ne cõmemorauit quidem. Poſteriori tempore cum regnanti Lyſimacho quartum librum Oneſycritus ĩ quo de Amazone illa perſcriptum eſt: ageret: Lyſimachus paulum ſubridens dixiſſe fertur: & tunc utiq; ego aderam. His quiſq; fidem aut habeat aut deroget: haud Alexandrum propterea uel minori uel maiori admiratione proſequetur. Veritus autem ne Macedones in poſterum militiæ perteſi fatiſcerẽt: cætera quidem dimiſſa multitudine: ipſe cum flore copiarum. xx. M. peditum: & tria equitum ſecum ducens: ĩ Hyrchaniã proficiſciꝫ. Quibus pro concione habitis nunc ſe barbaris uelut in ſomniis oſtendiſſe ait: qui ſi perturbatis tantũmodo Aſiæ rebus abierimus: in nos illico tanq̃ in mulieris ĩpetum facient. Verumeniuero quiſquis abire cupiat: excedat inquit: obteſtatus ſe amicorum eorumq; qui eam ſecum perferre expeditionem uelint: uiribus uniuerſum terrarum orbem Macedonum imperio ſubditurum. Hæc in epiſtola quadam ad Antipatrum his ferme uocabulis cõſcribuntur. Additur præterea cunctos milites quocũq; terrarũ ageret ſecuturos ſeſe libenter acclamaſſe. Hi cum Alexandri conatus animo ſuſcepiſſent: reliqua ductu facilis turba conſequitur. Tum ritum indigenarum propenſius imitatus ad macedonicos quoq; tranſtulit mores: eorum temperata cõmunicatione facilius beniuolentia q̃ uirerum imperium cõparare ratus: præſertim cum procul abeſſet. Itaq; triginta puerorum milibus delectis: eos græcarum diſciplina litterarum inſtrui & macedonico more armoꝝ uſibus uerſari præcepit: cõpluribus ad eam rem magiſtris inſtitutis. Roxanẽ conſpicuæ formæ mulierem olim in conuiuio conſpicatus adamauit: quod rerum gerendarũ ꝓpoſito maxime conduxiſſe uiſum eſt. Eius enim matrimonium ſullatos ad ſpem barbaros plurimum Alexandro fide beniuolentiaq; cõiunxit. In quo tanta uſus eſt caſtimõia: ut cuius unicæ amore fœminæ uictus eſt: eam non niſi cunctis ſolenni more peractis attigerit. Eas res cum ſummus eius amicus Epheſtion approbaret: paribuſq; uteretur ornamentis: Cratherus autem in retinendis patriæ moribus pergeret: per illum barbaris: per hũc græcis & macedõibus reſpõſa dabat iuſq; dicebat. Deniq; cũ Epheſtiona uehemẽter amaret: Cratherũ honoraret: illũ qdẽ Alexãdri: hũc uero regis amicos uocare ac exiſtimare ſolebat. Quapropter cũ mutuas haberẽt ſimultates: ſæpenũero diſceptabãt. Semel ĩ terra India nudatis ẽſibus cõferre mãus cœpãt. Succedẽtibus dehĩc ad ferẽdũ utriq; auxiliũ amicis: celeriter ĩteruẽit Alexãder: & epheſtionẽ aptis carpſit cõuiciis uecordẽ iſanũq;

uocitans: qui dempto ſibi Alexandro: nihil ſe prorſus eſſe intelligat: Seuocatum quoq; Cratherum per acerbiſſimas habuit contumelias. His ĩde conciliatis hammonem cæteroſq; deos obteſtatus ſe illos cunctorũ amiciſſimos hominũ habere iureiurando cõ firmauit. Verũenimuero ſi eos ĩ poſterum diſceptare ſenſerit: utrũq; aut qui incoharit necaturum. Quãobrem hi poſtea quicq̃ neq; p̃ iocum dixiſſe neq; inuicẽ perpetraſſe tradũt. Erat Parmenionis filius Phylotas ãpliſſimæ ĩter macedonas dignitatis: ut qui fortiſſimus ac robuſtiſſimus haberetur: & munificus ac benignus quantũ poſt Alexandrũ nemo. Cum ex familiaribus quidã argẽtum ex eo peteret: iſq; erogari præcepiſſet: ſe diſpenſator habere negauit. Cui Phylotas: quid ais inqt? neq; poculum neq; ueſtẽ habes? Elatione animi diuitiarum ãplitudine corporis ornamẽto & nõnullis uitæ modis ſupra priuatorum morem odioſius utebat. Ita ut per quendã excelſi faſtũ animi ĩſipidũq; ac ingratum cũctis ĩceſſum magnã ſuſpitionẽ inuidiãq; cõtraxerit. Quocirca ei nonnunq̃ Parmenionẽ dixiſſe ferũt: paulo mihi deterior eſto. Cærerum hic Alexãdro iã pridem ĩ ſuſpitionem uenerat: nã poſt ſuperatũ ĩ Cilicia Darium correptãq; Damaſci prædã: cum multa captiuorum corpora referrent ĩ caſtra: cõperta eſt ſerua quædã gñe phydnea facie decora noĩe Antigone. Hanc Phylotas aſſecutus: cũ interpotandũ ſibi ut adoleſcẽs amice multa reifamiliaris magnifice geſta paulo liberius iactaret: quicquid ſtrenue factum eſt: ſuũ aut patris opus eſſe demõſtrauit. Alexandrum quoq; quẽ ille adoleſcentulũ uocitabat: p̃ eos nomẽ tenuiſſe regiũ. Id ubi mulier amatori cuidam renũtiaſſet: ille alteri: ut fit: Deniq; ſermo manauit ad Cratherum: ille mulierem adduxit ad Alexandrũ. Qua audita iubet ut cum Phylota conſueta facere p̃gat: ex eo quicq̃d excuſſerit: ad ſe renũtiatum eat. Neſcius Phylotas huiuſcemodi ſe circũuentum inſidiis: contuberniũ frequentabat Antigonæ: multa ĩterim cõtra regem uerba per indignationẽ atq; iactantiã ĩeptiſſime p̃fundens. Alexãder tã & ſi aduerſus Phylotam id q̃efficax uehemẽſq; foret ĩdiciũ: tacitus tamen perferre ſeq; cohibere ſtatuit: ſeu magna in ſe Parmenionis beniuolentia frætus: ſeu ingentẽ ipſorum gloriã ac potẽtiã reformidãs. Ea tẽpeſtate Macedo quidam ex Caleſtra noĩe Dimnus capitalis Alexandro ſtruebat inſidias. Quã quidem ad rẽ iuuenili ætate Nicomachũ cuius amoribus tenebatur: ſociũ adſciebat. Quod ille aſpnatus rem fratri Cebalino aperit. Qui procedens ad Phylotam: ſe ĩtroduci rogabat ad Alexandrum. Ipſe uero neſcio quid cogitãs (incertũ. n. eſt) eos minime introduxit: q̃ regem maiora quædã agitare negocia diceret. Quod & ſecundo factum eſt. At illi ob Phylotæ inſolentiã ad alium ſe uertũt. A quo mox ad Alexandrum admiſſi: cum primum Dimnum accuſaſſent Phylotæ factum indicãt: q̃ a ſe bis appellatus eos uſq; paruipẽderit. Ea res Alexandrum uehemẽter inflãmauit. Miſſus deinde ut captum ageret: Dimnũ ipſum reluctantem ſeq; defendentẽ obtruncat. Quare magis atq; magis Alexander excãduit: q̃m illum hoc pacto: ne ſuæ detegerentur inſidiæ: effugiſſe ſuſpicaretur. Mox ubi acerbiſſimum in Phylotam odiũ patefecit: illius inimicos exciuit: palã dictitãtes eã regis ignauiã eſſe: ſi Dimnum caleſtrinum homĩem tm̃ in ſe facinus audere putet. Cæterum eũ miniſtrum quendã ĩmo uero maioris inſtrumẽtum eſſe potentiæ: In illis ipſã diſcutiendam cõiurationẽ: quibus hæc latere plurimũ cõducebat. Cum ad huiuſmodi ſermones atq; ſuſpiciones regiæ patuiſſent aures: ĩnumerabiles aduerſus Phylotam calumniæ afferebãtur. Captus itaq; Phylotas ĩ quæſtionibus habitus eſt: præſentibus amicis: extrinſecus autẽ e tabernaculo audiẽte Alexãdro. Quo ad Epheſtionẽ miſerabiles ac ſupplices emittente eiulatus dixiſſe ferunt Alexandrum: Cum mollis adeo effœminatuſq; eſſes Phylota: tanta receptabas facinora? Occiſo Phylota e ueſtigio miſſus ĩ Mediam Parmenio ibi ĩterficitur: uir cõplurium rerum geſtarum Philippo ſocius: qui ſolus aũt ex natu grandioribus præcipue Alexandrum ut in Aſiam trãſiret accenderat. Ex tribus liberis quos ĩ ea expeditione habuerat: duo pridem ante ora parentis præliando cæſi. Ipſe una cum tertio periit interemptus. Eas ob res cum multis Alexandri familiaribus: tũ Antipatro uehemẽs terror ĩcutit. Etholis ultro citroq; data acceptaq; clãdeſtina fidei pignora. Hi ob deſtructos Emadas Alexandrum extimeſcebãt. Qui eius deſtructione gẽtis audita Etholos non

Emadum filiis uerum ſibi ſupplicia daturos obteſtatus erat . Haud longe poſt Clyti ca ſus conſequit. Quē ſiqs accurate ītellexerit: maioris ſeuitiæ q̄ Phylotæ factū iudicabit . Sin tēpus cām q; rōne ꝓpēderit: nō regis conſilio ſed infœlicitate ꝓpetratum inueniet. Cum per iram ac ebrietatem ſuo fato Clytus materiam occaſiōemq; præbuerit: hoc mo do geſta res eſt . Quidam ex ora maritima græca ad regem poma detulerant . Quorum conſpicuam maturitatem admiratus Clytum ut cōmonſtraret & impertiret accerſit . Il le ſacrificia peragebat. Quibus omiſſis regem adiit. Tres illum ex īmolandis hoſtiis con ſequuntur. Quod prodigium conſpicatus Alexander: accitis hariolis Ariſtandro & Cle omanti ſpartano aperit . his dira portendi affirmantibus illicet pro Clyto inſtaurari ſa crificium iuſſit. Tertio ſiquidē ante diē horrendum per quietē uiderat inſōnium. Exiſti marat. n. Clytum inter Parmenioīs liberos atris ſedere ueſtibus: oēſq; exanimatos. Nec dum litato Clytus poſtea q̄ Dioſcoris ideſt Caſtori & Polluci Alexāder īmolaſſet; uenit ad cœnā. Poſtq̄ exēpta uino ſitis eſt: Pranichi: uel (ut q̄dam aiunt) Pierōis carmīa decan tant: quæ ille cōtra ductores Macedonū nup a barbaris profligatos p riſum & ignoīam ediderat. Quā rē cū natu grādiores moleſte ferrēt: poetāq; ſimul & cantorē p cōtumelias īprobarēt: Alexāder & nōnulli cū eo magna cū uoluptate audiētes: canētē exhortabant . At Clytus iam uino grauis natura ferox & indomitus id ægre tolerabat : indignum eſſe affirmans inter hoſtes barbaros maledictis carpere Macedonas uiros ipſis longe præſtā tiores irriſoribus : tam & ſi minus ſecunda fortuna obtigerit . Tum Alexander : nihil a ſe diſcrepare Clyton inquit: qui Macedonum formidinem minus ſecundā appellet for tunam. Inſurgēs Clytus: hæc īquit fortitudo te diis genitum: iamq; Spithridatis gladio terga uertentem læto eripuit . Te Macedonū cruor te uulnera hæc eo ꝓuexerunt: ut Hā monē uſurpans: genitorē Philippum aſpneris. Inflamatus his Alexander: cū hæc de no bis īfandū caput obloqueris: Macedonē ad ſeditionē īſtigans: alacrē te futuꝝ exiſtimas? Tum Clytus: neq; uero īpræſētia ſumus alacres īquit Alexāder: talia laboꝝ præmia cōſe cuti. Fœlices uero quibus āte cōtigit oppetere: q̄ Macedōes Medoꝝ uirgis ꝓcuſſos: noſq; ut ad regem admitteremur Perſas obſecrantes aſpicerent. Hæc atq; talia Clyto liberius dictante: cæteri qui Alexandrū circūſteterant: exurgere & cōuiciari: longæui autem ſenes exorientē ſædare tumultum . Conuerſus ad Xenodochum cardianum Arthemiūq; colo fonium Alexander: nō ne græcos inter Macedones inqt: tanq̄ ſemideos inter bæluas am bulātes cernere uidemini? Clytus haud quaq̄ obſecutus: Alexandrum quodcūq; uelit in medium proferre iubet: at uiros īgenuos & loquendi fiduciā habentes: ne in cōuiuium uoces ait: uerum cū barbaris atq; mancipiis uitā exigas: qui zonā perſicam candidumq; adorent amiculum. Irarum īpatiens Alexander cū proiecto pomo Clytum percuſſiſſet: gladium ꝓquirebat: quē ſatelles quidā Ariſtophanes prior ſubduxerat. Inde cum cæteri precibus detinerent: proſiliit macedonico ſermone: clypeatos uocās milites. Id uero īgē tis ſignum tumultus erat. Subīde iuſſo canere tibicine perinde ac tardius agenti tubāq; detractanti pugnis inſultauit. Is poſtremo collaudatus é : q; potiſſimū ne caſtris tumul tuaretur obſtitiſſet. Clytus cū nullo pacto cederet e triclinio: uix tandem ab amicis explo ſus: ſubīde per alias irrupit fores iambicum illud ex Andromacha Euripidis per ſūmam contentionē temeritatēq; pronuntiās; Heu q̄ truces ī græciā mores ueniunt . Alexander arrepto ex ſatellitis manu ſpiculo occurentē ſibi Clytum iāq; auleum ianuæ ſubducentē tranſuerberat. Eo ingenti clamore ac ſuſpiriis corruente : ſtatim lymphaticus conꝑuit animus. Qui ubi ſecum facinus reputās: tacitos cernit aſtātes: ex occiſi uulnere telu rap tim eductum ī ſuum uertebat iugulū : ni ſatellites correptas ipſius manus a cæde retra xiſſent: ipſumq; ui ītra cubiculum intuliſſent. Eam noctē nunc uociferans : nunc lamē tās: ſæuis exegit luctibus: adeo ut malis feſſus: nullis editis uocibus: poſtridie iaceret elin guis: graues tīm emittens gemitus. Ipſius æquales ea ueriti ſilentia in cubiculum irrum punt : ubi cæterorum quidem uerba minus admittebat. Cum autem uates Ariſtander tum inſomnio Clyti : tum aliis ex prodigiis : ea iam pridem ex fatorum ſerie obtigiſſe memoraſſet : ſædari non nihil dolor uiſus eſt . Quamobrem intromiſſus eſt :

Caliſthenes Ariſtotili neceſſarius:& Abderita ſimul Anaxarchus. Caliſthenes quidē honeſtatis ratiōibus p q̄ndā ſuauitatē adortus ſermōe circuito mærorē lenitus excerpebat. Anaxarchus prīcipio quandā philoſophandi uiā ſibi uendicauerat:qua īſolēs & æqualium cōtemptor exiſtimabat. Is igit q̄primum ingreſſus clamitat:hiccine eſt Alexāder: quē cum orbis terraꝝ pſpectet:is more mancipii luget abiectus:hoīum leges & ignominiā reformidans:q̄bus ipſe ſe legem & iuſticiæ metā conſtituiſſe debuerat: p illā quam uictor obtinet maieſtatē:non aūt inanis cuiuſdā gloriæ cupiditate uictū ſeruilem aīum induere. An ignoras inqt proīde fas iuſq; eo minus aſſidere Ioui:ut quicquid reges ppetrauerint licere iuſtūq; eſſe intelligas? Hac uſus oratione Anaxarchus ægrū qdem regis leuauit animū:ac ipſius mores cōpluribus ī rebus nefarios mollioreſq; reddidit eiq; miro ſe modo deuīxit. Caliſthenis conſuetudinē alioquin ex illius ſeueritate ingratā reprobans:Olim cū intercœnandū de anni partibus & cæli tempie orta diſputatio eſſet:dicētibus:hic aſpiora q̄ in græcia ad hybernādū loca eſſe: Anaxarchus p cōtētionē aduerſabatur: Tum Caliſthenes: At qui hæc illis lōge frigidiora cōfitearis oportet inqt. Iſtic.n. lacerna uelatus uniuerſā exigebas hyemem:hic autem tribus īuolutus tapetibus accumbis. Ea res Anaxarchū acriter irritauit. Reliquos uero ſophiſtas & aſſentatores dolore inurebat. Qui cum ab adoleſcentibus propter ſermōis elegātiā ſūmo ſtudio coleretur:nō minus natu maiores oblectabat:q; ad bene honeſteq; uiuēdū ſeipſo contentum uirum cernerent:ſuæ quoq; pegrinationis uulgatam occaſionē confirmabat:q; reducendorum ciuiū inhabitandæq; cauſa patriæ p quandam animi magnificentiā ad Alexandrum cōmigraſſet. At.n.ob eius gloriam & opinionē īuidioſus obtrectatoribus interdum īter ſe obloquendi materiam præbuit. Nā quopiam īuitatus pſæpe repudiabat: in ſodalitiis p grauitatē atq; ſilētiū nullum ꝓbare factum:nihil deniq; placere ſignificabat. Itaq; Alexandrum ei dixiſſe tradunt:Odi ſapientem:q ſibi ſapiat nihil. In ipſo conuiuaꝝ cœtu iuſſus aliquando īter pocula laudes explicare Macedonum:tanto eloquētiæ fluuio rem ipſam exornaſſe fertur:ut ſurgentes uniuerſi ſecundo ī eum plauſu coronas ſparſerint. Tū Alexāder: profecto quiqs(ut ait Euripides)ppulchrā nactus eſt ī dicēdo materiam: ei haud īmēſum ē opus bene ornateq; dicere. Cæterum quod magis eloquētiæ tuæ uires oñdet inqt:ipſos accuſa Macedonas:ut hi ſua noſcētes errata uiros ſeſe meliores inſtituant. Caliſthenes igit:cum ad Palmodiā ſeſe cōuertiſſet:multa Macedonum delicta liberius explicans ꝓpter græciæ ſeditiones atq; diſcordias Philippi auctū imperiū fuiſſe demonſtrat. Venit honos ſceleri:miſera ut diſcordia regnat. Quæ res aduerſus illū acerbā grauēq; Macedonū cōflauit inuidiā. Tum Alexāder Caliſthenē nō orandi grauitatē:ſed ſūmum cōtra Macedones odiū cōparaſſe inqt. Hæc qdem Stroibum Caliſthenis lectorē Ariſtotili narraſſe prodit Hermippus. Poſtmodum Caliſthenes cū alienatū ab ſe regis amorē intelligeret:ei bis ac ter hunc protulit uerſum:Occidit & Patroclus uir te præſtantior olim. Non ab re igit Ariſtotiles dicere ſolebat:Caliſthenē magnā in dicendo potentiam aſſecutum:mentis īopem eſſe. Cum ergo quadā philoſophiæ acrimonia & rigiditate adorandū diſſuaderet Alexādrum:ſolus ea palam dictitabat:quæ Macedonū proceres apprimeq; ſeniores pgrauem animi indignationē taciti pferebant. Qua re cum illū adorandi morem auertiſſet:effectum eſt:ut magna quidē græcos:maiori autē Alexādrū infamia liberarit:ſibi pniciem cōperans ui magis q̄ pſuaſione regem abſterrere conatus. Chares autem Mitileneus memoriæ prodidit:Alexandrū ī conuiuio quodā cum epotauit phialam cuidā ex familiaribus porrexiſſe:qua recepta illum ad lares uerſum ſurrexiſſe:primumq; ut epotaſſet adoraſſe:poſtea exoſculatū Alexandrū diſcubuiſſe: quod cū omnes ī numerum effeciſſent: Caliſthenem accepta phiala poſt potum ut regem oſcularetur acceſſiſſe:qui cum Epheſtione colloquēs minus animaduerterat. Tū Demetrius cognomento Phydon ad regem ne obſculere inquit. Te enim ſolus hic haud adorauit. Quapropter Alexander oſculum deuitaſſe fertur. At Caliſthenem alte uociferantem dixiſſe: Vno igitur minus habens oſculo diſcedam. Talibus alienati ſignis animi habita Epheſtiōi fides eſt:cum Caliſthenē quidē adorare pollicitū: ꝓmiſſa uero mētiū diceret.

Inde Lyſimachi hinc Agnones pullulare: qui uirum affirmarent ad labefactandas īperii uires procaciter obeuntē. Ad illū concurrere adoleſcentes fauere: ſolū hunc inter tot milia ingenuum appellare. Iccirco deinde aduerſus Alexandrum Hermolai coniuratiōe detecta: Illud ei uerſimilius obiectare crimen uiſi ſunt. Siquidem percunctāti cuipiā: quonā modo illuſtriſſimum ſe uirum faceret: ſi illuſtriſſimum interemeris inquit. Dumq; ad ppetrandum facinus Hermolaum exhortaretur: ne aurea fulcra formidaret: admonuiſſe: Cæteq; ſe hominem morbos ac uulnera patientē īuadere reminiſceretur. Ex ipſis autē Hermolai complicibus neminē uel extrema neceſſitate adduci potuiſſe conſtat: ut quicq̄ aduerſum Caliſthenē loqueretur. Alexander quoq; ad Cratherum Attalum & Alcetam ſtatim ſcribens ait: Adoleſcentes quidē habitos in quæſtionibus eas res īceptaſſe confeſſos: ſe uero conſcium habuiſſe neminem aſſeuerantes. Poſtremo ſcribens ad Antipatrum poſt multa Caliſthenis conuitia: iuuenes quidē inquit ex Macedonibus ſaxis obrutos: Ipſum autem philoſophum: quiq; illum emiſerunt quiq; meos intra oppida ſuſceperunt inſidiatores: ego ſupplicio afficiam. In quibus ſe contra Ariſtotilem aperte detexit: apud quē ob gn̄is propinquitatem educatus erat Caliſthenes. Eius ſiquidē mater Hyero conſobrina fuit Ariſtotilis. Ipſum ab Alexandro cruci ſuffixum uitā finiſſe quidam perhibent: Alii in uinculis morbo correptum expiraſſe. Chares refert eum poſt eaq̄ captus eſt: ut coram Ariſtotile ī ſenatu condēnaretur: ſeptem menſibus in cōpedibus obſeruatum. Cumq; Alexāder in Malyſoxidracif Indiæ oppido uulnus accepit: Caliſthenem ob nimiam aruinā concreto pedore ac ſordibus ſupremum obiiſſe diē. Hæc poſteriori tempore cōtigerunt. Demarachus Corinthius ætate iam confectus ſtudio ac uoluptate profectus ad Alexandrum: cum illum uiſeret: q̄ magna priuatos amœnitate græcos inq̄t: q̄bus priuſq̄ ī Darii ſolio ſedentē conſpexiſſent Alexandrum: uita exceſſiſſe contigit. Nec amplius regiæ fructum beniuolentiæ conſecutus aduerſa correptus ualitudine diē ſuū obiit. Eum Alexander funere extulit magnificentiſſimo: exaggeratus ē ſibi ab exercitu tumulus ambitu quidem āpliſſimo altitudine uero octuaginta cubitorum. Reliquiæ autē ornatiſſima quadriga ad mare uſq; delatæ ſunt. Deinde caſtra moturus in Indiam: cum præde magnitudine onuſtum tardūq; cerneret exercitum: ut primū illuxit dies: ſuos ac familiarium currus paratos priores incendit. Poſtea cæteros Macedonum ſubiectis urere flāmis edixit. Cuius rei cum grande primo conſilium uideretur: maior extit euētus: paucis. n. dolore pculſis cæteri perinde ac numine afflati uoces clamoreſq; alacres attollere. uſibus tm̄ neceſſaria capere: reliqua uelut ſuperuacanea ſuccendere. Quæ res impetu alacritateq; refectū magis atq; magis Alexandrū concitauit. Iā. n. ſuis eſſe terrori cœperat: īexorabilis ad errata caſtigator. Nam quēdā ex æqualibus ſuis Menādrum nomine caſtelli cuſtodiæ præfectum ob deſertam ſtationē nece mulctauit. Orſodatem barbarum qui ab illo defecerat: ipſe ſagitta confixit. Interea ouis quædā agnū qui colore ac forma tiaram capite gemelloſq; utrinq; corymbos habebat enixa eſt. Id abhorrens prodigium quibuſdā babyloniis quos ea de cauſa de more ſecū adducebat: purificandū ſe præbuit. Tum ad amicos non ſui uerum ipſorum cā turbari atq; ſolicitari dixit: ne poſt ſe uiliſſimū ac degenerē quēpiam regni faſtigio fortuna præficiat. Qua in re haud tn̄ diutius animi pendēs extitit. Poſtea. n. lætius apparens prodigium oēm poſtea ſoluit triſtitiā. Quidā enim ſarcinarum cuſtodiæ uir præfectus Macedo Proxenus noīe regio locū tabernaculo prope Oxon amnē foderet: pinguis fōtem liquoris aperuit. Quo primum hauſto clarus ac lucidus ſcatens non odore non guſtu quicq̄ ab oleo differre uidebatur. Quin eiuſdem oīno ſplendoris ac pinguedinis: quoq; magis mirere: oleam illa nuſq̄ fert regio. Oxi quoq; fluminis adeo pinguis aqua traditur: ut qui in eo loti fuerīt: cutī eis ac corp⁹ īungat. Ex eo āt ꝓdigio quātū admirādæ uoluptatis Alexāder cæperit: ex his q̄ ad Antipatrum ſcribit: maxīe declarat: qui hoc a diis īmortalibus q̄ āplū ſuſcepiſſe munus exiſtimat. Vates aūt eā expeditionē tū clariſſimā tū aſpā & caſibus refertā ſignificabāt. Oleū nāq; ad leniēdū corp⁹ adeo tributū ē mōtalib⁹. Mlta igī illi īt pugnas obtigere diſcrimīa grauia recepta uulnera: ueheīntiſſimā quoq; ſuis ꝓniciem īopia rer;

attulit. Aſpera cæli intemperies magna ex parte confecit exercitum. Aſt ille cum fortunā audacia uiteſq; uirtute ſupare ſtudio gloriæ niteretur: nihil fortibus īdomitum: nihilue ipſa loci natura munitum timidis tutum eſſe ducebat. Cum Siſimetri urbem rupis īacceſſæ obſidione cinxiſſet: triſtes conſpicatus milites percunctatus Oxiarthen dicitur: qd animi geſtaret Siſimetres: reſpondente Oxiarthe timidiſſimum illum eſſe hominū: petram inquit capi facilem nobis refers: quandoquidem īmunitum ac imbecillem ipſius īquis eſſe principem. Ita factum eſt. Ea. n. terrefacto nimis Siſimetre potitus eſt. Cum alteri in rupe qnadam oppido iuuentutē macedonicam admoueret: quendā Alexandrū nomine compellans: tua intereſt inqt uel ipſius uirtute cognominis ſtrenui geſta militis conficere. Dehinc cum ipſe fortiſſime dimicans adoleſcens oppeteret nō mediocriter animum pculit Alexandri. Poſtmodum in aggredienda Niſa: dum pauore torpēt milites: ſiquidem profundum ei oppido flumen allabitur: emicat Alexander. Et o deterrimus īquit ego: q nunq̄ nare didici: moxq; rapto incūbens clypeo traiecit. Ibi cōſumato prælio ex obſeſſis urbibus ſupplices aduenere legati: qui primū in armis terribilem conſpicati uirum ſtupore pculſi ſtetere. Allata poſtmodum ſella grandæuū quenda noīe Acuphin ſedere iuſſit. Tum eius ſplendorē ac clæmentiā admiratus Acuphis: interrogat quidnā facturi tuam aſſequi beniuolentiā poſſumus? Cui Alexander: ſi ſuū te ciues principem creauerint: & ad me centum præſtantiſſimos miſerint uiros. Tum rideus Acuphis maiori cum dignitate impabo inquit: ſi nequiſſimos ad te miſero. Erat præterea Taxiles inſignis uir ſapientiæ: ſub cuius imperio maior Indiæ pars: quam uniuerſa ambit ægyptus tenebatur: Pingue ſolum pabulo & lætus ager frugibus. Hic cum ſalutatū ueniſſet Alexandrum: quid mutuo decertandum eſt nobis bello inquit? ſi nō aquam aut neceſſariū nobis cibum intercepturus aduentaſti: pro quibus duobus ſtrenuos ac ſapientis belligerare uiros decet. Equidē ſi te ditior aut locupletior ſum: in dādis ad te beneficiis paratus aduenio. Sin inferior exiſto: tua in me confer officia. Ego uero dignas habere tibi gratias non recuſo. Ea re lætatus Alexander uirum comiter amplexus: Atqui putas ait ſine bello hac ſermonum familiaritate nos amicitiā aſſecutos? Atqui ne ſuperes faxo. Ego enim hoc uno tecum bellādi gñe enixiſſime decertabo ne quāuis frugi uir & cōſpicua benignitate exiſtas: in gratificando uincar abs te. Inde Alexander multis ex illo ſuſceptis pluribus uero redditis muneribus poſtremo mille ſibi æris talenta tranſmiſit. Quæ res ſuos animos uehementi dolore conficiens maiorem inmodū pronas in ſe barbarorum mentes effecit. Poſtq̄ ſtipendiarii quidā & bellaciſſimi Indorum milites eos præſidio ciuitates egregie tutarentur: magnas Macedonum ſtrages copiis inferentes: Alexander cū eis intra quoddā oppidum pactis induciis poſtmodū abeuntes in poteſtatem redactos cecidit ad unum. Id quidem facinus bellicis illis rebus alioquin iuſte & regia cum dignitate confectis quandā inuſſit maculam. Non minori illi impedimēto quidā fuere philoſophi: qui fauentes Alexandro reges deteriorem in partem uertebant & ingenuos quoſdā populos ad defectionē ſollicitabant. Proinde complures illorum ſuſpendio affecit. Bellum autē quod aduerſus Porum geſſit: ſuæ declarant epiſtolæ. Scribit. n. cum īter caſtra medius fluat Hydaſpes: Porum elephantibus pro fronte locatis tranſitum aſſidua ſtatione tuentem ſe uero p quotidianos ſtrepitus atq; fragores ſuos: ne barbaros reformidarent: aſſuefeciſſe. Inde p hybernæ noctis tenebras cum delecta peditum ac fortiſſimorū equitum manu procul ab hoſtibus in parua quandam traiecit inſula. Quo cū primum euaſit: magno cum turbine deſup fundi imbres ignes ac fulmina aduerſum milites demiſſa cōplures ītēdere ac diſſipare. Quæ cōſpicatus Alexāder excedēs inſula ī oppoſitā contendit ripam. Aſper erat Hydaſpes & hybernis tumens ībribus: ita ut magna ex pte ruptis aggeribus ſibi uiā effecerit: qua ingens fluminis curſus ferebatur. Huc delatus Alexander: cum modo labens modo undis allatus uix tandē uadum teneret: dixiſſe fert: Fidem ne præſtabitis Athenienſes nos pro comparanda ex nobis gloria huiuſcemodi ſuſcepiſſe pericula? Hæc quidem Onexicritus. Ipſe autē Alexander refert milites: omiſſis ratibus per medias mamillis tenus undas cum armis ruptum ſuperaſſe aggerē ipſe cū

equitatu uiginti ſtadiis pẽdites anteceſſit. Nec id ab re conſilium extitit. Si enim hoſtes adorirentur: equis eos facile ſuperaturum. Sin phalanx cedere cogeretur: mox ſubſidio affuturos pedites. Euenit autem alterum. Nam cũ mille occurriſſent equitibus ac ſexaginta curribus: eos in fugam uertit: & captis curribus quadringenti cæſi equites. Porus ubi traieciſſe Alexandrum accepit: totas in eum concitauit copias: relictis qui tranſitu arcerent Macedones. Alexander elephantos hoſtiumq; multitudinem timens ad labefactã dum alterum cornu contendit: cæteris dextrum iuſſis aggredi. Inclinati utrĩq; hoſtes pedem ad elephantos referunt: ut uiolentius incurſantes auerterent. Ita cõmiſſa pugna octaua uix hora fuſi hoſtes. Hæc quidẽ Alexander ſuis tradidit epiſtolis. Plurimi ſcriptores Porum quattuor cubitis & palmo procerum extitiſſe conſentiunt. Pari id eſt maxĩo pro corporis magnitudine inſidebat elephanto: cuius admirabilis quædam prudẽtia & indulgentia pſpecta eſt. Rege nanq; adhuc ĩcolumi hoſtes furẽs uaſtabat proterebatq;. Vt uero cõplurimis iaculis ſaucium ſenſit: ne is defluere ueritus: ſenſim humi ſe genibus ſubmittit. Inde paulatim ex corpore tela proboſcide eximebat. Capto Poro cũ ex eo ſciſcitaretur Alexander: quonam modo eum pertractaret: pro regia dignitate reſpõdit. Rurſus interrogante num quicq̃ aliud diceret: uniuerſa inquit regia dignitas continet. Quamobrẽ eum nõ modo ſolitis ĩperitare terris ſciuit: uerum inſuper eius auxit ĩpium. Deinde plurimos uaſtat: in quibus quindecim nationes ſuis legibus inſtitutiſq; uiuẽtes eſſe traduntur. Egregia præterea oppida quinq; milia numero uiciq; cõplurimi ĩ quibus æqualem ſuum Philippum ſatrapem deſignauit. Ex eo prælio bucephalus non ſtatim: ſed ut plurimi prodidere: poſt longas uulnerum curationes expirauit. Refert Onexicritus eum ſenio ac labore confectum occubuiſſe. Trigĩta nanq; annos moribũdus iacuit: cuius mortem acerrime indoluit Alexander: amicum quendam ac familiarẽ amiſiſſe ſe exiſtimans. Super eo penes Hydaſpen conditam urbem Bucephaliam appellauit. Cane etiam Pertha nomine a ſe nutrito: quo plurimum delectabatur amiſſo: urbem ſui noĩs ædificauit. Hoc Socyon a Leſbio Potamõe accepiſſe ſe refert. Ex eo prælio obtuſior Macedonibus factus animus. Quæ res illos ne ad interiora Indiæ penetrarent: reprimebat: haud immemores quanto cum labore uiginti peditum milibus duobus equitum inſtructiſſimas Pori acies profligauerint. Proinde Alexander cũ eos ad traiiciendum Gangem traheret: totis refragabantur uiribus. Eius quidem fluminis latitudinem duorum & triginta ſtadiorum: profunditatem uero paſſuum centum eſſe audierant. Aduerſas præterea ripas armis equis ac elephantibus inſeſſas. Ibi enim Gangaridarum ac Preſiorum reges cum octuaginta milibus equitum uiginti peditum octo curruum ſex bellaciſſimoq; elephantum opperiri rumor nec inanis quidem erat. Androcotus nanq; paulo poſt ĩperitans Seleucum quingentis donauit elephantis. Idem uniuerſam pagrauit Indiam ſexcenta hominum milia ducens: quibus uictor cuncta ſubegit. Alexander igitur primo ſe intra tectorium ira ac dolore continere: nullam militibus niſi Gangem tranſmitterent: rerum geſtarum gratiam habere. Reditum uero apertam cladis acceptæ confeſſionẽ eẽ. Qua in re præſto amicos adeſſe: eumq; cõſolari: ſubinde milites lachrymis & eiulatu ad fores ſupplicare. His rebus placatus Alexander retro caſtra duxit: multa prius ad cõparãdam gloriam doloſa ac ſimulata cõmentatus. Maiora enim arma ſublimiora equorum præſepia fræna etiam grauiora ſparſim reliquit. Deorum aras cõdidit: quas in noſtram quoq; ætatem Preſiorum reges prætereundo uenerantur: ſacraq; ritu græcienſi pficiũt. Androcotus cum adhuc impubes eſſet: Alexandrum uiderat. Is poſtremo ſæpe dicere ſolebat rerum prope potiturum Alexandrum fuiſſe. Verumeniuero ſuis per ĩprobitatem degenerantibus odium contentionemq; cõtraxiſſe. Inde oceanum uidere auidus: Inſtructas remis carinas conſertaſq; rates ad quoſdam trãſmiſit fluuios: quibus paulatim deueheretur. Ea nauigatio haud omnino tranquilla & imbellis Alexandrum multis excæpit præliis: urbes adortus omnia in deditionem recepit. Apud mallos quos Indorum pugnaciſſimos fama eſt: fere trucidatur. Nam oppidanos e muro ſagittis profligatos cũ deturbaſſet: per ſcalas prior murum aſcendit. Quibus fractis cum diſpoſitis interius

ſub muris hoſtibus uulnerā ex inferioribus ăccepiſſet: cum pauciſſimis in medios ſe pro uoluit hoſtes: ubi cum forte ſtetiſſet: micantia criſpans arma: barbari ſe quendam humana anguſtiorem forma ſpectare rati: palantes profugere. Vt uero illum duobus tantummodo clypeatis militibus ſtipatum uidēt: ipſum armis ſeſe obtegentem haſtis atq; enſibus undiq; occurrentes petunt. Quidam eminus arcum adducens ſagittam in illū tantis uiribus tantoq; emiſit īpetu: ut tranſuerberato thorace ſub mammæ oſſibus infixa permanſerit. Quo uulnere cū remiſſum corpus collaberetur: eius auctor ictus uelox affuit: barbaricum enudans gladium. Contrā Peuceſtas atq; Limnicus ſeſe pro rege oppoſuerunt. Ex quibus cū ſaucio utroq; Limnicus occubuiſſet: ſolus Peuceſtas ꝓpugnās perſtitit. Alexander autem cū barbarorum plures obtruncaſſet: multis ſaucius uulneribus mallei ictu in ceruice recepto muro corpus ita ut hoſtes cōſpicarentur applicuit: donec illum circunfuſa Macedonum manus arriperet: & amiſſo ſenſu referrent ī caſtra: ut mox per exercitum ſermo manarit regem expiraſſe. ægre autem ac magno cum labore reſectis haſtilibus thorace uix tandem exuto: medici in diuellenda ferri acie quæ oſſe penitus inſederat: accinguntur. Cuius quidem latitudo triū digitorum: longitudo uero quatuor fuiſſe perhibetur. Quāobrem fugiente anima uitam pene mors oppreſſit. Exĕpta tamen cuſpide reparatis ſenſibus diſcrimen euaſit. Cum eius langor domi per ciborum obſeruationem ac medicamenta diutius ageretur: a Macedonibus tumultuari in caſtris cœptum eſt: qui ſuū uiſere regem cuperent. Id ubi ſēſit Alexander ſumpta trabea diis ī molauit: ac rurſum in tabernaculum rediit. Inde lectica delatus loca plurima & magnas euertit urbes. Decem quoq; gygnoſophiſtas qui Sabam maxime ad defectionem ſolicitauerant: plurimiſq; Macedonas malis afflixerant ī poteſtatem redegit. Qui ad ſuccīcte reſp ondendum acuti ac ꝑſpicaces erant. Dubias quaſdam ex eis quæſtiones ſciſcitatur: qui haud recte primo reſponderit cæteroſq; deinceps ſe necaturum præfatus eſt. Cui q̄dem rei ex his quendam ætate maturiſſimum præfecit arbitrum. Interrogatur ergo primus: Vtrū ne plures uiuentes an mortuos eſſe cenſeat: Viuentes inquit: nec enim āpliꝰ eſſe mortuos. Secūdum cum interrogaſſet: Maiores ne terra bæluas an mare nutriret: Terram reſpondit. eius nāq; portionem mare eſſe. Tertium: Quodnā callidiſſimū exiſtat animal: Quod necdum homo noſcet īquit. Quartū: Quo conſilio Sabā ad defectionē ſollicitaſſet: Se illum egregie uiuere aut ſtrenue mori maluiſſe ait. Quintū: Vtrum diem an noctē priorē extitiſſe putet: Diem inqt die una. Cumq; rex admiraretur: Friuola perſcrutanti: fruola quoq; referri oportere dixit. Eapropter ꝑmutata ſententia ſextū rogat: Quonā pacto quiſpiam late īperitrans maximā contrahere beniuolentiam poſſit: Ne ſit terribilis inquit. Ex reliquis tribus unum ꝑcunctatus: Quomodo mortalis quiſpiam ſe in deorum numerum referret: Si humanis maiora uiribus opera geſſerit. Alterꝯ: Vitam ne an mortē fortiorem opinetur: uitam dixit: quæ tot aduerſa & calmitoſa perferat. Extremum: Quouſq; uiuendum homini eſt: Donec mortem uita potiorem eſſe docit. Inde conuerſus ad iudicē ſententias dicere iuſſit. Qui cum unum altero deterius reſpondiſſe affirmaſſet: Tu itaq; morere primus īquit: q̄ talia iudicaueris. Minime uero ait: o bone rex: Niſi te mendacem exhibeas: qui eum in primis q̄ peſſime reſpōdiſſet: te necaturum aiebas. Eos tandem multis ornatos muneribus dimiſit. Tum Onexicritus mittitur: qui ad ſe quoſdam longe maioris famæ tranquillam degētes uitā philoſophos acciret. Erat autē Onexicritus philoſophus: q̄ Diogeni cynico operā dederat. Is refert ſe a Calano per acerbas admodum contumelias iuſſum īdumēta deponere: ut eius uerba nudus audiret: alioquin ſe illum affari minime uelle: uel ſi ex ipſo Ioue demiſſus adeſſet. Dandanum uero maiori cum comitate locutum tradit. Eumq; cum multa de Socrate Pytagora Diogene accepiſſet: ipſos præcipui quidē uiros ingenii commendaſſe: At eos legum uerecundiam nimiū ueritos. Alii referunt nihil prorſus niſi hoc ſolū dixiſſe Dandanum: qua gratia Alexander orſum tam longa confecit itinera. Taxiles Calano: ut Alexandrum adiret: perſuaſit. Cæterum ei Sphines nomen erat. Verum cū pro ſalue Kale Indorum lingua omnibus diceret obuiis: ei Kalani cognomentum indidere græci. Hic ē

qui Alexandro de principatu ſimilitudinem quandam propoſuiſſe fertur. Nam cū aridam ac tabentem in medium Byrſam pertuliſſet: eius ora calcare pedibus cœpit: dum pars una deprimitur: reliquæ tolluntur in altum. Eam ſic inter preſſandum obambulās quicquid ex ea re factum obtingeret iudicabat: donec occupato Byrſæ medio cūctas ſub ſidere partes coegit: quaſi per eā ſimilitudinem ſignificare uellet: īpetenda eſſe regni media: nec Alexandro tam longinquis peregrinationibus aberrandum. Inde p fluuios ad oceanum nauigans ſeptem menſium tēpus abſumpſit. Eo nauibus īgreſſus ad quandā defertur īſulam: quam ille Sylluſtin cæteri uero Pſytulcyn appellant. Vbi deſcēdens cū peractis ſacrificiis maris naturam ac littoris quantum adiri licet cōtemplatus eſſet: deos precatus eſt: ut nemini ſuæ termīos expeditionis ſuperare daretur īpoſterum. Dehinc reuerſus claſſem circa terram Indiam obnauigare dextro iubet: ducem Nearcum: præfectum autē inſtituens Onexicritum. Ipſe terreſtre iter per orytas īgreſſus ad extremam deductus rerum inopiam magnum exercitus numerum amiſit: ita ut ex India ne quartā quidem copiarum partē reduxerit: cū peditum centum & uiginti milia eqtum quīdecim habuiſſe conſtet. Eos nāq; graues morbi uictus acerbus æſtus ariditſimi ac dura abſumpſit inedia. Incultam enim & ſterilem pagrabant regionem hominum ferino more degē tium. Hi paucos admodū & degeneres alunt ouium greges: quæ marinos ſolitæ piſces depaſci: tabentem odoris tetri carnem habent. Ea loca labore maximo ſexaginta tamen diebus emenſus: ī Gedroſam puenit. Vbi reges ac ſatrapes magnam rerum copiam uniuerſo comparant exercitui. Hic pro refocillandis curandiſq; militibus ſeptem diēȝ ſodalitia p Carmaniam egit. Erat præterea quadrata menſa inſublimi extructa: quam octo ī uectam equis Alexander ſodaleſue noctu pariter ac die iocundis celebrabāt epulis. Multa ſubindę carpenta ſequebātur partim purpureis ac uariis inſtructa uelaminibus ptim recentes arbuſculas & uirides ferentia ramos: quibus familiaribus regiis coronatiſq; proceribus dum potatur: umbracula fierent. Nuſq̄ uero peltam caſſidem ſariſſamue cōſpiceres: At phialas pāteras atq; tericlia & tota ſemita ingentibus doliis crateribuſq; proluētes ſeſe milites: inq; uicem tum eundo tum cubando propinantes. Comeſationes fiſtulatū ac tibiarum cantibus tum carminibus & laſciuis mulierum ſaltibus paſſim agebant. Fuſos autem & uagantes p cuiuſdam bacchanalis petulātiæ iocum Alexander cū phialis īſectabatur & procacem turbam quaſi deus ipſe lōgo præmittebat ordine. Profectus intra Gedroſiorum regiam: denuo cum exercitu feſtos iſtituit dies: Vbi cum ad ſpectandos decertantium cœtus poſt largiorem potum intereſſet: Vagoas ludorum præfectus quem amabat unice poſt reportatam uictoriam ornatus per medium incedēs theatrum penes Alexandrum conſeſſum ſe tulit. Quod conſpicati Macedones ingētibus acclamauere plauſibus: utq; illum ſuauiaret certatim exhortabant: donec illum Alexander p lōga ſuauia complexatus eſt. Interea redeunte Nearcho lætatus ubi eiuſ nauigationis memoranda cognouit: ingenti p Euphratem claſſe ſtatim fertur. Inde Arabiam ac Libyam emenſus per herculeas colūnas mediterraneum ingredi adortus multimodas moliri naues Tapſaci cœperat: nautas undiq; gubernatoreſq; contrahens. Verum cum ſupiorū locorum expeditio compluribus affecta cladibus inq; Mallorum expugnatione magna copiarum īternitio uulgaret: nulla etiam Alexandri ex uulnere accepto īcolumitas ſperaret: ſubditi ad defectionem ſuſcitari: duces & ſatrapæ p auaritiam & ſupbiā cuncta uiolare: prſus omnia pinde ac ſalo turbata pmiſceri: nouarum cupidos reȝ exoriri. Tum Olympias & Cleopatra aduerſus Antipatrum mota ſeditione regnum diuiſere. Olympias quidem Epyrum: Cleopatra uero Macedoniam inuaſerat. Quod ubi renuntiatum eſt Alexandro: præſtantius inquit matris extitiſſe conſilium. Nec enim Macedonas fœminæ imperium æquo paſſuros animo. Eapropter cūctam oram maritimam hoſtibus compleri ſentiens: rurſus ad mare Nearchum cum claſſe miſit: ipſe reuertens ī flagitioſos quoſdam præfectos acriter animaduertit. Ex Abuliti filiis unum Oxiarthem nomīe ſariſſa tranſuerberatum occidit. Ipſe Abulitus cum nullum ei cōmeatum præparaſſet: tria milia nummum talenta attulit. Id argentum equis apponi iuſſit. Quibus minime

guſtantibus:quænam inquit tui cõmoditas ãpparatus?confeſtimq; truſit in carcerem. Hinc profectus ĩ Perſas numiſmata mulieribus erogauit. Is nanq; mos erat regibus : ut quotiens ĩ Parſas irent:mulieribus aurum diſtribuerent. Quam ob cauſam cum quidã taro Occhus nunq̃ ĩ Perſas ire traditur : qui ob tenaciſſimam uiliſſimæ rei parcitatẽ ſe patriæ extorrem fecerit. Poſtea Polymachum:q; Cyri ſepulchrum demolitus eſſet:necauit:quanq̃ pollens & uir illuſtriſſimus foret. Eius epigramma cum legiſſet:græcis inſculpi litteris edixit. Id autem erat:Quiſquis es mortalium & undecũq; aduenis: Aduẽturũ enim te ſcio:Cyrus ſum qui Perſis imperium quæſiui. Hoc igitur humi paululum quo meum corpus obtegitur:mihi ne ĩuideas. Ea res Alexandri animum uehemẽter affecit: cum incertum ac permutabilem rerum contemplaretur exitum. Hic Calanus haud dudum aluo uexatus ſtrui ſibi pyram orauit:quo delatus equo poſtq̃ adoratis prece numinibus ſibipſi parentauit:tonſumq; crinem uti primitias quaſdam iniecit:prehenſos dextera Macedonas obſecrauit:ut illam lætitiæ diem cum rege ſimul potãtes exigerẽt:quẽ paucis poſt diebus Babylone uiſurum ſe dixit. His dictis pyram aſcendit:ubi ita optus occubuit:ut propius admota iã flamma nullum omnino corporis motum dederit. At eo quo lapſus erat geſtu:perpetue conſeruato patriæ ritu ac ſuorũ ĩſtituto philoſophorum ſeipſum immolauit. Hoc itidem compluribus annis poſt alius Cæſaris comes nudus Athenis fecit:& adhuc ipſum cernitur monumentum quod Indi ſepulchrum noĩatur. Cremato Calano Alexander conuocatis amicis ac principibus ſolenne conuiuium ĩſtituit. In quo uinariæ potationis certamen & coronam uictori propoſuit. Bibaciſſimus omnium Promachus quattuor ingurgitans cantaros palmam meruit: & unius taléti coronam accepit:tribus tantum poſtea ſupſtes diebus:cæteros unum & quadraginta potando ſpiritum eruptaſſe Chares tradidit. Conſtat enim ei ſymphoſio acerrimum ĩtercidiſſe frigus. Poſt hæc ſociorum coniugia Suſis celebrat. Darii quidẽ filia Statyra ĩ matrimonium accepta primarias optimatibus collocat. Reliqs quoq; Macedonibus qui iã pridem uxores duxerant:cõmune ĩſtruxit epulum. Cui cũ nouem milia conuiuarũ intereſſent:unũquẽq; ad pagenda libamina aurea donaſſe phiala dicit. Ad cætera miro quodam ſplendore munificentiſſimus. Aes enim alienum creditoribus ſoluit. Cuius quidẽ impenſæ ſumma nouem milium octingentorum ac ſeptuaginta talentum fuit. Monoculus Antigonus cum grandem ſe mutuatum pecuniã falſo diceret:ſubornatum creditorem adduxit:qui ſe uictui illã mutuaſſe affirmaret:quam e ueſtigio reſtituit. Eum ĩdemendacii conuictum ira pcitus Alexander eiecit ab aula:& præfectura priuauit. Erat aũt clariſſimus bellator Antigonus. Is dum adhuc iuuenili eſſet ætate: Perinthum obſidẽte Philippo miſſa in eum e catapulta ſagitta tranſuerberauit oculum:quã parantibus nonnullis eximere prohibuit. Nec ãte pugna exceſſit:q̃ fuſum intra mœnia fugaſſet hoſtẽ. Cæterum ea ignominia perculſerat Antigonem:ut nemini incertũ foret:quin ſibi mortem conſciſceret. Hoc ueritus Alexander ira poſita illi iuſſit argentum reddi. Interea puerorum:quos triginta milia numero ſtudio ac diſciplina exercẽdos reliquerat:robuſta excreuerãt corpora:egregia erat indoles:hiq; ab exercitatione promptiſſimi miram quãdã & ſtrenuam præ ſe ferebant agilitatem:Quæ res Alexandro uoluptatem & lætitiã Macedonibus merorem metumue peperat:q; minori ſe regi curæ futuros exiſtimabãt. Quãobrem cum imbecilles manci & bello ĩutiles domum dimitterẽtur:ſe per contumeliã ac uituperium negligi dictitabãt. Se per omnes ãtea præliorum uſus ductos nunc cũ dedecore emeritos patriæ ac parentibus reiici:quos olim haud tales acceperat. Proĩde cunctos dimittat aiebãt:omniſq; Macedonas imbelles uocet & inutiles:hoſce iuniores nactus pyricham ſalutaturos cum eis perageret orbis terrarum imperium quæſiturus . Ea grauiter ferens Alexander:poſt multa conuitia uehemẽter illis ſuccẽſuit : & reiectis ipſis corporis ſui cuſtodiam Perſis credidit. Perſas ſatellites Perſas apparitores ĩſtituit. A quibus cum Macedones ſtipatum Alexandrum:ſe uero ignominioſe reiectos cernerent:nõ modo mitiora loqui ſed & æmulatione & iracundia inſanire cœperunt. Vnanimi tantẽ conſilio poſitis armis interiori duntaxat retenta tunica regis tabernaculum clamore &

lachrymis adiere: se illius potestati quocunq; uocaret cõdonare: sese iniquos ingratosq; fateri: & haud tamen ipsos tametsi magna ex parte placatus admisit. Hi nihil absistere: & geminos adesse dies ac noctes totidẽ fletibus lamentisq; suis appellare regem. Tertio progressus die miserãdo afflictoq; conspicatus habitu diu illachrymasse tradit̃: eis inde nunc modeste incusatis nunc comiter appellatis: cõplures bello iutiles exauctorauit: magnificentissimeq; donatos dimisit: Scribens etiã ad Antipatrum eis ad spectãda certamina priores in theatro sedes obsignari coronatosq; sedere iussit. Defunctorum quoq; liberos pupillos paterna contrahere stipendia uoluit. Hĩc ad Hebectana mediæ profectus: ubi necessaria regni disposuit: spectacula denuo & solennes indixit dies. Quas quidẽ ad res tria histrionum milia ad ipsum ex græcia missa puenerant. Illis forte diebus febricitabat Ephestion: qui cum ætate integra & militari cõsuetudine subductum p abstinentiã tibum ferre nequiret: Glaucum medicum in theatro nactus absentem: caprum pransit assatum & ingentem uini psicterẽ hausit. Quãobrem inualescente morbo paucis post diebus moritur. Hunc tam acerbissimum casum Alexander nulla ratione aut modestia pertulit. At continuo ĩ eius luctu equis mulisq; tonsis finitimarum urbium pinnacula diruit: miserabilem uero medicum cruci suffixit: tibias & cætera instrumẽta diu ĩ castris canere uetuit: donec ex Ammone delatum oraculum Ephestioni tanq̃ semideo diuinos honores ac sacrificia indixit. Ad mitigandum doloris magnitudinẽ ad prælium perinde ac hominum uenationẽ egressus: Cusseorum gentem euertit uniuersis p ætatem trucidatis. Id factum Ephestionis inferias appellauit. In eius funere tumulo & huiuscemodi ornamentis decẽ milia talentum dedit: ut qui artificio & magnificentissimis apparatibus omnem ĩpensã superare magnopere cuperet. Strasicratẽ maxime dilexit ĩter artifices: cui tñ supbam operis magnificentiã pollicenti haud animum aduertit. Is est q Thraciæ mõtẽ Athon in hominis statuam maxĩe formari exculpiq; posse dicebat. Proinde si iusserit ei ppetuam ac nobilissimã ex illo imaginem effingere uelle. Cuius leua urbẽ Miriãdron id est quæ dena milia hominum capiat ãplexet̃: dextra uero labẽtis ad mare fluuii abundantissimos libaret latices. Id neglexit Alexãder: ut qui magis ardua longeq; magnificentioris industriæ cum ipsis agitaret architectis. Ei postmodum Babyloniã petenti ueniẽs obuiam Nearchus (Is.n. ex magno rursus mari ĩ Euphratem iã nauigauerat) in quosdã incidisse se Chaldæos inqt: qui Alexandrum ut procul Babylone abesset: admonebant. Quod cum paucifaciens procederet: ppinquus urbi cõplures altercãtes seq; mutuo ferientes coruos aspexit: ex qbus nõnulli penes illum delapsi sunt. Inde cum Babylõis præfectus Apollodorus pro eo ĩmolasse renuntiaret̃: accitus haruspex noĩe Pythagoras: ita factum affirmauit: hostiæ modum conditionẽq; pcunctãti Alexandro: sine capite iecur extitisse respondit. Pape inquit dirum hoc prodigium. Inuiolato deĩe misso Pythagora Nearcho non obtemperasse pigebat. Subĩde plurimum tẽporis extra Babylonis mœnia ĩterdum per Euphratem nauigans terebat. Cæterum multa ipsum prodigia pturbabãt. Ex his. n. quos educabat: leonẽ quẽdã eximiæ magnitudinis ac formæ mãsuetus asellus calcibus exanimarat. Alexãder positis ut ungeret̃ uestibus: dehinc pila lusit. Postea cum colludentes adolescentuli suos receperunt amictus: sedentem in solio tacitum cõspicãt̃ hominẽ diademate ac regia ornatum stola. Illi cum ex eo qsnam mortalium esset: diligẽter pscrutarent̃: diu mãlit elinguis. Vix tandem ad se rediens: Dionysio sibi nomẽ esse seq; genere Messanum ait ob quandã criminationẽ orsum ex mari delatum longum in uinculis tempus exegisse. Nuper ad eum accessisse Serapin: ipsumq; laxatis cõpedibus hoc in loco constituisse: ac dixisse ut accepto diademate simul & stola ibi sedens conticesceret. Hæc audiens Alexander: iubentibus hariolis hominem perdidit. Tum spe destitutus grauiter ãgebatur animo iam deos & familiares suspectos habens: & præsertim Antipatrum eiusq; filios reformidans: quorum Iollas pincerna regius erat. Cassander nuper aduenerat: qui quosdam barbaros regem adorare conspicatus: ut qui inter mores educatus græcienses tale nihil antea aspexisse consueuerat: solutiores effudit cachinnos. Qua propter ira stimulatus Alexander utraq; manu cõprehẽsa iuuenis cæsarie: parieti caput

illidit. Rurſus cum incuſantibus nonnullis Antipatrum contradiceret Caſſander: eũ refellens Alexãder: quid ais inquit: nihilo uiolatos homĩes tã lõgis confectis itineribus calumniatũ ueniſſe? Aſſerente Caſſandro id eſſe calumniarum ĩdicium: q̃ longo ne redargui queãt: proficiſcant̃ itinere. Id ridens Alexander Hæc illa inq̃t Ariſtotilis ſunt ſophiſmata: quæ utriq; plorabunt: ſi quẽq̃ a uobis uiolatum eſſe cõperero. Quã ob cãm tam ĩpreſſus Caſſandri animo pauor inſederat: ut cum poſteriori tẽpore ille ſuperata Græcia Macedoniæ imperãs delphos ueniſſet: ibiq; deambulans quaſdam cõtẽplaretur ſtatuas: Alexandri occurrit imago. Cuius aſpectu tanto terrore p̃culſum repẽte cõcuſſumq; corpus eſt: ut diu poſt uix ea ſædari mentis trepidatio potuerit. Alexander igitur cum diuĩs intenderet rebus: pturbatus ac cogitatione p̃trepidus oĩa noua & inſueta quanq̃ p̃exilia monſtra quædã prodigiaq; ſuſpicabatur. Proinde hĩc ĩmolãtes illinc expiantes inde uaticinantes uniuerſam cõplerant regiam. Vſq; adeo graue eſt incredula mens hominum & contẽpta numina. Rurſus graue eſt tanta ſupſtitio quæ inſtar aquæ ſemp ad ima & decliuia urgens deliramentis ac uano timore quẽadmodum eo tempore Alexãdrum ĩbuit. Cæterum diuina de Epheſtione allata uaticinia oẽm compeſcuere luctum atq; triſticiã. Quapropter inſtauratis ſacrificiis & ſympoſiis Nearcho ſolennes apparatus epularũ inſtituit. Poſtea more ſuo lotus cum quieti ſe daret: Midius interuenit. quo exorante p̃git apud illum per iocum atq; laſciuiam comeſationẽ acturus. Ibi cum poſteram nocti diem potando iunxiſſet: epoto nondum Herculis cypho nec cæteris adhuc de more menſæ perfectis æſtuare cœpit ob febrem: Cum tantus repente dolor ĩuaſit ut tranſuerberatus haſta ſpinam uideretur. Hæc nõnulli perĩde ac extremum ingẽtis fabulæ actum tragicum quidem & calamitoſum edentes ſcribendum cenſuere. Ariſtobolus tradit illum cum p̃ febris ſæuitiem ſitim collegiſſet: uinum potaſſe. Quare mẽtis impotẽ factũ ſuũ obiiſſe diem pridie Kl. quintiles. In diariis de ipſius ægritudine ſcriptum inuenio ipſum quartodecimo Kl. quintiles intra balneas ob febrem cubaſſe. Poſtridie autem lotum ĩ cubiculum relatum: inde cum Midio ĩ talorum ludo totam conſumpſiſſe diẽ. Veſperi aũt loto ubi rem diuinam perfecit ſũpto cibo noctu febrem inualuiſſe. Tertio die ſimulac ſe iterum abluiſſet: ſacrificium de more pegiſſe. Subinde ĩ balneo accubantem Nearchum diligenter audiſſe dicitur cum ipſius nauigationis: tum res magni maris explicantem. Poſt hæc undecimo Kl. per ſummos æſtus grauiſſimã noctem p̃peſſum die quoq; inſequenti uehementiſſimis oppreſſum febribus. Poſtmodum ad ingentẽ ĩ balneo peluim trãſlatum eſſe: ubi de confirmandis ordinibus qui duce carebant: longa ad primates habuit colloquia. Octauo quanq̃ urgente febre cum ſacrificare uellet: ad ſacrificia delatus eſt. Ampliſſimos inde principes ĩ atrio adeſſe iuſſit. Centuriones reliquoſq; præfectos foris excubias agere. Septimo Kl. ĩ alteram traductus regiam puſillo ſopore qeuit: haud quaq̃ interim ſe remittente febre: aduentantibus eo proceribus uſq; ad inſequentẽ diem nullam prorſus edidit uocem. Quam ob cãm cum mortem obiiſſe crederetur: fremitu ac minis fores obſedere Macedones. Quas poſtq̃ ui reſeratas irrupiſſent uniuerſi ſolis ĩterioribus induti tunicis eius lectum circundedere. Ea die Phytone atq; Seleuco ad Serapis oraculum miſſis percũctantibuſq; illuc ne Alexandrum ferre deberent: ſinendũ eſſe eo in loco deus ipſe reſpondit. Deceſſit autẽ quarto Kl. quĩtilis circa ſolis occaſum. Hæc in ipſius diariis fere uerbum ex uerbo ſcripta cõperi. Tum nulla ueneni extitit ſuſpicio. Sexto poſt anno cum de illo renuntiatum eſt: Olympias cæſis cõpluribus Iollæ præmortui cineres diſſipaſſe traditur: q̃ is uenenum temperaſſe crederetur. Quidã Ariſtotilem perhibent eius facinoris conſilium Antipatro dediſſe: & omnino illius afferendi ueneni auctorem extitiſſe. Hæc Agnothemis q̃dã narraſſe dicit: q̃ ex Antigono rege audiſſe conſtabat: Ipſum autem uenenum gelidiſſimam quandã eſſe aquã ex Nonacriæ petra ſudantem ferunt. Quã in roris tenuiſſimi morem colligentes ĩ equi reponunt ungula: cætera nullo modo uaſa ſufferre: quin ob tanti uim frigoris ſciſſa fatiſcant. Quidam ficta prorſus eſſe: quæ de ueneni potione dicuntur: affirmant. Quibus haud paruum extat ĩdicium: q̃ multis poſtea diebus cum inter primores de rerum ſũma diſceptarent: corpus

per loca calida ac exæſtuantia neglectum iacens nullum ueneni ſignum habuit: uerum recens immaculatumq; permanſit: Roxanem quia grauida erat Macedones tunc præcipuis proſequebantur honoribus. Ea ob æmulationem Statyræ ifenſa ipſam per quãdã epiſtolam dolo circunuenit: qua illam ab Alexandro acciri ſimulauit. Eam adductam cum ſorore necatam deiecit ĩ puteum. Ipſaſq; conſcio atq; adiutore Perdica multa tellure iuſſit obrui. Statim. n. Perdicas cum ingentibus aderat copiis ſecum Arrideum ueluti quoddam regni munimen trahens. Is autem ignobili ſcorto natus ob aduerſam corporis ualitudinẽ nõ natura aut caſu accidentem: parum mente conſtabat. Verum cum ab ineunte ætate gratioſos admodum & liberales mores ſignificaret: datis ab Olympiade uenenis debilitatus animi uires amiſerat.

.C. CAESARIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER IACOBVM ANGELVM DE SCARPARIA IN LATINVM VERSA.

QVINNAE DICTATORIS FILIAM CORNELIAM a Cæſare diſtraheꝝ potitus reꝝ Scylla uoluit: quod cũ aut metu aut ſpe efficere nequiret: eius doté publicauit. Inimicitiarũ uero Cæſaris & Scyllæ cauſa Marii affinitas erat. Iuliam Cæſaris amitã uxorẽ maior habuit Marius: ex quã Cæſaris conſobrinus minor creatus Marius: cum aliis intento Scylla poſt editas in eius dominatu plurimorũ cædes: Cæſar ab ipſo ſe negligi cerneret: haud tamẽ deſtitit: quo minus ĩ petitione ſacerdotii uix dum pubeſcẽs populum adiret: a quo mox aduerſante Scylla repulſus eſt. Dehinc de ipſius exicio deliberante Scylla: fuere qdam: qbus iniquũ eſſe aſſerẽtibus talem necare puerum: eos amentes eſſe inquit: niſi in hoc puero multos inſpicerent Marios. Hæc ubi ad Cæſarem perlata uox eſt: aliquãdiu in Sabinis peruagatus delitebat. Poſtea dum p ſingulas noctes: quãq; p aduerſam ualitudinẽ in alterum ſe trãſferret domiciliũ: in ſcyllanos incidit milites: qui p ea diſquirentes loca latitantes corripiebãt. A quorum duce Cornelio duobus ſe talentis redemit. Mox ad mare deſcendens in Bithyniam ad regem Nicomedem traiecit. Apud quẽ non diu uerſatus inde diſcedens circa Pharmacuſã inſulam a piratis capitur: qui per id tẽpus nauibus magnis & imenſis claſſibus mare occupauerant. A quibus cum primũ pro ſe redimẽdo uiginti depoſcerentur taléta: deriſit: q; qualem cæpiſſent uirum ignorarent: proĩde quinquaginta ſe daturum pollicitus eſt. Poſtmodum ſuoſ alium ad aliam ciuitatem pro expediendis pecuniis dimittens: apud imaniſſimos Cilicas manſit cum uno amico & adminiſtris duobus. Eos autem adeo per contemptum habuit: ut quotiens quieti ſe dederet: qui ſilentium illis ediceret: miſerit. Ibi multa cum licentia duodequadraginta uerſatus dies: eos non ut cuſtodes: uerum ut famulos & ſatellites habens nunc ludis nunc certãminibus prouocabat. Interdũ carmĩa orationeſq; conſcribens ipſos ad audiendum inuitabat: quibus nõ admirantibus palam imperitos barbaroſq; uocabat: eos interridendũ ſe cruci ſuffixurum ſæpe minitans. Quibus in rebus hi magnopere lætabanꝫ: eam loquendi libertatem ioco ac ſimplicitati cuidã attribuentes. Allatis ex Mileto traditiſq; ad ſe redimendum pecuniis liberatus cõfeſtim ex Mileſiorum portu inſtructis nauibus prædones aggreſſus eſt: quos adhuc circa ĩſulã cum claſſe per ocium ſubſidentes maxĩa ex parte in poteſtatẽ redegit. Rebus pecuniiſq; direptis uiros Pergami in uinculis poſuit. Dein Iulium prætorẽ Aſiam prouinciã adminiſtrantem adit: q; proinde ad eum ex captis ſupplicia ſumere pertineret. Cæterum is adiectis ad pecunias oculis (nec enim modicæ fuerant) de captiuis conſilium poſthac habiturum ſe inquit. Eum igitur per ocium ualere iubens Cæſar Pergamum profectus prædones ad unum patibulo affecit: ſicut eis multotiens ſecum in inſula commorans ioco prædixerat. Poſt hæc tabeſcẽtibus Scyllanarũ ptiũ uiribus cũ domũ ab amicis uocaretꝫ:

Rhodum nauigauit:ut ibi ꝑ ociũ Apollonio Molonis:cuius ẽt auditor erat Cicero : opã daret:modeſtiſſimo qdem uiro & clariſſimo dicendi magiſtro. Cæſari elegãtiſſimã quãdã ciuilis eloquentiæ uim a natura inſitã fuiſſe ꝓhibent. In qua eũ ſplendidiſſime adeo elaboraſſe conſtat:ut ſecũdũ abſq; ulla contentiõe locum obtinuerit:prioꝛẽ minie cõſecutus dum dicendi rationẽ:ad quã habilis & natura pronus ferebaꝛ:omittens rei militaris & urbanoꝝ magiſtratuũ curã ſuſcepit:qbus ex rebus ĩ republica prĩceps euaſit. Ipſe poſterius ad Ciceronem ſuos conſcribens anticatones militaris hoĩs eloquentiã cum grauiſſimi oratoris ingenio & in ea re plurimũ uerſati cõparari debere negat. Romã reuerſus Delobellam repetundarum poſtulauit:quã qdem ad cãm cõplures Græciæ ciuitates ei teſtimonia detulerunt:Delobella tñ abſolutus eſt. Cæſar autẽ Græciæ ciuitatibus : ut ob earum prõptitudinẽ parem referret gratiã:ſuum contulit patrocinium:dum. P. Antonio ſub Macedoniæ prætore. M. Lucullo diem dicerent:q; ſuſceptis largitionibus iudicia corrupiſſet:ubi eum tm̃ eualuiſſe liquet:ut Antonius ad tribunos plæbis prouocarit:inique ſecum actum eſſe comẽtus ſi ſibi cum Græcis in Græcia diſceptandũ ſit. Romæ cum ĩ perorandis cauſis magnus ei cum gr̃a ſplendor obtigiſſet:mox lenitate clæmẽtia conſuetudine ſtudio magnã ex plæbe:quã præter eius ætatem colebat : beniuolentiã cõparauit:Iamq; ſenſim cũ epulis & comeſationibus tum ſplendidiſſimis ĩ omni uita moribus nõ mediocrẽ ſibi in republica potentiã auxerat:quã principio inuidi deficientibus mature pecuniis cum mox exilẽ futuram arbitrarenꝛ:florentẽ illã ĩ plæbe paruifaciebant. Cum uero ingens adeo:ut nõ facile aduerſari poſſent:increuiſſet:eam propalã ad res ꝑmutandas tendentẽ ſero qdem intellexerunt. Verumenĩuero nullius rei tam paruũ exiſtimandum initium eſt:quod nõ aſſiduitas ſtatim ãplificet:præſertim cum ĩcuria ne obſiſtatur effecit. Primus igiꝛ Cicero cum ea reipu. ꝑinde ac quædã pelagi ridicula non ſine timore cerneret:tantamq; morum grauitatem ſub illa latitantẽ humanitate ꝑdidiciſſet:cæteris qdem illius inſidiis & meditationibus dominandi conſiliũ introſpicere ſe dictitabat. At uero cum molliter adeo pendentes comas eumq; unico duntaxat ſeſe ſcalpẽtem digito ĩqt aſpicio:haud profecto hunc hominẽ ad tm̃ facinus animũ ĩducere poſſe exiſtimo:ut romanæ reipublicæ moliaꝛ exiciũ. Hæc qdem poſterius. Primum hoc erga ſe fauoris & beniuolentiæ popularis accepit iudicium:cum. C. Põpilium tribunatus cõpetitorem nactus prior deſignatus eſt:ſecundum uero manifeſtius cum amitam ſuam Iuliam Marii uxorem defunctam luculenta laudauit oꝛone pro roſtris. In efferendo ipſius funere Marii ſtatuas tum primum poſt Scyllæ dominatum uiſas producere auſus ẽ: iãdudum illius factionis hominibus a ſenatu hoſtibus iudicatis. Id nanq; Cæſaris factũ reclamantibus nõnullis populus lætis excipiẽs plauſibus clariſſime refragatus hunc uel præcipue uirum admirantes:q; longo poſt tẽpore decora Marii tanq̃ ex inferis in urbem reduxiſſet. Cæteꝝ grandiores natu matronas defunctas laudare mos Romanis patrius eſt:qui in iunionibus haud obſeruari ſolet. Primus Cæſar mortuæ uxoris laudationẽ edidit. Quæ res quandam illi gratiam attulit:popularemq; contraxit beniuolentiam:q; uirum iccirco humanitate ac modeſtia refertum cenſerẽt. Poſt uxoris ſepulturã quæſtor cum Tuberõe prætore ĩ Iberiam profectus ẽ:quẽ honorifice ſemꝑ coluit ac eius inſuꝑ filium Prætor factus Quæſtorẽ creauit. Ex eo reuerſus magiſtratu Põpeiã tertiam duxit uxorẽ:Ex Cornelia ſuſcepta iã filia Iulia quã poſtea Põpeio magno ĩ matrimonium collocauit. Ad ĩpenſas autẽ profuſior breuẽ ac momẽtaneã ſibi gloriam tã magnis opibus ꝑmutate uidebatur:cum re tñ uera paruis ampliſſima compararet. Antea uero q̃ ullum inierit magiſtratum:mille trecentorum talentum æs alienum cõflaſſe dicitꝛ. Cõmiſſa de hinc illi apiæ uiæ cura ingentes ꝑdegit pecunias. Edilis. xx. ac. ccc. gladiatoꝝ paria exhibuit. Circa ſpectacula põpas atq; cõuiuia profuſiſſimis utens ſumptibus:uniuerſas ſuperiorum munificentias oblitterauit. Quas ob res affectam ſibi adeo plæbẽ reddidit :ut unuſquiſq; nouas dignitates nouoſq; excogitaret honores qbus pares illi gr̃as referrẽt. Duæ. n. Scyllanorum ac Marianorũ cum Romæ ptes eſſent:pollẽtibus adhuc maxime Scyllanis diſiecti ſubtrepidiq; Mariani depreſſã admodũ humilẽq; uitã exigebant. Has

attollere ſtabilireq; Cæſar uolens cum ædilitiũ munus edere magnificentiſſime inſtituiſ ſet cõflatas clam Marii ſtatuas triumphaliſq; uictorias noctu in Capitolio erexit. Vt pri mum illuxit cuncta auro micantia & magnificis ĩſtructa artificiis cernebant̃. Trophæa ſubinde Cimbrica inſculptis indicabant̃ litteris. Quocirca is qui in illis reſtituendis au dax adeo fuiſſet nõ parum timeri cœpit. haud.n. in occulto res erat. Cæterum diſperſus rumor ſtatim ad ſpectandũ cõtraxit uniuerſos. Ibi nõnulli contra Cæſarem uoces ſpar gebant: ut qui iã diu legibus ac Senatuſcõſultis ſepulta reſtituens inſignia ciuitatis ſibi dominationẽ inſtrueret. Hiſce illum rebus experiri populũ qui tantis talibusue magni ficentiis demolitus mitigatuſq; ſit. Quã quidem ad rem nouella quædam hæc exhiberi præludia. Mariani autem ſeſe ĩuicẽ exhortari quorum ĩmẽſa repente multitudo prodie rat & magno cum applauſu Capitoliũ occupare. Multis cũ Marii faciem intuerẽtur præ gãudio manare lachrymæ. Tum Cæſarẽ magnis attolere laudibus hũc ſolũ Marii neceſ ſitudine dignum eſſe uirum. Eas ob res coacto Senatu Catulus Luctatius uir ea tẽpe ſtate plurimæ inter Romanos auctoritatis multa in Cæſarem acerbiſſima præfatus uul gatum illud inclamauit: nõ per Cuniculos Cæſarem: uerum iã machinamentis rempu. occupare. At ubi perſuaſo Senatu obiecta in ſe refelliſſet lõge magis qui illũ colere admi rariq; cœperant efferebant̃: eumq; ne cuiq̃ mentis elatione & animorũ magnitudine ce deret hortabantur. Futurũ.n. ut ſtudio & fauore populi ſupatis uniuerſis prĩceps exiſte ret. Interea defuncto Metello põtifice maximo cum pontificatũ ſtudio & diſceptationi bus plenum Iſauricus & Catulus clariſſimi uiri & in ſenatu potentiſſimi peterent: haud propterea Cæſar quin & ipſe Candidatus deſcẽderet ceſſit. Cæterum pari undiq; fauore ac ſtudio apperente Catulus quo amplior erat dignitas eo magis euentus ĩcertitudi nẽ reformidans miſit: qui grandi pecunia Cæſarem ut ab ea cõtẽtione deſiſteret induce rent. Quibus ille grandioreẽ ſe mutuaturum certatimq; enixius petiturum eſſe reſpõdit. Inſtante comitiorũ die cum mater eum ad fores uſq; lachrymis proſequeretur illã cõple xatus dixiſſe fertur: mater hodie aut pontificẽ aut exulẽ tuum uidebis filium. Euntibus igitur certãtim ĩ ſuffragia tribubus ſuperior declaratus nõ paruum Senatui & optimati bus terroreẽ incuſſit tanq̃ ad omne audaciæ genus plæbem adacturus. Quapropter Cice ronem Piſo & Catulus incuſabant qui ĩter Catilinarios tumultus occaſionẽ nactus neci Cæſaris peperciſſet. Catilina nãq; nõ ſolum rempu. ꝑmutare uerumetiã oĩa confundere & uniuerſum delere ĩpium machinatus: Cum priuſq̃ extrema ipſius detegerentur cõſi lia ĩ paruas quaſdã cõiecturas incidiſſet urbe exceſſit: Relictis in ciuitate Cethego & Len tulo qui cõiurationis uices obirent: Quibus ſi qua ĩ re clam adiutor exhortatorq; Cæſar extiterit incertum eſt. Deĩde detecta prorſus coniuratione cũ Cõſul Cicero unũquenq; de cõſociorum pœna ſententiãs rogaſſet cæteri quidẽ dedendos neci homĩes cenſebant. Donec inſurgens Cæſar grauiſſimam & accuratiſſimã ſup ea re contionẽ habuit: iniquũ nec patrii moris eſſe dictitans clariſſimos ſtirpe ac dignitate uiros uel ultimæ neceſſitatis tẽpore ĩ dicta cã necare. Quod ſi donec Catilina debelletur ipſi ꝑ ea Italiæ municipia q̃ Cicero ipſe delegerit cuſtodiãtur ĩ uĩculis: poſtea ſædatis pacatiſq; rebus Senatui de om nibus ſtatuere licebit. Qua ĩ re cum magnis dicendi uiribus ꝑoraſſet tantam præ ſe ferre humanitatẽ uidebatur: ut nõ modo q̃ ſecundũ ſeuerũ etiã qui antea dixerant repudian tes priora ad ſuã tranſtulerit ſentẽtiã: donec res ad Catonem Catulũq; ꝑuenit. Quibus enixiſſime reſiſtentibus Catone ĩſup illis grauiſſimã pro contiõe ſuſpitionem ĩfligente hoĩes ut nece mulctarentur traditi. Egredienti deĩde curiã Cæſari magna iuuenũ manus q̃ Ciceronem præſidii cã circunſtabãt occurrere nudos intentantes gladios. Tum Curio obiectu togæ cõplexus eũ eduxiſſe traditur: Cicero quoq; aſpectantes deterruit adoleſcẽ tes ſiue ob plæbis metum ſiue q̃ ĩpiã ac iniquã eã cædem duceret. Quod ſi ueꝝ eſt haud ſcio quonã mõ id utiq; Cicero cum de cõſulatu ſuo ꝑſcriberet tacitus prætermiſit. Verũ .n. uero haud reprehenſiõe caruit ĩpoſterum quod opportuniſſimo aduerſus Cæſarem nequaq̃ uſus eſſet tempore plæbem reformidans q̃ illum mirandum ĩmodum ãbiret. Paucis nanq; poſt diebus cum Cæſar ĩ ſuſpitionem ueniſſet ab ea ſe purgaturus curiam

ĩgressus ĩ diros incidit tumultus. Diutius autẽ solito sedente Senatu plæbs magnis elatã clamoribus curiã circunsedere uirũ efflagitantes & missũ fieri iubentes. Ea propter Cato ĩopes neqd rerꝝ nouarꝝ molirent' uehem̃tissime ꝑtimescens (Hi.n. spẽ gerentes ĩ Cæsare reliquã multitudinẽ succendebãt) Senatui ꝑsuasit ut menstruũ ĩ plæbẽ frumentum partiretur. Quæ quidẽ largitio cæteris annuis ĩpensis quĩquagies sextertiũ adiecit. Id manifeste cõsilium magnũ ĩpræsẽtia terrorẽ extĩxit & plurimum ex potentia Cæsaris tum abscidit tum dissipauit eo præsertim tẽpore cum præturã ĩiturus terribilior ex eo fieret magistratu: Ex qua tñ haud turbulentũ qꝑpiam obtigit. Tum Cæsaris domum acerbus qdam casus ĩuasit. Erat. P. Clodius uir cum nobili gñe ortus tum diuitiis eloquẽtiaq; præclarus nulli autẽ uulgatissimorum ad fastidiũ usq; hominũ suꝑbia ac ꝓcacitate secundus. Hic Cæsaris uxorẽ Pompeiã nec inuitã qdem adamabat. At ea diligenti custodia obseruabat'. Cæsaris.n. mater Aurelia singulari pudicitia mulier usq; q̃q; aderat nurumq; excolebat ita ut difficilem ac ꝑiculosum illis congressũ & colloqa faceret: Romæ bona dea colitur quã græci qdem Gineciã nominãt. Eã phryges Mydæ nepotes regis parentẽ asserunt. Romani Driada puellam Fauni uxorẽ existimãt: nõnulli græcorum illã ex liberi matribus esse quam nefari liceat. Vñ & mulieres cum festos ei dies ꝑagunt tabernacula ĩ Vitigineis ĩtexunt ramis. Sacrum insuꝑ draconẽ deæ secundũ fabellã erigunt. Dũq; illi sacra celebrant' neq; eo uirum accedere neq; domi adesse fas est. In eis sacrificiis ipsæ ĩter se mulieres multa Orphicis cõsentanea facere tradunt'. Cum igit' ea instant solẽnia uir ipse seu præturã seu cõsulare gerat ĩperium cunctiq; mares una cõmigrant: uxor domum ornatissime extruit: ibi maxima sacrorꝝ pars noctu ꝑagit': promiscua sõnis & cantibus ioca longas exercent uigilias: has eo tẽpore cerimonias celebrante Põpeia Clodius cui nõdum genas prima lanugo uestierat' (Eã.n. ob rem latere sperauerat) assumpto psaltriæ amictu apparatuq; illo cõmeat. Teneræ autẽ uultũ puellæ diceres. Is igit' aꝑtas offẽdens fores securus a cõscia rerum ãcilla ĩtromissus est. Quæ ad Põpeiã ut rem aꝑiret accurrens cum tardiuscula rediret: Interealoci Clodius expectationis ĩpatiens errabundus spatiosa lustrat atria: Lumĩa usq; q̃q; fugiens. Cui obuia quædã Aureliæ pedissequa eũ ꝑinde ac fœminã fœmĩa ut modularet' prouocabat. Recusante uero illa in medium protrahens quænã & unde sit rogat? Clodius cum se Põpeiæ ancillã q̃ ancilla quoq; noĩe uocabatur præstolari se diceret uoce sua proditus est. Quapropter sublato clamore pedissequa statĩ ad lumĩa turbasq; prosiliit uirum cõperisse uociferãs. Tũ trepidãtibus passim mulieribus Aurelia ĩterruptis occultatisq; deæ sacrificiis simul ac fores clausit ardẽtibus cereis domum circuit Clodium uestigãs. Is demum ĩ ancillæ cubiculo ĩuẽtus quo simul ãbo profugerant. Hoc patefactum mõ Clodium e ianua mulieres ꝑturbant. Abeuntes inde matronæ eadẽ cõfestim nocte rẽ ad suos exponunt cõiuges. Vbi illuxit frequens ꝑ ciuitatẽ rumor it: molitũ ĩpia Clodium nõ solum iis quos ignominiose affecerat uerum etiã diis & ciuitati pœnas ac supplicia debentẽ. Quidã igitur ex tribunis plæbis eum pollutarum cerimoniarũ postulauit. Aduersus quẽ & potentissimi ex Senatoribus uiri aliarum quoq; libidinum & grauissimarũ procacitatum testimonia dixerunt & sororis incestum addentes quã nuptã Lucullo corruperat. Cõtra horum studia sese plæbs opposuit Clodium obnixe defendens. Quam qdem ad rem uel id potissime conduxit ꝙ terrore multitudĩs cõsternati iudices erant. Cæsar statim repudiata Pompeia cum testis ĩ reum citaretur nihil eorum q̃ in Clodium obiecta dicuntur nosse respõdit. Quod uerbum cũ præter astantium spẽ obuenisset: ĩterrogauit accusator cur igitur uxorẽ repudiasti? Qm̃ meã inqt neq; suspitionibus obnoxiã esse oportere censui. Quidam hæc ita sentientẽ dixisse Cæsarem perhibent. Quidã ut gr̃am plæbis iniret quã pro Clodii salute magnopere solicitã aĩaduertebat. Cæterum eam Clodius accusationẽ euasit iudicibus maxĩa ex parte confusis adeo litteris sententiã edentibus ut ne si condẽnassent multitudĩs discrim̃ adirent: aut si absoluissent ex optimatibus ĩfamiam cõsequerẽtur. Cæsar ex prætura prouĩciã sortitus Hispaniã cum proficiscenti creditores magnis clamoribus ĩpedim̃to essẽt cõfugit ad Crassum q Romanorum ditissimus aduersus Põpei in republica potentiam

ācri Cæſaris ingenio ac feruore ſimul egebat. Craſſo cōtra ĩexorabiles maxĩe ac importunos creditores cum triginta & octingentorum ſpōſione talentorum interueniente Cæſar in prouinciam abiit. In tranſitu Alpium cum quoddam barbarorum oppidulum pauctis admodum ac meſtis habitatū īcolis præteruehereť: Comites eum ioco & riſu ita pcūctati tradunť num hic aliquas ĩſſe putas prīcipatus ābitiones dignitatumq; certamĩa & mutuā ĩter ſe potentum inuidiā. Quibus Cæſar Serio: Mallē eqdem inter ipſos primus q̄ inter Romanos eſſe ſecundus. Iteꝝ in Hiſpania cū ocium nactus res q̄ſdam Alexādri pictas plegeret ſecum diu cogitabundus dehinc illachrymaſſe tradiť: Cuius rei cām admirantibus ſociis nōne inqt iure dolēdum arbitramini q̄ huius ætatis Alexander tot gētes ſuo ſubdidiſſet īpio qua nullum adhuc præclaꝝ facinus ipſe geſſerim. Quāobrē continuo rebus gerendis ĩnitens Hiſpaniā obiens ītra paucos dies cohortes decē cōparat q̄s aliis uiginti cōiungeret. Mox expeditionem cōtra Calæcos & Luſitanos agens: cuncta uictor ad oceanum uſq; pdomuit: Proſtratas gentes tum primum romano ſubiecit īpio: Bellicis deinde rebus optime cōſtitutis: protecto haud deterius togatas ĩ pace diſpoſuit: ciuitatibus uſq; quaq; cōcordiā & amicitiā peragens præcipue uero ĩ medēdis debitorum & creditoꝝ diſceptationibus ītentus iuſſit ut ex debitorum prouentibus duas q̄dē creditor partes quotānis deſumeret. Reliqua dñs quoad æri alieno ſatiſfeciſſet frueret. His rebus magna ſibi gloria parta e prouīcia deceſſit: magis atq; magis opulentus factus: Cū ſuos quoq; milites īgenti præda exuuiiſq; ditaſſet a q̄bus impator cōſalutatus eſt Mos erat ut q̄ triumphū ducturi erant extra urbē aliquādiu morā protraherent. Qui uero cōſulatum peterent neceſſario ĩ urbe præſentes adeſſent. Cæſar in huiuſmodi conſtitutus ābiguitatibus q̄m comitiis cōſularibus aduentarat miſit q̄ ab ſenatu īpetrarent ut p amicos abſenti ēt ſibi cōſulatum petere liceret. Eius poſtulatis primū Cato cum legis aduerſatus auxilio mox ut cōplures a Cæſare delinitos aſpexit: rē tēporis ꝓlixitate refellere cœpit totam orando diē cōterens. Ea propter omiſſo Cæſar triūpho ad conſulatum animū applicare ſtatuit. Statīq; urbem ingreſſus: aſtutum adoritur conſiliū quod præter Catonem uniuerſos fefellit hoīes. Id autē extitit Pōpeii Craſſiq; potentiſſimorum ciuiū ĩimicitiarum depoſitio. Quos ubi Cæſar ex ſimultate in gratiā reduxiſſet: Ex ābobus nō paruam ĩ ſe potentiam tranſferens magna ꝓmutatione remp. labefactauit. Quod cæteros latuit: adeo plena humanitatis ipſius rei erat appellatio. Nec. n. ut plurimi exiſtimant Pompei ac Cæſaris inimicitia: ſed amicitia potius bellum ciuile peperit. Qui cum ad diſſoluendā optimatum potentiā primum unanimes coiſſent: mutuas poſtmodum inter ſe diſcordias & odia cōtraxerunt. Catoni uentura ſæpenumero præuaticinanti euenit: ut eo q̄dem tempore īportunus homo & ſuperuacanea diſq̄rens putaretur. Poſterius eius ſapientiam atq; conſilium optimum quidem ſed parum proſperum prædicabāt. Cæſar Craſſi & Pompei amicitia utrinq; munitus ad conſulatus petitionem deductus: cum Calphurnio Bibulo conſul creatus eſt. Is ut magiſtratum iniit: leges non conſuli ſed audaciſſimo cuipiam tribuno pertinentes ad plæbis gratiam & uoluptatem tulit nunc agri uiritim diuidendi nunc largitionis impartiundæ: honeſtiſſimis autem & præſtātiſſimis in ſenatu uiris obnixe refragrantibus. Cæſar dudum occaſionis indigēs ſublatis clamoribus obteſtatus eſt ſeſe ad plæbem confugere: ad quam percolendam non ſponte: ſed neceſſitate & ſenatus inſolentia & acerbitate compellebatur: ad eamq; proſiliit: & aſſiſtētibus hinc Craſſo inde Pompeio utrunq; leges ne approbarent interrogauit. Quibus approbare ſe affirmantibus orauit ut auxilio adeſſent: & quos aduerſantis cernerent minis & gladiis abſterrerent. Quod hi facturos ſe polliciti ſunt. Pompeius etiam adiecit ſe non modo aduerſus enſes cum enſe affuturum uerum & clypeum īſuper allaturum. Id dictum haud parum optimatibus mærorem iniecit alienam ab ipſius uerecundia & eā quæ ſenatus ueneratiōi debetur indignā quin furioſā potius & puerilē uocē audiētibus. Hæ res magnā plæbi uoluptatē afferebāt. Cæſar ut maiorē īmodū ex Pompei potentia fructū legeret: filiā ſuā Iuliā Scipiōi Seruilio ātea deſpōſata Pōpeio deſpōdit. Pompei

filiã Seruilio ſe præbiturum aſſeuerãs: nec illam quidem ĩdeſponſatã quin Fauſto Scyllæ filio collocatam. Ipſe paulo poſt Calpurniã Piſonis filiam uxorem duxit: quem ſucceſſurum ſibi cõſulem ipſe crearat obteſtãte multumq; uociferãte Catone rem haud ſane tolerandã eſſe præturas ac impia ꝑ nuptiarum lenocinia uendicari: inq; uicem prouincias exercitus: & copias propter huiuſmodi mulieres in ſe ipſos traduci. Cumq; Cæſaris collega Bibulus fruſtra contra legum promulgationem intercederet: & ꝑſæpe una cum Catone in foro uitæ diſcrimen adiſſet ſeſe domi cõcludens totum magiſtratus tempus exegit. ꝓactis nuptiis ſtatim Põpeius referto militibus foro ad ꝓmulgandas leges ſociũ ſe auctorẽq; præſtitit. Oẽm ſubinde Cæſari trãſalpinã citerioremq; Galliã: adiecto illyrico cum legionibus q̃ttuor ĩ quinquenniũ adminiſtrandã adiudicauit. Quibus rebus cõtradicentem obnoxius Catonem Cæſar ĩ carcerem adduci iuſſit: eum ad tribunos prouocaturum exiſtimãs. Aſt ubi Cæſar illum ne uoce qdem emiſſa uadentem cerneret: Nec ſolum primores grauiter & inique ferentes ſed & plæbeios ob Catonis reuerentiã ac uirtutem tacitos meſtoſq; cõſequentes: unum ex tribus plæbis clam obſecrauit: ut Catonẽ e manibus lictoꝝ auferret: Dehinc ex ſenatoriis uiris pauciſſimi ad eum ĩ curiã conueniebãt. Reliqui moleſte tolerantes q̃procul abibant. Cõſidius quidã natu ꝑgrandis iccirco nõ aduentare ſenatores dixerat: qm̃ illius arma militeſq; pertimeſcerent. Cui Cæſar qd tu ĩquit: hæc quoq; reformidãs non te domi contines? At Cõſidius ſenectus me facit intrepidum. Cui. n. parum uitæ ſupeſt quid magna illi prouidẽtia opus eſt? Quod autẽ ĩ Cæſaris cõſulatu turpiſſime factum iudicat. Creatus trib. pl. Clodius ille qui & rem uxoriam & arcanas noctis ceremonias temeraſſe auſus eſt: Ad Ciceronis autem ꝓnitiẽ delectum fuiſſe conſtat. Nec prius Cæſar ĩ expeditionẽ profectus dicit q̃ Ciceronem & Clodium turbulentis inter ſe altercationibus irritaſſet. Eumq; eieciſſet Italia. Hæc quidem ante bellum gallicum confecta traduntur. Tẽpus autem belloꝝ quæ deĩceps geſſit & expeditionum quibus pacatam reddidit Galliã aliud quoddã uitæ prĩcipium: ac gerẽdorũ nouam quaſi uitã inſtituit: Ita ut ſummorũ uirorum & clariſſimorum ducum neminẽ huic & bellatori & ĩperatori præponendum cenſeas. Nã ſi quis Fabios Scipiones Metellos & ætatis ſuæ aut paulo ſuperioris duces Scyllã Marium utrunq; Lucullum & ipſũ deniq; Pompeium cuius oĩmoda ĩ re militari uirtus & gloria ad cælum uſq; ꝓfloruit cõparandos duxerit: profecto Cæſaris geſta ſuperãt. Hunc quidem locorum aſpitate ĩ quibus ab eo decertatum ẽ. Illum regionum ãplitudine: quas romano adeptus eſt imperio. Alium ab ſe domitorum hoſtium ui ac multitudĩe: Quendam pacatarũ ab eo nationũ feritate atq; ꝓfidia. Alium manſuetudine ac clæmẽtia quas erga uictos exercuit. Aliquẽ gratia & munificentiis quibus ſuos proſecutus eſt cõmilitones. Vniuerſos autẽ uel hoc ipſo ſuperauit: q; & longe plura cõmiſit prælia: & plures ĩ acie obtrũcauit hoſtes. In Gallia ſi quidem nec totum belligerans decenniũ octingẽta uiribus cæpit oppida. Trecẽtos ſubiugauit populos. Aduerſum trecentas partim iſtructus Myriades: Centum quidẽ ferro cæſis: totidem uitæ reſeruatas captiuas habuit. Tanta autem ſuorum militum caritate ac promptiſſima uſus eſt opa: ut qui multum cæteris dimicando præſtabant ꝓ Cæſaris gloria & honore inuicti ac fortiſſimi grauiſſima cuncta ſubirent. Qualis Attilius q̃ nauali apud Maſſiliã prælio hoſtilẽ ingreſſus puppim abſciſſa ei gladio dextra umbonẽ ſiniſtra retinuit: eo uſq; hoſtes uultibus obterens: ut proſtratis oĩbus nauem uictor occuparit. Et caſſius Scæua qui pugna ad Dirrachium cõmiſſa excuſſo ſagitta oculo traiectis per humerum cruſq; iaculis centum ac trigĩta telorum ictibus acceptis in clypeo hoſtes perinde ac ſe dediturus accibat. Subeuntibus duobus alterius quidem humerum enſe cecidit: alterum ore percuſſum uertit in fugam. Dehinc ſuorum acceptus amplexibus tuto relatus eſt: In Britania quoq; primis centurionibus in paluſtrem & aquoſum in cidẽtibus locum irruentes incubere hoſtes. Tum prælium inſpectante Cæſare miles quidam ĩ medios irrupit plurima cõſpicuæ fortitudinis oſtentãs opa. Verſis ĩ fugã barbaris Centuriones reduxit incolumes. Ille ægre cunctos euadens: ĩ limoſam ſeſe deiecit paludem: quam nunc natans: nunc pedibus cõmeans: uix tandem omiſſo ſcuto traiecit. Admirãte

deīde Cæſare & magna cum alacritate ac clamore obuium excipiente meſtus ille ãte Cæſarem cõcidit: & protecto clypeo multis cum lachrymis ueniã poſtulãs. In Aphrica cũ Cæſarianorũ nauis qua Granius Petronius quæſtor deſignatus uehebat' ī Scipionis poteſtatẽ redacta fuiſſet: direptis cæteris Scipio quæſtori īcolumitatẽ pollicebat'. Cui Granius cæſarianos inqt milites nõ ſuſcipe uerum præſtare ſalutẽ ſolere. Quo dicto ſe ipſũ pugione tranſfixum exanimauit. Huiuſmodi tã feroces militum ſpiritus & tã elatas animi magnitudīes ipſe Cæſar inſtruxit: ipſe Cæſar aluit: eos qdem primum honore ac liberalitate uberrime proſequens: uſq; adeo ut oſtenderet ſe diuitias non uoluptatis aut ſuarum gratia delitiarum ex bello cumulaſſe: ſed cõmuniã potius uirorum fortium præmia apud ſe cõſeruata iacere. Seq; aliqua ex parte locupletari quotiẽs illa benemeritis militibus īpartiſſet. Præterea cum illum unũquodq; diſcrimen ſpõte adire: & ad nullum laborum genus defatigari cernerent: mirumīmodum in eius amorẽ īcitabant'. Eius qp̃pe in ſuſcipiendis piculis ſtudium haud adeo propter ingentẽ quandã honoris & gloriæ cupiditatẽ admirabant'. Tam magna uero in tolerãdis ſupra corporis uires laboribus patientia cunctos ſtupore conficiebat. Erat. n. corporis habitudīe macilentus cãdidus mollisq; frequenti capitis dolore uexatus: comiciali morbo plærumq; obnoxius. A quo primum Cordubæ correptus: ut tradit' nõ molliciei occaſionẽ ex ipſa fecit ægritudine: quin ex militia ægritudini remedium cõparauit. Indomitis nanq; uiarum difficultatibus uictus parcitate aſſiduis uigiliis & duriſſimis laboribus aduerſus morbum dimicans īuictũ ac īſepurabile tutatus ẽ corpus: plurimos ſomnos uehiculo aut lectica ducere ſolitus: qetem ẽt ad aliqd p̃agendum reponebat. Interdiu uehebat' caſtella ciuitates & caſtra obiẽs: aſſidente illi ex pueris aliquo q eo quopiã proficiſcente ſubſcribendi cauſa ſimul adeſſe ſolebat: pone ẽt milite q gladium tenebat aſſiſtente. Tanta autẽ celeritate itinera cõficiebat ut cum primo Roma exceſſit octauo aduſq; Rhodanum die p̃uenerit. Eqtãdi uſus ei ex pueritia facilis adeo extitit: ut reflexis in tergum manibus equum uelociſſimis cõcitare curſibus ſæpe cõſueuerit. Equo uehebatur inſigni pedibus prope humanis & in modum digitorum ungulis fixis quẽ alterius minime ſoſſoris patientẽ primus aſcẽdit. In ea expeditione exercitationis gratia equitans dictabat epiſtolas duobus ſimul librariis: uel ut Oppius phibet pluribus abunde ſuppeditans. Mutua amicorum p epiſtolas colloquia primus excogitaſſe Cæſar dicitur: Cum ob negociorũ multitudinẽ & urbis magnitudinẽ uiuos urgentium cauſarum affatus haud tẽpus expectaret. Circa uictum facilitas uel eo patet īdicio q̃ Mediolani apud eius hoſpitẽ Valerium Leonẽ cœnans cum appoſitis aſparagis Valerius p̃ oleo unguentũ īſtillaſſet facile cõmanducauit opipare. Idq; moleſte ferentes ſodales īcrepuit. Eis. n. q hoc īprobãt īqt ne uti ſatis eſſe debuit. Quiq; hãc ruſticitatem arguit nõ niſi ruſticus eſſe poteſt. Olim ex itinere ui tẽpeſtatis cuiuſpiã caſam paupis ītrare cõpulſus ut unicum ibi cubiculum unius uix capax īuenit amicis īquit: Ex honorifico quidẽ loco decedẽdum eſt potentibus: ex opportuno autẽ iis qui aduerſa tenentur ualitudīe ſimulq; ibi requieſcere iuſſit Oppium. Ipſe uero una cum cæteris ī priore tugurii p̃te apud fores recubuit. Cæterum primum Cæſari ī Gallia aduerſum Heluetios & Tugurinos bellum fuit qui duodecim eorum urbibus uiciſq; q̃dringentis abſe cõcrematis ulterius p̃ romanoꝝ terras migrabãt: quemadmodum ãtea Cimbri aut Teutones quibus nõ audacia nõ fortitudīe ulla ex p̃te īferiores erant. Hoꝝ plane multitudo uniuerſa tricentis milibus cõſtabat: ex quibus centum & nonaginta bellaciſſimoꝝ erãt: Labienus a Cæſare miſſus Tugurinos penes Ararim fluuium profligatos attriuit. Cæſari uero ad quandam ſociorum urbem exercitum agenti: de improuiſo Heluetii ī itinere occurrerunt. Quos præueniens in munitum quendam confugit loculum. Ibi collectis copiis: ut primum acies inſtruxit': ei adductus equus eſt. Quo inſpecto hoc inquit poſt uictoriam in perſequendis utar hoſtibus: Nunc in eos p̃grediamur: ſimulq; īpetu facto pedibus ire cœpit. Aliq̃diu ſumma cũ difficultate pulſa hoſtiũ acie plurimus circa carros uallũq; labor extitit. Cũ hi nõ ſolum acres īde pugnarent: uerũetiã pueri ac mulieres ad necẽ uſq; dimicãtes obtrũcati ſũt. Quã ob cãm uix nocte media finis

prælio factus ẽ. Pulchrum me Hercule id uictoriæ facinus fuit. At lõge pulchrius quod adiecit. Centenis nanq; barbarũ milibus q ex prælio confugerãt collectis desertos prius ab se agros uastataſq; urbes coli rursus coegit. Quod nõ absq; metu ab eo factũ esse constat ne germani desolata incolis loca transeuntes occuparent. Alterũ pro gallis palã contra germanos bellum gessit q̃q̃ antea cũ eor̃ rege Ariouisto Romæ societatẽ iniisset. Hi autẽ intolerandi romanor̃ subditis finitimis nõ diutius quieturi uidebant̃: quin ad incolendam habitandamq; transirent Galliã. Cæterum cũ præfectos quosdã metu pculsos aĩaduerteret: præsertim q clari gn̄is adolescẽtes uoluptatis aut quæstus gratia secũ ĩ eam proficiscebãtur expeditionẽ eos ĩ contionẽ uocatos abire iussit ne muliebres adeo & pauidi ĩ uita susciperent discrimĩa. Se uero inqt cum decĩa tantũmodo legione barbaros ĩuasurũ: cũ nec aduersus fortiores Cimbris hostes nec deterior Mario duxit dimicaturus. Quapropter ad eum ex decĩa legiõe legati missi affuere: plurimas illi gratias referentes: & suorum ĩprobitatẽ præfectorum exponẽtes. Dein animosi ac prõptissimi oẽs facti diebus pluribus eo usq; consectati sunt: donec stadiis ducẽtis intra hostium regionẽ castra posuere. id equidẽ ĩpetum Ariouisti magnope pculsit: & audaciam ut q romanos ne dũ germanis acies ĩferre: sed aduentantibus illis ne pstare quidẽ posse speraret. Ea igitur res cum germanorũ pturbasset exercitum lõge magis eorum obtundebãt animos sortilegarum uaticinia mulierum quæ fluuiorũ cursus uortices strepitũq; coniectãtes futura prædicebãt: nec eos ante prælium cõmittere sinebãt: q̃ noua fulsisset luna. Quod ubi Cæsar accepit quietos germanos conspiciẽs satius esse duxit trepidantibus cõgredi q̃ idoneum illis tẽpus expectantem sedere: facto itaq; ĩ eorum munitiones tumuloſq; ĩpetu: nõ ãte stimulare ac ĩcessere destitit q̃ ira deducti pugnã capescerẽt. Eis ĩ fugam uersis Cæsar stadiis quadrĩgentis ad usq; rhenum pſequens: cãpum oẽm cadaueribus spoliisq; referſit. Ariouistus cum paucis præueniẽs Rhenũ traiecit. Cæsorum numerum octuagĩta milia fuisse phibent. His rebus ita cõfectis dimissis ĩ sequanis ad Hyberna militibus: ipse iis q̃ Romæ gerebant̃: intentus: ĩ circumpadanã descendit Galliã quæ cõmissæ illi prouintiæ pars erat. Fluuius. n. Rubicon Galliã citeriorem a reliqua disterminat Italia. Ibi residens plæbis aĩos ad se pliciebat. Nã cum ad eum multi concurrerẽt unicuiq; tũ postulata præbebat tum spem ĩgentem addebat. In ea expeditione haud ĩtellexisse Põpeius uidetur q̃ Cæsar cum ciuium romanorum armis hostes profligaret: ciues hostili uictos gaza capiebat: Dein potentissimos Gallorũ Belgas tertiam Galliæ ptem incolentes defecisse audiẽs cõpluribus secum hominũ milibus sub arma coactis ad eos uersus ĩmensa celeritate cõtendit. Quos in sociorum Gallorũ agris prædas cõuectantes adortus: maxĩa ex pte turpiter dimicantes fudit ceciditq; ita ut paludes & profunda quædã flumĩa p cæsorum stragẽ romanis transitum præbuerint. Quo facto ex his qui antea defecerãt cuncti ferme ad Oceanum uergentes nullo confecto prælio ĩperata fecerunt. Postea cõtra efferatissimos & bellacissimos Neruios duxit exercitum: qui densissimas incolunt siluas. Hi igit̃ cum ĩ profundissimo nemore filios ac supellectilem q̃procul ab hoste collocassent: cum sexaginta milibus armatorum cõtra Cæsarem repentinos fecerunt impetus: quem castra locantem prælioq; abstinentem offenderunt. Et uerso in fugam equitatu septimã ac duodecimam legiones circunuenientes uniuersos trucidauere centuriones. q̃ nisi Cæsar correpto scuto & his qui corã se præliabantur detentis intra barbaros irruisset: ac subinde quodam ex tumulo decima legio per hostilis irrumpens acies periclitanti succurisset neminem euasurum incolumem liquet. At uirtute Cæsaris & audentia supra uires ut dici solet decertantes haud tñ Neruios dare terga coegerunt. Verũ fortiter repugnantes obtruncarunt: ex sexaginta enim milibus quingentos euasisse traditur. Ex patriciis autem uiris qui quadringenti numero erant: tres superfuere incolumes. Hæc ubi senatui renuntiata sunt per sacrificia indictaſq; solennitates quĩdecim dierum supplicatio q̃tum una in uictoria nec dum superiori tempore obtigerat: diis inmortalibus decreta est. Nam cum tot in unum gentes erumperent ingens profecto discrimen ingruerat. Victoriam autem eo illustriorem populi fauor & beniuolentia faciebat: q̃ à Cæsare parta fuerat.

Ille Galliæ rebus optime diſpoſitis in ciſalpinā hyemauit illīc res urbanas apparaturus. Non ſolum.n.qui dignitates & magiſtratus appetebant eo utentes largitore corrupto illius pecunia populo deſignabantur:& quicquid ipſius potentia augeret perficiebant: ſed ēt clariſſimi & ampliſſimæ auctoritatis uiri cōplures ad eum Lucā puenerunt: Pōpeius Craſſus & Sardiniæ prætor Appius:& Nepos Hiſpaniæ proconſul Ita ut lictores cē tum ac.xx.ſenatorii ordinis circiter ducentos fuerunt. Hi cōſilio conſtituto decreuerunt Craſſum ac Pompeium deſignare conſules oportere pecunias Cæſari ſuppeditari & bel li adminiſtrationem ī aliud ſibi quiquēnium prorogari. Quæ res a prudentibus iniqſſi/ ma iudicabat. At qui tam grandē a Cæſare pecuniā ſuſceperāt:eū indigentē etiā ſenatui ꝑſuadebāt:īmo uero ob ea quæ decernebāt:eo anguſtiaꝝ ſenatū redigebant:ut lōge ma gis cogere uiderent. Cato nāq; aberat:ita de īduſtria miſſus in Cyprū. Eius aūt ſectæ Fā/ nius cum nihil reclamando proficeret e foribus proſiliit:multa uociferās in uulgum:au res īterim adhibente nemīe. Quoſdā.n. Craſſi & Pōpei reuerentia deterrebat. Plurimi uero ſpem uitæ gerentes ī Cæſare ipſius gratia q̄ti ſedebāt. Reuertens iteꝝ Cæſar ad ex/ ercitum ī Galliam ingens ī ea regiōe bellum offendit. Duo.n. maximi germanoꝝ popu/ li quos ipſas & tenteritas appellant ad quærendos agros nup profecti Rhenū traiecerāt. De bello aduerſus eos confecto Cæſar in ſuis cōmentariis ita ſcriptum reliq̄t. Barbaros miſſis ad eum legatis cum indutias egiſſent:eum in itinere adortos. Quapropter octin/ gentos eoꝝ equites:quīq; milia ex Cæſarianis ex improuiſo ī fugā uertiſſe. Poſtea miſ/ ſos ad ſe confeſtim alios ſubtexendæ fraudis gratia. Quibus retentis cōtra barbaros exer citum duxiſſe:dementiæ eſſe iudicantem ullam tā infidis ac piuris hoībus habere fidē. Caliſius refert Catonem cū in ſenatu pro ea uictoria ſupplicatio decerneret:ſententiam dixiſſe:ut Cæſar hoſtibus dederetur:qui pro ciuitate ꝑfidiam expiaret:& execrationes in auctorem uerterent. Cæterum ex his q̄ tranſierant:quadraginta milia ferro cæſa:paucos remeantes excepere Sicambri. Ea uero germanica natio eſt:hāc nactus Cæſar occaſionē cum alioquin gloriæ cupiditate duceret:q̄ primus oīum Rhenum exercitu traieciſſet pō tem īſtruxit. Erat ꝑ id temporis īmēſa eius fluminis latitudo undis & æſtu rapidiſſimi. Ingentes autem operi ictus delata fluuio ligna & trunci īfligebant. Ad quos excipiendos uimq; ſimul flumīs refrenandā Cæſar ī ſuperiori parte maximas cōiugatas trabes præfi xit īcredibile præbens ſpectaculum:intra decimū diem ponte nauato. Tum obuiū ſeſe ī ferente nemīe copias traduxit:præſtātiſſimi germanorum Sueui ſeſe ī profundiſſimis ſiluarum conuallibus abdidere. Cæſar in germania duodeuiginti conſūptis diebus poſt q̄ hoſtium uicos & ædificia īcendit:amicoſq; populi ro. ad ſpem cohortatus eſt:ſe iterū in Galliam recepit. Dehinc ī Britanniā expeditionem agere contendit. Cuius facti auda/ cia magnā illi gloriam peperit. Primus nanq; occiduum claſſe īgreſſus Oceanum perq; Atlanticum pelagus ad belligerandū traſportās exercitum adnauigare cœpit. Incredibi lis nanq; magnitudinis īſulam:ex qua nō parum īter ſcriptores & hiſtoricos diſceptatū ē: cum eā nō re ſed uerbo ſolum ac noīe fictam nuſq̄ extare contenderent ſubiugare ad ortus:extra orbem terrarum Romanum propagauit īpium. Eo ex continenti Galliæ bis adnauigans cum maiora hoſtibus damna q̄ ſuis emolumenta cōtuliſſet:Quid.n.ex ho minibus acerbiſſimo uictu & ſumma laborātibus īopia præcioſū eriperet? At qualē aīo cōceperat bello finem īpoſuit. Acceptis aūt ex rege obſidibus & tributis impatis ex īſula remeauit. Cum nauem ſolueret e Roma lr̄æ illi reddūt quibus ab amicis de morte filiæ certior fiebat quæ Pompeio nupta pariens obierat:q̄ res & Pompeium & Cæſarem ma/ gnis affecit luctibus. Amicos autem præcipua affligebat ꝑturbatio qm̄ cū cæteræ reipu. partes ægrotarent hæc ipſa neceſſitudo quæ pacem cōcordiamq; conſeruabat:ſoluta de feciſſet. Infans enim cum paucis matri diebus ſuperſtes fuiſſet ſtatim uita exceſſit. Po/ pulus Iuliam inuitis tribunis attollens in Martium cāpum detulit ubi tumulata iacet. Cæſar cum ingentes iam haberet copias eas neceſſario in diuerſa partitus Hyberna ī Ita/ liam uti conſueuerat reuertitur. Cū īterim Galli magnis irrūpentes exercitibus undiq; Romanos milites in ipſis trucidant Hybernis caſtraque ſimul expugnare conantur.

Ex his autē q cū Ambiorige deſcierāt plurimi & fortiſſimi. Coctā & Tituriū cū exercitu obtruncarunt. Ciceronis legionē ſexaginta hominum milia circunuenientes obſederūt. Paululumq; abfuere quin eos uiribus ĩterciperēt uniuerſis ferme uulneratis. Cōtra a Romanis ſumma uirtute promptiſſime pugnatū ē. hæc cum procul abſenti nuntiata ſunt Cæſari haud pluribus ſeptē milibus hominū in unum coactis ſtātim rediens Ciceronē ab obſidione liberare contendit: quod minime obſidentes latuit. Itaq; perinde ac omnia direpturi contēptu paucitatis occurrunt. Cæſar uſq; quaq; conſulto doloſa ſe fuga ſubripiens cōmodiſſimum occupat locum ex quo paucis aduerſus plures præliādi facultas eſſet ibiq; caſtra cōmunit. Suis ut ab omnino abſtineant prælio edicit. Tum uallū altius educi portaſq; obſtrui timoris ſimulatione iubet ut ſe ductoribus deſpectum faceret: donec diſpſos & temerarie ſubeuntes egrediēs Cæſar fudit & magna ex pārte ĩterfecit. Hæc uictoria multas Gallorum rebelliones ſædauit. Ipſe p hyemē quocūq; progrediēs ne res ĩnouarentur acutiſſime prouidebat. Confeſtim. n. ex Italia ad cæſorum ſupplementum tres ad ſe legiones uenere: duas ex ſuis mutuante Pompeio aliā ex Ciſalpina habito nup delectu contraxit. Procul inde ingentis ac periculoſi belli primordia quæ dudum extīcta uidebant potentiſſimorū uirorum inter bellaciſſimas nationes clādeſtinus furor alebat. Id magnis emicuit uiribus. Ingens ſiquidem armatorum ætate florentiū undiq; multitudo cogebatur magnæ in unum opes cōferebant: ualidiſſima oppida inacceſſæ penitus regiones. Tum Hyberna glacies fluuios tenebat niues ſaltus obduxerāt cāpi torrentibus inundabant. Profundiſſimæ niues ĩcertas reddebant ſemitas: paludes & ſtagnantia flumina uias & cunctos occultabant aditus. Quæ res Cæſarem omnino ne contra deſciſcentes quicq̄ conaretur abſterrere poſſe putabat. Gētes autē multæ deſcierant . Ex quibus longe præſtantiores Auerni Carnuteſq;. Totius rei ſūma adminiſtratioq; Vertingentorigi demandatur. Huius patrem olim regnū affectantē necauere Galli . Is partitis plures in partes copiis multiſq; præfectis ducibus omnē circūadiacētem oram quæ ararim uſq; uergit ſibi conciliat. Iam. n. Romæ contra Cæſarem conſpirātibus aduerſariis uniuerſas Galliæ ciuitates ad bellum ſollicitare uidebatur. Quod ſi paulo poſt profecto ad ciuile bellum Cæſare geſſiſſet nō leuior ſane q̄ Cimbroꝝ terror occupaſſet Italiā . At Cæſar cū ad omnem bellicæ rei uſum ptiſſimus tum ad captādas tēporis opportunitates optime a natuta inſtitutus q̄primum cognita defectione prædictas ingreſſus eſt uias. Quibus p tam ſæuam hyemē ui ac celeritate ſuperatis intellexere barbari inſuperabilē & inuictum bellis exercitum ad ſe uentitare. Nam quo eius nuntios aut tabellarios diu penetraſſe īcredibile iudicatum erat ibi cum totis cōſpectus eſt copiis agros uaſtans uicos diruēs oppida funditus euertens. Dehinc receptis in fidem quos facti pigeret haud deſtitit quoad Eduorum gentē qui aduerſus eū bellum ſuſceperāt deuicit. Hi ſupiore tēpore fratres ſe Romanorum prædicantes magnificentiſſimis habebant honoribus: Ea uero tempeſtate ſocios ſe defectionis aſciſcentes Cæſaris copias uehementer afflixerāt. Inde caſtra mouēs ĩ Lyngonum fines tranſiit ut ad Sequanos in fide amicitiaq; pmanentes ſeſe reciperet. Hi ex Cæteca Gallia Italiam uerſus incolunt. Ibi eum hoſtes adorti multis armatorū milibus circunueniunt. Quibus cōgreſſus terrore diuturno ac fortitudine cōpreſſis barbaris: cæteris quidē ĩ rebus uictor euaſit. At initio minus proſpere dimicaſſe uiſus ē. Siqdē Auerni ſuſpenſum ĩ tēplo gladium cōmoſtrāt tanq̄ captū ex Cæſare ſpolium : quem is poſteriori tēpore cōſpicatus ſubriſit. Cūq; detrahere illum amici iuberent: nequaq̄ pmiſit q; tē ſacram exiſtimaret. Cæterum cōplurimi una cum ĩperatore fugientes ĩ Aleſiam ſeſe urbem recepe. Eā dehinc obſidenti Cæſari cum ob murorū altitudinē & īgentē repugnantium numerum capi poſſe deſperaret quouis cōſilio & ratiōe maius extrinſecus diſcrimen incubuit. Trecenta. n. armatorum milia Aleſiā aduentabāt cū intra urbem haud pauciora centū ac ſeptuaginta bellatorum milibus uerſarentur . Quāobrē intra ingens adeo bellum deprehēſus & obſeſſus Cæſar: geminos obiicere muros cōpulſus eſt. Alterū contra urbem : alterum contra hoſtis aduētum. Si. n. hæ utrinq; coniungerentur copiæ profecto de rebus Cæſaris actum eſſet. Non ab re igitur ĩ eo prælio quod apud Aleſiam

geſtum eſt maximã adeptus eſt gloriam in quo maiora profecto q̃ uſpiam audentiæ & fortitudinis opera egregie dimicando declarauit. Præcipua uero admiratiõe proſequendum eſt latuiſſe oppidanos cum Cæſar cũ tot milibus exterius Marte collato palmam reportarit: ĩmo uero nec uictoriã ipſos prius ĩtellexiſſe Romanos qui obiectum urbi murum pro ſtatione tenebant q̃ oppidanoꝝ luctum & plãgentes ſe mulieres audiſſent. Cũ altera ex muri parte præditos auro & argento clypeos reſperſos cruore toracas gallica tentoria pateraſq; a Romanis in caſtra deferri cernerent. Adeo mature tantus exercitus uelut ĩſomniũ quoddam aut ſimulacrũ euanuit ad ĩternitionẽ profligatus & maxima ex parte pugnando deletus. Qui Aleſiam tenebãt poſt multa ſibi Cæſariq; illata ſæpius detrimenta tandem ſeſe dedere. Totius autem belli dux at imperator Vertingentorix pulcherrima indutus arma ornatiſſimoq; delatus equo deſiliit & deiectis armis ad Cæſaris pedes tacitus ſedit donec triumpho deſtinatus cuſtodiæ traderetur. Cæſar de Pompei deſtructione ſicut & Põpeius de ſua dudum mente cõceperat. Craſſo enim q̃ amboꝝ medius inſederat: apud Parthos ĩterfecto: reliquum erat ut alter augendæ gratia dignitatis ampliſſimũ iã factum deleret alter quominus id pateretur eũ quem ꝓtimeſcebat matura præoccuparet ruina. Quanq̃ id Pompeius haud magnopere formidare uidebat̃: uſq; adeo Cæſarem deſpicatũ habens: quaſi uero nõ arduum opus eſſet quem ad tantũ extuliſſet faſtigium denuo ĩ ſtragẽ ꝓnitiemq; detrahere. At prĩcipio Cæſar cõtra aduerſarios hoc inito conſilio procul ſeſe conſtituit & more pugilis ꝑ Gallorum prælia uſum ac exercitationem uendicans & potentiã ſimul inſtruxit & rebus ab ſe cõfectis ſuam auxit gloriam. Quibus elatus ſeſe magnificis Põpei geſtis adæquarat occaſionẽ cum ex ipſo Põpeio tum ex ſæua Romanæ reipublicæ tempeſtate nactus. Nam q̃ honores prĩcipatuſq; petebant omni abiecta prorſus uerecũdia epulum publice largitioneſq; diſtribuebant ĩ populum. Quapropter corruptum mercede populũ ad comitia deſcendẽtẽ cerneres nõ ſuffragiis ſed arcu gladio fundaq; pro largitore decertantem & tribunalia ſæpenumero ſanguine cadaueribuſq; fœdantẽ rem inter ſe petulantiſſime decernere: Cũ interim ciuitas amiſſo rectore ſicuti nauis relicto clauo fluctuans agitaretur. Iccirco qui animo & ratione ualebant ſatis fore exiſtimabant: ſi ex ea hominũ ĩſania & tanta rerum tempeſtate nihil truculentius q̃ monarchia tantiſper emergeret. Erant qui aſſeuerare publice auderent nullo pacto niſi delato ad unius arbitrium prĩcipatu curari medicariue rempublicam poſſe. Ei uero medelam ex benigniſſimo medico adhiberi oportere. Pompeium inſinuantes. At ille belliſſimis q̃dem uerbis repudians re magnopere ſatagebat ut dictator crearetur. Qui cũ Catone conſentiebãt de eo ſolo conſule deſignando ad ſenatum retulere: Vt cum iuſtioris appellatiõis ſingularem haberet prĩcipatũ de adipiſcenda dictatura nequaq̃ uiribus cõtenderet: plurimiq; de propaganda illi prouinciarũ adminiſtratiõe decernebãt. duas. n. obtinebat Hiſpanias & uniuerſam Aphricã quas per legatos adminiſtrabat. Ad alendos præterea exeecitus mille quotannis talenta ex ærario publice ſũmebat. Tum Cæſar q̃ conſulatũ pro eo peterent & ſuaꝝ quoq; prouĩciaꝝ tẽpus dilatandũ impetrarent miſit. Initio q̃dem tacente Põpeio Marcellus & Lẽtulus alioquin odio Cæſarem inſectantes aduerſari cœperunt: & Cæſaris tantum ignominiæ ac dedecoris auidi neceſſariis haud neceſſaria adhibebant. Colonis. n. quos nuper Cæſar nouum Galliæ comum deduxerat ciuitatẽ adimere conabãtur. Ex quibus cum Decurio quiſpiam Romæ uerſaretur: eum cõſ. Marcellus uirgis pulſauit: ea ſe illi adieciſſe præfatus iſignia ut ſe ciuem Romanũ nequaq̃ eſſe intelligeret. Cũq; diſcederet ut illa Cæſari cõmoſtraret ĩperauit. poſtea Cæſar uberrimas Gallorum diuitias per omnes paſſim magiſtratus hauriendas dimittens: Curionem tribunũ plæbis grãdi fœnore obſtrictũ liberauit. Paulo quoq; cõſuli mille & quĩgẽta ſextertia præbuit. Ex q̃bus nobiliſſimã ille ĩ foro baſilicã Fuluiæ dicatã extruxit. Eos ita cõſentiẽtes ueritus Põpeius iã ipſe cũ amicis palã ut Cæſari ſucceder̃ efficiebat: quoſq; illi ad bellũ Gallicũ cõmodarat milites repetiit. Eos remiſit Cæſar ducẽtis & quĩquagĩta uiritim donatos dragmis. q̃ hos ad Põpeiũ deducẽdos accepãt ĩmites ac malignas de Cæſare uoces in uulgus ſpargere Põpeium inani ſpe corrũpere eũ

Cæſarianis militibus magno deſiderio eſſe. Cumq; Romæ ob gliſcentem in rep. inuidiã
ægre rerum potiatur illic paratas profecto copias habituꝝ. Moxq; ubi in Italiam trãſcẽ-
derint eum ſectaturas. Adeo illis Cæſarem præliorũ odio eſſe & ingentem inſuꝑ metu re
gni ſuſpitionem contraxiſſe. Has ob res demolitus Põpeius perinde ac nihil pertimeſce
ret de cõparandis exercitibus negligentius agebat: uerũ nunc orationibus: nunc ſẽtentiis
aduerſum Cæſarẽ inuehebaꝫ. Quæ Cæſar nihil pendiſſe traditur quin miſſus ab eo Ro-
mam Centurio quidã cum ſtans pro foribus curiæ tẽpus īperii minime a Senatu Cæſari
prorogari cognouiſſet: cõcuſſo manu gladii Capulo hic prorogabit īqt. Verumenĩuero
Cæſaris poſtulatio dariſſimam præſeferebat æquitatem. Se. n. arma depoſiturum idẽ
faciente Pompeio utrunq; priuatum boni quippiam a ciuibus cõſecuturum. At īdignũ
eſſe: ut detractis ſibi copiis Pompeio uires confirmãꝫ. Cumq; alterum tyrannum īſimu
lent: alterum tyrannum īſtruant. Hæc Curio pro Cæſare obteſtatus ad populum proſpi
cuis exceptus eſt plauſibus. Tum florentes in eum coronas ueluti fortiſſimum pugilem
iniecerunt. Poſtea ſuꝑ hiſce rebus litteræ deferunꝫ a Cæſare quas tribunus plæbis Anto-
nius ad populum extulit & apud conſules recitauit. Socer Pompei Scipio ſentẽtiã dixit ĩ
Senatu ut niſi Cæſar ad diem certã arma depoſuiſſet hoſtis a ſenatu pronuntiaretur. ro
gantibus ſententias conſulibus nunquid exercitum a Pompeio dimitti opportere cenſe-
retur: ſubinde nunqd a Cæſare: illi quidem uoci pauci admodum: huic admodũ paucis
duntaxat exceptis cuncti aſſenſere. Deprecante inſuꝑ Antonio ut magiſtratũ uterq; de-
poneret: cuncti plane approbarunt. At uiolentius agente Scipione & uociferante Lentu
lo conſule aduerſus latronẽ non ſuffragiis ſed armis opus eſſe: Dimiſſus ẽ Senatus. De-
hinc ob inteſtinæ ſeditionis mœrorem obſoleta ueſtis induta delatis a Cæſare litteris qui
bus modeſta ſatis deprecabatur. Petebat. n. ut ommiſſis cæteris Ciſalpina tãtum Gallia
Illyricumq; ſibi cum duabus legionibus uſq; ad ſecundi petitionẽ conſulatus concedere
tur. Cicero qdem orator nuꝑ ex Cilicia reuerſus utriuſq; amicos concilians Pompeium
mitigare non deſiſtebat. Qui cum cætera concederet exercitus illi denegabat. Cicero quo
q; Cæſaris amicos induxerat ut prædictis contenti prouintiis & ſex tantũmodo milibus
militum in pacem amicitiamq; conciliarenꝫ. Inclinante Pompeio q cum conſule Lentu
lo conſpirabant nequaq̃ ſciuere: Antoniumq; & Curionẽ e curia propulſantes ſũma cũ
ignominia ex urbe eiecerunt. Quæ res belliſſimã atq; honeſtiſſimam Cæſari occaſionem
prætextumq; attulit unde ſuorum aĩos militum accenderet cũ elegantiſſimos uiros atq;
principes oſtenderet ſeruili ueſte meritoria rheda fugiſſe coactos. Eo nãq; habitu occul-
tari ꝑ metum Roma exceſſerant. Erant cum Cæſare non ſane plures equitibus trecentis
militum uero quinq; milibus. Miſerat autẽ q relictum trans alpes exercitum ad ſe dedu
cerent. Cumq; ad eaꝝ rerum initium ac īpetum quas moliebaꝫ haud impræſẽtiarũ ma-
gna opus eſſe manu cerneret quin terrore potius & audacia & temporis celeritate ſuſcipi
endam rem eſſe ut qui pauorẽ citius q̃ ullam afferre uim poſſe crederet paratus accedẽs:
duces quidem ac Centuriones abſq; reliqua armatura ſolos tenentes gladios præmiſit:
qui Ariminum extra Galliã ciuitatem occuparent a cædibus & tumultu q̃ maxime poſ-
ſent abſtinentes. Traditis Hortenſio cohortibus ipſe in publico qdem diem exigens ſpe
ctaculo quo gladiatorum munus edebatur interfuit. Veſpere autem curato pauliſꝑ cor-
pore triclinium ingreſſus cum conuiuis diſcubuit. Vbi paululum immoratus in multã
iam noctem exurgens quoſdam ex amicis benigne allocutus ut ſe mox reuerſurum præ-
ſtolarentur edixit: cæteris ut per diuerſa conſectarẽtur præfatus. Ipſe meritorium quod
dam aſcendens uehiculum aliam primo uiam ingteſſus: Dehinc Ariminum uerſus fle-
xitꝫ iter. Ventum erat ad fluuium Rubiconem qui citeriorem ut diximus Galliam a reli-
qua diſterminat Italia. Ibi reputans ſe prope grauiſſima ferri & iam auſurum maxima
curſum compeſcuit diu ſecum tacitus animum cogitationemq; circunferebat. Plurima
tamen conſilia deliberationeſq; permutans cum aſtantibus amicis ex quibus Aſimius
Pollio erat complura diſceptans animaduertenſque quot malorum initium uniuer
ſis hominibus ipſe allaturus eſſet tranſitus: quantum inſuper de eo relicturi

ſermonem ſint. Deniq; impetu quodã animi ꝓinde ac ex futuri cogitatiõe dimiſſus: cũ id quod incertos ac audaces ſubeuntibus caſus uulgo exordium eſſe ſolet: Iacta ſit alea dixiſſet flumen traiecit. Dehinc aduolans nõdum illuceſcente die Ariminum ingreſſus occupat: nocte quã inſecutus eſt Rubiconis tranſitus impiũ uidiſſe traditur ĩſomnium. Exiſtimauit. n. ꝓ quietem infando ſe matri permiſcuiſſe cõcubitu. Capto Arimino iãq; latiſſimis belli portis terra mariq; patefactis confuſis prouinciæ terminis patriæ legibus ꝓturbatis: non ut alias uiros & mulieres pauore conſternatos Italiam peragrare putares: At totas ciuitates propriis exilientes ſedibus, mutua fuga diſtrahi. Roma confugiẽtibus eo undiq; finitimis & undarum inſtar cõmigrantibus referta: neq; facile parere prĩcipi: neq; ulla ratione detineri. At, parum abeſſe quin in tanta procellæ conquaſſatione ex ſe ipſa ſubuerſa concideret. Contrarii nãq; affectus ac uiolenti motus omnem detinebant locum. Nec enim qui lætitia geſtiebant quietem agebant. Verum quos formidine ac mœrore confectos aſpicerent illis ꝓſæpe audaciſſime inſultantes de rerum urbanarũ eue tu longas contentiones actitabãt. Pompeiũ alioquin attonitum alii aliis ſermonibus ꝓturbabant: eum nãq; pœnas dare qui contra ſe ac rempublicã Cæſaris uires auxiſſet. Alii acrius increpabant ꝙ cũ Cæſar ex ſua uolũtate cederet & modeſtas pacis conditiones af ferret: Lentulum per inſolentiam reſtitiſſe permiſiſſet: Tum Faonius eum terram pedi bus pulſare iubebat. Is enim antea ut omnem de apparatu belli curã ac ſollicitudinem patribus demeret per quandam magniloquentiã ita in Senatu iactauerat Cum ſolũ pe de pulſauero plenam exercitibus omnẽ reddam Italiã. Eo autem tempore maiores Põpe io q̃ Cæſari copiæ aderant ſed uirũ uti ſuis conſiliis nemo ſinebat. Itaq; cũ falſi undiq; rumores ac metus ingruerent ꝓinde ac inſtante & cuncta occupante iam bello cedens ſi mulq; omnium ruina eiectus & impetu turbationẽ rerum uidere ſtatuit. Quocirca urbe decedens Senatui ſe conſequi iuſſit. Nec qui patriæ libertatem q̃ tyrannidem malit ma nere quempiã: Ita conſules nec peractis ante digreſſum de more ſacrificiis fuga ſe furri puere. Complurimi etiã conſulares uiri ſuis perĩde ac alienis quicquid occurriſſet raptim acceptis effugiebant. Nõnulli Cæſarianarum partiũ quanq̃ nihil ad eos tantus rerũ atti neret impetus: tamen animi conſternatione cõpulſi una efferebantur. Miſeranda uero ciuitatis facies erat: Cum deſperantibus in tanta tempeſtate gubernatoribus ſicuti nauis quædam ad omnẽ præceps caſum deferebatur. Ex qua cum miſerabilis adeo hominum cõmigratio fieret fugã tamẽ ac exilium præſente Põpeio patrios lares & cõmune domici liũ exiſtimabãt. Romã uero tanq̃ Cæſaris caſtra reliquerãt. Tunc Labienus maxima Cæ ſari deuinctus amicitia qui bello Gallico legatus fortiſſime decertauit ab eo trãſfugit ad Põpeium. Qua re cognita Cæſar ei pecunias ſarcinaſq; tranſmiſit. Aggreſſus deĩde Cor finium quod Domitius triginta præfectus cohortium præſidio tenebat ibi metatus eſt. Domitius cum deſperatis rebus ab eius medico ſeruo quidem uenenum popoſciſſet: da tum illico tanq̃ moriturus hauſit. Paulo poſt ut admirabilem Cæſaris humanitatẽ qua erga captos utebatur audiuit ſe ipſum lugere & cõſilii celeritatem improbare cœpit. Eũ uero conſolante medico quoniam non mortiferam ſed ſomniferam potionẽ hauſiſſet: alacer emicans ad Cæſarem contendit. Cuius dextram amplexatus denuo ſe contulit ad Pompeium: Quæ Romæ nuntiata tantam attulere uoluptatem ut quoſdam ex fuga re uocarint. Cæſar acceptis Domitii cohortibus ac cæteris qui per oppida Pompeii nomine alebantur delectibus iam potens iam timendus Pompeium perſequi ſtatuit. Qui haud expectato belli impetu Brunduſium confugit: præmittẽs deinde cum copiis Dyrrachiũ conſules. paulo poſt ut aduentare Cæſarem audiuit nauibus euaſit quemadmodum in eius rebus conſcribendis ſingulatim explicabimus. Eum mox inſectari conatus defectu claſſis deſtitit. Dehinc Romam conuerſus diebus ſexaginta nullo cruore profuſo cun ctam in poteſtatem redegit Italiam. Romæ cuius pacatiorem q̃ ſperauerant ſtatum in uenerat mĩti obuerſabãtur Senatores ad quos benigniſſima & populari habita oõne de mittendis ad Põpeium legatis pro pace ac modeſtis eius poſtulatis exhortatus eſt. Cui neminem paruiſſe conſtat, ſeu deſertum ab ſe Põpeium reformidarent: ſeu nõ ita ſẽtire

Cæſarem cogitarent: quauis ſpecioſa uerborum ũteretur uenuſtate. Ei poſtmodum pecunias ærario demere conanti ipedimento affuit Metellus tribunus plæbis cui leges afferenti non idem armorum ac legum tempus eſt iquit: q; ſi has ipſe res æquo animo ferre nõ potes i præſentia quidem procul abſcede. Nec. n. huiuſmodi loquendi fiducia bellũ indiget. At cum peractis fœderibus arma depoſuerimus tunc rediens te plæbis patronũ ages. Hæc tibi meo decedens iure loquor. Nam cũ te reliquoſq; mihi aduerſarios cæperim omnes mei iuris factos liquet. Hæc Metello locutus ad ærarii ſe portas contulit: Apparentibus nuſq̃ clauibus fabros accerſit: quibus portas effringere iuſſis: Metellus iterũ quibuſdam collaudantibus incitatus obſtare cœpit. Cui ſi moleſtus eſſe ꝓgeret necẽ cõminatus Cæſar iſtud inquit nonne ſcis adoleſcentule longe mihi difficilius eſſe dicere q̃ facere. Quo dicto pterritus Metellus abiit. Et cætera neceſſariis bellorum miniſteriis ſtatim præbita. Imprimis Hiſpanienſem expedionem egit ut inde Affranium & Varronẽ Pompei legatos expelleret. Et redactis i poteſtatem copiis atq; prouiciis cum nullũ poſt terga reliquiſſet hoſtem Pompeium iuaderet. Ibi plura ꝓ inſidias ſubigens corporis diſcrimina quauis ingenti fame uexaretur exercitus: non ante deſtititq̃ nunc hoſtem inſequens nunc ad pugnam prouocans aut foſſa circumagens caſtris potitus copias quoq; i deditionem acceperit. Duces autem ſeſe ad Põpeium fuga receperunt. Reuerſum Romam Cæſarem ſocer eius Piſo rogare cœpit ut ad Pompeium legatos pro pace mitteret. Qua in re obſecundans Cæſari contradixit Iſauricus tunc dictator a ſenatu creatus: exules reduxit: Eorũ etiam qui Scyllana tempeſtate proſcripti ſunt filios admiſit ad honores. Abſciſſa fœnoris ꝓte debitoribus magnũ detraxiſſe onus uiſus ẽ. Talia quidẽ populariter attingens intra diem undecimam depoſita dictatura ſe cõſulem ac Seruilium deſignauit. Tunc ad exercitum conuerſus reliquas in itinere poſt ſe dimittens copias ſexcẽtos delegit equites & legiones quinq;. Inſtabat hybernum tunc ſolſticiũ circiter Idus Ianuarii quẽ ab Athenienſibus Poſſidionem appellatum dixerim. Cum iis igitur Ionium tranſfretans ſinum noricum & Apolloniam capit. Naues deinde ad traiiciendos milites qui tardiores in itinere Berant rundufium remiſit. hi quandiu iter habebant Cæſarẽ maledictis inceſſebant ut qui effœto iam corpore ad tantam hoſtium ac bellorum multitudinem debilitati cederent. Quem tandem nobis modum uir iſte conſtituit? quos in omni laborum uſu perinde ac domitos & immortalis circumagit. Defatigatum uulneribus iam femur eſt: quenam toraci aut clypeo in tanta diuturnitate requies? Nonne Cæſar ſe imperare mortalibus noſque mortis caſibus & doloris ſubiacere uel ex ipſis uulneribus animaduertit. Hybernos uero dies cum mare flatus agitant nec deus ipſe uiolauerit. At Cæſar non ſicut hoſtem ꝓſequens ſed fugiens aperta ſuſcipit pericula. Talia dicentes lẽte Brunduſium ibant. Eo cum pueniſſent trãſfretaſſe Cæſarem comperientes: ꝓmutata confeſtim ſententia ſeipſos incuſare ſe imꝑatoris proditores appellare. Tum uero præfectos carpere qui nõ iter ocyus ſollicitauerint. Celſis itaq; ſedentes in collibus: nunc pelagus: nunc continentem proſpectabant: ſi naues uſpiam quibus ad eum traiicerent occurrebant. Cæſar apolloniæ cõmorans ubi ſatis copiarum quibus prælium capeſceret ſibi deeſſe: cæteraſq; ex Italia lente ſubſequi cernit in magna reꝝ ambiguitate conflictatus graue & ꝑiculoſum iniit conſilium. Nam cum tantis hoſtium claſſibus mare teneretur: conſcio nemine paruam remorum duodecim ſcaphã ingreſſus: Brunduſium tranſire decreuit. Nocte igitur clanculum ſeruili aſcendens habitu ut ſe uiliſſimum quempiã tacitus abiecit. Annio flumine nauigium ad mare uſq; delatum eſt. Solet is cum matutina ſpirante aura fluctum longe repellat circa hoſtium tranquillus illabi. Ea uero nocte ingens ex ponto uentus perflarat: a quo extincta reſederat aura. Cæterum cum aduerſum procellas ac tẽpeſtatem acrius flumen irrumperet: ingens attollebatur ſonitus & rapidi confligebant uortices. Quamobrem gubernator poſtq̃ nulla ui ſuperare ſperat retrocedere ſtatuit. Itaq; nautis ut remigationem ꝓmutarent iuſſerat. Quod ubi perſenſit Cæſar ſeipſum detexit: apprehenſa deinde gubernatoris dextra qui ad eius obſtupuerat aſpectum: perge inquit generoſe perge: aude nec extimeſce quicq̃: Cæſarẽ uehis ac Cæſaris

fortunam nauigationis comitem. Tum obliti tẽpeſtatis remiges innixi remis promptiſ ſime fluminis impetum ſuperare contendunt. Quod ut fruſtra conati ſunt: Cæſar mul tis obrutus fluctibus & in ipſo fluminis hoſtio magnis ſuſceptis periculis gubernatori: ut rediret inuitus admodum conceſſit. Ei poſtmodum ad ſuos reuertenti multis queri moniis triſtes occurrere milites: affligi ſe magnopere niſi p ſe ſolos uictoriã adipiſci ſat pſuaſum habeat ac dolore angatur: & abſentium cauſa tanta petat diſcrimĩa quaſi par uam præſentibus fidutiã gerat. Interim Antonius tranſmiſſis ex Brunduſio copiis ade/ rat. Quibus factus audẽtior Cæſar Põpeium prouocabat cõmodiſſime metatum ut cui terreſtres ac Maritimi cõmeatus abunde ſuppeterent. Prĩcipio Cæſar cum haud magnã inter copiam degeret: poſtea maxima neceſſariorum opprimebat inopia. Interea milites radicem quandam auellebant: & cõmixta lacte ueſcebant. Interdum ex ea panes ĩter ho ſtium ſtationes prætercurrentes iniitiebant addebantq; ſe quoad huiuſmodi radices ter/ ra produceret: obſidionẽ Pompeii non derelicturos. Eos autẽ & panes & ſermones ĩ uul/ gus proferri Põpeius uetuit ne ſuorum animos refringerent qui hoſtium ĩmanitatẽ per/ tinacemq; tolerantiam ſicuti ferarum exhorreſcerent: quotidie circa Pompei uallum tu/ multuariæ fiebant pugnæ: cunctis Cæſar uictor intererat: una duntaxat excepta: in qua fuſis magna ex parte ſuis ſummo cum piculo prope modum totum amiſit exercitum. Acies. n. inferente Pompeio perſtare contra nullus ualuit. Repletæ cæſis foſſe: nonnulli circa uallum & caſtra paſſim fugientes cæbedant quibus occurrens Cæſar fugã ĩ hoſtem conuertere fruſtra conatus eſt. Signa etiam corripienti reiecerunt ſigniferi. Duo igitur & triginta in hoſtium poteſtatem uenerunt ipſe ne interficeretur parum abfuit. Nam cũ procera ſtatura & robuſtiſſimo corpore uirum penes ſe fugientem iniecta manu cõſiſte re & in hoſtem conuerti iuſſiſſet: Ille terrore grauiſſimo perturbãtus eum gladio uulne/ rare molitus eſt. Ictum autem Cæſaris ſcutifer occupat: eius abſcindẽs humerum. Adeo uero ſuarum deſperationem rerum cæperat: ut cum Põpeius priuſq; tam magnæ rei ex/ tremam adiiceret manum: ſeu pietate ſeu caſu retardatus ſuos ĩ caſtra reduxiſſet. Cæſar amicis diſcedens inquit: hodie penes hoſtem uictoria fuiſſet ſi uincentem habuiſſent. Inde tentorium ingreſſus accubuit: ubi meſtiſſimã exegit noctem cum animaduertiſſet q; improbanda uteretur militia: qui fertiliſſimæ regioni & opulẽtiſſimis Theſaliæ & Ma cedoniæ ciuitatibus uicinis illic diſpergi ac uagari hoſtes ſineret. Et cũ aduerſarii late ma ria claſſibus teneant: hic ſedeat in littore uerius ab neceſſariorum penuria obſeſſus q; ar mis obſidens. Tanta igitur ĩopia & præſentium grauitate diſtractus contra Scipionem caſtra mouit: quem in Macedoniam iter agere cognouerat. Ita. n. aut Pompeium elicere ubi Maritimo pariter deſtitutus cõmeatu pugnam cõmitteret aut deſolatum ſubſidio Scipionem opprimere: Ea res Pompei exercitum reliquoſq; præfectos exciuit: ut perĩde ac uictum fugientemq; Cæſarem pſequerent. Pompeius nanq; pro talibus pugnam de/ tractabat & rebus ſuis uniuerſis optime præparatis uires hoſtium pbreuis quidem futu/ ras tempore conteri debilitariq; cenſebat. Bellaciſſimæ. n. Cæſaris copiæ cum militarem quidem ſcientiam & indomitam dimicando fortitudinem haberent tantis erroribus la/ bore caſtrenſi oppidorum expugnationibus nocturniſq; uigiliis defatigatæ ac ſenio con fectæ erant & iam corpore graues & perferendis laboribus imbeciles promptitudinem & audaciam amiſerant. Tum etiam peſtilens quidam morbus ab immaniſſimo uictu crea tus: Cæſaris caſtra uexari tradebatur. Quodq; uehementiſſimum erat: cũ neq; pecuniis polleret: neq; cibaria ſatis adeſſent: mature p ſe periturus cenſebat. Hæ res a commitẽda pugna Pompeium abſtrahebãt. Quod ſolus ut ciuibus parceret collaudabat Cato qui ut hoſtes circiter mille prælio cecidiſſe conſpexit: caput obuoluens effuſis ſeceſſit lachry/ mis. Cæteri detractantem pugnam Pompeium maledictis inceſſebant. Eum Agameno/ nem & regũ regem uocitantes ut qui deponere recuſaret ĩpium & tot ſe ſtipatũ ducibus eius quotidie tabernaculum adeuntibus gloriaretur. Fauonius Catonis more dicendi li/ centiã aſſecutus inſaniens ferme excruciabatur: O indignũ facinus inqt: ſi eo ãno ob ſtu dium cupiditatẽq; ĩperandi Pompeii ne Tuſculanas eſſe ficos liceret. Affranius quoq; (is

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

enim ex Hiſpania nuper aduenerat)cum re male geſta exercitum pecunia prodidiſſe cri-
minaret: rogauit cur non aduerſus eum depugnarēt mercatorē quē ab ſe prouincias mer
catum aſſererent. Hiſce oībus cōpulſus ad dimicandum Pōpeius inuitus quidē Cæſarē
ꝑſequi ſtatuit. Qui reliquum iter grauiſſimo labore confecerat: cū ob acceptā nup ſuoꝝ
iacturam & ſibi cōmeatus īhiberent & oībus eſſet cōtēptui. Vt uero Gomphos Theſſa-
liæ oppidum cæpit non mō exercitum aluit: uerumetiā ab ægritudine liberatum mirabi
li quodā modo reddidit: ingentē nanq; uini affluentiam nacti cum largiſſime potaſſēt:
īmodeſtis ꝑ uias ſaltibus debacchabant. Vnde reiecto ac propulſato langore alterā ſub-
īde corporis habitudinē receperunt. Ingreſſi poſtmodū ambo Pharſaliā caſtra locāt: ubi
Pompeius ad priſtinū rurſus cōſilium mentē reflexit: cum minus proſpa illi occurrerēt
ſigna pariter & inſōnia Inter cætera cernere ſe exiſtimanti: ſuo ſe in theatro magnis Ro-
manorum plauſibus excipi. Nōnulli ſuoꝝ iā ſpe uictoriam adepti eo temeritatis ꝑuene
rant ut īter ſe de Cæſaris pontificatu contenderent. Domitius Spinther ac Scipio mul-
tos Romā præmiſerūt qui conſulares ac prætorias domos cōducerent: ꝑinde ac poſt bel
lum continuo magiſtratū inituri. Præcipua uero dimicandi cupiditate flagrabant eqtes
lucidiſſimis armis inſignes ſaturis prouecti equis. Præterea ſpecioſis corporibus & mul
titudine præſertim elati. Septē nanq; milia contra mille Cæſaris erant. Nec uero par pe
ditum numerus. Quippe quadragīta quīq; milia contra uiginti duo īſtruebant. Cæſar
conuocatis ad cōcionē militibus duas ad nos īquit legiones Cornificius ducit quē haud
procul ab eſſe ſcio. Quindecim ſub Caleno cohortes circa Megaras & Athenas reſident.
Hos ne oppiri an ſoli præliari mauultis? Tūc ſublatis uocibus ne oppiret ſupplices ora
uere: quin confeſtim ut cum hoſte cōgrediant q̄ īſtructiſſimas arte locaret acies. Luſtrā-
ti ſubinde exercitum cū primum īmolaſſet hoſtiā Ariolus triduo inqt rē cum hoſte bel-
lo decernes. Percontāte deīde Cæſare: ſiquem lætum cōſpicaret euētū: tu tibi melius reſ-
pondebis inqt. Magnā nanq; ſtatus ꝑmutationē ac reꝝ prolapſum ī contraria dii tibi ꝑ
tendunt. Itaq; ſi te in præſentia fœlicē exiſtimas deteriorē expecta fortunā. Sin infœli-
cem præſtolare ſecundā. Nocte quā inſecutum eſt præliū circa noctis medium ſtationes
obeunti cæleſtis fulgor ignis apparuit q deſuꝑ uolitans ut ſupra caſtra Cæſaris aſtitit la
te flāmatior factus intra Pōpeii uallum decidiſſe uiſus eſt. Matutina autē uigilia intra
hoſtilē exercitum ingens ſed īcertus ſentiri cœptus tumultus. Cæſar tñ haud ea ſe die pu
gnā cōmiſſurū crediderat: uerum ad Scotuſam caſtra mouerat: cum ſolutis iā tentoriis
præmiſſi ſpeculatores hoſtes ad prælium deſcēdere nuntiāt. Ea re lætus admodū Cæſar
diis primum adoratis phalangē inſtruxit triplicē cōponens aciē: media qdem acie Cal-
uinum Domitium ſiniſtro cornu Antonium: dextro ſe cōſtituit: in decima legione præ-
lium initurus. Contra hoc collocatos cernens hoſtium eqtes: eoꝝ numerum ac ſplēdorē
ueritus ex poſteriori acie ſex clanculum uenire cohortes iuſſit: quas poſt dextrum diſpo
ſitas cornu qd opus eſſet facto præmonuit: cum aduerſarioꝝ aduētaret eqtatus: dextrū
cornu Pōpeius: ſiniſtrum habebat Domitius. Medio ſocer eius præerat Scipio. Totum
uero pōdus eqtum ad ſiniſtrū cōfluxerat cornu ut dextro hoſtiū circunuento egregiam
circa ducē fugā ac ſtragem efficerent. Nulla. n. uel cōfertiſſimæ phalangis arma oblucta
ri poſſe quin oīa oppugnātes obterrerent: cū tantus ſimul eqtum īgrueret īpetus. Cum
utriq; concurrenti ſigna data eſſent: Pōpeius ſuis præcepit ut ſtantes & denſa manentes
ſerie: hoſtilē ī curſum ac ictus donec intra pili iactū eſſent exciperēt. Qua qdē ī re Cæſar
erraſſe Pōpeium aſſerit: ignaꝝ. n. quēadmodum feriēdo: ita & initio cōfligēdo magnas
uires īpetu & curſibus adiici & aīos pīde ac flatibus excitatos omni ex ꝑte ſuccēdi. Cæſar
cum aciē moturus ꝓgrederet fidiſſimum uſq; q̄q; Centurionē ſuos ad ſtrenue dimican-
dum exhortātē cernit. Quo noīe cōpellato: Quid ſpei nobis aut qdnā audemus inquit
. C. Craſtine: Tum Craſtinus dexterā protendēs magno clamore: clariſſime uincemus o
Cæſar ait. Me. n. hodie uel uiuum uel mortuū collaudabis. Hæc cum dixiſſet centum &
uiginti ſecum milites trahens: primus in hoſtes procurrit. Interfectiſq; ab eo prioribus:
ulterius magna cum ſtrage uiolentius irrumpens obtruncat gladio ꝑ os trāſuerberatus.

ita ut cuſpis ꝑ neruos aduerſi promineret occipitis: Cõfligentibus ita ĩ mediũ peditibus iãq; prælium ex cornu ineuntibus Põpeiani eqtes turmas ptinaciſſime adigunt: ut dextrum Cæſaris cornu circumirẽt. At priuſq̃ cõgrederent' ĩmiſſæ a Cæſare cohortes procurrere. Nec ut ãte ſolebãt pila iacture nec hoſtium crura ſuraſq; manu ꝓcutere: uerum oculos & uultus obnixe ferire. Ita. n. a Cæſare præmoniti. Eos nanq; iuuenes coma & ætatis flore decoros parum bellis ac uulneribus aſſuetos tales maxĩe plagas deuitaturos: nec expectaturos ĩpræſentia: cum ſimul & diſcrimen & oris deformitatẽ reformident. Quod haud ſecus accidit. Vehementia. n. tela: ne ſuſtinere quidem poterant: utq; ferrum ante oculos uerſari cernebãt: oẽm protinus exuentes audatiã auertebant': ſimulq; ut uulnibus parceretur capita uelabant. Hi deniq; hunc ĩmodum turbati fugæ terga uerrẽtes turpiſſimam in cunctos edidere ſtragem. Confeſtim. n. eorum uictores circunuento peditatu a tergo inuadentes obtruncãt. Parte alia Põpeius ut diſpſos fuga uidit equites: nõ ãplius ille q quondã erat: nec ſe magnũ eſſe meminerat: uerũ ꝓinde ac deo aduerſãte uecors & diuina ſupatus uictoria obſtupuit. Tum nullis emiſſis uocibus: pugna excedens ĩ tabernaculum ſe cõtulit. Ibi cõſedens euentũ expectans quo ad cunctis iã ĩ fugã uerſis hoſtis uallum aſcenderet: & contra eos qui cuſtodiæ relicti erant: dimicarent: Tum quaſi mẽtis inops factus hãc ſolã ut ferunt emittens uocẽ Igitur & ad caſtra: Paludamentũ & ĩpatoria exuit inſignia. Sumptoq; ſubĩde fugacis amictu diſceſſit. Qua autẽ ĩpoſterum uſus fortuna: quoue pacto ſe conferens ad ægyptios ĩterfectus ſit: de eo conſcribẽtes oſtendimus. Cæſar Pompei caſtris potitus cum ſtrata hominũ cadauera: alioſq; inſup necari cõſpicaretur: ſuſpirans ĩquit: hoc uoluerunt huc me neceſſitatis adduxerunt ut. C. Cæſar maximis confectis bellis: ſi exercitus dimiſiſſem cõdemnatus utiq; forem. Hæc Aſinius Pollio eo tẽpore a Cæſare latinis quidẽ uerbis pronuntiata Ab eo autẽ græce cõſcripta refert. Ex his qui ĩ caſtrorum expugnatione ꝓempti ſunt maximũ ſeruoꝝ numerum extitiſſe dicitur. Ex militibus quoq; nõ plures ſex milibus cecidiſſe. Qui uiui ĩ deditionẽ recepti ſunt: plurimi in legiones promiſcue redacti. Cõplurimis quoq; clariſſimis uiris ueniã dedit. Ex quibus Brutus extitit: a quo poſteriori tẽpore occiſus eſt: quo primum nõ cõparente acriter indoluiſſe Cæſar dicitur. Cumq; poſtmodum ĩcolumis ad ſe peueniſſet ſummã cæpiſſe lætitiã. Eius uictoriæ cõplurima cõmemorantur ſigna: id clariſſimũ eſt quod Tralibus obtigit: ĩ tẽplo uictoriæ Cæſaris erat ſtatua: circa quam locus natura ſolidus & duriſſimo deſup iſtratus lapide. Ex eo penes ſtatuæ baſim palma fertur exorta: Pataui. C. Cornelius auguralı ſcientia prædituS Liuii quoq; hiſtorici conterraneus ac familiaris ea die cum ad captãda ſediſſet auguria primum ut Liuius dicit pugnæ tempus agnoſcens aſtantibus inquit: iã res ipſa cõficitur: iã uiri opus ineunt. Iterum ad auſpitiũ conuerſus & ſigna contẽplatus more Lymphãtis exiliit. Tum uociferãs uincis ait Cæſar. Ea res cum uehementẽ aſtãtibus ſtuporẽ icuſſiſſet: ille detractã capiti coronã nõ ante repoſiturum adiuratus eſt q̃ res arti teſtimonium adſtipularetur: hæc quidẽ Liuius ita geſta conſtanter affirmat. Cæſar ob uictoriæ præmium Theſſalis libertate donatis perſeq; Pompeium ſtatuit. Dehĩc attingens Aſiam Theopõpi gratia qui ĩ unum fabulas coegit Guidiis libertatẽ ĩpartiuit: omnibus Aſiam colentibus tertia tributorum parte remiſſa. Poſt occiſum Põpeium profectus Alexãdriã: Cum Theodotus ei Põpei caput attuliſſet per ſummũ faſtidium auertit homiẽ. Accepto autem anulo multas effudit lachrymas. Quotcunq; etiã illius ſocii ac familiares eã peragrantes regionẽ in regiã uenerunt ĩ poteſtatẽ: uniuerſos beneficientia ac liberalitate proſequens magna ſibi caritate conciliauit: Romã ad amicos ſcribens maximum & iocundiſſimum colligere ſe fructum dicebat: ꝙ ciues quos aduerſarios ſibi ſemper habuerat cõſeruaſſet. Bellum Alexãdrinum ſunt qui nulla neceſſitate ſed amoꝛ Cleopatræ cum magno ipſius diſcrimine ac dedecore geſtum aſſerant. Quidam in regios homines & pottiſſimum ĩ Eunuchum Photinum cãs cõferunt qui plurimum potens occiſo nuper a ſe Pompeio: eiecta Cleopatra clandeſtinas inſuper Cæſari tendebat inſidias. Quapropter eum cuſtodiæ corporis gratia nocturnas in conuiuiis uigilias ex eo inchoaſſe tempore cõmemorant. Photinus cum nihil in Cæſarẽ

moliri palam ſufferret: multa ī eum conuitiis & inuidia plena dicebat faciebatq;. Militibus nanq; deterrimū ac uetuſtiſſimum diſpartiens triticum tolerare aiebat & æquo ferre animo: aliena obligurientes bona. Vaſis præterea ligneis & fictilibus ad cōuiuia utebat: quod cuiuſpiā gratia crediti aurea & argentea cuncta Cæſarem ītercepiſſe diceret. Regis enim pater mille ſeptingentis quīquagīta Myriadas Cæſari debebat. Ex quibus cū reliquas antea Cæſar qdem filiis remiſiſſet mille tm̄ unde exercitum aleret recepat. Hortāte deīde Photino ut impræſentiaꝝ diſcedens magnificas res adoriret cum omniū poſtmodum gra remeaturus ægyptiorum ſibi conſilio minime opus eſſe reſpondit cōtinuoq; e regione clanculum Cleopatrā accerſiit. Ea cum ex familiaribus ſolum adſciſſet Apollodorum Siculum paruulum quendā ingreſſa Lēbum dum primæ iā intenderēt tenebræ regiā adnauigauit. Vbi nero alio occultari pacto nequiret ſeſe intra culcitram protendit in lōgum quā loro circūligans Apollodorus p fores intro tulit ad Cæſarem. Hic primū Cleopatræ aſtus illexiſſe Cæſarē fertur. Cuius dehinc ſplēdore formæ & quadā ſermonis gra uictus ita eā fratri reconciliauit: ut pariter regni gubernacula teneret. Quibus ī gram redeuntibus dum publice celebrarētur æpulæ tonſor Cæſaris pauore quodā quo uniuerſos anteibat hoīes: nihil indiſcuſſum omittebat: uerum unumquodq; auribus captās & accuratiſſima pſcrutans indagine intellexit exercitus ducē Achillā & Eunuchū Photinū Cæſari inſidias ordiri. Id ubi Cæſar cōperit: diſpoſitis circa triclinium cuſtodiis Photinum qdem ītерfecit. Achillas uero ad exercitum cōfugiens eum graui & piculoſo implicat bello. Cæſari nanq; ad tantā ciuitatē: tantaſq; uires oppugnādū: pauciſſimæ aderāt copiæ: In quo id primum diſcrimen adiit: q; intercluſus aqua eſt interfectis ab hoſte cuniculis. Dein cum eius claſſis circunſcinderet coactus eſt igne propulſare piculum: q cū ex naualibus late proſerpet ingentē illā cōſumpſit bibliothecā. Tertio cōſtituta ad Pharum pugna quandā ex aggere ſcaphā inſiliit ut decertantibus ferret auxiliū. Aduolantibus autē undiq; ī eum ægyptioꝝ nauibus: ſe in mare deiiciens ſummo cū labore uix enatauit. Tunc quoſdā tenens libellos quanq̄ undiq; peteret mergeretue ne omiſiſſe quidē dicitur. At eis a mari ſublatis in altum: altera nataſſe manu: continuoq; ſcapha ī fundū eſt deiecta. Cæſar demum ad hoſtes ſecedente rege prælium comittēs uictoria potitus ē: cōparente nuſq̄ rege: & cæſis utrinq; plurimis. Cōſtituta dein ægypti regina Cleopatra: ſuſceptoq; paulopoſt ex ea filio quē Alexandrini Cæſarionē appellabāt contendit ī Syriam. Inde proficiſcens ī Aſiā cognouit Domitiū a filio Mitridatis Pharnace profligatū ex Ponto cum paucis admodum ꝓfugiſſe. Poſt eā uictoriā inexpleta quadā cupiditate uſum pharnacē capta Bithynia & Cappadocia: animū quoq; ad Armeniā minorē adiecciſſe. Vniuerſos inſup reges & tetrarchas expuliſſe. Contra quē tribus confeſtim legionibus uadens ingenti penes zetam cōmiſſo prælio regē quidē fugauit ex Ponto exercitum uero funditus deleuit. Huius belli celeritatem cum Romā ad eius familiarē Amantium nuntiaret: tribus præſcripſit uerbis ueni uidi uici: poſtea traiiciens in Italiam Romā prexit. Exacto iam anno in quē creatus ſecundo Dictator fuerat cum ſupiori tēpore nunq̄ ea in anni ſpatium cōferri dignitas ſoleret cōſ. deſignat ī poſterum. Quo tēpore multa de ſe audire cōuitia contigit. Motis nanq; ad ſeditionem militibus: cum duos prætores Coſconium & Galbam occidiſſent: Tantum eos obiurgauit ut ipſos pro cōmilitonibus ciues appellatos mille uiritim drachmis donarit & multa inſup Italiæ prædia ſorte diſtribuerit. In eius quoq; redigebantur opprobrium Furor Dolobellæ Expilatiōes Amantii: Ebrietates Antonii: atq; Cornificii. Qui Pompeianæ partem domus perinde ac incōmodæ ac minus idoneæ demoliebatur: ſubinde reædificans. Quod Romanus populus iniquiſſimo perferebat animo. Verumeniuero Cæſar ſtatum reipublicæ minime ignorans: hiſce adminiſtris uel iuitus uti cogebat. Poſt Pharſalicam pugnam cum Cato ac Scipio in Lybiam perfugiſſent & ingentibus ibi coactis copiis rex Iuba opem atq; auxilium ſubminiſtraret. Cæſar contra eos expeditionem agere ſtatuit. Hyberno itaq; ſolſtitio hoc eſt. iiii. Kl. Ianuarias in Siciliam traiiciens ut omnem moræ & ocii ſpem ducibus abſcinderet: ita tabernaculū fixit ut ipſo alueretur fluctu. Mox inſpirante uento uauē cōſcēdēs

in altum euectus est cum tribus milibus peditum equitibusq; pauciſſimis. His ī terram expoſitis denuo clam mare repetiit maioribus timens copiis quas cum iã offendiſſet ī pelago oẽs ī caſtra deduxit: cognito aduerſarios uetuſto quodã cõfidere uaticinio quod ſẽper ī Aphrica uincere fatale Scipionum gẽti foret. Haud facile dictu eſt ſiue ut hoſtium īpatorem Scipionem p̃ iocum quempiã flocipenderet ſiue ut ſerio ſibi id uendicaret augurium: quendã ex Corneliorum familia hoīem ſane abiectum & alioquin deſpectiſſimum Scipionem cognomento Salutionẽ īterpræliãdum p̃ide ac exercitus ducẽ præpoſuit: ita ut īterdum cum hoſte cõgredi cogeretur. Cum neq; militibus frumenti neq; iumentis pabuli ſatis eſſet ob neceſſitatẽ ex maris alga ſalſuginẽ abluebant & gramine tãq̃ ſapore ac condimento īmixto equis præponebant. Auentantes. n. & multitudīe & uelocitate cõſpicui Numidæ regionẽ quaq̃ uerſus obtinebant Cæſarianis olim eq̃tibus ociũ agentibus: libyſticus homo īterueniens cõpoſitis ad Tibiã motibus mirabilẽ īmodũ ſaliebat. Qua re delectati cum pueris equos cõmiſiſſent aſſederunt. Tum hoſtes repẽtino aduolantes īcurſu nõnullos ibidẽ īterficiunt: aliis intra uallum præcipiti fuga cõpulſis: illi una irrũpunt. Quod niſi Cæſar ſimulq; Aſinius pollio ex caſtris auxilium cõferẽtes fugã īhibuiſſent: de eo ferme bello actum extitiſſet. Altero quoq; prælio cum collatis aliquando armis præualeret hoſtis: Cæſar fugientẽ aquiliferum detinuit eiuſq; collum obuoluens: hic hic ſunt aduerſarii inq̃t. Hiſce uictoriis elatus Scipio rem prælio decernere ſtatuit. Affranium igitur ac Iubã paruo īter ſe metatos interuallo dimittens ipſe penes Tapſum oppidum ſupra ſtagnum caſtellũ cõmuniuit: ut uniuerſis p̃fugium & recepta culum eſſet. Eum ī ope occupatũ circa ſilueſtria loca & difficiles ductu aditus incredibili celeritate ſupans Cæſar partim circunuenit partim a fronte inuaſit. Quibus fuſis occaſione ac fortuna uſus īpetu continuato ſtatim clamore Affranii caſtra cæpit: ſtatiq; fugiente Iuba Numidarum caſtra dirupuit una die modicis ī ſpatiis trinis potitus exercitibus: in q̃bus quiq; hoſtium Myriadas īterfecit: ex ſuis uix dum amiſſis quiquagīta: hæc q̃dam de eo ita prodidere prælio. Nõnulli Cæſarẽ ei negant īterfuiſſe. Eum autẽ cum inſtructas locaret acies: ſubitus īuaſit morbus quẽ ſimul ac ĩitio p̃ſenſiſſet priuſq̃ uexatus & oīno correptus ab eo ſenſus eſſet ī proximã quandã turrim magna cũ agitatione delatus quieti ſe dedit. Cæterum ex prætoriis & conſularibus uiris qui ſe fuga ſurripuerant nõnulli ī poteſtatẽ redacti ſeipſos necauere. Cõplures etiã captos Cæſar īterfecit. Catonẽ uero ut uiuentẽ recipet enitens ſũmo ſtudio cõtendit Vticã: quã q̃dem urbem cum ille præſidio teneret minime prælio īterfuerat. Poſtq̃ uirum ſibi mortem conſciſſe cognouit acriter īdoluiſſe certum eſt: quã autẽ ob cãm incertum. Tum tibi pro morte Cato īquit inuideo. Nam & tu mihi pro ſalute inuidiſti. Verumenīuero liber quem is aduerſus defunctum iã uita Catonem edidit haud ſane beniuoli & placati hoīs ſigna præſe ferre uidetur. Quo. n. pacto uiuenti pepciſſet: qui cõtra deſtitutum ſenſibus uirum tã magnã effudit iracundiã. Sed ob eã qua in Ciceronem Brutum & innumerabiles deniq; hoſtes uſus eſt clæmentiam coniecturam faciunt Hunc librum non odio non ĩimicitia uerum ciuili potius quadam contentione hac de cauſa fuiſſe compoſitum. Cicero Catonis laudationem ſcribens ei operi nomen Catõis īdidit. Ea res plurimorum ſtudio uti par erat comprobabatur ut quæ ab oratore eloquentiſſimo pulcherrimam nacto materiam confecta uideretur Hoc cum mærore Cæſarem angeret Hominis nãq; propter ſe occiſi præconia obtrectationes ſibi ac ignominiam inurere exiſtimabat: conſcripſit multa in Catonem crimina obiurgationeſq; complectẽs. Qui liber inſcribitur Anticato. Opus utrũq; Cæſaris & Catonis gratia multos habet adſtipulatores. Romam ex Aphrica rediens ex ea uictoria magnifice per ora populi ferebatur. Tantum enim agri ab eo in ditionem ſubactum ut annuo prouentu percepturus fiſcus eſſet. Tritici quidem ducẽta milia modiũ Atticorum Olei uero trecentas myriadas. Aliquot inde triumphos egit Alexandrinum Ponticum Aphricanum non de Scipione: ſed de Iuba rege. Eius filius Iuba quoq; noīe infans admodum in eo deductus eſt triumpho: fortunatiſſimam utriq; captiuitatem: q̃ effectum eſt: ut ex barbaro. ſ. ac Numida inter doctiſſimos ſcriptores cõnumeretur.

Poſt triumphos ingentia militibus cõgiaria dedit. Ad cõciliandam ſibi plæbẽ ſpectacula edidit conuiuiaq; celebrauit. Vno die in duobus ac uigĩti milibus triclinĩis epulum præbens uniuerſis: Munus gladiatorium ac nauale certamen filiæ Iuliæ dudũ defunctæ adhibuit. Cenſu deĩde pacto centum & quĩquagĩta hoĩum milia repta: cum antea trecẽtũ ac uigĩti fuiſſent. Tã magnã cladem tantasue populi ſtrages ĩteſtina mala peperetunt: præter reliquas Italiæ ac prouinciaꝝ uaſtitates. His ita pactis quarto conſul deſignatus ĩ Hiſpaniã contra Pompeii liberos expeditionẽ egit. Qui quãq; adoleſcẽtes adhunc ĩgẽtibus cõgregatis copiis dignas ĩperio uires & audatiam oſtentabãt ita ut extremũ Cæſari diſcrimen intẽtarint Magnum prælium ad urbẽ Mundã cõmiſſum eſt. In quo ut Cæſar ſuos opprimi ægre ĩpetum ſuſtinere cerneret ꝑ medias armatorum diſcurrens acies elato clamore ſi nihil pudoris ĩqt ſupeſt corripite me & ĩ puerorum manus tradite. Magna uix prõptitudine & animi audatia repulſis hoſtibus triginta eorum milia cecidit: ex ſuis mille fortiſſimos amittens: poſt prælium excedens ad familiares cõuerſus ſæpenumero inqt pro uictoria: nunc autẽ primum pro uita dimicaui. Hic uictoriæ dies ſacer bacchanalium agebat᷑ quo Põpeius magnus ĩ prælium progreſſus tradit᷑ cum iã quadriennii tẽpus ĩterceſſiſſet ex Põpeii liberis iunior ſeſe fuga ſubripuit. Eius autẽ q̃ ætate prouectior fuerat paucos poſt dies caput a Didio relatum. Hoc ultimum a Cæſare geſtum eſt bellũ de quo cum triumphũ ageret dolore ꝑmaximo Romanũ afflixit populum. Non. n. exteros ab eo duces aut barbaros ĩ eo debellatos reges ait cum optimi uiri & certe Romanorum præſtantiſſimi filios ac ſtirpem ꝑ quoſdã fortunæ ſucceſſus funditus deleſſet: ĩter patriæ miſerias põpas ac triumphum actitaret: qbus ĩ rebus exultare iniquiſſimũ erat. Cum tamẽ una ad deos hoĩeſq; ſit excuſatio q̃ id ex neceſſitate geſtum eſt & eo magis q̃ partis antea de ciuili bello uictoriis: nõ nuntios: nõ ullas publicæ litteras miſerit: quin pudore quodã eam ſibi gloriã repudiaſſe conſtat: In eius tamẽ fortunã proni ciues cum accepto iã freno aliquã inteſtinis malis reſpirationẽ ex unius principatu adhiberi poſſe crederent: eũ ꝑpetuo Dictatorem deſignauere. Ea uero confeſſa erat dominatio: cũ ꝑpetuitatẽ ipſa regnandi uendicaſſet ĩpunitas atq; licentia. Poſtq̃ Cicero de conferendis illi primariis pro humano quodãmodo faſtigio honoribus rogationẽ ĩ Senatu tuliſſet cæteri tamẽ ĩmenſos etiã certatim adiicere ut ex rerum ei decretarum ãplitudine ac faſtu ĩuiſum ipſum & moleſtum uel modeſtiſſimis uiris effecerint. Quibus decernendis nõ minus fauoris inimici q̃ aſſentatores tribuebant: ut q̃plurimis in eum cauſis & uehementiſſimis ĩniti criminibus uideren᷑. Finitis ciuilibus bellis: cum cæteris ĩ rebus nullius ſe maledictis carpendum præbuerit: Tum uero clementiæ tẽplum a ſuis nequaq̃ moribus abhorrens ſuæ gratia manſuetudinis ei merito decretum eſſe uide᷑. Ex his. n. q bellum cõtra ſe geſſerant cõpluribus dimiſſis quoſdã inſup ut Brutum & Caſſium ad impia & honores admiſit quorum uterq; prætura admĩſtrabat. Diſiectas etiã Põpeii ſtatuas haud contẽpſit quin cõtinuo reſtituit. Et ut ait Cicero Cæſar dũ Põpeii ſtatuas repoſuit: ſuas confixit. Obſecrantibus amicis ut præſidio corpus muniret: multiſq; ad id opam ſuam pollicentibus facere noluit: ſatius eſſe inqens mori ſemel q̃ aſſidua expectatiõe pẽdere. Cæterum ut ſeſe beniuolentia pulcherrimo quidẽ ac ſtabiliſſimo receptaculo circunual laret ad alliciendã plæbem uerſus: epulum multotiens dedit: frumentumq; diuiſit. Ad conciliãdum etiã ſibi militum animos: quaſdã deduxit colonias ex qbus clariſſimæ ſũt Carthago atq; Corinthus. Hiſce duabus obtigit urbibus ut cum ſupioribus annis ſimul ĩ poteſtatem ueniſſent: eodẽ etiã tunc reſtituerentur tẽpore. Petentibus cõſulatus & ĩperia pollicebat᷑ impoſterum: quoſdã dignitatibus & honoribus demulcebat: cum ĩ petendis ultro magiſtratibus adiretur ſpem omnibus ingerebat: ita ut mortuo cõſule maxĩo: quanq̃ unica magiſtratui dies ſupeſſet: Caninium Rebulum conſulem deſignarit: Ad quem congratulandi & aſſociandi gratia euntibus multis Cicero maturemus inquit ut hominem ante ſui conſulatus exitum præueniamus. Cæſarem natura magnificũ & honoris percupidum cum nulla rerum magnitudo geſtarum ad percipiendum ex præteritis laboribus fructũ uerteret: quinimmo audaciã ad futura magis atq; magis accẽderet:

maiorum in eo cogitationes operum & nouæ cupido gloriæ pullulabat. Ea propter ꝑíde ac uſu præſentis laudis attrito ſibi ipſi tanꝙ alteri propenſius emulabatur: ita ut ea mẽ/tis agitatio quædã geſtorum ad gerenda fieret contentio. Iccirco expeditionem ĩ parthos agere deſtinarat parabatq;. Quibus ſubactis ꝑ hircaniam ad mare Caſpium & Caucaſũ Pontum obire: dehinc Scythiã & adiacentia Germaniæ loca ingredi. Peragrata deinde Germania ꝑ Galliã in Italiam remeare & hunc ita giratum impii ambitũ cõiungere fini bus eius quaquauerſum ab oceano cõplexis. Medio etiã expeditionis tẽpore Corĩthiacũ fodere Iſthmum enitebatur. Præmeditatus inſuꝑ erat ut Anienẽ ac Tyberim ex urbe ſta tim profunda excipiens foſſa & ad Circeum uſq; deflectens Terracinæ ĩmitteret mari. Qua ĩ re tutelã pariter & cõmoditatẽ negociatoribus excogitarat: Nomẽtanas poſthac ſetinaſq; effundens paludes cãpum aperiret cõplurĩbus mortalium milibus opem atq; ſubſidium. Proximo Romæ mari clauſtra per aggerem ĩducturus cum cæca & malefidã nauibus ſaxa ex Hoſtienſi littore excidiſſet: portus & tanta dignas nauigatione ſtatiões extruere uerſabat. Hæc quidẽ parabant. Ordinandorũ autem ac corrigendorum dierum ſimul & diſcrepantis tẽporis ratio ab eo cum ſapienter tum gratioſe plurimũ excogitata atq; ꝑfecta iocundiſſimum attulit uſum. Nõ ſolum ãtiqſſimis Romani tẽporibus con/fuſis ad anni ãbitum menſibus utebant: ita ut ſacrificia & feriæ ſenſim decurrentes ĩ cõ/trarias anni partes caderent: uerum reliqui tunc etiã ſolis curſum ignorarent: ſoliq; ipſũ tẽpus ſacerdotes noſcerent repẽte ſentiẽte nullo ĩtercalarẽ menſẽ quem Macedoniũ uo/cabãt aſcribebãt. Hunc prius ĩtercalaſſe Numã dicitur: paruum ſane & ad eos emendan dos errores non lõge tendens adiumentum comẽtus: ſicut in eius uita ꝑſcriptũ ẽ. Cæſar autẽ poſtꝙ ea de re inter philoſophos præſtãtiſſimoſq; mathematicos propoſita diſcuſ ſiſſet: ob ſubiectas antea diſciplinas propriã quandã emendatiore cum diligentia uiam demõſtrauit. Qua quidẽ in hanc uſq; diẽ utentes Romani in tanta diſcrepãtia minuſꝙ cæteræ nationes uidentur aberrare. Quod quanꝙ ita ſit: haud tñ efficere potuit: quo mi/nus inuidi: quiq; hoĩs facultatem aut potentiã grauiter ferebãt id factũ ĩprobarent Ora tor igitur Cicero cum quidã cras oriri lunã diceret ita eſt inqt ex edicto quaſi uero & hoc ipſum hoibus neceſſario ſit accipiendum. Regnãdi uero cupiditas manifeſtum præſer/tim odiũ & capitalẽ in eum cõflauit inuidiã. Quæ res prima cõplurĩbus cauſa fuit. His autẽ qui ueteres cum eo ſimultates agebant: honeſtiſſimã præſtitit occaſionẽ. Hi quoq; qui hãc Cæſari dignitatẽ cõparabãt in uulgus ſpargere uoces cœperunt ex Sibyllinis por tendi libris: res Parthorum Romano ſubiugãdas impio: ſi aduerſus illos rex cum expedi tione mitteretur: inuictos alioquin fore Parthos. Poſtea deſcendente in urbẽ ex Alba Cæ ſare: regẽ ſalutare eum auſi ſunt. Tunc ꝑturbata plæbe indolẽs Cæſar: non regẽ: ſed Cæ/ſarem uocari ſe dixit. Tunc facto cunctorum ſilentio nõ lætus magnopẽ: nõ beniuolus præteruectus eſt. Cum honores illi quoſdã in Senatu humano ãpliores faſtigio decreuiſ ſent eum forte in roſtris ſedentẽ cõſules ac prætores cunctis ſimul cõſectãtibus patribus adiere. Quibus haud aſſurgens Cæſar eo more reſpõdit: ut principẽ ĩfimæ cõditionis ho minibus reſponſa dare crederes: minuẽdos magis inqt q̃ ãplificãdos honores eſſe. Id nõ modo Senatoribus ſed & plæbi magnum ĩcuſſit doloꝛẽ: tanꝙ in patribus eã ciuitas con tumeliã ſuſcepiſſet. Iccirco quibus manere licebat: ſtatim grauiſſimo cũ mœrore diſceſ/ſere. Id ubi animaduertit: illico ſe domum cõuertit: & deducta ex collo ueſte ad familia/res uociferatus eſt: ſeſe cuicumq; uolenti paratum præbere iugulum. Eius rei cauſas po/ſterius in morbum reiiciſſe fertur. Quo qui tenentur cum concionẽ ad populum habitu ri ſurgunt eorum ſenſum quietem nuſq; agere: quin ſtatim conquaſſatum & circunagi/tatum uertigenes accerſere immobilemq; deprehendi. Res autem haud ita ſe habuerat. Nam cum magnopere Senatui aſſurgere uellet: quidam eum ex amicis: quinimmo aſſẽ tatoribus Cornelius Balbus detinuiſſe traditur. Nonne te Cæſarem eſſe memineris ĩqt: teq; perinde ac potentiorem coli reuereriq; duces indignum. Inter hæc rerum obſtacula Lupercalium ſolennitas aderat: de qua multi ſcriptores prodidere: eam antiquis tempo ribus fuiſſe paſtoꝛ: Et profecto lyceis quæ in archadia celebrant ꝑ q̃ ſimilis ẽ. In ea multi

nobiles ac primarii adoleſcentes per urbem nudi tranſcurrunt: denſis loris obuium quẽq; per riſum iocumq; cedentes. Complures etiam uxores procerũ eis ſeſe obuias de induſtria offerentes manus tanq̃ ſub præceptore ictibus exhibent. Perſuaſum enim habent id prægnantibus mulieribus pariẽdis: ſterilibus autem cõcipiendi facultatẽ afferre. Hæc Cæſar triumphali habitu aurea ſedens in ſella ſpectabat e roſtris. Antonius ex his qui ſacrum agebant curſum unus conſulatum adminiſtrabat. Is igitur cum forum intrauit cædente populo Lauream tenens coronam porrexit ad Cæſarem: haud clarus & is quidem ex apparatu modicus ſubſecutus eſt plauſus. Tum eã repudiante Cæſare uniuerſus applauſit populus: Offerente rurſus Antonio applaudebant pauci. Eo autem repudiante denuo cuncti fauebant. Patefacta hunc īmodum experientia ſurgens Cæſar coronam in Capitolium deferri iuſſit. Eius quoq; ſtatuæ regium habẽtes diadema uiſæ ſunt. Quod tribuniplæbis duo Flauius & Marulus detraxerunt cõpertiſq; qui primo regem Cæſarẽ ſalutauerant: eos in uincula duci iuſſerunt. Quos magno cum applauſu inſectatus populus eos uiros brutos appellabant. Brutus nanq; regum ſucceſſione deleta ſummã rerum ex unius principatu ad Senatum populumq; detulerat. Ea re inſtigatus Cæſar Marulum dignitate priuauit: eius cõplices ſubinde increpans: ut populum quoq; una obiurgaret. Brutos crebro & turbulentos hoīes uocitabat: hoc pacto multi ſeſe ad. M. Brutum conuertunt. Cui paternum quidẽ genus ab illo fuiſſe cẽſetur. Maternum uero ex illuſtri Seruilii domo. Catonis quoq; generum & ex ſorore nepotem. Hunc cum per ſe ad regã deſtruendam poteſtatem inciſaretur: ſuſcepti a Cæſare honores & gratiæ retundebant. Non ſolum enim bello pharſalico ex Pompei fuga conſeruatus: multis quoq; ſuorum ſalutem impetrauerat uerumetiã magna ei a Cæſare fides habebatur: clariſſimam prætoræ dignitatem aſſecutus erat: quartum in annum conſul futurus cõpetitori prælatus Caſſio. Tum ita Cæſar dixiſſe fertur. Iuſtiora quippe referre Caſſiũ: & tamen haud Brutum præterire licuerit: quin confecta iã coniuratione & nonnullis aliquando uirum incuſantibus: nequaq̃ fidem adhibuit: corpuſq; manu tangens ad accuſantes conuerſus hoc inquit: corpus Brutus expectat: ut qui principatum uirtute meruiſſet: principandi tamẽ cauſa nullum per ingratitudinem ſcelus admitteret. Quidam cõmutãdarum rerum cupidi in hunc ſolum aut primum ſpectantes cum illi uerba facere nuſq̃ auderent: noctu tribunal ac ſedem ex qua prætor ius dicebat: inſcriptionibus huiuſmodi replebãt. Brute dormis & Brutus non es: a quibus ut Caſſius illius animi magnificentiã paulatim cõmoueri ſenſit magis ſolito inſtare uiroſq; ſtimulare. Nam priuatī quoq; nonnihil odii contra Cæſarem habebat: ob eas quas cum de Bruto ſcribebamus cauſas explanauimus. Cæſari præterea ſuſpectus habebatur. Iccirco ad amicos olim dixiſſe fertur: quidnã Caſſiũ uelle putatis? haud. n. mihi magnopere placet: is magnopere pallidus. Rurſus delata ad ſe de Antonio & Dolobella calumnia q; res innouarent non hos inquit pīguis crinitoſq; pertimeſco: uerum pallentis magis atq; macilentos illos Brutum uidelicet & Caſſium. Sed enim fatum præuideri q̃ euitari facilius poteſt. Cum admiranda quædam ſigna & prodigia apparuiſſe dicantur: Fulgores itaq; cæli & nocturnos ſtrepitus per multa deferri loca: ſolitarias in forum aues delapſas in tanta cõmemorare calamitate fortaſſis indignum eſt. Strabon uero philiſophus ſcribit complures ignotos apparuiſſe homines. Extitiſſe quendam militis ſeruum ex cuius manu ingentem emicuiſſe flammam: q; qui intuebantur cõcremari hominem exiſtimabãt. Vt uero extĩcta eſt: eum nihil mali habuiſſe liquebat: Ipſi quoq; Cæſari immolanti cor nuſq̃ comparuiſſe uictimæ: quod dirum ſane erat prodigium. Nullum enim animantium ſine corde natura conſtare. Multi præterea tradidere ſibi a uate prædictum ut magnum idibus Martiis diſcrimen præcaueret. Ea die Cæſar cum in Senatum iret uatem ſalutauit: ſecumq; cauillatus Martiæ quidem inquit idus aduenere: Cui ille ſumma uoce: uenere utiq; ſed nondum præteriere reſpondit. Pridie apud. M. Lepidum cœnans cum diſcumbens quaſdam de more ſubſcriberet

epiſtolas:incidente ſermone:quænam optima mors eſſet:Cunctos præueniens magno
* cum clamore inexpectata reſpondit. Illo deinde penes uxorem ut aſſolet dormiente oēs
pariter cubiculi fores atq; feneſtræ patefactæ ſunt. Strepitu uero ac ſplēdore(illuceſcebat
enim luna)perturbatus: Calphurniam ſenſit profundo ſopore iacentem incertas uoces
& inarticulata ſomno ſuſpiria emittentem. Ipſa uero ſe illum lugere exiſtimabat:quem
inter ulnas trucidatum haberet. Quidam hoc mulieri uiſum obtigiſſe negāt:uerum ut
Liuius refert ante Cæſaris domum Sacellum quoddam inſtar tumuli decori ac uenuſti
ex conſulto Senatus inſtructum prominebat:hoc in ſomniis demolitum cernens Cal-
phurnia maximis proſequi lamentis & lachrymis uidebatur. Cum igitur illuxit dies Cæ
ſarem ſupplex orauit ut ſi fieri poſſet foras ne progrederetur aut Senatum ſaltem differ
ret. Sin ſua paruifaceret inſomnia:aliis diuinationibus & ſacrificiis rei ſciſcitaretur euē
tum. Iam uero quidam Cæſarem metus atq; ſuſpicio cœperat q; ſuperiori tempore nul-
lam fœmineo more ſuperſtitionem Calphurniæ obiectari poſſe cognorat:quam eo die
hiſce malis ægram afflictamq; uidebat. Poſtq̄ multis peractis ſacrificiis male litari uates
retulere:decreuit miſſo Antonio Senatum dimittere. Interea. D. Brutus cognomēto Al-
binus cui magnam Cæſar fidem habebat adeo ut ſecundus ab eo inſcriptus hæres eſſet
aduentat. Ille alterius Bruti & Caſſii in ea coniuratione ſocius:ueritus ne ſi eam Cæſar
diem omitteret:res ipſa uulgaretur:& uates obiurgare & Cæſarem nonnihil īcrepare cœ
pit q; Senatoribus qui irrideri ſe exiſtiment cauſas in ſe detractationis præberet:& oblo-
quii eos. nāq; illo iubente ueniſſe prompta etiam omnium eſſe ſuffragia ut ipſum cun *
ctarum præter Italiam prouinciarum regem crearent. Vtiq; per cæteras terras & maria
diadema geſtaret. Sin quiſq̄ ſedentibus illis dixerit ut impræſentiarum quidē abſcedāt
denuo affuturi cum meliora Calphurniæ obtigerint inſomnia quos inuidorum fore ſer
mones:aut quiſnam ſuos tolerabit amicos qui ea neq; ſeruituti neq; tyrānidi facta eſſe
condocefacerent? q; ſi illam omnino diem abhominaretur:aut ſuſpectam auerteret:præ
ſtare inquit:ut ipſe procedens in curiā appellatis patribus Senatum in aliud tempus dif
ferret. Hæc dicens Brutus ſimulq; manum Cæſaris apprehendēs ipſum deduxit. Is ubi
paululum extra fores proceſſiſſet:ſeruus quidem alienus eum alloqui uehementer nite
batur: Vt uero ſuperante populi frequentia retrudebatur domum irrumpens ſeſe Cal-
phurniæ quoad rediret Cæſar obſeruandum cuſtodiendumq; tradidit: utpote magnas
illi res propalaturus. Erat præterea Artemidorus natione Gnidius græce præceptor elo-
quentiæ:Cuius rei gratia cum quoſdam Bruti familiares conſuetudine ſibi conciliaſſet:
plurimam perpetrandi facinoris partem agnouerat. Id Cæſari ſignificaturus cum quo-
dam libello peruenit. Videns autem Cæſarem:uniuerſos quos ſuſcepiſſet libellos eius
miniſtris cōmendantem propius admodum accedens:hunc inquit Cæſar confeſtim ſo-
lus perlege. In eo enim magna & quæ tua uehementer interſint conſcripta ſunt. Quo ac
cepto cum eum ſæpenumero Cæſar legere eniteretur ab colloquentium multitudine id
facere inhibitus eſt. Eum tamen ſolum cum obſeruatione manu retinens Senatum in-
greſſus eſt. Quidam ab alio traditum hunc libellum aſſerunt. Artemidorum etiam
tota explosum uia nullum īmodum adiiſſe. Verum hæc profecto caſus affert. Cæterū
ipſum cædis & certaminis locum in quo ea die Senatus cogebatur: Pompeius inter alia
ornamenta ante Theatrum dedicauerat. In eo præterea quædam Pōpei iacebat imago.
Ea propter declaratum omnino eſt id alicuius numinis opus extitiſſe:eo rem peragendā
ducentis conuocantiſq;. Caſſius itaq; anteq̄ facinus adoriretur:ad Pompei ſtatuam aſ-
piciens eum tacitus inuocaſſe dicitur:quanq̄ haud multum ab Epycuri opinione foret
alienus. Verumenimuero cum terribilia iam ingruerent conſternationem tempus
incuſſerat & priorem ſubinde ſententiam mentis ægritudo mutarat. Antonium
fidum uſquequaque Cæſari & præcipua pollentem robuſtitate Brutus Albinus ex-
terius detinebat longum de induſtria ſermonem iniiciens. Ingredienti deinde

Cæſari honorifice Senatus aſſurgit. Bruti uero cõplices partim poſt eius ſellã cõſtiterũt ptim ei obuiã ꝓceſſere: ut una cũ Metello Cymbro ꝓ fratre exule ſupplicãti ĩtercederẽt. Sicq; magnis eum obſecrationibus ad ſellam uſq; ſunt conſectati. Cum uero ſedens rogantes ſubmouiſſet: hi uiolentius imminebant. Quod grauiter ferẽte Cæſare: Metellus comprehenſam utraque manu togam deduxit ex collo: id enim aggrediendi ſignum erat: Primus Caſcas iuxta collum enſe percuſſit: uerum tñ neq; graue admodum neque lætale uulnus erat. Virum. n. ut par erat ingentis audatiæ cæpta pturbauerant. Tum ſaucius Cæſar ſeſe conuertens ubi gladium eius apprehendit apprehenſumq; tenuit latine ſimul inclamauit: Scelerate Caſca quid agis: Ille autẽ ubi percuſſit fratrẽ græco ſermone uocans. Fer inqt frater auxilium. Exorto tumultu eos qui aderãt rerum ignari conſternatio facti pariter & horror oppreſſit: ita ut neq; fugã capeſcere neq; opem afferre: neq; uoces emittere prorſus auderent. Ex his autẽ qui ad necem inſtructi uenerant: cum aduerſi nudis circunſtarent enſibus ita ut quocumq; intueret uulnera occurrerent: ferrumque per uultum atq; oculos agitaretur inter omnium manus ut fera uerſabatur. Eius. n. cædis initium unicuiq; deguſtãdum erat. Quo circa Brutus eum in inguine uno confodit uulnere. Tradunt quidam illum cæteris quidem repugnantem huc atq; illuc corpus magno cum clamore ferentem ut Brutum nudo mucrone conſpexit: contracta ueſte caput bduxiſſe. Tum ſiue caſu ſiue obtrudentibus homicidis ad quãpiam ſe baſim demiſit: in qua Pompei ſtatua fuerat: quã occiſi cruor magna ex parte reſperſit adeo ut præſide Pompeio: ſubiectum pedibus hoſtem pœnas dantem & inter uulnerum multitudinem terram calcibus pulſantem exiſtimares: quæ uigĩti tria numero is ſuſcepiſſe dicitur. Vbi complures dum unum in corpus tot intendunt plagas ſeſe mutuis conſauciãt ictibus. Mortuo Cæſare cum Brutus de his rebus a ſe confectis relaturus ĩ medium proceſſiſſet: nequaq̃ immoratus Senatus ꝑ portas effugit: plæbem tanto tumultu & ancipiti terrore repellens: ut alii clauſis domibus: alii relictis trapæzis & numulariis officinis diſcurrerẽt. Quidã locum cædis inſpecturi: quidã iam conſpicati aduolabant. Antonius & Lepidus Cæſaris amiciſſimi cum ſeſe ſubduxiſſent in alienas quaſdam domos profugere. Brutus & reliqui ſicut erant a cæde tepentes nudis enſibus ex curia ſeſe una non fugientiũ more in Capitolium receperunt. Quin apprime alacres ac fiducia pleni ad libertatẽ populum conuocabant: obuios quoſq; optimates congratulantes excipiebant. Nõnulli perinde ac operis participes compararent ſe illis conſcendentibus admiſcebant. Ex quibus. C. Octauius & Lentulus Spinther erant. Hi ab Antonio & Cæſare Auguſto poſterius interfecti: oſtentationis & iactantiæ pœnas luere. Cum interim ne gloriæ quidem ob quam gloriabantur: fructum ullum percepiſſent. Nam nec eos aliquod in ea re periculum ſuſcepiſſe creditum eſt. Quiq; illos trucidabant: non perpetrati facinoris: ſed uoluntatis ſupplicia exigebant. Poſtridie deſcendens Brutus concionem habuit cui eo ſe pacto populus attẽtum adhibuit: ut factum neq; grauius increparet neq; probaret. Verum permulto ſilentio declarabat ſe cum Bruti reuerentia Tum uero Cæſaris miſericordia commoueri. Senatus uniuerſis cõciliatus oblitterãdas ſtatuit inimicitias. Cæſari quoq; diuinos cernere honores: ex his quæ in ſuo principatu cenſuiſſet: ne minimum quidem labefactandum eſſe decreuit. Bruto reliquiſq; tum prouincias tum honores pro unius cuiuſq; dignitate diſtribuit. Quapropter omnibus & pacata res & comparationem accepiſſe uirtus uidebatur. Apertis autem Cæſaris teſtamentis poſtq̃ ampla Romanis legata uiritim eſſe cõptum eſt: ac delatum per forum corpus deforme uulneribus apparuit: nullus amplius rerum decor: nullus ordo uulgum detinebat. At congeſtis ſuccenſiſq; circa cadauer ex foro gradibus ſubſeliis cancellis trapezis ipſum concremauerunt. Ardentibus ĩde ſublatis torribus ad percuſſorum domos ut eas incendio uaſtarent percurrebant. Alii per omnes urbis regionis ut captos diſcerperent uiros magna cum indagatione commeabant. Ex quibus in nullum prorſus (hi enim ſeſe in tuto ſepſerant) inciderunt. Cinnæ autem Cæſaris æquali ſuperiore nocte durum quoddam obtigiſſe uiſum ferunt. Exiſtimabat. n. ſe a Cæſare ad cœnã ĩuitari. Quod cũ recuſaret: ĩuitũ ac reluctãtẽ ab eo manu trahi. Cũ

uero Cæſaris corpus in foro cremari accepiſſet: exurgens ut eum decoraret ibat quanq; & inſõnii ſuſpitione & febri teneret. Eo ī publicum prodeunte cõſpectum cum ex multitudine qſpiã de illius noīe pcũctaret ex alio certior factus ſubīde alteri rettulit. Confeſtim p oẽs diuulgatum é: hunc hoīem ex Cæſaris īterfectoribus eſſe. Quidã. n. eiuſdē nomīs Cinna īter cõiuratos fuerat. Quẽ cum iſtum ipſum eſſe ſuſpicarent eum magno cũ īpetu trucidarũt. Hoc ueriti Brutus & Caſſius paucis poſt diebus ex urbe deceſſerũt. Quid autẽ hi geſſerint: ac deīde ptulerint ī uita Bruti ſcripſimus. Periit Cæſar ſexto & quīquageſimo ætatis ſuæ anno: poſt Põpeium haud multo āplius quattuor ſupſtes annis. Cui ex ea dominatione & prīcipatu quem omni uitæ tẽpore p tanta inſectatus erat pericula nullus præter nomẽ & refertã inuidia gloriã ex ciuibus fructus obtigit. Magnus ille ſuus quo uiuens uſus erat Genius eius quoq; defuncti necis ultor ſubſecutus eſt. Oẽs nanq; terras & maria peragrans eo uſq; īueſtigauit ut ex pcuſſoribus neminẽ relinqueret quin uniuerſos aut operi manus īferentes aut cõſilium īpartientes in ſtragẽ dederit. Cæterũ ex humanis quidẽ rebus id præcipue admirationis extit quod Caſſio euenit. Eodẽ ſiqdẽ pugione quo in Cæſarem uſus fuerat ſeipſum interemit. Ex diuinis autẽ ſtella ingẽs crinita quæ cum poſt Cæſaris īteritum ad ſeptem uſq; noctes eximio fulgore apparuiſſet: poſtea nuſq; uiſa cõparuit. Solis præterea lumen caligine obſeſſum: toto nanq; illius anni ſpatio pallens globus & ſine ſplendore oriens ībecillem ac tenuem ex ſe calorẽ emittebat. Quare grauis ac diſptientis ībecillitate caloris obſcurus aer ſemicoctos edebat fructus immaturos & impfecto flore collabentes: tantum aeri frigus īerat. Ingratã uero minimeq; deis cõplacitam Cæſaris necem præſertim factum Bruto declarat oſtentũ. Id aũt eſt eiuſmodi Ex Abydo in alterũ littus traiecturus exercitum ſuo more ītra tabernaculũ nocturnæ ſe quieti dederat: haud dormiens uerum futuri ſollicitus. Hũc. n. uirum oīno longe impatorum ſuapte natura uigilantiſſimum minimũ ſõno tẽpus impendiſſe tradunt. Interea circa fores quendã ſenſiſſe ſtrepitum uiſus. Cum ad inclinantis iã lucernæ lumen intueret horrendum cernit ſimulacrum hoīs inuſitata quidẽ magnitudīe: & ſpecie grauiſſima: quem ut nihil agentẽ aut proloquentẽ: ſed lectulo tacitum aſſiſtẽtẽ aſpexit: primum attonitus quiſnã eſſet interrogauit. Ei reſpondens ſimulacrum: tuus īquit malus ſum Brute Genius in philippis me uidebis. Tum Brutus ſumma cum fidutia ītrepidus uidebo ait: cõtinuoq; euanuit imago. In ſequenti tẽpore Brutus in philippis aduerſus Antonium & Cæſarẽ pro acie dimicãs: priori prælio ab ſua parte uictor fugato ac fuſo hoſte Cæſaris caſtra diripuit. Secundam deinde pugnam commiſſuro nocte quadã eadem aduentat imago: ita ut nullum faceret uerbum. Brutus ubi impendere iã fatum ītellexit ſeſe diſcrimini obiecit. Ei tamen in certamine cadere nequaquam euenit. At uerſis iam ſuis in fugam ipſe in præcipitem quendam ſe recipiens collẽ: nudo mucrone pectori incubuit. Itaq; familiari quodam ut fama eſt ictum fortius adiuuãte moribundus cecidit.

PHOTIONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

DEMADEM ORATOREM TRADVNT PLVRImũ Athenis potẽtia & opibus ualuiſſe: ob id maxīe q in rep. adminiſtrãda nihil præter Macedonum & Antipatri gratiã q̄ritabat. Hũc plæraq; multa contra prīæ dignitatẽ & cõmoda facientẽ dicer ſolitũ accepimus: Iure ſibi ueniã tribuendã: q naufragæ ciuitatis reliq as gubernaret: dictũ nẽpe temere īprudenterq; ab hoīe ſicut nõ prudente ita & parũ ītegro ī rep. ciue. Id ſi ad Photiõis īſtitutũ & uitã illiuſq; ſæculi mores rettuleris: uidebit ab eo qdẽ nõ ieptе falſoue dici potuiſſe. Nam Demadem ipſum reip. fuiſſe naufragium conſtat: ciuem luxu & auaritia perditum. In quẽ ſæpe cum eſſet fracta ætate corporeq; ſenecto dicere

ſolebat Antipater. Nihil ei pinde ac cæſis uictimis præter uẽtrem & linguã reliq ſupeſſe. At nõ magnas Photionis eximiaſq; uirtutes iniqtate tẽporum uelut inſuperabili quodã hoſte deprehenſas minus ad conſequẽdã gratiã idoneas effecere græcis calamitates atq; procellæ. Neq; Sophocli cenſeo adhibendas aures: cũ uirtuté fingit ſuapte natura & uiribus ĩbecillã. Nõ. n. infœlicibus o rex ĩqt idem manet animus qui florebat ante: ſed languet: & ſeſe ipſe deſerit. Ego uero fortunæ magno cuiq; ac forti uiro aduerſanti nihil plus tribuendũ poteſtatis exiſtimo: q̃ ut ĩuidiã poſſit pro laude qro debita gr̃a odiũ cõparare. Atqui plæbẽ cõpertum eſt tum ſolitã ĩiuriis benemeritos de ſe ciuis afficere: tũ ſecundis rerum flatibus uelut cæco quodã ĩpetu pulſa feratur: quanq̃ id ipſum interdum ſolet uel afflictis reip. tẽporibus euenire. Nã calamitatis & miſeriæ hanc eſſe: cum ſæpe pſpicimus: ut mortalium aĩos ad oẽm iræ ĩpetum mobiles ac procliues reddit: a quibus nihil ſolet niſi quod blãdum ſit: æqs auribus audiri. Mordet ecõtra aduerſũ oẽm tã & ſi rõne illud bonaq; mente dicit. Sic. n. plane cõparatum eſt: ut cum calamitoſi hoĩs erratũ reprehendit: miſeria illi potius uideat exprobrari: q̃ culpa. Quo fit ut ei liberius patefacta ueritas nõ tã moriendi q̃ obiiciendæ ĩfœlicitatis cã explicata putet. Nã ut mel natura ſuauis ſuaue qdem: ulceribus tñ ſalubriter admotum acerbos dolores cõcitat: Ita & ĩfœlicẽ aduerſi ſermones uel ſi ſalutares ſunt: mordent tñ: niſi prudenter admodũ & aliqua cũ miſericordia proferant. Recte igr̃ iocundũ definiuit Homerus: quod mẽti facile aſſentiret: nec illi palã obſiſtere ex aduerſo ſoli: qui oculoꝝ laborant ualitudĩe: umbroſa loca opacoſq; rerum colores appetere: & ab õi paulo excellẽti lumĩe abhorrere. Id quoq; ciuitatibus euenit grauiore aliqua procella ſua præſertim culpa exagitatis. Quæ ſicut aſſentationibus capiunt maxĩe: ita pinique ferunt ſiqs illarũ peccata aptius ĩprobat: ſiqs ueritatẽ nudã nulloq; adornatã fuco deprõpſerit: ſiquis fortiter grauiter ac ſeuere afflictis rebus cõſulat: nihil ſalubre gratũ illis eſt: ſi nõ idem aliqua fuerit adulatione cõſpſũ. Ego itaq; eiuſmodi ciuitatẽ minĩe tutã: quin potius labentẽ & ĩclinatã dixerim: ĩ qua is poteſt plurimũ: q neglecta ciuitatiſq; poſthabita ſalute captandæ popularis auræ cã ad gratiã pgat cõſulere. Earum demũ breuiſſima uia ẽ ĩ qua ſeſe pariter ac bonum quenq; fallendo ac mentiẽdo perditum eat: At opepretium ẽ ĩ ciuitatibus & populis gubernãdis ſolẽ ipſum imitari ſapientiſſimũ rerum parentẽ & ſeruatorẽ. Hunc mathematici phibẽt ſupremi orbis ui ac ĩpetu raptũ obſequi: nõnihil tñ ecõtra tẽdere utiq;: ſed ea modeſtia & arte ut illi nec oĩno obſequi nec obſiſtere cõtumaciter uideatur. Nã cum ĩtelligeret hĩc ſupionibus cæli uiribus parendũ eſſe: illinc rerum naturã ſine altero cõtrario motu haud poſſe cõſiſtere: cæpiſſe illum aiunt iter ex tranſuerſo oblique molliterq; deflexum. Eaq; rõne nouum quoddã motuũ ac tẽperamenti genus excogitaſſe: quo uno rerꝝ ortui ac ſaluti pq̃tute cõſuleret. Sic itaq; ĩ ciuitatibus dura nimium & populari uoluntati ſemp ad uerſa ſeueritas: cõtraq; item blanda & ad uulgi tantum libidinẽ accõmodata facilitas pari ciuitates labe ac piculo affecere. Qui uero in adminiſtrandis rebus ita uerſantur: ut ad ſalutem publicumq; cõmodum uelut ad metã aliquã ſua conſilia dirigant: nonnihilq; ĩterdum ciuium gratiæ & uoluptati conceſſerint: nec ſingula uelut ad filum redacta uelĩt ſeueritate potius & ui q̃ manſuetudine & humanitate conficere: hi mihi plane uidentur ſapientiſſime ſeruandarum rerum uiam incedere: q̃q̃ exiſtimo haud parui eſſe negocii ſeueritatem poſſe cum comitate retinere. Quod qui nactus eſt: rem profecto eſt aſſecutus: qua nulla eſt neq; harmonia concinnior: neque concinnitas ſuauior: neq; ſuauitas gratior aut utilior. Ea eſt qua mundi molem hanc deus gubernaĩ dicitur: nõ tã ui fretus aut potentia: q̃ arte & ratione neceſſitatem parendi demulcẽs. Hoc iuniori Catoni defuiſſe proditum eſt homini ſeueriore ĩgenio prædito & moribus ad popularem gratiam minime accõmodatis: cuius id fuerit ſemp in rep. inſtitutum: ut nihil unq̃ aut aſſentando aut ambiendo aut obſequendo in omni uita confecerit. Ea propter Ciceronem dicere ſolitum accepimus: conſolatu caruiſſe Catonem: quo in Romuli rep. uiueret: quemadmodum fuerat ĩ Platonis politia uiuendum. Mihi uero idẽ Catoni quod ĩtẽpeſtiuis & extra naturæ legem naſcentibus pomis contigiſſe uidet: quæ nõ tam libenter hoĩes comedere

q̄ mirari: & iocunde cōſpicere ſolent. Sic priſcā illa Catonis iāq; obſoleta & alte nimium repetita uiuendi forma īter pditos ſni ſæculi mores excellēs admirationē habuit illa qdē & gloriam ſingularē: fructum uero & utilitatē minime certe parē. Eius. n. uirtus cælſa nimium eminēſq; haud ullo potuit pacto cum eiuſce tēpeſtatis ꝑſtratis moribus adæquari. Cato ſi non dirutā uel labentē patriam ut Photion: at certe crebris agitatam procellis & fluctibus nactus eſt. E cuius puppi clauoq; exturbatus: cum nihilo ſegnius rudētibus & uelis īniteretur fortune: quæ ad obruendum Romæ libertatē oēs uires ſuas ītenderat: uſq; adeo īpedimento fuit: ut ancipitē illi diuq; dubiam uictoriam fecerit: ſceleſtorum itaq; ac pditoꝝ ciuiūm auxilio freta romanæ tandē libertatis ſplendorē extinxit: non id qdem cito facileue. Nihil. n. propius factum ē: q̄ ut Roma Catonis uirtute cōſtantiaq; defenſa ex eo piculo ſupeſſet. Huic tanto uiro Photionē iure comparādū duximus. Fuit enim ī utroq; morum uitæ īgeniiq; ſimilitudo: nō illa qdē remota & gñalis ut īter multos ſæpenumero fuiſſe legimus. Eſt. n. plærūq; fortitudīs ad fortitudinē diſſidens quædā cōparatio: ut Alcibiadis Epaminundæq;: quoſdā diſſimiliter prudentes fuiſſe accepimus: ut Themiſtoclē & Ariſtidē. Iuſticiaq; itē ī Numa aliter ī Hageſilao eluxiſſe dicit. Photionis autē Catoniſq; ſi nō fortuna: at certe cum natura & īgenium tum multo maxime mores uident & īſtitutū ſic cōueniſſe inter ſeſe: ut omni uel tenui uarietate ſublata unā uterq; præſtiterit animi ſpeciē & īgenii liniamenta. Ambo &. n. ſeueritatē cum comitate fortitudinē cum prudētia alienæ rei curā ſine ſui negligentia: turpitudīs odium cum honeſtatis cultu ſic pari æquaue lance mixtas habuere: ut in dignoſcenda ſiqua eſt uarietate ſubtili quodā accuratoq; iudicio opus eſſe uideat. Catonē nobili claraq; familia natū cōſtat. Photion autem Athenienſis haud certū habemus quo gñe qbuſue parētibus fuerit. Ego tñ nō abiecto illum puto aut ignobili loco natū: tā & ſi Idomeneo placet patrem eius Cōdarium fuiſſe opificem. extat. n. Claucippi oratio ī Photionē & acris & uehemens: ī qua cōplura ī eum cōuitia & probra cum collegiſſet: nullū de gñe aut parentibus maledictum attigit. Abducit me item ab Idomenei ſententia eximia uiri & præſtans ī omni uita & modeſtia: īgenuaq; īſtitutio ac liberalis: quem cōſtat ab īeunte ætate Platonis primum deīde Zenocratis ī academia fuiſſe diſcipulū: & optimaꝝ artiū ſtudia coluiſſe. Hunc Duris tradit fuiſſe morum grauitate cōſtantiaq;: ut eodem oris habitu in omni uita ſeruato: nec ridere illum quiſq̄: nec lugere facile uiderit. Nūq̄ Lauandi cauſa uulgares balneas eſt ingreſſus: īdutus nunq̄ e pallio manū exeruiſſe uiſus ē. Ruri ac militiæ nudo ſemp īceſſit pede: niſi hyems illum atrocior ad calceos īpuliſſet. Iccirco ferunt īter iocātes milites nullū fuiſſe ſignificādi crudelis frigoris certius argumentū: q̄ affirmare calceatum Photionem tunc fuiſſe. Erat īgenio miti humanoq;: ſed cuius leuitatem facies natura triſtis atq; ſeuera ita mentiretur: ut eius cōgreſſū nō nemo familiaris aut ſolus aut libens petierit facile. Inde Chares (ut erat orator nō inſulſus) cum ī eius ſupcilium feſtiue īterorandum īuectus uniuerſæ cōcioni riſum excitaſſet: ī eum hoc ſupcilū Photion inqt nihil mæroris uſpiā nobis o ciues intulit. At huius ſalibus & facetiis luctus eſt ſæpenumero patriæ cōparatus. Fuit eius oratio grauis uehemēs & præceptis ſententiiſq; cōferta. Maxīe autem præſtabat acuta quadā & ad faciendā fidem apta breuitate dicendi. Siquidem Zenonem ſtoicum dicere accepimus ſolitū: philoſopho dignum minimē eſſe id uerbū: quod nō fuiſſet mente prius & cogitatione ītinctum. Id ipſum quoq; uidetur placuiſſe Photioni: cuius erat ſermo uerborum paucitate perbreuis qdem: multus uero ſententiarum magnitudīe & grauitate. Polyencto quoq; homini graui & erudito ornatiſſimum oratorem uiſum eſt fuiſſe Demoſthenem: in ſuadendo autem uim maximā Photionem habuiſſe. Animaduertit idem orationi cōuenire quod nummis: qui eo ſunt præſtantiores: quo in minore materia plus ualoris ac precii cōplectantur. Sic optimū eſſe uidetur oronis genus illud: quo paucis multa ſunt grauiter ſapiēter acute ſignificata. Igī Photion apud populū aliqñ dicturo: cum oppleto iā hoībus Theatro cogitabundus deābularet ī ſcæna: familiarē eius quēpiā ferunt ꝑpius accedentē rogaſſe: qdnā iſtuc eſſet: qd̄ ſecū tā accurate cogitaret. Tū Photiō ita me pol inqt: tā dudū cogito ſiqd

ex ea poſſum oſone quā habiturus ſum demere. Demoſthenē uero fama eſt cæteris ſpre tis oratoribus ſiquādo dicturus ſentētia Photion ſurrexiſſet: cōuerſum ad amicos ſum miſſe dicere ſolitum: En adeſt uerborum meorum gladius. Cæterum hoc nō minus for taſſe moribus q̄ eloquētiæ tribuendum. &. n. ſæpenumero cōpertum habemus: multas diſerti hominis argumentationes īgenio & arte inſtructas uel uno uiri boni uerbo uno & iam nutu facile fuſas atq; diſiectas. Photiō adhuc adoleſcens ſub īpatore Chabria me ruit: a cuius nunq̄ latere mīro quodā diſcendi ſtudio diſcedebat. Is ad diſcendaſ bellicas artes militarēq; diſciplinā magno Photioni adiumento fuit. Nec minus ille ſui ducis in genium ī re agenda nō ſatis conſtās aut frenatū ſuo cōſilio grauitate & prudentia guber nabat. Chabrias. n. ſuapte natura ad īeunda pericula tardior poſtea q̄ cœpiſſet cū hoſte conſerere: ira nimia cōcitus uehemēter ſolebat accendi. Impatorii officii facile obliuiſci: ſeſe temere periculoſis obiectare. Cuius audacia quo tādem par erat euaſit. Nā ī pugna nauali aduerſus Chios primus omnium ī hoſtile littus inuectus cū pro explicando in terrā milite ī occurrentis hoſtes audacius proruiſſet: pugnās cōfoſſus eſt. At uero Photiō & ī cauendo ꝑiculo prudens: & in gerēdo negocio īpiger: illū & cunctātē incitabat: & cō peſcebat nimia audentē. Chabrias ut erat īgenio docili: phumanoq; illū libenter audire: ei maxīa quæq; credere: Siquid ſtrenue fortiter ſapiēter eſſet obeundū: illius potiſſimū uti opa: nihilq; prætermittere: quo minus īſigniē uiri uirutē omni Græciæ palā faceret. In eo prælio quod auerſus Naxios ſecundo marte nauibus geſtū eſt: maximā ſibi Pho tion & fortitudinis & prudētis laudem uēdicauit. In quo dux Chabrias illum oppoſuit dextro naxiorum cornu: ubi locatum erat omne ferme militis robur. Prima illa naualis pugna pro græcis ab Athenienſibus poſt uaſtitatē propria ui fœlicibuſq; auſpiciis cōfe cta lōge cariſſimū Chabriā patriæ reddidit. Egregiam quoq; uirutē Photiōis iā dignam īperio cuncti ſummis laudibus affirmabāt. Parta eſt ea uictoria quo die āgebant Athe nis magna myſteria. Eiuſq; gratia Chabrias quoad uixit poculū quotānis attico popu lo dedit. Hic deinde Photionē delegit: q cum uigīti nauibus ad exigenda inſularū tribu ta proficiſcat. Tum Photion ærarii potius pauptati q̄ ſuæ dignitati cōſulens dixiſſe fer tur: exiguas eas eſſe copias: ſi ad hoſtes pugnaturus emittit: ſin ad ſocios ſat ſibi uel unā fore. Ita unica cum trireme ſingulas adiens inſulas earumq; prīcipibus ſibi cōciliatis: cū multis quas inſulares ad cōuehenda tributa coegerāt: nauibus Athenas uenit. Mortuo Chabria grati admodū & beniuoli in illum animi argumētum dedit. Nā quē nimium multo ſtudio & obſeruatione coluerat: extinctū etiā omni quoq; potuit officii gñe eſt ꝑ ſecutus. eius. n. neceſſariis nulla ī re defuit unq̄. Cteſippum filiū diligenter ac phumane collegit: quo īpuros adoleſcentis mores ipſe cōponeret: eius tamen cum duro tum mini me liberali ingenio nuſq̄ adduci potuit: ut curā & laborem in illo īſtituendo dimitteret: cuius ineptias non modo pertulit patienter: uerumetiā ſtudioſe tegebat: Quanq̄ ſemel aiunt Photiōis cōſtantiā importunitate leuiſſimi iuuenis ſuperatā. Nā cum ille impato rium quoddam munus ſtudio accuratior obiret: Cteſippus ut erat futilis deliruſq; gra uiſſimum imperitumq; īperatorē cœpit fatuis quibuſdā īterrogatiunculis obtundere: atq; illum q̄ſi monēs docēſue īportunius perurgere. Tum ſtomachatum Photionē dixiſ ſe fama ē: O Chabria Chabria cumulatā tibi pro amore nr̄o gr̄am nunc perſoluo: qui na ti tui deliramenta ſuſtineo. Vt uero aīaduertit ciuitatis prīcipes munera bellica & toga ta īter ſe q̄ſi ſorte partitos. Quidā. n. uelut Eubulus Ariſtophon Demoſthenes Hyperi deſq; e foro tm̄ & curia dignitatē ſibi & āplitudinē quæritabant: alii uero bellicos magi ſtratus & īperia ſectabāt: hi erāt Diopethes Meneſthenus & Chares. Hæc inq̄ ubi aīad uertit Photion: uiſum eſt ſic munus utrūq; ſibi cōplectendum: ut & in toga poſſet excel lere: & nulli ducum in armis eſſet īferior. Meminerat. n. tales Pericles Ariſtidē Solonēq; fuiſſe: quorum nemo (ut eſt apud Archilochum) aut Martis opera ſæui aut placida mu ſarum dona neglexit: Atq; Palladem ipſā bellicam ſimul ac ciuilem & eſſe & uocitari. Hoc inſtituto remp. capeſſendā ratus: nihil tamen potius quā quietem pacemq; publi cā cupe uidebat: Imperia habuit quot quantaq; nemo aut ſuæ aut ſupioris ætatis ducū

Athenis eſt cõſecutus: e qbus nullum oĩno aut ambiens aut ulla ſignificatione cupiditatis eſt adeptus. Sed illa ſicut populi uoluntate ſpõte delata: ita repudiata nunq̃ rep. poſtulante. Certum ẽ. n. Photionẽ quintũ ſupra q̃drageſimũ geſſiſſe ĩpium: cum nec ſemel ipſe comitiis præſens ĩterfuiſſet. Quod eo ſolet uideri maius: quo nihil eum ĩ omni uita popularis gratiæ cã uel feciſſe certe uel dixiſſe cõſtat: quin ĩmo ab iis artibus tm̃ abfuit: ut ſæpiſſime plæbi ſit acerrime cõtumelioſeq; aduerſatus. Hoc nõnullis miraculo fuit: q parum popularẽ leuitatem experti nõ ĩtelligunt uulgarem turbã reges imitari ſolitã: qbus poſt epulas ubi cerere & Libero læta mens diffluit: ioci tm̃ & aſſẽtationes poſt habitis ſeriis ĩ præcio ſunt: quod itẽ ĩ ciuitatibus: ubi plæbs ĩperet: factũ uidemus. Nam arridente fortuna tranqlloq; rerum curſu in quo plus blandiciaꝝ & aſſentationis cõſpexerint ĩ hunc facile ſuos honores cõferunt. Aſt ubi ĩtonuerit ubi grauior aliqua tẽpeſtas illis uelut crapulã & ſõniũ abegerit: iã ĩ gubernaturo nõ quærunt blanditiæ: ſeueritas iuſtitia ſapientia ĩ honore eſt: Ad eos tum cõfugitur maxĩe: quos ante uiderint erroribus ſuis fuiſſe uehemẽter aduerſos. Habuerãt ex delphis Athenienſes oraculũ: cuius erat hæc ferme ſententia: Vnum Athenis hoĩem eſſe ſolũ: q aduerſus ciuitatẽ ſentiret: cum cæteris tm̃ oĩbus idem eſſe ĩ remp. animus. Hoc ubi publice recitatum eſt: exurgens Photion deſinite ciues inquit: quẽnam deus ea uoce ſignificet: deinceps ĩquirete. Vnus. n. is ego ſum: cui placeat nihil eorum que ĩ rep. nunc gerantur. Rurſus cũ interorandũ eius ſententiã uniuerſa magno aſſenſu cõcio excepiſſet: ad proxĩos uerſus me miſerum inquit: uereor. n. ne quod mihi ſtultum uerbum ĩprudenter exciderit. Sacros ludos Athenienſes ĩſtituerant priuata ciuium collatiõe ornandos: portionem ſuã cõtulerant cæteri. Tum ĩuitatus ad ſoluẽdum Photiõ: a diuitibus ĩqt iſta expoſcite. puderet. n. me: ſi eã quã ſum Charicti fœneratori obnoxius pecuniã ĩ hoſce ſumptus abſumerẽ. Cũ uero ĩportunius illi clamore inſtarent & minis: fabulã huiuſmodi orſus eſt: Ignauus qdã miles ĩ prælĩũ pgit ire. illum grex cornicum obſcœna uociferatione circunuolat: eo quaſi ĩfauſto omĩe pterritus miles poſitis armis nõ ultra progreditur. Silent aues. ille tela reſumens ire conſtituit. Ingeminatur auium cantus de integro: Tunc ad illas conuerſus: uos inqt pro uiribus clamabitis. Me certe nunq̃ guſtabitis. Ferunt a militibus aliquãdo rogatum: ut ſe ĩ aciem pugnatores educerent: illorum diffiſum animis ac uiribus noluiſſe: tunc irati milites crebris illum maledictis inceſſere: trepidũ ĩpatorem effœminatumq; uocitare: eum metui ſuo ꝑiculum uanum prætendere. Ad hæc Photion o uiroꝝ inqt fortiſſimi: neq; uos me ĩtrepidum: nec ego uos itẽ ignauos unq̃ efficiã. Atqui ſat nobis ẽ noſtra utriſq; noſtrum plane cognita eẽ ĩgenia. Re aliquãdo militis male geſta: accenſa plæbs irãq; in Photionem euomens: pœnas ab eo male adminiſtrati ĩperii depoſcebat. Quibus ille o fœlices inquit: ſaluti prius & ꝑiculo ueſtro cõſulite: deĩde meis de criminibus per ocium ſtatuetis. Fuere nõnulli milites qui quoad ſub ipſo meruerant: ĩter tubas & armorũ ſtrepitum exangues ac conſternati: hoſtis etiã longinqui cõſpectum nõ ſuſtinerent. Hi pace facta oĩq; exacto ꝑiculo feroces derepente audenteſq; facti ſeſe iactabundi extollere: Photionem ignauie inſimulare: Illum unum fuiſſe cuius fortitudinis uictoria e manibus eſſet erepta: tum ridens Photion o fortunatos uos milites ĩquit: qbus ĩpatorem ſors dederit ueſtræ gnarum uirtutis atq; ingenii. Alioquin iã pridem miſere piiſſetis. Diſceptabant Boecii de agrorum finibus cum populo Athenienſi: quem cum uideret Photion repudiatis arbitris ferro malle q̃ iure litem dirimere: Si ſapitis inquit uiri Athenienſes uerbis potius quibus præſtatis: q̃ armis quibus ĩpares eſtis decernite. Orantem illum cũ obſtrepens concio ĩpediret: quo minus ſententiam diceret haud illis oĩno gratã: Veſtri inquit arbitrii ciues eſt: ut quod nolim a uobis coactus faciã: contra uero tententiã meã ut eloquar id profecto hominum nemo facturus eſt. Sed interſeramus nunc e multis pauca: quæ ĩ oratores contrariarum partium mordaciter ab eo feruntur. Cum populũ aliquando paulo liberius ĩ concione reprehẽderet: Demoſthenes ait: Trucidabit te plæbs Photion: ſi paululũ ĩſanierit: cui Photion: q̃n te potius ſi paululũ reſipiuerit. Polĩectus Shpecius lõgã de ſuſcipiendo cõtra Philippũ belſo orationẽ habuerat: erat aũt tũc æſtas

media. Hunc igitur partim pinguedīe corporis: partim ſolis feruore coactū cum uidiſſet ſæpius ad recreandos oppreſſos anhelitus aquam ſorbillare interorandum: Dignā hercle rem inqt uiri Athenienſes: ut huic de gerendo bello credatur: quāta. n. illum ī medio Marte ſua galea & thorace facturum exiſtimatis: quē uel ipſe loquendo labor in animæ exalandæ diſcrimīe impulerit. Lycurgus Photionem multis in contione maledictis carpſerat quia Alexandro decē ad ſupplicium ciues poſcenti dedendos cenſuiſſet: Cui Photion meis inquit conſiliis utinam tanta fuiſſet habita fides: quanta erat in illis ſalus atq; utilitas. Fuit ea tempeſtate Athenis Archibiades quidā: cui ficti fucatiq; mores Laconiſtæ cognomen indiderant. Hic auctoritatem ſibi nō tam uirtute q̄ enutritæ barbæ proli xitate graui ſupcilio tardo inceſſu lacernaq; laconia quæritabat. Illum igitur Photion cū ſibi ad populum dicenti parum fidei haberetur: dictorum ſuorum inuocat teſtem: q̄ cū populo ut aſſentaretur: ueritatem negaſſet: continuo accedēs propius Photion: illiuſq; barbam in ſpeciem mulcendi apprehendens: q̄ decuerat inquit hanc barbam & indumēta boni uiri inſignia prius q̄ mentireris depoſuiſſe. Nec illud Ariſthogitonis ſycophātæ prætereundum: cuius conciones nihil ferme præter bellum ſonabant & arma: quiq; ſuis populum orationibus in pericula ſæpe compulerat. Is cum intelligeret haberi delectum: ſimulata ualitudine crus obligat: baculoq; innixus inſtar uulnerati claudicando prodit ī publicum: quē Photion a tribunali longe proſpiciens uociferans inquit: Scribe Ariſthogitonem claudum & eundem īprobum ac mendacē. Nec mecū interdū reputans mirari ſoleo hominem uſq; adeo durū ſeuerumq; Chreſti hoc eſt frugi cognomētū eſſe adeptū: quanq̄ haud īpoſſibile puto ut eſt in uino ſic & in uiro ſuauitatē eſſe cum auſteritate cō iunctam: Vti plæroſq; contra uidemus primo ſtatim cōgreſſu faciles uideri ſuaueſq; ac phumanos: quorum ingeniū conſuetudo longe detegit aſperum intrectabileq;. Propterea Hyperidē tradunt Athenienſibus dicere ſolitum: ne uellēt an eſſet acerbus inſpicere: ſed eſſet ab re proteruiterq; acerbus. Vulgo &. n. iuſta odiſſe ſolent: & quos rei nō publicæ ſed priuatæ cauſa duros ac ſeueros cognouerint: & qui in rep. ad contumeliā īiuriaſq; potentia & uiribus abutantur. At uero Photionem ex omni ciuium numero neminem compertum eſt non modo priuatum affeciſſet iniuria: ſed ne odiſſe quidem: tā & ſi cum multis ſæpius eſt ab eo reip. cauſa ſuſcepta contentio. Atq; hac in re ſic ſe conſtantē præbuit ſic acrem inexorabilemq;: ut nullo periculo nulla gratia nullis deniq; potuerit artibus ab iuuandæ patriæ inſtituto abduci: cum priuatim tamen tanta in omnes fuerit humanitate beniuolentiaq;: ut uel eorum ſæpe quos in rep. aduerſos habuit temporibus & periculis non deeſſet. Quare cum a ſuis reprehenderetur: q; hominē īprobum in iudicio defendiſſet: At nemo bonus inquit eiuſmodi patrocinio indiget. Ariſthogitonē ſycophātam Athenienſes damnatū uinculis coercebāt. Is oratum Photionem mittit: ut paululū uelit ad ſe uiſendum accedere. Aſſenſus Photion: cum hanc eius facilitatem ſui dānarēt (erat. n. ſceleſtus Ariſthogiton flagitioſusq;) atq; illum conarentur ab itinere iam cœpto deflectere: Sinite īquit. Nā ubi locoꝝ iocundius q̄ ī carcere Ariſthogitonē uiderim? Nec minore fuiſſe beniuolentia: quā auctoritate & fide apud urbes inſulaſq; ſocias ferunt. Nā ſiquando claſſis alio duce Athenis emitteretur: ſocii oēs non tam amicos illos q̄ hoſtes rati: loca oīa aduentantibus eis obcludere: portus molibus aggereq; munire: liberos uxores armenta mācipia in urbē ex agro compellere: ut nihil loci illorū rapinæ libidiniq; pateret. Aſt ubi Photionē audiſſent claſſis eſſe præfectū: longius oēs nauibus obuiā ire: ſertiſq; coronis oīq; lætitiæ ſignificatiōe illū excipe: urbes uillas portus domos deniq; ipſas uacui aīo patefacere: tanta de illius erat ītegritate & cōtinētia apud oēs mortales exiſtimatio. Ea tēpeſtate renuntiatū Athenis ē: Philippū traductus in Euboiā ex Macedōia copiis urbes aliquot allectis ſibi prīcipū animis primo ſtatim aduentu occupaſſe. Tum Plutarchus Eretriens legatos Athenas mittit: qui oppreſſæ a Macedone inſulæ opē effla gitent. Placuit mitti auxilium: & præfici huic expeditioni Photionē. Cum parua igitur militis manu (ſpē. n. ī erethrienſiū uiribus & fide locarat) in Erethriā extēplo traiecit: ubi cū oīa offēdiſſet īfida ꝑditionibus auroq; uænalia: in magnum rerum diſcrimen uenit.

Tunc locis oĩbus oculo ãc mente luſtratis tumulum tandẽ conſpicit paululũ ex una ual le ſurgentẽ: e quo patebat in planiciẽ quæ circa tamina eſt: longe lateq; ꝓſpectus. eo cũ inſigni robore militũ ipſe conceſſit. Nã ignauus quiſq; quibus ad pugnandum deerãt uires uel frigebat animus: loci ac reꝝ deſperatione perculſi caſtris ꝓfugerant: quorum diſceſſu ne diffidant: neue rẽ gerant ſegnius: duces q aderant ſecum: hortatur. Fugaces enĩ illos ſi cũ hoſte conſerẽdũ fuiſſet: nõ mõ nõ utiles: uerũẽt forti cuiq; ac ſtrenuo ĩpe/ dimẽto fore dicebat. Secũ dũ hæc crebri de aduentu hoſtiũ afferunt nuncii. Tũ Photion militẽ cõtinuo curare corpora & arma capere iubet: atq; armatos ꝓ caſtris quieſcere quo ad ipſe rẽ diuinã abſoluiſſet. In eo igit paulo diutius ĩmoratus: ſeu quia non cito rite li/ ta ſſet: ſeu quo ſimulato metu ꝓpius hoſtem alliceret: ſociis ignauiæ ac deſidiæ ſuæ ſuſ pitionẽ iniecit. Ergo Plutarchus Photionẽ pugnã detractare ratus: ſignis temere motis impetũ in Macedonas cũ peregrino milite fecit. Poſt hunc eq̃tatus oĩs ĩcondito turba/ toq; agmine nõ minori temeritate q̃ clade in hoſtẽ ruit. Prius itaq; facile ꝓfligatis cæte/ riſq; ſubinde fuſis diſſipatiſq; Plutarchus & ipſe tandẽ pedibus turpiter ſaluti ſuæ con ſulit. Macedoniã ꝓpe debellatum ratus uallum cũ parte copiaꝝ adoritur continuo: qd dum excindi oĩ conatu paratur: Photion pactis ĩterĩ ſacris atticum militẽ magno ĩpetu in hoſtem ĩſtructũ emittit. Atrox pro uallo initur prælĩũ. Multa Macedonũ cædes edit: reliqui fuſi fugatiq;. Inde Photion receptui iã ſiſtiq; ſigna ĩperat: ut ſuos longius hoſtẽ inſectatos & pegrinum priore ĩpetu paſſim diſiectum colligeret: collectos in ordinem diſponeret: diſpoſitoſq; uniuerſa dimicatione in hoſtẽ educeret. Igit cũ acie pro loci ac tẽporis opportunitate ſtruxiſſet: Hoſtiũ caſtra pede citato petit. Ingens ibi de ĩtegro pu gna oborit: utrinq; diu eſt dimicatũ ſicuti cruento Marte ita & incerta ſpe ancipitiq; uic toria ingentẽ Macedonũ ſtragẽ edidere Thalus Cedei filius & Glaucus Polimedis ante ipſũ ĩperatorẽ inſtructi. In primis tñ Deophanis uirtus inſignis eo die & clara fuit. Nã ut primum fœdam equitum ſuorum fugam agnoſcit: impreſſis equo calcaribus ſingu/ los ut poterat adiens hortari monẽ precariq;: ne plus pedibus q̃ manu fiderent: neu ex ercitum ac ĩperatorem in ſummo laborantẽ diſcrimine fœde deſererent. Niſi redierint: omnes ſuorum copias pariter cum Attica dignitate caſuras. ſi ſteterint: ſalua omĩa fore: feſſum iam & facile inclinatuꝝ hoſtem eſſe. His uerbis mutatus eques: cum animos ĩce piſſet: in hoſtem a fuga conuerſi afflicto pediti rebuſq; labentibus & opem & uictoriã attulere. Secundũ hanc pugnam Photion ex Erethria Plutarchum exegit. zaretra deĩde oppidum locum ſibi peropportunũ occupat: in ea inſulæ latitudo preſtringitur: ubi co ercentibus utrinq; fluctibus in anguſtum protracta inſulæ latitudo ꝓſtringit. Gyrecos captiuos manu oĩs emittit: ueritus ne ſi in Athenienſium conſpectũ ueniſſent: plæbs oratoriis ſtimulis cõcitata in eos aĩaduertiſſet crudelius. His ita geſtis reuectus Athenas Photion ingens ſui deſideriũ ſociis ipſe reliquit: & Athenienſibus magno cum ſuo ma/ lo breuiter more prædicere quãta in eo uiro uirtus quãtus eſſet rerum uſus atq; præſtan tia. Nã Moloſus imperio ſubrogatus Photion uſq; adeo ĩfœlici rẽ geſſit euẽtu: ut amiſ/ ſo exercitu ipſe uiuus in Macedonum uenerit poteſtatẽ. Quã uictoria elatus Philippus ingenti plenus ſpe continuo in Heleſpontũ ĩfeſtum traducit exercitum: ratus uno ſe ĩ/ petu Cherõnẽſi Perinthii ac Biſantii potiturum. Terruit athenienſes eiuſce profectionis nuncius: & eos hinc ſociorum fides illinc ſuum periculum impulit: ut auxilium mature dubiis rebus afferrent. Carethem itaq; populus non tam ſuo merito q̃ oratorum ãbitõe & ſtudiis partium huic expeditiõi præficiunt. Is magna cum claſſe profectus nihil huic periculo aut apparatui par effecit: quin tantũ ab ulla ſociis ope ferenda abfuit: ut ſua il/ lum libido & auaritia cunctis mortalibus æque ſuſpecta ab oĩ prorſus ſocialium urbiũ ingreſſu excluſerit. Cæterum errabundus amicorumq; rapinis ac præda locupletatus: & apud hoſtes cõtẽptui & formidini odioq; apud ſocios fuit. At uero plæbs oratoꝝ incẽſa facibus in ſocios cœptrar ob ſuum ſpretum imperatorem iraſci pœnitereq; auxilii: qd Bizantiis nuper miſerant. Contra Photion plæbis indignationem lenire innocentiã ſo/ ciorum defendere: Nil eſſe præter ducis libidinem & perfidiam accuſandum. Non tam

oportere non credentibus ſociis q̄ impatorii iure nō credito ſuccenſere: ducum tm̄ modo uitio Atticū nomen iam eſſe amicis oībus inuiſum atq; horrendū. Nihil cauſæ eſſe quā obrē ſocii in tāto rey & ſalutis ſuæ diſcrimine ſibi traditā opē aſpernarent: ſi mō potuiſſent ſeſe & ſua impatorum fidei tuto cōmittere. Socioy ſalutē minime oīum rey oportere negligi: cum qua ſalus eſſet Athenay quoq; coniuncta. In hanc ſententiā multa cū grauiter & ſapiēter diſſeruiſſet: populus mutatis animis īpatorem Photionē deligit ad opem ſociis in Heleſponto mature ferendā. Iubetq; claſſē ad eam rem parari de ītegro. Fuit ea tempeſtate Photionis nomē illuſtre magnūq;. Nec fama tamen uirtus fuit in ea expeditione inferior. Eius enī præſentia maximum ad tuendā Bizantium momentum tulit. Nā Dion uir in urbe illa & genere & uirtute facile prīceps Photioniq; uſq; ab academia neceſſitudine & familiaritate deuinctus: cum Bizantiis p cōtinentia & ītegritate ducis uadem ſe præſtitiſſet: haud ſunt illū oppidani paſſi extra mœnia caſtra tenere: ſed apertis portis inuitum ppe & ſola modeſtia reluctātē cum omni milite læte ac piucūde excipiunt. Atticus miles ſub aliis ducibus & rapax ante & perfidus nunc ſub Photiōe Bizantiis paſſim īmixtus ſeſe nō modo in oī uita moderatū & integrū ueyēt ob habitam ſibi fidem in arcendis hoſtibus cīq; obeundo labore & acrem ī primis & īpigrū præbuit. Macedo potiundi Bizantii fruſtratus ſpe: contentus Heleſponto ceſſit. Neq; ad īferēdū modo bellum ſed ne ad propulſandum periculum ſatis idoneus habitus. Atticus interī aliquot ex Philippi captis nauibus: nonnullis inſuper cū ſuis præſidiis urbes ī poteſtatē redegit & crebris diſſenſionibus hoſtiles agros igni ferro oīq; depopulandi genere petua ſtauit: quoad acceptis ab hoſte uulneribus recipiendā Athenas claſſē exiſtimauit. Haud multopoſt Megarenſes clā nuncios ad Photionē mittunt: qui ſe Athenienſibus dedi paratos: ſi cum præſidio mature aduenerit: polliceantur. Veritus ille ne a Boetiis (ſi id præſciſſent) Megara præoccuparetur: poſtridie ubi primum illuxit: contione habita: cū ea ppfecto populo placuiſſet: confeſtim a contione tuba cani capiq; arma e ueſtigio iubet. A Megarenſibus itaq; perhumane exceptus Niſeam cingit muro & duabus alis ab arce ad nauale deductis urbē mari iungit: ut ab oī terreſtri īpetu tuta munitaq; Athenienſibus ſemper pateret a mari. Iā cū Philippo eo inimicitiay uentum erat: ut bellum nō clā aut dolo ut ante ſed manifeſtis animis & uiribus gereretur. Athenienſes ei bello duces deſignarant abſente Photione: qui ubi primum e Megaris pedem in urbem rettulit: ſū mopere populum conatur ab armis abducere: ſuadet ut de pace cum hoſte agat: cum eam & ipſe Macedo uideret uehemēter expetere. Huic ſentētiæ magno ſtudio aduerſatū ferunt ſycophantā quendā eorum: qui circa Ilieam ideſt Athenis tribunal uerſari ſolebant. Eūq; ut nimiā Photionis licētiam exprobantem ita dixiſſe. Tu ne o Photionis homo es: qui populum Athenienſem audes conſulto iam captis armis in hoſtem ruentem retrahere? Audeo inquit ille: atq; id quidem & uolens & prudens facio: tā & ſi plane intelligo in bello me tibi in pace te mihi imperatuy. Demoſthenis aūt uicit oratio: elegātior certe q̄ fœlicior: ut bellū. ſ. cū Macedone q̄ longiſſime ab atticis finibus gereret. Qua ī re Photion per deos īmortales inquit: Viri Athenienſes: ubi pugnetis: ſed quo pacto uincatis inſpicite: uictoribus enī bellū undecunque abeſt longiſſime: uictis autē & ſi multum hoſtis abfuerit: proximū eſt oē periculū. Accepta igit paulopoſt a Philippo clade factio ſi & rerū nouarum cupidi curæ demum ſummæ rey præfici uolebant. At optimus q̄ſq; cuiq; plus in ſalute publica q̄ in delictu & gra penſi erat: Accito in urbem Ariopagi conſilio plæbem ſupplices lachrymis & prece orare: ne labenti patriæ in tanto rerū diſcrimine deſint: neu uelint facinoroſoy ciuium libidinem ſuæ liberorūq; & coniugum ſaluti præferre. Photionē unum eſſe ex oībus cuius exploratæ iampridē fidei uirtutiq; ciuitatē in tanta tēpoy difficultate tuto cōmittāt. Vicit itaq; ambitionem & grām periculū imminēs: ut urbis. ſ. imperium ad Photionē deferretur. Is inito magiſtratu de pace cū uolēte Philippo agendū putauit. Tulit itaq; rogationē Demades pacem eo dūtaxat pacto factum iri: ut Athenienſes & ipſi haberent quas eſſet reliq̄ Græcia conditiones cū Macedone habitura: unaq; pax eſſet cū reliqua Græcia pacis conditio. Refellebat eā ſententiam

Photion: ſtultum eſſe aſſeuerans incertis & alieno arbitrio ſtatuẽdis cõditõibus pacem firmari: prius eſſe intelligendũ qdnã ſibi Philippus a cæteris græcis expeteret. Superior fuit tẽpore ac morũ iniqtate Demades. pace itaq; facta: cũ populũ aĩduerteret Photiõ ſui iam ſero pœnitere cõſilii (nã & equitatũ & maritimas copias Macedoni mitti ex fœdere oportebat) Iſtæc inqt ego uobis initio metuens tantope Demadis cõſilio aduerſabar. Voſq; ut par erat aĩo hæc añ ꝓſpicere. Nunc uero qm̃ ita uobis cũ Philippo cõuẽtum eſt: & in fide manendum cenſeo: & æquis hanc ſortẽ animis eſſe ferendam. Sic maiores noſtros accepimus: nunc ĩperando nunc parendo in utraq; fortunæ uiciſſitudine ſapienter fortiterq; uerſatos: nõ mõ urbẽ hanc noſtrã ſed & reliquã Græciã cõſeruaſſe. Nunciata interim Philippi mors eſt: & ob id plæriſq; placebat publica ſacra feſtoſq; ludos diis ĩmortalibus pro fœlici hoc fauſtoq; nuncio perſoluẽdos. Refellebat hãc ſẽtẽtiã Photion ignobilis ac demiſſi animi eſſe affirmans ciuitatẽ ãpliſſimã & belli gloria uiribuſq; florentem manifeſto gaudio petulantius exultare: qa tantæ hoſtium in Cheronia copiæ uno dũtaxat eſſent hoĩe ĩminutæ. Admouerat Thebis infeſtũ exercitum Alexander. Hunc ſæpenumero cũ Demoſthenes priuatim publiceq; maledictis ĩſectaret: Photionẽ ei dixiſſe tradunt homericũ illud: Deſine iã demens ſæuũ ſtimulare leonem: Gloria quẽ torquet regniq; ĩmẽſa cupido. Vis ne hanc urbẽ tanto tãq; urenti rogo iniicere? Aſt ego: cui ſeruandæ tantæ ciuitatis cura cõmiſſa eſt: nuſq̃ eos ciuis audiri patiar: q ſeſe alioſq; cæci & ĩprudẽtes perditũ ire pergunt. Captis deinde Thebis: Alexander Demoſthenẽ Lycurgũ Hiperidẽ & Charidemũ ſibi ad ſupplitiũ dedi flagitat: & Thebanos qui ꝓfugerant. Hæc cũ ad populũ eſſent relata: uniuerſi in Photionẽ unum ora oculoſque conuerterãt. Qui ut ſẽtẽtiã diceret noĩe ſæpius appellatus: exurgens tandẽ accitoq; ad ſe Nicode quo nec amore ſibi nec cõſuetudine quiſq̃ fuerit carior: ita uerba facit: Hi quos Alexander uictor efflagitat uiri Athenienſes: ciuitatẽ noſtrã ĩ hoc periculo cõpulerunt. Quod equidẽ pro ſua magnitudine tanti exiſtimo: ut Alexandro ſi uel hunc meũ Nicodem ſibi depoſcat: uitandi publici periculi cã cõtinuo dedendũ cenſeã. Mihiq; ipſi ſi ꝓ ueſtra patriæq; ſalute lux iſta relinquẽda ſit: ſũma mediusfidius ĩcõparabilẽq; fœlicitatem me cõſecutur̃ putarĩ. Mouet me inſuper nõnihil eor̃ miſericordia: quos erũnis deformatos uidemus deletis Thebis in noſtrã fidẽ unicũ ſibi portum confugiſſe. Iã ſatis eſt uiri Athenienſes iã Græciæ ſatis eſt: unas Thebas earũq; excidiũ deplorare: liceat uobis illar̃ exẽplo de capite & fortunis noſtris cõſulere. Ego neq; hos calamitoſos ꝓfugos negligẽdos duco: atq; multo maxime publicã ſalutẽ in tanto rer̃ diſcrimine paucorum gratiæ præferendã arbitror. Victoriq; qm̃ ita noſtra ſors tulit: ita pericula poſtulant: gerere morẽ malim: q̃ pugnãdo ſimul uniuerſa fortunæ cõmittere. Primũ igit̃ Pſephiſma miſſũ ab Athenienſibus fama eſt: Alexandrum cõtẽnẽtem abieciſſe: ſtatĩq; uertentẽ ad legatos terga per cõtumeliã abiiſſe. Id ipſũ uero ſecundo ꝑ Photionẽ ad ſe delatũ perhumane admiſiſſe: a maioribus natu admonitũ Photionẽ ob eximiã eius laudẽ & uirtutem a Philippo ſemper ſingulari honori habitum. Quæ igit̃ ille legationis noĩe petiiſſet: in his facilẽ ſeſe Alexander exoratũq; præſtitit: & priuatim nõ eius modo uſus eſt familiaritate congreſſuq;: uerũẽt conſilio & ſententia. Nã cum a Photione quæſiſſet: quidnam potiſſimũ in uita ſibi cenſeret agendũ: cõſuluiſſe primus oĩm dicit̃: ut arma exercituſq; dimitteret: ſi trãquillitatẽ ſibi ſecurãq; expeteret uitam. Sin uero gloriã noĩſq; celebritatem: in barbaros quos ei natura fecerat hoſtes: nõ in græcos uires ſuas uirtutẽq; explicaret. Multos præterea fertur ad eius ĩgeniũ inſtitutũq; accõmodatos ſermones habuiſſe. Atroceſq; iuuenis aĩos inflexiſſe: & ab Athenienſiũ odio in beniuolentiã ita traduxiſſe: ut ꝑ Photionẽ Athenienſes monuerit: rebus ſuis ita ꝓſpicere: ut ſiqd ſibi contigiſſet aduerſi: Græciæ imperium uendicarent. Eum ſibi priuatĩ & hoſpitem fecit: & amicum appellauit. Cui honoris tm̃ auctoritatiſq; tribuit: quãtũ nemini ferme omniũ quos apud ſe habuit ũq̃. Nã Duris hiſtoricus Alexandrum tradit poſtea q̃ ꝓfligato Dario magnũ ſeſe cognomĩari uoluit: nulli mortalium in epiſtolis dixiſſe ſalutem: præterq̃ Photioni Antipatroq;: quos duos honoris cã ſemper initio litterar̃ ſaluere iubebat. Hoc ipſum &

Chares reꝝ ſcriptor memoriæ ꝑdidit. Fama eſt præterea Alexandrū ex Aſia cētum Photioni talenta dono miſiſſe: atq; Photionē ut erat auri minime auidus nuncios q ad ſe illa detulerāt rogaſſet: quidnam eſſet cauſæ quāobrē ſe unū Alexander īter tot claros præſtantiſq; Athenis uiros donandum potiſſimum delegiſſet: Reſpōdētibus illis qa te unū ex oībus uiꝝ bonum & honeſtum iudicat: Sinito igitur īquit qualē me iudicat talē & eſſe & uideri ꝑpetuo. Illi domum Photionē ſubſecuti ingreſſiq;: ubi domeſticā uiri paup tatē inſpiciunt: ædes uidelicet uacuas pinſentē uxorē: & illum ſibi lauādis pedibus aquā haurientē: hæc inq̄ ubi conſpiciunt: ut pecuniā accipiat rogant īportunius: indignū eſſe dicentes regis amico eidēq; primario in oī gra uiro uitā uſq; adeo abiectam & inopē eſſe. Conuerſus tum Photion: cum medicum quēdam ſenē uidiſſet ſordido amictu prætereuntē: illos rogat num minoris ſe exiſtimarēt q̄ iſtum. precantibus ut diceret meliora: at qui pauciorībus inquit q̄ ego uiuit ille: cui ſat eſt quātulūcūq; quotidianus labor adiici at. Deſinite igitur me fruſtra obtūdere. Ego enī argentū in caſſū ſumpſero: ſi ſūpſero pro eius amplitudine non utar: ſin uero utar: dignam ego cum rege ipſo inuidiā & ſuſpitionem non euitabo. Nuncii perſpecta uiri cōſtantia ad regē cum auro redeunt: oēm uero Græciam celebris eiuſce rei fama peruaſit atq; per diſputantium philoſophorum ſcholas īcrepuit quæſtio: uter eſſet ditior: Is ne qui aurum obtuliſſet: an q in ſūma auri egeſtate auꝝ cōtēpſiſſet. Indignatus Alexander munificentiā ſuā Photionis frugalitate & cōtinentia ſuperatā longe plura mittit de integro: illud adiiciens: amicum neminem ſibi putare q ab ſe nō accipiat. At Photion cū nihilo ſegnius hoc auri reſpuiſſet: ne rḡis tñ uideret aſpernari liberalitatē ꝑ auro petit: ut Ecrecatidē ſophiſtā ſimulq; Athenodoꝝ Imbrium duoſq; itē Rhodios Sparathonē & Demaratrū uīculis ſolueret: quos uariis accuſatos criminibus Sardibus coercuerat. Hos Alexander cōtinuo carcere liberatos dimiſit. Et pauloañ q̄ e uita migraret ꝑditum ē īpaſſe Crathero ī Macedonias uenienti: uti ex q̄ttuor his Aſiæ urbibus Chio Gregito Milaſſis & Eleaminis deligēdæ Photioni faceret optionē: adiiceretq;: ſi oēs ille repudiaſſet: graue id admodum & ꝑmoleſtum ſibi futuꝝ. Nec tamē potuit uel muneris āplitudo uel dulcedo ſumēdi hoīs cōtinentiam & pectoris firmitatem labefactare. Extant adhuc in Melitha Athenarum uico Photionis ædes æreis adornatæ laminis: alioqn parce & nullo ſplēdore aut luxu elaboratæ. Geminas eum habuiſſe uxores līris mandatū īuenio: primam Cephi Sedoti figuli ſororē: eāq; nulla īſigni laude celebratam. Alterius uero pudicitia modeſtiaq; haud minus illuſtris q̄ uiri uirtus Athenis fuit. Aiunt enī cū ad ſpectandas nouas tragœdias frequēs populus in Caueam conueniſſet: unū ex Tragœdis reginæ ꝑſonā introductuꝝ a Melanthio ludoꝝ præfecto cū plures petiiſſet ancillas cultu magnifico exornatas: & cū Melanthius tot ſe datuꝝ negaſſet: iratū Tragœdū in theatrū noluiſſe ꝓcedere. Tum præfectus Tragœdo ui ꝑtracto in mediū quanta potuit uoce clamauit: Vides ne īprobe hoīum uxorē Photionis unica cum ācilla muliere ſēper ꝑdire ī publicum: iam nimium īeptus es: nimium muliebri faſtui tribuis: corrumpis exēplo tuo Athenienſium matronarū mores & modeſtiā. Hæc a Melanthio dicta īgenti plauſu ab oī theatro excepta ſunt. Ferunt īſuper nobilē q̄ndā mulierē gñe Ionicā Athenas ꝑfectā cū in uxoris Photionis amicitiā ueniſſet: aureos illi torques uariiſq; gēmis diſtincta monilia mūdū ſui corporis obſtentaſſe. Tū illa meum uero īqt ornamtū eſt Photion Atheniēſiū iā uigeſimū īpator. filiū ei Photion noīe fuiſſe phibēt. Is cū plurimū cupet equeſtrē certare ludū: quē Apobatē Attici uocant: ꝑmiſit pr̄: non tā uictoriæ deſiderio q̄ ut adoleſcētis corpus longe prius uſu & labore exercitum robuſtius & agilius redderetur ut illū ludoꝝ delectatōe pellectū a priori uita ſi fieri poſſet abduceret. Erat. n. ītēperans Photius & uini īmoderatius appetens. potitus eſt adoleſcens uictoria: uniq; ex æq̄libus ſuis cū tñ id plæriq; oēs peterent: parēdi ob uictoriam epuli munus tradit. Cœnæ itaq; tēpore Photion ſtratis iā triclīniis ueniēs: cū plæraq; offendiſſet paulo delicatius ſplēdidiuſq; parata: ī primis aruiſia uina uario mixta aromate pedibus lauādis appoſita: Quid ſinis inqt o Photi architiclinū hunc tuā hoc luxu fœdare uictoriā. Intempantiam uero filii cū nulla poſſet arte ad īgenuos mores tranſferre.

Lacedæmonẽ illum tandẽ inſtituendum adducit: & ĩ adoleſcentium locat ordinẽ: quem Agogem græco uocabulo nuncupant. Viſa eſt ea res Athenienſium aĩos incendiſſe: arbitratos Atticã dignitatẽ atq; doctrinã ſummis ubiq; laudibus celebratã ſperni cõtẽnique: quod grauiſſimus homo idẽq; primarius ciuis pegrinã diſciplinã illoꝝ moribus pertuliſſet. Tunc Demadẽ ita Photioni locutum aiunt: En qd ꝓhibet o Photion: quo minus populo Athenienſi ĩ animum ĩducamus: ut laconiã diſciplinã in hanc ciuitatẽ excipiãt. uelintq; patrios mores ad illoꝝ formã & inſtitutũ traducere? me ꝓfecto ſi eadẽ tibi mẽs eſt & ferendæ & ſuadẽdæ legis prĩcipẽ fore polliceor. Quid ni feras & ſuadeas Photion ĩquit: qñ quidẽ nemo te magis eſt ad eiuſmodi laudandã legẽ idoneus. Nã tibi uni maxime oĩum ciuitas iure crediderit hõi unguentato & Myrtum undiq; redolenti: quoue nemo uideri cupiat aut ĩ ueſtitu ſplẽdidior aut domi lautior aut ĩ oĩ luxus gñe delicatior. Tibi inq̃ ciuitas iure crediderit: cũ de frugalitate de continentia de neglecto corporis cultu de labore de uigiliis de pauptate de duriſſimis deniq; Lycurgi legibus eaꝝq; laudibus diſputabis. Ea tempeſtate Alexãder triremes ex fœdere ſibi debitas ab Atheniẽſibus poſtulabat: ei poſtulationi rhetores Attici magno ſunt ſtudio aduerſati: Tum Photion iuſſus ſententiã ſuã diceret: Ego ĩq̃t uobis aut armis uincendum ſentio: aut uictoribus plane obtẽperandũ. Piteas homo tunc nouus erat: & nuper ĩ rẽp. cũ largiendo tũ populum blande ſalutando aſcitus: cuius cũ quotidiana dicacitate cõtiones obtunderẽt: Photion ĩquit tacebit ne unq̃ homo hic nouus: & populi Athenienſis emptitius. Harpalus ab Alexandro fugiens cũ ĩgenti auro ex Aſia Athenas traiecerat. Ad hũc certatĩ continuo cõfluit magna ciuiũ uis: auri magiſq̃ hoĩs amore cõpulſi. in primiſq; oratores: & hi qui quæſtũ ex pulpito faciebant. Hos Harpalus exigua largitione pellectos facile ſibi ẽptici os effecit. Vbi uero Photionis quẽ añ oẽs beneficio ſibi deuictũ cupit: integritatẽ cõſtantiãq; ĩtelligit: ualidiori ræte ad huiuſmodi aucupiũ opus eſſe ratus: ſeptuagĩta illi dono talẽta mittit: oratq; ut ſeſe ſuaſq; fortunas ĩ fidem & clientelã accipiat. Indignatus Photion ad nuncios uerſus auferte Iſtæc ĩq̃t hoĩum ĩprobiſſimi: meoq; noĩe mærorẽ & luctum renunciate Harpalo: niſi a corrũpenda ciuitate manũ abſtineat. His uerbis ſibi metuens Harpalus neminẽ deĩceps auro eſt oppugnare adortus: pauloq; poſt plane ꝓſpexit plus ſibi ex largitionibus detrimenti q̃ cõmodi cõparaſſe. Mox. n. cũ de illo apud populũ ageret: eos oĩs quos donis labefactare ut ſe ſũpti auri ſuſpitiõe eximerent: ſuæ cauſæ palã aduerſos habuit. Cõtra Photion haud minus ueritatis cultor q̃ eiuſmodi criminatõis ĩtrepidus: Harpalum apte defendere: affirmare tanti uiri nõ eſſe ſalutẽ aſpnãdã e rep. Se putare ut ille uitã Athenis degens ciuitatis tẽporibus ſi caſus dederit præſto adeſſe poſſit. Harpalus his auditis gratiã Photioni quoquomõ referre conatus: ubi hoĩem uidit oĩ ũdiq; explorato aditu uelut minutiſſimã arcẽ donis inexpugnabilẽ ſtare: ad eius genꝝ Charidẽ ſeſe cõuertit: hominẽ ſicut ĩgenio paꝝ ĩtegro ita cito ĩ malã famã ex Harpali cõſuetudine lapſũ. Harpalus itaq; multa Charidẽ familiaritate cõplecti: ei ſe ſuaq; oĩa facile credere. Siqd facto conſultoue opus eſſet eius opera & ſentẽtia potiſſimũ uti. Feruntq; mortua Pitonica nobili ſcorto: q̃ Harpalus amoꝛ ĩſano depibat: cõdẽdiq; magno ſũptu ſepulchri curã Charidi Harpalum tradidiſſe. Erat ea ꝓcuratio gñe ipſo abiecta & ſordida: & ignominiã auxit ipſius tumuli tenuis & mentito ſumptu minime reſpondens ornatus. extat enĩ adhuc ſepulchrũ illud ſecũ ĩ heremo: qua ĩ Eleuſinã ex urbe eſt iter: in quo nihil oĩno cõſpiciẽ dignũ trigĩta talentis cum tot Charides reddita ĩpẽſæ rõe ab Harpalo exegiſſiſſet. Harpalus deĩde morbo oppreſſus naturæ tãdẽ cõceſſit: eius filia quã Pitonica partu ediderat in Photionis Charidiſq; tutelã relicta: & diligenter ab his & perhumane educata eſt. Et cũ Charides male adminiſtratæ Harpalianæ pecuniæ accerſitus reus fruſtra oraret ſoceꝝ: ut ſuæ cauſæ patronus adeſſet: Ego te Photioni hõe ſtis tm̃ in rebus genꝝ mihi adſciui. Alexandri mortẽ Aſclepiades primus oĩm Athenis renunciauit: cui Demades credendũ eſſe negabat: q̃a tanti odore cadaueris primo die impleri orbẽ terræ par fuerit. Cũ uero populũ uideret Photion res nouas molientẽ: ſurgentes motus oĩ ſtudio cõpeſcebat: tumultuoſum quenq; accedebat: hortabaẽ: ut certiorem

huius mortis nuncium expectarēt. Et cū multi tā ignari ueritatis q̄ nouādaꝝ reꝝ cupidi ꝑ contione clamarent Aſclepiadem uera dicere: Photion ait: Si hoc hodie ueꝝ eſt: & cras erit & perpetuo deinceps uerum. Quare per deos īmortales uiri Athenienſes uos oro: ne præcipites ī noua tuamus cōſilia: ſed grauiter ruteq; ita de rep. ſtatuamus: ut noſtri poſt hac cōſilii non pœniteat. Ea tēpeſtate Leothenis erat Athenis āpliſſima auctoritas. Is ad inferēda reliquæ Græciæ arma populū quotidianis ſtimulis cōcitabat: q cū Photionem ſibi aduerſantē ꝑ contēptū rogaret: quidnā totiens impator reip. ꝑfuiſſet: haud parum eq̄dē Photion ait: q ciues meos ut ꝑpriis tumulis conderent: effeci. Huic quoq; ſupbe multa & uarie de ſe iactanti: Sermones īq̄t tui cupreſſo ſunt plane ſimiles: nam magni ſunt & nullos fructus ferunt. Et cum exurgens Hyperides ſic Photionem īterpellaſſet: Quo igit tempore gerendū a nobis bellum cēſebis? Tunc inq̄t cū milites uidero ſuos ordines non deſerere? diuites libenter tributū conferre: & oratores a peculatu penitus abſtinere. Leoſthenes igī dux tādē ei bello præfectus cū īgentis copias coegiſſet: & multi mortales eū numeꝝ tū militis ornatū admirarent: rogatus Photion q̄lis ſibi ille exercitus uideret: belle me Hercules īq̄t ad ſtadiū decurrēdū īſtructus: longiorē uero belli curſū expaueo: q ciuitati noſtræ ītelligo neq; naues neq; militē neq; pecuniā in ſupplementum ſupereſſe. Quibus uerbis paulopoſt atteſtatus eſt ipſe reꝝ euentus. Vt primū enī ē eductus exercitus: ſecūdo Marte pugnatū ē. Boetii collatis utrinq; ſignis ꝑfligati. Antipater in Lamiā fugatus & cōcluſus. Ea prima fortuna ciuitatē nō mīori ſpe q̄ gaudio īflatam extulit. Ludi ꝑ urbē paſſim īſtituti. Tēplis oībus & delubris ſupplicia gratiæq; diis bene fauētibus habitæ. Inter hæc nōnullos ferunt a q̄bus Photion de mouēdo bello diſſenſerat eū exprobrādi gr̄a rogaſſe: nunq̄d hæc uellet nō eueniſſe. Quibus ille minime q̄dem inq̄t: nec me ꝑpterea cōſilii pœnitet mei. Et cū frequētes e caſtris nuncii ſuper aliū alius ꝑſpeꝝ aliquid quotidie nunciarēt: nunq̄ ne īquit finē his uictoriis faciemus? Mortuo ī ea expeditōe Leoſthene: ueriti q̄dā ne Photion ſi illi ſubrogaret: bellū ī pacē uerteret: hominē quendā adornāt: ſicut ignobilē fama & gñe ita pulchre ad mītiendū īſtructū. Hic dū īperatoria haberēt comitia: exurgens ait: Se teneris ab annis Photionē nō uulgariter dilexiſſe: primāq; pueritiā ſub eodē præceptore & reliquā deinde ætatē ſecū familiariter exegiſſe: Se cū beniuolentia tū illius uirtute adductū de ſalute hoīs ſollicite cogitare. Tāti uiri uitæ ac laboribus eſſe parcendū. Illū āguſtioribus reip. tēporibus ſeruandum: cui neq; ſimilē ciuitas neq; ꝑximū quēq̄ hꝫet: Abunde idoneū eſſe Antiphilū: q huic īpator bello præficiatur. His cōmētis cū populū ī ſuā ſn̄am traduxiſſet: accedēs ad eū Photiō: Ego te īq̄t nulla ætate cōdiſcipulū nulla familiarē aut cognitū habui. At amicum ex hoc die plibēter accipio: quē ītelligo quaq̄ rōe adductū & cōmodis & ſaluti meæ cōſuluiſſe. Atheniēſes ira ꝑciti arma uidebātur ī Boetios eſſe moturi. Cæpit Photion ꝑ id tēporis īperator incenſæ multitudini primū obſiſtere. Tūc nonnulli eius capiti metuentes illum hortari: ut ab īcepto deſiſteret: cædem ei paratā eſſe: ſi inſane plæbi ſemper aduerſus cū illius ira & furore pugnauerit. Quibus Photion īiuria equidē pereā: ſi ꝑ ſalute reip. certans cecidero. Si uero cōtra iure & magno meo occumbam merito. Aſt ubi uidit nihil ſe cōſilio aut uerbis ꝑficere: populūq; furentē ī bellum & arma ruere: aſtu illos cohibēdos ratus: q̄primū edici ꝑ præconē iubet: oēs q ītra ſeptuageſimū annū ac pubertatē eſſent: ſtatī dimiſſa cōtione armātos affore: ſūptoq; .v. dieꝝ cōmeatu ſeſe cōfeſtī ī Boetiā ſeq. Ortus cōtinuo tumultus eſt. Nā hi quos iā ætate cōfectos inualidū corpus ipſaq; naturæ lex emeritos fecerat: edicti crudelitatem acrius incuſabant. Quibus Photion q̄d hoc intēpiarū eſt? quid nā ego īiuriæ uobis facio: ſi & ipſe octogenarius ī armis adero? hac ſi quidē arte mutatos illos a belli īpetu ad q̄tē ociūq; traduxit. Sub idē tēpus nunciatum eſt: Mitionē cum frequenti Macedonū manu multoq; itē mercenario milite orā maritimā crebris excurſionibus deuaſtare: & ad Rānuſium uſq; ꝑgreſſum oī belli clade adiacē tē agrum ꝑuadere. Tum Photiō raptī coactas educit copias Macedoni q̄ celerrime occurſurus. Caſtris itaq; intra cōſpectum hoſtium poſitis: cū plæriq; ex ſuis aliunde alius ad eum cōcurrerent: atq; officio uelut impatorio functi dicerēt: Hic quidem proximū eſſe

tumulum pedite occupādum: ille macedonē eqte circūueniendum: alius aliunde hostē adoriendum: stomachatus tādē o Hercules inqt: ut multos hic īpatores hodie uideo: ut paucos milites. Suis deinde ī aciē explicatis unum ex militibus uidet relicto ordine aliquāto longius in hostes ꝓdire. Hic deīde cōspecto Macedone: q acer ī amis sibi pugnaturus occurrerat: pedē metu referens sese cōtinuo ī pristinum locum recipit. Tum Photion Num te inqt hoīm ignauissime bini iā deserti ordinis pudet? nā & quē īpator tibi decreuerat: & qué tute tibi locum delegeras reliqsti Cōserto itaq; prælio breuiter moræ ꝓfligatum hostē lōge lateq; dissiecit. Fuit ea uictoria cum ipsius Mitionis tum aliorum nobiliū cæde īsignis. His ita gestis Leōnatus accitis ex Asia Macedonibus: græcas quoq; copias in Thessalia cum Antipatro iungit. Pediti præerat Anthiphilus: Ménon Thessalus equiti. Hos Photion cruento Marte superatos fudit. Cecidit ī eo prælio Leōnatus īfesto telo acriter dimicando traiectus. Secūdū hāc Cratherus cū ingenti militū ui ex Asia traiecit in Græciā. Cum eo quoq; instructis copiis in Cranone pugnatū est. Anceps diu certamē fuit. Cessitq; tandē græcus uiribus aliquāto īferior: haud magna tñ accepta clade: pauciq; ferro absumptis: quāq; græci paulopost ī Antipatri potestaté sua culpa rdacti sunt. Tum ob contēptos ab se duces: quos nec ætas nec reꝝ usus nec gubernandi peritia īperio dignos fecerant: tum ēt ob ipsoꝝ ignauiā: q ut Antipatrū uiderunt: suis admotū mœnibus uano metu perterriti & urbes & libertatē pariter tradidere. Post hæc Antipater īfesto agmine Athenas petiturus uidebatur. Tum Demosthenes Hyperidesq; capitis metu ex urbe cesserunt. Erat ea tēpestate Demades & senatu & oīm publico eiectus munere: cui neq; comitiis ītersse neq; ulli cōsilio publico tunc licebat: qa pecuniā q̄ illū Athenienses mulctauerāt (septies enī falsi dānatus fuerat) nōdum soluerat ob īopiam. Is igr pristina sibi ob iniqtatē tēpoꝝ usurpata licentia tulit ad populum: ut legati ad Antipatrum de pace acturi cum īpatoria potestate mitterentr. Plæbs metuens ad Photionē studiose cōfugere: eius opē & cōsilium īplorare: illi uni suā patriæq; salutem cōmittere. Quibus Photion si mihi creditum īqt esset: tunc cum ociosis uobis cōsulebā: haud nūc ꝓfecto tumultuantes cōsuleretis: cui potissimum uos uestraq; credr debeatis. Cum Demadis ergo sētētia populo placuisset: Photion oīum consēsu legatus ad Antipatrū mittitur. Hic tunc ī Thebano statiua habebat: reficiendo armandoq; militi intētus: ut īde in Atticum agrum irrumpet. Photion primus oīum ab Antipatro petit: ut Atticis finibus quoad agat de pace acturi cum īpatoria potestate mitterent. Plæbs metuens ad Photionē studiose cōfugere: eius opē & cōsilium īplorare: illi uni suā patriæq; salutem cōmittere. Quibus Photion si mihi creditum īqt esset: tunc cum ociosis uobis cōsulebā: haud nūc ꝓfecto tumultuantes cōsuleretis: cui potissimum uos uestraq; credr debeatis. Cum Demadis ergo sētētia populo placuisset: Photion oīum consēsu legatus ad Antipatrū mitti tur. Hic tunc ī Thebano statiua habebat: reficiendo armandoq; militi intētus: ut īde in Atticum agrum irrumpet. Photion primus oīum ab Antipatro petit: ut Atticis finibus quoad agat de pace acturi cum īpatoria potestate mitterent. Plæbs metuens ad Photionē studiose cōfugere: eius opē & cōsilium īplorare: illi uni suā patriæq; salutem cōmittere. Quibus Photion si mihi creditum īqt esset: tunc cum ociosis uobis cōsulebā: haud nūc ꝓfecto tumultuantes cōsuleretis: cui potissimum uos uestraq; credr debeatis. Cum Demadis ergo sētētia populo placuisset: Photion oīum consēsu legatus ad Antipatrū mitti tur. Hic tunc ī Thebano statiua habebat: reficiendo armandoq; militi intētus: ut īde in Atticum agrum irrumpet. Photion primus oīum ab Antipatro petit: ut Atticis finibus quoad agat de pace abstineat. Cratherus iniuste id a Photiōe peti dicebat. negabat. n. prudentis esse aut boni īpatoris exercitum ex socioꝝ agris atq; opibus alere: qué tuto liceat hostili præda pastū locupletare. Tum Antipater apprehēta legati dextera: danda est īqt hæc Photioni nostro gratia. Inde cū de pacis cōditōibus est cōuentum: Athenas rediens Photion: ubi populi cōsēsu firmata sunt oīa: Thebas cōtinuo aliis cum legatis emittit. Horꝝ principē cōstat Xenocratē fuisse philosophū: cuius de uita moribus uirtuteq; tanta fuit mortalium ea tēpestate opinio: tanta noīs apud oēs famæq; celebritas: ut uulgo crederet nullum esse hoīs tā crudelē nullum ita ferum & cōcitatum aīm: qué nō uel solus Xenocratis conspectus ad mansuetudinē suiq; uenerationē & amoré traduceret. Sed fefellit hanc hoīm opinionem īgrata quædā Antipatri & bonis īfesta malignitas. Nam cæteros legatos humane cōplexus hunc unum nō dico nō salutare sed nec aspicere quidē sustinuit. Tum Xenocraté bene secum agi dixisse ferunt: si se unum Antipater suæ in Atheniēses īgratitudinis & pfidiæ uereat testē. Eū deīde dicere īcipientē tacere tandē cū obstrepēdo: tum aduersādo & cōminitādo coegit. Photion itaq; cum post Xenocratem suæ ciuitatis cām peroraset: Antipater in amicitia se populi Athēnienſis mansuꝝ respō dit: pmissuꝝq; ut ibi patriis legibus uiueret: si Demosthenes sibi & Hpides dederent: si itē illi e rep. excluderent: q nihil ubi opus erat cōferrent ī publicum: si suum præsidium in Munichiā hoc est ī Athenaꝝ arcē accepissent: si deniq; absumptā eo bello pecuniā acceptaq; dāna resarcirent. Has cæteri legati conditōes læto excipiunt aīo. At Xenocratem dixisse fama est: Seruis illas adeo belle modestas fore: liberis uero sicuti durissimas ita & repudiādas oīno. Cum autē Photiō oraret Antipatrum: ut arcē uellet eiusq; præsidium ī

Athenienſiũ manere poteſtate: nonnulli Antipatrum ita reſpondiſſe tradũt: Volumus equidẽ oĩa tua gr̃a facere: his exceptis quæ aut tibi perniciei: aut nobis piculo uenire poſſint: quáq̃ alii non hæc dixiſſe ſcribunt Antipatrũ: ſed rogaſſe Photionem: uellet ne uades eſſe pro Athenienſiũ fide & conſtãtia: ſpondereq; populũ ſi arcẽ illi & præſidium reliquiſſet ĩ pace ſuaq; amicitia permanſur̃: nihilq; tumulti poſthac cõtra ſe excitaturũ. Tacente Photione & repetẽti hæc uerba Antipatro nihil præterea reſpõdente: Carabum quendã procacem hoĩem & libertatis hoſtem acerrimũ proſilentem dixiſſe tradunt: Et ſi ſpoponderit hic: ei ne credes Antipater? Athenienſes itaque accepere præſidium: cuius fuit præfectus Menillus homo & ĩgenio miti & Photioni neceſſitudine iunctus. Viſa ẽ nobiliſſimæ ciuitati triſtis nimium & ſupba ac ĩſolẽs ea conditio: nec tã ad Antipatri firmandã potẽtiã q̃ obſtentandæ licentiæ ĩferẽdæq; cõtumeliæ cã excogitata. Auxit autem hominũ luctũ atq; mærorẽ tẽpus ipſũ. Nã ad. xiii Kl. nouẽbres in arcẽ eſt accepta cuſtodia: quo. ſ. die magnor̃ myſterior̃ Athenis agebant̃ ſolẽnia: & Iachus hoc ẽ liberpater ĩ Eleuſinam ex urbe tranſmittebat̃. Igit̃ hæ deor̃ ĩmortaliũ cerimoniæ haud mĩori græcorum celebritate q̃ ueneratione confici ſolitæ: cũ armorum ſtrepitu tumultuq; militari cõfunderent̃: plurimor̃ occaſioni fuere mortalibus: ut extinctũ clariſſimæ ciuitatis ſplendorẽ: obrutãq; dignitatẽ lamentis & fletu cõquererentur. Exactã ſuperioris æui fœlicitatem cum præſenti calamitate cõferebãt. Repetebãt aĩo myſticas illas & uoces & uiſiões: quas melioribus reipublicæ tẽporibus incredibili admiratione ſtuporeq; uel ipſi Athenarum hoſtes excipiebant: ut deor̃ numina tunc uiderent̃ id ſibi ex oĩ terrarum orbe cariſſimum domicilium delegiſſe: nunc uero deos ipſos uelut iratos ueniſſe ſpectatũ Græciæ miſerias atq; ruinam: & q̃ſi exprobrata ſuprore fortuna nũc ignominiæ cã ſanctiſſimum ex oĩbus & iocundiſſimũ contaminaſſe diẽ: ut q lætiſſimus eſſet antea appellatus nunc mutato noĩe miſerabilis mæſtuſq; & ſibi & poſteris diceret̃. Memoriæ uero ꝓditũ eſt: paucos anq̃ hæc eueniſſent annos: Dodonides oraculum Atheniẽſibus edidiſſe: quo cõſulebant arcẽ Palladis ab externis uiribus diligentiſſime cuſtoditi. Item per eos dies ferunt: quibus euenerunt hæc uictas myſticis infulis circũuolui ſolitas mutato coloř atras ex puniceis uno tẽporis puncto factas: cũ priſtinum tñ coloré reliqua oĩs priuata ſupellex retinuiſſet: & ſacerdotẽ aiunt cũ porcellum tranquillo ĩ portu lauaret: Cethe de repẽte emergens ab imis corporis partibus ad uentrẽ uſq; deglutiuiſſe: q̃ſi dea ciuitatem hoc uoluerit monuiſſe prodigio: ut ſuperiores urbis partes maritimis inferioribuſq; amicis cuſtodirent. Menillus milites quos ſecum in præſidium duxerat: ab oĩ ꝓrſus iniuria ita continuit: ut nihil triſte Atheniẽſibus ĩtulerit ea conditio. Eos qui ex fœdere ob inopiã & egeſtatẽ e ciuitate ſunt electi ſupra. xii. milia fuiſſe tradunt: quor̃ pars ĩ urbe manẽtes hac noua dehoneſtati contumelia ſpectaculo mortalibus erant: pars relictis patriis larib⁹ in Thraciã migrauere: ubi cũ agrũ illis Autiparer & urbem definiuiſſet: quodã ĩcluſi uelut carcere uidebantur. Indignus autẽ Demoſthenis in calabrya Hyperidiſq; apud Cleonas interitus: de quibus alio diximus loco Alexandri Philippiq; ne dũ extinxit odium: uer̃ẽt deſideriũ excitauit: licuitq; Athenienſibus id tunc dicere q̃d agricolam quendã ĩ Phrygia dixiſſe conſtat. Nã poſtea q̃ trucidato Antigono: occiſores eius reg̃ potiti oĩ genere iniuriar̃ mortales ſibi ſubiectos affecerant: agricola quidã agellũ fodiens rogatus quidnã faceret: Ego ſuſpirans inqt Antigono quærito. Hoc ipſũ licuit ꝓ id tẽpus Athenienſibus dicere: cupere. ſ. ſe Philippũ Alexandrũq;. Meminerant enĩ quãtus fuiſſet ĩ regibus illis ſplendor animiq; maieſtas: quanta rerum geſtarũ gloria: quãtum in oĩ regia uirtute lumen atq; præſtantia: quos tã & ſi hoſtes ſibi iratoſq; habuiſſent: fuiſſe tamen illorum ut in aĩo cælſo generoſoq; facilẽ irã atq; placabilẽ. Cõtra uero Antigoni truculẽtum & crudele imperium eo erat oĩbus durius: quo aſpectu fœdo deformiq; ſordido & populari amictu uictu parco planeq; uulgari regis ſpeciem ac dignitatem mentiebatur. At qui Photion precatus Antipatrum cõplures exilio ſoluit: multiſq; itẽ quorum unus agnonides ſycophanta fuit: effecit ut Peloponeſũ habitare liceret: neue ut cæteri Græcia electi ad incolendũ Ternarũ aut Ceraunicos ſaltus relegarent̃. Interea Photion ciuitatis

cura ſuſcepta eos q̄ ingenio fuiſſēt miti & urbano magiſtratibus honeſtabat. Seditioſos & nouæ fortunæ cupidos: quos nec ipoſitum iugum nec ablata calcitrandi licentia ſatis edomuiſſet: ad telluris & agrorū colendorum curam ſtudiumq; conuertit. Xenocratem uero ex iq̄linorum ordine cum in ciuium numerum tranſferre uellet: nunq̄ iq̄t ille committam: ut eius ciuitatis appeller ciuis: quæ ne talis fieret: oī diligētia legatus elaboraui. Cum uero Menillus Photioni pecuniam dono miſiſſet; reſpondiſſe illum tradunt. Alexandro Menillū eſſe præſtantiorem: neq; honeſtiorem nunc eſſe ſumendi occaſionē a quo ēt maiora repudiant. Cum autem a Menillo eā ut Photio filio ſumēdam ꝓmitteret: rogaret: Photius inq̄t filius ſi uitā & mores cōpoſuerit: uiuet ille qdem paterna hæreditate contentus: ſi ꝓdigus ut ē ipuruſq; perſtiterit: nec argentū hoc ſatis futurū ſcio: Antipatro autē iniuſtum quippiam ab eo ꝓ nuncios flagitanti nō habebit me iq̄t & amicum pariter & aſſentatorem Antipater. Antipatrū quoq; plærūq; dicere ſolitum accepimus: duos Athenis ſibi eſſe amicos: Photionē Demadēq;: quorum alteri nūq̄ potuiſſet ut caperet ſuadere: alterum nunq̄ potuiſſet largiēdo explere. Paupertatem &enī Photiō quaſi præcipuum aliquod uirtutis decus & argumentū excoluit: q̄ Athenienſiū totiens imperator tantā opulentiſſimorum regum beniuolentiam conſecutus: omnē tñ ætatem pauper diuitiis contēptis exegerit. At uero Demades īgentes diuitias ſicuti quæſitas turpiter: ita luxurioſe diſſectas ꝓfudit. In quo nō neceſſitas nō rō non honeſtas ſed ſola libido modū ſumptibus ſtatuebat. Qui ſibi laudē ex impenſis non mō turpibus uerūēt patria lege uetitis quæritabat. Nam cum Athenis eſſet lex: quæ peregrinum uetaret publicis ludis in theatro ſaltare: & mille dragmarū mulcta indiceret ludi præfecto: q̄ ſaltatorem eiuſce induxiſſet: Demades cū ludos ipſe pararet: pœna nihilominus q̄ legis ueneratione neglecta centum & eo amplius magno undique ſtudio conquæſitos aduenas ſaltatores in theatrum admiſit: millenaſq; pro ſingulis exoluit drachmas. Demeæ uero filii nuptias regio ſplendore parauit: in quibus eum ita filio locutum accepimus. Mīris tuæ nuptias o Demea uix uel uicinorum quiſq̄ ſenſit: cum ducebatur: cum tuæ nunc & prīcipibus & regibus celebratæ ſunt. Cupiebant uehementer Athenienſes Macedonum leuari præſidio: Photionēq; ꝓpterea īportunius ea de re agitabant: quaſi is unus eſſet: cuius dignitati ac beniuolētiæ id ab Antipatro facile donaret. Photion ſiue conſequēdæ rei deſperatione perterritus: ſiue id quod arbitror: populū ratus modeſtiorem hoc metu quietioreq; in ciuitate futurū: nullis adduci precibus potuit: ut id muneris uellet accipe. Tributum uero ut in aliud differrētur tēpus libēs ab Antipatro īpetrauit. Populus a Photione cōuerſus ad Demadē: facile illi ſuadet: ut ꝓ auferendo præſidio legatus ꝓficiſcat. Demades ſumpto ſecū Demea filio in Macedoniam uenit: fato quodam tunc ut uidetur eo ꝓfectus: quo tēpore lætali ualitudine Antipater tenebatur. Nam Caſſander cuius erāt primæ partes apud Antipatrum: Demadis ad Antigonum litteras nuper īterceptas habebat: quibus illum ex Aſia ad occupandū Græciam iam uelut ex putri uetereq; filio pendentē accerſebat: Antipatrum. ſ. filium putre ꝓ contumeliam appellans. Caſſander ubi primum iſtuc uētū eſt: parentē natūq; iubet præhendi. Primus Demeas ītra paternos ſinus carnifici iugulū dedit: ita ut Demades cruore nati fœdatus flebile cunctis mortalibus ſpectaculū fuerit. Ipſū deīde patrē multiplici affectū cōtumelia & proditorem īgratūq; ſæpius uocitatum tandē crudeliter trucidauit. Antipater moriens Polyperconte imperatorem conſtituit: tribunū uero militū Caſſandrum: hic rege uita functo: in ſpem occupandarum rerum eletus: oī ſublata mora Nicanorē perinde ac Manillo ſuffectum Athenas mittit: qui Munichiam ātēq; Antipatri uulgaretur mors: ab illo recipiat. quod cum ceſſiſſet e ſentētia: paulopoſt re patefacta: Photionē populus inſimulare: quaſi ille Nicanoris gratia cognitā Macedonis mortem ſilentio contexiſſet. Photion papulari leuitate neglecta Nicanorē nihilominus cōueniēs in longam diem ſecum tracto ſermōe: beniuolum eum mitemq; Athenienſibus reddidit: a quo ēt ut theatricos ludos ad leniēdum mærorē populi multo ſumptu & ſplēdore inſtrueret: impetrauit. Secundum hæc Polypercon cui relicti filii curam liquerat Antipater: dolo & aſtu cum Caſſādro agendū

ratus:epiſtolã regis noĩe Athenãs mittit:qua ſe illos ſcribit priſtinæ reſtituere libertate: permittereq; ut more patrio ueteriq; lege ciuitas gubernaret. Eo cõſilio ĩſidias Polyper cõ ſeſe Photioni parare credidit. Nã cũ conſtituiſſet aĩo Athenas ĩ ſuã redigere poteſta/ tem:nihil ſe nõ electo Photione cõſecuturum putauit. Photionẽ autẽ facile pditum iri ſi eiecta ex fœdere cum Antipatro paupertas in ciuitatẽ reciperet:& ſi factioſi & popula res rẽp. nãciſcerẽt de ĩtegro. Igit cum motus ob haſce lras excitarent Athenis:uideturq; plæbs ad res nouandas plurimum ĩclinata:Nicanor populi colloquium petẽs:ĩperium coacto ibi ſenatu præteriit:ſeſe corpuſq; ac ſalutẽ ſolius Photionis fidei tradens. Dercil/ lus ĩterea quẽ rgis noĩe Attica tunc regio præfectũ habebat:ĩſidias Nicanori parãt:ut eo capto Caſſãdri deinde præſidium Munichia eiiciat. Præſenſit dolos Nicanor:& in Mu/ nichiam pmittente Photione ſeſe repente recipiens:cum Dercilli fefelliſſet ĩſidias:puta bat:ulciſcendæ iniuriæ gratia aduerſus urbẽ confeſtĩ arma moturus:pptereaq; Photio/ nem uulgo incuſabant q Nicanori fugiendi fecerit poteſtatẽ. Cõtra Photion ſeſe aiebat ſecurum oĩs periculi eſſe:& Nicanoris pmiſſis ita fidere:ut ex eo nihil penitus ſperaret hoſtile. Quod ſi ſecus ac ipſe putabat eueniſſet:malle ſe tñ acceptæ q̃ illatæ iniuriæ & pi gere & reum eſſe. Hoc ſi Photionis dictũ in ſe nudum conſideres:uidebit illud pfecto honeſti conſtantis & fidelis animi imaginẽ plane referre. Sinautẽ ad patriæ conuertas pe ricula:memĩeriſq; illã nõ hoĩs priuati:ſed ſũmũ gerentis magiſtratũ uocẽ fuiſſe:neſcio an paulo ſeuerior illa fuerit:q̃ uel patriæ pietas uel magiſtratus iura uel neceſſitudo ciui um poſtulabat. Nã quod Nicanorẽ permiſerit Munichiã repetere:non id fecit quia ciui tatem ſuſpicaret in manifeſtũ bellum impingere:ſed amicitiæ iura datãq; a ſe Nicanori dextrã ſuo huic crimini prætendebat:arbitratus quieturũ illũ promiſſæ ſibi pacis pudo re nihil tumulti nihil ĩiuriæ Athenienſibus illatuꝝ. Aliis &enĩ argumentis plane pſpec tum eſt:Photionẽ illi longe plus æquo credidiſſe:quẽ cum palã plæriq; criminarẽt:q Py ræo pararet inſidias: tranſmitteretq; pegrinum militem quotidie Salaminã:& multos item Pyræi accolas auro ſibi conciliaret:non adhibuit aures Photion:falſas eas eſſe calũ nias arbitratus. Quin & Philomedẽ Lampreũ contempſit:q eiuſce ſuſpitionis metu ad populum tulerat:ut oẽs arreptis armis ad ĩpatoris ſignũ præſto eſſent:nulla enĩ ratione abduci potuit:ut quæ is Nicanor cõtra ciuitatẽ moliebatur:accõmodaret animũ:quoad ille e Munichia ĩpetum cũ armatis faciens foſſam Pyræo uallumq; circũduxit: Tũ Pho/ tion tumultuantẽ populũ fruſtra conatus educere:& odio & cõtẽptui oĩbus erat. Dum hæc ita geruntur Polypercon Alexãdrũ filiũ cum ĩgenti armatorum numero mittit ĩ ſpe ciem qdem ferendæ Athenienſibus opis contra Nicanorẽ:re autẽ ad ſubigendã ſi poſſet urbẽ inteſtino iã morbo languentẽ. Fauebant ei exules ferme oẽs:quibus ſuo iam benefi cio reſtitutis ciuitate frui licebat:fauebat egenorum turba:qui reip. per illum redditi eo potiſſimũ pacto relaturi gr̃am uidebantur. Contio igitur ex omni mortalium colluuio/ ne congeritur:ĩ qua eiecto magiſtratu Photioni nouos ĩpatores ſufficiunt. Nec Athenæ hoc unq̃ periculi effugiſſent:ni crebri clandeſtiniq; Nicanoris cum Alexãdro congreſſus propter mœnia ſæpius deprehenſi illorum patefeciſſent concordiam: & Athenienſes eius periculi cautos reddidiſſent. Secundum hæc Photion reus proditionis accuſante Agnonide accerſitur. Eo metu perterriti Pericles & Chalimedon clam ſe ex urbe ſurripi/ ũt. Photion & ipſe ſlicta urbe ad Polypercontem ſe confert cum paucis:cum quis & Solon Plateenſis & Dinarchus Chorinthius ſunt profecti:ambo Polyperconti neceſſitudi/ ne & familiaritate coniuncti. Cæterum Dinarchus morbo Melathea correptus cum plu rium dierum moram itineri illorum adiecit. Hoc interim ſpatio rogationem tulit Ar/ cheſtratus ſuadente Agnonide populoq; probante:ut qui Photionem accuſarent:legati ad regem continuo mitterentur. Eodem tempore & ipſi legati & Photion Polypercon/ tem peregre cum rege profectum aſſequuntur ad Pharigas: is eſt Phocidis uicus in ra/ dicibus montis poſitus: quem Galatam nunc uulgo appellant. Ibi Polypercon aurea umbella poſita cum ſub illa ſedentem regem conſtituiſſet: Dinarchum continuo com/ prehendi iuſſũ uariis affectũ ſuppliciis iugulat. Deinde legatis Athenienſium poteſtate

dicendi facta: in ipso statim consensu tumultuari & mutuis accusationibus conclamari ceptum. Tum Agnonides mittite nos inquit Athenas omnes & uinctos & una conclusos cauea: ubi de cuiusq; supplitio populus decernat ac statuat. Eam uocem in risum regem soluisse fertur. Macedones autem & peregrinos quos audiendi desiderium traxerat: huic consensui de industria circunfuderat. Fuit in eo iudicio partium periniqua conditio: nam Photioni dicere pergenti sæpius obstrepens Polypercon: baculo tandem tellure percussa abactum illum silere coegit: Hegemonem uero suæ in populum fidei & beniuolentiæ Polypercontis testimonium implorantem: cum illi Polypercon respondisset iratus: ut desineret improbe de se coram rege mentiri: prosiliens rex pilo transuerberasset: ni Polypercon illum extemplo complexus cohibuisset. Eius tumultus causa solutus confessus est. Tum Photion & qui secum aderant lictoribus custodiendi tradūtur. Reliqui eius comites quos melior fortuna tunc forte absentes fecerat: mutata ueste capiteque uelato custodias mentiti salutem sibi fuga comparauerunt. Illos itaq; Cletus uinctos reduxit Athenas: non tam ut aiebat: q̄ de illorum criminibus iudicato statueretur: q̄ ut capite plecterentur iniudicati. Fuit id spectaculum cunctis mortalibus & mæstum & miserabile uiros illustrium factorum omnisque laudis gloria præcellentes: latronum more compeditos plaustrisque iniectos per Ceramicum: id erat scortorum diuersorium spectante populo in theatrum peruehi: quos ubi Cletus ignominiæ causa tandiu detinuit: q̄ ex omni hominum labe contio a magistratibus aduocata a qua non mancipium non peregrinum non lenonem non perditissimum denique quempiam excluſum fuisse ferunt. Sed uolenti cuique & theatrum & pulpitum patuisse. Hic regis pro contione recitantur litteræ: in quibus manifesto se reos proditionis illos deprehendisse scribit: populoque Athenienſi iudicandi facere potestatem: quippe qui liber iam & suis legibus uiueret. His lectis cum Cletus eos distraxisset in medium: optimus quisque crudelitate facinoris misericordiaque per culsi faciem uelare: oculos a tam truci flebilique spectaculo prohibere: solem nihil usquam crudelius nihil uidisse indignius affirmare. Fuit inter hos qui surgens in media contione dicere paulo liberius auderet: seruum saltem esse & peregrinum quemque eo concilio abigendum: regem iudicandi arbitrium populo permisisse: non ut nefarie iniusteque: sed ut legitime rite sancte de ciuium capite statueretur. Huic uoci plæbs inflammata obstrepit: conclamat aduentasse iam diem: quo hanc paucorum potentiam funditus deleri oporteat: perdendum esse quicunque multitudinem oderit: rem atticam alio iam pacto stare non posse. Ad ea cum nemo deinceps respondere auderet: Photion ipse inter furentis turbæ tumultum & uoces uix auditus: Nunquid nos inquit iure an iniuria necari par ducitis? Illis uero iure clamantibus: quonam modo igitur inquit de inauditis iure decernitis? & cum nihilo tamen attentius audiretur: procedens paululum ego inquit me capitis reum profiteor: pro his que in republica & gessi & sæpe consului. At istos o uiri Athenienses quid est causæ quamobrem nihil uobis iniuriatos occidatis? Cui cum respondissent: quoniam tibi amici sunt: secedens Photion tacitus quiescebat. Tunc Agnonides Psephisma recitat iampridem ab se conscriptum: eius hæc ferme sententia: Populus hos si reos obiecti criminis iudicarit: capite plectuntur. Hoc audito fuere nonnulli tanta immanitate animi sæuitiaque: ut psephismati id unum deesse dicerent: Photionem scilicet non ante necari q̄ uariis esset cruciatibus & tormentis afflictis. Iubebantque īduci rotam īspectante theatro & ipsos cū flagris & securibus carnifices expediri. Agnonides seu q̄ id ægris auribus a Cleto auditum aduertit: seu qa facinus ipsum & barbarę & crudele nimium existīauit: Cum Callimedontem īqt mastigiā o Athenienses dānabimus: tunc ea supplicii crudelitate sæuire licebat: ī Photionem uero nihil tale laturus sū. Hīc quēdā sūmisse dixisse tradūt: Recte facis Agnonides: nā si excruciabit Photion tibi qd faciemus? Post hæc cū ad scrutādā sñiam populi circūducerent urnulæ: nullis ut in euersa contione sedentbus quibusdam etiam coronatis: ut plecterentur capite

iudicatum ẽ. Fuere cum Photione dãnati Nicocles Tudippus Hegemon & Pithocles. Demetrium uero Phalereum Callimedõtẽ Charidẽ alioſq; nõnullos q forte tũc aberãt & hos mortis decernunt reos. Contiõe demiſſa: cũ dãnati in cuſtodiã ducerent̃: cæteri q dem inter poſtremos amicorũ familiariũq; cõplexus fletu & lamentis miſere cõplebant oĩa: at Photionẽ cerneres eodẽ oris habitu incedentẽ: quo domũ olĩ ſolebat ĩpator a con tione reduci. Nec minorẽ admiratõis q̃ miſericordiæ occaſionẽ uiri uultus & geſtus aĩq; cõſtãtia & magnitudo mortalibus afferebat. Aduerſarios tñ eius tanta fuiſſe animi atro citate tanta crudelitate & ĩpudentia dicit̃: ut obuiã interducẽdũ ſæpius facti certatĩ illũ probris & maledictis ĩceſſerent: auderetq; ex his unus ſputis eius ora fœdare. Tunc Pho tion ad magiſtratum conuerſus: cohibebit ne quiſpiã inquit hodie huius hoĩs petulãtiã atq; ineptias? Atqui Tudippo cũ hic iã tritum poculoq; infuſum uenenum cõſpiciens horruiſſet: fleretq; calamitatẽ hanc & crudelis iudicii indignitatem: accedens ꝓpius Pho tion: num te ſolat̃ ĩqtq; iã eſt cum Photione moriturus? Rogatus ab amicis ſiqd Pho tio filio noĩe ſuo dici uellet: Volo equidẽ inqt ne. ſ. illatæ mihi ab Atheniẽſibus iniuriæ reminiſcatur. At cũ ab eo peteret Nicocles is: quẽ fideliſſimũ ſẽper oĩumq; cariſſimũ ha buit: ut priori ſibi liceret haurire uenenũ: dux id mihi qdẽ inqt o Nicocles moleſtũq;: tñ & hoc tibi cõcedendũ eſt: cui nihil unq̃ ĩ oĩ uita negandũ putarim. Igit̃ cum & reliqui oẽs poculũ priores ſumpſiſſẽt: defeciſſe uenenum dicit̃. Carnifex uero ſe aliud niſi duo decim prius acceptis drachmis daturum negabat. tanti enĩ untiã uenire aiebat. Tũ Pho tion ubi hoiem uidet in ꝓpoſito ſtantẽ: ne morti fieret mora: ex amicis unũ aduocans: qñ quidẽ ĩqt niſi empta nece emori Athenis nõ licet: huic quæſo precium dato. Erat tũc Munichionis menſis undeuigeſimus dies: quo tẽpore equeſter ordo Ioui ſolẽnẽ affere bat pompã. Horũ pars in ſpeciẽ luctus coronas auferentes: pars flendo ad carceris fores conuerſi: eo pacto præſtantiſſimi & innocentiſſimi ducis interitũ ornauere. Nec morta lium quiſq̃ fuit in quo nõ fuiſſet aut feritate naturæ aut iræ aliaq; acerbitate penitus ex tincta humanitas: q non ĩpium & nefarium duxerit diẽ illũ ſãctiſſimũ ſẽper & populo Athenienſi ſacrum atq; ſolennem hoc publico piaculo fuiſſe pollutum: & caſtas per id ſaltem temporis manus a tam impio ſcelere non ſeruaſſe. At eius inimici: quorum nõ dum erat in uiuum ſatis explicata crudelitas: mortui quoque corpus atrociter inſectati ſunt. Illud enim nullo prorſus igne ſuccenſo: nullo funeſto lumine: nulla deniq; nõ ho noris modo ſed ne humanitatis quidem ſignificatione atticis exportari finibus edixe runt. Diciturq; ex illius familiaribus neminem eius corpus contingere auſum. Sed Cym pionem quendam curandis funeribus quæſtum facere ſolitum mercede accepta in Eleu ſinam deportaſſe cadauer. Ibiq; igne ex agro megarico ſumpto id concremaſſe. Indige nam uero mulierem cum ancillis aliquot inane ibi conſtituiſſe ſepulchrum: atque diis manibus umbræq; Photionis inferias parentaſſe. Hanc ipſam tradunt collectos cineres gremioq; reconditos intra domeſticos lares tellure defeſſos ſepeliuiſſe dixiſſeq;: Ego uo bis cari penates innocentiſſimi uiri reliquias cuſtodiendas trado: uos illas patriis laribus ſiquando reſipiſcant Athenæ redditote. Nec multopoſt cum res ipſæ edocuiſſent: qua lem Athenienſes præſidem qualem reipub. omniſq; iuſticiæ perdidiſſent cuſtodem: ſta tua illa ærea iuſſu populi conſtituta eſt: eiuſq; inuentæ reliquiæ publicis ſumptibus tu mulo ſunt mandatæ. Accuſatores autem eius Agnonidem quidem capite damnatum interemunt: epicurum uero Demophilum urbe profugum Photionis filius proprio te lo eſt ultus. Photius intemperans perdituſque puellam ad lenonem quempiam educ tã miſere deperiſſe dicitur: eumq; Theodorꝰ atheum forte aliquando audiuiſſe in lyceo huiuſmodi ratiunculam concludentem: Si amicum alere honeſtum eſt: & amicam uti que haud turpe. Itemq; ſi cum ſocio uiuere fas eſt: & cum ſocia iuxta fas fuerit. Quæ cum ſuſpicaretur Photius exprobrãdæ libidinis ſuæ gratia a Theodoro fuiſſe inducta: conſcientiæ & culpæ ſuæ pudore perculſus: ſcortũ cõtinuo miſſã facit. Hæc ſũt q̃ ĩ Pho tiõis uitã cõgerẽda putauimus: cuius ſãe ĩteritus luctuoſã Socratis memoriã excitauit. In ãbos eĩ ſicuti pari athẽienſiũ ĩgratitudĩe: ita nec diſpi Athenaꝰ ĩcõmodo aĩaduerſũ ẽ

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

CATONIS IVNIORIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLOFENTINVM VERSA.

CATONIS GENVS PRINCIPIVM DIGNITATIS & gloriæ ſūpſit a ꝓauo Catone uiro ī primis claro magnæq; auctoritatis: ut a nobis ī ipſius uita ſcriptū ē. Relictus ē aūt Cato parentum orphanus una cum fratre Cæpione & ſoroꝛ Porcia. erat & Seruilia Catonis ſoror ex matre & hi oēs apud Liuium Druſum auunculū ſuum uirum & eloquentia & ſapientia præſtantē: qui per id tempus princeps ciuitatis erat: educabanꝯ. Ferunt autem ſtatim a pueritia conſtātiā & ſeueritatem Catonis cōſpicuam fuiſſe. Vim nāq; habebāt ultra ætatem eius īcepta: adulantibus aſper: terrentibus aduerſus: tardus ad riſum: ut uſq; ad ſignificationē duntaxat os eius reniteret: idq; perraro. Ad iram non facile labens: ſed cū in eā deuenerat: īplacabilis. Ad magiſtros auté diſciplinaſq; delatus in addiſcēdo qdem tardus erat: quæ uero ſemel didicerat: memoriter retinebat. quod ī cæteris quoq; natura fit: ut q; celeri īgenio ſunt: nō multū memoria ualeant. q uero cū labore ꝓcipiunt: hi ſūt perceptoꝛ tenatiores. Videꝯ autē ipſa īflexibilitas mentis cauſa fuiſſe: ut Cato ī addiſcēdo tardior eſſet. Nā paſſio nimirum quædam eſt: diſciplinam & ut qſq; īfirmior eſt ad reſiſtendum: ita facilius in ſentētiā trahitꝯ. Iraq; & iuuenes q̄ ſenes & ægri q̄ ſani facilius credunt. Pedagogo tamē ut aiūt parebat Cato: omniaq; faciebat illius iuſſu. Singulorū uero cauſas ratōeſq; ab eo efflagitabat. Erat illi pedagogus Sarpedon homo comis atq; urbanus & qui uerba magiſq̄ uerbera ī promptu haberet. Puer adhuc cum eſſet Cato: latini ſummo ſtudio conati ſunt: ut in ciuitatem reciperentur: qua de cauſa cum Pompedius Scyllo uir militaris ſummæq; inter ſocios auctoritatis propter amicitiam: quæ ſibi cum Druſo erat: domi eius multos dies obuerſaretur: pueriſque familiarior factus eos rogaſſet: ut ſocius populi Ro. in impetranda ciuitate apud auunculum iuuarent: Cæpione id ſe facturum comiter ſignificante: Cato conſtanti uultu ſe nunquā facturum reſpondit. Cum uero ſæpius atq; iterum interpellatus & nihilomagis flecteretur: Pompedius in excælſam ædium partem leuatum inde abiecturum ſe illum niſi precibus annueret: comminatus eſt: atq; ita manibus ſuſpenſum efferens minaci uultu & acerba uoce concuſſit: neq; tamen ab incepto mouere illum potuit. Itaq; deponens eum Pompdius ad ſocios conuerſus: gratulemur īquit nobis hunc eſſe puerum: qui ſi uir eſſet: nullo modo ciuitatem ſperare liceret. A quodam ex cognatis ad cœnam in natali uocatus: cum cæteri pueri in quadam parte ædium luderent admixti ſimul minores & maiores natu (erant autem eorum ludi iudicia & accuſationes & detruſiones in carcerem) uno ex pueris forma inſigni: qui a maiore in cubiculum deductus & per uim incluſus erat: uociferante: Cato intellecta rei fœditate cucurrit ad hoſtium: atque his qui aditum prohibebant: ui deiectis puerum eduxit: iraque incenſus domum abiit cæteris pueris una ſecum abeuntibus. Ita uero inter pueros clarus erat: ut cum. L. Scylla equeſtrem ludum quem Troiam uocant edere ſtatuiſſet: ac delectis patriciis pueris duos præfeciſſet: alterumq; pueri acceptarent gratia matris (erat enim filius Metellæ uxoris Scyllæ) alterum uero qui Pompeii nepos erat Sextum noīe nec recipere neq; ſub eo ludere uellēt: interrogati a Scylla quē ſibi ducē optarēt: oēs uno ore Catonē depoſcerunt: qn ēt ipſe Sextus ſe ſe ultro Catoni ſubmiſit. Erat. L. Scylla Catoni ac frībus pīnus amicus: q̄re ſæpe illos ad ſe uocabat: & īter ſuos hēbat: pauciſſimis hūc honorē familiaritatis ꝓ īſolētiā tribuens.

Grate igr̃ hoc accipiens Sarpedon: plurimumq; existimãs huiusmodi amicitiã pueris cũ ad honorem tum ad securitatẽ cõducere: frequenter ducebat eos ad Scyllã: cuius domus p id tẽpus nihil a carnificina q̃dã differebat. Erat tum Cato quattuordecĩ ãnoꝝ: uidẽsq; ceruices claroꝝ uirorum ad Scyllã deferri: atq; eos q aderant clanculum misereri: a Sarpedone quæsiuit: cur hũc talẽ uiꝝ nemo trucidaret: Respõdẽte pedagogo qa plus timẽt Scyllam hoĩes q̃ oderint: Quãobrẽ mihi inqt gladiũ nõ dabas: ut patriã sæuo huius dominatu liberarẽ? Hæc cum audisset Sarpedon: & simul acritatẽ uultus cõspexisset: usq; adeo territus est: ut reliquo tẽpore diligentissime pueꝝ obseruaret: ne quid temere cõtra Scyllã moliret. Paruulus quẽ maxĩe amaret: tursus ac sæpius eodẽ mõ ĩterrogatus sẽp fratrẽ rñdẽdo ĩterrogantẽ fatigauit. Sũpta deĩde uirili toga magis cõfirmauit erga frem beniuolentiã: usq; ad uigesimũ ætatis annũ nunq̃ sine frẽ cœnabat: nec pegrinabat: nec in campũ descendebat: cum tñ frater ungeret ipse uenia postulabat: in cæteris quæ ad uictũ pertinent: durus erat atq; seuerus. Cæpio itaq; cum ipse ut continens moderatusq; laudaret: nõ desinebat prædicare se fortasse talẽ uideri: si cũ aliis cõparet: ueꝝ si cũ meo Catone ĩqt: cõparor nihil mihi a Sippo uideor differre. Erat autẽ Sippus quidam ꝓpter mollicĩẽ atq; luxuriã apud Romanos notatus. Inde sacerdos Apollinis factus a fratre migrauit centũ uigĩti talentis in diuisione bonoꝝ paternoꝝ acceptis: & Antipatrum Tyriũ stoicæ disciplinæ hoĩem sibi familiarẽ coniunxit: ac moralibus ciuilibusq; præceptis ĩhærens cum oẽm uirtutis speciẽ ĩgenue ãplexaret: egregie tñ honestatẽ seueritatẽq; adamauit. Eloquẽtiæ uero ea de cã operã dedit: ut philosophiæ præceptis aliqd roboris neruorũq; in agẽdo cõsultãdoq; adiungeret. Nõ tñ q̃ũ cæteris iuuenibus exercebat: nec audiri ã quoq̃ uolebat. Qua de re cum q̃dã eũ reprehẽderet: diceretque: ĩprobãt hoĩes hãc taciturnitatẽ tuam: Cato ut libet ĩqt: dummõ uitã non ĩprobent. & addidit: ego uero tunc demũ hanc taciturnitatẽ meã abrumpã: cum talia dicere ualebo: quæ nõ sint digna taciturnitate. Erat basilica quædam Porcia quã magnus Cato ĩ cẽsura ediderat. eius basilicæ tr. pl. qm̃ in illa ius dicere cõsueuerant: colũnã: quæ sellas eorum ĩpedire uidebat: decreuerãt tollere uel in alium locum transferre: ea res Catonem licet ĩuitum prima ĩ cãpum deduxit. opponens nãq; se tribunorum uoluntati: & uim dicẽdi suam ac prudentiã ostẽdens: uniuersos ciues in admirationẽ conuertit. & enĩ sermo eius nihil iuuenile neq; cõptum habebat: sed erat rectus plenus & durus: qnĩmo gratia quædam & attentio inerat breuitati sententiarum: mosq; eius orationi admixtus uoluptatem & risum quendam honestum audientibus afferebat. Vox autem multa & abundans tonum habebat ĩfractum inexhaustumq;. Per uniuersam sæpe diem inceſſanter locutus sine lassitudine desinebat. Tunc itaq; cum ea in causa superior fuisset: rursus ad silentium rediit: ac in gymnasiis se exercens assuefecit corpus tolerare calores & niuem detecto capite: iter conficere sine uehiculo. Cum uero amici qui una iter faciebant: equis uecherentur: singulos sæpe adiens & pariter cum illis ambulans loquebatur pedibus ipse uadens: cum illi uehereꝫtur. Admirabilis uero tolerantiæ tunc erat maxime: cum aduersa ualitudine laborabat. febri enim oppressus ipse solus degebat: nec ullum secum esse patiebatur: donec releuationem certam sentiret: In cœnis autẽ partes sortiebatur: quod si non obtineret: amicis ipsum prius capere iubentibus dicebat: non bene se habere inuita uenere. Ac semel q̃dẽ præpotus ibat ad mensam. deinde ita ꝓstabat ut sæpe cum amicis ad auroram usq; ĩpotationibus uigilaret. Causã huius rei credunt fuisse negocia publica. ĩ qbus per totos dies occupatus: atq; ita amicos cõuenire & cũ illis uersari ꝓhibitus: per noctem atq; potũ cum eisdem esse cogebatur. Itaq; cum Mẽmius quidam dixisset totas noctes Catonem ebrium esse: respõdit Cicero: Ad illud non addis: eum dies totos ad aleam ludere? Omnino ætatis suæ moribus se oppositit: utpote improbis & a quibus cõtraria uia eundum censebat. Itaque cum cæteris hominibus purpuream uestem saturatam murice atque rutuli coloris placere uideret: ipse fuscam gerebat: interdum uero nudis pedibus & absque tunica in publicum prodibat: non gloriam aliquam ex hac nouitate captans: sed se ipsum assuefaciens obscœnis rebus dũtaxat erubescerẽ: cætera uero ut ignobilia aspnarẽ.

Ex hæreditate uero Catonis nepotis cum centū talenta ad eum peruenissent: pecuniam ex bonis redactam sine ullo fœnore īdigētibus mutuabat. Deīde cū iam tēpus sibi uisū est matrimonii contrahendi: nulla muliere āte id tēpus cognita Lepidā uxorem accepit: quæ prius Scipioni Metello desponsata renunciante Scipione & uadimonii pœnas solu ente tunc libera erat. Eam cum accepisset Cato: pœnitētia ductus Scipio rursus illam acceptauit. Hac re uehementer cōmotus atq; infēsus Cato: decreuerat die Scipioni dicta iniuriā ulcisci: dissuadentibus tamē amicis se abstinuit: & ira simul atq; iuuētute accēsus iambos in Scipionem non sine Archilochi mordacitate citra tamen lasciuiam & obscœnitatē conscripsit. Atiliam deinde Sarani filiam cæpit uxorem: quā mulierem dicit' primam cognouisse: nō tamē eam solā cognouit: quēadmodū Lelius Cæpionis amicus: Ille nanq; in hoc fœlicior: q unam tantū in oī uita uxorem quā a principio duxerat: cognouit. Bello seruili: qđ spartanum appellant exorto: sub Gello prætore uoluntarie militauit. idq; fecit gratia Cæpionis fratris: q in eius exercitu tribunus militū erat: sub quo q dem duce uirtutē quantū cupiebat ostēdere nō mollicie tamen atq; corruptela exercitus audaciā fortitudinē ac decorē ostēdēs: nihil antiquo illo Catone īferior apparuit. Sed cū prætor uirtutis gratia eū donare uellet: repudiatis muneribus & nihil a se factum quod honore dignum foret testatus: inhumane facere uisus est. In petitione quoq; tribunatus legē: quæ candidato nomē datores adesse uetat: solus seruauit: p seipsum appellans populum atq; alloquens: quæ res ipsis quoq; laudantibus grauis erat: & eo magis q; uidebant hoc genus laudis mutari nō posse. Tribunus militū factus in Macedoniam missus est ad Rubrium prætorē: cuius discessum cum uxor Attilia grauiter ferre uideretur: atq; ob id lachrymaret: Munatium quendam ex Catonis familiaribus ei dixisse ferunt: ut bonam spem haberet: nam se Catonem illi custoditurum: cuius uerbis Cato tunc præsens cum arrisisset: postea unius diei iter profectus uocatum ad se Munatium monuit fidem Attiliæ seruaret: nec usquā a se discederet: atq; ita ex eo die binos lectos in eodē cubiculo sterni iussit: ipsumq; Munatium iuxta se accubare non certe custodientem: sed certe custoditum. Proficiscentem Catonem quindecim serui: duo liberti & quattuor amici secuti sunt: qui cum equis ueherentur: Cato ipse pedes cum singulis loquens pariter gradiebatur. Vbi uero in castra uentum est: ex legionibus quæ illic erant: uni præfectus a prætore: nequaquā magnificum putans se duntaxat bonum præstare: milites sibi pares efficere contendit: non timore aliquo iniecto: sed uerbis ac rationibus eos castigans. Difficile igitur dictu est: utrum humaniores uel fortiores & an ferociores uel iustiores sua eos disciplina effecerit. feroces quidem aduersus hostes: humanos uero erga socios: timidos ad iniurias inferendas: promptos ad laudes adipiscendas reddidit. Sed quod minime quærebat id maxime factum est: ut summam gratiam apud milites assequeretur. Nam una laborando: & ueste & uictu atque incessu militari magisq̄ ducis utendo: clam ac latenter beniuolentiam exercitus erga se maximam concitauit. Vere enim uirtutis zelus non fit nisi per summam dantis beniuolentiam & honorem: qui uero sine amore laudant bonos: ii reuerentur quidem famam ipsorum non autem uirtutem admirantur: neq; imitantur. Inter hæc cum audisset Athenodorum cognomine Cordilionem stoicæ disciplinæ hominem Pergami commorari: & iam senescentem regum ac principum familiaritates amicitiasque refugere: non putauit Cato per litteras atque nuncios quicquā se profecturum: sed cum per leges duos mēses liceret ei abesse: transgressus in Asiam hominem adiit: flexitq; eius animum & ex sententia deiecit: effecitque ut se in castra sequeretur. Lætus atq; gloriabundus uelut ingentem adeptus palmam & multo clariorem q̄ Pompeius aut Lucullus: qui tūc uniuersi orbis reges nationesq; subigebāt. Nondū finierat militiæ tēpus: cū fratrer eius Cæpio in Asiam proficiscēs: circa Thraciā incidit in morbum: quod cū per litteras nūciatū eēt Catoni: licet & mare ūdosū foret: & nauis aliq̄ idoneæ magnitudīs nō adesset: tñ puā nauiculam cū duobus fāiliaribus & tribus seruis conscēdēs: in Thessalonicā nauigauit: nec multum abfuit quin mari obrueretur: fortuna tñ quadā ex ingenti piculo seruatus.

Cum fratrē iā mortuum repperiſſet:grauius ferre uiſus eſt:q̄ philoſopho cōueniret.nō ſolum enī lam̄ta tōibus & plāctu & mæſticia:ſed ſuptu funeris īmodico exquiſitiſq; ua poribus & precioſis ueſtibus corpus cremauit.Sepulchrū illi fecit ī ipſo Emeoꝝ foro la pide thaſio talentoꝝ octo.Hæc aūt nōnulli carpebant ꝓpter cæterā Catonis ſeueritatē: nō attendentes quātum ī illa aduerſus uoluptatē timorē & īpudentes preces inflexibili duritie humanitatis affectioniſq; iniſſet :ibi cum ciuitates & potentes dona āpliſſima ꝓ honore defuncti miſiſſent:pecuniis oīo repudiatis:thura ſolum & ornamenta ob hono rē illoꝝ q̄ mittebāt recepit.In diuiſione hæreditatis quæ ad ipſū & ad filiā Cæpionis ob uenerat:nihil ex his quæ ī funere expenderat:deduxit.Finito tēpoꝝ ꝓuincia abeuntem non uotis(ut fieri ſolet)ſed lachrymis & īſatiabili amplexu milites ꝓſequebant̄:ſteruen tes ueſtes per ea loca q̄bus ipſe pedibus iturus erat : manuſq; obſculantes:q d̄ genus ho noris nō niſi īperatoribus idq; ꝓpaucis eo tēpore tribuebat̄ . Cum uero inſtituiſſet āteq̄ ad rēpu.ſe conferret:in Aſiā proficiſci:& mores hominū uireſq; ꝓuinciaꝝ agnoſcere:ſi mulq; ut regē Deiotaꝝ hoſpitem paternū id ſūmopeꝝ ab eo poſtulantē conueniret:hoc mō pegrinationē confecit.Præmittebat ſūmo mane piſtorē & coquū ad ea loca ad quæ diuerſus erat:q̄ cum ſumma continentia atq; ſilentio urbē intrantes:ſi nullus Catonis hoſpes paternus amicus ibi eſſet:in diuerſorio ſi hīi poterat:neceſſaria præparabant ſi ne ulla cuiuſq̄ incōmoditate.Si uero non erat diuerſorium:tunc magiſtratum adeuntes hoſpitalitatē poſtulabant:& quācūq; ſibi a magiſtratibus traditā capiebant.Ac ſæpe q̄ dē euenit ut fide nō habita:illi quos præmiſerat a magiſtratibus contēnerent̄:q̄a nō in ſolenter neq; minitando petebant.Itaq; interdum nulla præparatione facta Cato ſupue niebat.Ipſe inſuper a plæriſq; cōtēptui habitus:ob magnitudinē curarum ſæpe tacitus ſedens:& ob id ſpeciē hoīs ignaui ſecordiſq; præ ſe ferens. Nōnunq̄ tamē ad eos cōuer ſus monere ſolebat:ut ceſſarent ab hac īproba hoſpitalitate:nō enī ſemper Catones ad ipſos uenturos:cōprimerent ſua liberalitate eorum licentiā:qui occaſionem quærerent ab inuitis extorquendi:quaſi a uolētibus obtinere non poſſint.In Syriam uero cum ue ueniſſet:ridiculum quoddam ferunt ei cōtigiſſe.Nā Antiochiæ appropinquās:offendit ingentem multitudinē uario ornatu atq; ſertis obuiam extra portā effuſā.Ephebi ī chla mydibus:pueri in alio ornatu ſeparatim conſiſtebant . ſacerdotes & magiſtratus puras ſtes & nonnulli ſerta gerebant.Opinatus igitur hunc honorē ſibi a magiſtratu præpara tum:grauiter ferre cœpit:& eos quos præmiſerat īcrepare:q̄ talia fieri nō ꝓhibuiſſēt:iuſ ſitq; familiares ex equis deſcendere & pedibus una ſecum iter facere.Qui cum magis ap propinquaſſent:unus ex his qui turbam Antiochenſium & ordines atq; ornatū diſpo ponebant uir iam grādior natu baculum manu & ſertum in capite geſtans:obuiam Ca toni factus ſine ulla honoris uel reuerentiæ exhibitione : quantum abeſſet Demetrius: percunctatus eſt . Cunctis ferme hominibus per id tempus in Pompeium conuerſis: ſummo in honore etiam Demetrius ſeruus eius : quoniam multum apud illum po terat:habebatur.Ex ea re tantus riſus ſocios Catonis inuaſit:ut ſe nullomodo contine re inter multitudinem ambulantes poſſent.At Cato ipſe uehementer commotuſ o mi ſeram inquit ciuitatem : nec quicquā amplius locutus eſt . Poſteriori autem tempore ſolebat ipſe quoq; memorando atq; narrando ea quæ tunc ſibi accidiſſent:ridere . Ve rum homines qui per ignorantiam illum neglexerant : paulopoſt in admirationem eius ab ipſo Pompeio conuerſi ſunt . Nam cum Epheſum ueniſſet :& Pompeium(quoniam is maior erat natu maioriſq; auctoritatis)ſalutatum iuiſſet:ut conſpexit illū Pompeius:non paſſus eſt neque expectauit:ut ſedentem ſe adiret : ſed aſſurgens ex templo quaſi cuidam maiori obuiam proceſſit:dexteraq; eius apprehenſa multa in ip ſo congreſſu plura etiam poſt diſceſſum in laudem uirtutum eius ſic enarrauit:ut qui audierunt omnes in Catonem conuerterentur:illa admirantes quæ pauloante contemp ſerant:manſuetudinem ſcilicet & magnanimitatem.Neq; Pompeii obſeruātia obſcura erat:ſed māifeſtiſſīe apparebat īſeruiētis magis eē q̄ amātis:idq; ex eo maxīe ītelligebāt hoīes. q̄ præſētē uerebat̄:& ob eius diſceſſum gaudebat.& cū cæteros aduenas iuuenes

prōptiſſime apud ſe detineret: cupetq; ſe ut ſecū adeſſēt: nihil tale a Catone poſtulauit: ſed tāquā ueritus potētiā eius libēter dimittebat. Soli ferme ex oībus q ad eū uenerāt: filios atq; uxorē cōmēdauit: tum ꝓpter cæterā cōiunctōem: tum propter neceſſitudinem. Ex hoc ſtudia ciuitatum ī Catonē accenſa īuitationes & conuiuia certatī exhibita. Quibus ī r̄bus ſæpe iubebat Cato familiares ſuos diligenter uidere: ne Curionis uerbum a ſe confirmaret: q cum amicus qdē eſſet Catonis: cæterū infenſus eius ſeueritati: ut audiuit in Aſiā ꝓfectuꝝ: bene eſt īqt: nā mitiorē & humaniorē Aſia illū nobis remittet. Ab rege Deiotaro ut filios & filiā ſuā eidē cōmēdaret uocatus: cū ipſe rex dona egregia ꝓtuliſſet: uſq; adeo ſup ea re cōmotus ē: ut cū ueſpe ad eum ueniſſet: poſtridie circiter horā tertiā abiret. Profectus ēt unius diei iter apud peſſimūtē maiora ēt dona ipſū expectantia offendit: & ſimul regis epiſtolā: q̄ rogabat: ut ſi ea dona cape ipſe nollet: amicis ſaltē q ꝓpter ſe bene merebāt hr̄e: ut ꝓ amicis quoq; ſat eſſet. Sed nec ipſe accipe uoluit: nec amicos (q̄q̄ nōnullos eorū ſubquerentes cernebat) capere permiſit: affirmans oēm largitōem uelamē honeſtatis facilitер r̄perire poſſe: amicos uero eius habituros ex iis quæ ipſe iuſte poſſideat. In Italiā rediturus: cum cineres Cæpiōis fr̄is ſecum ferī decreuiſſet: amicis ſuadentibus ut ī alia naue huiuſmodi reliqas poneret: potius animā ſuā a ſe ſeparaturum r̄ndit. Et dicit qdem magno cū piculo ea nauis traieciſſe: cum cæteræ nihil ferme piculi paterentur. Romā deinde reuerſus oē tēpus aut domi cum Athenodoro: aut ī foro cum familiaribus erat. Quæſtor uero factus nō prius magiſtratū īire uoluit: q̄ oēs leges q̄ torias plegiſſet: & ab iis q eaꝝ ſcīam habebāt recte atq; ordine ſingulas cognouiſſet. Itaq; poſtea huiuſmodi magiſtratū iniens magnam fecit conuerſionē mīſtroꝝ & ſcribarum: qui ī eo ordine uerſabant. q cum leges & publicas ſcripturas ī manibus haberent hoīes adoleſcentes: q eū magiſtratum gerebant: ita gubernare ſoliti erant: ut ipſi plane magiſtratus eſſent. Sed Cato q rē magis q̄ nomē aut honorē ſequebat: ſcribas (ut par erat) miniſtroꝝ locum tenere coegit: fraudes eoꝝ redarguens: & ꝓ ignorantiā peccātibus qd agēdum foret oſtendens: Vt uero erant īpudētes & cæteros collegas adulando ſibi arciſcere conabant & aduerſus Catonē repugnabant. primū eoꝝ ut reum fraudis ī hæreditate cōmiſſæ & īfidū ærario expulit: alium uero tanq̄ īutilē negligentēq; accuſauit. Quē cū Lutatius Catulus cenſor uir magnæ auctoritatis & Catonis amicus defenderet: uictuſq; rōibus atq; argumētis apte poſtularet: ut ſibi reus donaretur: erūpēs ī medium Cato: turpe eſt īqt Catule te q cenſor ſis & moꝝ noſtroꝝ moderator eſſe debeas: ne ī miſtris quidē noſtris grauitatē ſeruare. Hæc dicentē ꝓſpexit Catulus tanq̄ reſponſurus: ſed ſiue ira ſiue uerecundia ſilentio conſedit. Non tn̄ ī eo iudicio ſcriba ille remotus eſt: ſed cum uno plures condēnarent q̄ abſoluerent. M. Lollius collega: q ob ualitudinē abſēs erat: gratia Catuli in lectica ad ærarium perlatus ſua illum ſententia liberauit. Nunq̄ tn̄ adduci potuit Cato: ut eius ſcribæ opera uteret: neq; ut ſalarium ꝓſolueret: nec Lollium ī numero iudicū hn̄dum cenſuit. Ita ſcribarum īſolentia a Catone repreſſa: deinceps eorum miniſterio quēadmodū cupiebat: uſus breui tēpore ærarium honeſtius q̄ curiā oſtēdit: ut oēs dicerent ac ſentirent conſularem dignitatem quæſturæ adhibitam a Catone. Nam cum reperiſſet multis rempub. debere: multos etiam reipub. debitores eſſe: ab aliis repetens atq; exigens: aliis uero perſoluens omnium mentes erexit: & eorum qui nunquā ſoluturos ſe arbitrabantur: & eorum qui nunq̄ ut ſibi ſolueretur: expectabant. Et cum antea rationes & decreta quædam admitterentur falſo: multaq; fierent per preces & precium nihil tale Catonē aufugit. ſed ſemel quodā decreto ī dubiū uocato: q̄ q̄ multi teſtimonium ferrent nō credidit: nec prius recepit q̄ cōſules iureiurando affirmarent ſe ei decreto interfuiſſe. Erant multi quibus ob cæſos ciues. L. Scylla pecuniā dederat: & q̄ q̄ omnes odio illos haberent polluto ſq; arbitrarentur: nullus tamen punire audebat. At Cato īdignatione ſimul atq; ratōe cōmotus & īpium factum deteſtatus: ab oībus pecuniam tanquā indebitam repetiit. Enimuero hac pecunia reſtituta ſtatim per iudicium factum uidebatur: & quaſi prius condemnati in cauſam homicidii trahebantur: applaudente populo ro. putanteq; tunc Scyllam ipſum dānatum uidere: tyrānidēue ex urbe depelli.

Capiebat præterea populū assiduitas ac diligentia Catonis. Nullus ex collegis prior ad ærarium ueniebat: nullus posterior abibat: nulla contio nullus senatus habitus: qn adesset: timens ne homines p grām aut pecuniā aut uectigalia publica cōdonarent. Cū itaq; ærarium calumniis purgasset pecuniisq; replesset: docuit atq; ostēdit licere reip. pecuīas hre sie cuiusq; iiuria. Et q̄q̄ ī principio magistratus qbusdam collegis odio fuisset: postea tñ ab uiuersis amabatur: onus oium suscipiens contra largitionē atq; grām. Nā cum qd postulabatur: oēs eā rōe preces reiiciebant: q; neq̄ret id fieri cōtra Catōis uoluntatē. Erat Marcellus Catoni ab adolescentia familiaris & ī hoc magistratu collega uir qdē bonus si Catoni cōiungeret: ipse autē per se sic pronus ad grām & sic facilis ob pudorem ut nihil cuiq̄ petenti denegare sciret. Extrema igr̄ die finito magistratu magna frequētia ciuium domum reductus Cato: audiuit quosdam potentes Marcelli familiares apud ærarium conuenisse: petisseq; a Marcello: ut gratiose quædam perscriberet. Confestī itaq; ad ærarium regressus Marcellum offendit precibus uictum: oīa cōcessisse: cum Cato irrumpens tabellas popposcit: illaq; uidente ipso Marcello atq; silente ī præsentia eius deleuit: nec tamē ob eam rem familiaritas eor̄ disiuncta est: nec unq̄ Marcellus aduersus Catonem est questus. Post finitum quoq; magistratum curā ærarii non remisit: sed singulis diebus seruos mittebat: q ea quæ agerentur perscriberēt: ipse autē libros ī q̄bus rōes publicarum pecuniarum erant a Scyllæ tēporibus ī suam quæsturā pscriptæ q̄nq; talentis emit: semperq; eos tenebat in manibus. In senatu primus ueniebat: ultimus abibat: interdū uero cum cæteri cogerent: ipse sedens toga circa librum obducta legebat: nec unq̄ abfuit: cum senatus habeīt. Quādoq; per Cn. Pompeii amicos tentatum ē: cum iis quæ contra ius facere uolebant: resistentem uiderent: sibi īpedimētum aliquod iniicere: quominus ī senatu adesset. Qua re aīaduersa oīa semper negocia posthabuit: potiusq; abesset. Neq;. n. gloriæ causa neq; lucri neq; aliquo casu ut plæriq; ad rēp. se contulerat: sed certo consilio uiri boni. Quī ēt prouīciarum negocia & decreta & iudicia p hospites atq; amicos sibi nunciari procurabat. P. Clodio turbulentissīo ciue sacerdotes ac uirgīes uestales: īter quas Fabia Terentia erat soror Terentiæ Ciceronis uxoris: apud populum accusante susceptā eorum defensione Cato tantam accusatori uerecundiam īiecit: ut cogeretur urbem relīquere. Qua de re cum. M. Cicero Catoni gratias ageret: nō sibi sed reip. inquit gratias agendas: cuius cā ista feciisset. Ex hoc magna erat Catonis apud ciues Ro. auctoritas: ut ēt orator qdam ī dicendo: cum unico testi non esse credendum diceret: nec si Cato īqt is foret. Plærunq; ēt ad res īcredibiles quasi prouerbii loco respōdebatur: nec si cato ipse diceret: fidem esse adhibendam: & aduersus perditum adolescentē uerba ī senatu facientem de honestate & continētia assurgens amicus: quis te inquit ferat cœnantem ut Crassus: ædificantem ut Lucullus: loquētem nobis ut Cato. cæteros quoq; prodigos atq; luxuriosos cum quid seuere de continentia loquerent: derisiue Catones appellabant. Multis Catonem adhortātibus ad tribunatū plæbis petendū: nō putauit cōuenire: ut potentia tanti magistratus in tpre nō necessario cōsumeret. In Lucaniā itaq; p id tēpus cū ocium sibi a republica foret cum liberis & familiaribus (Habebat enī illic uillas satis amœnas), pficiscenti multitudo hoīum cū uehiculis & īpedimētis fit sibi obuiam: ex qbus intelligit Metellum nepotem Romā redire ad tribunatum. Perstitit ergo aliquātulum tacitus: ac subito ī urbem regrediendum esse dixit. admirantibusq; sociis Metellus inquit per se ipse formidolosus est: & nunc ex Pompeii uoluntate redit: ut quasi fulmen rēpublicā feriat. Nō est igit̄ ocii tempus neq; rusticationis: sed huic oīa turbare cupienti resistendum. est: aut p libertate oppetendū. Extorserunt tñ familiares: ut uillas aduscq; progrederet̄: sed breue tēpus cōmoratus: cum ad uespas in urbem rediisset: postridie summo mane in campum descendens tribunatum petiit: ut Metelli conatus refringeret. Ius enim tribunitiæ potestatis magis ad impediendum est q̄ ad agendum: quippe cæteris omnibus collegis uolentibus unus qui nolit & se opponat plus potest. Principio igitur pauci ex familiaribus: deinde eius sentētia latius patefacta omnes boni Catonem sequebantur: cæterosque ad mandandum Catoni tribunatum pl. cohortabantur:

utpote qui non honorem quæreret: ſed operam ſuam patriæ offerret: q̄ cū liceret per ociū gerere magiſtratum noluerit: nunc uero pro republica ac libertate non ſine periculo certaturus petat: ferunt tantam fuiſſe multitudinem ſuffragantium ſibi: ut inter ſtudia hominū preſſus in periculo fuerit: uixq; habuerit facultatē ſeſe a turba explicandi. Creatus igitur una cū Metello cæteriſq; tribunus plæbis cum aīaduertiſſet comitia cōſularia uænalia eſſe: increpuit uēhemēter populū. R. & in fine oīonis ſuæ iureiurādo teſtatus ē: ſeſe quicunq; largitionē faceret: ei diē eſſe dictur̄. Excepit tam̄ Scyllanū qui ſororē eius Seruiliā habebat ꝓpter neceſſitudinem: quā ob cām hunc præteriens. L. Murænam ambitus accuſauit: q̄ per largitionem obtinuiſſet: ut una cū Scyllano conſul deſignaretur. Dabat lex reo ut cuſtode quodā apud accuſatorē poſito: cuncta ſentiret quæ ille attēta/ret: ut nihil clā neq; inopinate ad iudiciū afferre poſſet. Miſſus igit̄ q̄dā a Muræna: qui Catonē obſeruaret: ut intellexit Catonē nihil inimico aīo gerere: neq; iniuſte quicq̄ tentare: ſed ingenue & humaniter ſe ad cām cōparare: uſq; adeo moribus Catonis credidit: ut relicta obſeruantia illa cōtinuo ſæpe ī foro aut domi Catonē adiret: ab eoq; percūctaret̄: an ea die quicq̄ quod ꝓtīeret ad accuſationem foret acturus: ac ſi Cato negaret cōtinuo abibat. Cum uero tēpus dicendæ cauſæ ueniſſet: Cicero qui ꝓ id tēpus erat cōſul: Murænā defendit: uariis modis: ſtoicos philoſophos & iſta quæ appellant̄ paradoxa illudens: ex quo cum multum riſum iudicibus iniecīſſet: ipſe quoq; Cato ſubridens illis q̄ iuxta erant: dixiſſe fertur: dii boni q̄ ridiculū conſulem habemus. In eo iudicio Muræna abſolutus nō inimicū ſe præbuit Catoni: ſed in cōſulatu geſſit oīa ex Catonis uoluntate: & ī cætera uita illū obſeruauit: atq; eius iudicium ſecutus eſt. Erat Cato in ſuggeſtu q̄dem grauis atq; terribilis iuſticiæ cuſtos: in cæteris uero moribus mitiſſimus atq; humaniſſimus. Prius tamē q̄ tribunatum iniret: multa geſſit ꝓ republica. præcipuū uero q̄d fuit rebus magnis atq; āpliſſimis a Cicerone geſtis finē præclar̄ īpoſuit. Nam. L. Catilina cō iuraſſe ad perniciē reipublicæ cōuictus a Cicerone ex urbe migrauit. At Lētulo Cethego cæteriſq; cōiuratis q̄ domi remanſerant urbēq; incendere & rebellionibus belliſq; cōcitatis imperium delere parabant: deprehenſis: quēadmodū in Ciceronis uita ſcriptum eſt: agitabat̄ in ſenatu quid de illis ſtatuendum eſſet. Cēſebat Scyllanus eos ultimo ſupplitio afficiendos eſſe: huius ſentētiā plæriq; ſequebant̄. At Cæſar rerū nouar̄ cupidus materiāq; ad illa quæ iam mente conceperat quærens: necandos ſine iudicio nullo mō cēſebat: ſed in carceribus habendos. Hæc Cæſaris ſententia miti & cōpoſita oīone explicata ſic mentes oīum flexerat: tm̄q; timorē ſenatui iniecerat: ut Scyllanus ſentētiā ſuā interꝓtaret̄: quaſi nec ipſe cenſuerit morte afficiendos: ſed carcere q̄d eſſet Romano uiro extremū ſupplicium. Facta igitur tanta conuerſione ſententiar̄: oībuſq; ī mitiorē & humaniorē ſentētiā inclinantibus ſurrexit Cato: & in prīcipio oīaois ſuæ. M. Scyllani oīone reprehenſa: aduerſus Cæſarem ſuſpicionē induxit: quaſi ſub populari ſpecie & miti ſententia rēpublicā euertere uellet: ac ſenatui formidinē īcuteret: cū timere ipſe deberet: & bene ſecum agi putare: ſi īpune talia patraſſet: non inſuper tanta impudentia paricidas defenderet: nec patriæ uix a tanto periculo ſeruatæ miſereret: ſed eos quos oportebat nunq̄ eſſe natos: cōploraret: cū tn̄ eorū crimina fateretur grauiterq; ferret: ſi ꝓditi hoīes a cæde atq; incendio reipublicæ ſuo ſupplitio liberarent̄. Hanc ſolā orationē Catonis ſeruatam ferunt: Cicerone conſule uelociſſimos ſcriptores deponente atque docente ut per ſigna quædam & paruas breueſq; notas multarum lr̄ar̄ uim habentes dicta colligerent: nondum enim reperti erat ii qui notarii appellant̄: ſed tunc primum huius rei ueſtigiū ferunt extitiſſe. Vicit itaq; Catonis ſententia aſſenſuſque eſt illi ſenatus: ut de cōiuratis ſupplitium ſūmeret̄: & ſi oportet ne parua quidem ſuorum morum ſigna prætermittere: ut tanq̄ pictores animi eius figurā exprimamus: ferunt: dum magna eſſet inter Catonē Cæſaremq; de ſupplitio cōiuratorū in ſenatu contentio: intuente eos uniuerſo ſenatu lr̄as Cæſari ī curiā allatas fuiſſe. Qd cū aīaduertiſſet Cato: putaretq; ꝓ aliquē d̄ cōiuratis eas lr̄as Cæſari miſſas: clamar̄ īcepit ac poſtulare: ut publice r̄citarēt̄. At illa erat epiſtola ab Seruilia ſoror̄ Catōis Cæſari ſcripta par̄ qdē pudice & amatorie: ac ne publice legerēt̄

Cæſar ſibi legẽdas porrexit:quas cum legiſſet Cato:in Cæſarem ſtatim eas reiecit:& ĩqt capias ebrie:atq; ita ad ſermonẽ quẽ inſtituerat reuerſus eſt.Parum oĩno fortunatus ui detur fuiſſe Cato circa pudicitiam fœminarum.Nam & Seruilia ſoror(ut dictum eſt)a Cæſare corrupta putabatur:ac de alia Seruilia huius ſorore nihilo fama melior. Nupta enim Lucullo ſummo uiro:cũ puerum ex eo peperiſſet: ꝓpter libidinẽ ab eo repudiata eſt.Cato cũ iam duos filios ex eadẽ ſuſtuliſſet:poſt diuortium Attiliæ Martiam Philippi filiam duxit uxorem.Hæc eſt Martia de qua tam multa ferũtur:Quãq; ut in fabulis ita in hac parte Catonis uita incerta atq; obſcura eſt.Attamẽ ut Thraſeas ſcribit:qui huiuſce rei Mũatium familiarem Catonis atq; in uita comitẽ habet auctorem:ita geſta res eſt.Inter multos Catonis amicos uirtutem eius maxime admirantes & aliis alios magis affectos magiſq; præ ſe beniuolentiã caritatẽq; ferentes ĩ primis fuit.Q.Hortẽſius qdẽ uir clarus atq; humanus:qui cum optaret nõ ſolum amicus & familiaris eſſe Catonis: uerum neceſſitudinem coniunctionemq; totius familiæ admiſcere:ſuadere perrexit:ut Portia Catõis filia:quæ Bibulo erat nupta atq; ei duos iam filios pepererat:ſibi uxor tra deretur:tanq; fecundus ager ad ſobolem procreãdam. Nã eſſe id opinione quidẽ hoĩm fortaſſis abhorrens:cæterum natura honeſtum atq; ciuile:ut mulier in ætatis flore cõſti tuta nec a procreatione filioꝝ uacaret:nec plures cuiq; pareret:q; illi cõmodũ foret.Id.n. nihil aliud eſſe q; moleſtiã & pauperiẽ inducere:ſi plures q; opus ſit natos quis tollat:cõiunctione familiarũ inter bonos uiros & uirtutem creſcere & caritatẽ: & ipſã ciuitatem huiuſmodi neceſſitudinibus q;ſi nexibus quibuſdam colligari atq; conſtringi. Quod ſi Bibulus grauiter ferat:nec a ſe diſiungi mulierem patiatur:cõfeſtim ſimul atq; illa prægnans eſſet:ſe reſtituturũ:cõtracta iam maiori amicitia & arctiori caritate:tam cũ ipſo Bibulo q; cum Catone ꝓpter natorum conſãguinitatem.Huic cum reſpõdiſſet Cato ſe Hortenſium amare:indignum tamen eſſe uerba facere de nuptiis filiæ quæ alteri nupta eſſet:non erubuit Hortenſius iam aperte agens & ſẽtẽtiam ſuam enudans a Catone poſtulare:ut ſibi Martiam uxorem daret iuuenẽ adhuc & ad procreandum idoneã:cũ ipſe certe ſufficientem prolem hret.Nec dici poteſt hoc feciſſe Hortẽſius q; ſciret Catonem mulieri non dare operã:nam in hoc ipſo tempore ſcribit Martiam prægnantem fuiſſe. Cum igitur ſtudium atq; uoluntatem Hortenſii intueret Cato:non denegauit ſed inqt oportere:ut Philippo Martiæ patri hoc perſuaderetur.Quod cum factum eſſet:ſponſalia facta ſunt ipſo Catone præſente atq; adſtipulante.Iſta quãq; poſteriori tpre fuerũt: tñ placuit:qm̃ in mentionẽ fœminarum incideram:referre. Sumpto igitur de coniuratis ſupplitio Cæſareq; pro his rebus quarum gra ĩ ſenatu a Catone ĩpugnatus fuerat: ad populum fugiente homineſq; ꝑditos & corruptos contra rẽpublicam excitãte:ut conatibus eius obuiaretur:perſuaſit ſenatui Cato annonam plæbi Romanæ largiendam. Erat autem ſumptus annuus mille ducentorum qnquaginta talentoꝝ:ob quã largitionem omnis motus popularis tunc ſubſedit:Sed paulopoſt turſus concitatus eſt Metello tribuno plæbis turbulentas contiones habente:lege promulgata per quã cenſebat magnum Pompeium cum exercitu ad urbem uocandum:eiq; demandandum:ut uideret nequid reſpublica detrimenti caperet.Et uerbis quidem ſic Pompeius uocabatur:quaſi periculum q d ex Catilina ĩminebat propulſaturus:re autẽ uera id agebatur:ut reſpublica in poteſtatem Pompeii deueniret.De hoc cũ in ſenatu referret:ſentẽtiam dixit Cato: nõ oĩa quẽadmodum ſolebat cõtra Metellũ inuectus:ſed miti oratione atq; compoſita admonens ac ẽt obteſtans Metellum per familiæ ſuæ dignitatẽ:quæ ſemper optimas rei publicæ partes ſecuta fuiſſet:ut ab incepto deſiſteret.Sed cũ Metellus longe magis elatus ſe per ui oĩa factuꝝ prædicaret:cõfeſtĩ mutata oĩone atq; habitu magna uoce proteſtatus eſt:ſe incolumi nunq; paſſuꝝ:ut Põpeius cũ exercitu ad urbẽ uocaret:idq; uſq; adeo ſenatus ꝓbauit:ut uniuerſi faterent:nullũ præter Catonẽ recta rõe uti eiuſq; purã uirtutẽ pro ſtatu optimo ciuitatis pugnaſſe.De Metello autem ita ſentiebat:ut de hoĩe q oĩa perdere atq; turbare uellet.Cum dies itaq; ſuffragii ueniſſet Metellus arma hoſpites gladiatoreſ q; ĩ foꝝ deduxit.Itẽ magna pars plæbis nouaꝝ reꝝ cupida Metello fauebat.

Cæſar quoq; qui per id tẽpus prætor erat: Metelli ſtudium enixiſſime adiuuabat. Boni autẽ uiri magis īdignabanť: & ſecū ipſi moleſte ferebant: q̃ Catonẽ fouerent. Itaq; tãta domi Catonis mæſticia erat: tãtaq; trepidatio: ut & qdã ex familiaribus eius ſollicīti de Catonis ſalute cibum nõ ſumerent: uxor atq; ſorores luctu ſe afflictarẽt. Sed ipſe Cato intrepidus oĩa quæ ī eo tẽpore agẽda forent: ſolito more exequebať: cœnauitq; ut cõſue uerat: dormiuitq; altiſſime una Munatio Thermo collega. Mane uero nõ magno comitatu deſcendit ī forum: a multis ante monitus: ut ſaluti ſuæ cõſuleret: diligẽterq; caueret. Foꝝ itaq; ingrediens cum uideret tẽplum qdem Caſtoris armis occupatum oẽſq; aditus gladiatoribus teneri: ipſū deſuper Metellū una cum Cæſare ſedentes: conuerſus ad amicos: o timidū īquit hoĩem: q̃ cõtra unū atq; īermẽ tantã multitudinẽ armauit. His ſimul dictis recta perrexit cū Thermo: iis q̃ aditū ſeruabant uiã ãbobus duntaxat cõcedẽtibus: cæteros oẽs prohibentibus: ut uix Munatius p̃ manum a Catone tractus ītroducereť. Inde ad ſedendū pergẽs Cato: repẽte ſeſe mediū ĩter Cæſarẽ Metellūq; cõiecit: eo cõſilio ut mutuã eoꝝ colloqa īpediret. Quæ res tū aduerſarios eius primo aduẽtu turbauit: tum bonos atq; urbanos uiros fiduciã Catonis admiratos erexit. Itaq; p̃pius accedẽtes clamore & plauſu bonã ſpẽ hĩe Catonẽ iubebãt: ac ſe īuicẽ cohortabantur ad reſiſtẽdum p̃ libertate Catonẽq; defendẽdum: q̃ p̃ rep. egregie dimicaret. Vt uero miniſter legẽ manu tenens per Catonẽ legere p̃hibitus eſt: & ipſe Metellus eã capiens legere cœpiſſet: Cato librum e manibus extorſit. Sed Metello uerba ex ore: q̃ ea mente tenebat: pronuncianti Thermus manum ori opponẽs uocem Metelli præcluſit. Quos cum uideret Metellus ita agere: & ſimul uĩuerſũ populũ ro. ad utilitatẽ reipublicæ libertatẽq; cõuerſum: iuſſit armatos q̃ domi erant: magno clamore ī foꝝ diſcurrere. quo facto cũ omnis multitudo perterrita aufugiſſet: Cato ipſe ſolus relictus lapidibus atq; fuſtibus concideretť: Muræna quẽ ſupra memorauimus a Catone accuſatum tã īdignũ facinus nõ tulit: ſed accurrens toga protexit Catonẽ: atq; eũ repugnantẽ ī tẽplum Caſtoris perduxit. Vacuefacto foro Metellus ſe uiciſſe ratus armatos abire iuſſit: ipſe ad tribunal reuerſus legẽ ferre cœpit. Sed ii q̃ profugerant: confeſtī redeuntes aderãt minaci clamore: adeo ut perterritus Metellus ac uim formidans una cũ ſuis e foro p̃fugeret. Cato ſtudiũ populi romani cõmendauit cõfirmauitq;: & plæbs qdem Metellum oĩno deſeruit: ſenatus aũt Catoni fauere ſtatuit ad legẽ īpediendã: utpote turbulẽtã & bellum ciuile excitantẽ. Metellus itaq; licet pertinae erat: tñ uidẽs amicos timore p̃culſos putãſq; īuictum & īexpugnabilẽ eſſe Catonẽ: ex urbe migrare ſtatuit: ac prius ī forum ueniens inuidiam Catoni cõflare conatus eſt uociferans ſe tyrannidẽ Catonis & cõiurationẽ aduerſus Pompeium initam aufugere: ac fore aliquando ut populum ro. pœniteret: quod tantis īiuriis clariſſimũ uiꝝ affeciſſent: cõfeſtī ī Aſiã abiit: q̃ſi hæc oĩa apud Pompeium accuſaturus. Erat ob hoc magna Catonis fama: q̃ tantas inimicitias ī tribunatu pro republi. ſuſcepiſſet: & Pompeii potentiã ī Metello cõtriuiſſet. Sed ẽt magis ea creuit q̃ ſenatũ ignominiã Metello īfligere uolentẽ ſua ſentẽtia cõpeſcuit. Tunc enī & apud multitudinẽ laudata ẽ mã ſuetudo eius: q̃ īimicũ nõ īſectareť: & apud prudẽtes cõſilium eius approbatũ: q̃ Pompeium minime irritandũ putarat. poſt hæc cũ. C. Mẽmius tribunus plæbis. L. Lucullũ tunc a bello Mithridatico redeũtẽ cuius finẽ atq; gloriã Pompeius ſibi abſtuliſſe uidebatur: triumphaŕ prohiberet: dieq; ſibi apud populũ dicta res ab eo geſtas magis ob gr̃am Pompeii q̃ ob aliã cauſã criminareť: Cato p̃pter affinitatẽ Luculli: q̃ (ut diximus) Seruiliam uxorẽ habebat: tum q̃ rẽ īdignã īuſtãq; exiſtimabat: ſeſe Mẽmio oppoſuit: tãdẽq; effecit: ut cã deſerta ab accuſatione deſiſteret. Cum ergo triumphaſſet Lucullus: poſtea magis atq; magis Catoni adhæſit: putans maximum ſibi præſidiũ ī illo conſtitutũ aduerſus Pompeii opes atque potentiã. Ipſe autẽ Pompeius ab exercitu rediens nihil ſibi a populo ro. denegari confiſus: p̃ lr̃as poſtulauit: ut comitia cõſularia ī aduentum ſuum differrentur: qm̃ Piſoni ī petitione conſulatus præſens fauere cuperet. Hæc plæriq; cenſebant facienda Pompeii gratia: ſed Cato ipſe obſtitit: nõ quia magnũ momentũ ī dilatione putaret eſſe: ſed q̃a cõducere exiſtimabat Põpeii ſpẽ experiẽtiãq; reſcideŕ. Senatus

Catonis ſentẽtiã ſecutus eſt: quæ res non mediocriter Põpeium turbauit: ut iã nihil ſe facturum arbitraret: niſi prius Catonẽ ſibi cõciliaſſet: & ĩ amicitiã ſuã traduceret. Per Munatiũ igit' poſtulauit: ut duas neptes quas habebat Cato: alterã ſibi alterã filio nuptui traderet. Nõnulli tamẽ ſcribũt nõ neptes ſed filias Catonis a Põpeio petitas: quod poſt q̃ p Munatiũ Catoni relatũ eſt: & uxore ac ſororibus hanc affinitatẽ cum uiro primario atq; ãpliſſimo uehementer approbantibus cupientibuſq;: ipſe Cato ſtatim ſine ulla dilatione iuſſit Munatiũ ad Põpeium redire: eiq; reſpõdẽ Catonẽ per mulieres capi nõ poſſe: ſed beniuolentiã eius ſibi gratã eſſe: & ſi recta faciat amicitiã polliceri: quæ oĩ ꝓpinq; tate fidelior eſſet: obſides uero contra rẽp. Pompeio nequaq̃ daturum. Hoc eius cõſiliũ & mulieres domeſticæ grauiter tulerunt: & amici reſpõſionẽ ĩprobarunt: ut feram ac ſuperbam. Poſtea tñ cum Põpeius cuidam ex amicis ĩ petione conſulatus fauens pecuniã in tribus diuiſiſſet: eaq; largitio uulgo iactaretur: & ĩ hortis Pompeii numeratã eſſe pecuniã conſtaret: Catone tunc ad mulieres & amicos dicente neceſſariũ fuiſſe huiuſmodi rebus ſi affinitas contracta eſſet conniuere: Confeſſi ſunt oẽs recte & honeſte factum a Catone: q; Põpeii affinitatẽ repudiaſſet. Si tñ oporteret ab euentu reꝝ conſilia iudicare: uidetur erraſſe Cato ĩ hac ꝓpinqtate repellenda. Nã effecit denegãdo: ut Pompeius ad Cæſarem ſe cõuerteret: & eã uxorẽ acciperet: ꝓ quã utriuſq; opibus in unum coniunctis reſpublica opprimeret': quæ forſitan ſtetiſſet: ni Cato parua Pompeii errata metuẽs maxima neglexiſſet: patiens alterius potentiã cõtra libertatẽ augeri. Sed hæc poſterius. Deinde cum ĩter Pompeium & Lucullum eſſet orta contẽtio (certabat enĩ uterq;: ut ea quæ in ponto egerant: rata manerẽt) & Cato Lucullo q̃ ĩiuriã paſſus uidebat' fauebat: uictus in ſenatu Pompeius ad populum confugit: & ad legẽ agrariam milites ꝓuocauit Hanc ẽt legem cum Cato ſeſe opponens ĩpediret: Pompeius Clodium turbulentiſſimũ popularem fouit: & Cæſarem ſibi amicum fecit: ipſo Catone quodãmodo tñ præſtante. Nã cum Cæſar ex Hiſpania: in qua prætor fuerat: rediens triumphum poſtularet: & ſimul conſulatum petere uellet: legeſq; iuberent: ut qui triumphaturi eſſent: contra Pomœriũ expectarent: q̃ magiſtratum peterent comitiis adeſſent: poſtulabat Cæſar a ſenatu ut ſibi per alium petere conſulatum liceret. contradicebat Cato: q̃ ut ſenſit ad gr̃am Cæſaris ſenatum ĩclinari longa diẽ or̃one cõſumpſit: & ſic facultatẽ ſenatui abſtulit decernẽdi. Qua re cognita Cæſar confeſtĩ petitione triumphi omiſſa urbẽ ĩtrauit: a Põpeioq; adiutus cõſul eĩt deſignatus: filiaq; Põpeio tradita: q̃ſi coniurationẽ q̃ndã cõtra rẽp. ĩierũt: & alter de colonia deducenda deq; agris diuidũdis leges tulit: alter ſuis opibus & potẽtia huiuſmõi legibus fauit. Ii uero q̃ cũ Lucullo Ciceroneq; ſentiebãt: ad Bibulum alterum conſulem cõfugiẽtes reſiſtebãt: & ĩ primis ipſe Cato: q̃ amicitiã & cõiunctionẽ Põpeii & Cæſaris nulla bona cã factã iã inde cernebat: dicẽs nõ tm̃ diuiſionẽ agroꝝ ſe timere: q̃tũ id q̃d hæc largientes populo ꝓ mercede petituri forent. Hæc igit' oñdens atq; docens ſenatũ uniuerſũ ĩ ſuã ſñiam adduxit: ac multos præterea bonos q̃ grauiter ferẽbãt Cæſaris prauitatẽ: q; is cõſulari poteſtate turpiter abutens ea pficere contenderet: quæ leuiſſimi tribuniplæbis ad gr̃am multitudĩs facere cõſueſſent. Diffiſi igit' ſuffragiis ui cenſuerũt agẽdũ: & primũ ipſi Bibulo ĩ foꝝ deſcendẽti coſinus ſtercoris ſupfuſus ẽ: deinde lictoribus eius accepti faſces atq; fracti: tandẽ uero telis & uulneribus' ex foro pellunt'. Sed alii q̃dẽ curſim fugerunt. Cato uero ultimus oĩum pedetẽtim ceſſit: ſæpe ĩ pſequẽtes cõuerſus eoſq; deteſtatus. Nõ ſolũ igit' legẽ tulerunt: ueꝝẽt ſenatũ iurare coegerunt: ſe fauorem huic legi ſiqs ĩpedire uellet præſtituꝝ: magna pœna aduerſus eũ ſtatuta q̃ iuſiurãdũ recuſaret. Iurauerunt igit' oẽs ſenatores neceſſitate coacti antiq Metelli exẽplo: quẽ olim ĩ ſimili re iurare recuſantẽ extra Italiã exulaſſe meminerant. Quapropter & mulieres domi multis cũ lachrymis & amici atq; familiares Catonẽ monebant: ut tẽpori cederet: atq; iuraret. Maxĩe tñ eũ monebat atq; adigere nitebat'. M. Cicero orator: q̃ diſſerebat nõ eſſe fortaſſe iuſtũ his quæ populus uniuerſus ſtatuiſſet: ciuẽ unũ repugnare. Et cum uideret nullo mõ iſta quæ facta erant mutare poſſe: ſtultũ atq; ĩſanum eſſe ſpõte ſine ullo fructu ſe periculis obiectare. Extremũ uero maloꝝ eſſe: ſi patriam cuius gratia

hæc oĩa faciat: deſerens ꝑdeat malis hoĩbus: & ſecum ipſe gaudeat ex ciuitate abiens certamina reipublicæ reliquiſſe. Nã ſi Cato Roma nõ ĩdigeat: at certe Romã ĩdigere Catone: ĩdigeſ̃ ẽt amicos oĩs ĩter quos ſe primum eſſe Cicero fatebat̃: cum. P. Clodius ſibi ꝑ tribunatum ĩmineret. Eiuſmodi rõibus precibuſq; tradunt Catonẽ expugnatũ ad iuramẽtum deſcendiſſe. Iurauit tñ ultimus oĩm præter unum. M. Fauonium familiarẽ ſuũ atq; amicum: his rebus elatus Cæſar aliã legẽ tulit: ꝑ quã ferme oẽm Cãpaniã egenis diuidebat: nec ullus q cõtradiceret ĩuentus eſt præter Catonẽ. Hunc igit̃ Cæſar cum a ſubſellĩs ĩ carcerẽ traheret: nihil remiſit Cato mẽtis atq; propoſiti ſui: ſed ĩterãbulandũ uerba faciebat dicebatq; nõ eſſe ferendos: qui iſto mõ rẽp. euerterent. Catonẽ uniuerſus ſenatus cũ ſũma mæſticia & oẽs boni ciues una cũ ſenatu taciti atq; afflicti ſequebantur. Quod cum Cæſar aĩaduerteret: cupiebat ut Cato preces aliquas porrigeret: deĩde cũ iam manifeſtum eſſet: nihil tale Catonẽ eſſe actuꝝ uerecundia adductus tribuno cuidã plæbis ꝑſuaſit: ut Catonẽ eximeret: nec ĩ carcerẽ trudi pateret̃. His legibus atq; his muneribus plæbẽ capientes obtinuerunt: ut Cæſari q̃dẽ Illyricũ & Gallia ꝓuĩcia & q̃ttuor legiones ĩ quĩquẽnium traderent̃: prædicente Catone atq; monẽte populũ ro. acrẽ tyrannum ſuis ſuffragiis conſtituer̃. P. autẽ Clodiũ ex patricia familia ut Ciceronẽ urbe depelleret: atq; oĩa illoꝝ gratia faceret: tribunũ plæbis: Cõſules uero Calpurniũ Piſonẽ q̃ erat Cæſaris ſocer: & Gabinium Paulũ q erat ex ſinu Põpeii: fecere. Sed quãq̃ tanta ui rẽpu. occupaſſent: & alia gratia alia timore efficerent: tñ formidabant Catonẽ. Nã magno labore & nõ ſine uerecundia ĩ his rebus ſuperabãt: uĩ tñ ei afferre ac reũ facere nefas erat: neq; oĩno tẽtandũ. Nã Clodius ne Ciceronẽ expellere poſſe confidebat præſente Catone: q̃re cõſilium cæpit: ut eum a cõſpectu urbis ꝛmoueret. In ꝓcipio. n. tribunatus ſui Catone ad ſe uocato ſic uerba fecit: q̃ſi oĩm ciuiũ ĩtegerrimũ atq; ĩcorruptiſſimũ eſſe iudicio ſuo putaret: eius rei ĩdicium ſe factuꝝ. Nã multos ꝓfectionẽ in Cyprũ poſtulare: ſed ad eã rẽ Catonẽ ſolũ exiſtimaſſe idoneũ: cui cũ ſtatim aduerſaretur Cato: aſſereretq; nõ ob honorẽ ſed ob cõtumeliã atq; ĩſidias hoc ſibi negociũ demandari: Clodius nimiũ ſupbe: at ſi nõ uolens ĩqt: tñ coactus dolenſq; ꝓficiſcere: aduocataq; cõtione plæbiſcito firmauit miſſionẽ Catõis: eiq; abeunti nec nauẽ neq; militẽ nec miniſtrũ quẽpiã tradidit: præter duos ſcribas: quoꝝ alter fur erat: alter Clodii Clientulus: & q̃ſi paꝝ negocii foret Cyprus ac Ptolemeus: ẽt ut exules Bizantium reduceret: iniunxit eo conſilio ut ipſum plurimo tẽpore extra urbẽ ablegaret. Hac igit̃ Cato neceſſitate coactus anteq̃ ꝓficiſcer̃: Ciceronẽ cui Clodius apud populum diẽ dixerat: ãmonuit: ne ĩ arma atq; cædes urbẽ cõiiceret: ſed tẽpori cederet: ut rurſus patriæ ſalutẽ præſtare poſſet. Deĩde ꝑ Canidium familiarẽ ſuũ in Cyprum præmiſſum ſuadere Ptolemeo iſtituit: ut ſine contentione atq; pugna cõcederet: q̃ſi neq; pecuniaꝝ neq; honoris expers futurus. datuꝝ enĩ ſibi populum ro. ſacerdotiũ ueneris paphiæ. Sic ergo Canidio q hæc nũciaret præmiſſo: ipſe Cato apud Rhodum cõmoratus ea quibus opus erat cõparabat: & ſimul reſponſum Ptolemei expectabat. Inter hæc Ptolemeus ægypti rex a ciuibus ſuis exactus relicta Alexandria Romã nauigabat: ea ſpe ut Põpeii & Cæſaris armis ĩ regnum reduceret̃. Volens igit̃ Catonẽ affari certioꝛẽ de uoluntate ſua eum fecit: credens illum ſtatĩ ad ſe eſſe uentuꝝ. Cato per id tẽpus purgando uẽtri operã dabat: itaq; iuſſit Ptolemeum: ſi ita placeret ad ſe uenire: ac ei uenienti nec obuiã ꝓceſſit: nec aſſurrexit: ſed tanq̃ priuatum quendã recipiẽs: ac ſedere iubens: primo congreſſu regẽ turbauit: & in admirationẽ cõuertit: q; ſub populari mẽte & ſimplici tanta ſuperbia ĩſolentiaq; lateret. Sed paulopoſt cum uerba Catonis audiret: optimo conſilio & ſumma prudentia de re ſua diſſerentis ac eum reprehendentis: q; tanta fœlicitate relicta laboribus diſpendiis & obſeruationibus eorum: qui romæ potentes forent: ſe ſubiiciat: quoꝝ cupiditatem ſi uniuerſa ægyptus in pecuniam redigat̃: uix explere poſſit: & ſimul conſulentis ut domum rediret & cum ſuis ciuibus pacaretur: & ſe una nauigaturum ac ĩterceſſurũ pollicentis tanq̃ ex inſania quadam reſipiſcens ueritatẽq; agnoſcens & uirtutẽ Catonis admirans decreuit ita facere: ut Cato ſuadebat. Sed poſtea ab amicis ĩ prioꝛẽ ſpem reductus cum romã ueniſſet: ſtatĩ cum ad ianuã alicuius

magiſtratus ꝓuenit:errorẽ ſuũ recognouit dãnauitq;:q; nõ cõſiliũ uiri boni ſed potius dei oraculum neglexiſſet. Cyprius autem Ptolemeus fœlicitate q̃dam Catõis ſe ueneno necauit:q cum magnã uim auri & argenti reliquiſſe diceret:ipſe Cato qm̃ Bizãtium nauigare decreuerat. M. Brutum nepotem ſuum in Cyprum trãſmiſit. non enĩ ſatis Canidio ĩ tractione pecuniaꝝ confidebat. Exulibus poſt hæc Bizãtiũ reductis & pace ĩter eos firmata ĩ Cyprum uenit:ubi cum gazã regiã in poculis menſis lapidibus & purpura reperiſſet:quæ oĩa opus erat uænundare & ĩ pecuniã redigere uolens in ea re diligentia uti & ĩ ſummũ precium adducere:cunctiſq; ipſe adeſſe:& ſupremã licitationẽ ſuſcipe:non credidit cõſuetis auctionibus:ſed ĩ ſuſpitione hñs oms miniſtros oẽs præcones oẽs mangones oẽs amicos:per ſeipſum priuatĩ eos q emere uolebant conueniens ac res tractans effecit:ut cũ cæteri amici q̃ſi paꝝ fidei eis haberẽt moleſte ferrent:tum ĩ primis is q oẽs anteibat Munatius:ut Cæſari oĩonẽ aduerſus Catonẽ ſcribenti acerbiſſime accuſationis pars iſta fuerit:locũq; ĩmorandi exinde habuerit. Munatius tm̃ ſcribit nõ diffidẽtia ſibi aduerſus Catonẽ accidiſſe:ut ĩdignaretur:ſed neglectu quodã Caconis & obtrectatione Canidii. Nã Munatius librum edidit de rebus Catonis: quẽ Thraſeas maxime ſecutus eſt. In eo libro ſcribit ſe poſt Catonẽ in Cyprũ ueniſſe:nec ſatis honeſte a Catone ſe acceptum:ſed cũ aliqm̃ ſtaret pro foribus reiectum ſe fuiſſe:Catone intus aliqd una cum Canidio baiulante:& cum de ea re q̃reret:non ſatis clæmens a Catone tuliſſe reſponſũ. Dixiſſe enĩ ait:periculum eſſe ne nimia amicitia ſecundũ Theophraſti ſñiam ĩterdũ cãforet odii generandi:quippe tu ꝓpter maximũ amorẽ minus te ĩ honorẽ habitũ putas apud me q̃ oporteat:idq; grauiter fers. Ego autẽ opera Canidii utor:cũ ꝓpter expientiã reꝝ:quæ in ipſo eſt:tũ ꝓpter fidelitatẽ:q & prius uenit:& ĩteger cõprobatus eſt. Hæc tm̃ Catonẽ ſecrete ſecũ locutũ dicit. Verũ poſtea ad Canidiũ relata cum audiret:nec ad cœnam ire uoluiſſe:neq; uocantibus paruiſſe:minante autẽ Catone(ut fieri ſolet)ſe pignora captuꝝ ex Cypro nauigaſſe:& multo tẽpore ſic aduerſus Catonẽ infenſũ perſtitiſſe:ut nec Martiæ quidẽ(hæc enĩ nõdũ a Catone migrauerat)loq̃retur. Deĩde cũ Barca ad cœnã eos uocaſſet:& Catone morã trahente alii iam diſcumberent tandem uenientem Catonem quæſiſſe a Barca:ubinã ſederet:cũ uero Barca dixiſſet:ubicunq; liberet:circũſpexiſſe Catonẽ ac dixiſſe iuxta Munatiũ ſedere uelle:atq; ita feciſſe:nec tm̃ quicq̃ colloquii ĩuicem ĩ cœna habitũ. Veꝝ poſtea Catonẽ a Martia rogatũ ut Munatio ſcriberet:ſcripſiſſe ut poſtridie mane domũ ueniret:ſe autẽ & a Martia retentũ:donec oẽs receſſerunt:atq; ita Catonẽ ad eos ĩgreſſũ ſalutaſſe Munatium & âbabus manibus cõplexum fuiſſe. Hæc ſcripſimus prolixius arbitrantes nõ minus ĩ huiuſmodi rebus mores hoĩm cognoſci poſſe:q̃ in peruagatis ac magnis negociis. Coegit autẽ Cato apud Cyprum circiter ſeptẽ milia talenta argenti. Veritus autẽ longitudinẽ nauigationis:uaſa multa præparauit ſingula duoꝝ talentoꝝ & qnq̃gĩta drachmaꝝ capacia:longũ funẽ autẽ ſingulis alligauit:& in funis capite ſuber bonæ magnitudinis erat:ut per ipſũ ſi naufragium fieret ubi eſſet argentũ cerneretur. Hæc oĩs pecuĩa ĩcolumis Romã delata eſt præter admodũ pauca. Libri autẽ duo:in quibus rões de ea pecunia diligenter perſcripta erant:in uia perierunt. Nã cum alteꝝ libertus eius noĩe Philargirus ſecum deferret ex Cenchris delatus cum ipſis oneribus periit. Alterum uero cum ipſe Cato uſq; ĩ Corcyram ſeruaſſet:ignẽ immodice facientibus arſere tabernacula:liberq; deperiit:& licet calumniatores refellere poterant miniſtri regii:tm̃ hanc librorum iacturã ægerrime Cato tulit:non tã ob fidẽ q̃ ob exẽplũ diligentiæ ſuæ:quod cæteris hoĩbus præbere cupiebat. Aduectus igitur nauibus cum urbẽ intraret:oẽs magiſtratus oẽs ſacerdotes oĩs ſenatus item maxima pars plæbis ſic obuiã ꝓceſſerũt:ut ripæ Tyberis utrĩq; cõplerentur:nec a triumpho multum differret. Nonnullis tm̃ agreſtis ſuperbuſq; uiſus eſt:q; conſulibus prætoribuſq; obuiam ꝓgrediẽtibus neq; ſubſtitit:neq; curſum retinuit:nec in terram ad eos deſcendit:ſed prætergreſſus non prius deſtitit:q̃ claſſẽ in naualia cõieciſſet. Cum tamen argentum p forũ portaretur:admiratus eſt populus ro. tantã magnitudinẽ:& ſenatus poſt multas Catonis laudes decreuit ei præturam extra ordinem:& ludos inſpicere purpurea ueſte. Verum hæc

ſenatus decretã. Cato ipſe deprecatus Nitiã regis ſeruum petiit a ſenatu manumitti: ob fidem ac diligentiã rerum adminiſtratarum. Erat ꝑ id tempus conſul Philippus Martiæ pater: & quodãmodo magiſtratus eius potentia in Catonem redibat: Collega Philippi Lentulo nõ minus ĩ honore Catonem habente ꝑpter uirtutes: q̃ Philippus ipſe ꝑpter affinitatem. Poſt hæc Cicero ĩ urbem unde prius a Clodio pulſus erat reuerſus: cum potentia qua plurimum pollebat frætus: tabulas ĩ capitolio fixas: ĩ quibus res ĩ tribunatu Clodii geſtæ ꝓſcriptæ erant per uĩ deleuiſſet: ſenatuſq; ſuper ea re haberetur: & Marcus Cicero abſentẽ Clodiũ accuſaret: diceretq; oĩa a Clodio geſta eſſe irrita oportere: qm̃ ipſe Clodius contra leges tribunatũ accepiſſet: nõ placuit id Catoni. Itaq; aſſurgens dixit Clodii tribunatũ nihil ſani neq; boni in ſe habuiſſe: ſi tñ quis irritare uellet qcqd ab eo geſtum eſſet: neceſſe fore ut ea ẽt quæ ipſe in Cypro feciſſet: irrita haberentur: neq; fuiſſe ſecundũ leges ꝓfectionẽ eius ĩ Cyprum: cum is tribunus referret q auctoritatẽ non hr̃et. Nõ igit᷑ cõtra leges tribunũ eſſe factum. P. Clodium qui ex patricia familia ad plæbem lege concedente tranſiſſet. Quod ſi tribunatu quẽadmodũ cæteri multi abuſus eſt: ipſũ corrigere oportere: q deliquerit: nõ uero poteſtatem tribunitiam diſſoluere. Ex hoc indignatio ĩter Catonẽ & Ciceronẽ exorta eſt: poſtea tam̃ procedente tẽpore reconciliati ſũt. Cum deinde Põpeius & Craſſus cum Cæſare q citra alpes uenerat cõicato cõſilio ſtatuiſſent ſecundũ conſulatũ inire: & cõſules factos Cæſari qdẽ in qnquẽnium ꝓuinciã & exercitus ꝓrogare: ꝑ ſe uero magnas pecunias & prouincias & delectus accipeř & rẽp. uexare: ac cum multi boni uiri conſulatum petituri deſtitiſſent: ſolus. L. Domitius q Porciã ſororẽ Catonis uxorẽ habebat: monente Catone nõ eſſe illis concedendũ: ſed ꝑ reipublicæ libertate certãdũ: ſuſtinit cõpetitor eſſe: nec ſolũ ad Domitium hic puenit ſermo: ſed ad oẽs bonos nõ eſſe negligẽdas Craſſi & Põpeii opes ĩ unum collectas: ſed diſiungẽdũ eſſe alterum ab altero. fore enĩ grauẽ & ĩtolerabilem eoꝝ potentiã ſi una conſules fierẽt. Fauebant igit᷑ oms̃ Domitio: cõfirmabantq; oſtẽdentes multos ex iis qui metu ſilerent: in comitium ſuffragaturos ſibi. Hoc cum Pompeii familiares uererentur: ĩſidias Domitio tendunt. Cumq; is prima luce in cãpum cum funalibus deſcenderet: uno ex ſuis qui præcedebant: ĩterfecto multis ĩſuper uulneratis oẽs ĩ fugam uertunt præter Domitium & Catonẽ. Nã Cato Domitium retinebat: ipſumq; cohortabat᷑: dicebatq; reſiſtendum eſſe ꝑ libertate patriæ aduerſus tyrannos: q̃diu ſpiritus ſupſit: q quẽadmodũ magiſtratu abuſuri ſint: iam extunc patefaciant: ꝑ tanta ſcelera ipſum procurantes. Hæc dicebat Cato iam brachium ſaucius. Sed cum Domitius periculum expectare nollet: domumq; ſe reciperet: deſignantur cõſules Põpeius & Craſſus. Nec tamen Cato quieuit: ſed præturam petiit: ne priuatus conſulibus aduerſaret᷑. At illi cum hoc timerent: q̃ uidebant præturæ dignitatẽ ĩ Catonẽ parẽ fore cõſulari poteſtati: ſenatum habuerũt multis ignorantibus: & in eo decreuerunt primo quidem uti prætores: qui creati eſſent: cõfeſtim magiſtratum inirent: neq; conſuetum tẽpus expectarent: deinde ne fraudi eſſet: ſiqs eũ magiſtratum per ambitum obtineret. Et ſimul ipſi amicos & miniſtros ad petionẽ eius cõcitarunt porrigẽtes argentũ & ipſi ſuffragio p̃ſidẽtes. Et cum nihilominus oĩa ipſorum ſtudia Catonis uirtus ſuperaret: erubeſcentibus cunctis ſuffragium non dedere Catoni præturam petenti: qui uel precio comparãdus foret ad eum magiſtratum gerendum: & cum prima tribus eum noĩaſſet: Pompeius id aĩaduertens turpiſſime mentitus ſe tonitrua audiuiſſe: comitia diſſoluit. nihil. n. fas erat agere: cum talia contigiſſent. Poſt hæc rurſus magnis largitionibus fræti: & optimatibus ex campo ꝑ uĩ pulſis prætorẽ fecerũt Vannium pro Catone: quo in loco ferunt eos qui ſuffragium tulerant continuo præ uerecundia e campo fugiſſe. Reliqui uero qui id grauiter ferebant: tribuno quodã plæbis contionẽ præbente Catonem induxerunt: qui oĩa quæ futura erant & reipublicæ euẽtura quaſi a diis edoctus prædixit: ciueſq; in Põpeium & Craſſum concitauit: qui ita ſibi conſcii eſſent: ita rẽp. adminiſtrare cuperent: ut timerent Catonẽ prætorem fieri. Tandem uero cum domum reuerteret᷑: tanta multitudo eum proſecuta eſt: quãta ne oẽs q̃dem illos qui prætores erant creati. C. deinde Trebonio legem ꝓmulgante de prouinciis

cõsularibus:ut alter Hispaniam Africãq; haberet:alter Syriam & Aegyptum:& quibus uideret' terrestribus naualibusq; copiis bellum īferrent:cæteri oẽs cum desperarent prohibere posse:supsederunt:nec aduersati sũt. Catoni autẽ cõtradicere uolẽti uix tẽpus duarum horarũ ad dicendum concessum est:qui cum multa dicendo ac præmittendo tẽpus consumpsisset:nõ permiserunt ut āplius loqueret':sed minister eum adhuc dicentẽ & ī suggestu stantẽ arripuit. Quin ẽt cum ex īferiori loco uociferaret':multiq; ex ea re turbati essent:rursus per lictorẽ apprehensus extra forum tractus est:ibiq; relictus. Cato uero simulatq; dimissus est:rursus ad rostra magna uociferatione ruersus:monebat ciues ne hoc paterent'. Hoc modo cum sæpius ex eo loco deductus semper rediret:molesteid ferens Trebonius:iussit ut Cato in carcerem duceretur:quod cum factum esset:ingẽs multitudo ciuium sequebatur:& ipse Cato interãbulandum cohortari ac monere cõtra legẽ nõ desistebat:quamobrem territus Trebonius Catonem dimisit:& illa quidem dies frustra consumpta est. Posteris uero diebus partim minis partim largitionibus uno prætorea ex tribunis plæbis Aquilio armis depulso ipsoq; Catone foro deiecto multis uulueratis nonnullis ẽt interfectis per uim legem tulerunt. quod quidem' tam indigne tulerunt boni:ut plæriq; statuas Pompeii ob indignationem cæderent. Sed hæc quidem fieri Cato prohibuit. Deinde cum de prouīciis exercituq; Cæsaris prorogandis referretur:nõ amplius cum plæbe egit Cato:sed ad ipsum Pompeium conuersus:atteſtatus est ac prædixit in suã ceruicẽ Cæsarem armari:idq; non uidere nunc:uerum enī eo tẽpore sensurum esse:cum ꝑpter grauitatem ac potentiam nec deponere ualebit nec perferre:proinde foꝛ ut eo tempore Catonis reminiscatur:intelligatq; non minus utilitatis inesse sẽtẽtiæ suæ q̃ honestatis atq; iusticiæ. Hæc tamẽ Pompeius neglexit:confisus fœlicitati suæ:nec putans fieri posse:ut Cæsar ab eo disiungeretur. Sequenti uero anno cum prætor factus nõ tãtũ uisus est ei magistratui afferre quãtum demere:sæpe nudis pedibus & sine toga ad rostra ueniens & causas capitales clarorũ uirorũ eo habitu cognoscens. Tradiderunt & nonnulli iudicia nonnũq̃ post prandiũ:cum uinũ potasset:eum exercuisse:quod tamẽ falsum est. Cum autem populus romanus largitionibus corruptus tãq̃ mercenaria opa suffragiis uteret':cupiens mederi huic parti reipublicæ Cato:senatui persuasit decernere ut hi qui designati essent:si nullum accusatorem haberent:ipsi tamen iudicium subire atq; rationẽ reddere cogerent'. Hoc perinique ferebant ii qui magistratũ petebant:iniqs etiã plæbs largitionibus assueta. Itaq; cum Cato postridie ad rostra uenisset:multitudo hominũ in eum impetum fecit:clamans detestans ac percutiens illum:quoad uniuersi qui circa rostra erant:aufugerent. ipsum uero Catonẽ multitudine pressum atq; delatũ uix rostris apprehẽsis cõtinere se potuisse dicunt. Sed cum in rostra se recepisset:grauitate & auctoritate turbã sædauit clamoresq; repressit:& oratione habita miti attente auditus est:turbationẽ omnẽ exaīs deleuit. Ob quã rẽ cũ a senatu laudaretur: At ego inquit P. C. uos minime laudo:q̃ me prætorẽ in tanto periculo deseruistis. Hi uero q̃ magistratum petebant:cum singuli a largitionibus deterriti essent:in unum conuenerunt:contuleruntq; unusquisq; duodecim milia & semis drachmaꝝ argenti:facta sponsione ut q̃ ex eis per largitionem peteret id argentũ perderet:arbitrum ad eã rẽ Catonẽ eligunt:& pecuniã apud illum deponere statuunt:sed ipse Cato pecuniam quidem recipere noluit: fideiussores tamen recepit. Cum autem dies comitiorum uenisset:obseruans etiam suffragia deptehendit quendã ex sponsoribus per acta contra egisse:ipsũq; dãnauit:& eius pecuniã aliis tribuit. Illi uero iusticiã atq; integritatẽ hominis admirati:pœnam remiserunt:satis pœnarum dedisse illum arbitrati:q; a Catone esset dãnatus. Sed ea res nõ mediocrem inuidiã in Catonem concitauit:quasi senatus iudicum ac magistratuum uim atq; potestatem sibi arrogaret. Neq; enim ulla uirtus est:quæ magis inuidiam cõtrahat q̃ iusticia:qm̃ potentia & fides populoꝝ illam maxime sequunt'. Neq; enim duntaxat ī honore habẽt iustos quẽadmodum fortes:neq; admirantur quẽadmodum sapientes: uerumetiã amant atq; eis confidunt. Ex illis uero quos supra memoraui alios timent: aliis parum credunt. Præterea arbitrant' natura magisq; uolũtate illos excellere:putãtes

fortitudinē & prudentiā alterā acritatem quādā alterā robur animi esse. Iustus uero esse quiuis potest: modo prauitates repellat. Itaq; iniuriam maxime ut inexcusabile uitiū improbris ducunt. Quāobrē Catoni tunc oēs potentes atq; clari inuidebant: & ī primis ipse Pompeius: qui putabat Catonis gloriā suæ potentiæ officere: atq; ea de cā semper quosdā sūmittebat calumniatores ī Catonem: quorum unus erat. P. Clodius: q rursus cum Pompeio in gratiā reuersus Catonē criminabatur multū argenti sibi in Cypro expi lauisse: Pōpeio autē ꝙ nuptias filiæ ut indignas repudiasset. Ad hæc respōdebat Cato se tantū argenti ex Cypro Romam detulisse sine ullo equite sine ullo milite: quantum Pō peius ex oībus triumphis ac bellis: quibus uniuersum terrarum orbem turbasset: nō at tulerat. Affinitatem uero Pompeii nunq̄ elegisse: non ꝙ indignum putaret: sed ꝙ non eadem in republica esset mens ac uoluntas. Nam se quidē ꝓuincia abstinuisse: cum sibi a senatu post prætura ultro traderetur: Pōpeium uero partim pro se accepisse ꝓuīcias: partim aliis procurasse. Nunc autē sex milia militum in Galliam ad Cæsarem mittere: quos neq; Cæsar petierat a senatu: nec ipse Pompeius auctoritate senatus concessit. Sed tot hoīum tantæ armoꝝ copiæ tot equi gratiæ sunt ac remunerationes priuatim elargi tæ. Impatorē appellatū Pōpeium aliis ꝓuincias exercitusq; cōmisisse: ipsum uero domi manere: ut seditiōes & turbas aleret: qbus rebus manifestū est imperium affectari a Pō peio. Hoc mō Cato Pōpeiū ultus ē. Erat. M. Fauonius Catonis amicus atq; æmulus: q̄ lis Apollodorus Phalerius dicit Socratis fuisse uir: quē faciliter uerba mouerent: nec id qdem modice aut humane: sed usq; ad insaniā atq; furorē. Hic ædilitatē petens repulsā ferebat: cui cum faueret Cato: aīaduertit tabulas una manu oēs ꝑscriptas. Itaq; hāc ma chinationē redarguens & tribunos super ea re appellās comitia dissoluit. Postea autem Fauonio ædili facto & cætera pro eo munera obiuit: & spectaculū edidit in theatro: ꝓpo nens certantibus non ex auro coronas: sed quēadmodum in Olympo fieri solet: ex olea stro. Dona ēt attribuit Græcis quidē ex Thridaco & Raphano & Bliti & Apio, Romanis autē uini amphoras carnes porcinas & ficus & lignoꝝ fasces: quorum uilitatē alii derise runt: alii laudauerunt ꝓpter Catonis austeritatē. Fauonius inter multitudinē se cōiiciēs & cum aliis sedens: Catoni applaudebat: admonebatq; ut uictoribus ea dona tribueret: attestabatur se Catoni hanc potestatē concessisse. In alio autem theatro collega Fauonii magnifice ludos faciebat: sed uniuersa multitudo illū reliquerat: & ad Catonem Fauo niū q; pro rei nouitate se contulerat. Fecit autē Cato hæc: ut doceret oportere eum q ꝓ ludos faceret: ludis uti & gratia magis ac simplicitate certare: q̄ tantos apparatus & sump tus in rem nō utilem consumere: & curas ingentes ea de cā suscipere. Post hæc uero cum Scipio & Hipseus & Milo consulatū petentes non solum illis solitis usitatisq; lagitiōi bus: sed ēt armis & necibus contenderent: ac temeritate & audacia bellum ciuile cōcitas sent: quibusdam censentibus Pompeium comitiis præficiēdum contradixit Cato. Neq; oportere inquit a Pompeio legibus præsidendū esse: sed Pōpeio a legibus. Verū postea cum permultos dies tria ueluti castra forum obsiderent: censuit anteq̄ sūma necessitas cogeret: sponte & gratia senatus eā rem Pōpeio esse mandādam: ex duobus malis eo qd mitius foret: eligens: ne cum ciuitas seditionibus atq; armis diu afflicta esset: tūc demū in potestatē unius deueniret. Dixit igit̄ sñiam ī senatu. M. Bibulus Catonis necessarius qua censebat solum Pompeium consulē designandū. foꝛ enī ut uel respublica quietem accipiat Pōpeio gubernante: uel meliori seruiat. Cato autem assurgens contra expecta tionem omniū Bibuli sñiam laudauit: asserens præstare ut quæuis potestas in urbe sit: q̄ rēpublicā sine magistratu ac præside manere. Se quidē expectaꝛ ut Pōpeius rēpublicā sibi cōmissam laudabiliter tueatur: & gerat. Per hunc modum consul designatus Pōpei us a Catone postulauit: ut in suburbanū ad se ueniret: qui cum uenisset amicissime eū recepit: atq; gratias egit: rogauitq; utꝛ sibi in cōsulatu gerendo adiutor esse uellet: se ex il lius auctoritate cuncta facturū. Ad hæc respōdit Cato: se neq; priori tēpore aliquid ūq̄ contra Pompeiū feciſſe inimico animo: neq; in præsenti ut gratiā eius sibi compararet:

sed pro utilitate reipublicæ sēp locutum esse: priuatim quidē igit' sese Pōpeio affutur: si Pompeius id postulet: publice uero etiam si non postulet: oīa perscrutaturum. Et sane ita fecit: ut promiserat: primum enim magnam ac nouam pœnam aduersus decuplatotores Pompeio statuente præterita condonanda censuit: futura uero punienda. Neque enim finem præteritorum facinorum faciliter reperiri posse: nec noua pœna quæ nunc imposita est: punienda esse delicta tunc commissa: cum lex aliam pœnam statuebat. Deinde cum multi summi uiri hac ipsa lege rei postularentur: Pompeiusq; interdum pro amicitia & familiaritate eorum se facilem præstaret: remitteretq; seueritatem increpabat eum Cato uehementer: atq; excitabat. Præterea cum Pompeius commendationes reis dari in iudiciis consuetas per legem uetuisset: ac postea ipse Munatio Flacco commendationem scripsisset: Cato qui in ea causa iudex erat: cum recitari cœpta esset Pompeii commendatio: aures manibus clausit: legiq; illam prohibuit. Flaccus uero ipsum ex iudicibus reiecit: & quidē post oratā cām: sed nihilominus condēnat' ē. Oīo aūt difficilis atq; anceps scrupulus erat Cato iis: q ī iudiciū uocabāt'. null'. n. reor hr̄e iudicē uolebat Catonē: & tñ r̄iicer̄ formidabāt. Nā mlti eo ip̄o cōdēnati sūt: q Catonē reiiciēdo nō satis cōfisi suæ īnocentiæ uidebāt'. Multis etiam ī magni opprobrii partē obiiciebat': q Catonem iudicem oblatum recipere noluissēt. Post hæc cum Cæsar ī Gallia magnas haberet: Romæ uero pecunia largitionibus & amicis plurimum posset: tunc demum monitiones Catonis diu antea prædictæ Pōpeium quasi dormientem excitarunt. Cūq; etiam tūc piger uideretur ad Cæsarem compescendum: perrexit Cato consulatum peter̄ q̄si: confestim arma Cæsari arrepturus: eiusq; insidias patefacturus. Competitores Catonis duo fuerunt ambo gratiosi: quorum alter. P. Sulpitius plurimum Catonis auctoritate ac potentia omni tempore frætus non recte tunc facerere uidebatur: neq; satis gratum se erga Catonem præstare. Ipse enim Cato nunq̄ questus est: sed minime admirandum esse dixit: si id quod quis maximum bonum esse putat: alteri non concedebat. Senatui uero persuasit: uti ipsos qui consulatum peterent: per se Romanum. P. appellarent: ob quod etiam magis homines sibi aduersos fecit: quasi non solum accipiēdi pecuniam uerumetiam gratiam concedendi populo Romano abstulisset: ad hæc accedebat quod nec ipse ad dicendum pro se satis idoneus erat: sed dignitatem morum potius conseruare uolebat: q̄ compellando atq; rogando dignitatem magistratus acquirere: neque ut amici hoc facerent ꝑmittebat: ob quod multitudo capi & deliniri solet: Itaq; uictus a competitoribus consulatum non obtinuit. Et cum ea res non solum iis qui repulsam tulerant uerum amicis quoq; & familiaribus rubori esse soleret: & tristitiam atq; calamitatem per multos dies afferre: ipse Cato ita negligēter id tulit: ut sequenti die unctus in campum descenderet: & post prandium rursus ut solebat sine calceis & tunica ī forum ueniens una cum familiaribus ambularet. Hoc factum Catonis Cicero reprehendit: q rebus poscentibus ut consul fieret: non studuerit populum humāitate delenire: sed etiā ad reliquum tempus defessus fuerit. Atqui præturam quidem rursus petiit: idq; illa de causa se facere dixit: q non iudicio populi Romani sed uiolentia atq; corruptione quorūdam hominum in ea petione succubuisset. At consularibus comitiis nullam fraudem adhibitam: sed non satis populus Romanus suos mores probatos fuisse: quos neq; mutare ob eam causam: neq; cum illis utatur uelle se rursus periculum sui facere. Inde cum Cæsar in bellicosissimas nationes impetum fecisset: easque superasset: germanos etiam contra fœdus bello lacessisset: & trecenta hominum milia occidisset: aliis ob rem prospe gestam supplicationes decernentibus: Cato censuit ipsum Cæsarem iis dedendum: quibus contra fœdus bellum intulerat: neq; faciendo ullo modo ut ipsi in se atq; in rem publicam tantam pollutionem reciperent: Attamen inquit diis immortalibus gratias agēdum est: q pro hac tanta imperatoris nostri temeritate in exercitum nostrum pœnas non uerterunt: sed reipublicæ pepercerunt. De his Cæsar certior factus epistolam scripsit ad senatum: in qua multa maledicta in Catonem congessit. Qua lecta Cato ipse

assurgens:non ab ira neq; ab obtrectatione aliqua:sed ab ingenio atq; ratõe crimina quæ in se dicta erant:iurgio similia esse ostendit:& ludum aliquem pompamq; contineri. Deinde mentem Cæsaris ab ipso initio patefaciens:& omnem illius uoluntatem quasi ipse socius atq; coniuratus foret aperiens ac docens:nõ Britannos neque Celtarum filios sed ipsum Cæsarem esse formidandum: ita mentes omnium mutauit & acuit:ut amicos Cæsaris uehementer pœnituerit:q; eiusmodi epistola in senatu lecta facultatem Catoni dedissent:ut uerbis pro iusticia factis Cæsarem merito & iustissime redargueret. Nihil tamen a senatu decretum est:uerba duntaxat habita:oportere Cæsari successorem dari. Amicis Cæsaris dicentibus ut Pompeius etiam arma deponeret:prouinciasque dimitteret:quod ni faciat:Cæsarem quoq; non esse facturum. Iam illa uociferans Cato quæ ab initio prædixerat aduentare scilicet uirum: & manifestissime uim afferre cum illis ipsis copiis:quas a decepta ciuitate adeptus foret:senatum in suam sententiam traduxit. Deinde cum Arimino Cæsar occupato ad urbẽ contendere diceretur:hinc iam uniuersi Catonem intuebantur: tam Pompeius q̃ cæteri omnes: utpote qui primus omnium ista uidisset. Dixit igitur Cato:at si iis quæ ego prædicebam credidissetis. P.C. nec unum nũc timeremus:nec etiam in uno spes nostras haberemus. Censeo tamen uni Pompeio committendum:ut uideat:ne quid respublica detrimenti capiat. Etenim eorũdem hominũ esse solet magna inferre mala ac repellere. Pompeius igitur cum neq; exercitum paratũ haberet:nec quas tunc deligebat copiis satis credendum putaret: urbem deseruit. Cato uero cum Pompeium sequi decreuisset:minorem eius filium in Brutios ad Munatium misit:maiorem uero una secum duxit:domus autem & filiarum suarum gratia Martiã rursus accepit:quæ tunc uidua erat:& ab Hortẽsio hæres relicta. Quod eius factum maxime Cæsar carpendo auaritiam Catonis criminari conatur. Nam si indigebat inquit: cur eam dimisisset:sinautem nõ indigebat:cur eam recepisset:nisi uidelicet illam mulierẽ tanq̃ escã a principio posuisset:& iuuenem demisisset: ut diuitem reciperet. Ad hæc autem quæ a Cæsare dicta sunt: probe illa conueniunt: quæ dixit Euripedes in eos qui Herculi timiditatem exprobabant: Nam persimile est herculi timiditatem animi obiicere: & Catoni turpitudinem quæstus. An uero improbandæ sint hæ nuptiæ: alterius erat cõsideratõis. Sed postq̃ Martiã recepit:& curã rei familiaris ac filias ei cõmisit:ipse Põpeiũ secutus est:a q̃ die ferunt neq; capillos neq; barbã deposuisse:luctũ uero ac mæsticiã ꝓ tantis reipublicæ cladibus siue superarẽt siue suparẽt eodẽ mõ semper obseruasse. Sortitus autem Siciliã ꝓuinciã ac Syracusas profectus:cum audiuisset Asiniũ Pollionem cum multis militibus Messanã traiecisse:& simul cognouisset Pompeii fugam ex Italia:res diuinas permagnam obscuritatem multosq; in se errores habere questus est: siquidem Pompeio in his rebus quibus nihil iusticiæ inerat:semper dii fauissent:tunc uero patriam seruare cupientem & ꝓ libertate pugnantem deseruerint. Quãq̃ ita Asinium ex insula deturbare posset:tamen ne Siciliam cladibus belli inuolueret:abeundi cõsilium sumpsit:monitus prius Syracusanis ut de salute suæ ciuitatis prouiderent:Dyrrachium ad Pompeium nauigauit. Cum in castra peruenisset:semper in eadem sentẽtia fuit. censebat enim oportere:ut bellum protraheretur sperãs ut tractu temporis iræ mitigarentur:neq; ferendum putabat:ut populus Romanus seipsum pugna ferroq; truci daret. Suasit etiam:ut Pompeius cæteriq; primarii uiri decernerent:ne qua ciuitas socia aut amica populi ro. diriperetur:neue quisq̃ Romanus ciuis extra aciem interficeretur. Hac ille humanitate multos mortales ad partes Pompeii conuertit. Missus deinde in Asiã ut appatatus nauium delectusq; militũ acceleraret:secũ duxit Seruiliã sororem:& Lucullũ puerũ ex Seruilia genitũ. Nã Seruilia quidẽ post mortẽ uiri se Catonis potestati subiecerat:eũq; sponte sequebatur:ob aduersam ipudicitiæ famã abstergẽdã. Verũtn Cæsar ne in hac quidem parte Catoni pepercit:& ĩ cæteris quidem(ut uidetur)nihil erat opus Catone. Nam ii qui a Pompeio missi erãt:summa cum diligentia cũcta pfecerant. Rhodios dũtaxat auctoritate atq; oratione sua permouit. Et Seruiliam illic atq; Lucul-

lum relinquens ad Pompeium rediit: cum magnis terrestribus atque naualibus copiis. Atq; in eo tempore maxime Pompeii mens ac sentētia cognita est. Nam cum naualibus copiis præficere Catonē decreuisset: & haberet naues pugnaces circiter qngentas præter liburnicas & exploratorias: subito mutauit sñiam: Bibulūq; classi præficit: putans nō id laborare Catonē ut Cæsar superar̄tur: sed ut oīno respublica libera foret: tā Pōpeio q̄ cæteris potentibus e medio sublatis: sed ī quadā pugna quæ Dyrrachii cōmissa est: cū ipse Pōpeius cæteriq; duces ad pugnā milites hortando nihil proficerēt: Cato or̄onē habuit de libertate de uirtute de gloria de contemnēda morte: quæ ī philosophia didicerat: ꝓut tēpus patiebatur disserens tandēq; orationē suā in deos cōuertens: utpote præsentes & illos intuentes q pro patria pugnaturi erant: ita militum aīos īcēdit: ut cū sūmo clamore sūmoq; decernendi desiderio pugnā deposcerent: oēsq; Cæsaris cohortes ea die in fugam ueterent: nisi Cæsaris fortuna & Pōpeii infœlicitas obstitisset: ut in eius uita scripsimus. Tunc autē oībus ob ea quæ gesta erant læticia exultantibus: Cato ipse plorauit patriæ fortunā: & ambitionē detestatus cernens multos ac bonos ciues ī acie cecidisse. Deinde Pōpeius Cæsarem persecutus: cum in Thessaliā uenisset: multæq; copiæ Dyrrachii essent relictæ: & præterea multæ pecuniæ multi. R. ciues oīm custos atq; dux Cato præficit̄: datis sibi qndecim cohortibus: atq; id fecit Pōpeius: qa Catonis præsentiā formidabat: quē ut absentem firmissimū uictis refugium: sic præsentem uictori sibi minime cōcessuꝝ existimabat: nec permissuꝝ ut ꝓ arbitrio uictoriā exerceret. Accepta deinde apud Pharsaliā clade in ea sñia fuit Cato: ut si Pompeius interisset: oēs q secum erant ni Italiā reduceret: ipse uero solus tyrannidē fugeret: atq; ī exilium iret. sinaūt Pōpeius euasisset oīno copias illas Pōpeio cōseruare. Hac igit̄ mente ī Corcyrā ubi naues erant delatus: cū Ciceronē ibi offendisset: perrexit primū oēs copias illi tradere: & sese ei summittere: ut decens erat prætorium uiꝝ consulari: sed Cicerone non recipiente & in Italiā abeunte: cognita Pōpeii uoluntate: qui cū minime tēpus exposceret: eos qui ī Italiā nauigabant: afficere suppliciis & ī primis Ciceroni ipsi manus afferr̄ cogitabat: priuatī ipsum corripiēs Ciceronē ex māifesto ꝑiculo liberauit: & cæteris facl̄tatē abeūdi p̄stitit. Arbitratus uero Pōpeium magnū ī Aegyptū aut Lybiam peruenisse: ad illum ire prexit cū oībus copiis: data prius potestate abeundi iis q nō uoluntarie sequerentur. Catoni orā Lybiæ præteruecto fit obuiam Sextus Pōpeii filius minor natu: q mortē patris nunciauit: cuius mortem cum uniuersi grauiter ferrent: nec alium ducem sequi uellent: Cato detestatus hominum perfidiam: qui difficillimo tempore bonos desererent: principatum petiuit: & ī Cyrenē perueniens a Cyreneis receptus est: cum paucis ante diebus Labenū exclusissēt. Hic cum audisset Scipionem apud Iubā regē se recepisse: & Appium Varum Aphricæ præfectum una cum Scipione esse: profectus ad eos pedes hyberno tēpore multis asinis qui aquam ferrent congregatis: multum præterea cōmeatum ferens: multos etiam currus ducens: & insuper homines qui Psilli nominantur: qui morsibus serpentum medētur: ore trahentes uenenum: & ipsos serpentes cantibus mitigantes: septem continenter diebus iter fecit: ipse semper absq; equo & uehiculo agmen præcedens: in cœna uero sedebat. Nam post Pharsalicam pugnam hoc quoq; priori mæsticiæ addiderat: ut nunq̄ iaceret: nisi cum dormiret. In Aphrica hybernis peractis exercitum eduxit. Erant militum circiter decem milia. Res autem pessimo loco erat Scipione & Varo simul contendentibus: & ob id Iubam obseruantibus hominem propter opes & potentiam tumentis superbiæ: qui primo Catonis aduentu thronum suum medium posuit inter Scipionem & Catonem. quod cum animaduerteret Cato sublata sella ad aliam partem se contulit: & Scipionem inter se & Iubam medium fecit: quanq̄ sibi infensum atq; inimicū: urpote qui librum aduersus illū ediderat. Ad hoc qdē nō attēdūt hoīes Catonis factū: si uero Philostratū ī Sicilia mediū ābulās habuit ī honorē philosophiæ: illum accusāt. Tūc igr̄ Iubæ īsolētia repressa: q q̄si Satrapas effecerat sibi eos qui cum Scipione erant: omnibus conciliatis: cum ducem Catonem cuncti seq uellent: & præcipue Scipionis ac

Vari milites: negauit se contra leges imperium susceptuꝝ: quas ut seruaret: aduersus Cæsarem bellum gerebat: neq; se pro prætore dū ꝓcul adsit antepositurum. Nā Scipio pro consule ꝓuinciā obtinebat: speq; nōnullis erat in Scipionis noīe q̄si in Aphrica id esset ad uictoriā fatale. Accepto itaq; a Scipiōe prīcipatu: cum ille statī Iubæ gr̄a omnes Vticenses q in ætate erant trucidare uellet: urbēq; funditus euertere: utpote cum Cæsare sentientes: Cato obstitit: Attestans enī ac uociferans ī cōsilio uix crudelitatē eoꝝ coercer̄ potuit: ac partim Vticensium rogatu: partim ex Scipionis sñia custodiā Vticæ recepit: ut neq; inuita neq; uolens partes Cæsaris sequeret̄. Ea urbs opportunissimo loco sita & abunde munita erat: magis tñ a Catone cōfirmata est. nā & Annonæ uim introduxit: & mœnia turribus uallo fossaq; muniuit: præsidiaq; īposuit. Ciues autē quicūq; puberes erant ablatis armis ꝓ turribus collocauit: reliquos in urbe continuit: uehemēti diligentia adhibita ne cuiq̄ eoꝝ inferret̄ iniuria: nec inferre aliis ipsi possent. Arma uero & pecuniā & frumentū inde ad castra mittebat: habebatq; eā urbē quasi horreū belli. Quod autem Põpeio magno prius idē tūc Scipioni suadebat: ne signo cōferret aduersus hoīes pugnacissimos: sed ꝓtraheret bellū: tēpusq; contereret: quoad tyrannidis acies obtūderet. Sed Scipio Catonis consilia neglexit: & aliqñ ēt timiditatem exprobrauit: īscribēs ad eū satis non esse si ipse ī urbe sit & mœnibus circūdet̄: nisi ēt cæteros īpediat: quo minus ea quæ optima factu sunt: exequāt̄. Ad hæc rescripsit Cato: se paratū offerens cum iis copiis q̄s in Aphricā duxerat: ī Italiā trahere. Cum uero hoc quoq; Scipio aspernaret̄: manifestissime cernebat̄ in Catone pœnitentia: q; prīcipatū cōcessisset ei: qui neq; belli artibus ualeret: neq; si fortuna aliqua uīceret: tēperate uictoria usurus foret. Quāobrē ut secū ipse agitabat: & familiaribus patefecit: se nō bonā spē ī bellum hr̄e ꝓpter īperitiā ac supbiā ducis: ac ēt si Cæsar ipse superet̄: se Romæ non mansurū sed in exilium futuꝝ ꝓpter crudelitatē & superbiā Scipionis: q iā tunc insolentes minas aduersus multos iactaret. Et euenit qdē citius q̄ expectaret Cato: ut a Scipione male pugnatū esset: & prima nocte q̄dam a castris ueniens tertia ante die pugnā cōmissā: Cæsarēq; uicisse nunciauit: capta ēt esse castra: Scipionē & Iubā cum paucis euasisse: reliquas oēs copias fūditus esse deletas. His auditis uniuersa ciuitas ad huiusmodi nuncium attonita uix se infra mœnia continebat. Quod cum aīaduerteret Cato: singulos monendo atq; consolando q̄ non tanta essent quanta nunciabantur mala: sed rem uerbis augeri: trepidationem sædauit. Postri die uero Romanos ciues qui Vticæ negociabantur: quorum trecentos in consilium delegerat: per p̄conem in templum Iouis acciri iubet: quo facto uenit ipse in templum sine ulla trepidatione: uultu pacato quemadmodum priori tempore solebat librum in manibus tenens: dum illi cogebantur: lectitare cœpit. Erant in eo libro scriptæ rationes quas ad bellum præparauerat: armorum frumenti balistarum: coacto autem consilio incipiens ab ipsis trecentis uiris laudauit fidem & studium eorum: q; consilio q; corporibus: q; pecuniis bene de republica meruissent: deinde cohortatus est ne spem abiicerent: neue in diuersas partes aufugerent: sed in unum continerent: fore enim ut eo modo plus roboris in resistendo haberent: faciliusq; a uictore salutem impetrarent. Proinde sibiipsis consulerent in utram uellent partem: si tamen periculis sese obiectare uelīt: & pro libertate pugnare: se non solum uirtutem eorum laudaturum: uerum etiam ducē ac socium se præstiturum: quoad extremam sortem patriæ experirentur: quæ nec Vtica sit nec Adrimetum: sed Romana urbs: quæ sæpe maioribus periculis euaserit & sese receperit. Multa quidem esse illis ad salutem parata: & præcipue q; aduersus eum hominem bellum gererent: qui a tempore ac fortuna totus penderet. Hispaniam ad Pompeium iam defeciſſe: Vrbem uero ipsam Romanam nondum frenum seruitutis propter insolentiam recipere: sed grauiter ferre: & ad res nouas cōspirare. Deniq; hostem ipsum pro exemplo habēdum: qui nullum recuset periculum: ut patriam suam ac iura subuertat: quod cum ille faciat pro iniuria: quanto magis eos facere decet: qui si uicerint fœlicitatē adepturi: si uincāt̄: glorioſissimam mortē obituri sint: debere tamen ipsos per se cōsulere deos precantes: ut ꝓ uirtute quā supiori tp̄e præstiterūt: ea res fœliciter eueniat.

Hæc cum diceret Cato: plurimi oſone eius ducebant: ac fortitudinē hoīs humanitatēq; intuentes q̄ſi piculoꝝ īminētium obliti offerebant: ut corporibus & armis eoꝝ arbitratu ſuo uteret: utpote ſolus oīm īuictiſſimus dux: & cuiuſcūq; fortunæ uictor. Satius enī fore ut eū ſequentes morirent: q̄ ſi eo deſerto ſalutē accipiāt. Cū uero quidā cēſeret ſeruis libertatē eſſe dandā: & plæriq; eius ſententiam laudarent negaut Cato ſe ullo mō id paſſurum. Neq; enī eſſe iuſtū: neq; legibus conſētaneum: ſi tñ dñi liberare uelīt receptu rum: q̄d cum multi pollicerent: iuſſit eoꝝ noīa edi atq; ſcribi: ſic conſilium dimiſit. Nec multo poſt afferunt ſibi lr̄æ a Iuba & Scipione: quoꝝ Iuba quidē cum paucis in monte quodam latebat: Scipio autem nō longe ab Vtica naues conſcenderat: atq; ī portu ipſo euētum reꝝ expectabat: quod ſibi agendū uideret. Cato itaq; eorum tabellarios: quoad priora conſilia firmarent: retinuit. Et ſenatores quidē promptiſſime ſeruos dabant: ma numittebantq; & armabant: cætera autē multitudo ueluti nauicularii fœneratores & cæ tera huiuſmodi turba: q̄ maximā partē fortunaꝝ ſuaꝝ in ſeruis habebant: miꝝ ī modū refixerant. Velut enī corpora quædā faciliter incēdunt: & rurſus remoto igne cito frigeſ cunt: ſic dū præſēs erat Cato uerſabat q; ī eoꝝ oculis: ad uirtutē incendebāt: cū uero diſ cederet atq; ipſi per ſe erant: Cæſaris formido plus ualebat q̄ honeſta cōſilia. Qui enim ſumus aiebant illi: cuiq; bellū īferre paramus? Nōne hic eſt ille Cæſar: q̄ oēm romanoꝝ habet potētiā? Noſtrū autē nemo ē Scipio neq; Pōpeius neq; Cato: ſed q̄bus tēporibus uniuerſi mortales timidiores ſunt q̄ oportet: ī his tēporibus nos p libertate romanoꝝ ex Vtica pugnabimus aduerſus eū: q & Catonē & Pōpeiū ex italia pepulit: & ſeruos aduer ſus Cæſarē liberos faciemus: q tm̄ libertatis ipſi habituri ſumus: quantū ipſe Cæſar no bis cōcedet? cognoſcamus nos ipſos dū tēpus ē: ueniāq; petamus a uictore: mittamuſq; ad eū hoīes q illius irā deprecent. Hæc multorum uerba erant: nā reliq uim aduerſus ſe natores parabant: putantes ſi eos caperent: & Cæſari darent: fore ut ira Cæſaris mitiga ta facilius ſalutē īpetrarent. Quæ cum Cato audiſſet: nihil hanc mutationē reprehēdit: Scipioni tñ iubæq; reſcripſit: ne Vticā accederent. Cū uero magna manus equitū a pu gna: quæ īter Cæſarem & Scipionē cōmiſſa erat: euaſiſſet: miſſi ſūt ad Catonē tres lega ti: non tamē oms eadem mandata habebant. Nā alii ad Iubam eundum fore cenſebāt: alii Catonem ducem poſcebant: alii Vticā accedere formidabāt. Hæc audiens Cato. M. Rubrio operam dedit: ut noīa eorū reciperet: qui ſeruos ad bellum manumittebāt. Ipſe uero ſenatoribus aſſumptis Vtica egreſſus tribunos equitum conuenit: eoſque rogauit ne ſenatores proderent: neq; Iubam potiuſq; Catonem ſequi mallent: ſed in urbem ac cederent: ut ſeipſos cæteroſq; ſeruarent: eſſe quidem urbē ipſā inexpugnabilē: & multo rum annorum uictum habere: omniq; apparatu belli abundare. Ea cum ſenatores mul tis cum lachrymis precarentur: præfecti equitum ad equites rettulerunt. Cato interea in quodam aggere una cum ſenatoribus ſedens: reſponſa equitum expectabat. Inter hæc .M. Rubrius accedit cum ſumma indignatione: nuncians motum in urbe fieri. Quod cum auditum eſſet: aliis quidē in lachymas lamentationeſq; conuerſis: Cato eos confir mare tē abat. Nuncii poſt hæc ab equitibus uenere acerba poſtulantes. Aiebāt enī neq; Iubam ducem ſequi uelle pro mercede: neq; Cæſarem ullo modo timere: ſi Catonem ha bebant ducem. Vticenſibus tamē ex Phœnitia profectis hominibus infidis nullo modo inter eadem mœnia ſeſe cōiuncturos. Nam ſimulatq; Cæſar copias ſuas ad urbem ad moueat: inuaſuros eſſe Romanos atq; prodituros: proinde ſi uellet Cato eorum opera ad bellum uti: Vticenſes omnes uel expelleret urbe: uel intra mœnia trucidaret: quod ſi faceret Vticam ſe acceſſuros pollicebantur. Iſta Catoni aſpera nimium & intolerabi lia uiſa ſunt: benigne tamen pro tempore reſpondit: ſe de ea re una cum trecentis deliberaturum. Atq; ita in urbem regreſſus offendit homines non clam neq; latenter ſed corā reclamantes: ſiquis contra Cæſarem impellat: cui neq; poſſe ſe bellum inferre neq; uelle dicebant: nonnulli ēt uoces contra ſenatores iactabant: capiēdos eſſe illos: Cæſariq; de dēdos. Sed ipſe licet hæc audiret: tamē nō audiſſe ſimulabat: & erat q̄dē ſubſurdaſter. Vt autē eqtes abire nunciati ſunt: timens ne trecenti illi uir[illegible]ōtra ſenatores aliq̄d molirēt:

profectus una cū amicis:cū cerneret eos iā ꝑcul abeuntes equo accepto consecutus est. Et equites Catonē intuentes cum summa lætitia conuersi eum receperunt:adhortantes ut una secum esse uellet. In hoc loco ferunt Catonē lachymasse:dū ꝑ salute hominū senatorii ordinis milites precaret̄:manusq; tetēdisse & nō nullos equos freno captos uertisse:armaq; ipsos tenuisse:quoad ab equitibus extorsit: ut ea die iuxta Vticā morātes securitatē senatoribus præstarent. Vt igit̄ eos reduxit & alios qdē portis alios arci custodes īposuit:magnos metus plærosq; iuasit:ne pœnas darēt mutatæ uoluntatis. Postulabāt igr̄ a Catōe ut eos adiret. At senatorii ꝑ Catōe sollicitati eū retinebāt:neq; dimissuros se neq; ꝑdituros q ī tātis periculis eos seruasset:ꝑdicabāt. Mānifestissim". n. ut vī sensus erat & zelus & admiratio uirtutis eius cunctis:q Vticæ erāt:cum ipse nihil simulate nihil dolose faceret. Vir q cū ātea mortē sibi afferr̄ decreuisset:īgentes tn̄ labores & magnas curas ꝑ aliis susciebat:ut cū cæteri oēs secure iā uiuer̄ possēt:essētq; a piculo liberati:tūc ipse demū mortē obiret:erat occulta eius deliberatio ad mortē:q̄q̄ ꝑ cæteris affligerr̄. Venit igr̄ tunc ad trecentos solus:q cū sibi gras egissent:rogassētq; ne eos in suspitōe hr̄et:sed fidei eoꝝ crederet:& si oēs Catones nō essent neq; tantā magnitudinē aī præstarent:miserendū esse eoꝝ ībecillitati:censebāt ad Cæsarem mittendū potissime pro Catonis salute. quod si Cæsar nō cōcederet:ne si ipsis spōte offerat gram eius accepturos:sed quoad spiritus superst aduersus eum pro Catone pugnaturos. Cato eoꝝ sñia laudata tn̄dit ut ꝑ seipsis(si ita uellent)Cæsarem precarentur:pro Catōe autē nullo modo faciendū. Nā uictoꝝ quidē esse deprecari:& eoꝝ q errassent ueniam petere:se uero per oēm ætatē iuste tū præstitisse:& Cæsarem honestate atq; iusticia longe superasse. Nec esse uictū aut captum Catonē:sed ipsum Cæsarem q bellum quod iādiu contra patriam parabat cī sæpe id negasset: nunc tandem cōuictus est agitasse. hæc locutus abiit. Cum uero audiret Cæsarem cum omnibus copiis aduentare:dii boni inquit: ut contra uiros ad nos ille:& ad senatorios conuersus monuit:ne differrent:dum equites adessent:saluti suæ prouidere. Et omnibus portis præter unam quæ ad mare prospiciebat clausis: naues suis assignauit:ordinauitq; uniuersos sine trepidatione ulla aut tumultu. Egenis autem & tenuioribus pecuniam tradidit. Deinde cum. M. Octauius cum duabus legionibus haud procul ab Vticā castris positis a Catone postularet:ut pro imperio diffineretur: Cato nihil respondit:sed ad amicos conuersus:quis iam mirabitur inquit:si res male gesta est:quando in ipsa morte cupiditatem dominandi in nostris hominibus cernitis? Inter hoc audiens equites iam abire uolentes Vticensium domos diripere:cursim ad eos profectus:primis spolia e manibus eripuit:cæteri uero omnes abiecerunt:& cum summo rubore discesserunt. Post hæc Vticenses in urbem reductos orauit:ne Cæsarem contra ciues Romanos qui Vticæ erant irritarent: sed communiter pro omnibus salutem peterent: ac rursus ad mare rediens:curauit eos: qui nauigaturi erant: & amicos hospitesque complexusq; dimisit:filio persuadere non potuit:ut una cum cæteris nauigaret:neq; enim putabat ullomodo patrem esse deserendum. Erat autem etiam quidam Statilius ætate iuuenis mente ualidus Catonis imitator: huic suadebat Cato ut inde nauigaret:nec Cæsaris sibi inimici expectaret aduentum. qui cum se facturum negaret: respiciens Cato Apollonidem stoicum & Demetrium peripateticum:inquit:uestrum hoc opus est iuuenem lenire & ad curam sui ipsum conuertere. Totam noctem & magnam partem diei in dimittendis amicis & pecuniis dandis consumpsit. deinde. L. Cæsar. C. Cæsaris cognatus:qui a trecentis ad Cæsarem mittebatur:a Catone postulauit:quemadmodum sibi uerba facienda uiderentur pro salute ciuium ro. Nam pro te quidem īquit & manus apprehendendæ & genua amplectenda erunt. Cato uero nullo modo id faciendum respōdit:sibi enim ipsi si salutem petere uellet:ad Cæsarem eundum fore:sed nolle se tyranno gratias agere pro iis rebus:quas cōtra leges per iniuriam facit. Nam salutem dat q̄si dominus eorum:quibus nullo modo dominari potest:quēadmodum tamen ille preces Romanorum ciuium exaudiat:simul cōsiderare uelle. Hæc una cum. L. Cæsare meditatus cū filio amicisq; comitatus est āplexusq; uirū dimisit:& filiū suū amicosq; reduxit.

Et cum cætera multa locutus est: tum illud præceptum filio dedit: ne unq̃ ad rẽp. se conferret. Nã ut iã digna Catone faceret: nullum esse locum in rep. aliter autẽ ut se gereret: turpe esse. Post hæc cum aduesperascaret: balneum ītrauit: & interlauandum cum sibi Statilii in mẽtem uenisset: alta uoce Apollonidẽ uocauit: petiitq; an iuuenẽ demisisset: eiusq; magnitudinem aī repressisset: & an ille nauim ascendisset se inscio insalutato? Respondente Apollonide se multa cũ illo uerba fecisse: uerũ pseuerare illum ī sententia ut oīa faceret: que Cato ipse faceret: subridens Cato: at hoc īqt confestī apparebit. Post lauacrũ cum multis cœnauit sedens: quẽadmodum post ciuile bellum cõsueuerat: neq; enī iacebat nisi cum dormiret. Cœnauerunt cum eo oẽs familiares & Vticensium magistratus: ac post cœnã magna & iocunda disputatio agitata est. Cũ deīceps philosophiæ quæstiones proponerent̃: quoad peruentum est ad illa quæ paradoxa stoici uocant: ueluti solum uirum bonum liberum esse: oẽs malos esse seruos: aduersus quæ cum peripateticus pugnaret: uehementer ī ea disputatione accensus Cato extendit disputationem miro certamine: ita ut oẽs suspicarent̃ illum uitæ suæ finẽ facturum: atq; e rebus humanis migratur̃. Itaq; cum silentium post uerba Catonis sequeret̃: aīaduertens Cato eor̃ mæsticiã: conatus est timorẽ auferre: & suspitionẽ quã ante cõceperãt: remouere. Quãobrem curas rursus illis iniecit: p̃ præsentibus rebus: q̃si pro illis qui nauigarent sollicitus foret: & pro illis qui pedestre iter facerent: cum per deserta loca & aquæ expertia trãsituri essent. His ille dictis conuiuiũ dimisit: & facta cum amicis deãbulatione: quæ illi post cœnã consueta erat: & iis q excubiis præerant: ea quæ tẽpus poscebat locutus: in cubiculum ire cœpit. Abiensq; filiũ & amicor̃ quẽq; magisq̃ prius consueuerat amplexus est: ex quo rursus suspitionẽ præbuit necis futuræ. Cubiculũ autẽ ingressus cæpit ī manibus librum Platonis de aīo: & maxīa part̃ eius libri lecta: & cum non uideret ensen pendere: surripuerat nãq; eum filius: dum cœnabat̃: uocato seruo: qs abstulisset ensem poposcit: at illo tacente rursus legere īcepit: & quasi nõ festinaret: sed alia de cã ensem quæreret: ut afferretur mandauit: quod cum ille non faceret: atq; ipse iam totũ librum perlegisset: rursus singulos seruos uocauit: & maiori uoce ensem reposcere cœpit. Vnũ etiam ex seruis pugno percussit: ex quo cũ ei manus tumefacta fuisset: grauiter iã id ferens & uociferans se inermẽ a filio atq; seruis prodi: non prius destitit: q̃ filius cum amicis uenit: & multis cum lachymis se supplicẽ obtulit. Cato autẽ torue ipsũ prospiciens: an me inquit insanum putas: qui non rõibus sed ui compescis? Quid me uero nõ ligas patrẽ: ac tandiu in uinculis tenes: donec Cæsar occupet nullo mõ resistere ualentem. Sed nihil agis mihi crede: non enim mihi ense opus est ad mortem. Nam si breue tempus spiritũ præclausero: & si caput parieti incussero mori possum. Nec cum dixisset: adolescens lachymans abiit. Cæteri etiam amici cubiculum egressi sunt: præter Apollonidẽ & Demetrium qui intus remanserunt: ad quos Cato conuersus mitiori uoce: an uos quoq; putatis retinendũ esse hominem grandem natu: & iuxta sedendo eum custodire? an rationẽ aliquam habetis per quã possitis ostendere turpe Catoni salutem ab hoste petẽ? Quid igitur non uerba facitis? quid non arguitis me? ut primis illis rõibus quibus ad hũc diẽ uiximus repulsis: & per Cæsarem sapientiores facti ingentes illi gratias habeamus? Atq; decreui equidem nihil de meipso: oportet tamen me deliberare: ita ut ea faciam: quæ facienda uidebuntur. deliberabo igitur uobiscum: si cum iis rationibus quibus uos in philosophia utimini id facio. Abite igitur bono animo: & monete filium meum: ut pr̃i uim nõ afferat. Ad hæc illi nihil rr̃identes sed lachymãtes abiere. Qui cũ abiissẽt: Cato ensẽ sibi remissũ nudauit īspexitq;: & mei nunc iuris sũ inquit: ac rursus ense reposito lectitare cœpit. Ferunt bis librum de aīo perlegisse totum: atq; subinde dormisse altissime: ut ẽt ii qui extra cubiculũ erãt: stertentẽ sentirent. Cũ esset circiter mediã noctẽ uocauit ad se Cleantẽ medicũ: & Butã quẽdã cuius opera ad res ciuiles plurimum utebatur. Erant hi ãbo Catõis liberti: & Butã qdẽ ad portũ misit: ut sciret an oẽs nauigassent: medico ãt manũ ostẽdit fabricitantẽ ob eam plagã: quã (ut supra diximus) seruo inflixit. Ea res spẽ oībus p̃stitit q̃si cõsilio abiecto de uita cogitaret. paulopost Buta rediit & alios oẽs p̃ter

Craſſum nauigaſſe nunciauit:Craſſum quibuſdam ĩpedimentis detĩeri:cæterum mare magnis fluctibus agitari.Quo audito ĩgemuit Cato ꝓ eo ꝙ nauigarãt ĩcõmodis & rurſus Butam remiſit:ut ſiqs cuiuſq; rei ĩdigeret:afferret.Iã erat circiter gallicinium:& rurſus ĩ ſomnũ cõuerſus eſt.Deĩde reuerſo Buta & cõpoſita eſſe oĩa renunciãte iuſſit eum prouidere:ut porta clauderet̃:& ſe ĩ lectũ demiſit:quaſi reliquum noctis q̃turus . Vbi uero Buta receſſit:ſtatĩ accepto enſe ſe ſub pectus percuſſit. Sed cum ægrota manus minus alte uulnus ĩprimeret:nõ cõfeſtĩ exanimatus eſt:ſed moribundus ex lecto ꝓlapſus: Abacum quendã geometriæ:q; forte iuxta lectum ſtetit:nõ ſine magno ſtrepitu in terrã deiecit:q; cum a ſeruis auditus eſſet:ſubito acclamatum atq; cõcurſum eſt tã a mĩſtris q̃ a filio & amicis.Ingreſſi itaq; cubiculum offenderunt Catonem ſanguine fœdatum:inteſtina eius magna ex parte effuſa ipſum tamen adhuc uiuentem.Medicus igitur accedens tẽtabat & uiſcera remittere : quæ illeſa erant:& uulnus ligare . Sed ipſe ſtatim atq; ad ſe rediit:medicum repulit : & uiſcera manu lacerauit : uulnuſque patefaciens e uita deceſſit. Vix credebatur ĩ tota domo auditum:cum iam ĩ portis aderant ciues Romani:quos trecentos fuiſſe ſupra diximus:& paulopoſt populus uniuerſus Vticenſium occurrit:omnium erat una uox benefactorem liberatorem ſolum liberum ſolum ĩuictum Catonem uocitabant : & hæc faciebant cum iam aduenrare Cæſarem nunciabatur:ſed neq; timor neq; gratia uictoris neq; ſeditiones quæ inter eos erant inhibebant:quo minus Catoni honorem debitum redderent:funus ornatiſſimum cum longa pompa magnifice fecerunt:ſepelieruntq; ĩ littore maris:ubi nunc ẽ eius ſtatua enſem manu tenẽs: Funere autem perfecto ut ſibi ſalutem quærerent perrexerunt.Cæſar igitur a tranſfugis cognito Catone una cum filio & familiaribus expectare:nec abiiſſe cum cæteris fugiẽtibus:excogitare non poterat quod foret Catonis conſilium:exercitum admouebat.Dein de cognita eius morte dixiſſe dicitur.Inuideo morti tuæ Cato:nã & tu gloriæ meæ ꝓ ſalute tua inuidiſti.Quid tamen futurum fuerit:ſi petita eſſet ſalus:incertum eſt:credũtur uero meliora de Cæſare.Mortuus eſt Cato quadrageſimooctauo ſuæ ætatis anno.Filius uero eius nihil mali a Cæſare paſſus eſt.Ferunt hunc filium Catonis diſſolutum fuiſſe: & præcipue erga mulieres male temperaſſe.Vnde ĩ Cappadocia:cum hoſpitem haberet Marphadatem quendã regulum:cui mulier pulcherrima erat:ac diutius q̃ deceret apud ipſum moram traheret:talia in eum ſcripta ſunt carmina. Cras abibit Cato poſt trigĩta dies:Porcius & Marphadates una anima Marphadatis mulier.& præterea illa : Nobilis & clarus Cato regiã poſſidet animam . Sed hæc maledicorum uerba deleuit & falſa eſſe oſtendit glorioſa mors.Nam cum pro libertate patriæ contra Auguſtum & Antonium in Philippis pugnaret:inclinata iam Bruti acie nec fugere uoluit nec latere:ſed ĩ hoſtem ruẽs magna cæde edita:& quis ipſe & ex quibus ortus foret teſtatus:admirationem uirtutis ſuæ omnibus præſtitit:atq; ita mortuus eſt.Filia etiam Catonis uxor Bruti:qui Cæſarem occidit:neq; pudicitia neq; fortitudine inferior fuit:nam & coniurationis aduerſus Cæſarem fuit conſcia:& quemadmodum nobilitatem ſuam decebat:generoſe mortua eſt.Statilium tunc ſe inſtar Catonis occidere uolentem philoſophi qui aderant prohibuerunt.Sequenti uero tempore ſe Bruto coniungens:cum fidem & ſtudium in bello oſtendiſſet ĩ Philippis & ipſe mortuus eſt.

DIONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

DROFECTO SOSSI SENETION QVEMADMO-dū Troiā iis minime ſuccenſurā fore Corīthiis ait Simōides: q aduerſus eā una cū Achiuis expeditionē egerunt: qm̄ Troianis ēt Glaucus q ex Corīthiis genus ex primordio ducebat ꝑmptiſſimū ſe belli ſociū aſciuit: ita nec romanis aut græcis incuſanda merito eſt academia: q paria ex ſcriptis hiſce ꝛport tant: quæ Bruti uitā continēt atq; Dionis. Ex qbus cū alter q dē Platonis cōſuetudinē habuerit: alter uero platonicis īnutritus ſit diſciplinis: uterq; ꝑide ac una ex palæſtea ad maxīa ꝑdiere certamīa. Nec uero admirandū eſt: eos q ſimilia ꝑmulta ac ſororia geſſerint: ipſi uirtutis duci teſtimoniū reddidiſſe: q; prudentiæ ac iuſticiæ cū poteſtate comitē oportet eſſe fortunā: quo pulchritudinē pariter ac magnitudinē ciuiles ſuſcipiant actōes. Nā ſicut Hippomachus Aliptes cū exercitatos īſtructoſq; ab ſe adoleſcētes ferētes e foro carnes aliqñ uidiſſet: ſe illos ex ſuis eē ꝑcul agnoſcere dictitauit: ſic & doctoꝝ hoīm ſtudia ac diſciplinæ res eoꝝ geſtas pari uirtutis rōe ꝑſequāt̄ eſt neceſſe: quæ cōcentū quendā & ſimilē eis aptitudinē afferāt cū decore. Hoꝝ aūt uiroꝝ fortunæ caſibus q̄ uoluntate magis eadē ipſoꝝ uitas ad ſimilitudinē una ꝑducūt. Ante exitū. n. cæſus ē uterq;: dū ꝑ multas & īgentes cōflictatōes nauare ꝑpoſitū nequiſſēt. Quodq; ſup oīa longe mirabilius eſt: utriq; genius ſuū ſignificauit interitū: utriq; haud beniuolū ſane Phaſma metuēdū ſe obtulit. Tā & ſi quidē talia ꝑrſus tollentes aſſerant nulli ſapiēti ſimulacrū cōparuiſſe uel geniū: Aſt puellos mulieresq; ac uecordes quoſdā exībecillitate hoīes ī aī horroī aut corporis ītēperie cōſtitutos īanes & alienas opiones attraheī: q malū ī ſeipſis eſſe geniū ſuperſtitionē hñt. q; ſi Dion atq; Brutus grauiſſimi uiri & ſapientiæ ſtudio dediti ac nullā ꝑ affectionē morbūue aberrātes aut facile captabiles ab ipſo ita diſpoſiti fuere Phaſmate: ut amicis ac familiaribus rettulerīt: haud ſcio an ex uetuſtiſſimis quendā maximæ admiratōis ſermonē cogemur admittere: q; uiles qdā ac maligni dæmones cū uiris bōis inuideant: dæmones eoꝝ rebus gerendis obſtāt metus & perturbatiōes īducunt: uirtutē cōq̄ſſant falluntq;: ne cū ſtabiles ītegriq; ī honeſtate ꝑmāſerint: poſt ſupremū uitæ diē meliorē illi ſortē conſequāt̄. Veꝝ hæc ad aliud dicendi genus reſeruent̄. Cæteꝝ ī hac duodecima cōparandoꝝ hoīum uita maiorē natu priorē adducemus. Dionyſius ſenior ſtatī ut ī prīcipatu cōſtitutus ē: Hermocratis Syracuſani filiā duxit uxorē. Dehīc cū ſtabilito nondū dñatu ab eo Syracuſii defeciſſent: mulieris corpus grauibus & iniquiſſimis affecere uitupiis: ob quæ ſibi necē ſponte conſciuit. Dionyſius recupato poſtea cōfirmatoq; dñatu: duas ſimul denuo duxit uxores. Alterā quidē ex Locroꝝ gente Dorida nūcupatā alterā uero īdigenā noīe Ariſtomachā Bipparini filiā. Is erat īter Syracuſanos homo primarius & Dionyſii cum primo belli dux & īperator delectus ē collega. Ferūt ābas una duxiſſe die: īcertū q; hoībus fuiſſe utri prius cōgreſſus ſit. Reliquū tēpus utriq; ſe parē aſſidue præbuiſſe. Solebant nāq; cū eū cōes hīe cœnas inq; uicē nocturnā agere quietē: q̄uis indigenam ac nobilem q̄ externam ſibi plus hīe Syracuſana cuperet multitudo. Verum huic ad genus ad iumentū exiſtebat: q; iā Dionyſio grandioreē natu filiū peperat. Ariſtomacha uero diu cū Dionyſio habitans ſobole caruit: q̄uis de ſuſcipiendis ex ea liberis admodū ſollicitus eſſet: quippe qui Locrinæ matrē: q; Ariſtomachen uenenaſſet īcuſans: īterficit. Huius frater cū Dion eſſet initioquidē ob ſororē ei magnus habebat̄ honos. Poſtea uero cū prudentiæ iā experimentū edidiſſet: per ſeipſū tyrāni beniuolentiā cōtrahebat. Quocirca uniuerſis edicitur cuſtodibus: ut qcqd expoſceret Dion tribuerent: ac ſiqd tribuiſſent ea die regi referrent. Cū excælſis moribus īgenii magnitudine ac uirili aīo plenus eſſet: maius ad eas res īcremētum accepit: dum diuina q̄dā ſorte nullo hoīum cōſilio Plato ī Siciliam appuliſſet: ac numen aliquod ut uidet̄ eminus Syracuſanis initium

libertatis afferens: deq; abroganda iā tyrannide meditans Platonē ex Italia Syracusas ad duxit: & eius doctrinis Dionē adiunxit. Qui tum apprime iuuenis cunctos Platonis discipulos ingenio ac īdustria superans ad obeunda etiā uirtutis præcepta impigerrimus & acutissimus extitit: sicut & ipse Plato scribit: & rerum testimonia cōprobant. humilibus enim sub tyranno moribus īnutritus: & īæqualis ac subtrepidæ uitæ cōsuetudine per locupletē indulgentiā supuacuas delitias & uiuendi formulam imbutus quæ in uoluptate auaritiaq; bonum poneret: ut primū disciplinā & ducere ad uirtutē philosophiā degustauit: confestim animo cōflagrauit. Cūq; p ipsius egregiā ī psuadendis honestis potētiā idem obtingere posse Dionysio speraret: studiosissime effecit: ut ille p ocium cum Platone simul esset: eumq; disserentē audiret. Qui ubi cōuenissent: sermonis quidē sūma de hoīs uirtute fuit. Cūq; plurimum de fortitudine disputatū esset: Plato cunctos lōge magisq̄ tyrannos fortes esse demōstrauit. Hinc ad iusticiā uersus pbeatā quidem iustorum calamitosā autē impioꝝ uitam esse docuit. Tyrannus haud pinde ac redargutus Platonis uerba tulit. Cæterū cum astātes hoīes eloquia suscipere: ac mirum īmodū demulceri pspiceret: dolore angebatur. Tandē furiis & ira pcitus eum rogat: cuius rei uoluntate in Siciliam aduentasset: quo respondente se uirum bonū quærere: excipiens Dionysius me diussidius inqt talē nōdum cōperisse uideris. Dion hunc factū esse irarum exitū putās: sollicitus omittere Platonē ī triremi quadā curabat: quæ tum in græciā Spartanū uehebat Pollidē. Dionysius uero Pollidem clāculum exorauit: ut q̄maxīe hoīem internauigādum occideret: quod si minus luberet: eum oīno uenderet nihil detrimenti ppessurum. At cum iustus existat tā & si redactus in seruitutē fuerit: eum nihilominus fore beatum. Quocirca Pollis Platonē æginā deportans eum uendidisse dicitur: q̄ tum aduersus Athenas belligerante decretum extabat: ut qsquis ex Atheniensibus caperet' æginæ uænundaretur. Nec uero Dion propterea apud Dionysium minus honoris cōsequebat' aut fidei. Cæterum ad Carthaginenses missus maximas disponebat legationes. Singularis quoq; admiratiōis erat: huius ferme solius sententiā intrepide loquētis & dicendi libertatē sufferebāt: sicuti cum illum p Gelone acriter īcrepuit. Nā cum Gelonis (ut fertur) principatus irrideretur: ipsumq; Gelona Dionysius Siciliæ gelota hoc est risum esse diceret: cæteris quidē admirari dicacem hoīs morsum simulātibus grauiter ferens Dion: Tu sane īqt Dionysi: cum ob Gelonē fidem habeas dominaris: cui uero te propter fides habeatur alter futurus est nemo. Et profecto cum Gelo pulcherrimum uideat' ostēdisse spectaculū suo moderatā impio ciuitatē: Dionysius certe turpissimum. Dionysius cum liberos haberet tris quidē ex Locrina quattuor ex Aristomacha: ex quibus duæ fœminei sexus erāt: Sophrosina uidelicet & Areta: filio ipsius Dionysio Sophrosinā iunxit uxorē: Aretā uero Tharaclæ fratri: quo mortuo Dion coniungē cæpit Aretā sibi ex sorore neptē. egrotante deīde Dionysio ubi nulla uitæ spes habebat': eum sup Aristomachæ liberis Dion alloqui conabat'. Quā qdē ad rem medici ut successuro in īperio morigerarent: tēpus minīe præstabant. Et ut Timeus asserit: somniferā ei postulāti potionē tradiderāt: oēmq; illi sensum ademerant: quo cōtinuatā sopori mortē efficerent. Dion tñ postea: cum apud iuniorē Dionysium factus esset amicorum cōuētus: adeo p tēporis cōmoditate disseruit ut cunctos profecto sua quidē prudētia pueros: orōnis uero auctoritate atq; licentia tyrānidis seruos ostēderit. Qui plura eorum cōsilia demisse ac trepide ad adolescētis gratiam explicarēt: eos præcipuo stupore cōfecit: cum ex Carthagine īpendentia contra dñatum discrimīa formidantibus pollicitus ē: si Dionysio pace opus esset: se q̄primum ī Aphricā nauigaturū: & bellum optīe depositurum. Sin ad belligerandū prōptior foret aīus': ipsum sese propriis sustentaturū īpēsis: bello præterea quīquaginta ad nauigandum instructas triremes daturum. Cuius animi magnitudinē uehem̄tissime admiratus est Dionysius: & tantā prōptitudinē insup amore cōplexus ē. At ii sese Dionis claritate argui ac potentia deiici cogitantes: captato statim īitio nullis parcere uerbis: In eum instigare iuuenē: ut qui sibi p maria principatum alliciēs oēm ad Aristomachæ filios potentiā nauibus pduceret: q sibi nepotes erāt. Aptissime & maxīe ad odiū & īuidiā causæ aderant &

uitæ differentia & nulla cum admixtione ſeuera uiuẽdi formula. Illi. n. prĩcipio q̃dẽ adoleſcentis tyranni ac turpiter educati cõuerſationẽ familiaritatẽq; illecebris & aſſentationibus occupãtes: quoſdã ſemp amores & ĩania excogitabãt exercitia ĩ cõpotatiõibus mulieribus ludiſq; aliis ĩhoneſtis. A q̃bus tyrannis ipſa p̃ide ac ferrum demollita ſubditis p̃ humana uidebat̃: quæ nimiã illã ſũmitteret cõtentionẽ nõ aliqua potius mãſuetudĩe q̃ ſecordia dominãtis obtuſã. Quãobrem progreſſa paulatĩq; depaſcẽs ea iuuenẽ remiſſio adamãtina illa uĩcula q̃bus alligatũ ſe relicturũ prĩcipatũ ſenior Dionyſius dictitabat: liquefecit atq; deſtruxit. Cũ. n. ĩchoauit: aſſidue p̃ nonagĩta (ut ferunt) dies cõpotabat. Interim aula honeſtis uiris atq; ſermonibus nullũ p̃rſus patefecit ĩgreſſũ: debacchationes dicacitates cãtus ſaltatiões procacitateſue cuncta tenebãt. Quẽadmodum igr̃ par ẽ: ĩuiſus erat Dion: q̃ ad nihil ſeſe iocũdũ aut iuuenile dederet. Quocirca ueriſimilia uitiorum noĩa illius uirtutibus calumniatores obiectabant. Eius nanq; grauitatẽ ĩſolentiã & oĩonis libertatẽ p̃tinaciã uocitabant: cõmonefaciẽs etiã accuſaĩ cenſebat̃. Cumq; delictis ſe mĩme ſociũ adſciſceret: aſp̃nator putabatur: q̃ppe cum mores nonnihil natura tumidos haberet: eſſetq; in colloq̃is aſp̃ & in cõpellando difficilis. Nõ ſolũ. n. florentis ætatis homini & delicatiſſimas ab aſſentatiõe aures habenti aduerſa & nequaq̃ gratioſa ea adherat cõſuetudo: uerumetiã ex familiaribus multi cum ſimplices ac gñoſos eius diligerent mores: cõuerſationẽ ĩprobabant: q̃ acerbius & q̃ ciuiliũ rerum neceſſitas exigebat: ſe difficilius adiungeret. Quibus pro rebus ad eum poſteriori tẽpore Plato: quaſi futura diuinaret: præſcripſit: ut comitẽ ac uicinã ſolitudĩs p̃tinaciã magnope deuitaret. Per id tñ tẽpus cum ob turbulentas ſane res ſua plurimi dignitas cenſeretur: ut is ſolum aut egregie labefactatũ attollere ac tueri regnũ ſat eſſet ĩtellexit: ſe nõ gratia uerum neceſſitate & ĩuito q̃dem tyranno primũ eſſe lõgeq; maiorẽ. Quod cum ab ĩperitia proficiſci Diõ opinaretur: eum ad liberales adducere exercitationes & ad deguſtanda ſtudia moraleſq; diſciplinas cupidiſſime cõtendebat: ut cũ reformidare uirtutẽ deſiiſſet: honeſtate lætari conſueſceret. Dionyſius. n. natura haud uiliſſimus ex tyrannis erat: cæterũ ipſius pãter ueritus ne excælſos captans aĩos aut prudentiũ hominum inita familiaritate ei quãdoq; tẽderet ĩſidias: ac principatũ interciꝑet: ĩcluſum domi ſub cuſtodibus obſeruabat. Quo tẽpore aliis deſtitutus æqualibus & rerum ĩexptus plauſtrella candelabra lignea ſedes ac mẽſas fabricaſſe dicitur. Eo. n. timoris ſenior Dionyſius proceſſerat: ut cum nemini fidẽ haberet: ſuſpectos oẽs duceret mortales: ita ut capitis crines tõſorio radere cultro nequaq̃ auderet: pigmentarius q̃dã accedebat adurens carbone cæſariẽ. Eius cubiculũ neq; frater neq; filius: ut ĩdutus erat: ĩgrediebatur. Aut unuſq̃ſq; ſuo depoſito prius amictu alterum ſuſcipiebat: ita ut eum ſatellites nudatum aſpicerent. Frater eius Leptines cum aliquando regionis ſitum explicans: ab ſtipatore quodã ſuſcepto ſpiculo locum deſcripſiſſet: illum q̃dem grauiter obiurgauit: hunc uero q̃ iaculum tradidiſſet occidit. Ab amicis quoq; ſapientibus cauere ſibi dictitabat: quãdo ignarus nõ eſſet eos ĩperare malle q̃ ſeruire. Marſiã quendã ab ſe ad dignitatẽ euectum iccirco necauit: q̃ is Dionyſium p̃ q̃tẽ iugulare ſe exiſtimarat. Ab diurna. n. cogitatione ac cõſilio hæc illi uiſa p̃ ſõnium aſtitiſſe. Cõtra Platonẽ furore p̃motus eſt: q̃ eum cunctis lõge mortalibus fortiorẽ mĩme pronuntiaſſet: qui trepidus adeo tãtis refertum malis animũ ex pauore geſtabat. Eius filiũ & ĩperitia ut dictum eſt corruptũ & ĩfractos mores cõſpicatus Diõ: ut ad diſciplinã animum cõuerteret exhortabatur: prĩcipẽq; philoſophorum ut ĩ Siciliã p̃ueniret totis exotare precibus. Eiq; cum adueniſſet: totum ſe dederet: ut cõparata ex moribus uirtute ac ſtudiis ornamento: ad diuinũ & rerum omnium pulcherrimum ſeſe conformaret exemplar. Cui ad ſingula ductori cum obtẽp̃atum eſt: ex turpitudine ac deformitate ornatus exiſtit. Atq; uenuſtas p̃multum etiã ſibi fœlicitatis p̃multumq; ciuibus uendicaret: quãtum ĩ præſentia ĩ mæroribus & moleſtia cõmorantur: modo res illorum modeſtia iuſticia & caritate pãterno curatas more præſtans ſeipſum ex tyranno regẽ efficiat. Nec. n. ut eius pater referebat adamantina eſſe uincula metum uiolentiã claſſem aut illud ex decẽmilibus Barbarorum cõſtitutum præſidium: uerum beniuolentiã p̃ptitudinẽ & gr̃am

a uirtute ac iuſticia iſitā. Quæ quanq̄ ſupioribus illis rigidis qdē ātq; duriſſimis mollio ra exiſtant: ad regni tñ diuturnitatē magis magiſq; ualitura. Ignominioſum eſſe prætē rea mīmeq; expetendū: ut cum prīceps corpus precioſis ornet amictibus: delicatiſq; & apparatis reſpondeat ædibus: nihilomagis cōſuetudīe aut diſciplīa īfimis excellat homi nibus: nec ipſā animi regiā pro regali dignitate cōuenientiaq; honeſtatā habeat Hæc cū multotiens Dion admoneret: & nōnullas īterdum Platonis rationes īterſereret: uehemēs ac iſanus qdā ſtudiorum cōſuteudiniſue Platonis amor Dionyſium tenuit. Statim igit cōplures Athenas a Dionyſio līæ cōplures īſup a Dione cauſæ rōneſq; puenerunt. Aliæ etiā ex Italia ab Pythagoreis: qui illū ut eo proficiſceret: exhortabant: quo nouellū ani mum īgenti licentia & poteſtate uagantē corripiēs ītra grauiora conſilia detineret. Itaq; Plato quēadmodum idē refert ſuopte pudore cōmotus: maxīe ne ſolis obuerſari uerbis nullum autē ſpōte opus ſubire uideret: ſperāſq; ſi unum uirū ſicuti prīcipalē partē expi aſſet: cunctā languentē Siciliā medicaminibus curaturum: obſecus eſt. At Dionis inimi ci Dionyſii pmutationē ueriti: ei ut ab exilio Philiſtum accerſeret: pſuaſerunt: quo illū cōtra Platonē ac philoſophiā perīde ac obicē ac īpedimētum haberet. Prīcipio nāq; Phi liſtus dum prīcipatus cōſtitueret: prōptiſſimū ſeſe præbuerat: diuq; cuſtodiæ arcis præ fuerat. Erat autē rumor eum cum ſenioris matre Dionyſii cōgreſſū habuiſſe: haud pror ſus ignorāte tyranno. Cum Leptines ex alia quadā uxore ab ſe uiolata duas genuiſſet fi lias: alterā nihil Dionyſio præfatus Philiſto collocat. Ille ſtimulāte ira Leptinis qdē uxo rē ī cōpedibus cōtinuit: ac e Sicilia Philiſtum expulit. Is circa Adriā ad quoſdā ſeſe hoſ pites ꝑfugus recipiēs ibi nactus ociū plurimā hiſtoriæ partē cōpilaſſe credit. Nec. n. quo ad ſenioꝛi Dionyſio uita ſupfuit: reuerſus eſt. Verū poſt illius mortē: ut dictū ē: ab īgēti quadā cæteroꝝ erga Dionē reductus eſt īuidia: Vtpote & illis longe magis idoneus: & ty rannidi ſtabilior futurus. Iſte igitur cū primū aduenit: ſeſe regni rebus applicuit. Cæteri de Dione calūnias criminationeſq; ad tyrannū īſtruebāt. De diſſoluendo. n. īperio cum Theodote Heraclideq; collocutum. Is nāq; ſperare uidebat: ut aduētante Platone cū īpe rioſā illā e prīcipatu nimiſq; ītemperatā acerbitatē abſtuliſſet: mitiſſimū atq; legitimū regē Dionyſiū cōſtitueret: q; ſi repugnaſſet aut mitigari nō uellet: decreuerat eo deſtruc to Syracuſanis ciuiratis moderamīa reſtituere: nō quia populārē collaudaret prīcipatū: ſed quia eum tyrannide multo præſtātiorē iudicaret. In huiuſcemodi reꝝ cōditione pro fectus ī Siciliā Plato: primis qdē occurſibus mira familiariatate & honore ſuſceptus eſt. Ei náq; trirrmē egreſſo regius affuit currus decentiſſimis īſtructus ornamētis. Tyrannus etiā pīde ac maxīa regno fœlicitas obueniſſet: ſacrificia celebrauit: uerecunda deīde cōui uia ordo curiæ ipſa ēt tyranni ī iure dicendo benignitas mirificā ciuitati ſpem de hoīs cō mutatione præſtitit. Erat unus oīum ad doctrinā & philoſophiā īpetus. Erat præterea puluerulenta ut ferunt regia ob eorū multitudinē q geometriæ figuras deſcribebāt. Pau cis poſt diebus intra regias ædes ſacrificiū de more fiebat: ubi præcone ut aſſolet orante: ut multa ꝑ tēpora in cōcuſſum duraret īpium: Dionyſius cum adeſſet: num deſines īqt execrāda nobis īprecari? Id ꝑmagnū Philiſto mærorē īcuſſit: cogitāti inexpugnabilē Pla tonis tēpore ac cōſuetudīe fore potentiā: ſi parua mō cōuerſatione iuuenis mentē & ſen tentiā alienauit atq; trāſpoſuit. Haud āplius itaq; ſepatim aut occulte: ſed uniuerſi Dio nē manifeſtis urgere conuitiis. Nō eſſe clam cum carminibus & ueneficiis ꝑ Platonis elo quentiā inuaſiſſe Dionyſiū: ut cū ille ultro repudiarit īpium: Ariſtomachæ liberos ſubī de conſtituat: quoꝝ is exiſtit auunculus. Nōnulli moleſtiſſimū habere fingebant: ſi ſu periori qdē tēpore Atheniēſes ingentibus eo copiis tū nauibus tum terreſtribus nauigan tes āte profligati ac in ꝑniciē dati ſunt: q̄ Syracuſas cape potuiſſent: nunc uero Dionyſii regnū uno cum ſophiſta deſtruant: cuius animū huc induxerunt: ut e decem milibus ſti patorum fugiēs omittēs etiā triremes quadrīgentas & decē milia equitū ac milites plu ries totidē tacitum quoddā in Academia bonū ꝑſcrutet: & beatā ex geometria uitā ſibi ꝑquirat: cū interim Dioni Dioniſq; nepotibus conſtantē ex regno opibus & delitiis bea tutudinē relinquat. Eas ob res cū primū qdē ſuſpicio mox autē apertior ira & inimicitia

cõflaret: quædã clãnculum Dionyſio defertur epiſtola: quã ad Carthaginenſiũ præfectos ſcribens Dion: petebat ut cum Dionyſio de pace diſſererent: haud abſq; ſe colloquia facerent: quo per eum conſtãtiſſime cuncta cõponerẽt. Eã ubi Dionyſius Philiſto perlegit: ſecum inito (ut ait Thimeus) conſilio Dionẽ ficta inuadit amicitia: & pauca quædã cõmentatus: ubi ſecum in gratiã rediſſe dictitauit: ſolum ĩ arcẽ mare uerſus adduxit: cõmonſtranſq; illi epiſtolã ueheme̅nter increpuit: q̧ contrã ſe una cũ Carthaginenſibus conſpiraſſet. Dionẽ excuſationem afferre uolentẽ nequaq̃ tolerãs Dionyſius: ſtatim ut erat cimbæ ĩpoſitum nautis edixit: ut delatum ad Italiam exponerent. Hoc poſtq̃ hoĩbus palam factum eſt: regiam q̧dem muliebris tenuit ululatus. Syracuſana uero ciuitas res nouas & ſubitam expectans pmutationẽ pendebat: tum hoc ipſo Dionis tumultu: tum cæteris nullam tyranno fidẽ habentibus. Quæ ut Dionyſius conſpexit: timore anxius amicos ac mulieres ſolari cœpit: haud exulaſſe Dionem: ac ſeceſſiſſe paululum pereginationẽq; ſuſcepiſſe: ne illo præſente cõtra hoĩs ptinaciã deterius aliquid p iracundiã delĩquere cogeret. Dionis ĩde cognatis duas exhibẽs naues: quicq̧d pecuniarũ aut mãcipiorum optarent eis ĩponere: eũq; ĩ Pelopõneſum cõuectare iuſſit. Erant Dionis opes ĩmẽſæ & regia propemodũ ĩ uiuendo põpa atq; ſupellex. Quã in unũ collectã ad eum amici detulere: aliã cõplura mulieres ac ſocii tranſmiſere: ita ut ob eã pecuniã grandeſq; adeo diuitias & clarus ĩter græcos extiterit: & exulis opulẽtia regni potẽtiã declararit. Dionyſius cõtinuo Platonẽ cõmigrare ĩ arcẽ faciens: honorificã illi ſub humaniſſimæ hoſpitalitatis prætextu cuſtodiã excogitauit: ne. ſ. Dioni comes nauigans teſtis ĩiuriarũ eſſet. Cum ab diuturno deinde conuictu ſicuti fera quædã hoĩem attingere cõſuetudinẽq; ac ſermones iã proferre aſueſſet: eũ tyrãnico amore cõplexus ẽ: mutuaſq; ſolũ ĩ amore uices a Platone cõſequi: & ab eo præ cunctis admirationi haberi poſtulabat: res illi regni cõmittere paratus: mõ ne Dionis amicitiã ſuæ anteponeret: ãtiquioreue duceret. Itaq; Platoni quædã erũna hæc ipſa erat affectio: dum ille p Zelotypiã: ut difficiles ac ĩportuni ſolẽt amatores: ĩſaniret: breui multotiẽs tẽpore nunc ſecum iratus nunc cõciliatus mõ ad ſupplicãdum uerſus de pcipiendis ab eo diſciplinis cõmunicãdiſue philoſophiæ negociis ĩmẽſo ferebat ſtudio. Quiq; illum ab ea re detrahebãt: ipſos pinde ac peſtẽ aliquã uerebat. Ingruente ĩterim bello quopiã Dionyſius Platonẽ emiſit: ſecum pactus ut inſequẽtis anni uere Dionẽ reuocaret. Quod cum ſtatim emtitus eſſet: ei tñ prædiorum prouẽtus miſit: ueniã ſubinde proter belli poteſtatẽ a Platone poſtulãs. Nã cum primum cõfecta pax eſſet: Dionẽ ſe accerſiturũ: mõ illum ut q̧tẽ agat exoret: & ab ĩnouãdis rebus abſtineat: ſeq; apud græcos nullis ĩfectetur maledictis: hæc facere Plato conabatur. Quocirca cõuerſum ad ſapientiæ ſtudia Dionẽ in Academia cõtinebat. Habitabat igr̃ in oppido penes familiarẽ quendã Calippum noĩe agro ocii & amœnitatis gr̃a cõparato. Hoc poſtea cũ ĩ Siciliã traiiceret: Speuſippum donauit: cuius amicitia & cõſuetudine longe magiſq̃ cæterorum q Athenis uerſarẽt: uſus eſt. Volebat. n. Plato cum Dionẽ gratioſa cõuerſatiõe & cõuenientibus pro tẽpore iocis tẽperaſſet: eius mores dulces ac facetos reddere. Talis autẽ Speuſippus erat. Quãobrẽ Timo cum de ſalibus ſcriberet: eum ad iocos atq; facetias idoneum appellauit. Dum Plato ludorum præfectus eſſet: Dion & chorum exercitatione inſtruxit: & cunctã pſoluit ĩpenſã concedẽte Platone. Quo talẽ erga Athenienſes magnificẽtiã oſtenderet: quæ maiorẽ illi beniuolẽtiã q̃ ſibi gloriã afferebat. Alias quoq; Dion urbes adibat una cum optimis & excellentibus in rep. uiris ocium agẽs & feſtos cõuentus celebrãs: cum ĩterim nihil eius uitã ĩmodeſtum nihil tyrannicum nihil laſciuum indicaret: uerum tẽperans probũ forte & honeſtas deniq; ſtudioſq; ac philoſophiæ curas ac exercitationes. Quas ob res ex omnibus beniuolẽtias & æmulationẽ cõſequebatur: & publicos ĩſup hones ac ciuitatum decreta. Ab Lacedæmoniis etiã ciuitate donatus iram Dionyſii paruipendentibus: tã & ſi eum contra Thebanos p id tempus promptiſſimum belli ſocium haberent. Ferunt aliquando Dionem Pteodori megarenſis opera indigentem: eius domum peruenĩſſe. Pteodorus autem (ut ferunt) diues ac potens erat. Dion igr̃ turbam pro foribus conſpicatus: eumq; præ negociorum multitudine ſummo cũ labore

colloquia & congreſſus admittentem:cum id ſocii grāuiter ac moleſte perferrēt:ad eum reſpectans:quid iſtum incuſamus inquit. Nam & ipſis Syracuſis iis omnino ſimilia fa ctiebamus. Procedente deinde tempore cum græcorum erga Dionem beniuolentia Dio nyſium zelo metuue torqueret: ei prouentus mittere deſtitit:ipſius bona propriis cura toribus erogans. Volens deinde malos aduerſum philoſophos rumores Platonis cauſā de ſe diſperſos oppugnare:complures ex iis qui eruditiſſimi exiſtimabantur:conduxit. Cum uero per quandam gloriæ cupiditatem uniuerſos uincere diſſerendo contenderet: auditis a Platone rebus male uti cogebatur. Eius autem deſiderio tenebatur: ſeq; ipſe damnabat:q; illius præſentia minime uſus eſſet: nec quæ honeſta fuerāt:auſcultaſſet. Lymphantis igitur & leniſſimi more tyranni ad cupiditates & omne celerrime ſtudium approperans: ad Platonem ſtatim concitatus eſt. Tum omnem attollens machinam Archytam alioſq; Pythagoreos conuenrorum ac pollicitationum uades & cōfirmatores induxit: ut ad ſe Platonem conuocarent. Ipſius nanq; interuentu ii primum amicitiā hoſpitalitateq; conferāt. Miſſus ad eum Archedemus Dionyſius quoq; triremes ad Pla tonem & ſuppliciter exoraturos tranſmiſit amicos. Ipſe etiam aperte ac dilucide ſcripſit: nihil ſe Dioni quod modeſtum eſſet facturum:niſi in Siciliam aduentante Platone. Eo autem perſuaſo cuncta facturum. Complures item ad Dionem a ſorore ac uxore confic tæ uenerunt cauſæ:opus eſſe ut Dionyſium prorſus audiret Plato: ad eāmq; rem nullā præberi occaſionem debere. Hunc īmodum ad Siculi fauces freti tertio cōmeaſſe ſe Pla to refert:quo pernicioſam denuo charibdin remetiretur. Aduentas igit & leticia magna Dionyſium:& ſpe magna totam repleuit Siciliam:intentam & præcipuo ſollicitam ſtu dio:ut Plato quidem Philiſtum:amor autem ſapientiæ uiolentam ſuperaret īperium. Studioſiſſimæ in eum mulieres extiterūt:ſingularis illi ab Dionyſio fides:qualem alius aſſecutus eſt nemo:habebatur:ita ut illum indiſcuſſus adiret. Cum grādem illi pecuniā dono multotiens traderet:nunq̄ ſuſcepiſſe conſtat. Cui dum aliquando Cyreneus īter eſſet Ariſtippus:tuto inquit liberalis & magnificus eſt Dionyſius. Qui enim pluribus indiget: is pauca tribuit. Plato uero cum nulla ſuſcipiat:permulta exhibet. Poſtea q̄ fa miliariſſime primo congreſſi ſunt:ſuper Dione ſermones inchoante Platone dilationi bus primum mox conuitiis ac diſceptationibus actum:clam tamē externis rem occultā te Dionyſio & conante inſuper:ut Platonem cum honore tum aliis cultibus ab Dionis caritate diſtraheret. Nec uero ſuperioribus ille temporibus perfidiam & mentita uerba retexerat:uſq; adeo patiens ſimulatam oſtentarat habitudinem. His eo pacto inuicem ſe habentibus:cum latere omnes arbitrarentur: Helycon Cyzicenus unus ex Platonis æqualibus ſolis defectionem prædixit. Qua uti præfatus erat:effecta:is a tyranno ingē ti habitus admiratione argenti talento donatus eſt. Tum Ariſtippus ad alios iocans phi loſophos:ego quoq; mirabile quippiam habeo inquit:quod prædicam. Quibus ut pro feret obſecrantibus:prædico igitur ait Platonem atq; Dionyſium breui tempore inimi cos fore. Poſtremo Dionyſius Dionis patrimonium uendens:pecuniam ſibi detinuit. Platonem in uicino ædibus horto diuerſorium habentem ad ſatellites traduxit:qui odio illum & inimicitia conſectantes necare quærebāt:ut qui Dionyſio pſuaderet: ut omiſſa tyrannide abſq; ſtipatorum cuſtodia degeret. Archytas ac ſui:ubi in huiuſcemodi conſti tutum eſſe periculis Platonem didicerunt:confeſtim nauem cum legatione miſerunt: quæ uirum ab Dionyſio repoſceret:diceretq; illum:quoniam ſe uades ac interceſſores ſe curitatis accepiſſet:Syracuſas nauigaſſe. At Dionyſius cum pro eorum controuerſiis ex cuſationem attuliſſet: Platonem anteq̄ a ſe dimitteret: per epulas & familiariſſima ha huit officia:ad quem tale aliquid dixiſſe commemorant: Complura de nobis Plato & grauiſſima certe crimina tuis denuntiabis æqualibus & ſtudiorum ſociis. Cui ſubridens ille reſpondit: Haud tanta diſciplinarum fieri poteſt in Achademia mēdicitas & īopia: ut ulli de te commemorare uacet. Hunc īmodum dimiſſum eſſe Platonem aſſerunt: quanq̄ haud iis ualde conſona ſint:quæ ab ipſo Platone feruntur. Cæterum ea Dion grauiter patiebatur: & paulopoſt cum uxoris factum perdidiciſſet: de quo ſcribens ad

Dionyſium Plato obſcuriſſimis inſinuauit uerbis:apertum ſeſe penitus ægit hoſtem. Id autē erat huiuſcemodi:Dionyſius eiecto Dione cum Platonē ab ſe dimitteret:orauit ut eum ſecreto interrogaret:nunquid impedimento eſſe uellet:quo minus uxor alteri in matrimonium collocaretur. Erat enim rumor ſeu uerus ſeu ab Dionis aduerſariis fictus ingratum illud Dioni extitiſſe connubium:ut eum cum uxore diſcrepantē haberet conuictum. Vt igitur Plato peruenit Athenas:habito cunctis de rebus cum Dione colloqo: quandam tyranno cōſcribit epiſtolam:cætera quidem clare quibuſuis explicātem:iſtuc autem ipſum illi duntaxat ſoli cognitum:illa de re ſe cum Dione collocutum eſſe. Eum uehementiſſime declarare ſe moleſte perlaturum ſi Dionyſius eam confecerit. Eo tēpoꝝ cum magna de ipſorum reconciliatione ſpes adeſſet:nihil erga ſororem nouitatis ītulit: ipſam autem cum Dionis filiolo habitare ſinebat. Poſtq̄ omnis in gratiam redeundi adempta ſpes eſt:& Plato rurſus ī Siciliam profectus cum odio & inimicitia remiſſus erat: Aretam inuitam equidem cuidam familiari ſuo Timocrati nomine nuptui dat: In hoc ſaltem haud patris manſuetudinem imitatus. Polixenus enim eius ſororis Teſthe maritus inimicus factus illi eſſe traditur. Quo propter metum ſecedente & e Sicilia profugiēte Dionyſius accitam ſororem īcuſare cœpit:q; fugæ mariti cōſcia nil ſibi denuntiaſſet. Illa mediuſſidius ſecura & omnis pauoris expers:adeo ne Dionyſi ait:uilis abiecta & uirilitatis indiga uiſa tibi ſum mulier:ut ſi coniugis mei fugam ipſa præſciſſem:eiuſdem nauigationis comes & fortunæ particeps eſſe noluiſſem? An non ante habui: quoniam mihi ſatius extitiſſet Polixeni uel exulantis uxorem:q̄ tui dominantis ſororem appellari. Hæc cum ingenue ac egregia quadam licentia Teſtha protuliſſet:admiratum ferunt tyrannum:admiratoſq; Syracuſios tantam in muliere uirtutem:adeo ut poſt deſtructā etiam tyrannidem honoribus & regali more colere perſeuerarint. Defunctæ uero funus ciues publice conſectati ſunt. Hæc quidem excurſionem habent haud incōmodā. Deīde Dion animum conuertit ad bellum:nequaq̄ interueniente Platone:tum quia hoſpitalitatis erga Dionyſium iura uerebatur:tum quia matura iam prægrauabat ætas. Cæterū Speuſippus & familiares alii auxilia conferebant:ſimulq; exhortabantur:ut porrigentē manus Siciliam & promptiſſimis receptaculis inuitantem libertati reſtitueret. Cum.n. Syracuſis Plato uerſabatur:Speuſippus longe magis ſeſe hoībus īmiſcuiſſe:ac illorum ſtudia ſñtiaſue pdidiciſſe uidetur. Qui cum initio quidē ipſius in loquendo fiduciam perinde ac regis tentamina formidarent:ei fidem tempore habuerunt. Idē nanq; omniū erat ſermo ſupplicantium & Dionis aduentum inuocantium non claſſem agentis non milites nō equos. Ipſe modo contra Dionyſius corpus ac nomen Siculis in miniſterii partem accōmodaret. Hæc annuntiante Speuſippo cōfirmatus Dion occulte p alios externorum delectum habebat quo ſuam celaret ſententiam. Conſpirabant multi tū philoſophi tum ciuilium rerum ſtudioſi:ĩter quos & Cyprius erat Eudemus:ad quem morientem Ariſtoteles ſuū de animo dialogum miſit:itēq; Leucadius Timonides. Ei quoq; Militam Theſſalum addixerunt uirum diuinationis peritum & ſtudiorum ī Academia ſocium. Ex iis autem quos in exilium tyrannus extruſerat:haud pauciores mille: quīq; duntaxat & uiginti ſe expeditionis comites adſciuerunt:cæteri eum timore perculſi prodiderunt. Primus belli motus e Zacynthiorum inſula extitit:in qua ſeſe milites collegerant octingentis ſane pauciores. At Celeberrimi omnes multis ingentibuſue militiis exercitati præterea cōporibus ſtrenui induſtria & fortitudine præſtantiſſimi:quiq; multitudinis animos quam in Siciliam Dion habere ſperabat: ſuccendere pariter & ad audaciā incitare poſſent. Ii cum primum contra Dionyſium ac Siciliam deligi claſſem audierūt: iniecto ſtupore cœpta damnare:Dionē per iram ac furias deſipientem aut propter ſpei melioris inopiam ſeipſum ad plenas deſperatione res iniicere: ſuis inde ductoribus & q eorum delectum habuerant magnopere ſuccenſere: q; ipſis confeſtim ex initio bellum non prædixerant. Tum Dion habita oratione quanta regnum imbecillitate laberet:edocet:eos non magis Syracuſanorum aliorumq; Siculorum milites q̄ duces traiicere: qui iam pridem ad defectionem parati aderant. Poſt Dionem orauit Alcimenes: qui inter

Achæos gloria genereq; primarius erat. Eorum ſermone deflexi militum animi uigente tum æſtate tenebāt fretum Eteſiæ: luna pleno lucebat orbe. Dion cum magnificentiſſime Apollini ſacrificium pararet: una cum militibus ornatas īdutis armaturas pompam duxit ad tēplum. Poſt ſacrificium ī ipſo Zacynthiorum ſtadio diſcūbentibus dedit epulum: argenteas atq; aureas admirantibus pateras & menſarum ſplendorē longe magiſq̄ priuatorum conſuetudo poſtulet opulentum: reputantibus etiā ut uir ille ætatis iā flore decurſo tantarumq; dominus opum haud ardua profecto & periculoſa īuaderet facinora: niſi certa ſibi ſpes & amici plurimas atq; ingentes illinc occaſiones tradidiſſent. Poſt libamenta factaſue de more precationes luna defecit. Qua re nihil admiratus Dion: cū defectionis limites & occurrentē lunæ a ſole terræ umbrā aīaduerteret. Turbatis autem militibus addenda quædam erat conſolatio. Conſtitutus igitur in medio Milthas uates eos bona ſpe eſſe & optima quæq; expectaī iuſſit. Significare enim numina quempiam defecturum eſſe clariſſimum. Dionyſii uero regno clarius extare nihil: cuius ſplendorē ab eis ut primum Siciliam attigerint: reſtinctum iri: hoc quidem Milthas ī medium cūctis expoſuit. At cum examen apum circa Dionis naues a puppe conſpectum eſſet: de illo ſeperatim ſibi & amicis explicauit. Timere enim ſe ne res illius gerendæ cum honeſtate quidem plenæ ſint: ubi pfloruerint: breui contabeſcant tempore. Complura etiam Dionyſio deorum portenta apparuiſſe dicunt: Aquilam correptum a ſatellite iaculum ī ſublime detuliſſe: dehinc in profundum abieciſſe. Mare quod arcem alluit: die una dulces & potu peramœnas præbuit aquas: ita ut unicuiq; perſpicuum foret. Sues illi ī lucē nuper editi: cum reliquis manci partibus non eſſent: nullas habebāt aures. Declarauere uates ea defectionis & ſpernendorum oſtenta mandatorum eſſe: nec āplius audituros īpiociues. Maris uero dulcedinem e triſti ac ſcæua tempeſtate ad optimum rerum ſtatum pmutationem Syracuſanis afferre. Præterea miniſtram Iouis aquilam īſigne magiſtratus ac potentiæ iaculum eſſe deorum: itaq; maximam regno cladem internicionemq; decreuiſſe. Hæc Theopompus refert. Dionis milites duabus rotundis recæpti nauibus & tertio quodam haud ingenti ſane nauigio duo ſubinde tricontori ſectabantur. Arma præterea quæ milites geſtabant: duo clypeorum milia miſſilia telaq; complura: abunde etiā uiaticum: nequid eis pelago proficiſcentibus deeſſet: ut qui metu terræ uētis ac freto ſuā plurimi nauigationem facerent. Philiſtum etiā cum claſſe ī Iapigia ſtationem agere ſenſerant. Cæterum diebus duodecim raro molliq; nauigantes flatu: tertiodecimo Pachinnum Siciliæ promontorium applicuere. Primus gubernator eos illico deſcendere iuſſit. Si enim omiſſo ſponte promontorio a terra longius abierint: cōplures ī mari dies ac noctes agitandos æſtiuo tempore auſtrū expectantes. Dion propinquū hoſtibus deſcēſum reformidans: cum ulteriora ptingere loca mallet: Pachīnum tranſnauigat. Tū aſperīcū bens ſeptentrio longius a Sicilia naues ingenti procella diſpulit. Exoriente tum arcturo fulgura ſimul & tonitrua concidebāt pmultā tēpeſtatem & præcipites e cælo nimbos diffundentia. Qua re turbati nautæ cum errare cœpiſſent: naues repente ad finitimā Libyæ cercinam fluctibus diſiectas eſſe uident. Ea autē īſula eſt q̄aſpera: quæ maximis referta ſcopulis ī eos æquore delatos obuia procurrebat. Parum igitur cū abfuiſſet: ne eiecti ſaxis illiderentur: ſūmo cū labore remis innixi elabuntur: donec tempeſtate ſædata ſeſe ad magnæ capita ſirtis eſſe cognouerunt. Iis ita diſiectis & in ipſa etiā trāq̄llitate mæſtiſſimis e regione auſtralis quædā effunditur aura: cū auſtrum nequaq̄ expectarēt: eāq; minime fieri poſſe pmutationē crederent. Paulatim creſcente & ualidius flante uento tota pandunduntur uela. Tum adoratis deis e Libya Siciliā uerſus medio profugere pelago. Quinto demum die facili curſu penes Mionā iactis conſtitere Anchoris. Id. ſ. oppidum eſt Carthaginenſium ſubditum poteſtati. Eius forte loci præfectus erat Synalus plurima Dioni amicitia & hoſpitalitate coniunctus: qui cū Dionē eiuſq; claſſem adeſſe neſciret: deſcendentes arcere milites adortus eſt. At illi cum armis excurſantes occiſo nemine (id. n. Diō ob Carthaginēſis amicitiā ppetrari cohibuerat) uerſiſq; ī fugā oppidanis una irrūpunt: itaq; locum ī poteſtatē redigunt. Deīde cū duces ſe īuicē ſalutātes occurriſſent:

Dion uiolato nemine urbem Synalo reddidit. Tum Synalus habitis hoſpitaliter militibus neceſſaria Dioni cõparauit. Præcipuam uero iis fiduciã afferebat: q casu Dionyſiũ foris uerſari contigerat. Nup. n. octuagĩta nauibus ĩ Italiam nauigarat. Iccirco cũ Dion milites diu p maritima fatigatos incõmoda ibidem ad curanda corpora ĩuitaret: miníe paſſi ſunt: dum ad arripiendam temporis occaſionem permagno approperant ſtudio: Syracuſas adduci depoſcebant. Superuacuis igitur armis & ſarcinis ibi relictis: ac exorato Synalo: ut ea ad ſe ubi tempus eſſet tranſmitteret Syracuſas itur. Proficiſcente inde Dione ducenti agrigentinorum eqtes: qui Ecnomum incolebant: ad eum ſeſe conferũt. Poſt eos Geloi. Illico fama Syracuſas accurrerat. Tum Thimocrates uxoris Dionis & ſororis Dionyſii maritus: qui relictorum ĩ urbe amicorum prĩceps erat: repente nuntium cum litteris ad Dionyſium ſuper Dionis aduentu mittit. Ipſe dehĩc ad ciuiles tumultus ac motus animum aduertit: uniuerſi nanq; pendebant. Cæterum cum rebus fides nõ haberetur: ĩter pauorem quies agebatur. Tabellario caſus quidam ſane admirandus obtigerat. Nam ubi traiecit ĩ Italiam: cum iam rheginum euaſiſſet agrum: ĩ Caulonĩã ad Dionyſium accelerãs: ĩ familiarem quempiam ĩcidit: qui nup cæſum ferebat arietem: a quo ſuſcepto carnis fruſto iter approperat. Magna deinde pariter parte noctis abſumpta: cum ob laborem ſe aliquandiu ſomno dedere cogeret: ut erat ſecus uiam in ſilua quadã accubuit: ſecutus odorem lupus alligatas ſacculo carnes diripiens: carnes ſimul apportãs & ſacculum abiit in quo homo litteras deferebat. Dehinc cum excitatus perſenſiſſet: errore plurimo ſingula ĩ caſſum peruestigans: nihil inuenit. Ad tyrannum igitur ſine lĩis haud proficiſci decernens profugit eminus. Quocirca ſerus quidem ex aliis ad Dionyſium de Siciliæ bello peruẽturus rumor erat. Interea cõmeanti Dioni Camerinei ſeſe ſocios adſciuere: & Syracuſanorum qui per agros uerſabantur: non parua multitudo confluebat. Erant cum Thimocrate Leontini atq; Campani qui Epipolas pro ſtatione tenebant: ii ſimul ac falſus quidem a Dione ſermo manauit: ſe q̃primum ad eorum urbes copias conuerſurum Thimocrate deſtituto abiere opem ſuis allaturi. Hæc ubi Dioni circa Matras exercitum habenti renuntiata ſunt: concitatis militibus per tenebras ad Ariapum fluuium decem ab urbe ſtadiis diſtantem peruenit: ibi ſiſtẽs iter mactatis penes flumen hoſtiis ſolem adorauit orientem: ſimul haruſpices deos uictoriam portendere tradiderunt. Tum aſtantes uniuerſi Dionem ĩter ſacrificandum corona inſignem conſpicati: uno impetu ſibi coronas impoſuerunt. Erant autem haud pauciores milibus quĩq;: qui ſe Dioni intereundum comites adiunxerant. Cæterum cum ob repentinum incurſũ male armis iſtructi ueniſſent: armorum inopiam promptitudo ſupplebat: adeo ut cum Dion caſtra mouiſſet: ii curſibus ĩcederent: clamore & alacritate ſeſe mutuo ad libertatis dulcedinem exhortantes: Ex oppidanis quicunq; gratia & nobilitate præſtabant inſignibus ornati ueſtibus ſeſe ad portas obuiam effundebant. Cætera ſubinde multitudo tyrãni familiares inuadit. Tum proſagogide (ſic. n. appellari ſolebant) diſcerpuntur. Impii ſane & diis ĩuiſi homines ii urbem Syracuſanis promiſcui peragrabant: ſingulorum dicta factaue ſagaciſſime ſpeculantes: deinde tyranno cogitationes omnium ſermoneſq; denuntiabant: hi primum omnium occurrentes pœnas dedere. Virgis enim cæſos membranis exuerũt. Thimocrates cum ſe arcis cuſtodibus permiſcere nequiret: accepto equo profugus ex urbe migrauit: cuncta pauore ac tumultu replens: ne mediocri trepidatione amiſiſſe urbem uideretur: maiorem ĩmodum Dionis res extollebat. Accedens inter hæc Dion perſpicuus iam cunctis erat: lucidiſſimis indutus armis. Cĩgebant illius latera hĩc frater eius Megacles hinc Athenienſis Calippus coronis ãbo decori. Ex externis militibus autẽ centũ erant: q Dionem ad corporis cuſtodiã ſectabant. Reliquos præfecti ducebãt ornatiſſime inſtructos. Spectabant Syracuſani: & pinde ac ſacrã quandã & deo dicatã libertatis & popularis potentiæ pompam excipiebãt: quæ tandem poſt ãnos octo & quadraginta rediens ciuitatem ĩuiſeret. Per Meniditas inde portas ingreſſus ſædato p tubæ ſonum tumultu huiuſmodi præconium edidit: Dion fraterq; Megacles cum ad abolendam uenerint tyrannidẽ: Syracuſanos reliquoſq; itẽ Siculos liberos & tyranno ſolutos

reddunt. Volens etiã per ſeipſum homines cõpellare: p Achradinã conſcendit. Syracuſani per uias utrinq; ſacrificia menſas crateraſq; ſtatuerãt: & quocũq; acceſſerat: miſſos flores frugeſq; ſpargebãt: ſeq; in eum uti deorum preces ac uota conuerterant. Sub arcem & Pentaphyla illuſtre quoddã & excælſum Dionyſii opus extabat horologium: huc aſcẽdens concionẽ exorſus: ciues ad uendicandã ſibi libertatẽ incitauit. At ii ambos per ſummã læticiã & feſtiuitatem ĩperatores & belli duces creant. Eis inſup ita uolentibus ac rogantibus Syracuſani collegas uiginti deligunt: ex quibus dimidii ab exilio una cum Dione redierant. Vates illuſtria extare prodigia cenſebant: quoniã Dion interorandum magnificentiſſimum Dionyſii edificium ſubiectum pedibus habuerat. Cæterũ expauebãt quia locus in quem dilectus impator aſcenderat: de ſolis permutatione rationẽ continebat: ne. ſ. mox ullam fortunæ pmutationẽ res illius gerendæ capeſſerent. Dehĩc redactis in ditionem Epipolis: coniectos illic ĩ uincula ciues exoluit: murum inſuper circunduxit arci. Septimo poſt die Dionyſius ĩ arcem ſeſe cum claſſe rettulit. Arma Dioni cũ uehiculis cõportata: quæ Synalo ante reliquerat: hæc ciuibus diſpertita. Reliqui pro ſe quiſq; ornate inſtructi promptos exhibuere milites. Dionyſius initio qdem priuatim miſſis ad Diona legatis experiri rem cœpit. Aſt illi ad liberos iã Syracuſanos ĩ medium uerba facere iuſſi: humaniſſimã tyranni nomine concionẽ habuerunt. Mediocria polliceri uectigalia: militiæ requiem: excepto ſiquam illi ultro ſuſcipiendam eſſe decreuerint. Ea Syracuſanus populus irridebat. Dion legatis reſpondit: Dionyſium ne uerba faceret: ni prius ſe principatu abdicaſſet: quem ſimulatq; depoſuiſſet: ubi ad rem quampiam modeſtã opus eſſet: pro eorum neceſſitudinis memoria ſuam ſe impenſurum operam. Ea Dionyſius collaudabat. At miſſis denuo legatis petiit: ut una cum Syracuſanis aliqui ad eum ĩ arcem cõmearent: cum quibus tum perſuadens tum ꝑſuaſus de publica utilitate diſſereret. Miſſi ergo ad eum uiri quos Dion ipſe probarat. Tum plurimus ꝑ Syracuſanũ ab arce populum ſermo manabat: Dionyſium relicturum eſſe tyrãnidẽ: idq; ſui magiſq; Dionis gratia facturum. At ea ſubdola quædam erant figmenta tyranni & inſidiarum contra Syracuſanos ĩſtructio. Coniectis nanq; ĩ carcerem ciuitatis legatis luce prima ſaturatos mero ſtipendiarios contra circunductum a Syracuſanis murũ diſcurrentes ĩmiſit. Tum ĩuadentes ex inſperato Barbari multa cũ audacia pariter & tumultu murũ peruaſtant: qbus deinde ĩtrã ciuitatem irruentibus: cum ad ferendã opem expectare nemo prorſus auderet: ſoli Dionis milites reſtitere: qui ut primum tumultuãtes ꝑſenſere: ſubſidium attulerunt: ii tamen auxilii modũ ĩtelligere exaudireq; haud ſatis poterant: adeo fuga ſurripientes ſe ĩde Syracuſani errore ac uociferatiõibus ĩter eos ꝑmixti diſcurrebãt. Dion cum eius exaudiri uerba non poſſent: ad rem ꝑagendam opere ſe ducem exhibere uolens: primus irrupit Barbaros. Acris circa illum atroxq; pugna cõmittitur: quãdo qdẽ nihilominus hoſti q̃ ſuis agnoſcebatur. Facto. n. a cunctis ĩpetu magno cum clamore cõcurritur. At ille cum iã ꝑ ætatem ad huiuſmodi ſubeunda certamina grauior eſſet: animi fortitudine ĩuadentes tum excipiens tum obtruncans manũ tragula uulneratur. Ad reliqua deĩde tela & ĩflictos comĩus ictus uix thorax ipſe ꝑ clypeũ quoq; ſat erat: haſtis undiq; plurimis pulſatus & ſpiculis qbus perfractis collapſus eſt Dion. A militibus ſubĩde abreptus ĩperatorem eis Thimonidem inſtituit. Ipſe autem equo urbem circuire Syracuſios e fuga retrahere: externos milites qui Achradinam pro ſtatione tenebant: contra Barbaros concitatos adhibere: ĩtegros quidem contra labore confectos: promptos cõtra ſpe debilitatos & in ipſo iam conatu deficientes animis. Cum enim impetu primo uniuerſam pariter ciuitatem uel diſcurrentes occupare ſperaſſent: ac ex improuiſo in fortes uiros & ſtrenuos bellatores ĩcidiſſent: gradum in arcem referre cœperunt. Dehĩc ut ĩclinati ſunt: incumbente uehementius græcorum agmine: terga præbentes ſeſe mœnibus ĩcludunt: quattuor ac ſeptuaginta ex Dionis parte truncatis: cum ex ſuis multos amiſiſſent. Parta adeo clare uictoria Syracuſanus populus externos milites centum minarum coronis ornauit. Aſt illi aurea corona Dionem: Mox a Dionyſio caduceatores deſcenderunt: epiſtolas a neceſſariis mulieribus afferentes: ĩter quas una extrinſecus erat ĩſcripta

ad patrẽm ex Hipparino . Iſtuc ipſum enim Dionis filio nomen erat: tam & ſi Thimeus illum ex Areta matre uocatum fuiſſe dicat Areteum. Verum his de rebus maior habẽda Thimodi fides uiro Dionis cum familiari tum commilitoni. Cæteræ in uulgus perlectæ multas ex mulieribus ſupplicationes preceſq; continebant. Illam uero quæ a filio pſcripta uidebatur: cum palam ſolui minime permitterent: Dion inuitis ſoluit. Ea ex Dionyſio erat: quæ uerbo quidem Dioni re autem Syracuſanis colloquia faciebat: formam qp pe ſupplicationis & exponendi pro ſe iuris habebat: ad Dionis calumniam compilata. Eorum ſiquidem cõmemoratio erat: quæ pro tyrannide prompto effeciſſet animo: in cariſſima corpora comminationes ſororis filii & uxoris . Cauſæ etiam quædam graues querelis & plangore confictæ: & quod eum maxime permouit: obſecrabat ut regnum ne deſtrueret: uerum capeſſeret: neq; libertate donaret homines: qui accæptorũ haud ĩmemores malorum magnis in eum odiis conflagrarẽt. At uero prĩcipatum iniret ipſe: amicis ac neceſſariis tutamen exhibens. Illis perlectis Syracuſani (non ut æquum erat) Diõis conſtantiam nullo languentis affectu aut animi magnitudinem ſunt admirati: qui honeſtatis ac iuſticiæ cauſa contra tot neceſſitudines & ſanguinis coniunctiões fortiſſimus perſtaret: ſed ſuſpicari timereq; cœperunt: ne cum ingens illis neceſſitas adeſſet: tyrãno parceret. dehinc alios intueri præfectos: præcipueq; ut Heraclidem redire didicerũt: eidẽ magnopere affecti ſunt. Erat autem exul Heraclides rei quidem militaris gnarus homo: & ex principatu quem penes tyrannos habuerat: celeberrimus: uerum ĩeptus conſilio & ad omnia leuis in rebus quæ dignitatem haberent aut gloriam cõmunicandis minime ſtabilis. Ille poſtq̃ in Peloponneſo cum Dione diſſidium actitaſſet: decreuit ſuapte contra tyrannum claſſe annauigare. Tribus igitur nauibus & triremibus ſeptem Syracuſas aduentans rurſus Dionyſium muro circunſeptum offendit & ſuſpenſos animo Syracuſios. Mox igitur quandoquidem ad ſuadendum pmouendumq; gratiam nonnihil a natura leporis habebat: popularem ingreſſus eſt gratiam: blandimenta quæritante turba. Eos ſuſcipiens facilius ad ſe traduxit: q; ii Dionis rigorem & grauem & in ciuilibus durorem officiis abhorrebant. Cuius rei cauſa erat: q; parta uictoria ocioſi etiã audaces facti populi duces priuſq̃ populus eſſet: ſibi præeſſe uolebant. Tum ad cõcionem ultro cõcurſantes claſſis præfectum deligunt Heraclidem . Accedens eo Dion collatã Heraclidi præfecturam priſtini principatus ſui labefactionem eſſe conqueſtus eſt. Singularem. nmanere imperatorem non euenit: ubi matitimis alter rebus præſideat . Quocirca haud lubentes qdem Syracuſii deponendum Heraclidem cẽſuere. Inde Dion accitum domũ Heraclidem paucis increpuit: q; nõ bene aut commode eo tempore ſecum pro gloria ſeditiones atq; diſcordias actitaret: cui ad inferendam cladem exiguo certe opus eſſet momento. Coacta rurſus concione ipſe claſſis præfectum deſignauit Heraclidem : ciuitati perſuadens: ut & illi quemadmodum & ipſe habebat: corporis cuſtodia præberetur. Ille Dionem uerbis quidem & habitudine colens & gratias habere confeſſus humilis ſequebatur: uſq; quaq; iuſſis obtemperans. At multitudinem ac rerum nouarum cupidos corrumpens & clandeſtinis mouens tumultibus: omnibus Dionẽ ambiguitatibus circunſidebat. Siue enim per indutias dimittendum ex arce Dionyſium diceret: calumniam utilius ſaluti parceretur habebat. Siue ut ne quo mærore conficeret: obſidionẽ quietus agere uellet: conſeruare bellum cenſebatur: ut diuturniore principatu pculſos terrore ciues teneret. Erat Soſſis homo quidam ob flagitia ſimul & temeritatem ĩter Syracuſanos notus atq; famoſus: qui quandam libertatis abundantiam eſſe ducebat: ut ad uſq; res huiuſcemodi effrenatas uoces & procaciſſima emitteret obloquia. Iſte Dionis ĩſidiator frequenti primum concione ſurgens multa in Syracuſanos conuitia protulit: niſi ex uecordi ac temulenta liberati tyrannide uigilantem ac ſobrium ſuſcepiſſe ſe dominum intelligant. Dehinc manifeſtum ſe Dionis hoſtem aperiens: e concione diſceſſit. Poſtridie nudus per urbem curſitans capite ac uultu ſanguinolento ſpectatus eſt: ut qui perſequen

tes plærosq; fugeret. Talis forum ingrediens paratas sibi ab Dionis militibus referebat insidias: uulneratum subinde caput ostentans. Quaquidē in re cōpatientes sibi multos & aduersus Dionem inuectos habebat. Illum imperiosa & grauia patrare: si per cædes ac pericula liberas ex ciuitate linguas uelit auferre. Eius tamen detectæ fraudes. Dion. n. tam & si indiscreta turbulentaue concio esset: eo procedens purgauit obiecta. Sosside cuiusdam ex Dionysii stipatoribus esse fratrem demonstrauit. Eius uerbis inductum seditionibus ciuitatem ac discordia perturbasse: cum nulla Dionysio: nisi per eorum diffidentias & mutuas disceptationes supersit salus: simulq; medici Sosidis plagam perdiscentes per summa magisq̄ profunde actam inueniunt. Ensis enim uulnera mediū præsertim ex pondere premunt: Totum uero pusillum erat in Sosside multa habens ītia: cum is (uti par est) ictus ex dolore remitteret: & subinde rursus adigeret. Deinde familiares quidem inter cocionem attulere nouaculam: narrantq; commeantibus ipsis obuium factum esse Sosidem cruore stillantem: & Dionianos sese fugere milites dictitantem: a quibus ea se uulnera accæpisse: qui hominem insequeretur prorsus deprehendisse nemi nem. Cæterum sub cauo iacentem saxo conspexisse nouaculam: unde is prodisse uisus fuerat. Has ob res facinorosus iam Sosis per hæc habebatur īdicia: plæriq; etiam aduersus illum serui testimonia dixere: noctu solum cum nouaculam teneret egressum. Quo circa secessere Dionis accusatores & populus damnato mortis Sosside in gratiā cum Dione rediit. Stipendiarios autem nihilominus suspectos habebat: præcipue q; plurima aduersus tyrannum maritima agitabantur certamīa. Postq̄ enim Philistus ex Iapigia multis triremibus Dionysio subsidium allaturus aduentasset: cumq; ii externi forēt milites: ad nullum amplius belli usum eos esse censebant: uerum satis per se fore cum & nauticam instructi & uires ac potentiam nauibus essent assecuti: eos insuper prosper quidam maris euentus amplius extollebat: ubi superato Philisto in eum crudelissime ac Barbarorum ritu decrassati sunt. Ephorus quidem refert eum capta naui mortem sibi consciscisse. Thimonides autem a primordio rerum gestarum Dionis socius cum ad Speusippū philosophum scriberet: Philistum uiuum in potestatem uenisse tradit: in terram excedente naui: Syracusanosq; exuto thorace nudum ostentasse corpus hominis iam ætate confecti. Et subinde per contumelias habito caput obtruncasse: pueris corpus tradidisse: utq; per Achradinam distractum in latumias deiicerent mandasse. At rursum Thimeus maioribus insultans uituperiis puellos ait Philisti cadauer claudo ex crure deligatum per urbem inter probra contumeliasque uexasse: spectantibus interea Syracusanis raptatum crure hominem dictitare solitum oportere Dionysium haud equo citato: uerum crure raptatum e regno profugere. Verumenimuero Philistus non ab se sed ab alio prolatum Dionysio nuntiarat. Cæterum Thimeus haud iniusta occasiōe susceptā: q; fidum studiosumq; pro imperio Philistum extitisse constabat: sese iactatis in eū maledictis exsaturat. Cui siquis ea lacessitus tempestate adusq; insensibilem iracundiam grauiter inuectus impertienda fortassis est uenia. Qui autem res illius gestas postremo scripsere: cum in eius uita triste nihil pertulerint: hi hominis gloria refellūtur: ne rumoribus aut alieno sermone fræti per contumelias ac procacitatem miserias obiectent: quarum particeps uel præstantissimos homines fieri modo fortuna uelit: res nulla prohibet. Nec uero sanus est Ephorus: qui laudationibus Philistum exornat: qui tam & si rebus iniustis & moribus prius honestas adiicere causas & ornamentorum rationes inuenire grauiter apteque sciat: haud tamen ipse cuncta excogitans eum ab incusatione potest abducere: ne supra omnes homines tyrannorum amator extiterit: & maxime omnium tyrannicas semper illecebras potentiam opes & conubia beatitudinis existimatione admirationeque sit prosecutus. Sed enim aptissimus ille quisquis Philisti neque gesta collaudarit neque fortunas obiectarit.

Poſt Philiſti necem Dionyſius ad Dionem mittit: qui illum arcem tradere uelle dicāt: armaque ac mercenarios milites & integrum illis ſeptenos per menſes ſtipendium: Se per indutias in Italiam deceſſurum: ibique domicilium habiturum: ex Giarte modo fructus perciperet. Is intra Syracuſanos fines permultus ac fertilis ager eſt: ad mediterraneum a mari ſurgens. Ea cum Dion minime recæpiſſet: exorandos eſſe iuſſit Syracuſios. Aſt illi uiuentem Dionyſium ab ſe captum iri ſperantes legatos repulere. Tum Dionyſius grandiori natu filio Apollocrati arce tradita: uehementē obſeruans flatum precioſiſſima corpora precioſiſſimamq; ſupellectilem nauibus īpoſuit. Itaq; præfectū claſſis latens Heraclidem euaſit. Qua re male de ſe audiens cum ciues eū magnis tumultibus circunuenirent: Hipponem factioſū quēdam hoīem īſtituit: q plæbem ad diuidēdum agrum accerſeret. Etenim libertatis initium æqualitatē eſſe: ſeruitutis uero penuriā cum prædiis careant. Huius ſententiæ fauens Heraclides aduerſantē ſibi Dionem magis īplicat ſeditionibus. Tum Syracuſanis pſuadet: ut hiſce rebus decreto confirmatis externos milites mercede ſpolient: alioſq; ſubīde bello īperatores deligant: ſeſe ab huius moleſtia & difficultate liberantes. Ii confeſtim dum ex tyrannide pinde ac ægrotatione longæua ſeſe conantur attollere: & uti ſuis reſtituti legibus ītempeſtiua factitant: rebus īfœliciter geſtis odia contra Dionem exercebant: q inſtar medici in accurato & modeſto uiuendi ordine continere ciuitatē expetebat. Ad nouorum deīde creationē magiſtratuū cū conueniſſent: æſtate media īuſitata tonitrua & dira prodigia per dies qndecim obuenēr. Ob quorum religionem ſurgens aſſidue populus alios deſignare duces īpediebatur. Factioſis poſtmodum conſtanti ſerenitate obſeruata comitia conficientibus: bos qdam domitus tumultus haud inexperiens neq; īſuetus p id tēpus furore contra bubulcum agitatus e iugo profugiens ād Theatrum citato cucurrit īpetu. Quocirca ſurgentē illico populum nullo fugiendi ordine paſſim diffudit: cæteram diſcurrit urbem petulcis conturbās ſaltibus: quantum poſtea hoſtes occupauere. His tum neglectis & uanefactis Syracuſani quīq; & uiginti præfectos creant: ex qbus unus erat Heraclides: alios clanculū ſubmittere: qui milites a Dione ſubducerent. Eos ad ſe multis pollicitationibus prouocare: & ciuitate pariter donaturos dicere. At illi ea repudiantes Dionē fide & prōptitudine cum armis complectentes atq; ſtipantes ex urbe deducunt. uiolato nemīe qbuſcunq; obuiabāt multa de īgratitudine de improbitate obiectabant. Syracuſani cōtemptu paucitatis ſeſe q eos non prius īuaſiſſent paruipendere. Maiori igitur coacta manu impetum faciunt: ut intra mœnia ſuperatos obtruncarent. In hoc neceſſitatis ac fortunæ conſtitutus Diō: ut uel coutra ciues dimicandum uel cum ſuis moriendum eſſet: militibus multa ſuppli care: manus Syracuſanis tendere: refertam hoſtibus arcem oſtendere: qui deſuper e muris comparentes eorum facta intuerētur. Sed cum īexorabilis multitudīs incurſus eſſet: etiam factionis duces ciuitatē ſicuti mare uenti latetenerent: ſuis ut ab aggreſſibus abſtineant: īperat. At illis perinde ac incurſum facerent cum clamore arma uibrātibus: nullū Syracuſanorum manere cerneres: fuga per uias decedunt inſectante nullo. Dion enim ſuis continuo reuocatis Leontinos contendit. Syracuſani principes deriſui mulieribus facti: cum ab ea ſeſe eximere ignominia quæritant: armatis denuo ciuibus Diōa perſequuntur: quem ut fluuium quendam traiicientes offendunt: abacto equitatu prælium inchoant. Aſt illum ubi neq; miti animo neq; more patrio ſua amplius errata ſuf ferre conſpicantur: uerumetiam ſuos facto agmine per iracundiam conuertētem fœdiorem q̄ antea fugam capeſſentes: haud multis ſane cæſis in urbem reuertuntur. Leontini Dionem ſplendidiſſimis ſuſcipiunt honoribus: militibus ſtipendia ciuiliter impartiūt: ab Syracuſanis per legatos poſtulant: ut militibus quæ iuſta ſunt faciant. Sed ii legatos qui Dionem accuſarent miſerunt. Cum uniuerſi deinde ſocii in Leontinis conueniſſēt: poſtq̄ multa diſſeruere: Syracuſios iniuſta patraſſe cenſetur. Illi ſociorum iudicio nuſq̄ ſtare: iam delitiis & inſolentia gloriari: q nulli auſcultarent. Sed ſeruientibus & reformidātibus plæbē ducibus uterēt. Inter hæc a Dionyſio ad urbē uenere triremes Neapolitanū aduehētes Nipſiū: q & annonā & pecunias apportabat obſeſſis. Facto nauali prælio

uictores Syracusani fuere: captis ex regia classe nauibus quattuor. Ea uictoria insolétes & iam nullius audientes īperio lætitiā ad conuiuia & furiosos uertunt conuentus. Adeo quæ usui erant neglectui data: ut cum arcem habere se putant: ciuitatem īsup amisere. Nipsius. n. ubi nullā ī ciuitate partem cernit incolumem: & uulgus quidē a luce prima ī profundā usq; noctem īter modulamina ebrietatesq; detentum: præfectos uero p huius sodalitii uoluptatem ullā temulētis hominibus adiicere necessitatē: segnes atq; pauē tes: cōmodissime frætus tēpore murum aggreditur. Quo pfracto īmissis imperat Barba ris: ut quoscunq; obuios habuerint: eis pro uiribus atq; libidine utātur. Statim id ma lum sentiunt Syracusani. Tarde autem & magno cum labore p stuporē auxilia confere bāt. Populationes ī urbe fieri: mortales interimi: parietes dirui: mulieres ac pueri cū eiu latu in arcem agi. Summa rerum desperatio præfectos habebat: q; ubiq; promiscuos cū hoste ciues ullos ad usus habere nequibant. Hunc īmodum urbanis sese rebus habenti bus: cum Achradine iā propinquum discrimē esset: ī quo reliqua spes inniteret: sciebat unusquisq; : nemo dicebat ob īgratitudinē & mala in Dionē consilia pudore pplexi. Cæ terum ui necessitatis īpendente sociorum & equitum clamor exoritur uocandū esse Dio nem: & ex Leontinis accersendos esse Peloponnēses. Quod ubi p audaciam proferri: & exaudiri cœptum est: uociferatio gaudium lachrymæ cunctos tenuere Syracusanos hoīs orantes aduentum: aspectumue cupientes: haud immemores quanto interroribus ro bore ac promptitudine ualeat: ut nō modo ipse īpauidus sit: sed eos etiā audaces & ī cō serenda cum hostibus manu ītrepidos exhibeat. Mox igitur ad eum mittunt sociorum quidē nomine Archonidem & Thelesidem ex equestri uero ordine qui tum cum Hella nico missi. Hi per totum iter equos laxatis agitantes habenis urgente iā die ī Leontinos perueniunt. Tum desilientes equis primum corā Dione obortis procidere lachrymis: ca lamitates Syracusanorum exponunt. Nōnulli iam Leontinorum interueniebāt: multi etiam Poloponnēses circa Dionem congregabantur: dum hominum cum studio tū sup plicationibus īnouatum aliquid suspicant. Eapropter cum prior ille ad concionē proces sisset: prōptissime facto concursu Archonides & Hellanicus introgressi succinte malorū magnitudinem exponunt: & milites obliterata iniuriarum memoria ad ferendā Syracu sanis opem deprecantur. Quādo quidem maiores ipsi pœnas dederint: q̄ illi maleficiis irritati uoluissent. Postq̄ hi desiere loqui: ingens silentium totum habuit Theatrū. Sur gente Dione cum orare cœpisset: cōplures ei manabāt lachrymæ: ita ut uocem teneret. Tum cōdolentes ei milites bono ut esset animo rogitabant. Cū igitur ex affectu sese pau lulum Dion recepisset: uiri inquit Peloponnenses ac socii hoc uos ī loco ut pro uobis de liberationē capessere tis coegi: mihi haud pulchre res se habet: ut cū Syracusana uastet ci uitas: de me ipse cōsultē: q; si eā seruare neq̄ero pficiscar ī pria igni & ruina tumulādus. At si īconsultissimis & īfœliciss imis nobis opē afferre statuistis: uestrū opus Syracusanā erigitis urbē. Sin hoc ppter Syracusanos iracundiā & cōcæptas ī eos q̄rimonias aspnabi mini: dii uobis p pristina ī me uirtute & prōptitudīe dignas psoluāt grates. Memineri tis aūt neq; uos prius īiuria lacessitos: neq; ciues posterius calamitate uexatos ab Dione destitutos. Eo adhuc differente milites cum clamore prosiliunt: mature sese ad præstan dam opem duci iubentes. Tum Syracusanorum legati eos amplexantes salutare: multa ab diis īmortalibus Dioni: multa militibus bona orare. Sædato tumultu Dion illis īpe rat: ut confestim abeuntes apparent sese: cumq; separauerint illum in locum armati ue niant. noctu enim subuenire decreuerat. Cæterum Syracusis Dionysii duces quoad illu xerat multis ciuitatem malis afflixere. Ingruentibus tenebris paucis suorum amissis ī ar cem decessere. Tum factionis principes recæpta fiducia cum hostem ob perpetrata quie tem acturū esse sperarent: rursum ciues ut Dionē omitterent orabant: quē si forte cū mi litibus aduētarit: ne suscipiant: neq; illis ut uirtute præstantioribus cederent. Ipsi uero p se urbem libertatemq; saluā tuerētur. Denuo igitur præfecti qui eum reuocarēt: mittūt: equites autem & familiares ciues: ut maturaret iter: quāobrem tarde simul ac p ocium p ficiscens aduenerat. Præcedēte nocte Dionis inimici ut illum excluderēt: portas tenebāt.

At Nipſius rurſus ex arce longe plures multoq; prõptiores ĩmittens ſtipendiarios : uniuerſũ cõfeſtim murũ demolitus ẽ: tum ciuitatẽ ꝑcurrẽs diripuit. Cæſi nõ modo uiri ſed etiam mulieres ac pueri direptiones modicæ: aſt magna cunctorum ſtrages . Dionyſius enim cum deſperatis iam rebus ĩ Syracuſanos grauiſſimis conflagraret odiis: cadentem prĩcipatum urbe tumulare uolebat. Proĩde cum illi Dionis auxilium præuenire concupiſcunt: quæ perniciſſima omnium ſtrages & conuaſtatio eſt: igne craſſantur. Proxima quæq; tædis ac lampadibus ſuccendentes Pyrobolos autem arcubus ĩ longinqua ſpargẽtes q profugerent: per uias intercepti necabantur: q domos introirent igne compulſi rurſus erumpebant: ĩcendio complures ĩterieẽ: qdam ĩ diſcurrentes ferebantur. Ea maxime calamitas una uociferantibus uniuerſis urbem Dioni referauit . Cum.n. ĩcluſos ĩ arcem hoſtes accepiſſet: haud amplius gradum ſtudio ſolicitabat. Procedente die prodeuntes ei obuiam eqtes captam ſecundo urbem denuntiant . nonnulli deinde aduerſariorum adetant. Velotius properare obſecrantes: latius ĩtendente malo. Heraclides fratrem emittẽs dehĩc auunculum Theodotem auxilium ſupplex implorabat. Nullum iam hoſtibus ĩpedimento eſſe: ſe quoq; uulneratum: parum abeſſe: ne ciuitas euerſa & concremata collabatur. Dion cum ĩ tales ĩcidiſſet nuntios: procul a portis ſtadiis aberat ſexagĩta. Expoſito militibus urbis periculo eiſq; nonnihil adhortatis haud amplius pedetentim : uerum concitato curſu ad oppidum duxit exercitum: aliis atq; aliis occurentibus & ut approperaret deprecantibus. Mira dehĩc militum uelocitate ac promptitudine frætus per portas ĩ urbis regionem Hecãtompedon appellatam euaſit: continuoq; ĩ hoſtes leuioꝛẽ ĩmiſit armaturam: ut eorum conſpectus audaciam Syracuſanis adiiceret. Reliquos munitos armis ſimulq; confluentes ad eum ciues unaue conſiſtentes ĩſtruxit: rectas componens turmas præfectoſq; diſpãrtiens: ut multis ſimul ex locis terribiliorem ſe hoſtibus ĩferret. His itaq; paratis ubi deis adoratis ſuos per urbem ĩ hoſtes agens cernitur: clamor lætitia & ĩgens uociferatio Syracuſanorum uotis pariter & adhortationibus permixtus exoritur. Liberatorem Diona deumq; compellabant: milites uero fratres atq; ciues : nec ullus ea tempeſtate tanto ſui aut uitæ amore tenebatur: ut non magis pro unico Dione q̃ cæteris uniuerſis anxius uideretur: q per cruorem ignem & ſtrata per plateas cadauera diſcrimen primus inibat. Res etiam hoſtium formidoloſa erat : q ſæuitia referti ſtructa pro muro acie difficilem ac pene inſuperabilem reddebant ĩgreſſum. Ingens ab igne periculum Diomanos perturbabat milites: ac ĩfeſtum efficiebat iter. Hi nãq; cum ædes flãma depaſceretur quaqua uerſum relucentes feruida permeabãt rudera : & deſcendentia murorum fragmenta ancipites tranſcurrebant: multo ſimul fumo & puluere ĩcedentes obnixe contendebant: ne continuata ſcinderetur acies. Vt uero ſeſe hoſtibus ĩmiſcuere : pauci cum paucis ob locorum anguſtias & iniqtates cominus pugnam conferunt. Syracuſanis clamore & promptitudine fortius ĩcumbentibus: compulſus ui Nipſius plurimos ſuorũ ĩ proximã fugientes arcẽ reduxit ĩcolumes: deſtitutos quoſdã extrinſecus & palãtes ipſi Dionis milites ĩſectantes interimũt. Eius uictoriæ fructũ alacritatẽ inq̃ atq; cõplexus (q talia decent opa) præſens minime tẽpus exhibuit. Dũ ad ſuas cõuerſi domos Syracuſanĩ ĩ reſtinguendis ignibus q ea uix nocte factũ eſt: occupant: ut primũ illuxit: cæteri qdẽ factioſi propria ſalute deſperata fugã capeſſunt: Heraclides uero & Theodotes Dioni ſeſe dedẽtes ĩuſte ꝑpetraſſe fatent. Vtq; ĩ eos ſe melioꝛẽ q̃ erga illũ fuerĩt exhibeat ſuppliciter orant. Decere profecto: ut cũ Dion reliqs uirtutibus nullis cõparandus ſit mortalibus ĩ ipſã iracundiã etiã ipſis excellat ĩgratis: q ut inferiores ſe uirtute fateãt: aduentãt : pro q̃ priores cũ eo ſeditiones accitarunt. Hæc deprecãte Heraclide amici qdẽ Dionẽ hortabant ut ne flagitioſis ac inuidis parceret hominibus: cæterum Heraclidem militibus largiretur: & populaꝛẽ ex ciuitate ſeditionẽ eximeret: quam fane furore uexatã non minorem tyrannide conſtat eſſe languorem. Quos Dion placabat ita præfatus: cæteris quidẽ impatoribus aduerſum bellum & arma plurimum exercitationis extitiſſe: ſe autẽ ĩ Academia diutius exercitatũ: quo furoris iracundiæ ĩuidiæ oĩſq; uictor cõtentiõis eſſet: quarum rerũ demõſtratio ẽ nõ erga familiares & bonos uiros modeſtia : uerũ ſiqs

acceptis iniuriis deliquẽtibus exoratu facilis mitisue sit. Velle autẽ se Heraclide nõ tãtũ potestate ac prudentia quantum bonitate ac iusticia superiorem esse. In istis. n. uere meliorem esse liquet. At res bellicas prospere gestas &si nemo mortalium certe fortuna suo iuri uendicat. Si ob inuidiam Heraclides perfidus nefariusq; sit: haud propterea opus est Dionem uirtutẽ p iram furorẽue corrumpe. Meritas. n. infligere pœnas: q̃ iniurias ꝑ uocare: iustius esse definitur a legibus: quod ex imbecillitate natũ est . Hominis autem improbitas: q̃q̃ id fortasse difficile: haud usq; adeo ferox penitus & ĩmortalis est: ut nõ multis persæpe uicta beneficiis gratia ꝑmutetur. Hisce frætus rationibus Dion missum fecit Heraclidem: ad murum deinde cõuersus Syracusanis uiritim impãt: ut unam cominus fossam extruerent. Illis autem noctu quieti sese dedẽtibus: milites ãtelocãs trãsuersis trabibus arcem circunsepsit. Quæ res adeo latuit: ut luce prima hostes pariter ac ciues & celeritatem & opus admirarentur. Inde ubi necatos sepulturæ mandauit: captiuosq; haud certe duobus milibus pauciores solui: conuocata cõcione: procedẽs in mediũ Heraclides: ut terra mariq; Dion imperator deligeretur: sententiã dixit. Quod cum optimates suscepissent: & creandum esse censerent: nautarum & mercenariorum greges fremere: e classis præfectura eiectum Heraclidem condolere. Eum tam&si reliquis in rebus nullius dignitatis hoiem at omnino popularem multitudiniq; magis obnoxium autumare. Hoc permisit eis Dion & Heraclidi maritimum restituit ĩperium . Eis deinde ad agri ac domorum diuisionẽ cõcitatis aduersatus: & facta prius sup his decreta rescindẽs mœrorem iniecit. Quocirca alterum statim Heraclides iniens prĩcipatum socios nauigationis milites ac nautas Messanam deducens: ibi resedit: ad seditionẽ illos cõmouens : & contra Dionem instigans: quẽ sibi regnum parare diceret. Ipse clandestinas cum Dionysio pactiones per spartanum Pharacẽ transigebat. Quod ubi clarissimi Syracusanorum intellexere: in exercitu orta seditio est. Ob eãq; rem caritas ac penuria Syracusas premebat: adeo ut anceps Dion male de se ab amicis audiret: qui hominẽ adeo intractabilem liuoreq; ac nequitia corruptum contra se amplificarit Heraclidem. Pharace penes Agrigentinorum Neapolim metante: Dion cum Syracusanis egressus secum alio in tẽpore decertare uolebat: inclamantibus Heraclide ac nautis: Dionem iccirco nolle rem prælio decernere: quo perpetuum illi maneat ĩperium: coactus Martem conseruit: ubi & superatus est. Cæterum cum ob seditionem intestinam perturbati sese magis ipsi in fugam uertissent: iterato Dion prælium parare instructisq; persuadere ac adhortari. Initio mox noctis nuntius affertur Heraclidem tota cum classe Syracusas uersus annauigare: eo cõsilio ut capta urbe eum cum toto excludat exercitu. Continuo igitur robustissimos & expeditissimos recipiens noctu adequitat & tertia demum hora diei septingẽtis exactis stadiis pro portis stetit Heraclides : q̃q̃ nauibus certatim contendisset . Vbi sero uenisse se intelligit: reflexo cursu errabundus agenda inuadebat. Ita ex improuiso spartanus illi occurrit Gesylus: qui ex Lacedæmone ut Siculorum ducem annauigare se aiebat quẽad modum superiori quandoq; tempore Gelippus. Hunc ita libens uirum assumens ut eũpinde ac aliquod contra Dionem medicamen adsciscere t se sociis ostendit. At præmisso caduceatore Syracusas ciuibus ut spartiatem susciperent præfectum impabat . Cui Diõ satis præfectorum Syracusanis esse respondit: ꝙ si res ipsæ spartano prorsus indigeant: spartanum se ciuem factum esse. Omisso Gesylus principatu ad Dionem nauigans cõciliat Heraclidem fidem maximam & iusiurandum præstantem: quo Gesylus ipse iurauit: Dionis quidem ultorem & acerbissimum Heraclidis animaduersorem fore : siquid ab eo nefarie perpetratum extitisset. Dehinc Syracusani classem quãdoquidem nihil ea opus erat dissoluũt: quæ ĩgẽtiũ ĩpensa& ac seditiõis cã prĩcipibus fuerat. Ad obsidẽdã de hĩc arcẽ ĩtẽti circũductũ exædificãt murũ. Postmodũ circũsessis opitulãte nullo: cũ iam ãnona deesset & facinorosi forẽt milites: Dionysii filius despatis oino rebus cũ Dione ĩ dutias agit. Ei arcẽ arma & reliq̃ tradit ĩpedimta. Ipse mr̃e sororibusq; receptis qnis onustis triremibus ad patrẽ nauigat: tuto illũ emittẽte Diõe. Huic spectaculo Syracusanos& nẽo ferme defuit: at qcũq; defuerat magnis ĩclamabat uocib⁹ : ea die solẽ liberis exoriẽtẽ

Syracuſis nō inſpectaſſe. Maximum & quod ætate etiā noſtra clariſſimū narrari fortunæ poſſit exemplum: fugā conſtat eſſe Dionyſii: qualis tunc illorum exiſtimanda lætitia qualis uero illis ſenſus: qui mīmas per occaſiones ex ampliore: q̄ præterita uiderint ſæcula: tyrannide deſcendebant. Poſtq̄ uela dedit Apollocrates: Dion uadit in arcem. Cuius ingreſſum haud expectare mulieres: ad fores curſitare: Ariſtomacha Dionis filium ducere: pone ſequi Areta lugubris & incerta quonā modo uirum ſalutans compellaret: quæ cum altero conſortium habuiſſet. Eo ſororem primum dehinc filiolum ſaluere iubēte: Ariſtomachæ adducta coram Areta te quidem inquit exulante Dion in magnas incidimus miſerias: cæterum rediens parta uictoria nobis omnibus mœrores eleuaſti: hac ſola duntaxat excepta: quā infœlix ego te incolumi alteri nuptā uiro coactam quidem & inuitā aſpexi. Cum igitur te nobis dominum fortuna conſtituerit: quo pacto illā huic neceſſitatem iudicas? Te ne ut auunculum aut ut maritum conſalutabit? Talia dicēte Ariſtomacha Dion profuſis lachrymis uxorem magna beniuolentia & caritate cōplectitur. Tradito poſtmodum ei filio in ſuam tranſmiſit domum: in qua poſteaq̄ ī ſyracuſanoꝝ manu arcem poſuiſſet uitā ducebat. Progredientibus hūc īmodum rebus nullum prius ex præſenti fœlicitate fructum ſuſcipere dignum cenſuit: q̄ amicis gratias ſotiis largitates præcipueq; ī urbe familiaribus & militibus aliquā humanitatis & honoris portionē īpertiret: animi magnitudine uires ac facultates exuperans: cum interin ex iis quæ obuenerant ſeſe parce tenuiter ac modeſte curaret. Magna uero omnibus admiratione habebatur: q̄ non ſolū Sicilia atq; Carthago: ſed uniuerſa etiā græcia ad eum fœliciter ac trā quille degentem aſpiceret. Cumq; nihil tantæ āplitudinis ea tempeſtate putaretur: nec alterius īperatoris clariorem eſſe fortitudinem fortunamq; conſtaret: ipſe talem ſeſe præſtaret ueſte famulātu & menſa frugalem: qualem cum ī Academia una cum Platone uitam duceret: nō qui ītер ductores militum aut mercenarios bellatores degiſſe uideretur: quibus quotidianæ ſacietates libidineſq; uoluptariæ laborum ac periculorum ſolatium eſt: ad eum perſcribens Plato hunc unum aiebat ex orbe terrarum omnes ītueri: cum ille ipſe unicū unius ciuitatis locum Academiā cernere uideretur. Eius loci uiros ſpectatores & iudices agnoſcebat: qui nō rem geſtam non audaciā non uictoriā quampiam admirarentur: ſed qui id ſolum animaduerterent: ſiquis in magna rerum āplitudine per honeſtatē temperantiam ac modeſtiam uti fortuna ſciret. In habenda autē hominum ſocietate nihil ex elato animi tumore & ſeuera nimis ī populū cōtentione auferebat: nihilue remittebat: tā&ſi res illius gr̄a magnope indigerēt: & Plato eū ut diximus īcreparet ac perſcriberet comitē ac uicinā ſolitudīs eſſe ptinaciā. Cæterū cū ſolutos nimiū Syracuſanos & emollitos ex illecebris retrahere nitebat̄: natura quadā nullo lepore aut comitate pmixta uidebat̄ uti Rurſus ei Heraclides īcūbit. Is primū q̄dem ī conciliū accitus adire noluit. Cum. n. priuatus eſſet: nō niſi cum cæteris pariter ciuibus ī cōcionē iturum. Dehīc accuſare Dionē cœpit: q̄ arcē demollitus nō eſſet̄. Cumq; populus Dionyſii ſepulchrū euertere & diſſicere corpus affectaret: haud ſciuerit: cōſiliarios etiā ex Corīthio accerſat: q̄ ciues dedigneť habere collegas. Re autē uera Dion Corinthios aduocabat: q̄m̄ eis præſentibus facilius reipublicæ ſtatum: quē aīo uerſabat: conſtituere poſſe ſperabat. Cogitabat. n. illum populi dominatum inhibere: q non ciuilis forma rei ſed ut a Platone dictū eſt: q̄dā uniuerſis reꝝ ciuiliū mercatus eſſet. At cū laconicū & cretenſe quoddā genus p̄miſcēs ex populari ac regio optimatū prīcipatū cōparaſſet: qui ſupior āpliſſima quæq; diſponeret ordinē rebus inſtituere decernebat. Videbat nāq; corinthiorū ciuitatē dominatiōe paucorū adminiſtratā haud multa ex publicis ī populo agere. Cū igitť his aduerſaturum conſiliis expectaret Heraclidē: alias quidem ad res turbulentum hominem ſeditioſum & pmutationis auidum (quod diutius impedierat) eo tēpore necare uolētibus aſſenſus eſt. Hi igitť domum irrumpentes illū obtruncant. Eius mors ſyracuſanos uehementi dolore confecit. Dion tamen ei magnifice iuſta parauit. Inſectante exercitu cadauer aſſociās habita deīde ad populū cōcione ueniā īptierunt: haud. n. fieri potuiſſe: ut cū Heraclides ac Dion ciuiles agerent magiſtratus urbanæ ſeditiones pacarent̄. Erat q̄dā

Dionis ſocius Calippus athenienſis: quẽ illi non ex diſciplina uerũ ex myſteriorum ĩdu ctione & circuncurrenti ſocietate notum & cõſuetum fuiſſe Plato refert. Hic expeditiõis particeps magno habebatur honore adeo ut cunctis prior æqualibus Syracuſas corona tus ĩtrauerit: & dimicãdo clarus ac inſignis extiterit. Aſt ubi primarios atq; præſtantiſſi mos Dionis amicos bello aſſumptos cernit: & occiſo Heraclide Syracuſanũ populũ du ce priuatum: Diomanos etiã ſibi milites animum magnope adieciſſe: ſceleſtiſſimus ho minum factus eſt. Ex hoſpitis cæde præmium oĩno Siciliã conſequi ſperãs & talenta ui ginti (ut tradidere nõnulli) necis mercedẽ ab hoſtibus captans: quoſdã aduerſum Dionẽ milites corruptos inſtituit: neqſſimũ ac uerſutiſſimum agitans exordium. Nã cum ali quas ſemp militum uoces aut reuera deprehenſas aut cõmenticias illis referret: talem ex fide licentiã cæpit: ut qbuſcunq; uellet cõtra Dionẽ magna cum audacia occultos faceret ſermones: eo ita mandãte ne cuiuſpiã ſimultas lateret aut odiũ. Hĩc euenit ut Calippus flagitioſos ac lãguentes cõfeſtim reptos adſiſteret: q ſiquis hiſce reiectis ſermonibus ſe ſe Dioni tentatum fuiſſe retegeret: ille nihil turbatus aut grauiter ferens erat: perinde ac iuſſa nauãte Calippo. cõſtitutis hunc ĩmodum inſidiis ingens ac prodigioſum Dioni ſe ſimulacrum obtulit. Dies uergebat ẽ ueſperã: cum ille intra domi cubiculum ſolus ſecũ cogitabundus ſederat. Interim e regione porticus repẽtino ex oriente ſtrepitu cum lumẽ abeſſet ſtetit inſpectãs: grandẽ intuetur fœminã nihil ueſtitu aut facie ab tragica pmu tatã furia. Ea ſcopis quibuſdã mundabat ædes. Perculſus graui pauore Dion cõuocatis amicis uiſum exponit: penituſq; conſternatus cum extimeſceret: ne id denuo uidendũ ſoli ſibi aduentaret oſtentum: eos obſecrauit: ut cũ eo pnoctãtes manerẽt. Verumeniue ro id haud rurſus accidit: ſed paucos intra dies filius eius: cum ferme pubeſceret: ex par ua qppe triſticia & puerili quadã iracundia prius cã ſuſcepta: e tecto ſe præcipitẽ deiciẽs periit. In hoc rerum ſtatu cum Dion eſſet: Calippus inſidiis magis atq; magis inſtare. In Syracuſanos rumotem edere: ut orbatus liberis Dion Dionyſii filium Apollocratẽ uoca re & hæredem facere ĩſtituiſſet: q uxori qdem ex fratre nepos ſorori autem ex filia nepos erat. Iã Dionem ac mulieres eorum quæ patrarent ſuſpicio habebat: & undiq; nuntii af ferebantur. At Dion ut ferunt poſt Heraclidis interitum mœrore confectus: q̃ſi uitæ ac rebus a ſe geſtis quandã ĩureret maculã: grauiter ſemp ac moleſte degens multotiens iã ſe neci paratum eſſe & cuiq; uolenti præbiturum ſe iugulum dictitabat: ſi uiuendum ei foret nõ hoſtes modo uerumetiã amicos obſeruaturo. Calippus uero cum mulieres rem diligenter ĩueſtigare cerneret perterritus uenit ad eas. Factum effuſis negare lachrymis: quãuis daturum ſe fidem. Illæ ut magnum iuret iuſiurandum poſtulant. Id extat huiuſ modi: Qui fidẽ præſtat ĩ Theſmophorum deſcendit tẽplum: & qbuſdã peractis ſacrifi ciis deæ purpurã ĩduit: tum ardentem captans faculam iurat. His confectis oĩbus Calip pus iuratus deos adeo irriſit: ut eius quã iurauerat deæ diem feſtum expectans cædem ĩ ter ipſa perageret proſerpinalia: eam nihil faciens deæ diem quam oĩno uiolaret: & ĩpie coleret: ſi alio ĩ tẽpoĩ dux ipſe ſacroꝝ illius ſacerdotem iugulaſſet. Cum plures in eius cõ municatiõe facinoris eſſent: & Diõ domi quæ nonnullos habet accubitus: una cum ami cis aſſidetet: alii exterius obſidere: alii foribus atq; feneſtris adſtare: Zacynthii q manus afferre debebant: tunicati ſine mucronibus accedere: ſimulq; q extrĩſecus uerſabãt attra ctos tenere poſtes. Zacynthii Dionẽ inuadentes ut eum tenerent ꝓpprimerentq; eniti. Quod ubi in caſſum cedit: enſẽ efflagitare: nemo fores reſerare audere. Multi. n. cũ Dio ne intus erant: quoꝝ unuſqſq; dũ eo miſſo de propria ſalute cogitat: nuſq̃ afferre ſubſi dium audet. Dum ita cõtantur: Lycon Syracuſius pugionem cuidam Zacynthio per fe neſtras porrigit: quo retentum aliquandiu & attonitum Dionem uti uictimam obtrun cant. Sororem continuo una cum uxore prægnante coniiciunt in carcerem. Obtigit autem ut cum per ſummam calamitatem partus inſtaret in uinculis maſculum partu riret infantem: quem placatis cuſtodibus mulieres educare aggreſſæ ſunt. Iam enim turbulentæ ſeditiones Calippum inuoluebant. Principio nanque Dione cæ ſo cum famoſus eſſet: & Syracuſas oppreſſiſſet: athenienſium ciuitati ſcripſit: quam

ſecundū deos poſteaq̄ tā abhominādo ſe facinore cōtaminarat: uereri ac expaueſcere de buiſſet. Sed id uere dictum extitiſſe uidetur: Excellētiſſimos uirtute eos eſſe uiros: quos bonos ciuitas illa protulerit: quos autē malicia deprauatos eos q̄ſceleſtiſſimos. quemad modū eorum tellus & mel optimū & ocyſſimum necatu coniū parturit. Haud tñ Calip pus quoddā fortunæ deorumq; cōuitium diu ſupſtes euaſit: ut qui hominē tantā p hu manitatē prīcipatus & opulētiā cōſecutum īcuriæ aut neglectui dediſſet. At digna confe ſtim dedit ſupplicia. Siquidē Catinā capere adortus cōtinuo Syracuſas amiſit. Quo tē pore eum dixiſſe ferunt amiſſa urbe: Tyrocneſtim ī poteſtatē redegi. Subīde Meſſanos īuadens maximā militum partē ī quibus & Dionis īterfectores pdidit. Poſtmodum cū nulla eum Siciliæ ciuitas ſuſciperet: uerum uniuerſi p odiū propulſarēt rhegiū occupat. Ibi cum ſūma degens īopia ſtipendiariis neceſſaria male ſuppeditat: a Leptino & Polyp conte occiditur. Ad ipſius necē eo forte uſi pugione dicunt: quo uulneratus ē Dion. Illū autē a magnitudīe cognitum phibēt. Laconicorū. n. more pbreuis: præterea artificii ap paratu utpote magno cum ornamēto ac ſubtilitate fabricatum. Huiuſmodi pœnas Ca lippus dedit. Ariſtomachen uero & Aretā: ut primum exēpte uinculis fuere: Hicetes Sy racuſanus Dionis amicus ſuſcepit: & magna fide ac beniuolentia curare uiſus eſt. Dehīc ab Dionis hoſtibus īductus: eas pīde ac ī Pelopōneſum trāſmiſſurus: naui ad id cōpara ta īpoſuit: ſubīde mādans ut īternauigandum necatæ deiicerent ī pelagus. Nōnulli ui uentes adhuc una cum puello demerſas aſſerunt. Hunc etiā digne pro audacia pœnæ in uaſerunt. Ipſe. n. cum ī Timoleontis manus pueniſſet īteriit. Syracuſani præterea ī Dio nis ultionē duas filias īterfecere: de qbus ī Timoleontis uita ſingulatim pſcriptum eſt.

M. BRVTI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

ARCI BRVTI PROGENITOR FVIT IVNIVS Brutus: quē Priſci Romanorū ī Capitolio ex ære fixerunt medium īter reges enſē ſtrictum exerentē: q; is cōſtantiſſi me Tarquinios euertiſſet. Ille ueluti quædā fulminei ēſis acies durum & īexorabile īgenium nactus adeo animi intē perātis aduerſus tyrannos fuit: ut tanq̄ inſano īpetu uec tus: uſq; ī liberorum ſuorum cædē ſæuierit. Hic uero Bru tus de quo nunc agitur: & bonarum artiū diſciplīa & phi loſophiæ ſtudiis ībutus: moreſq; ſuos natura graues & humiles ciuilibus negotiis excitans: ad bonum & æquum modeſtiſſime ferri uiſus eſt. Quare etiā q ob cōſpiratione: quæ ī caput Cæſaris acta eſt: inimicitia ī Brutum flagrabāt: ſi res ea magnificum & generoſū qcq̄ afferebat: id Bruto dabant: ſin difficile durumq; Caſſio. Erat Caſſius ī primis Bruto familiaris atq; beniuo lus: ſed diſſimili īgenio ac uarius īpuruſq;. Seruilia mater Bruti fuit: cuius genus ad Ha lam Seruilium referunt: qui clam gladio cinctus Melium ſpurium ſeditioſum ciuē & ſo licitatione plæbis tyrannidē machinantē ī medium forum traxit: ibiq; ſimulato colloqo eum obſequentem ferro cōfecerat. Maternum hoc Bruti genus clare cōpertum habetur: paternum uero qui Cæſaris gratia odio quodā in Brutum extuabant: nō ab eo deducūt Bruto (qui Tarquinos urbe eiecit: cum ab eo dicant liberos ſupſtites nullos fuiſſe) nam eos occiderat: ſed plæbeium ipſum cōmemorant: & ex quodā ipſius Bruti diſpenſatore genus ducere: ipſumq; nuper in ſenarum accitum. Poſſidonius philoſophus priorem Brutum narrat geminos filios natu grandiores (ut habet hiſtoria) ſecuri pcuſſiſſe: ſed ter tium unum eumq; infantem ex eo ſuperſtitem fuiſſe: a quo uno deinde eius familiæ po ſteritas omnis propagata eſt. Præterea aſſerit tēpeſtate ſua quoſdam claros ex ea gente floruiſſe uiros: quorum aliqui formam ex Bruti ſimulacro ducere uiſi ſunt. De his hæc

cõmemoraſſe ſatis eſt. Seruiliæ quã Bruti genitricẽ dixerimus frater fuit Cato Vticenſis quẽ auunculum primo deĩde etiã ſocerum Brutus ĩ primis Romanoꝝ omnium ſtudio habuit: philoſophos græcos ferme omnes (ut his utamur uerbis) attigit: nec ullius ipſoꝝ diſciplinæ uel exps uel ignarus fuit. Platonicos tamen enixe coluit nouã ac mediã Academiã linquens ueterem fouit. Huic ſectæ addictus Antiochum Aſcalonitã ingẽti admiratione obſeruauit: eiuſq; fratrem præſtanti uirtute uirum amicitia ſibi iunxit: ac uiuendi comitẽ fecit. Hic. n. doctrinæ habitu licet a multis philoſophis lõge abeſſet: uitæ tamen ĩtegritate ac humãnitate egregia primus adæquãdus habebaꝫ. Emphilus illi nom̃: cuius Brutus in epiſtolis ſuis Brutiq; domeſtici ſæpius meminerunt ob ãborum uictum: quẽ cõmunẽ ſimul agebãt. Is etiã Emphilus erat orator: & de cæde Cæſaris opuſculũ: quod Brutus appellaꝫ: nõ ignobile edidit. Latine Brutus facundiã militarẽ belliſq; accõmoda tam exercuit. Græcum uero graue ac ſententioſum dicendi genus: & Laconum breuitatẽ quodãmodo imitatus eſt. Ex quo in qbuſdam epiſtolis ſuis græcis eſt adnotatus: ut in ea quã iam bello ĩplicitus Pergamenis ſcripſit: ubi inqt: Audio uos Dolobellæ dediſſe pecunias: ſi ſponte dediſtis: faſſi eſtis iniuriã: ſi inuiti hoc oſtendetis ſi cõtra eas mihi ſponte dederitis. Samiis: Cõſilia ueſtra nil pẽſi: res tarde. Quis horũ finis exiſtimate. Scripſit & alibi de Patereis in hæc uerba. Xanthii beneficium meum cõtemnẽtes ĩ ſepulchro deſperationis patriã poſuere. Paterei ſeſe mihi dedentes confiſi nihil omittunt: ſed oĩa curant: quæ ĩ rem libertatis ſint. fas ſit & uobis aut Patereorum ſententiã aut Xanthiorũ fortunã eligere. Huiuſcemodi epiſtolarum Bruti genus eſt: quæ ex hac breuitate notãt. Nondum adoleſcentiæ fines egreſſus cum auunculo ſuo Catone: qui in Ptholomeum ægypti regẽ a ſenãtu dux fuerat deſignatus: ĩ Cyprum eſt profectus. in qua expeditione cum Ptholomeus nece accerſita ſe ſuaq; ſimul abſumpſiſſet: & Cato apud inſulã Rhodum opportunã morã ageret: Canidius uir Catoni beniuolus ad tutandas regis opes ab eo miſſus in Cyprum: ſed Cato extimeſcens ne Canidius ſeſe furto nõ abſtineret: Bruto ſcripſit ut extemplo e Pãphilia Cyprum peteret. Ibi. n. redimendæ ualitudinis cã obuertebatur. Ex quibus Brutus licet inuitus Cyprum nauigat: Ibiq; Canidium modeſte conueniens diſſimulata ſuſpicionis cã: ne a Catone adeo ignominioſe improbari uideretur: eum liberaliter habuit: oẽmq; procurationis curam ut iunior ac uagus nihil ad ſe ptineꝫ ſimulauit. Verum ita omni ſtudio & diligentia rei ſollicitus fuit: ut a Catone ſũmis laudibus ornatus fuerit: & opes illas ĩ argentum redactas apud ſeipſum aſſumens Romã adduxerit. Cæterum cum res Vrbis ĩ manifeſtam ſeditionẽ ruere uideremꝫ: & turbato ſenatu Cæſar atq; Pompeius arma proferrent: creditus eſt Brutus palã Cæſaris partes ſeq. Nam eius pr̃ iampridem ob Põpeium obierat. Sed ipſe indigniſſimum ratus priuatos affectus publicis añire: præterea Põpeii cãm æſtimans iuſtiorem eſſe q̃ Cæſaris: Põpeiũ ſecutus eſt: licet Anna cum obuiam illi fieret eũ mĩme ſalutaret: ſcelus ĩgens æſtimans cum interfectore patris habere colloquium. Põpeio igitur qui dux patriæ cõſtitutus fuerat ſe ſubiiciens legatus cum Sexto: cui Sicilia ſorte euenerat: ĩ ꝓuinciam proficiſcitur. Qua in legatione cum nihil gloria dignum emergere poſſe cogitaret: & iam Cæſar atq; Põpeius de reꝝ ſũma certare ſtatuiſſent: ex ĩſula ĩ macedoniam uenit: ſpõte uniuerſum piculum pr̃iæ ſubiturus. Eius aduentu audito ferũt Põpeium ſũme lætatũ: admiratũq; moxq; præſenti adſurrexiſſe: ipſũq; uelut cæteris præſtantiorem ĩ conſpectu oĩum ãplexatum. In caſtris p ĩtegros dies: niſi cũ Põpeium ipſum cõueniret: circa lĩaꝝ ſtudium cohiceſq; diuertebaꝫ. Cui curæ nedum aliud dedit tp̃s: ſed etiã diẽ q̃ mãximã illã Pharſaliæ cladẽ añceſſit. Erat media æſtas & præter loca paludoſa: ubi caſtrametati fuerant: calor ĩgens: nec Bruto aderant qui celeriter tentorium attuliſſent. Feſſus autem hac iugi cura: cum meridies aduentaſſet: modice unctus cum pauca comediſſet: quieſcentibus cæteris aut de euentu futuræ pugnæ anxiis: hic uſque in crepuſculum ſcripſit Polibii Epithoma componens. Dicitur etiam Cæſarem haud uirum hunc neglexiſſe: ſed exercitus ſui duces præmonuiſſe: ut illum in pugna non occiderẽt: ſed ſeruarent: qui ſi facilem ſepræberet liberaliter ducerent: ſi capturæ obſiſtere eum mitterẽt: nec uim

aliquam ĩferrẽt ſibi. Hæc dicunt ob gratiã Seruiliæ Bruti matris Cæſarẽ feciſſe. Nouerat.n.cum adhuc eſſet adoleſcẽs Seruiliã ſibi ĩſano amoꝝ extitiſſe: & quia eo tẽpore quo hic amor efferbuit: Brutus eſt genitus: quodãmodo creditus ẽ Brutus e Cæſare genitus. Fertur cum ardui motus Catilinæ: q̃ fere rẽpublicam euerterunt ĩ ſenatu ĩcidiſſẽt: & Cæſar atq; Cato aduerſis ſententiis differrẽt: ĩter hæc litterulas quaſdam foris delatas Cæſari redditas. Qui cum tacite eas legiſſet: Cato id ægre ferẽs adclamaſſe phibetur: rẽ ĩdignã Cæſarem faceret: qui colloquia: qui lr̃as medio ĩ ſenatu ab hoſtibus habebat. Ex quo cũ plæriq; ſtreperent: & Cæſar litterulas quẽadmodum ipſe habuerat Catoni dediſſet: Cato lecta impudica Seruiliæ ſororis epiſtola: eam Cæſari ꝓiecit: inquiens: uĩce ebrie: atq; ad ſententiam ac præpoſitam oꝝonẽ extẽplo reuerſus ẽ. Sic ergo amor Seruiliæ aduerſus Cæſarem uulgo patuit. Cæterum expedita Pharſalica clade: cum Põpeius ſeſe ꝓ undas præriperet & caſtra obſiderent: clam Brutus ꝓ paludẽ aquis plenam calamiſq; manantẽ noctu euaſit: Lariſſæq; ſeſe recæpit. Huic deĩde cum ſcriberet Cæſar: eius ſalute lætatus eſt: eũq; iubens ad ſe uenire: nõ tm̃ ueniam illi dedit: ſed præter cæteros q̃ iuxta ſe forẽt ipſũ maxĩo ĩ honore habuit. cũ nemo dicere poſſet quo Põpeius fugeret: obq; id oẽs anxii forent: Cæſar ſpacium quoddam cũ Bruto ambulans ſolus huiuſce rei ſententiã Brutũ rogat. Cumq; uideret ex quibuſdam rõnibus de fuga Põpeii Brutum optĩe cõiectare: Cæſar alias mittens iter ĩ ægyptum arripuit. Põpeius autẽ ſicut æſtimauerat Brutus egypto hæſerat: ac fatis ceſſit. Brutus deĩde Cæſarem Caſſio ĩclinauit. Præterea cum Cæſar ĩ Regem Libyæ graui ira afficeret: & magnitudinẽ criminũ ipſius obrueret: pro hoc ſuſcepta cã Brutus tum precando: tum excuſãdo: ipſum liberauit: multãq; illi ꝓtem ſeruauit ĩperii. Fert Cæſarem cum primum Brutum orantẽ audiret: ad amicos cõuerſũ dixiſſe: Adoleſcens iſte quid uelit ignoro. Quod.n.uult: nimis uult. Eius.n.grauitas quæ non facile ĩmo nequaq̃ ob gratiã flectebat: ſed ex habitu rationis tendebat ad bonũ: ualido atque efficaci ĩpetu fruebatur. Ad ĩuſtas uero ꝓtes fuit inexorabilis. Eorumq; modeſtiam ſiue turpe ſilentium: qui ſine rubore iniuſta rogant: apud magnum uirum acriter improbãs dicere ſolitus erat: q; qui nihil negare audent ſibi uidentur male ſuum tempus inſtituiſſe. Traiecturus Cæſar exercitum in Libinia aduerſus Catonem & Scipionẽ Galliæ ciſalpinæ Brutum præfecit: & ex quadam fœlicitate prouinciæ. Cæteras.n.prouincias & cõtumeliis & auaritia præſidũ: qui eas ueluti captiuas diripiebant: cũ male adminiſtrari cõtingeret: Brutus requies & conſolatio erat: omneſq; accedebant in Cæſaris gratiam. Vñ cum rediens Cæſar circumambularet Italiam: dulciſſimũ fuere ſpectaculum ciuitates: q̃bus Brutus præfuerat: cum maxĩe Brutus ipſe Cæſaris honorem ſua præſentia adauge ret gratiſſime. Cum plures præturæ forent: & ea quæ uocatur Vrbana maxima dignitate præcelleret: manifeſte conſtabat Brutum aut Caſſium eam ſortiri. Sunt qui dicant eos ex aliis primis cauſis maxime differentes: tamen magis ex hoc ĩter ſeipſos ĩ odiũ erupiſſe licet affines eſſent: Iuniam enim ſororem Bruti Caſſius uxorem duxerat. Alii cõtentionẽ hanc manauiſſe ex Cæſare dicunt: q; inter utrumq; ſe ĩgerens ſpe utrumq; paſcebat. Demum irritati ĩcenſiſq; animis ad certam̃ conſtituti ſunt. Certabat Brutus gloria & uirtute: cum multa & ſplendida ſtrenuitate Caſſius apud parthos cõparata. Quæ audiẽs Cæſar: amicoſq; conſulens inq̃t: Caſſium æquiora dicere: ſed rei ſummã Bruto eſſe dandã: declaratus tñ ſecundus prætor Caſſius eſt: nõ tm̃ beniuolentiæ habens ex hac: quam fuerat adeptus: quantum iracundiæ ex illius amiſſione. Cæterum Brutus alias ex potentia Cæſaris quantũ uoluit habebat. Volenti.n.fas erat amicorum omnium Cæſaris eſſe primo & plurimum poſſe. Sed hinc eum ſodales Caſſii abſtraxerunt ipſũq; plane ĩ pnitiẽ adduxere. Nõdum.n.ex cõtentiõe præturæ cõciliatus fuerat: cum illos audiebat orantes ne ſeſe deſpiceret: & a Cæſare mollitum Cæſaris blanditiis captum: ſed ſimulatas gr̃as tyrannicas & illecebras fugeret. Nõ enim honore uirtutis Cæſarem ſibi eſſe propitium: ſed ut omne eius robur animũq; ad ſe traheret aiebãt: nec tamẽ Cæſar ipſe abſq; huius ſuſpitione omnino erat: nec in eum abſq; calumnia: ſed huius uiri magnitudinem dignitatem & amicos extimeſcebat: præterea eius fidebat conſuetudini: cũ Antonius atq;

Dolobella apud Cæsarem primo rerum innouandarum criminarentur: non inquit se a pinguibus ac comantibus illis uiris molestari sed a pallidis & macilentis: de Bruto locutus & Cassio. Deinde quibusdam calumniantibus Brutum Cæsaremq; monentibus uti sibi caueret: manū pectori admouens: quid inquit: non uidetur uobis Brutum posse hoc expectare corpusculum: ueluti nemini nisi soli Bruto post eius fata tantum posse liceret. Atqui in urbe omnium primus fuisse uidetur: eo tempore paruo quo tempore Cæsari obsecutus suam gloriā strenue comparatam parum opprimi uel extingui permisit: sed Cassius uir furiosus & priuate magis inimicus Cæsari q̄ publice tyrrannidi illum inflammauit: impulitq;. Dicitur enim Brutus dominationem grauiter tulisse: sed Cassius odisse dominantem: & præter cætera quæ in ipsum criminatus est: etiam leones ablatos commemorabat: quos ipse ædilibus ludis præparauerat. Hos enim apud Megaram relictos: cum ciuitas per Calenum capta est: Cæsar detinuit. Fertur has feras cladem Megarensibus fuisse. Nam cum ciuitas iam caperetur: Megarenses carceres ferarum effregere: laxaruntq; ipsarum uincula ut & mox irruentibus hostibus obiicerētur. Sed Leones in ipsos huiusce rei auctores uersi sunt: inermesq; uiros fugientes tot laniarunt: ut hostibus ipsis hoc spectaculum miserabile fuerit. Hanc dicunt fuisse Cassio cōspirationis potissimam causam: falsa existimantes. Nam ex initio erat Cassio naturalis quædam impatientia atq; difficultas ad omne tyrannorum genus: sicuti cum adhuc puer ēsset ostendit: cum ad eundē præceptorem cum Fausto filio Syllæ gradere tur. Cum enim hic intra pueros se offerret & patris sui monarchiam laudaret: insurgēs in illum Cassius colaphos ipsi inflixit: quam rem uolentibus procuratoribus & necessariis Fausti ferri atq; decerni iudicio: inhibuit Pompeius: puerosq; ambos una coniūgens de re iudicauit. Dicitur etiam Cassium hæc uerba dixisse: Eia Fauste: aude coram hoc proferre sermonem illum: quo irritatus fui: ut os tibi iterum frangam. Talis quidē erat Cassius. Brutum uero multi amicorum suorum sermones: multi etiam ciues pluribus rumoribus atq; litteris ad rem prouocabant: incendebantq;. Apud enim statuā progenitoris sui Bruti: qui regum deleuit imperium: scriptum est: Vtinam Brute nūc uiueres: & nunc Brutus esses. Præterea ipsum tribunal Bruti prætoris mane repertum est talibus uerbis plenum: Brute dormis: neq; uere es Brutus. Horum causa erat ipsius Cæsaris adulatores: qui alios inuidiosos honores ei dabant: & noctu statuis eius coronas imponebant: cum plærosq; adducerent ut pro dictatore Regem Cæsarem appellarent. Sed secus ipsis obtigit: sicut in Cæsaris uita diximus. Amicos cum prætentaret Cassius contra Cæsarem: respondebant omnes se assensuros: si Brutus his rebus se ducem præberet. Hoc enim non audaciæ non manuum indigere dicebant: sed dignitate uiri qualis est Brutus: ut si inciperet remq; assereret: ius secum adesse existimabant: si abnueret in agendo animos defuturos uel postq̄ id perfecissent: in Scipionem uenturos. Vnde absq; illo pulchram habituros causam non censebant. Hæc secum reputans Cassius post contentionem illam prior conuenit Brutum: conciliatisq; animis inter grata colloquia ipsum interrogabat: An idibus martiis statuisset interesse senatui: se enim audiuisse inquit amicos Cæsaris de dominatione regia tunc relaturos. Dicēte Bruto: se non affuturum: quid inquit Cassius: si nos uocent? meum est respondit Brutus non tacere: sed tueri rempublicam & pro libertate emori. Tum elatus animis Cassius: quis inquit Romanorum te morente: id tolerabit? An nescis o Brute teipsum: uel credis tribunal tuum homines extorres uel tabernarios inscribere: non primos & optimos uiros? A cæteris quidem prætoribus largitiones spectacula & gladiatores: a te uero maiorū tuorum debitum euersionem tyrannidis repetunt: ipsi omnia per te pati parati sūt: te unū qualem optant expectant. Inter hæc illū āplexās osculatus est: deinde disiuncti ad eorum amicos cum his sese ambo uerterunt. Erat quidam. Q. Lygarius inter Pompeii beniuolos: quem ob Pompeium apud Cæsarem criminatum Cæsar liberauerat. Hic uero ex crimine quo solutus fuerat gratias habens: sed dominationem

ob quam accuſatus fuerat grauiter ferens. Erat Cæſari quidem inimicus: Bruto uero maxima familiaritate cõiunctus: adhuc ægrotantem accedens Brutus: o Lygari īquit: en quo tempore ægrotas? & ille confeſtim ſe cubito erigens: dexteramq; apprehendẽs: o Brute reſpondit: ſiquid teipſo dignum excogitas ualeo. Ex hoc inter notos quibus fi debant: quoſq; tẽtauerant hæc communicare cœperunt. Neq; ſolum delectum fecere familiarium: ſed aſſũpſerunt etiam omnes: quotquot ad bonum pronos ac audaces: mortiſq; cõtemptores agnouerant. Quare & Ciceronem fide præcipuum: & apud eos beniuolentia ſingularem latuerunt: ne ipſe qui natura audaciæ erat inops: præterea ex ætate ſimilem cautelam aſſumpſerat: ac omnia ſuis rationibus ad ſummam ſecuri/ tatem ſatagebat adducere: ipſorum promptitudinis robur obtunderet: qui celeritate facto q; egebant. Dimiſit & Brutus ex aliis ſodalibus ſuis Stalliũ Epicureũ & Faonũ Catonis imitatorem: quoniam e longinquo interdiſputandum ac philoſophandũ ſer mone circuito illorum animos expertus erat. Inquit enim Faonus bellum inteſtinum dirius eſſe q̃ monarchiam ex lege. Stallius: Viri ſapientis non eſſe: ob īdoctum uulgus & inſenſatum turbari periculumq; ſubire: quibus cum Labeo ītereſſet contradixit am bobus. Brutus uero quaſi hic ſermo aliquid rationibus difficile haberet: maleq; pote/ rat ſolui ſubticuit. Deinde Labeoni concilium communicat: quo annuente haud trepi de uiſum eſt alium Brutum cognomine Labienum: non tamen ſtrenuum ſiue auda/ cem ſed gladiatorum copiis quos ſpectaculis perſeruabat potentem: Cæſariq; fidum negociis addere. Cui Caſſio & Labeone rem aperiente nihil ille reſpondit. Brutus priua tim ipſum conueniens dicenſq; ſe ducem huic rei eſſe: confeſtim Brutus libentem illũ fecit annuere. Plæroſq; præterea aliorũ optimos ad hoc dignitas Bruti adduxit: qui om nes neq; iuramẽto aſtricti neq; inter ſe fide tradita uel accæpta neq; quibuſdam ſacris obnoxii ſic cõſpirationem hãc apud ſe habuere: ſic eam cõticuere: ſic ipſam pertulere: ut diuinationibus ſacrificiis ſigniſq; Deor& ipſas portẽdentibus nulla negocio fides da ta ſit. Cæterum Brutus ueluti uir: qui in urbe dignitate genere ac uirtute prior erat: ſe/ cum remeditans: & omne periculum ſecum uoluens: & in difficultatibus ipſius rei in morans: uxorem una quieſcentem minime latuit: ꝙ inſolitæ curæ atq; turbinis ple nus erat: ꝙq; indiſſolubile quoddam & male ferendum concilium apud ſeſe moue bat. Hæc erat Portia filia ut ſuperius diximus Catonis: habuerat hanc ab auunculo Ca tone Brutus in coniugem: non ex pueritia ſed eius priore uiro defuncto: quam adhuc puellam & ex illo filium paruũ habentem nomine Bibulum ipſe duxerat. Huiuſce Bi buli opuſculum quoddam de geſtis Bruti ſeruatur. Cum ſapiens eſſet Portia & uiri amatrix: præterea haud uanæ dignitatis referta: non prius eſt auſa uirum de arcanis ſui cordis interrogare: q̃ ſui ipſius hanc experientiam ſumeret. Paruum accipiens cultrum quo tonſores auferunt ungues: omneſq; thalamo pediſſequas pellens: ꝓfũdum uul/ nus ſibi egit in cruce: ex quo non pauci ſanguinis fluxus erupit. Deinde poſt paucum uehementes dolores & horridæ febres ex plaga ipſa corripuere. Qua in re anxio Bruto atq; id grauiter ferẽte: cũ dolor acrius ipſam urgeret: ad eum ſic eſt locuta: Ego Brute Catonis filia tuæ domui data ſum non quemadmodum pellex: ut cubilis ſolum & mẽ ſæ tecum particeps fierem: ſed ut communicarem tecum læta communicarem ſimul & triſtia. Quæ ex tuo coniugio mihi omnino ſunt queri non habeo: quæ uero tibi ex meo ſunt: quam habent demonſtrationem ſiue gratiam apud te: niſi paſſionem tuã ipſa pariter feram: & curas ipſe dignas ego non tolerem? Scio muliebrem naturam fra gilem eſſe ad arcana ferenda: ſed eſt o Brute uis quædam & bonæ educationis & opti/ mæ conſuetudinis ad īgenium mihi: & Catonis eſſe filiam: & Bruti coniugem datam eſſe. His ſi hactenus minus credidi: nũc meipſam agnoui: ad laborem inuictam eſſe. Hæc locuta plagam oſtendit: ac periculum quod de ſe ſpõte fecit aperuit. Tum exterri tus Brutus ac manus ad cælum tendens: deos orauit: ut cœptis ſtrenue ſibi perfectis faxint ſe uirũ Portia dignũ eſſe: deinde uxorem ſolatus modeſte eſt. Cæterũ deſcripto

ſenatu:ad quem manifeſte conſtabat Cæſarem ingreſſum : cõſpiratores eum aggredi ſtatuunt. Nam tunc inſimul congregati abſq; ſuſpicione ſe fore cenſebant. Præterea omnes bonos & optimos uiros ſe habituros eſſe credebant:qui cæde perfecta confeſtī pro libertate ſimul aſſurgerent. Videbant ex diuinitate etiam quadam locum ipſum offerri. Porticus enim erat unius gradus ordinem ad theatri ſimilitudinem habens: in qua erat imago ipſa Pompeii populi iuſſui erecta:cū inter cæteras porticus atq; theatra locus iſte exornaretur. Ad hanc igit̃ medio mẽſis martii:quod romani Idus appellant:conuocabatur Senatus. Vnde uidebatur fortuna quædam uirum hunc ad Pompeii iudicium ducere. Dies ergo cum aduenīſſet; Brutus uxore tantummodo cõſcia paruo ſuccinctus gladio in Senatum peruenit. Alii Caſſio congregati eius filium tunc ſumentem uirilem togam ducebant in forum. Hinc deinde omnes in porticum Pompeii profecti:ibi comorabantur:ueluti confeſtim Cæſare in Senatum uenturo. In qua re qui futurum excogitaſſet:maxime uirorum conſtantiam & in tam grauibus periculis fortitudinẽ admirari digniſſime poſſet. Nam cū ex officio præturæ multis cogerẽt̃ dare iudicium:non quiete ſolum adſtantes & differentes inter ſe uiros audiebant : ſed ueluti ocioſi iudicia diligenti cum deliberatione ac maturitate reddebant. Cum uir quidam:qui iudicium ſubire nolebat:prouocaſſet ad Cæſarem:& multum exclamans obteſtaretur:Brutus ad aſtantes aſpiciens me Cæſar inquit facere iuxta leges nõ prohibet neq; prohibebit. Multa etiam alia turbulenta caſu quodam tum contigere. Primum & maximum:q̃ procedente die Cæſar in Senatum uenire tardauit. Nam male ſuccedẽtibus ſacris a coniuge domi detinebatur. Præterea ea die proficiſci prohibebatur a uatibus. Secūdum uero:q̃ quidam accedens ad Caſcam:qui ex conſpirantibus unus erat: dextra apprehenſa tu inquit o Caſca arcana nobis occuluiſti:Brutus mihi omnia nũtiauit. Exterrito Caſca:ridens ille unde inquit:o beate tam ſubito diues factus es:q̃ ad ædiles accingeris? ferme itaq; ab Amphibologia deceptus Caſca occulta detexit. Ipſum etiam Brutū & Caſſium uir Senatorius Popilius Lena cum auidiſſime ſalutaſſet:placide ſuſurrans:deos īquit oro:ut quæ corde habetis recte ſecundent:moneoq; ut maturetis. Non enim res ipſa tacetur. Hoc dicens non paruam illis ſuſpicionẽ iiecit:q̃ omne id negocium perſenſiſſet. Interea quidam e domo currit ad Brutum nuntians ſibi coniugem ſuam mori. Portia enim futuri anxia:nec curæ ipſius magnitudinem ferẽs: ſeipſam uix detinebat. Ad omne præterea murmur ad omnem uocem:ut uates quæ ī ſano furore Bacchi tenetur exiliens:quenlibet e foro ueniẽtem interrogabat:quid ageret Brutus:alteros illuc etiam frequenter tranſmittebat. Tandem cum tempus longitudine terreretur uis eius ſuſtentari nequiuit:priuſq̃ domum ſeſe reciperet. Circundedere eam ſicut erat in media porta ſedentem examinatio & ingens ſtupor. Calor mutationem accæpit:& omnino uox faucibus hæſit:ad cuius rei aſpectum acclamauerũt ancillæ. Deinde uicinis ad limen domus procurrentibus:ſtatim exiuit rumor:ſermoq; ſparſus eſt:q̃ Portia moreret̃. Extemplo tamẽ reſipiuit illa:& ad ſe rediit:aça mulieribus ſuauiſſime fota eſt. Brutus hoc audito ſicut decuit:exterritus publica tamen minime liquit:neq; domum ob dolorem accurrit. Iam Cæſar etiam uenire nũtiabatur lectica delatus. deliberauerat enim ob infauſta ſacra : magnum nihil in eo ſenatu ſancire: ſed malam ſimulans ualitudinem in aliud tempus cuncta differre. Cum e lectica egreſſus eſſet:occurrẽs ſibi Popilius Lena ille:quem pauloante diximus Bruto & Caſſio coptaſſe:ut eis omnia dii ſecundarent:per multam horam colloquium cum Cæſare habuit:qui omni cū diligentia atq; fide audiebat. Ex quo cõiurati(ut eos ſic appellemus) non intelligentes ipſius uocem ſed coniectantes ex quibus antea ex illo percæperant: id colloquium eſſe conſpirationis indicium:animis fracti ſe mutuo aſpexerunt:fronte plane confeſſi non expectandum eſſe:ut caperẽtur:ſed confeſtim potius emori. Igitur Caſſio & quibuſdam aliis manus imponentibus ſup capulis gladiorum:quos ſub ueſte tenebant:cum ipſos clam enudaſſent:Brutus ad geſtum Popilii Lenæ aſpiciens

qui ſtudioſe Cæſarẽ orabat:nõ quoſdã crimĩabat̃:nihil locutus eſt ob multos alienos uiros : quibus immiſcebat̃:ſed læto ex uultu Caſſii ſocios exhortatus eſt. Deinde poſt paucum Lena Cæſaris dextram oſculatus inde diſceſſit:manifeſte cognitus q̄ pro ſe ipſo ob aliquod ad eum attinens negocium id colloquium cum Cæſare habuiſſet. Cæterum Senatu ad conſeſſũ īgreſſo:cæteri Curulem Cæſaris circunſtetere:ueluti quid dam cum ipſo collocuturi. Caſſium ferunt ad imaginem Pompeii uerſum illam uelu ti animatam oraſſe . Trebonius iuxta fores curiæ moratus Antonium colloquia ſe cum producẽs eum extra tenebat. Ingreſſo Porticum Cæſare ei Senatus aſſurrexit. De inde ſedentem ſtatim circunſtant illi frequẽtes: Tilium Cimbrium ex ipſis unum obii cientes pro exilio fratris orantẽ:pro hoc orabant:& ſimul omnes ac Cæſaris manus ap prehendentes:& pectus illius & caput oſculabantur. Has preces atq; blanditias : cum Cæſar modeſte primum moram propulſaret:deinde non deſinentibus illis:ui aſſurgẽ do repelleret : Tilius utraq; manu ueſtem ex humeris illius traxit. Caſca primus (retro enim ſtabat)gladium exerens:eum iuxta humerũ uulnerauit:licet uulnus haud alti us penetrauerit. Deinde obluctante ob plagam Cæſare & magna uoce latine clamante Scelerate Caſca quid facis: Ille græco ſermone fratrem nominans:auxilium ſibi petiit. Cæſar cum a multis iam faucius foret:& obſiſtere uolẽs ſe circũaſpiceret:ut uidit Bru tum gladium in ſe nudatum efferentem: manum Caſcæ quam tenebat dimiſit : Ca putq; ſuum ueſte obtegens:corpus uulneribus liquit . Illi tamen inter ſeipſos impli citi multiſq; gladiis corpus ipſius aggreſſi:ſe inuicem etiam uulnerabãt. Vnde Brutus etiam manum plaga illiſus eſt:cũ cædis in Cæſarem uulnerũq; cõmunicaret. Omnes tum & ſuo & cæſi ſanguine maduerunt. Cæſare exanimato Brutus profectus in mediũ orare uolebat:& ſuaſu ſuo ſpeq; fiduciæ Senatũ detinere:ſed ii metu acti confuſe om nino fugerunt . Vnde circa fores perſequẽte nullo ſeu urgente plures præ turba illiſi. Statutũ intra eos ualidiſſime fuerat:alium non occidere præter Cæſarem:ſed omnes ad libertatem reuocare . Cæteris tamen omnibus cum de facinore cogitarent: Placebat occidi etiam Antonium uiq; contumelioſũ monarchiamq; fouentem. Præterea adden tem Cæſari uires ex uſu ac rei militaris peritia:obq; id maxime : q̄ natura elatum ac magis inhians conſulatũ cum Cæſare aſſumpſerat:eiuſq; collega tunc erat . Sed Bru tus his conſiliis ſe obiecit:primũ æquitati innixus:deinde ſpem habẽs mutationis An tonii. Non enim ipſum agnouerat ambitioſum atq; tumentẽ uirum & nimis gloriæ cupidũ:ſed ablato Cæſare:illum ſperabat patriæ libertati conuenturũ:ac ob ipſorum gratiã allectũ cum eis ad cõmune bonum occurrere . His igitur Brutus ſaluauit cauſis Antoniũ. In hoc rerum turbine Antonius mutata ueſte ſub plæbeo habitu fugit. Qui uero cum Bruto erant:eo duce manus ſanguine reſperſi: & enſes ſtrictos oſtendẽtes:in capitoliũ profecti ciues ad libertatẽ uocant. Initio cædis ululatus manauerunt:diſcur ſioneſq;: quemadmodum unumquéq; ex dolore ferebat caſus:tumultum auxere. Ve rum poſtq̃ nulla alia cædes facta eſt neq; rapina quædã ullius rei patrata:cum fiducia multi Senatorũ:multi etiam popularium in capitoliũ ad hos uiros aſcenderunt. Hic magno numero ciuium cõgregato:Brutus uerbis gratiæ populi & ipſi rei accõmodatis concionatus eſt. Quæ cũ omnes laudaſſent:& e capitolio eos deſcendere iuberent: cõ fiſi illi ĩ forum deſcendunt:alius alium ſubſecutus. Brutum multi inſignes uiri in me dio ſplendide nimis ab arce deduxerũt:ac in roſtris cõſtituere. Ad eius aſpectum q̃mul ti ex plæbe ad tumultum parari procurrerunt:& tacite atq; modeſte rei ſummã expec tabant. Procedente deinde ipſo omnes ſilentium indixere. q̄ non omnibus grata ea cæ des fuit:tunc plane apertum eſt. Incipiente enim orare Cinna & accuſare Cæſarem:cõ tra ipſum multi ira prorũpere:eiq; maledicere ita perſeuerauerunt:ut iterum uiri in ca pitolium ſe receperint. Quo ĩ loco timẽs obſidionem Brutus:optimates illuc ſecũ qui aſcenderant dimittit:exiſtimans indignum ut qui in cauſa nõ participarant:periculũ ſubirẽt. Senatus nihilominus poſtera die cũ cõueniſſent ĩ tẽplo Telluris:& Antonius

& Plãucus & Cicero de abolitione cædis atq; cõcordia concionarentur: censuit non tantum ueniam cospiratoribus: sed sententiam de premiis sibi dandis protulit. His Senatusconsulto rite decretis inde discessum est. Antonius cum filium in capitolium obsidem misisset: spem optimã de se præbuit. Vnde Brutus cum cæteris ab arce descendit. Quo facto cum conuenissent: alius alium mixtim complecti: dexteramq; cum dextera coniungere. Cassium Antonius ad se trahens: conuiuam domi recæpit. Lepidus Brutũ cæteri cæteros: ut quisq; cũ quoq; aut amicitia aut consuetudine affectus fuerat. Postera etiam die cum Senatus mane cõuenisset: Antonium laudibus prosecutus est: q; bellum intestinum iam oriens extinxisset. Deinde Bruto adstãtibus omnibus multa præconia data: inde diuisæ prouinciæ: Bruto Cretam Cassio Lybiam Trebonio Asiam & Cimbro Bithyniã designauere. Alteri Bruto galliam iuxta Eridanum tribuere. Posthæc de testamento Cæsaris eiusq; funere cum sermones inciderent: & Antonius eiusq; beniuoli censerent testamẽtum palam esse recitandum: corpusq; Cæsaris efferri non occulte necabsq; decore: ne ex hoc irritarentur plæbis animi: pertinacissime cõtradixit Cassius. Orauit deinde Brutus Antonioq; consensit: secundo hoc errore captus. Dum enim Antonio parcit: causa fit statuendi cõspirationẽ grauem & inexpugnabilem hostem: permittens etiam: quæ Antonius iudicauerat defunere ĩ Senatu sãciri: ab omni spe deceptus euasit. Primum igitur testamento cum legauisset Cæsar ciui cuilibet septuagĩta & quinq; drachmas: præterea cũ reliquisset hortos qui trans tyberim erant: ubi nũc est templũ Fortunæ: ingens beniuolẽtia & admirabile desiderium õnes tenuit. Postea funere per medium forum elato ac Antonio laudes iuxta cõsuetudinem pro rostris ꝓferente: cum multitudinem ad suam orationem cõmoueri uidisset: sermonem ad misericordiam flexit Cæsaris: uestemq; illius accipiens sanguine maculatam eam extẽdi: palam ostentans & ictus & uulnerum multitudinem. Ex hoc dignitatem & decus suũ nemo seruauit. Alii homicidas occidi clamabant: alii ueluti antea ĩ funere Clodii ex officinis sedilia mensasq; diripientes & aggregantes in unum permagnam pyram struxere. In qua corpus cum posuissẽt: in medio multorum sacrorum multoꝝ ĩmolabilium sãctorumq; locorum illum cremantes cõsecrauere. Quamprimum flamma eluxit: hĩc inde irruens alius atq; alius semicõbustos diripientes stipites ad domos percussorum cõcurrere: uti ipsas incenderent. Sed illi antea muniti effugere periculũ. Cinna uir quidam erat poeticus & qui in hoc crimẽ nihil cõmunicauerat: sed amicus fuerat Cæsaris. Hicipse per quietem a Cæsare ad conuiuium uocari sibi uisus cum abnuisset: ab ipso orari: deinde cogi: tandemq; manu conprehensus ad uastum & obscurum quendam locum adduci: & inuitus & stupefactus illum sequi se uidit: quod somnũ cũ haberet: obtigit: ut ea nocte febricitaret. Cum tamẽ efferretur Cæsaris funus: pudore captus ꝙ non adesset: processit ad turbam: quæ iam irritata erat: cognitus itaq; & ab aliquo appellatus: creditus esse Cinna ille qui nuper in frequentia incusauerat Cæsarem: trucidatus est. Hic furor Antonii animum mutauit: quare Brutus ac sui metu compulsi ex urbe discessere: primumq; apud Antium commorati sunt: ut q̃primum iracundia plæbis extincta siue mollita foret: ad urbem reuerterent: quod facile fore sperabãt ex repẽti atq; celerrima mobilitate uulgi: præterea ꝙ propitium Senatum habebant. Verum Senatus eos dimittens qui Cinnam tucidauerant: quæstionem proposuit illorum qui domos percussorum inuaserant: eorumq; plærosq; conprehendi iussit. Interea ob Antonium: qui Monarchiam ferme sibi cõstituerat: enixius cœpit Brutus desiderari: præterea expectari: ut spectacula quæ ob Præturam debebat: præsẽs exolueret. Sed Brutus sentiens plærosq;: qui sub Cæsare militauerant: & ab eodẽ agros & ciuitates acceperãt: insidias sibi parare: & paulatim urbi affluere: Romam proficisci ausus non est: sed statuit ut eo absente ludi fierent magnifice nimis & sumptuose. Elephãtes enim cũ emisset q̃plures: iussit eos spectaculis dari: & parce nihil exponi: sed omnia ab isiue tribui. Deinde profectus Neapolĩ: cũ pluribus Bacchi cultoribus idest histrionibus ac mimis

colloquiũ habuit de comitio quodam: qui in Theatris habebatur ſtrenuus: ad neceſſarios ſcripſit ut nõ niſi uolentem illum ludis adducerent. Non enĩ fas eſſe dicebat: græcũ quenquam ui cogi. Scripſit & Ciceroni ipſum orans: ut omnino his ſpectaculis intereſſet. Hoc ergo in ſtatu cum res eſſent: alia oritur mutatio iunioris Cæſaris: qui iam urbem aduenerat. Hic erat filius filiæ ſororis Cæſaris & teſtamẽto Cæſaris ĩ filiũ adoptatus relictus. In Apollonia is moram ducebat: cum Cæſar occiſus eſt: & litterarũ ſtudio operam dabat. Præterea ibi expectabat Cæſarem: qui nuper expeditionem in Parthos habuerat. Audita cæde Cæſaris: hic ad urbem acceſſit: ubi primum fauorem plæbis alliciens: & ſibi Cæſaris nomẽ aſſumens: argentum etiam teſtamento relictum diuidens ciuibus ĩ Antonium ſeditioſe ſe habuit: ſtipendiaq; diſtribuens: multos qui ſub Cæſare militiam ægerant ad ſe traxit. Poſtq̃ uero Cicero Antonii odio fauebat partibus Cæſaris: hoc exterritus Brutus Ciceroni ſcribit: q̃ dominum moleſte non ferebat: ſed eum qui dominum oderat uereretur. Præterea ĩ republica domeſticæ ſeruitutis partes eligeret: ſcribens & ĩquiens: q̃ uir bonus eſſet Cæſar: ſed noſtri inquit progenitores neq; dominos mites ſuſtinuere. Hoc tamen in tempore neque manifeſte bellum deliberaſſe cognitus Brutus eſt: neq; plane quieturus: ſed unum tantummodo conſuluiſſe: non ſeruire ſcilicet. Admirabatur autẽ Ciceronem: q̃ bellum ciuile periculoſum & graue timeret: turpem uero cõcordiam & infamem non expaueſceret: premium poſcens: q̃ Antonium a tyrannide eiiceret: Cæſarem tyrannum conſtitueret. Talis in primis epiſtolis fuit Brutus. Iamq; his ad Cæſarem: aliis ad Antonium partitis: atq; militibus ceu ſub haſta uenalibus ad eum concurrentibus: qui ſtipendia maiora dediſſet: rebus deſperatis Brutus Italiam lĩquere ſtatuit: terreſtriq; itinere Lucaniam ad Eleam mari adiacẽtem peruenit. Ex hoc loco Portia Romam repetitura dolores: quibus urgebatur: uiro tẽtauit occulere. Sed generoſa ac magnanima a pictura quadã prodita eſt. ex græcis erat hic textus: Hector uidelicet Troiam exiens ab Andromacha comitatus quæ ab eo filium ſuſcæperat oculoſq; in uiro figebat. Hæc cum aſpiceret Portia: ſimili tudo paſſionis ipſam ad lachrymas liquefecit: plureſq; Portia huc accedens miſerãdos ploratus emiſit. Qua in re cum Acilius quidam Bruti beniuolus uerſus: quos Andromacha ad Hectorem habuerat: recitaſſet: Hector tu mihi iam pater es tu frater & optima mater tu mihi uir dulcis: ſubridens Brutus: ſed mihi ĩquit ad Portiam uerſus Hectoris proferre non licet: Te tua penſa decẽt lanas calathumq; repoſce: Ancilliſq; iube. Corpore enim natura deficit a uirili ſtrenuitate mẽte quoq; pro patria nõ minus q̃ nos ipſi uirilis. Hæc in hiſtoriis ſuis Bibulus Portiæ filius tradidit. Digreſſus inde Brutus Athenas nauigauit: ubi a plæbe auide ſuſcæptus & honoribus & decretis ornatus apud hoſpitem quendam manſit. Audiens interea Theomneſtum Academicum & Cratippum Peripatheticum philoſophiæ cum ipſis operam dabat. At omnino circa id ſolum uacare uidebatur. Verum circa rem belli abſq; ſuſpicioẽ operabatur. In Macedoniam enĩ miſit Heroſtratum: eos alliciẽs qui ibidem militarent. Præterea iuniores qui Athenis philoſophiæ operam dabant: apud ſeſe ſuſcæpit: in quibus Ciceronis filius quem apud cæteros præcipue laudat: inquiens ſeu uigilia ipſa ſeu ſomno ductus ſit: ſe illum admirari: ita generoſum ac ita tyrrannos exoſum. Cum ad bellum Brutus ſe manifeſte expoſuiſſet: audiens Romanos quaſdam naues cum pecuniis q̃ multis ex Aſia adduci: illarum ducem eſſe Prætorem uirum iocundum ſibiq; notum: apud Cariſtum obuiã ſibi factus eſt. Colloquio deinde cũ eo habito: cum ipſum perſuaſiſſet accæptis nauibus feſtum ſplẽdidius duxit: eoq; maxime q̃ hac ipſa in die primum in lucem editus fuit. Vt ergo ad portum peruentum eſt: libationes factæ atq; læticia de uictoria Bruti & de populi Romani libertate. Hic cum cuperet Brutus magis rem ipſam lætificare: p magnum cratera expoſcit: quo accæpto nulla motus occaſione uerſum hunc protulit: Sed meſors miſera & latonæ perdidit ĩfans. Præter hæc in hiſtoriis reperitur: Brutum in ea pugna: quã ĩ Philippis ultimam ægit: Apollinem in ſignũ militibus tradidiſſe.

Vnde existimabant eam pronuntiationem huius infortunati conflictus fuisse portentum. Cæterum Antistius ex quibus adducebat in Italiam quingenta milia æris Bruto dedit. Quotquot milites ab exercitu Pompeii ī Thessalia uagabantur: auide ad Brutum confluxere. A Cinna equites quingentos abstulit: qui Dolobellæ in Asiam ducebantur. Cum demetriada applicuisset: q̄plura arma quæ Antonio ferebantur nactus est. Iussu enim prioris Cæsaris hæc parthicum parabantur ad bellum: Hortensio Prætore Macedoniam sibi tradēte. Præterea reges ac principes circunuicini cum ipsius adderētur partibus: nuntiatur Caius Antonii frater ex Italia profectus: ad copias quas Epidauri & Apolloniæ Gabinus continebat: celeriter aduentare. Vnde desiderans Brutus ipsum inuenire & præoccupare milites prouocatis comitibus suis per loca grauia atq; aspera cælo etiam affluente niuibus proficiscens: cum Epidaurum accessisset: ex labore ac frigore defecit. Hæc passio maxime contingit ex frigore niuali tempore iumentis & hominibus lassis: seu q̄ calor cum his ex frigore & obturatione meatuum intus in corpore comprimitur: confestim cibum stomachi consumit: seu q̄ rigidus & acutus quidam spiritus ex niue procedens corpus allidit: corrūpitq; caliditatē: quæ ab ipso foras egreditur. Huiusce enim morbi sudores caliditas præbere uidetur: quæ circa corporis cutem extincta est frigido obuiam sibi facto. Hæc in cæteris animalibus dubia magis sunt. Cum defecisset animi Brutus: nullusq; in castris ad uescendum cibus haberetur: eius comites coacti sunt ad hostes confugere. Vnde cum ad portas ipsorū profecti forent custodes cibū petiuere: qui audito Bruti casu aduenerunt: & ipsi Bruto cibum potumq; ferentes: ex quibus Brutus ut urbem nactus est: nō solum istos sed cæteros omnes huiusce urbis horum causa summa humanitate tractauit. Caius enim Antonius ut Apolloniā applicuit: illuc milites qui uicini fuerant conuocat: sed postq̄ nouit eos Bruto deditos: prætereaq; Apolloniates sensit Bruto obsecuturos: urbē linquens Buthrotum profectus est: primumq; ī itinere ipso cohortes tres amisit a Bruto cæsas: deinde loca quæ circa Billidem ualide præoccupata fuerant superare conatus prælium cū Cicerone cōmittens uincitur. Hoc enim duce tum Brutus utebatur: multaq; per eum strenue gesta pertulit. Cum Caium nactus essēt ī locis paludosis longe distractum manus conferere passus nō est: sed circūequitans suis iubebat ut abstinerent: ueluti hostes confestim propria præda futuri essent: quod cōtigit ita ut dixit. Illi seipsos cū duce dedidere: unde iam magna potentia Bruto fuit: tempus uero non paucum Brutus Caiū in precio habuit: & insignia suæ dignitatis non abstulit: licet (ut ferū: alii) q̄multi ac Cicero ipse a Roma scripserint: illumq; occidi iusserint. Verum cum incepisset clanculū conuenire cum ducibus: reiq; innouādæ studuisset: naui impositus custodiæ traditus est. Cæterum militibus Caii ab duce deficientibus & in Apollonia uocātibus Brutum: non inquit Brutus hanc esse Romanorum consuetudinem: sed oportere eos ad principem proficisci: & apud eum orare ueniam: & ea quæ perpetrauerint excusarī delicta: ut principis ira emolliatur. Ex quo cum aduentassent illi ueniamq; rogassēt: eam Brutus indulsit. Interea cum esset in Asia profecturus: e Roma rettulit nuntius mutationem rerum ibi fuisse. Iunior enim Cæsar aduersus Antoniū nitebatur: qui cum ex Italia eū eiecisset iam se timēdum omnibus præbuit: ad consulatum aspirans præter legem ac exercitum alens urbe huius impensæ non indiga. Aspiciens igitur has ob causas Senatum grauari: & ad Brutum foris oculos flectēntem: præterea inclinantem Bruto sentētias ac ei prouincias confirmantem: extimuit: confestimq; ad Antonium mittens ipsū ad amicitiam prouocauit. Deinde copias urbi sistens consul factus est nondum adolescens ætate perfectus sed uigesimum agens annum: quemadmodum ipse ī suis cōmētariis dixit. Hoc facto statim aduersus cōspiratores de patrata cæde proposuit: quia uirum dignitate maximum indemnatum occidissent. Accusatorem Bruti constituit. L. Cornificium Cassii. M. Agrippam. Qua in re cum illorum causa respondente nullo deserta foret: coacti iudices sunt proferre sētentias. Fertur cū præco (ut cōsuetū extiterat)

e tribunali Brutum uocaret ad iudiciū: uulgus mānifeſta duxiſſe ſuſpiria: optimateſ q; oculis defixis in terram ſilentium ægiſſe. P. uero Silitium lachrymauiſſe: moxq; par ua interiecta mora ex proſcriptis unum neci damnatum. Poſt hæc triūuiri cōciliati Cæ ſar Antonius & Lepidus prouincias partiti ſunt: ac cædes proſcriptioneſq; ducētorum uirorum fecere: in quibus Cicero ipſe occiſus eſt. Hæc cum nuntiarētur ī Macedonia: coactus Brutus Hortenſio ſcribit: ut Caius Antonius occideretur in Bruti Ciceroniſq; uindictam. Huic enim amicus Brutus alteri autem genere propinquus extiterat. His igitur ex cauſis Antonius: cum Hortenſium poſtea ī Philippis comprehendiſſet: eum monumēto fratris iugulauit. Brutus cauſam cædis Ciceronis erubuit magis: ut īquit: q̄ de nece doluerit. Qua in re amicos ſuos Romæ incuſabat: qui ex eorum cauſa magis ſeruirent q̄ culpa tyrannorum. Præterea præſentes atq; uidentes eos ſpectare poſſe di cebat: quæ ſibi tolerabilia auditu non erant. Cum exercitum iam amplum & ſplēdidū traieciſſet in Aſiam: claſſem in Bithynia & apud Cizicum liquit: terreſtriq; itinere pro ficiſcens ciuitates ſibi confirmat: interq; illarum prīcipes ſiquid oportuerat iudicauit. In Syriam etiam mittit ad Caſſium: ipſum reuocans ab ægypto. Non enim aiebat ſe ipſos ob principatum errare: ſed ob patriæ libertatem copias comparare: quibus tyrā nos opprimerēt. Oportere igitur ſeipſos dicebat memores eſſe propoſitumq; ſeruare: neq; ab Italia longe abeſſe: ſed eo feſtinare ciuibuſq; ſuccurrere. His cum pareret Caſſi us: īde abiens Bruto tunc obuiam iuxtaq; Smyrnas in mutuum colloquium euenere. Tunc primum ex quo a Pyreo Athenienſi diſiuncti: Caſſius Syriam & Brutus Mace donia petiuit. Lætitia ergo utriſq; ingens fiduciaq; præterea ob copias quas uterq; ductabat. Cum enim ex Italia egrederentur: ſimiles fugitiuis exulibus uiſi inopes iner mes non ſolam unius ordinis nauem non militem unum non ciuitatē unicam haben tes: inde paruo nimiū tempore elapſo cōuenere nauibus peditatu equitibus opibuſq; ita copioſi: ut digni iudicarentur pro Romana libertate certare. Cæterum uolebat Caſ ſius æqualem honorem Bruto tribuere: ſed præueniebat huic rei Brutus: qui ut pluri mum accedebat ad Caſſium: q; ætate præcederet corporiſq; labores non æqualiter ſecū toleraret. Erat opinio in re militari Caſſium aptiſſimum eſſe: iracundia aſperum metu q; extimeſcendum cum domeſticis quoq; riſui pronum & ſcomatis auidum. Brutum ferunt uirtutibus ſuis a plæriſq; amatum ab amicis deſideratum: præterea admiratum ab optimis ipſiſq; hoſtibus non exoſum: etiam māxime clæmens fuit atq; magnani mus ab omni iracundia uoluptate auaritiaq; intactus: mētem etiā rectam & inflexibi lem ad bonū & æquum conſeruans maximam ſibi gloriam auxit: & fidei adiumentū ī electione partium quā aſſumpſit. Non enim magnus ille Pompeius ſi Cæſaris uictor euaſiſſet: ſperabatur utiq; dignitatem atq; potentiam ſuam ex legibus dimiſſurus: ſed ſemper rerum potiturus nomine conſolatus ac dictaturæ aut alia mitiori dignitate plæbem conſolaturus. Hunc uero Caſſium impetuoſum atq; iracūdum uirum ac plæ runq; quæſtus gratia a recto deuium ferme exiſtimabant omnes errare: atq; in armis eſſe ac periculis: q; dominationem quandam ſibi machinaretur non patriæ libertatē. Cæteri etenim ea per tempora quæ hactenus præceſſerunt Cinnæ Marii ac Carbones premium in medio prædamq; ſcilicet patriam ponentes ferme (ut ita loquar) pro tyrā nide patriæ certauerunt. Bruto nec etiam hoſtes hanc mutationis labem impoſuere: ſed conſtat nonnullos ab Antonio audiuiſſe dicente: q; ſolum putabat Brutum inua ſiſſe Cæſarem a ſplendore & bono patriæ ductum: cæteros uero ex inuidia atq; odio in uirum cōſpirauiſſe. Vnde Brutus nō potentia tātum quantum uirtutibus notus erat. His enim innixus iāiam periculo uicinus ſcribit ad Atticum optimo ī ſtatu mentē ſuā locatam eſſe. Aut enī uictor Romānam remp. liberabo: aut moriens a ſeruitute euadā. Alii licet uitæ certitudinem atq; ſecuritatem ſibi proponāt: tamen incertum eſt: an cū libertate uicturi ſunt ſiue morituri. M. Antonium inquit meritam pœnam daturum qui cum poſſet ī Brutis & Caſſiis atq; Catonibus numerari: ſeipſum Octauio addidit:

qui licet tum alio modo non ſuperetur:poſt paucum tamen cum illo pugnabit. Hæc quidem optime de uenturis Brutus diuinaſſe uiſũ eſt. Cæterũ pecunias quas Caſſius q̃multas Smyrnæ collegerat:ſecũ ut participaret petebat Brutus. Quæ enĩ Brutus habuerat cum ſtruxiſſet claſſem:qua omne interius mare ſubiecerat:expenderat. Nõ per miſere tamen amici Caſſii illas dari:dicentes æquum non eſſe eã quæ parce teneret: & cum odio cõgregaſſet: Brutum accipere:& cum ipſis magnum apud populũ fieri gratioſumq; militibus eſſe. Nihilominus Caſſius partem omniũ illarum tertiam illi dedit. Poſt hoc iterum diſiuncti pro agendorum diuiſione:cum Caſſius ĩſulam Rhodũ ui cæpiſſet:non ut decuit rebus uſus eſt & circa inclæmentiam maxime. Huius autem ingreſſu inſulæ cum appellaretur rex atq; dominus:reſpondit:ſe neq; regem neq; dominum eſſe ſed regis atq; domini interfectorem. Brutus uero Lycios pecunias exercitũ q; popoſcit:ſed Naucrates qui princeps erat ĩ populo:poſtq̃ perſuaſit ciuitatibus Bruto diſſentire:& colles quoſdam tanq̃ aditum clauſurus præmuniri fecit: Brutus cũ primum prandentibus ipſis equitatum immittit:a quo ſexcenti trucidati:deinde loca atq; caſtella expugnãs captiuos omnes abſq; redemptione dimiſit:uelut illos ad ſuã beniuolentiam addicturus. Sed hi pertinaciores facti ſunt:iracundiam augentes ex damnis quæ paſſi fuerant:clæmẽtiam & humanitatem omnino cõtempſere:quouſq; Brutus eorum bellicoſiſſimos perſecutus apud Xanthum eos obſedit:qui iuxta ciuitatem labente flumine ſubnatantes in mœnia quæſiuere euadere. Capti in rætibus plæriq; fuere quæ uſq; ad ima aquæ emittebãtur. Summitates enim rætium tintinabula quædam appenſa habuere:quorum ſonitu plane cognoſcebatur ſubnatantem in rætia incidiſſe. Cæterum cum Xanthii machinis quibuſdam Romanorum irruiſſent ignemq; ipſis inieciſſent:a Romanis cogniti ut ſe ræcepere in mœnia inſpirante in eos ualidiſſĩe uẽto ex facibus flamma ad ligneas turres delata eſt:ac deinde ad uiciniores ciuitatis domos ingreſſa. Ex quo timens Brutus urbis incendium militibus ſuis iuſſit:ut ad extinguendos ignes hoſtibus auxilio forent. Lycios deinde impetus quidam durus & dictu ĩ credibilis ad deſperationem accæpit: quam deſiderio mortis perſimilẽ quis iudicaret. Liberi enim & ſerui cum filiis atq; cõiugibus ſuis:præterea omnis ætas ac omnis ſexus hoſtes ad comprimendos ignes immiſſos e mœnibus reiiciebant:eoſq; ferire haud ceſſabant:ipſiq; calamos ligna omneq; ignis fomentum afferentes ignes in urbem inducebant:omnem materiam ipſi præbentes omniq; quo poterant modo nutrientes incẽdiũ: ut late flamma ſe ſparſit & per ciuitatem circũplexa undiq; multa eluxit:eos miſeratus Brutus foris circumequitans auidiſſime auxiliũ ipſis obtulit. Deinde & manus extendens ipſos orabat:ut ſibiipſis parcerent:urbemq; ſaluarent. Sed hi nihil his uerbis intenti:ſed omnimode ſeipſos perdentes non ſolum uiri ac mulieres ſed pueri paruuliq; cũ clamore atq; ululatu igni inſiliebant. Quidam uero ab excælſis ſeipſos muris præcipitauerunt:alii ſuorum patrum ẽſibus iugulum nudum porrigebant: orabãtq; ut ſe ferirent. Conſumpta ciuitate inuenta mulier eſt:quæ laqueo ſe appẽderit:quæ paruum infantem manibus ſtrangulauerit:quæ incenſis ardens lampadibus domum combuſſerit. Hoc ſpectaculum ferme tragicum uidere Brutus paſſus non eſt:uerum ĩ eius auditu collachrymauit:cõſtituit præmium militibus ſuis qui hominem Lycium ſaluaſſent. Dicunt hos tantum centum & quinquaginta fuiſſe:qui ſalutem ſuam minime effugerũt. Xanthii ergo:ut iuſſerunt fata:per multa tempora ſuæ euerſionis curſum conſecuti:ſimili audacia progenitorum ſuorum cladem innouauere. Illi enim eã dem urbem bello Perſarum ſimiliter incendentes ſeipſos abſumpſere. Verum Brutus Patereorum ciuitatem aſpiciens contra ſeipſum inniti:eam inuadere noluit: ſimilem deſperationem & crudelitatem timens. Habẽs autem quaſdam ipſorum mulieres captiuas:eas non redemptas ſed õnino liberas dimiſit. Quæ cõiugibus ac patribus qui ĩſi gnes ĩ gente Patereorum erant de Bruto narrantes:q; uir eſſet cõtinentiſſimus & iuſtiſſimus:eos Bruto cedere ſuaſerũt:ciuitatemq; tradere. Ex hoc & alii hos imitati ſeipſos

Bruto cõmiſere:potiti duce optimo & præter ſpẽ uiro beniuolo. Qui cũ Caſſius Rhodios ferme per eãdem tempeſtatẽ coegiſſet:ut aurum & argentum quod quiſq; priuãtim ſibi poſſederat ipſi afferret:ex quo circiter octo milia talenta collegerat:publice uero ciuitatem in quingentis aliis talentis dãnauerat.ipſe a Lyciis centum & quinquagin ta talentis exactis:cum his nihil aliud feciſſet iniuriæ:in Ioniam profectus eſt. Multa quidem digna hoc tempore fecit:honores pœnaſq; in benemeritos ſtatuẽs. Vnũ quo & ipſe & Romanorum optimi lætati ſunt exprimam. Cum Pompeius magnus ægypto atq; Peluſio propinquaret:quando illum magnum principatum amiſerat:& a Cæſare fugiebat:curatores regis qui adhuc puer erat cum beniuolis ſuis in ſenatu frequẽtes erant:non inter ſe eadem ſentientes. Quibuſdam enim uidebatur ipſum recipi:aliis ab ægypto repelli. Theodotus uir quidam Chius in rhetorica facultate mercedis gratia regis præceptor:cũ ex inopia meliorum rogatus fuiſſet:ut conſiliis adeſſet:utroſq; conſultores errare oſtendit:eos ſcilicet qui Pompeium recipi iudicabant: ac eos qui repelli eum ab ægypto iubebant. Vnum enim utile eſſe inquit:ut receptum occiderẽt: addens conſiliis hominem mortuum non mordere. Huic ſententiæ cum Senatus ĩcli naretur: incredibile & ĩexpectatũ fuit exemplum Pompeius magnus rhetoricæ Theodoti atq; facundiæ:ſicut ipſe orator iactare poſtea nõ eſt ueritus. Paucũ deinde poſt tempus cum Cæſar inuaſiſſet ægyptum:illi ob iudicium ſuum peſſimum peſſime extincti ſunt. Theodotus uero ſorte quadam ad ignobile & miſerum quoddam tempus reſeruatus errabundus Brutum non latuit:cum Aſiam exercitu petiuiſſet. Coram Bruto itaq; adductus atq; damnatus magis ex morte nomen q̃ ex uita adeptus eſt. Caſſiũ interea Brutus uocauit in Sardis:quo accedente Brutus cum amicis illi obuiã fit:utroſq; armatus exercitus imperatores appellauit. Quemadmodum autem in rebus magnis & amicis multis ac ducibus cõtingere ſolet:hi ex cauſis quibuſdam innatis atq; calumniis ante cætera omnia confeſtim ex itinere ipſo ĩ parte quadam hoſpitii ſeſe colligere. Ibi amotis procul arbitris & foribus clauſis ad mutuas querelas deuenere: deinde ſeſe arguere criminariq; cœpere. Ex his cum ob utriuſq; uehementiã ad lamentationes lachrymas audaciam q; fluxiſſẽt:admirati eorum beniuoli aſperitatem uocis & tonum extimuere:ne ex hoc ulterius procederent. Iniuſſi igitur ad eos ĩgredi auſi nõ ſũt. Marcus autem Faonius Catonis imitator neq; doctrina magis q̃ ubertate quadam & inſano ferme affectu philoſophans intro profectus eſt:quanq̃ a domeſticis inhibitus. operæprecium quippe erat nanciſci Faonium intra cuiuſq; generis litigantes. Vehemens enim erat in omnibus atq; promptiſſimus. Verum hac in re non exiſtimabat ſe dignũ inter hos Romanos duces conſultorem:ſed qui audacia quadam cynica: ut alias nõ ſemel altercantium iras extingueret:cum iocunditate riſuq; receptus ui itaq; cum per præſentes manibus ſibi locum uendicãs portas irrupit:& compoſita uoce ad eos acceſſit:carmina recitans quæ Homerus Neſtori dedit: Sed credite nobis ambo etenim iuuenes magis eſtis. deinde ut ſequitur: Caſſius in riſus eſt ductus: Brutus ipſum foras eiicit:uere falſũ canere græcis uocabulis ipſũ appellãs:& nihilominus hoc tũc finem illorum altercationibus dedit:ſtatiq; diſiuncti ſunt. Hinc Caſſius cum cœnam apparauiſſet:Brutus amicos cõuocat:qui cũ õnes diſcubuiſſẽt:Faonius ex obliuione dimiſſus ubi ſe lauerat intercœnãdum acceſſit. Sed atteſtante Bruto illum non accerſitum illuc ueniſſe & ob id in ĩfimam ſpondam deduci iuberet: Faonius ui profectus in medium diſcubuit. Inde cibus potuſq; non iniocũdum riſum atq; iocum exhibuit. Poſtero die Brutus. L. Pallam ciuem romanum qui ſub ipſo militauerat: ſibiq; iam fidus fuerat: ſardianis furti ipſum criminantibus publice damnans ipſum infamen cenſuit. Quã rem grauiter Caſſius tulit. Ipſe enim antea dies paucos duos aĩcos ſuos eiſdem delictis redargutos priuatim admonitos palam dimiſit:eiſq; tum etiam utebatur. Vnde Brutum improbabat:q; nimis auſterus atq; ſeuerus foret:eo tempore in quo humanitate atq; clamentia opus erat. Sed ille eum admonebat:ut idus martias in memoriam ſibi

duceret:ī quibus Cæſarem occiderunt. Non enim cæſum aiebat:q; omnes homines un decunq; uexaret:ſed q; ſuſtentaculum ac columen illis foret : qui id facerent . Quare ſiqua occaſio laudari poteſt:ex qua negligeretur iuſtum : ſatius fuerit Cæſaris amicos tolerare:q̄ eos qui coram ſeipſis delicta patrarent. Illis enim inhumanitatis crimē im/ ponitur:nobis iniquitatis. Cæterum cum ex Aſia digreſſuri eſſent : dicunt admirandū ſignum ſeu portentum Bruto fuiſſe. Natura quidem erat ſomni parciſſimus hic uir: ſomnumq; & exercitio & cōtinentia ad parui temporis ſpatium producebat. Interdiu dormiebat nūq̄:noctu tantum quantum neq; quicq̄ facere:neq; cum quoq̄ colloqui quieſcentibus cæteris omiſiſſet. Inſtante bello hic rerum omnium ſummam habens ī manibus:præterea ſenſus omnes rebus futuris exponens cum primum in ſero ex cibis ſomneſceret:quieſcebat:deinde reliquum noctis tempus neceſſariis rebus dabat:ſi uel ſuperabat tempus:uel negocia illa deficiebant:uſq; tertiam uigiliam litteris operā præ bebat. Iuxta enim eandem horam Centuriones atq; Tribuni ſecum conuenire conſue uerant . Cum ergo ex Aſia diſceſſurus foret:exercitumq; traiicere uellet:nox equidem erat profunda & ferme media:lumen uero ſplendidum nimis:contubernia non habe/ bant:& ſilentium undiq; tenebant caſtra. Is itaq; ſecum aliquid reputans ſibiipſi intē tus aliquem ad ſe ingredientem præſenſit:ad introitum aſpiciens horrendam & mon ſtruoſam aſpexit imaginem corporis feri atq; terribilis ſilentio ſibi adſiſtere. Interroga re tamen eam auſus Brutus:Quis inquit hominum aut Deo⁊ es?quid tibi uis: qui ad nos ueniſti?ad quæ ſūmurmurauit ille: Tuus o Brute malus Genius ſum:ī Philippis me uidebis. Tū Brutus nō exterritus uidebo reſpōdit. Verū cū euanuiſſet imago:accer ſitis pueris atq; his dicētibus ſe nullā uocē audiuiſſe:atq; nullā uidiſſe imaginē : Bru/ tus accubuit. Deīde ſuborta luce uerſus ad Caſſiū uiſionē ei narrauit. Tū Caſſius rati/ oībus Epicuri inniſus cōſuetus & alias ī his cū Bruto differre:Noſter īquit o Brute hic ſermo eſt:q; nō ōnia uere patimur:neq; ueī uidemus:ſed mutabile ac deceptibile quid dam noſter ſenſus eſt:præterea intellectus eſt perſpicax ad mouendum ſenſumq; illū e ſubiecto nullo mutare ad omnē formam. Imaginatio enim cæræ ſimilis eſt . Animæ uero hominis:quæ fingens & ficta pariter habet:facillimum eſt per ſeipſam idem ua riare componereq;. Hoc oſtēdunt ſomniorum mutationes:quas breui momento fan taſia uertit in multiformes paſſiones & imaginum ſpecies: moueri ſemp naturale hoc eſt. Motus autem uel fantaſia eſt uel quædam intelligētia . tibi o Brute corpus natura triſte eleuat intellectum atq; diuertit. Dæmones nullo pacto eſſe:credibile. neq; ſi ſūt: hominum habent formam aut uocen ſiue potentiam:quæ ad nos pertranſeat. q̄ uel/ lem o Brute hoc eſſe:ut non ſolum armis equis nauibus ſed Deorum ſuffragiis fidere mus:qui optimo⁊ operum ac ſanctiſſimorū duces ſunt. His ſermonibus Caſſius Bru tum emolluit. Cum milites ad prima ſigna egrederētur:duæ aquilæ ſimul īpetu ma/ gno delatæ iuxta caſtra euolauere uſq; Philippos a militibus cōtinuo enutritæ:ex quo loco ea die quæ pugnam anteceſſit:abire uiſæ. Cæterum plæraſq; uicinas his locis gen tes Brutus ſibi ſubægit. Siqua ciuitas aut dux ipſis obſiſteret: tunc omnes illuc copias conducentes tantos totq; expugnauerunt:ut uſq; mare ad urbem Thaſſum progreſſi fuerint. Hinc iuxta Norbanū in locis quæ difficillima atq; āguſta ſūt caſtra ponētibus inſultātes in ipſos hoſtes eos ut abſiſtere ut:coegere:& dimiſſis locis fugauere. Qua in pugna cum Cæſar ob ualitudinem abeſſet:ne copias Brutus caperet:parum abfuit:ni ſi auxilio & breuitate moræ contra Brutum cæteroſq; hoſtes incredibili celeritate An/ tonius ſuccurriſſet. Deinde poſt decem dies uenit & Cæſar:caſtra diſpoſuere aduerſus Antonium Brutus:& aduerſus Caſſium Cæſar. Campi qui ī medio eorum adiacebāt: Philippos Romani appellauere. Hinc tunc maxime Romanorum uires utrinq; cōue/ nere: Verum multitudine Bruti copiæ nō parum diſtabant a militibus Cæſaris:ſed or/ natu & armorum ipſorum cultu ſplendidior Bruti exercitus apparuit. Ex auro enī plæ raq; horum arma uidebantur:argentumq; inter eos abunde exuberabat:licet ī cæteris

ex ſingulari quadam Brutus modeſtia ductores ſui exercitus parce & modice aſſuetos continuiſſet. Cenſum enim: quem circa manus & reliquum corpus habebāt: exiſtimabat in uiris honore cupidis quiddam dignitatis ac elationis adducere. Præterea huiuſcemodi ābitioſos atq; cupidiores uiros bello aſperiores fore: ſi amorem & fidutiam in armis perinde ac diuitiis eorum poſuiſſent. Cæterum cum Cæſaris caſtra luſtrarent: paucum tritici & quinq; drachmas uiritim ad ſacra diuiſerūt. Quam rem milites Bruti cōtempſerunt ex parſimonia ſeu ex puſillanimitate. Inde ipſo ſub diuo quemadmodū eſt conſuetudo luſtrauere exercitum: atq; pro ſacrificiis cuilibet ſecundum eorum cōtubernia frumentum debitum & quinquaginta partiti drachmas & ex beniuolētia & auiditate pugnandi longe magis beniuolos ſuos adepti fuere. Nihilominus in hac caſtrorum luſtratione memorāt peſtiferum quoddam de Caſſio uiſum. Coronam enim inuerſam ac dilaceratam eius ſatelles ſibi attulit. Dicitur & antea ī ſpectaculo quoddā uictoriæ ſignum ex auro conflatum: cum ſibi apportaretur cecidiſſe: labente illo qui id afferret: præterea uolatilia plura quæ carnibus paſcuntur quotquot diebus ī caſtris apparuiſſe. Examen etiam apum circa locum quendam intra uallum inſediſſe: quem locum augures ſuperſtitione cōmoti clam excluſere a caſtris. Hoc etiam Caſſius ex Epicuri rationibus ſubduxit: ſed eius milites omnino perterriti. Vnde nō uehementer optabat Caſſius impræſentiarum rem ferro decerni: ſed cenſuit milites q̄ auro dicebat eſſe uberiores: numero uero deficere ab hoſtibus: prælii moram terere. Brutus autem feſtinabat id expediri: q̄ celerrime ab hoſtibus aut libertas patriæ expediret: aut uiri ōnes qui impenſis militia & imperiis uexabātur: his malis liberarentur. Dumq; hæc animis reputaret: aſpiciens Brutus equites ſuos: qui iam initia pugnæ acceperant: prævalere: & aduerſus hoſtes ſalubriter proſperari: dum magis mentem attollit: defectiones etiā quædem ad hoſtes calumniæq; & ſuſpiciones ī caſtris īnatæ: plures ex amicis Caſſii ad ſentētiam Bruti uerterunt. Verum Attelius unus ex beniuolis Bruti ipſi aduerſabatur: iubens ad pugnam hyemē expectandam omnino eſſe: quem cum īterrogaſſet Brutus: quid expectatio illa in alium annum conduceret: reſpondit: plus tamen temporis uiuam. Ad hoc Caſſius indignatus eſt: ſed nihilominus Attelius & alios ſimili ſermone dicaci haud mediocriter læſit. Decretum eſt igitur poſtera die prælium committeſ. Brutus īterea optima ſpe frætus ac phyſicis rationibus innixus peracta cœna nulla quieuit. Caſſium īquit Meſſala cœnauiſſe: ſecumq; ī cœna ex domeſticis habuiſſe q̄paucos & præter naturæ ſuæ conſuetudinem ſecum meditantem tunc conſpectum fuiſſe: ac ſilētio preſſum: deinde amota menſa refert: eum cum ſuam manum apprehendiſſet: hæc uerbis græcis iactans (ut conſueuerat) protuliſſe: teo Meſſala teſtor: hæc Pompeio magno coactus præbui: ut una in pugna pro patria iacta alea ſit: mentem tamen bonam habemus cū ad fortunā ītuemur: cui &ſi malum cōſilium iniimus: diffidere haud iuſtum. Hæc locuto Caſſio refert Meſſala illum tunc ultimo ſe complexum: deinde ab ipſo ſe in poſterum diem conuiuam uocatum: in qua eius natalitium celebrabat. Vt uero illuxit dies: utriuſq; caſtris Bruti et Caſſii certaminis ſigna impoſita ſūt: pallium rubeum. ipſi ī medio conuenere caſtrorum. Deinde Caſſius utinam Brute inquit nobis uincere datum ſit: ſimulq; per omne tempus mutua fœlicitate coniungi. Cum autem maxima rerum humanarum īcerta ſint: & præter utriuſq; mentem euadentes prælio: non facile eſt ut nos iterum mutuo uideamus: quid autem de fuga aut de nece decernis? Ad Hæc reſpondit Brutus: adhuc cum iunior eſſem Caſſi & rerum inexpertus: neſcio quomodo in philoſophia ſermonem edidi magnum: in quo aduerſum Catonē ſū inuectus: q̄ ſeipſum peremiſſet: tanq̄ nefas & inhumanum eſſe fatis cedere: neq; ītrepide recipere quæ contingunt: ſed ea fugare: nunc diuerſæ ſententiæ in caſibus fio. quare ſi deus præſentia non tueatur: iterum alios apparatus: iterum alias ſpes redarguere non eſt opus: ſed a fortuna liber euadam: idus martias laudans ī quibus libertatem patriæ dedi: alibi uicturus ob patriā liberam & glorioſā & ſplendidam uitam. His uerbis

ſubridens Caſſius Brutum complexus: Hoc inquit propoſito in hoſtes irruamus. Aut enim uincemus: aut uincentes non timebimus. Poſt hæc præſentibus eorum amicis de ſtruendis aciebus inter eos ſermo exortus eſt. Brutus Caſſium poſtulauit: ut dextrum ſibi cornu concederet: quod et ob peritiam rei militaris & ob ætatem magis uidebatur Caſſio pertinere. Nihilominus hoc Caſſius conceſſit. Præterea Meſſalam hoc in cornu bellicoſiſſimam partem militum habentem locari iuſſit: quo pacto Brutus equitatū eduxit omni ornamento maxime cultum: iuxta quos haud ſegnius pedites inſtruxit. Antoniani uerſus paludes ubi caſtra poſuerant: uallum iniecere: iterq; ad mare Caſſio præcludebant. Cæſar īter hæc iocabatur abſens ipſe ex mala ualitudine. Sed eius copiæ quæ aduerſus hoſtes pugnaturæ haud nimium uidebātur: ſed incurſionibus tantum pro tempore uſuræ: quæ leuibus ſagittis atq; tumultibus īſilientes aduerſarios pertur barent. Parum hi intenti cornui oppoſito Bruti clamorem qui circa uallum effūdebat admirabantur. Non enim huius cauſam ſcire poterant: & hic continuus multuſq; effe rebatur. Interea cum a Bruto Teſſara prodiret: ex qua prælii ſignum ducibus dabatur: ipſeq; Brutus eques legiones ambiret: admonens uti ſpem bonam haberent: pauci ex/pectare potuerunt: ut ſignum ſibi datum acciperent. Alii uno impetu ingenti clamore in hoſtes proſiluere. Perturbato igitur acierum ordine ac legionibus hinc inde diſtrac/tis: a Meſſala primum deinde a cæteris ſiniſtrum Cæſaris cornu prætermiſſum: unde parum in hoc latere ferientes in media caſtra procurrunt. Ex his Cæſar: ut ipſe in cōmē tariis ſuis ſcripſit: cum quidam Artorius Marcus inter domeſticos Cæſaris primus in ſomnis eſſet admonitus priori nocte uti Cæſar inde abiret: caſtraq; relinqueret: antea parum exceſſerat. creditum tamen eſt eum tum occiſum fuiſſe. Lecticam enim ipſius licet uacuam pilis enſibuſq; cum perforarent: hinc laceram abſtraxere. In caſtris īde fit magna cædes conprehenſorum. Præterea duomilia Lacedæmoniorū qui nuper in au/xilium Cæſaris aduenerant cæſa: non enim ambierunt Cæſaris copias: ſed recta irruen/tes facillime perterritos auerterunt: ſtrictiſq; gladiis tres cohortes fudere. deinde fugien tes alios impetu perſecuti in caſtra ſunt uincendi cupiditate detenti Brutumq; ipſum ducem habentes. Cæterum id quod uictores ipſi haud aduerterūt: Cæſar ipſe uictus oſ tendit. Nondum enim & ſciſſum latus aduerſæ phalangis: a qua dextrum cornu Bru/ti diſiunctum erat: dum inſequuntur mediam eorum aciem non omittunt: ſed ma/gno conatu in ea detinentur. Siniſtrum uero Caſſii & ex confuſione militum & ex ignorātia rerum quæ obtigerant in caſtra cum fugauiſſent: illos ītra uallum perſecuti cuncta diripiunt præſente nullo imperatorum. Antonium etenim dicūt initio pugnæ hoſtium congreſſum euitauiſſe: atq; in paludem ſeſe recepiſſe. Cæſar uero necubi ma nifeſtus erat. nam uallum exierat. Quidam præterea Bruto enſes ſanguine madentes oſtentauerunt: iactantes ſe illum interfeciſſe effigiem oris ac ætatem in qua fuerat refe rentes. Interea & Cæſaris media acies ſtrage ſuprema cæde oppreſſa fuerat: & omnino Brutus uictor apparebat: quēadmodum Caſſius uictus. Hoc uero ſolum horum res ī perniciem duxit: q; Brutus Caſſio ueluti uictor auxilium nō tulit. Caſſius Brutum ue luti uictum expectare non potuit: deinde q; Meſſala uictoriæ metas poſuerit: q; tres a quilas & plura hoſtium ſigna comprehenderit ipſiq; nihil amiſerint. Verum rediēs Brutus iam deleto Cæſaris apparatu: admiratus q; copias Caſſii ſicut conſueuerat ī lo/co nō uideret excælſo: neq; cætera ordine ſuo eſſe: rapta etenim extemplo atq; dilacera/ta fuerunt ab irruentibus hoſtibus. qui uero iuxta ipſum erant: aciem acutiorem habē/tes ſibi rettulere: ſeſe multas uidere caſſides fulgentes: multos clypeos argenteos intra uallum Caſſii deferri. Vnde apparere ſibi neq; eundem numerum: neq; eun dem armatorum apparatum eſſe: quos reliquiſſet. Nihilominus nec ſe uidere cæ/ſorum multitudinem qualem fas foret tot cohortibus ui deuictis. Hæc primum men/tem Bruto præbuere Caſſianæ cladis. Relinquens igitur præſidia in caſtris hoſtium milites reuocat: eoſq; cogit tanq̄ laturos Caſſio auxilium. Sed res Caſſii ſicierant: neq;

libenter aſpexit Caſſius primum ingreſſum militum Bruti: q̄ ſine ſigno q̄ ſine iuſſu irruiſſent in hoſtes. Neq; ſibi placuit q̄ hi uictores confeſtim ad rapinam procurriſſẽt & ad quæſtum: contemnentes hoſtes circundare. Quare dilatione ſua atq; ignauia magis q̄ conſilio & impetu ducum a dextro hoſtium cornu circumopprimebatur. moxq; ut equites inclinare uidit: & uerſus mare de fuga cogitare: ſubfugientes etiam pedites retinere tẽtauit: ſignumq; ab euadente milite uno rapuit: & illud ante pedes fixit. Sed militibus qui circa corporis ſui præſidium locati fuerant: haud ſponte manentibus: coactus Caſſius cum paucis in editum collem: unde caſtra ſpectari poterant: euadit. Sed præter caſtra ab hoſtibus capta hic nihil proſpexit. Erat enim uiſu hebetior. Equites uero circunſtantes aſpiciebantur. multi qui ad ipſum aduentabant: hi erant illi quos nuper Brutus in præſidiũ ſibi miſerat. Sed credidit Caſſius hos cohortes hoſtiũ eſſe: qui ipſum aggrederentur. ex præſentibus unum tamẽ dimittit nomine Titinium qui cũcta ſpecularetur. Hic ergo profectus equites aduenientes minime latuit: ſed ut eum uidere uirum amicum & Caſſio fidum lætitia exultãt: inde conſueti ſalute data ex equis deſiliere dextraſq; iunxere. Alii ipſum ambientes ex magno gaudio cum plauſu pæana cantabant: q̄ maximũ malum euitauiſſent. Interea Caſſius uere exiſtimauit Titiniũ ab hoſtibus captũ. Cumq; hoc dixiſſet: ob ſalutem noſtram ſpectare potuimus uirum amiciſſimum ab hoſtibus captum: triſtis ĩ ſolo quodam tabernaculo ſeſe recepit: ex libertis unum nomine Pindarum ſecum trahens: quem ex cladibus Craſſi in hos extremos caſus ſibi apparauerat. Tunc Caſſius chlamyde obducta caput obtegens iugulumq; enudans ſeſe feriendum præbuit. Auulſum ab humeris caput repertum eſt. At Pindarum poſt cædem hanc nemo hominum uidit: ex quo plæriſq; ſcrupulum dedit: q̄ iniuſſus uirum interfeciſſet. Poſt hæc haud longe equites manifeſte cogniti ſunt: et Ticinius corona redimitus ab his redibat ad Caſſium. Vt uero exploratu & amicorum ſeſe affligentium queſtibus & ululatibus rem intellexit & errorem ignorantiæ: enſem diripuit multumq; in ſuam tarditatem inuectus ſeipſum iugulauit. Brutus conflictũ etiam Caſſii cũ intellexiſſet: approperans iuxta uallum mortem ipſius audiuit: corpus deinde cum exornaſſet luctibus: ac ſummum Romanorũ uirum omnium eum appellauiſſet: aſſerens nullum iam poſſe ciuem talem in urbe fore: ipſum decenter ornatum Thaſſum mittit: ut ĩ exercitu eius funus turbæ atq; mœſtitiæ cauſa non eſſet. Quo pacto ipſe Caſſianos milites cogens eos ſolatus eſt. Præterea cum aſpexiſſet omnes neceſſariis ſpoliatos: pro rebus amiſſis cuilibet duomilia drachmarum pollicitus eſt. Milites ad huius orationem ſpe recreati ſũt: magnitudinem largitionis admirati. Deinde abeuntem eum cum læto clamore ſunt comitati: ipſum laudibus efferentes q̄ ex quatuor imperatoribus ſolus ipſe inuictus fuerit. Factum enim res ipſa docebat & prælio tunc bene ſecũ peractũ eſſe conſtabat. Nam cohortibus paucis aduerſarios õnes fugauit: ſi õnibus copiis uſus eſſet ĩ pugna: nec plurimi omiſſis hoſtibus ad hoſtilẽ prædã corruiſſent: nulla profecto pars ipſorum inuicta ut creditur remanſiſſet. Horum octo milia cæſa cum domeſticis: quos Brutus Brigas appellare ſolitus erat. Aduerſarios refert Meſſala ſe æſtimare plures q̄ in duplo cecidiſſe. Quapropter magis extimeſcebãt illi: anteq̄ Caſſii ſeruus nomine Demetrius nocte iminente ad Antonium ueniſſet. Is enĩ e cadauere chlamydẽ rapiẽs atq; ẽſem ad Antoniũ eſt profectus: quibus delatis itã confideꝛ cœperunt: ut prima luce copias ad pugnam ducere ſtatuerint. Cæterum cum uterq; exercitus apud Brutũ ſatis cũ piculo fluctuaret: ſuæ etenĩ copiæ captiuis honuſtæ diligentiori præſidio egebant. Caſſiani uero mutationem ducis non facile ferebant: ſed aduerſus uictores inuidia quadam ac odio flagrabant. Milites in armis eſſe iuſſit: pugna tamen abſtinuit. Captiuorum deinde qui ſerui fuerant: & in armis ſuſpecti uerſabantur: occidi iuſſit: liberos a uinculis ſoluit: inquiens obſtare ſe ut ab hoſtibus magis caperentur & apud eos captiui & ſerui fierent: apud ſe enim niſi ciues & homines liberos eſſe non poſſe. Quam rem cum aſpiceret duces & proximos ſuos moleſte ferre:

eos occulte taciteq; ſaluauit: clam eos e ſtationibus proripiens. Inter hos uiri quidam erant Volumus Mimus & Saculio Hiſtrio captiui: quos cũ Brutus in aliqua ſorte nõ poneret: eos adducentes amici cõram Bruto ipſo criminabantur: q; etiam tunc neq; dicere neq; carpere contumelioſe abſtinerent. Quocirca tacẽte Bruto aliis implicito curis: Meſſala Coruinus cẽſuit uti eos uirgis cæſos nudos traderent hoſtium ducibus: ut uiderent qualium uirorum in exercitu egeant cõpotatorũ atq; dicacium. Publius Caſca is qui primus Cæſarẽ percuſſit: non belle inquit defuncto Caſſio cum riſu iocoq; ſacra facimus. Tu uero Brute clare oſtendes: qualem animum habeas circa Collegam ducem: ſi hos punieris mordaces ac cõtumelioſos uiros aut in uinculis detruſeris: qui ei male dicere haud ceſſabant. Ad hæc indignatus Brutus: quid ergo inquit o Caſca me interrogatis: cur non ipſi iuxta libitum facitis ueſtrum? Hoc reſponſo captaſſe uiſi Bruti mentem aduerſus miſerrimos hos uiros ipſos inde abductos perdidere. Brutus deinde dona promiſſa militibus tradidit: moxq; pauca queſtus: q; nuper pugnæ ſignum non audiſſent: q; uniuerſi ĩmoniti atq; confuſi in hoſtem erupiſſent: Pollicitus ipſis eſt ſi victoriam proximæ pugnæ reportarent: duas ciuitates in prædam liberam ſeſe conceſſurum: Theſſalonicam & Lacedæmonem. Hoc ſolum in uita Bruti ĩter cætera crimina quibus arguitur inexcuſabile haberetur: licet longe his grauiora premia militibus ſuis Antonius atq; Cæſar promiſerint: Italiam ferme totam excluſis ãtiquis habitatoribus ac poſſeſſoribus eius: ut ea loca illi præterea ciuitates integras nihilum ſibi pertinentes acciperent. Sed illis quidem dominari ac uincere propoſitum erat: & hic erat belli ipſorum finis. Brutum ex ſola uirtutis gloria neq; uincere neq; ſaluari creditum eſt niſi cũ bono & æquo. Hæc igitur conceſſit poſt exceſſum Caſſii: qui a plæriſq; accuſabatur: q; Brutum ad iniuſta quædam & uiolenta adduceret. Sed quemadmodum in naue temone effracto conantur alia ligna figere & iuxta neceſſitatem operi adaptare: licet male id poſſit: ſic Brutus in tot & tantis copiis haud nimium re fortunata Collegam ducẽ non habens: qui pari lance reſponderet: rebus cogebatur præſẽtibus uti: præterea multa facere ac multa dicere militum ſuorum arbitrio. Quare uidebatur omnia illa cõceſſurus: quæ Caſſii milites placatura erant. Intractabiles enim hi erant ĩ caſtris ex amiſſione ducis aſperi & effrænes: aduerſus hoſtes ex cõflictu ꝓcepto ignaui ac timidi. Nihil uero melius Antonii ac Cæſaris ſe res habebãt: qui neceſſario utebant (ut aiunt) foro: & ex caſtrorum concauitate aſperrimam hyemẽ expectabãt. Paludibus enim impliciti præterea poſt pugnam autunnalibus pluuiis copioſi limo omnia cõtubernia impleuerãt: aquaq; quæ ex frigore in glaciem denſabatur. Dum hoc in ſtatu ſeſe utriq; habent: de clade pelago accepta nuntius in caſtris Cæſaris refert. Plures etenim copiæ militum quæ ex Italia Cæſari ducebantur a nauibus Bruti aſſumptæ ſunt. Horũ perpauci hoſtes effugientes ex fame uela rudenteſq; mandentes ſuperſtites tamen fuerunt. Hæc audientes Cæſar & Antonius feſtinauerunt rem ferro decerni anteq̃ Brutus uictoriã præſẽtiret. Eadem nãq; die obtigit: ut terreſtris pugna cõmiſſa fuerit atq; naualis. Verum quodam ex caſu magis q̃ ignauia eorũ qui nauibus præſidebant ignorauit Brutus uictoriam partam: cum iam uiginti dies abiiſſent. Non enim pugnam conſeruiſſet ſecundam: cum per multũ tempus res neceſſarias pro caſtris reparauiſſet. Præterea ipſe ĩ locorum opportunitate tenebat exercitum: hyemis expers nec facile hoſtibus inuadẽdus. uiciſſe mari uiciſſe etiam continenti: ad ſpem magnam Bruti dignitatẽ eleuauiſſet. Sed cum res ut uidetur iam a multis regendæ nõ eſſent: ſed ad monarchiam aſpiceret Deus: & mutare & abducere cuncta quæ uelit potens: Bruto fortunam hanc lætam abſtulit: licet iamiã ita propinqua foret: ut eum uix latuerit. Ea nãq; die quæ pugnã præceſſit: ferme ſub noctẽ Clodius quidam ſponte e caſtris hoſtium ad Brutum uenit: nũtians q; quia ſẽſiſſet Cæſar claſſem ab hoſtibus ſuperatam: pugnare feſtinat. Quæ cũ dixiſſet: hic uir fidem nõ habuit: nec ad cõſpectum Bruti acceſſit: omnino ſpretus ſeu q; uerum nihil audiſſet ſeu q; ob gratiam falſa nuntiaret. Verum ĩ ea nocte dicũt tetrã

illam imaginem Bruto apparuisse: quæ cum eandem faciem repræsentasset: nihil dixis se: sed mox abiisse dicitur. Publius Volūnius uir philosophus: qui ex initio Bruto com militauerat: hoc nō cōmemorat signum: sed aquilam primam apum plenam cōspec tam fuisse refert: & ex tribunis militaribus quendam repente brachium mira suauitate rosei odoris manans ostendisse: q; cum plures absterssissent nihil desiisse. Duas etiam refert aquilas in medio utriusq; exercitus spatio ante prælium congressas simul pu gnauisse: quas cū uidissent omnes in prælium profectas: silentium ambo castra tenue tunt: permagnum & incredibile ferme: cessisse tamen aquilam e partibus Bruti profec tam atq; fugisse narrat. Præterea Ethiops uulgo sese ostendit: qui apertis castrorū por tis aquilam ferenti obuiā factus a militibus auguria captantibus gladio cæsus est. Bru tus acie educta cum eam ex opposito hostium statuisset: per multum spatiū īmoratus est. Nam suspiciones multæ & indicia quædam disponenti exercitum a quibusdā præ bita. Præterea equites uidebat pugnæ initium haud auide inire: sed continuo operā pe ditū expectare. deīde uir quidā bellicosus & hactenus maxime fortitudine sua celebris iuxta Brutum ex equo descēdens defecit ad hostes. Camulatus is uocabatur: quem cū uideret Brutus abeuntem: grauissime indoluit partim ob iracundiā partim ob maioris mutationis proditionisq; metū. Circa horā deinde nonam inclinante iam sole aduer sus hostes Brutus mouit castra: qui ea militum parte quam ducebat ipse uicit urgēs si nistrū hostiū cornu: quod irruēti sibi cedebat. Equites enim corroborati una cum pe ditatu hostes ui repulere. Alterum uero cornu ne ambiretur ducibus ipsum ī hostes ad ducētibus quod numero erat breuius: per mediū scissum est. Vnde inualidius factum aduersariis minime obstitit: sed primum aufugit. Tum hostes illud feriendo persecuti pertinacissime Brutum circūdederunt. Sed ipse quotquot opera uel īperatoriæ uel mi litaris uirtutis & manu & mēte in re tam graui atq; periculosa tū ostēdit. Sed quod pri ore pugna sibi profuerat: in hac eum offēdit. Tum enī quicūq; ex hostibus uicti erāt: confestim perditi fuere: præterea e militibus Cassii fugatis pauci cæsi. Qui uero eua serunt anteq̄ conflictus undiq; fieret: reliquam exercitus partem tumultus atq; timo ris repleuerunt. In hoc autem prælio præter cæteros. M. Catonis filius īter optimos ac generosos iuuenes pugnās defessus haud fugit siue cessit: sed strenua manu usus dicēs quis esset & sese a patre denominans in plurimis cæsorum corporibus cecidit. Cecide runt & aliorum fortissimi Bruti gratia omni periculo sese obiiciētes. Inter Bruti domes ticos erat uir quidam optimus nomine Lucilius: hic barbaros quosdam equites uidens in prosequendo aliorum nullam rationem habere: sed in solum Brutū cum magno ī petu ferri: statuit periculo suo q̄primū se illis obicere: obmissus ergo ab ipsis paucum cum iterum coram adesset: se inquit Brutum esse. Credideī illi: quoniā orabat is ut ad Antonium seipsum adducerēt. Nam Cæsarem extimescebat: in Antonio uero spem lætam habebat: cum illi uirum complexi & admiranda quadam fœlicitate se frui existi mantes nocte iam īminente ad Antonium illum ducunt: præmittentes e suis quosdā qui hæc Antonio nuntiarent. His lætatus Antonius obuiam fit adducentibus uirum: nonnulli etiam aliorum audientes Brutum uiuū haberi duciq; procurrerūt. Ii fortu næ casum miserabantur: alii dignitatis suæ ipsum arguebāt: q; uiuendi cupiditate bar barorum prædam se feciſſet. Cum appropinquasset: substitit Antonius mentem uol uens qualiter Brutum recipere oporteret. Lucilius igitur ductus Antonio pernimium fidens: Marcum īquit Brutum o Antoni nemo cæpit: absitq; ut ipsū quisq̄ capiat hos tis: ne fortuna tantæ uirtutis uictrix sit: sed ille aut uiuus inueniet: aut mortuus digne seipso usus. Ego milites decipiens ad te ueni ob hoc nihil pati abnuēs ītolerabile. Hæc locuto Lucilio exterritis omnibus Antonius ad eos qui ipsum adduxerant uersus: Né pe o cōmilitones hunc errorem grauiter fertis: eludi existimantes: sed scitote meliorem uos uenationem adeptos. Dū enim hostem quæritis: amicum nobis adducitis. Viuo quidem Bruto per deos ignoro qua in re uterer: his amicis utinam magis q̄ hostibus

potiar. Cum hæc dixiſſet Antonius: Luciliũ amplexus tunc illum cuidam ex familiaribus cõmendauit. Poſtea uero illo in omnia fido atq; diligentiſſimo continuo uſus eſt. Cæterum pertranſiens Brutus rupem quandam arboribus denſam atq; præruptam iã nocte obſcura haud multũ proceſſit: ſed in loco concauo & permagnam petrã habente ſedens præſentibus paucis & amicorum & ductorum exercitus & primũ ad cælũ ſtellis ornatũ ĩſpiciens duos locutus eſt uerſus: quorum alterum Volunnius ſcripſit: Iſta iouem haud lateant: quiq; horũ eſt cauſa malorum. Verſum alium ſe oblitum fuiſſe cõmemorat. Paulopoſt peracta pugna Brutus inter comites cæteros amiſſos quenlibet nominans maxime ĩ Flauii atq; Labeonis mentione ſuſpirauit. Erat Labeo ipſius legatus: Flauius opificũ præfectus. Interea e proximis quidam ſitiẽs cũ Brutum aſpiceret ſimili auiditate detẽtum galleam accepit: & ad fluuium cucurrit. Sed ſtrepitu e parte altera facto Volũnius ſpeculatum acceſſit & cum eo Dardanus ſcutifer. Hi poſt paucum regreſſi de potu perconctantur. Ad quæ modeſte nimis ſubridens Brutus: Volunnio inquit abſorbitus eſt: ſed uobis alius afferretur. Idem igitur deſtinatus ferme conprehenſus ab hoſtibus fautius uix euaſit. Exiſtimanti Bruto non multos in certamine cecidiſſe pollicitus eſt Statilius id per hoſtes uadẽtem ſe ſciturum. Alias enim fas nõ erat eorum caſtra conſpicere. Facem accẽſam igitur hic eleuaturum ſe ſi euaſos à cæde inueniret: reditu promiſſo: eo profectus eſt. Cum ergo ĩ caſtra peruentum eſſet: faceq; eleuata plurimã horam terente Statilio: ĩquit Brutus: ſi uiuit Statilius ueniet. Obtigit autem ut cum rediret: in hoſtes incideret periretq;. Cæterum nocte procedente Brutus accubans ut ſedẽtem tulerat caſus: ad Clitum eius familiarem alloquitur. Quo tacẽte atq; allachrymante Dardanum ſcutiferum ad ſe ducens ſermonem quendam priuatĩ cum ipſo ægit. Tandem Volũnium ipſum græce quibuſdam orationibus exempliſq; cõmonefaciẽs orat: ut mãnu enſem uulneri adaptaret ſimulq; impelleret. Sed Volunnius id ab animo Bruti euellere tentauit: cæteriq; haud diſſimiliter id conati ſũt. Verũ dicente quodam ex primis manere nõ oportere: ſed fugere: ſurgens Brutus: Nempe inquit fugiendum eſt nõ pedibus ſed manibus: deinde dexteram cuilibet ſuperimponẽs iocunde nimium ſe lætari inquit gaudio ſummo: q amicorum ſuorum nemo ſibi mẽtitus erat: fortunam uero patriæ accuſare. Se quippe ipſum magis beatum exiſtimaſ̃ q̃ uictores ſuos: neq; heri tantummodo neq; ãte: ſed nunc uirtutis gloriam relinquẽtem quam nec armis nec potentia relinquũt illi qui uincũt. Iudicio nanq; meo uiros iuſtos iniqui & optimos peſſimi perdũt & præter leges faſq; dominantur. Hinc eos obteſtãs obſecranſq;: ut ſalutem ipſorum curent: cum duobus illorum aut tribus longius receſſit. In his fuit & Strato ĩ facultate rhetoricæ quõdam domeſticus. Hunc Stratonẽ Brutus apud ſeſe cõſtituens ac ẽſem nudum ambabus manibus ſuper capulo erigens: cuſpidi ĩcubuit uitamq; finiuit. Sed aliqui dicunt Stratonem ualidiſſimis Bruti precibus oculos aliorſum inflexum ẽſem ſibi ſubieciſſe: Brutum uero impetu pectus præbentẽ uiribus propriis uſum q̃primum obiiſſe. Stratonem hũc Meſſala Bruti beniuolus cũ poſtea Cæſari eſſet conciliatus ĩ præſentiam ægit: Lachrymans enim o Cæſar ĩquit: hic eſt qui meo Bruto gratias extremas ſubminiſtrauit. Quaſ̃ Cæſar ipſum ſuſcepit: eumq; in laboribus ſotiũ habuit. Deinde in agonibus apud actium ex optimis græcis unũ & ipſum duxit. Meſſalam etiam dicunt poſtea a Cæſare laudatum: q; licet in cãpis philippis Bruti gratia acerrimus hoſtis ſibi fuiſſet: ĩ actio tamen prõptiſſimum ſeſe præbuit. Ad quæ & ille reſpõdiſſe fertur: Ego tibi o Cæſar ſẽper melioris atq; iuſtioris partis honoriſq; fui. Cæterum Antonius Brutum defunctum inueniens: corpus ipſius in precioſiſſima ſuarum ueſtium iuſſit ĩuolui. Hanc ueſtem purpuream cum deĩde furto ablatam cognouiſſet: furem occidit. Reliquias uero ad matrem Bruti Seruiliam miſit & uxorem Portiam. Nicolaus philoſophus & Valerius Maximus narrãt: cum moti ſtatuiſſet: & nemo amicorum aſſẽtiebat: imo diligenti cura id prohibebant: ex igne ardentes prunas arripuiſſe atq; bibiſſe: deinde os claudẽtem ſic uitã extinxiſſe. Atqui

epiſtola quædam Bruti ĩuenitur aduerſus neceſſarios conquerentis atq; lamentantis: q; ab ipſis Portia ita neglecta fuiſſet: ut ex morbo uitam finire magis elegiſſet. Videtur igitur Nicolaus tempus ignorauiſſe poſtq̃ & paſſionem mulieris & affectum & modum necis ſubĩtelligere præbuit epiſtola: ſi epiſtolam uere Bruti fuiſſe dicimus.

COMPARATIO DIONIS AD BRVTVM.

His itaq; hominibus cum multa bonorũ adſint genera: illud quod ĩter primates ampliſſimi minimas per occaſiones facti ſũt Dioni pulcherrimum extat. Neminem enim habet qui ullam rerum ab eo geſtarum partem ſibi uendicet: ſicuti Brutus Caſſium qui uir licet in uirtute gloriaue haud ſimilem meruerit exiſtimationem: ad bellum tum audacia: fortitudine tum etiam gerendo non minora profecto momenta præbuit. Quippe cum nonnulli ſint qui totius exordium operis adſcribant: & hunc ipſum ſuſcepti contra Cæſarem cõſilii ducem aſſerãt. Dion uero ſicut arma naues militaremue potẽtiam: ita & amicos & ſocios & ad rem p agendam adiutores ipſe uidetur ab ſe comparaſſe. Nec uero Dion uti Brutus ex bello rebuſq; gerendis ullas habuit opes aut poteſtatem: cæterum proprias ipſe bello facultates attulit: quẽ exilio cõmeatum habebat ad liberandorum ciuium uſum erogans. Præterea Brutus & Caſſius cũ patria eiecti Roma tutum agere nequirẽt ociũ: quinĩmo capitali damnati crimine a perſequentibus peterentur: ad bellum neceſſario cõfugere: & ſeruanda armis corpora cõmendantes: pro ſe magis q̃ ciuibus pericula ſubieẽ. Dion autem cum ſecuriorem ac iocundiorem exulans q̃ qui extorrem illum fecerat tyrãnus uitam degeret: in tanta diſcrimina pro Siciliæ ſalute ſe ultro coniecit. Haud certe Syracuſiis atq; Romanis par fuit. Illis ut ab Dionyſio his ut a Cæſarẽ abſoluerentur. Ille enĩ ſe tyrannum eſſe nõ inficiabatur: & Siciliam infinitis iam referſerat malis. Cæſaris uero potentia dum conſtituebatur: quidem non modicas aduerſantibus turbas atq; moleſtias præbuit. Poſtq̃ a uictis ſuſcepta eſt: nomen & opinio duntaxat apparuit. Nullũ ex ea crudele facinus nullum deniq; tyrãnicum extitit: ſed rebus ſignari ĩdigentibus principatu ſe clæmentiſſimum quaſi medicum a numine datum oſtendit. Quapropter Romanus cõtinuo populus adeo Cæſarem affectauit: ut ĩfeſtus & inexorabilis illis fuerit ĩterfectoribus. At Dionẽ uel hinc maxime ciues: q; e Syracuſis euaſiſſe Dionyſiũ ſiniſſet: & prioris ſepulchrum tyranni funditus non euertiſſet: incuſarunt. In re igitur bellica Dionа inculpandum fuiſſe imperatorem liquet. Rebus enim quaſcunq; uoluit optime functus eſt: quæ ab aliis ĩfœliciter geſta ſũt recuperans: meliorem ĩ ſtatum cõſtituit. Brutus cum de ſũma rei poſtremo decertaret: neq; prudenter iniiſſe neq; re poſtea male geſta rectum comperiſſe remedium uidetur: & tracto animo ſpem prorſus abiecit. Hæc quantum Pompeius ipſe cõtra fortunã audentior iit: & quod maius maiuſq; eſt: ingens ſibi ſpes reſtabat in armis: & omnem maritimã oram claſſe uictor cõſtanter obtinebat. Maximum Bruto crimẽ obiiciunt: q; cum Cæſaris gratia conſeruatus: inſuper quoſcunq; uellet ex captis cõſeruaſſet: eiuſq; non ſolum amicus exiſtimatus uerum etiam pluribus antepoſitus foret: ipſius corpus confoderit. Hoc aduerſus Dionẽ diceẽ nemo poterit. Verum e cõtra Dioni ſic nanq; amicicia & propinquitate cõiũctus res illius adminiſtrabat unaq; tuebatur. Patria uero eiectus & ĩ re laceſſitus uxoria: bonis ĩſuper ſpoliatus manifeſtum inſtituit bellum: iure legitimo indictũ. Sane iſtuc ipſum primum modo ſe habet oppoſito. Quod enim uiris maximam cedit ĩ laudem: id ſincærum purũue conſecutus eſt Brutus. Nam cum nulla in re Cæſarem priuatim ĩ ſimularet: pro cõmuni libertate pericula tanta ſuſcepit. At Dion niſi mala ipſa perturbaſſet: nullum profecto bellũ ĩtuliſſet. Quod platonicis declaratur epiſtolis: quibus p ſpicuũ eſt eum ab regno non diſcedẽtem ſed reiectum deſtruxiſſe Dionyſiũ. Rurſus

Brutus cum hoſtis Cæſari & aduerſarius eſſet: quid Pompeio etiã cõciliauit: niſi bonũ publicum utilitaſq; cõmunis: ut qui unico amoris & odii termino ipſa uidelicet iuſtitia uteretur? Dion ad gratiam permulta Dionyſio miniſtrabat: quoniã cõſtans illi permanebat. Cæterum fide ſibi detracta per iracundiam belligerauit. Quocirca nec id uniuerſi quidem credidere familiares eum q̃primũ Dionyſium expuliſſet: regnũ ſibi minime ſtabiliturum: cum per manſuetius tyrannide nomen ciues ſubduxiſſet. De Bruto autem & ipſi dictabant inimici ſolum ex conſpiratoribus Cæſaris ab initio uſq; in rerum exitum unicum ſibi propoſuiſſe ſignum & rectis intendiſſe ſtudiis: ut ſolitã populi ro. rempublicam reſtitueret. Præterea contra Dionyſium ac Cæſarem haud ſimile profecto certamẽ extitit. Nam qui Dionyſium nõ floccifecerit: neminem uel ex eius æqualibus fuiſſe conſtat: q; plurimum per ebrietates aleas ſcortaq; temporis exigebat. Ad Cæſaris uero perniciem mentem adieciſſe: nec illius potentiam uires ac fortunã expauiſſe: cuius etiam nomen ipſos Parthorum & Indorum reges ſomnum capere nõ ſinebat: id animi natura præſtantiſſimi fuit: qui per metum nihil ex propria ſummitteret excellentia. Ea propter cum primum in Sicilia conſpectus eſt Dion: nõ pauca hominum milia contra Dionyſium cõfluxere. Cæſaris autem uel cadentis gloria amicos erexit. Quiq; illius functus eſt nomine ex imbecilli porro adoleſcente per id adeo ĩ ſublime peruectus eſt: ut princeps confeſtim Romanorum factus aduerſum Antonii uires & inimicitiam quaſi quoddam auxiliare medicamẽtum fuerit adhibitus. Dicet quiſpiam: per ingentia Dion certamina tyrannum extruſit: Cæſarem Brutus nudum ac nullis munitum præſidiis interfecit. Hoc ipſum excellẽtis induſtriæ & imperatoriæ uirtutis opus extitit: uirum tanta circunſpectum potentia inobſeruatum nudumue deprehendere. Næc enim illum repente ſolus aut cum paucis inuadens occidit: ex quibus eũ nemo fefellit. Aut enim illico delegit optimos: aut fidos ſibi deligens ſtrenuos effecit. Dion uero ſiue male iudicarit nefariis ſeſe credidit: ſiue dum utitur tales eos ex bonis reddidit: quorũ neutrum ad prudentem certe attinet. Eum quoq; Plato uehementer ĩcrepat: q; tales ſibi delegerit amicos: ab quibus ĩ perniciem datus ſit. Cæſo Dione nullus ei ultor apparuit. Brutum hoſtis etiam Antonius honorifice ſepulturæ mandauit. Cæſar ſuos illi conſeruauit honores. Mediolani nanq; ciſalpinæ Galliæ urbis ærea illius ſtabat imago. Hanc poſteriori tempore Cæſar Bruto perq̃ſimilem generoſiſſime laboratam conſpicãtus præteruectus eſt paululum. deinde ſubſiſtens auſcultantibus multis: cum principes accerſiſſet: fidifragam ſeſe illorum ciuitatem deprehẽdiſſe dixit: quæ ſe penes ſuum teneret hoſtem. Initio quidem (ut par erat) inficiabantur: ſeq; inuicem intuentes quẽnam diceret percontabãtur. Cõuerſus ad ſtatuam Cæſar uultu contracto: nonne iſte inquit interdiu hic manet hoſtis. Maiore rurſus ſtupore perculſi conticuere. Cæſar ſubridens Gallos collaudauit: q; amicis & præter fortunas cõſtantes adeſſent: et ut ſtatua eodem in loco permaneret: imperauit.

DEMOSTHENIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LEONARDVM ARRETINVM VERSA.

DEMOSTHENIS PATER DEMOSTHENES (ut Theopompus hiſtoricus tradit)in primis honeſtus ac probus uir fuit. Cognominatus eſt autem Macheropius ab officina gladiorum:quã Athenis egregiam multiſq; artificibus ſeruis iſtructam habebat. Quæ uero de matre eius dixit Eſchines ex Gilõe quodam ob proditionẽ ex Athenis pulſo & Barbara muliere natam fuiſſe:ea neſcimus utrum ad ueritatẽ uel ad falſam calumniam orator obiecerit. Relictus autẽ a patre ſeptem annorum abundãte patrimonio(parum enim aberat a.xv.talentis)tutoribus male adminiſtrantibus cum partim ſubriperẽt eius bona : partim negligerent:nec præceptoribus pueri ſalarium perſoluere curarent:non ſolum in patrimonio cladem accepit:uerum etiam liberalibus artibus quẽadmodum decebat imbui non potuit. Accedebat ad hæc imbecillitas corporis:quam uerita mater ipſum onerari laboribus ꝯ permittebat:nec pedagogi cogere ac uim afferre audebãt. Erat enim ab initio tenui ualitudine:& ex hoc batali cognomentum:quod aduerſarii in eius contumeliam frequenter uſurpãt:a pueris illi inditum eſt. Fuit autem Batalus tibicinis nomen:in quem ob infractum ac diſtortum corpus Ariſtophanes poeta uerſus perſcripſit. Alii poetam laſciuorum carminum fuiſſe Batalum tradunt. Videtur inſuper quædam ex his corporis partibus quæ honeſte nominari non poſſunt:tunc apud atticos Batalus appellata. Argas uero(nam hoc etiam cognomentum fuiſſe Demoſtheni traditur)aut ex feritate morum illi inditũ eſt:ꝙ ãguere nõnulli poetæ Argam appellãt:uel ex duritia ſermonis ꝑ quã nõ mediocriter auditores obtundebat. Eſt enim Argas nomen latoris legum malarum quidem ac durarum. Ad oratoriam uero facultatem per hunc modum applicuiſſe animum Demoſthenes traditur. Calliſtrato oratore cauſam Oropi acturo permagna erat hominũ expectatio:cum propter oratoris famam tunc maxime florentem:tum propter iudicium rei per id tempus ſatis uulgatæ. Cum itaq; magiſtri & pedagogi affore ſtatuiſſent:poſtulauit Demoſthenes a pedagogo ſuo:ut una ſecum duceretur. Ille habens cũ publicis miniſtris qui iudicia aperiebant familiaritatem:locum facile obtinuit:ĩ quo puerulam collocatus ſedens audiret. Cumq; ea die Calliſtratus egregie oraſſet:magnãq; præbuiſſet admirationẽ ſui:gloriam eius Demoſthenes adamauit:utpote quem uidebat magna hominum multitudine comitãte inter ingentes applauſus magnis cum laudibus domũ reduci . Admirabatur itaq; illum Demoſthenes:ſed multomagis orationis uim poteſtatemq; admirabatur:ob quã omnia perfici ac mitigari poſſe cernebat. Quare omiſſis cæteris diſciplinis ad unum ſeſe ipſum comparauit atq; exercuit:ut dicẽdi facultatem nanciſceretur. Et ad eam quidem rem præceptorem habuit Iſeum:quãq; floreret tunc maxime Iſocrates:ſiue ut quidem aiunt mercedem præſtare Iſocrati non ualens:erat enim precium decem minarum:ſiue ꝙ Iſei ſermonem ut efficaciorem cautioremq; magis probauit. Hermippus tamen ſcribit ſe ĩ cõmentaria quædam ſine auctore incidiſſe:in quibus ſcriptum erat Demoſthenẽ fuiſſe auditorem Platonis:magnãq; exinde utilitatem ad dicẽdum ſuſcepiſſe. Refert etiam Cteſebium apud Calliam Syracuſanum & quoſdam alios dixiſſe: Iſocratis & Alchidamãtis artes clam habuiſſe Demoſthenẽ ac didiciſſe. Vt igitur per ætatem licuit:tutoribus ſuis diem dixit:multaq; ĩ eos uarie ſubterfugientes ſcribens & ſe in his rebus exercens:tandem non ſine periculo

& induſtria ſuperauit. A quibus quanq̃ exigere quantum ſibi ſubreptum erat non po-
tuit: tamen id aſſecutus eſt: ut audaciam in dicendo & conſuetudinem nactus: guſtata
cauſarum orandarum dulcedine famæ ac potentiæ: ſtatuerit prodire in medium: & ad
reip. certamina ſe cõferre. Et quẽadmodum Orcomeniũ Laomedonta ſcribunt ob ui-
tandum ſplenis morbum ex conſilio medicorum longiſſimis curſibus uti conſueſſe:
atq; exinde habitum currendi nactum poſt recuperatam ualitudinem certaminibus ĩ
tendiſſe: cæteroſq; uelocitate currendi ſuperaſſe: ſic Demoſtheni euenit: primo neceſſi
tate recuperandi patrimonii ad dicẽdum ueniſſe: atq; ex hoc peritiam nacto ĩ reip. cur
riculis tanq̃ certaminibus quibuſdam cæteros anteiſſe. Atq; ab initio populũ alloquẽs
turbas ſtrepitumq; concionum ferre nõ poterat: ſpernebaturq; ab auditoribus: q; eius
oratio confuſa circuitionibus & ſuperfluis argumentis elaborata uidebatur. Voce præ
terea & lingua laborabat: ob quæ non mediocriter turbabatur oratio: nec mens eius in
telligi poterat. Cum itaq; deſperatione quadam harum rerum mærens ĩ Pyræum ſeceſ
ſiſſet: increpitus eſt uehementer a Thnaſio Ennomio tunc admodum ſene: q; cũ eius
ſermo perſimilis eſſet Pericli: ſeipſũ proderet ob ignauiam atq; ſecordiam: nec ſtrepi-
tus cõcionum perferre auderet: neq; corpus ad certamina præpararet: ſed mollicie qua-
dam animi ſeipſum abiiceret. Rurſus igitur orare aggreſſus cum apud populum con-
cidiſſet: & confuſus domum abiret: aſſecutus eſt eum Satyrus Hiſtrio: apud quem cũ
de ſuo caſu (erat enim illi cum Demeſthene familiaritas) grauiter quereretur: q; ſibi ma
xime omnium diligentiam tempuſq; adhibẽti & quaſi omnes uires corporis in eo ſtu-
dio conſumenti ſoli eueniret ut apud populum nullam in dicendo gratiam aſſequere-
tur: nautis & indoctis hominibus aures & ſilentium a populo præſtari: ſe uero reiici ac
repelli: pollicitus eſt illi Satyrus (ſi modo aliqua ſibi Euripidis aut Sophoclis carmina
pronuntiare uellet) ſe medicinam adhibiturũ. Quod cum Demoſtheni placeret & face
ret: ſic uocem eius & actionem Satyrus emendauit formauitq;: ut nõ prior Demoſthe
nes ſed alter uideretur. Intelligens ergo quantũ gratiæ & ornatus pronũtiatio apta lo-
cutioni afferret: ſubterraneum locum qui uſq; ad noſtram extat ætatẽ ſibi ædificauit:
ĩ quem per dies ſingulos deſcendens geſtum ac motũ corporis fingebat: uocemq; exer-
citabat. Sæpe etiam duos uel tres menſes continuos domi ĩcluſus non ceſſabat: abraſa
parte capitis: ut exeundi facultatem ſibiipſi præriperet. Sermones ĩſuper & negocia fo-
ris agitata ad ſtudium referebat: confeſtim ſiquidem domum rediens & in ſubterrane
um deſcendẽs res ipſas recitabat: & rationes cur ita feciſſet adiungebat. Sermones etiã
repetens ſententiis lociſq; nõ ſine magnis mutationibus trãſformabat. Atq; ex hoc pu
tatus eſt nõ multum natura & ingenio ſed labore & exercitatione ualere. Huius rei ſi
gnum uidebatur: q; nõ facile reperiebatur qui Demoſthenem ex tempore dicentem au
diſſet: quem etiam ſæpe a populo nomine compellatum cũ ſederet in concione aſſur
gere noluiſſe cõſtabat: niſi rem de qua dicturus erat iam antea cogitaſſet. Quod & alii
quidam tunc clari uiri irridebant: & Pytheas aliquando inquit Demoſthenis enthyme
mata lucernam olere. Et huic quidẽ non ſine amara cauillatione Demoſthenes reſpon
dit: non eandem ſibi & illi lucernam conſtare. Aliis uero non penitus inficiabatur: ſed
nec omnino ſcripta nec omnino nõ ſcripta ab ſe dici aſſeuerabat. Atqui popularem ho
minem eſſe oſtendit dicendi ſtudioſum. Gratia enim placendi & inſeruiendi populo
eloquentiam comparari. Negligere autem ſtudium eloquentiæ eorum eſſe: qui domi-
nari populo querunt: Non enim ſuadendo: ſed cogendo per uim operam dare. Timi
dum autem fuiſſe Demoſthenem in dicẽdo ex tempore illo quoq; probatur: q; Dema-
des orator ſæpe ex tempore aſſurgens Demoſtheni indigenti opitulatus eſt. Demoſthe
nes autem illi nunq̃. Quomodo igitur dicet quiſpiam? Eſchines audaciſſimũ in dicen
do fuiſſe Demoſthenem affirmat. Quomodo Pythoni byzantio aduerſus Atheniẽſes
inuecto ſolus reſpondit? Quomodo aduerſus Lamachum mirreneum laudes Alexan-
dri & Philippi quas ſcripſerat Olympiæ recitantem: & in eis multa contra Thebanos

& Olinthios dicentem: assurgens & quãta bona Thebani & Chalcidenses Græciæ fecis
sent ex historia & probationibus ostendens: & cõtra q̃ multorum malorum causa fuis
sent assentatores Macedonibus blãdientes subiungens: sic tãdem audientes cõmouit:
ut Lamachus ipse obtimorẽ clam aufugeret. Sed uidetur hic uir morem Periclis ĩ hac
parte imitatus nõ faciliter nec de omni re ad dicendum prosiluisse: sed maturitatẽ quã
dam: ut auctoritatẽ tueretur obseruasse: & ob hoc nõ temere fortunæ & tempori exis
timationem suã cõmittere uoluisse. Nam audaciæ quidem plus habuit q̃ scripta eius
ostendãt: ut Eratosthenes & Demetrius Phalereus & Comici quidam probaĩ uidẽtur:
quorum Eratosthenes tradit ipsum in dicendo nonnunq̃ ueluti furore quodam cor
reptum debacchasse. Demetrius autem quodam loco immane illud iusiurãdum iuras
se dicit per terram per fontes per amnes per undas fluentes. Comicorum uero quidam
ropoperitram ipsum nominat. Alius sic recepisse eum ut accepisse cauillatus ĩ Demos
thene: q̃ hoc uerbo usus sit frequentius: cum de Holonesο consultaretur: quam nõ ca
piendam sed recipiendam esse a Philippo suadebat. Omnes sui temporis oratores sine
controuersia superauit: præter unum Demadem: quem naturali ingenio frætum insu
perabilem fuisse & præstitisse Demostheni omnes fatebantur. Aristochius in historia
rettulit quoddam Theophrasti iudicium de oratoribus. Dicit enim Theophrastũ ro
gatum qualis sibi orator Demosthenes uideretur: respõdisse dignum ciuitate Athena
rum sibi uideri: subinde qualis Demades interrogatum respondisse: supra ciuitatem.
Idem philosophus scribit Polienctum sphictium unum ex his: qui tũc in rep. uersabã
tur solitum esse dicere: maximum fuisse oratorem Demosthenem: sed plurimam uim
in dicendo Phocionem habuisse: multas eum sentẽtias paucis uerbis complecti solitũ.
Quinetiam ipsum Demosthenem quotiens assurgebat Phocion ab eo dissentiens fa
milianbus dicere consuesse uerborum eius securum assurgere. Hoc tamen incertũ est:
utrum ad uim dicendi uel ad integritatem uitæ & auctoritatem Phocionis Demosthe
nes referebat. Plærunq; enim probatus uir & fidem apud populum habens uno uer
bo uel nutu longas aliorum orationes exuperat. Aduersus impedimenta quibus labo
rasse Demosthenẽ supradiximus: hæc (ut Phalereus Demetrius scribit) remedia adhi
buit. Refert enim se a Demosthene ipso iam sene audiuisse hæsitantiam linguæ coniec
tis in ore lapillis emendasse: uocẽ autem currẽdo scandendo interpronuntiandũ exer
cuisse: habuisse domi magnum speculum ad quod seipsum uidens gestum formaret.
Dicitur confugienti ad se cuidam narrantiq; plagas accepisse: cum patrociniũ eius im
ploraret: respondisse: At enim ex his quæ tu narras: nihil perpessus es. Quod cum ille
altiori uoce & indignatione quadam magis asseueraret: putauit Demosthenes hoc ad
fidem faciendam plurimum attinere: & multitudini quidem eius pronũtiatio uehe
menter placebat: politioribus autem hominibus figmentũ quoddã lene ingenerosũq;
uidebatur: ex quorum numero Demetrius Phalereus est. Refert Hermippus cũ esset
quæsitum ab Esione de superioribus oratoribus & qui suæ ætatis fuisset: quid ipse sẽ
tiret: dixisse admirabilem in illis ornatum maiestatemq; dicendi: cum ad populum lo
querentur fuisse: scripta tamen Demosthenis multum cæteris antecellere. Quãq̃ uero
ex lectiõe orationũ suarũ durus quidẽ & austerus Demosthenes uideatur: tamẽ & ioco
nõnũq̃ usus est: ueluti aduersus Demadẽ cũ ille dixisset: me Demosthenes sus Miner
uã: At ista ĩquit Minerua nuper ĩ adulterio deprẽsa fuit. Rursus aduersũ quẽdã Ferreũ
nomine qui de furto suspectus erat: cum ille uigilias & lucubrationes Demosthenis in
iurgio carperet: Scio inquit Demosthenes tibi molestum fuisse: q̃ ego lucernam p̃ noc
tem habuerim. Vos autem uiri Athenienses nolite iam admirari plurima furta in hac
urbe cõmitti: cum fures quidẽ ferreos: parietes uero luteos habeamus. Sed hec licet plu
ra ĩ hoc genere possumus referre: omittamus. Reliquos autem eius mores ex rebus ges
tis contemplemur. Cõtulit se ad remp. sub tempus phocẽsis belli: ut & ipse dicit: & ex
philippicis orationibus deprehẽdi potest. Constat autẽ duos supra. xxx. natum annos

fuisse quando Midiam accusauit: quo tempore nec potentiam nec auctoritatẽ aliquã in rep. habebat. Idq; ut credo ueritus: pecunia accepta ab accusatione destitit. Neq; enĩ benignitate aut magnitudine animi iniuriam cõtempsit: cum esset pertinax & pronus ad ulciscendum: sed cum uideret nõ esse potentiæ suæ uirum diuitiis eloquẽtia & amicorum copia suffultum euertere: cõcessit mediatorum precibus. Nam pecunia illa quã ob deserẽdam causam accepit: non mihi satis ualuisse uidetur ad acerbitatem eius obtundendam: si superare posse credidisset. Nactus autem in rep. materiam uberẽ & honestam pro græcorum libertate aduersus Philippum: & in ea præclare decertans: confestim nomẽ & gloriã assecutus est. Nec solũ ut disertus uerum etiam ut fortis uir circũspiciebatur: ut admiraretur ipsum græcia: obseruaret persarum rex: plurimus apud Philippum sermo esset: confiterent aduersarii sibi aduersus præclarum uirum esse certamen. Talia enim Eschines & Hyperides de illo dixerũt. Itaq; discernere equidem nõ ualeo: qua ratione motus scribat Theopõpus mutabilis & incõstantis animi Demosthenem fuisse: nec eisdem rebus neq; eisdẽ hominibus satis longum tempus uti potuisse. Constat enim quas rei. p. partes ab initio suscepit: in eis usq; ad finẽ constantissime perseuerasse: nec solum in uita non mutatum: sed ipsam uitam ne mutaretur abiecisse. Non enim ut Demades qui mutationẽ suã ĩ rep. excusans: dixit se sibi quidem ipsi contraria sæpe dixisse: reip. autem nunq̃. Nec ut Melanopus qui aduersus Callistratum rem gerens: sæpe uictus pecunia dicere solebat ad populum: uir sane inimicus est mihi: tamen reip. uincat utilitas. Sed ut Nicodemus Messenius qui Cassãdro prius fauens deinde cum Demetrio sentiẽs: non inquit se contraria dicere: sed idem semper uictoribus scilicet parere utilius esse: sic Demostheni licet dicere. Nõ enim uerbum nec actionem unq̃ deflexit: sed in uno ãtq; eodem limite usq; ad finem perseuerauit. Panetius philosophus ostendit ex Demosthenis orationibus plærasq; ita esse scriptas: quasi sola honestas per seipsam sit expetẽda: ut contra Eschinem pro Ctesiphonte: ut contra Aristocratẽ: ut de immunitate aduersus Leptinem: ut in philippicis quibusdam: ĩ quibus omnibus non ad uoluptatem aut utilitatem ciues hortatur: sed ubiq; securitati & saluti honestatem & gloriam anteponit. Quod si generositati eius in dicendo & proposito in rep. uirtus bellica & incorrupta actio respondisset: non cum Miricleo & Polyencto & Hyperide: sed cum Cimone & Tucydide & Pericle foret merito collocandus. Nam Phocion quidem unus ex iis qui temporibus Demosthenis fuit: licet non probatam rei. p. partem secutus: sed ad Macedones inclinari uisus: tamen per fortitudinẽ ac iustitiam nihilo ĩferior habitus est Ephialto aut Cimone aut Aristide. Sed Demosthenes ipse nec bello fortis nec aduersus corruptelas pecuniarum omnino purus erat: sed a Philippo quidem non accipiebat: a rege autem persarum accipiebat. Itaq; laudaĩ maiorum facta poterat: sed nequaq̃ imitari. Cum oratores quidẽ sui temporis uno Phocione excepto non solum eloquentia sed uita quoq; superauit. Videtur autem Demosthenes magna semper fiducia in concionibus frætus libertatem reprehendendi maxĩe omnium exercuisse. Scribit uero Theopõpus iussisse aliquando Athenienſem populũ Demostheni: ut quẽdam accusaret: at illum recusasse. Vt ergo aduersus eum reclamatio populi quemadmodum cõsueuit facta est: surrexit Demosthenes & ĩquit: Vos me uiri Atheniẽses consultorem habetis etiam inuiti: calumniatorẽ uero nec si uelitis quidem. Præcipui potentatus eius actio in rep. fuit: cum Antiphotem a populo demissũ ipse persecutus cæpit: & consilio Ariopagi iudicandum tradidit. Nec ueritus est q̃ populum in hoc offenderet: sed ipsum cõuincens promisisse Philippo naualia ĩcensurũ: summo supplicio ut afficeretur obtinuit. Dicitur orationẽ illam qua Apollodorus contra Timotheum usus eum damnari fecit: Demosthenes scripsisse: quẽadmodum alias orationes Phormioni & Stephanio subministrauit. Pro quibus merito infamiam subiit: cum ueluti ex gladiatoria taberna uendere pugiones: quibus se inuicem confoderent aduersarii: uisus sit. De publicis quoq; orationibus illa quæ est ĩ Androtionẽ: item

quæ in Tinocratem & in Ariſtocratem aliis ſunt ſcriptæ. Ipſe nondū per id tempus ad remp. ſe cōtulerat. Videtur enī. xxvii. aut. xxviii. ſuæ ætatis ānō orationes edidiſſe. Nā quæ eſt aduerſus Ariſtogitonē: ipſe orauit: & quæ eſt aduerſus Leptinē de immunitate: ad quam actionem deſcendit gratia Cteſippi Cabriæ filii: ut ipſe idem affirmat: matre pueri (ut quidam tradunt) ſibi deſponſata: non tamen eam uxorem habuit: ſed cuidam Samiæ ſe coniunxit: ut Demetrius Magneſius in ſynonimis ſcribit. Nam oratio illa quæ eſt cōtra Eſchinem falſæ legationis : incertum eſt an orata unq̄ fuerit. Quāq̄ aſſerat Idomeneus a. xxx. duntaxat abſolutum fuiſſe Eſchinem. Sed non uidetur id uerum: ut ex utriuſq; orationibus in cauſa Cteſiphontis ſcriptis coniectari licet: in quibus nulla mentio huius iudicii neq; clare neq; obſcure habita eſt. Sed hæc alii ſolertius diiudicabant. Propoſitum autem Demoſthenis ī rēp. etiam in pace proſpicax erat omnibus Philippi conatibus præcipue aduerſari. Cūcta enim eius cœpta patefaciens acre darguens: mentes Athenienſiū in regem accēdebat . Quare apud Philippum magnus erat de Demoſthene ſermo: & quādo unus ex decem legatis in Macedoniam peruenit: licet ſingulos audiret Philippus: tamen maiori cum apparatu & diligentia Demoſtheni reſpondit. In aliis autem honoribus non ſimiliter eū prætulit: ſed Eſchinem & Philocratem magis complexus eſt. Itaq; laudantibus poſtea illis Philippum ut eloquētiſſimum & pulcherrimum ac feſtiuum & promptū ad potum: coactus eſt Demoſthenes cauillari: q; partim ſophiſtæ: partim mulieris : partī ſpongiæ huiuſmodi laudes eſſent: imperatoris uero nulla ī eis eſſet commendatio. Sed cum ad bellum res īclinaſſet: Philippo quieſcere nequeūte : Athenienſibus uero in Demoſthenem iritatis primo in Euboeam per tyrannos Philippo ſūmiſſam Athenienſes concitauerit: quo illi trāſeuntes macedones expulerunt. Deinde bizātiis & pernithiis a macedonibus per id tempus laceſſitis auxilium ferre perſuaſit: obliterata memoria eorum quæ bello ſociali utraq; ciuitas geſſerat. Poſt hæc ipſe legatus abiens monēdo & cohortando omnes ferme græcas ciuitates ī Philippum conuertit: ut foret numerus copiarum peditum quidem. xv. equitum uero duorum milium abſq; urbanis copiis & ſtipendiorum conductis militibus promptiſſima contributio. Eiecta igitur Græcia ad futurum belli exitum Euboea Achaia Corintho Megaris Leucadia Corcyra ſimul confœderatis maximū reſtabat Demoſtheni opus Thebanorum. ſ. aggregatio ad cōmunem ſocietatē. Habebāt enī Thebani regionem uicinam: & gloria militari maxime omnium græcorū per id tempus florebant. Cæterum difficile uidebatur thebanos in Philippum cōcitare poſſe: deuinctos ob eius recens beneficium phocenſi bello acceptum. accedebat uicinitas: quæ ut fit contentiones & ſimultates inter ciuitates pepererat. Sed licet his difficultatibus obſiſtentibus: tamen cum Philippus ob ea quæ circa Amphiſſeā proſpere geſſerat elatus: ſubito elatiam inuaſit: trepidantibus Athenienſibus nec ullo ſuggeſtum aſcēdere audēte: ſurrexit Demoſthenes: & ad Thebanos conuertendos animos perſuaſit. Deinde ipſe cum quibuſdam aliis legatus ad Thebanos miſſus eſt. Miſit etiam Philippus ut Marſyas inquit: & Amyntiam & Cleandrum Macedones Daochum & Theſſaliū & Trāſidem cōtra Demoſthenē apud Thebanos conaturos. Et utilitas quidem nō latebat Thebanos: ſed belli incōmoda āte oculos uerſabantur: recentibus adhuc phocenſium uulneribus. Sed oratoris uis (ut inquit Theopompus) iram mitigans & mentes accēdens ad honeſtatem & gloriam animos traduxit: cæteris uero reſpectibus tanq̄ tenebras īfudit. Itaq; illi uelut furore quodam correpti poſt Demoſthenem properarūt. Tantum uero momenti hoc præclarum oratoris factum rebus attulit: ut confeſtim caduceatorem miſerit Philippus ad pacem depoſcendā: nec ſolum duces belli Demoſtheni parebant : ſed & magiſtratus Thebanorum eius iuſſu non minuſq̄ Athenis cōciones adminiſtrabāt. Amabatur enim apud utroſq; : & plurimum poterat: nec immerito neq; indigne: ut Theopompus oſtēdit. Verum fortuna aliqua ut uidetur libertati græcorum finem imponens: Demoſthenis conſiliis aduerſabatur: multaq; erant ſigna futuri euentus:

ĩter quæ reſponſa Apollin'ſ & ſibyllina carmina circũferebantur uetuſta: pugnã apud Thermodõtem prædicentia. Fertur autẽ Thermodon eſſe fluuiolus quidam apud nos in Theronia fluens ĩ Cephiſum amnem. Sed nos hodie nullum habemus fluuium ita uocitatum. Credimus tamen coniectura quadam Hemona apud ãtiquos Thermodõ tem appellatum fuiſſe. Fluit enim iuxta Heraclium: ubi tunc græci caſtrametati ſunt. Coniectamur autem: q; ex illa pugna ſanguine & cadaueribus repletus fuerit: appella/ tionem cõmutaſſe. Duris uero tradit non eſſe fluuium Thermodontem: ſed cum ten/ torium quoddam in caſtris figeretur: repertam fuiſſe ſtatuam lapideam paruam cum ſubſcriptione Thermodontis tenentem amazonam uulneratam. Hæc itaq; ut ſe habe ant perſcrutari difficile eſt. Demoſthenes græcorum armis ac tanta & tam prompta ui rorum potentia co nfiſus: nec mentem adhiberi oraculis neq; uaticinia exaudiri permi/ ſit: memorãs Epaminundã & Periclem illa ſemper formidinis & ignauiæ uelaméta pu taſſe: & hucuſq; uir fuit egregius. Sed cum ad pugnam deuentum eſt: oblitus eorũ ad quæ cæteros animabat: turpiter abiectis armis ſtatĩ aufugit: nec ueritus eſt ſuperſcrip/ tionem clypei (ut inquit Pytheas) in quo litteris aureis inſcripſerat.
ideſt bona fortuna. Philippus igitur uictoria elatus & ĩ cadauera cæſorum uiolentus il ludens: cecinit principium pſephiſmatis Demoſtheni: ĩ pedes diuidẽs hoc modo: De/ moſthenes Demoſthenis peaniens ſic inquit. Sed paulopoſt ad mentem reuerſus: & magnitudinẽ periculi per quod uno tempore de imperio ſimul ac de uita certare coac/ tus fuerat: cõtemplatus oratoris uim poteſtatem q; per quam ad tantum diſcrimen cõ pulſus erat: perhorruit. Penetrauerat huius belli fama uſq; ad perſarum regem: ſcrip/ ſeratq; ille ad ſatrapas: ut pecunias Demoſtheni traderent eiq; parerent: ut Macedonẽ coercere a græcis turbationibus ualeret. Hæc poſtea deprehenſa ſunt in epiſtolis quas apud ſuſas Alexander inuenit: in quibus etiam modus pecuniarum Demoſtheni tra/ dendarum erat expreſſus. Tunc ergo accepta prælii clade: oratores qui per contrariam factionem Demoſtheni aduerſabãtur in eum aſſurgẽtes: alius alio modo in iudicium traxerunt: a quibus populus nõ ſolum ipſum abſoluit: ſed etiam in honore præcipuo habuit. Itaq; cum oſſa illorum qui in prælio ceciderant: ex cheronea delata tumularen tur: cõmiſſum eſt Demoſtheni ut publica oratione eos laudaret. Ipſe tamen quaſi for/ tunam ſuam expurgare uolens: ſpõte ſe decretis abſtinebat: donec iterũ ob necem Phi lippi animũ recepit. Mortuus eſt autem Philippus nõ multum poſt uictoriam ĩ Che ronia habitã: & hoc ſignificauiſſe oraculũ uidet ultimo illo carmine cũ dixit: Flet qui dem uictus: uictor autem interiit. Cognita Demoſthenes Philippi morte: cum popu/ lum præoccupare uellet: lætus in ſenatum uenit per ſomnũ ſe uidiſſe affirmans maxi mum quoddam bonum Athenienſibus futurum. Nec multo poſt aderant Philippi in teritum nuntiantes. Statim ergo ſacra diis ob ea quæ fœliciter nũtiabãt. fecerunt: Pau/ ſaniæ & corona decreta. Et proceſſit Demoſthenes corona & ſplendida ueſte ſeptimo die poſt interitum filiæ (ut inquit Eſchines) eius duritiem & odium natorum accuſãs. Ipſe uidelicet ingenioſus & mollis ſi humanitatis & amoris indicia fletus & lamenta tiones eſſe putabat: leuiter autem & indolenter ferre improbabat. Ego autem ob interi tum regis ita moderate uictoria fræti coronandum aut immolandũ nunq̃ cẽſerẽ. Nam & odibile & ingenioſum eſt quem uiuũ colueris & ciuem effeceris: ab alio necatum eſ ſe immoderate lætari. Quod tamen relictis domeſticis lachrymis quæ reip. utilia erãt: Demoſthenes fecerit: cõmendo & magni animi eſſe iudico: ſemper ad remp. reſpicien/ tis & poſtponẽtis domeſtica. Ciuitates græciæ poſt mortem Philippi Demoſthene auc tore rurſus conſpirauere. Thebani præſidium regis aggreſſi multos necauerunt. Athe nienſes ad ferendum Thebanis auxilium ſe præparatũt. Demoſthenes ſuggeſtum te/ nebat & cuncta ex illius decretis agebantur. Scripſit etiam præfectis regis perſarum: qui in Aſia erant: ut bellum aduerſus Alexandrum mouerent: puerum & imbellem ap pellans. Sed cum Alexander cum exercitu in boetiam uen.ſſet: fractis Athenienſium

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

animis & Demoſthenis ardore extincto: Thebani ab Atheniēſibus deſerti & per ſeip ſos pugnare coacti urbem amiſerunt. Magno inde Athenis timore exorto: miſſus eſt Demoſthenes una cum aliis quibuſdam legatis ad Alexādrū: qui cum citeronē aduſq; profectus eſſet: reuoluens ſecum Alexādri iram & eū formidās: deſerta legatione retro ceſſit. Sed Alexander ſtatim miſit ad ciues depoſcendos decem: ut Idomeneus & Duris tradunt: ut autem alii plurimi ſcriptores: octo: Demoſthenē Polyenctum Ephyaltum Lycurgum Myroclem Damona Caliſcheniē Charidemum: quo ī tempore ferunt eam fabulam quæ eſt de lupis & ouibus & canibus Demoſthenem rettuliſſe: ciues qui cum eo poſtulabantur canibus pro populo certantibus: Alexadrum uero Lupo aſſimilans. Præterea ut mercatores inquit uidemus ſigna circunferentes modica tritici paraſſide magnos uenundare aceruos: ſic in tradendis qui petuntur ciuibus: uos ipſos traditis. Hæc Ariſtobulus Caſſandreus ſcribit. Conſultantibus ergo Athenienſibus nec quo ſe uerterent ſcientibus: Demades pactus mercedem quinq; talentorū legationē ſuſcepit: quod & tandem apud regem obtinuit ciuitatem q; reconciliauit. Abeunte igitur Alexā dro Demades ac cæteri Alexādri amici plurimum Athenis poterant: Demoſthenis po tētia ōnino ſuppreſſa. Quāq̄ haud multopoſt Agide ſpartiata res nouas moliente mo tus aliquis Athenis fuerit: ſed ſtatim refrixit: Athenienſibus operam minime nauanti bus Agide oppreſſo & ſpartiatis confractis. Per id tempus agitatā eſt contra Cteſiphō tem accuſatio: fuerat enim dies dicta ſub Cheronda prætore parum āte cheroniacam pugnam. Iudicata eſt autem cauſa poſt annos decem prætore Ariſtophōte. Hoc eſt iu dicium illud famoſum: ut nullum aliud ex publicis tum propter oratorum excellentiā tum propter iudicum magnanimitatem: qui accuſatoribus Demoſthenis per id tēpus in rep. maxime potentibus nequaq̄ gratificati ſunt: ſed ita præclare abſoluerūt: ut quī tam calculorum partem Eſchines non ferret. Eſchines ergo ī exilium eiectus circa Rho dum & Ioniam rhetoricam docuit: nec multopoſt Harpalus Alexandrum ex cōſcīa re rum male adminiſtratarum & ex ira regis qua contra amicos deſæuire conſpexerat: fu giens ex Aſia Athenas peruenit. Qui cum ad populum ſe contuliſſet: & cum nauibus & pecuniis eorum arbitrio ſe ſummitteret: alii oratores ad pecunias reſpicientes aduo cati Harpalo erant: ſuadebantq; populo: ut ſupplicem reciperet tutaretq;. At Demoſ thenes primo repellendum eſſe hominem: & cauendum ne per eum bellū ſuſcitarent ex minime iuſta cauſa ſuadebat. Paucis uero poſt diebus cum pecuniæ & uaſa inſpice rentur: uidens eum Harpalus opere barbari cuiuſdā uaſculi delectatum: formāq; & ar tificium diligētiſſime cōtemplantē: iuſſit ut uas appenderetur. Admirāte uero Demoſ thene pondus auri: & q̄tum traheret poſtulāte: arridens Harpalus: talenta inquit uigī ti tibi trahet. Atq; ita noctu uas cum. xx. talētis Demoſtheni clam mittit. Erat Harpa lus (ut uidetur) callidus hoīs auri cupidi per oculorū motum mentē dinoſcere. nō enim reſtitit Demoſthenes: ſed largitione percuſſus: quaſi arcem prodiēs Harpalo cōceſſit. Itaq; cū poſtea de recipiendo Harpalo agitaretur: lana & uictis collum circū farciens in concionē proceſſit: iuſſuſq; dicere renuit: quaſi gulæ morbo loqui impediretur. At uiri urbani qui aderant: rem intelligentes ridebant: nō gulæ morbo ſed auri per noctē con ſtrictum uocē perdidiſſe Demoſthenem clamitantes. Ob eam corruptelā paulopoſt a pud populū patefactam: cum nec excuſationē Demoſthenis ſuſciperent: nec dicētem audire uellent: Harpalum expulerunt. Veriti autē ne ratio pecuniarū ab oratoribus ac ceptarum: a ciuitate repoſceretur: īquiſitionē habuerūt diligentē: perſcrutati ædes cūc torum præter q̄ unius Callidis Aronidi. Huius enim: q̄ nuper uxorem duxerat: non p miſerunt Athenienſes: ut Theopompus ſcribit: domū in qua noua erat nupta perqui ri. Sed Demoſthenes obuiam incedens ad populum tulit: ut conciliū areopagitarū de ea re cognoſceret: a quibus cum ipſe in primis condemnatus quinquaginta talentis: & in carcerem ductus eſſet: partim iudicii grauitate partim imbecillitate corporis: cū car ceré ferre nequiret: clā aufugit: & dicitur ī illa fuga cū nō longe ab urbe eſſet: uideretq;

aliquos aduerſæ factionis homines poſt ſe currentes: occultare primo ſe uoluiſſe: deinde ut illi benigne appellantes uiaticum offerebant: conſolabanturq; ingemuit ille magis & inquit: Quomodo fieri poteſt ut nõ grauiter feram hãc ciuitatem relĩquere: in q̃ inimici tales ſũt: quales in alia reperire amicos difficile eſt? Tulit autem exilium grauiter in Aegina & Trizina moram trahens: & ad Articam cũ lachrymis reſpiciẽs: uoceſq; emittens ingeneroſas. Ferunt etiã dum fugeret reſpexiſſe ad arcem: ac dixiſſe: O Pallas urbium cuſtos cur tribus infeſtiſſimis beſtiis delectaris: noctua dracone & populo? Adoleſcentes etiam ſe adeuntes monere ſolebat: ne ad remp. ſe cõferrent: affirmans: ſi duæ eſſent uiæ ab initio propoſitæ: una quæ ad rẽp. altera quæ ad interitum aperte ferrent: eſſentq; manifeſta illa quæ gerentes res. p. ſubire oportet formidines ĩuidias odia calumnias ſimultates cõtẽtiones certamina: illam potius electuros eſſe homines; quæ ad interitum ferret. Eo exulante obiit Alexander: cuius cognita morte: rurſus ciuitates græciæ cõſpirauerunt: Antipatro in Lamia urbe a Leoſthene fortiter obſeſſo. Pytheas igitur orator & Calimedõ ex Athenis profugi Antipatro adhæſerunt: & cum amicis & legatis eius circumeuntes ciuitates in fide continere adnitebantur. Demoſthenes uero legatis Athenienſium: qui contra mittebantur ſecutus eos iuuabat: ſuadens ubiq; ĩ ſurgendum eſſe aduerſus Macedones eorumq; dominatum depellendum. Et in Arcadia quidem etiam iurgium quoddam inter Pytheam & Demoſthenẽ fuiſſe ſcribit Phlareus illo pro Macedonibus hoc pro Græcis in concione dicente. Quo in loco cum Pytheas dixiſſet: ut domum ĩ quam uenale lac importatur: malum aliquod habere putamus: ſic ciuitatem neceſſe eſt morboſam eſſe: in quam Atheniẽſium inerat legatio. Retorſit Demoſthenes id exemplum: q̃ & lac uenale pro ſanitate ægrotantium importaretur: & Athenienſes pro ſalute ciuitatum adeſſent. Quæ cum Athenis renuntiata fuiſſent: adeo grata fuerunt: ut ſtatim ipſum ab exilio reuocarent. Damon Peanieus Demoſthenis nepos de eius reductiõe ad populum tulit: populuſq; ſciuit: miſſaq; eſt nauis una lõga in Aeginam illum aduectura. Profecti obuiam magiſtratus & ſacerdotes cũcti. Ciues etiam alii læte ſuſcepturi gregatim exiuerunt. Qua die ſcribit Demetrius Magneſius Demoſthenem ſæpius tetendiſſe manus ad cælum: q̃ præclarior q̃ Alcibiadi ſibi reditus in patriam fuerit perſuaſis ciuibus nõ coactis. Mulctã uero aduerſus eũ inflictam: neq; enim remittere illam licebat: in aram Iouis conuertendam ſtatuerunt: cõſueti ſiquidem in feſto Iouis Seruatoris pecuniam pro ornanda ara cõferre. Ad hoc perficiendum quinquãginta talenta Demoſtheni ſtatuerunt: quæ erat pœna damnationis ſuæ. Non tamen multum tẽpus patria frætus eſt: ſed haud multo poſt reditum rebus Græciæ cõfractis: maio quidẽ mẽſe pugnatum eſt apud Cranonã: Iunio autem præſidium acceperunt. Iulio deinde mortem obiit Demoſthenes ĩ hunc modum. Cũ nuntiatũ eſſet Antipatrũ & Craterum Athenas aduentare: Demoſthenes & qui cum illo ſentiebant: urbe profugerunt: populus autẽ auctore Demade capitis eos cõdemnauit. Quibus uarie diſperſis miſſi ab Antipatro ſatellites eos perſecuti ſunt. Princeps ſatellitum erat Archias quidam natione Thirius actor tragœdiarum: cuius diſcipulus fuiſſe traditur Polus ille: qui cæteros omnes hiſtriones ſuperauit. Hermippus autem Lacriti rhetoris diſcipulũ fuiſſe Archiam dicit: Demetrius uero Anaximenis familiarẽ fuiſſe tradit. Hic ergo Archias Hyperidẽ oratorem & Ariſtonium Marathonium & Himercum Demetrii & Phalerei fratrẽ: qui in Aeginam ad Eacum cõfugerant: p uim de tractos in Cleonas miſit: ibiq; ab Antipatro necati ſunt. Hyperidis ĩſuper lingua euulſa. Inde cum audiſſet Demoſthenem ĩ Calabryam ad tẽplum Neptuni confugiſſe: nauigans illuc cum ſatellitibus ſuis (thraces hi erant) templum ingreſſus eſt: ac primo ſuadere Demoſtheni cœpit ut una ſecum ad Antipatrum pergeret: nihil moleſtum ab illo perpeſſurus. Demoſthenes ea nocte per quietem uiſus erat cum Archia tragœdiis ĩ theatro certare: & cum illum ſuperaſſet: tamẽ defectu apparatus ab illo uinci. Itaq; Archiam tunc multa humaniter locutum intuens: nihil eſt Archia inquit quod coneris:

nec enim ī ſcæna mihi unq̄ placuiſti mimus; neq; nunc perſuadebis legatus. Cūq; Archia hæc audiens ſe per uim detracturum eſſe diceret: Tandem inquit macedonica oracula aperuiſti. Nā prius quidem tanq̄ hiſtrio ſimulabas. Verum age; parūper expecta: dum pauca domeſticis ſcribo. Hæc fatus in interiorem templi partem conceſſit: capto q; libro quaſi ſcribere uellet: calamum ori admouit; ac mordicus tenuit: ut in cogitādo ſcribendoq; facere conſueuerat. quod ubi per aliquod ſpatium feciſſet: demum ueſte ſe tegens caput inclinauit. Satellites qui pro foribus adſtabant: hæc intuentes uelut timidum ac uecordem Demoſthenem irridebant. Sed Archias ipſum adiens ut aſſurgeret cohortabatur: repetēs illa prius ab ſe dicta: fore ſcilicet ut ab Antipatro humaniſſime ſuſciperetur. Iam Demoſthenes ſenſerat uim ueneni uitalibus implicitam: itaq; aperiens caput: Archiāq; proſpiciens: nō anteibis me inquit in Creonte ſimulando abiiciendoq; in ſepulchrum corpus. Ego autem Neptune uiuus adhuc ex tuo ſacrario excitor. Antipater autem & Macedones ne templum quidem tuum inuiolatum reliquerunt. Hæc fatus ut ſe caperēt iuſſit. Iam tremor ac uacillatio conſpicua erat: uixq; dū ata detractus cecidit: ſuſpiranſq; emiſit animam. Venenum ex calamo illo quem mordicus tenuiſſe ſupra diximus ſumpſiſſe Ariſto tradit. Pappus uero quidam cuius hiſtoriam Hermippus repetit: inquit: cum apud aram cecidiſſet Demoſthenes: repertum fuiſſe in libro quem manibus tenuerat principium epiſtolæ in hunc modum: Demoſthenes Antipatro: nec quicq̄ amplius. De celeritate autem mortis narraſſe ſatellites illos qui pro foribus ſteterunt: uenenum ex manu fuſum bibiſſe. Ancilla uero quæ ſibi miniſtrabat dixit: longum tempus id uenenum Demoſthenem ſecum habuiſſe: quaſi præſidium quoddā & liberationem ſiquid accidiſſet. Eratoſthenes ī circulo quodam concauo: quē circa brachium ferebat: uenenum ſeruaſſe dicit. Tradunt & alii aliter: quoꝝ opiniones (multi enim ſunt ſcriptores) non eſt neceſſarium referre: niſi q; Democares Demoſthenis familiaris non putat ueneno interiſſe: ſed Deoꝝ beniuolētia ex Macedonum ſæuitia ereptum ſubito ac facili genere mortis. Obiit. xv. die mēſis iulii: qua die omnium mæſtiſſimam agentes diem apud deam ieiunant mulieres. Huic paulopoſt honorem reddens Athenienſis populus: ſtatuam: utq; maximus natu ſui generis publice ſtipendia haberet: decreuerunt. Adſcriptum eſt ſtatuæ epigrāma illud uulgatum: Si pares ingenio uires Demoſthenes habuiſſes: nunq̄ Græciæ dominatus fuiſſet macedo. Demadem haud ſane multum tempus gloria frætum Demoſthenis iudicium in Macedoniam traxit: quibus turpiter adulabatur: ab eiſdem iuſte ſupplicio affectus. Inuētæ ſunt litteræ eius: ī quibus Perdicā ad capeſſendam Macedoniam ſeruā dam q; Græciā hortabatur: a putrido ac uetuſto filo (hoc enim de Antipatro aiebat) pēdentem. Ob quæ Dinarcho corinthio accuſante iritatus Caſſander in eius complexu filium trucidauit: deinde ipſum necari iuſſit maximis calamitatibus expertum proditores in uendenda patria ſeipſos prius uenūdare. quod ſæpe prædicenti Demoſtheni credere noluerat.

MARCI TVLLII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LEONARDVM ARRETINVM VERSA.

TVLLIORVM FAMILIA QVE ET CICERONIS poſtea cognomẽtũ recepit: ex municipio Arpinati originem traxit. Principium uero generis ĩ Tulliũ Volſcorum Regem ſatis cõſtanti opinione hominũ referebat. Sed q̃q̃ a regibus orta: tamen (ut res mortalium fluxæ ac labiles ſunt) procedẽte tempore claritate nominis extincta ignobilitatẽ aduſq; conſenuiſſe uidetur: non tamen adeo demerſa: quin & Romæ ſupra uulgus emergeret: ac equeſtrem locum qui medius inter patres & plæbem habebatur obtineret. Qui primus ex ea familia Cicero cognominatus eſt: in extrema naſi parte eminẽns quiddam ĩ figuram ciceris habuit: a quo ſibi cognomen inditum ac per eum in poſteros gentileſq; traſſuſum. Ex hac itaq; familia Cicero orator natus eſt patre Tullio matre Olbia: quæ & ipſa honeſtis parẽtibus orta memoratur. Natum illum ferũt. iii. nonas ianuarias. Q. Cepione & Sertano cõſulibus. Nec multopoſt nutrici eius phantaſma uiſum dixiſſe magnam reip. ſalutem ab illa nutriri. Hæc autẽ ab initio ſpreta & pro nugis habita ipſe mox uera fuiſſe oracula oſtendit. Nam ut primum diſcendi per ætatem capax fuit: extemplo magnitudine indolis inter æquales excellens tantam ingenii famam cõſecutus eſt: ut plæriq; graues uiri rumore puerorũ cõciti ludum aduſq; proficiſcerentur ad eum Ciceronem: de quo tam multa audiuerãt: intuendum. Pueri autem tanto in honore illum habebant: ut conſtet quoſdam ex nobilitate romana a parẽtibus ruſticioribus obiurgatos: q; honoris cauſa medium p uias traducerent. Prima eius cõmendatio circa poeticam eluxit. Nam & puer adhuc libellos quoſdam uerſibus edidit: & fuit eius ſtudium prima ætate ad carmen poetaſq; ardentius. Creſcentibus mox annis ſolutam orationem utpote ampliorem & diſertiorem & naturæ ſuæ magis conſentaneam adamauit: præceptaq; dicẽdi auidiſſime proſecutus eſt. Sed & cæteris litterarum ſtudiis ita inhæſit: ut nihil prætermitteret quod ad inſtitutionẽ ſummi futuri uiri pertinere uideretur. Puerilibus ſtudiis peractis philoſophiæ & iuri ciuili operam dedit: & ĩ philoſophia quidẽ Philonem academicũ Clitarchi diſcipulum tunc Romæ cõmorantem præceptorem habuit. In iure autẽ ciuili a Mutio Scæuola iureconſulto uiro præſtantiſſimo inſtitutus eſt. Poſt hæc ſub Sylla duce marſico bello militauit: perſeueraſſetq; ĩ armis diutius: niſi euerſionem reip. & Syllæ dominatum iam inde proſpiciens improbaſſet. Finita igitur militia in urbem reuerſus exitum rerum quietus expectabat: donec Sylla iam rerum potito Sex. Roſciũ parricidii reum & ab ipſo Sylla uehementer oppugnatum in iudicio defendit. Hãc primam cauſã publici iudicii ægiſſe ferunt tres & uiginti annos natum: ut Cornelius nepos tradit: ut autem alii quidam ſcripſerunt. yii. &. xx. cum tamen annum ante cauſam priuatam pro Quintio apud Gallum Aquilium iudicem dixiſſet. Ego Cornelio Nepoti utpote coætaneo & ĩ primis familiari & cum diligentia hominẽ obſeruãti magis crediderim. Metuens inde Syllam: quem in roſciana defenſione offendiſſe cognouerat: in Græciam abiit diſſimulata cauſa ueluti curãdæ ualitudinis gratia proficiſceret. Res opportuna uidebatur: q; gracilis & ualitudinarius erat ob ſtomachi debilitatem nõ niſi leuia quædam cibariola & ea ſero tandem admittentis. Vt igitur Athenas peruenit: Pedotriuis & gymnaſiorum magiſtris ſe tradens: corpus ad robur ualitudinemq; redegit: uocẽ etiam quæ ſibi prius aſperior fuerat: ad dulcedinẽ ornatumq; emẽdauit. Ibi ſtudiis ardẽtius

incũbens Antiochum Aſcalonitem audiuit:eius in dicẽdo copia ſuauitateq; pellectus. Nam illa quæ is philoſophus innouare inſtituerat:haud quaq̃ probabat. Iam .n. Antiochum deſerta Acadæmia ſtoicorũ inuẽta plærunq; fouebat. In his itaq; ſtudiis egregie florentem & iam philoſophiam profiteri ac perpetuo in ea perſiſtere meditãté nuntius de obitu Syllæ & frequentes amicorum litteræ ad remp. reuocantium excitarunt. Ipſe quoq; Antiochus grauiſſimis adhortationibus remp. capeſſere ſuadebat:quibus tandem uictus:cum redire ad ciuilia certamina ſtatuiſſet:organũ illud rhetoricũ quod per philoſophiæ ſtudia ītermiſerat:rurſus temperare ac renouare aggreſſus:omnes dicendi magiſtros qui per id tempus Athenis erant:diligentiſſime audiuit: ſeq; apud illos exercuit. Nec iis contentus in Aſiam & Rhodum nauigauit:ut clariſſimos rhetores qui ī iis locis erant cõueniret. In Aſia itaq; Xenoclẽ ad Ramytinum Dionyſiũ Magneſium & Menippum Carem:in Rhodo Apollonium Molonis clariſſimum dicendi magiſtrum & Poſſidonium philoſophum audiuit. Per tot ille uiros tam longa itinera tã uarias regiones tanto exercitio tanta cura tantis laboribus eloquẽtiam perſecutus eſt: & tamen ſibiipſi interdum non ſatiſſacere in ea arte fatetur. At noſtræ ætatis homines ſi ſemel libellos legerint:ſi iterum ac rurſus pulpitum aſcenderint:oratoriam facultatẽ ſe poſſidere arbitrantur. Fertur Apollonii inſigne illud ac memorabile de Tullio iudicium. Nam cum Rhodum aduenisſet:ac rogatu Apollonii(quoniã latine neſciret)græce declamaſſet:cæteris qui aderant in ſtuporem tantæ eloquentiæ adductis certatim eũ laudantibus:Apollonius ipſe nec eo dicẽte ſignum aliquod lætitiæ præ ſe tulit:nec perorata cauſa utiq; laudauit:ſed diu ſecum tacitus perſtitit. Cum itaq;(ut par erat) Apollonium intuerentur:ac iudicium eius expectarent:tãdem rupto ſilentio ſic inquit:Ego te laudo equidem & admiror Cicero. Quod autem te dicẽte cauſa etiam perorata diutius tacuerim:dolor & cõmiſeratio quædam effecit. Repetebam nanq; ipſe mecum ſuperiora tempora:& armis & gubernatiõe rerump. & īſtitutis domeſticis græcos præ cæteris nationibus floruiſſe. Quibus in rebus nobis Romani palmã iampridem uera & īcredibili uirtute ſuperantes confeſſione omnium abſtulerunt. Reliqua una ac ſola ſupererat doctrinæ & eloquentiæ gloria:quam & ipſam per te nobis auferri & ad Romanos trâſferri uideo:ut nihil iam præcipuæ laudis apud noſtros relinquatur. Hæc Apollonius grauiter ſimul diuineq; locutus eſt. Sic enim re uera fuit. Cæterum cum peractis ſtudiis in Italiam rediens ingenti ſpe plenus ad remp. properaret:oraculo Apollinis delphici pene auerſus eſt. Conſulenti ſiquidem quemadmodum maximã ſibi gloriam pararet:reſpõdit: ſi naturam ſuam non opinionẽ multitudinis ducem uitæ ſequeretur. Quod ille reputans per prima ſui reditus tempora ualde pigre & diffidẽter rẽp. attingebat:& magiſtratus ſibi cõmiſſos quodãmodo horrere formidareq; uidebatur. græcum deniq; & ſcholaſticum(ut uulgo ſolet)plæriq; uocitabant. Cum autem cupiditate honoris & ipſe per ſe natura ardens & a parente amiciſq; incenſus cauſis orandis animum appuliſſet:non gradatim ut cæteri:ſed repente omnibus qui ī foro uerſabantur poſt ſe relictis:ad faſtigium euaſit. In actione tamen nõ minus q̃ Demoſthenes laboraſſe fertur:donec p Roſcium comœdiarũ & Eſopum tragœdiarum actores præbita illis diligenter opera uocem & geſtum corporis emendauit. Quæſtor inde factus & Siciliam ſortitus ſũma cum integritate & diligentia magiſtratũ geſſit:prouincialibus gratus:ciuibus romanis:qui ī Sicilia negociabãt benignus:erga õnes comis & iuſtus. Romã uero per id tempus penuria rei frumentariæ laborantem tantum frumẽti tranſmiſit:ut caritatem annonæ ſua diligetia ſubleuaret:Excogitati erant a Siculis ī memoriam eius quæſturæ honores quidam noui. Itaq; & cõſcientia benefactorum & ſecũdo fauore rerum ſuarum tanta ſpe plenus e prouincia decedebat:ut putaret apud populũ romanũ nulla de re magis q̃ de quæſtura ſua ſermonem haberi:& iam omnes magiſtratus ſibi ultro deferri. Qua de re quã ſe ipſe falleret:mox ītellexit:per ea quæ ſibi paulopoſt ridicula euenerũt. Nã cũ Sicilia decedens Puteolos ueniſſet:audiuit eſſe multos

ciues romanos qui lauandi gratia in ea loca cõuenerant: a quibus pro illa transmissiõe frumẽtaria & subleuata penuriã populi romani ceteraq; suæ quæsturæ fama ita se receptum iri existimauit: ut omnes sibi gratulabundi occurrerent. Egressus itaq; naui & circa balnea profectus ciues in corona stantes colloquentesq; offendit. Illi statim in eũ utpote tunc primum uenientem conuersi quæsiuerunt: qua die Roma exisset: & nunquid ibi esset noui? Ad hæc īdignans cũ nõ ex urbe sed ex prouīcia sua uenire respõdisset: quidam ex iis qui aderant: an nescitis inquit istum iam annum in Aphrica quæstorem fuisse. Hæc ab initio eũ turbarant uehementer: postea uero seipsum ridens q; spẽ in beneficiis uulgo collatis posuisset: stomachari destitit: & unum se fecit ex iis qui ad balnea uenissent. Cæterum animaduertens hoc habere populorum naturam: ut præsẽtia quidem acriter intueantur: absentia uero non multum discernant: statuit de cætero in oculis populi romani uiuere: externos autem magistratus ut minus efficaces ad gloriam omittere. Hinc itaq; robustius ad remp. uersus turpe quidem existimauit: si opifices ipsi nomina & uim instrumentorum omnium quibus ī officina utuntur: cognosceret: ipse autem nomina & res ciuium suorum quibus tanq̃ instrumentis quotidie uti habebat: ignoraret. Itaq; & homines & familias & propinquitates & clientelas mores deniq; & uitam uniuscuiusq; curiosissime didicit: nec erat ulla italiæ uia: de qua nõ facile referre posset: cuius uillæ cuius agri cuius clientelæ per eam essent. Mortuo patre domum paternam. Q. Ciceroni fratri cõcessit: ipse quo facilius aditus ad eum foret: circa palatium habitauit. Adeuntium sane multitudo tanta erat: ut non plures Crassũ pro diuitiis aut Pompeium pro summa potẽtia frequentarẽt. Circa ualitudinem curãdam ita diligentissimus fuit: nt non solum interuallis horarum uerum etiam deambulationibus enumeratis passibus uteretur. Raro ante occasum solis discumbebat: nec id ob occupationes negocioꝝ tantũ: q̃tũ ob stomachi cruditatem. Per hunc modum habitudinem domans ad multos & magnos labores sufficiens corpus effecit. Edilis inde factus & mox post ædilitatem præturam petens omnium competitorum (& erant quidem multi ac magni uiri) primus suffragiis populi romani prætor creatus est. Cumq; urbana sibi obuenisset: ius dixit summa diligentia: nec minori integritate: ita ut nec timore cuiusq̃ neq; gratia flecteretur. Sed cum iam auctoritatis ī eo tantum esset: ut ad petendum consulatum idoneus uideretur: omni diligẽtia adhibita ad petitionem amplissimi honoris descendit. Ardebat tunc maxime ambitio petentibus simul nobilissimis uiris. p. Galba. L. Catelina. C. Antonio. Q. Cornificio. Ciceroni uero in ea petitiõe uariæ spes uariaq; consilia fuerunt. Nonnunq̃ enim Catilinæ magis adhæsit: eũq; tũc iudicio impeditum defendere statuerat. Verbã eius ī epistola quadam ad Atticum ista sunt: Ego de meis detractoribus scripsi antea diligenter. Hoc tẽpore Catilinam competitorem nostrum defendere cogitamus: iudices habemus quos uolumus: sũma ī accusatoris uolũtate. Spero si absolutus erit: coniunctiorẽ illum nobis fore in ratione petitionis. Credo q; nõdũ orta erat cõiurationis suspicio: quæ paulopost ītellecta uel præcipue suffragata Ciceroni putatur: q; eius prudentiã sufficere credebant ad omnia quæ imminere uidebantur pericula propellenda. Creatur itaq; cõsul una cum. C. Antonio. M. Antonii oratoris filio. Hic est ille glorioſissimus cõsulatus: per quem Cicero pater patriæ primus omnium Romanorum appellatus est: quã appellationem Romani imperatores postea usurparũt. Sed Ciceroni libera adhuc ciuitate & nõ ab hoc uel illo adulatore: sed ex sentẽtia. M. Catonis hic tãtus honor accessit. Prima eius industria circa depulsionem legis agrariæ conspecta. Nam res quidem Catilinæ ab initio consulatus in occulto adhuc manebant. Cæterum magni quidã motus in rep. parabantur. Et enim proscriptorum dudum a Sylla filii ad honores restitui postulabant: non tam in iuste q̃ alieno tempore: & tribuni plæbis ob hæc & alia legem promulgarant de decem uiris cum imperio creandis. His quicquid publici erat agri p Italiam Syriam Asiã diuidendi: delectus habendi: stipendia soluendi: in exilium eiiciendi potestas p legẽ dabat.

Huic legi non ſolum plæbs in ſpem nouarum rerum erecta uerumetiam quidam am pliſſimi fauebant uiri: & in primis. C. Antonius conſul ſperans ſi lex ferretur: facile ſe unum ex decemuiris futurum. Videbatur etiam de coniuratione quæ circũferebantur non inuitus audire propter magnitudinem æris alieni. Igitur ad comprimendam hanc reip. turbationem conuerſus Cicero ãte omnia collegam a cupiditate rerum nouarum retrahendum & ſibi ac reip. uindicãdum ratus: repudiata Gallia prouincia: quæ ſibi ul tro delata fuerat: ut Macedonia Antonio decerneretur: efficit. Sanato per hunc mo dum collegæ animo: & in ſuam uoluntatem traducto: iam poſthac fortius rem aggreſ ſus tribunos plæbis ferẽdæ legis auctores in ſenatum uocatos ſic frægit: ut uicti obmu teſcerent: nec reſpondere quicq̃ auderẽt. Sed cum iidem tribuni paulopoſt eum apud populum accuſaſſent: & irritatis multitudinis animis in concionẽ uocaſſent: nihiloma gis deterritus ſecutis patribus in concionem deſcendit. Ibi quanta in eo fuerit eloquen tiæ uis: manifeſte apparuit. Habita ſiquidem graui oratione ſic mentes hominũ mu tauit: ut plæbs ipſa depoſita cupiditate legem improbaret: & auctorem ferendæ omni no deſereret. Per hunc modũ lex agraria: quæ primum a Ti. Graccho ĩtroducta & per ſingulos fere annos tribuniciis furoribus & ſummis contentionibus agitata patres & plæbẽ aſſidue collædebat: per Ciceronis prudentiam & eloquentiã facile ſopita. Huic egregio ac memorabili facto aliud lõge glorioſius & memorabilius adiunxit. Pulſo ex urbe Catilina & ſotiis deprehẽſis atq; necatis: qua de re quia uulgaris hiſtoria eſt: & ab optimis auctoribus diligentiſſime ſcripta: non erit mihi curæ niſi pauca & ea ipſa quæ ſingulari aliqua notatione digna uidebuntur repetere. Coniurauerant contra rempu blicam corruptiſſimi ciues: & ſuæ amẽtiæ ducem Catilinam habebant. Is enim cupidi tate dominãdi poſt Luciũ Syllam incenſus & iam pridem quemadmodum rẽpublicã inuadere poſſet meditatus: omnes cuiuſcunq; generis homines qui uel publice uel pri uatim fortunæ infenſi res nouas optabant: in ſuam amicitiam familiaritatemq; pelle xerat. Itaq; omnes qui damnati iudiciis: qui ordinibus amoti: qui pro commiſſis iu dicia formidabant: qui patrimonia aſſumpſerant: poſtremo omnes perditos infames egentes audaces facinoroſos ad ſe traxerat. Inter hos erant ſenatorii & equeſtris ordi nis complures: & in primis. P. Lentulus Sura uir patricius ex gente Cornelia: qui poſt conſulatum probri cauſa ſenatu amotus fuerat. Præterea multi ex ſyllanis militibus: qui olim circa Feſſulas in colonias deducti conſumptis diuitiis pro nouarum ſpe rapi narum bellum optabant. Horum ſingulis Catilina & tandem uniuerſis in unum coac tis animum ſuum aperuit: eoſq; cohortatus & premia pollicitus: ſtatuerat una cum illis rempublicam occupare: & trucidatis bonis & locupletibus quorum auctoritas in republica ualebat: ſibi dominationem: illis magiſtratus prouincias dignitates ar ripere. Sed quo facilius ea patrare poſſet: conſulatũ petebat. Fama iam quædam licet obſcura uulgarat coniurationem magnã cõtra remp. eſſe initam: cædẽ ĩgentem parari: ſed neq; auctores certos ea fama habebat: neq; per quos homines pararẽtur aperiebat. Cæterũ ea ſuſpicio (ut ſupra diximus) petitioni Ciceronis maxime profuit: q; eius pru dentiam facile reſiſtere poſſe tantis periculis arbitrabantur. Igitur ab initio conſulatus ſui famam coniurationis ſagaciter obſecutus: ubi ex Fuluia mulire nobili ortam cõpe rit: per eam ad ſe clam accitam multa pollicendo efficit: ut. Q. Curius Fuluiæ amator: qui unus ex coniuratis erat: totam ſibi coniurationis ſeriem & omnia Catilinæ conſilia proderet. Quibus per hunc modum cognotis cuſtodiæ rei publicæ uigilantius ĩcumbe bat. Tempus autem referendi ad ſenatum nondum idoneum exiſtimabat. Sed priua to conſilio & diligentia illius conatus ubiq; fruſtrabatur: quo quidem facto omnia pe ne urbis pericula in ſe unũ conuertit. Nam Catilina quoniã ipſum ualde officere ſuis conſiliis & ubiq; obſtare ſentiebat: nec eo incolumi ſe quicq̃ perficere poſſe: ante õnia ipſum occidere ſtatuit: & inſidias die noctuq; ei tendere non ceſſauit: quas tamen Cice ro non minori aſtu ſemper uitabat. Poſtremo cũ occulte inſidiæ ſæpius tentatæ neq̃q̃

procederent: proxmis comitiis quibus cõsolatũ petebat: aperta iam ui & magna armatorum manu in ipsa comitiorũ turba Ciceronem occidere statuit. quæ præsentiens Cicero: & simul existimans si ille consul designaretur: omnia haud dubie peritura: ĩ ipsa comitioꝝ die armatus in campum descendit: data etiã opera ut subtracta parumꝑ ab humeris ueste: thorax conspicuus esset: quo periculum imminens ciuibus ostentaret. Ciues ea re perculsi & de salute cõsulis solliciti: eum circunstant. Ita clarorum uiroꝝ & robustissimorum adolescentium caterua stipatus: comitiis præsidens effecit: ut iterũ Catilina repulso: Muræna & Syllanus crearentur. Hac itaqꝫ spe destitutus Catilĩa cũ bellum facere ac extrema omnia experiri decreuisset: Manlium quendam ĩ hetruriam ad mouenda arma præmisit: ipse in urbe remansit ad cætera obeunda. Ibi cum indies plura moliretur: urbi incendia: consuli necem maturaret: Cicero qꝑ priuato consilio lõgius rempublicam sustinere non poterat: & qꝑ motus iam ex hetruria nuntiabatur: nõ ãplius cunctandum ratus: totam rem (ut cognouerat) in senatu patefecit. Senatus magnitudine periculi commotus: decreuit ut cõsules prouiderent: ne quid respublica detrimenti caperet. Hæc erat sũma potestas: & non nisi extremis periculis dari consueta: quã tunc nactus Cicero: tanta multitudine armatorũ stipatus incedebat: ut magnã fori partem quotiens eo descenderet: occuparet. Formidans tamen inuidiam nobilitatis: Catilinam occidere differebat: donec manifestioribus indiciis coniuratio teneret. At Catilina qm̃ magna circa consulem præsidia cernebat: alia uia agendũ ratus. C. Cornelio & Lucio Varguntelo equitibus romanis negocium dat: ut mane ueluti salutatũ ad Ciceronẽ igressi: ex improuiso eũ domi confodiant. Quo per Fuluiam ꝑpere cognito: eos paulopost ad se uenientes Cicero ianua prohibuit. Sed eo periculo maiorem in modum excitatus: postridie in ædem Iouis Statoris senatũ uocauit. Eo cũ ipse quoqꝫ Catilina siue dissimulandi siue sui purgandi causa uenisset: præsentia eius commotus Cicero: grauissima oratione corripuit: & ĩ exilium ire iussit. Ipse ãt Catilina cum respõdere nequiret: sed in maledicta aduersus consulem prorumperet: iurgio senatorũ incẽsus: demum ueluti furens e curia domum minabũdus euasit. Ibi multa secum agitãs: tandem optimum factu ratus exercitum adire: Lentulo Cæthego & aliis: quorũ prõptam audaciam cognouerat: mandat: ut opus cõiurationis quantum possint cõfirmẽt: insidias consuli maturẽt: cædes & incendia diligenter parent: se propediem cum exercitu affuturum promittit. Hæc mandata cum dedisset: intempesta nocte porta flaminia egressus ĩ castra ad Manlium cõtendit. At Lentulus & cæteri coniurationis principes: uti Catilina præceperat: quoscunqꝫ moribus aut fortuna nouis rebus idoneos credebant: sibi asciscere conabantur: paratisqꝫ magnis ut putabant uiribus: constituerant ubi primum cũ exercitu Catilĩa appropinquare nunciaretur: ut. L. Bestia tribunus plæbis concione aduocata quereretur de Ciceronis actionibus: ĩ eumqꝫ causam belli totam refunderet: quo magis animi plæbis aduersus illum incenderentur. Inde q̃si signo dato proxima nocte Statilius & Gabinius cum magna manu duodecim opportuna urbis loca icenderent: Cæthegus ianuam Ciceronis obsideret: eumqꝫ aggrederetur: alii item alios quos ad cædem destinauerant. Erant per id tempus in urbe legati Allobrogum: quos quia publice priuatimqꝫ magno ære alieno oppressos sciebant: ad societatẽ belli requirunt: liberationem & premia insuper amplissima ciuitati eorum pollicẽtur: uictoriam in manibus esse ostendunt: participes consilii nominant: & quo facilius inducãtur legati: quosdam falso adiungunt. Illi diu secum uoluentes: tandem per Fabium Sangam cuius patrocinio utebantur: rem totam Ciceroni pandunt. Ille tẽpus manifeste deprehendendi uenisse ratus: legatis imperat ut studium cõiurationis uehemẽter simulet: dentqꝫ operã: ut illos q̃manifestissimos habeant. Igitur ex præcepto cõsulis operam promittunt: litteras a singulis postulant: quas ad ciues suos perferant. Nõ enim de tantis rebus temere credituros affirmant. Tandem a Lentulo Cæthego & Statilio litteras obsignatas accipiũt. Mittit præterea cum illis Lẽtulus Titum Vulturtiũ:

qui anteq̃ domum pergāt:ad Catilinam eos perducat. Ipſi Vulturtio litteras & mandata ad Catilinam dat in urbe parata eſſe omnia:ne cunctetur propius cū exercitu accedere. His rebus ita paratis conſtituta nocte qua proficiſcerētur:Cicero p legatos cūcta edoctus:apud pontem emilium diſpoſitis inſidiis eos capi & ad ſe cum litteris duci iuſſit. Ipſe ubi captos intellexit:ſtatim Lentulum Cæthegum Statilium Gabiniū. Q. Cæparium ad ſe uocat. Lentulum q̄ erat prætor:manu tenens ſecum duxit: reliquos cū cuſtodiis in ædem Concordiæ uenire iubet. Eo ſenatum conuocat:ſignis litteris indiciis etiā gallorū &. T. Vulturtii(nam ei fides publica data erat)cōuincuntur. Senatus decreuit:ut. P. Lētulus prætura abdicatus itēq; cæteri ī liberis cuſtodiis alius apud alium haberentur. Quare depoſita in ſenatu purpura Lentulus Publio Spinteri: Cæthegus Cornificio: Statilius Cæſari: Gabinius Craſſo: Cæparius Cn. Terentio ſenatori traduntur. Poſtridie cōuocatus ſenatus ſuplicationem diis immortalibus pro ſeruata republica Ciceronis nomine decreuit. Item legatorum &. T. Vulturtii indicia cōprobauit:iiſq; premia danda cenſuit. Sed cum Lentulus & Cæthegus per libertos & clientes ſuos plæbem concitare & direptionem moliri dicerentur:Cicero diſpoſitis per urbē præſidiis:ne quis mouere ſe poſſet:cōuocato iterum ſenatu ad patres rettulit: quid de his qui cuſtodiis traditi eſſent:item de. L. Caſſio. P. Vmbreno. P. Furio. Q. Annio(hos legati nominauerant)ſi deprehenſi forent:fieri placeret. Omnes conſulares itēq; prætorii deinceps rogati ſententiam uſq; ad. C. Cæſarem ſupplicium de his ſumendum cē ſuerant. At Cæſar ubi locus dicendi ad eum peruenit:uitam quidem ſeruabat:tantum publicanda eorum bona & ipſos perpetuis uinculis per municipia diſpertiendos cenſebat. Inter hæc Cicero aſſurgens cum utranq; ſententiam ad arbitrium ſenatus rettulliſſet:primam ſibi placere magis oſtendit. Sed Cæſaris oratio plæroſq; cōmouerat:deniq; prævalitura uidebatur:niſi. M. Cato longa & ſplendida oratione priorē ſententiam cōfirmaſſet. Ob hæc ſenatus decretum factum ē ī Catonis ſententiam:nō q̄ alii fere omnes non idem cenſuiſſent:ſed q̄ eam ſententiā iā labentem ipſe magna cōſtātia & auctoritate firmaſſet. Ad ſupplicium per hunc modum ductos fuiſſe tradūt. Cum poſt longam conſultationē in ſenatu habitam: tandē ex Catonis ſententia ſupplicīū de reis ſumēdū ſenatus ſtatuiſſet:cōſul curia egreſſus comitāte ſenatu & iuuētute nobilium armata:ad ædes eorum quibus in cuſtodiam dati erant profectus: prīo Lentulum qui apud Spinterem cuſtodiebatur:ex palatio per uiam ſacram ac per medium forum ad carcerem duxit:& publico uīdici tradidit:iubēs ut ſtatim eum necaret. Eodem modo de aliis factum eſt. Nam & itum ad ædes in quibus ſeruabātur:& inde in carcerem ducti ſpectante cum ſilentio plæbe & ſummo timore perculſa:q̄ in poteſtate conſulis & ſenatus poſitam rēpublicā ſine ulla contradictione intuebatur. Poſtq̄ omnes necati:conſul ut ſpem eoꝝ qui per noctem aliquid moliri cogitabant:præcideret:ad multitudinem conuerſus magna uoce inquit: Vixerunt. Hoc uerbum leuius eſt q̄platu:& tamē idē ſignificat quod mortui ſūt. Nox iā erat cum per medium forum in palatium reductus eſt non amplius pauore ac ſilentio ut nuper in traducendis reis:ſed permixtæ undiq; turbæ ſumma lætitia & applauſu quacunq; iter faceret:Ciceroni gratulabantur:illum ſeruatorem patriæ:illum cōditorem urbis: illū optimum conſulem uocitantes:q̄ uiuerent q̄ filios q̄ uxores q̄ libertatē q̄ ciuitatem haberent:uirtuti eius acceptum ferentes:per uiam ignis & faces lucebant:matreſſamilias nuper pauidæ prodepulſis periculis gaudio exultantes:ad tam egregium reductionis ſpectaculum:e feneſtris rectiſq; cateruatim pendebant. Deniq; tanti exiſtimatæ ſunt hæ res ab eo geſtæ:ut. M. Cato uir ſeuerus & ſummæ grauitatis earum gratia patrem patriæ putauerit appellandum:quod(ut ſupra diximus primo ōnium Ciceroni contigit:& quidem in libera ciuitate:ut inquit poeta quidam:imperatores deridens:qui ab adulatoribus hoc nomen ſumebant. Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit. Cum itaq; ex his rebus tantum auctoritatis & gratiæ Ciceroni acceſſiſſet:ut facile appareret illum etiam

poſt conſulatum principem in ciuitate futurum: cõmune malum īuidia & ambitio mentes quorundam aduerſus eum intendit. C. Cæſar qui per id tempus prætor erat: item. L. Beſtia & Metellus tribuni plæbis res geſtas Ciceronis carpere: & infectari potẽ tiam cœperunt. Deniq; abeuntem conſulatu habere concionẽ & apud populum loqui de rebus ſuis: ut mos erat: Metellus prohibuit. Tãtum ut iuraret ſibi permiſſum. Ille autem magna uoce iurauit nõ ſolum iuſiurandũ: ſed aliud pulcherrimũ: quod populus poſtea magna uoce ipſum uere iuraſſe iurauit. Ex hoc aduerſarii magis iritati: & de uolũtate populi diffiſi: legem promulgarunt de Cn. Pompeio cum exercitu ad urbẽ uocando: ut potentiam Ciceronis deponeret: non tamen ea lex ferri potuit: interceden te Catone: neq; Pompeius tunc rediit: neq; poſtq̃ reuerſus eſt Ciceroni infenſus fuit. Quinimmo ſibi gratias ægit: affirmãs ſe fruſtra triumphum reportaturum fuiſſe: ni ſi urbs a Cicerone ſeruata eſſet: in qua triumphare poſſet. Hinc ſecuta eſt inter Pompeium & Ciceronem amicitia: & in multis rebus nõ parua coniũctio: a qua tamen Cæſar & Craſſus ſic Pompeiũ nõnunq̃ auerterunt: ut intermitteret eã potius q̃ deſereret. Poſt conſulatum amplior & illuſtrior factus maiori auctoritate inſenatu uerſabatur. ī foro autem & iudiciis ſolus regnabat: nec per ullas occupationes a ſtudiis & litteris ũq̃ ceſſauit. Patrimonium ſibi non ampliſſimum: attamen ſumptibus ſufficiens fuit. Ex Terentia uxore dotem ſatis amplam accepit: ex teſtamentis amicorum multa obuenerunt. Fundum habuit in arpinati amœniſſimum: item in Tuſculano uillam quæ. L. Syllæ dictatoris fuerat. In Pompeiano & Formiano alias uillas: inſuper domum ī palatio. Ab his liberaliter ſimul & modeſte uitam ducebat cum Romanis & græcis doctiſſimis uiris: quos domi ſemp habebat. Ex patrociniis cauſarum neq; dona neq; mercedem ab ullo recipiebat: omnis eius opera gratuita erat. Florentem iam aliquot annos & gubernacula reipublicæ tenẽtem Clodianus tandem furor urbe eiecit. Fluxit autem illa tempeſtas ex huiuſcemodi cauſa: Mos fuit quotannis ī ædibus pontificis maximi ſacra bonæ Deæ fieri pro ſalute populi Romani. Ea nemini uiro fas erat intueri: mulieres tantum faciendis aderant. P. Clodius Pompeiam. C. Cæſaris uxorem amans: dum ſacra per noctem fierent: muliebri ueſte domum Cæſaris (is nam põtifex erat) ingreſſus: inter mulieres primo latuit: deīde cum per ædes errabundus uaderet: rogatus ab ancilla Aureliæ Cæſaris matris: quidnam quæreret: pediſſequã Pompeiæ quærere ſe reſpondit nomine Auram. Illa ex uoce ſuſpicata uirum: confeſtim clamorem extollit: mulieres excitæ aſſurgunt: portas claudunt: domum perſcrutantur. Tãdẽ latentẽ ī quodam cubiculo deprehendunt. Is poſtea de pollutis ſacris accuſatus: ad refellẽdum accuſatorem ſe ea die abfuiſſe procul ab urbe allegauit. Accuſator Ciceronem teſtem citari fecit: q̃ ea die Clodius domi eius fuiſſet. Id erat uerum: & Cicero teſtatus eſt: teſtati ſunt & alii clariſſimi uiri. Sed tamẽ ille corruptela iudicum abſolutus euaſit. Graui ter autem ferens teſtimonium a Tullio dictũ: præſertim q̃ ante familiaris illi fuiſſe uidebatur: grauiſſimas īimicitias aduerſus eum exercuit: ob quarum gratiam ex nobiliſſima Claudiorum gente plæbeio homini adoptandum ſe dedit: quo tribunatum plæbis nactus Ciceronem ulciſci poſſet. Traductus itaq; ad plæbem: nec multo poſt tribunus factus: ſtatim Ciceroni diẽ apud populum dixit: q̃ is ciues romanos iniuſſu populi contra leges necaſſet: & conſules quidem decretis prouinciis ſibi obnoxios fecerat: plæbẽ autẽ nouis legibus & magnis beneficiis obligauerat: ut nulla ſpes refugii apud alterutros Ciceroni relinqueretur. Ex tribus autem qui maxime per id tempus potẽtiſſimi erant: Craſſus Ciceroni infenſus aduerſabatur. Cæſar diuerſa in republica ſentiebat. Pompeius licet amicus: tamen ad utrunq; muſſabat. His difficultatibus circunuẽtus Cicero: per communes amicos ægit: ut legatus Cæſaris ī Galliam proficiſceret̃. Hoc enim Cæſar grate recipiebat: & honorificum ſibi exiſtimabat. Legatio autem illius tribunatus annũ penitus fruſtrabat̃. Quod poſtq̃ intellexit Clodius: minas deponere & benigne loqui cœpit: ac per cõmunes amicos de reditu ī gratiam cum Cicerone tẽtare:

amicitiam deniq; & beniuolẽtiam polliceri. Hæc ficta mutatio Clodii Cicerõnẽ a lega/tione auertit: quã rem Cæsar grauiter tulit: & rursus iritato accusatore ipsum etiã de cæ de ciuium apud populum criminatus grauiori periculo reum ĩuoluit. Huic accedebat incommodo: q; alter ex consulibus. L. Piso Cæsaris erat socer. Alter. P. Gabinius Cice/roni infensus ob supplicium coniuratorum. Itaq; partim simultate: partim beneficio accusatoris & mercede prouinciarum inducti: Clodio fauebant: Ciceroni aduersaban/tur. Per hunc modum undiq; oppugnatus Cicero uestem mutauit: & sordidatus circũ iens homines pro salute sua precabatur. Mutauit uestem cũ ipso uniuersus equester ordo: & ad uiginti milia hominum mutato habitu eum sequebantur. Senatus etiã cõ uenerat decreturus: ut omnes ciues ueluti in publica mœsticia uestes mutarent: quod tamen senatusconsultum impedientibus cõsulibus & Clodio armatis hominibus curi am obsidente fieri non potuit. Tantũ enim terrorem clodiana arma iniecerant: ut nõ nulli senatores laceratis togis e curia fugerent. Postq̃ igitur manifestum erat neq; sena tus auctoritatem neq; cõmiserationem habitus quicq̃ prodesse: ad Pompeium pro ue teri amicitia conuersus ut sibi opem ferret aduersus tribunitium furorem rogabat. At ille iam inde ab initio huius contentionis rogatu Cæsaris e medio se abstulerat: & in Al banum secesserat. Venientem autem ad eum Ciceronem hominem de se benemeritũ uidere non sustinuit: sed pudore adductus: quando Cæsari socero nihil illius gratia se facturum promiserat: per aliam portam uillæ egressus lõgius abiit. Reliquum ergo erat: aut in exilium ire: aut ferro dimicare. L. Lucullus uir clarissimus & magnæ aucto ritatis arma capere & ferro decernere suadebat: Aliis cedere satius uidebatur: & in aliud tempus reditum expectare. Hæc tandem sententia Ciceroni placuit. Itaq; per mediam noctem urbe egressus: terrestri itinere Lucaniam petiit ea mente: ut ĩ Siciliam inde tra iiceret. Clodius ut eius fugam intellexit: ad populum tulit de eius exilio: rogationemq; proposuit per quã infra. cccc. ab italia miliaria aqua & igni Ciceroni ĩterdicebatur. Si quis reciperet pœna aduersus eum erat exilium & publicatio bonorum. Additum erat in lege: ne quis de eo reducendo ad senatum referret: ne quis decerneret: ne disputaret: ne loqueretur: ne pedibus iret: ne scribendo adesset. Villas præterea eius ĩcendit: agros uastauit: domum diruit: & quo solum quoq; auferret templum libertatis in area dedi cauit: supellectilem & cætera hastæ subiecit: & singulis diebus proclamabat: quorum tamẽ nunq̃ repertus est emptor. Fugientem Ciceronem alii omnes benigne receperũt: præter Vibium quendam hominem sibi familiarem. Is enim ad se uenientẽ domo nõ admisit &. C. Virgilium Siciliæ prætorem qui per litteras uetuit ĩ Siciliã proficisci. Cõ silio itaq; repente mutato iter a Vibone oppido Brundusium conuertit: e Brundusio Dyrrhachium traiecit. Inde metu Antonii & quorundam inimicorum qui in Achaia erant: epiro uitato in Macedoniã transiit: ubi a Plantio officiose pieq; receptus cõmo/ratus est. Tulit autem hoc exilium nõ forti animo: nec ut homini philosopho conue/nire uidebatur: sæpe damnans seipsum q; ferro non dimicasset: damnans consilia ami corum: & perfidiam culpans semper ad Italiam conuersus semper dolore & mœrore anxius. Interea. P. Clodius potentia immoderate frætus cum Cn. Pompeio æmulari: & eius acta retractare cœpisset: adductus pœnitẽtia Pompeius: q; Ciceronem a Clodio pelli ex urbe passus esset: subito mutata mente de illo reuocando una cum cæteris ami/cis cogitare cœpit. Fauebant præcipue Ciceroni Lentulus consul & tribuni aliqui plæ/bis: inter quos erat. T. Annius Milo uir fortis & uehemens: pro quo est Ciceronis præ clara oratio. Is legem ferebat de eo reducendo. aduersus hos Clodius cum suorum ma nu resistebat. Res primo ad contentionem inde ad arma deducta est. Impediente Clo/dio legem ferri impetumq; in auctores faciente: ita ut cum unus ex tribunis ipsis uul/neraretur: alii multi necarentur. Q. Ciceronis frater non alia uia euaderet: q̃ q; se mor tuum fingens inter cadauera per forum iacentia delituerit. Prævalebat itaq; Clodius uiolentia & armis. Sed tantus erat ardor animorum tãtumq; Ciceronis desiderium: ut

incenderentur magis homines ob Clodii factum: q̄ deterrerentur. Iam enim cæteris õi/
bus posthabitis publicis priuatisq; negociis uniuersa ciuitas ad hoc unum intẽdebat.
Nihil senatus ciuibus nihil sociis nihil regibus respondebat: nihil iudices summis sen/
tẽciis nihil populus suffragiis declarabat. Tandem uero Pompeius collecta bonorum
multitudine coactis etiam ex uicinis italiæ locis non paruis auxiliis: Clodio foro expul
so: ciues uocauit ad legem de reditu Ciceronis perferendam. Nunq̄ fertur de aliqua re
tantus cõsensus totius populi romani fuisse: neq; tantum studium totius Italiæ: quæ
ob hoc ipsum romam confluxerat: ut non magis eleganter q̄ uere postea dictum a Ci/
cerone fuerit. Italiam suis humeris eum ab exilio reportasse. Senatus etiam cum popu
lo beniuolentia certans: decreuit ut ciuitates quæ Ciceronem receperant laudarẽtur: ut
q; domus & uillæ eius publicis sumptibus ædificarentur. Rediit decimo & sexto mẽse
post fugam cum summa lætitia & gratulatione totius ciuitatis. Nec tamen ob eius re/
ditum sic fractus est Clodius: ut quiesceret: nã & postea Ciceronem armatis homini/
bus aggressus occidere tentauit: & in domum impetu facto redemptoribus fugatis la/
pides & columnas disiecit. Contra Cicero ipse nequaq̄ segnis cum magna hominũ ma
nu in capitolium profectus tabulas a Clodio fixas: in quibus res gestæ tribunatus sui
scriptæ erant ui refixit atq; perfrægit: de quo cũ in senatu accusaretur: q; tabulas publi/
cas tribuniciasq; priuata ui auctoritateq; sustulisset: negauit Clodium fuisse tribunũ:
quoniam plæbeium magistratum patritio homini per leges habere fas non esset: quæ
sententia Catoni displicuit. Ille enim pernicioſum quidem tribunum cæterũ tribunũ
cẽsebat: alias nec præfectionẽ suã in cyprũ nec cætera multa ĩ republica gesta stare pos
se. Hinc secuta est inter Catonem & Ciceronem quædam offensio: non tamen quæ in
apertam simultatem euaderet: sed quæ beniuolentiæ studium significationemq; mi/
nueret. Sed cum iam clodianæ contentiones longius procederent: ac multi qui absenti
Ciceroni fauerant: reuerso præsentiq; inuiderent: ac ipse Clodius præturam peteret ad
omnia perturbanda: tãdem a Milone Ciceronis amico interfectus est: nec abfuit suspi/
cio Ciceronem eius cædis auctorem suasoremq; fuisse. Mortuo Clodio quietiora tẽ/
pora secuta sunt: multosq; per annos Cicero floruit eam mediocritatẽ ĩ republica se/
cutus: ut & Põpeio & Cæsari amicissimus esset: nec tamen a grauitate senatoria usq̄
discederet. Per hæc tempora. Q. frater Cæsari legatus ĩ galliam missus &. C. Trebatius
iurisconsultus eius familiaris Cæsari traditus. Multi etiam per eum a pud Cæsarem cõ
mendati: quos Ciceroni gratificans Cæsar magnis honoribus attollebat. Crassus etiã
cum Cicerone in gratiam rediit: cœnauitq; apud eum: ita ut quasi ex ipsius laribus ad
bellum parthicum proficiscereturAugur post Crassi interitum factus: & paulopost ĩ
Ciliciam proconsul missus prouinciam romana clade & uictoria parthorum in spẽ no
uarum rerum erectam non magis armis q̄ iustitia integritate & abstinentia ad populi
Romani fidem beniuolentiamq; reduxit. Ciuitates egentes & sumptibus iacturisq; ex
haustas acerbissimis tributis & grauissimis usuris ac falso ære alieno liberauit. Ratiões
pecuniarum ab ante decennio ad suum proconsulatum retractans innumerabilia fur/
ta per prouinciales ipsos aduersus ciuitates suas commissa emendauit: adhibita mode
ratione ut pecuniæ ciuitatibus restituerẽtur: sine ignominia illorum qui eas tenuissẽt:
Sumptibus prouincialium ita pepercit: ut neq; in se neq; in legatos fieri ullos pateret:
cum superiores proconsules intolerabiliter onerare: eorũq; comites legati præfecti ra/
pinis & contumeliis afficere prouinciales cõsueuissent. At eo proconsule nec uirgis cæ
sum quenq̄ nec maledicto aut iracundia ab ipso lacessitum ferunt. aditus uero ita faci/
les erant: ut portæ semper incustoditæ paterent. Res etiam bello magnifice in procon/
sulatu ab eo gestæ. Nam cum Parthi in Syriam transisse tumultuose nunciarẽtur: nõ
contentos prouinciam tueri sed de sociorum salute & finitimorum regum fide sollici/
tus obuiam profectus in extrema Cappadocia non longe a Thauro apud Cibistra op
pidum cũ exercitu consedit: ubi paucis diebus commoratus Ariobarzanem regem cũ

ipſo regno ſeruauit: cuius ſalus proficiſcenti ſibi fuerat a ſenatu commendata. Inde cũ Parthorum copias a Cappadocia auerſas non longe ab Amano mõte abeſſe cognouiſſet: magnis itineribus ad Amanum contendit. Sed quoniam Parthi ab ea quoq; parte iam receſſerant: amanum montem perpetuis hoſtibus infeſtum domare aggreſſus tripartito exercitu eos inuaſit: ac poſt magnam hoſtium cædem Amanum caput eius gentis item Sepiram & Cominoꝝ oppida & caſtella cõplura ui cæpit: ob quas res ab exercitu imperator appellatus eſt. Inde ad Pindiuiſſum urbem altiſſimo & munitiſſimo loco ſitam: cuius incolæ ne regibus quidem unq̃ paruerant: & tunc aduentũ Parthorum acerrime expectabant: exercitum duxit: oppidaniſq; intra mœnia compulſis uallo & foſſa circũdedit: ſex caſtellis caſtriſq; maximis ſepſit: aggere uineis turribus & omni tormentorũ genere ſeptimo & quĩquageſimo die poſtq̃ obſideri cœpta erat: expugnauit. Pro quibus rebus ſupplicatio a ſenatu Romæ decreta fuit. Triũphus quoq; redeunti oblatus: quem &ſi ab initio cõcupiſſet: tamen q; alienum a conditione tẽporum exiſtimabat: proſequi deſtitit: ferueſcentibus iam initiis ciuilis belli. E prouincia decedens Rhodum prius deinde Athenas amore & deſiderio antiquarum conuerſationum: quas adoleſcens ſtudiorum cauſa in his locis habuerat: auidiſſime reuiſit: exceptus ſummo honore tam a principibus ciuitatum: q̃ a philoſophis & diſciplinarum magiſtris qui pro ingenii & doctrinæ fama undiq; concurrebant. Sed Athenis cum eſſet: tunc primo Cæſaris motum ex gallia & turbationem ciuilis procellæ cognouit: ſtatimq; & Pompeii & Cæſaris litteræ eodem ferme tempore ad eum uenerunt. Vterq; ſane illum ueluti ſuum haud dubie uendicabat. Ipſe autem &ſi Pompeio maiori beneficio pro ſuo reditu aſtrictus hominem & cauſam ſic probabat: ut ſi ad arma iretur: ſatius duceret cum illo uinci: q̃ cum Cæſare uictorem eſſe: tamen ut medius quidã nec alterutri affectior pacis actor eſſe non deſtitit: multa ſtatim ad Cæſarem ſuper hoc ipſo multa etiam ad Pompeium ſcribens: multa poſtq̃ in urbem rediit in eam rem diſſerens: & in ſenatu & apud populum concordiam ſuadebat. Sententia eius ſemper una fuit: omnẽ pacem quanuis iniquam ciuili bello ſibi uideri præferendã. Conſilium Põpeii de relĩquenda Vrbe uehementiſſime improbauit. Sed quando ea ſententia peruicerat: ipſe cum faſcibus & lictoribus quos ſibi populus romanus dederat: ĩ prædiis ſuis circa Campaniam & maritimã oram: quarum cura ſibi mandata fuerat: uerſabatur. Nonnunq̃ uero Capuam ubi conſules & ſenatus magna pars erat: præſertim ſi de cõditionibus pacis aliquid tractari audiret: ut adiutor foret ſe conferebat. Pulſo Italia Põpeio & ſpe pacis amiſſa diu ſecum ipſe conflictatus eſt: incertus conſilii: q; in Pompeio quidem opes fractas & non probanda conſilia: in Cæſare uero flagitioſam belli cauſam eſſe uidebat. Ita ſi Pompeium ſequeretur: clade ſui & ſuorũ: ſi deeſſet bonoꝝ cauſæ: rumores hominum erant ſubeundi. Ea cunctantem & ambiguũ diutius tenuerũt: ſic tamẽ ut honeſtatis rationem ſẽper utilitati ſecuritatiq; præferret: quod cum alias tũ in eo cõgreſſu: quem cum Cæſare habuit patefactum eſt. Nam rediens Brunduſio Cæſar: cum poſt fugam Pompeii romam peteret: Ciceronem ut prædiximus in prædiis cõmorantem uidit: ac nonnulla aduerſus eum queſtus tandem rogauit ut ad urbem adeſſet. Cui Cicero nihil ſũmiſſe nihil niſi cũ dignitate & magno animo reſpondit: oſtẽdens ſi adeſſet quas ſẽtẽtias dicturus foret: quaſue reipublicæ calamitates ploraturus. Non enim placere ſenatui exercitum populi romani contra alium: item populi romani exercitum in Hiſpanias duci nõ in Græciã tranſportari. Cumq; Cæſar reſpõdiſſet: At ego iſta dici nolo. Ita putabam inquit Cicero: ſed ego eo nolo adeſſe: q; aut mihi dicendum eſt quæ nullo modo ſilere poſſum: aut nõ ueniendum. Tandem Cæſar ita diſceſſit: ut diceret Ciceroni ſuper hoc deliberãdum: nec multopoſt ex urbe ad eũ ſcripſit ignoſcere ſe illi q; non affuiſſet: idq; in optimã partem accipere. Profectus poſthæc in Hiſpanias Cæſar: cum rumor ĩcrebruiſſet Ciceronem in caſtra Pompeii nauigaturum: ex ipſo itinere ad eũ ſcripſit: monẽs atq; rogans ne quo progrederetur: ſuadẽſq;

ut procul a bellorum curis medius : ut facere cœpisset:alicubi cõquiescerẽt. Verba eius epistolæ infra posui:Cæsar imperator.S.dicit Ciceroni imperatori. Etsi te nihil temerẽ nihil imprudenter facturum iudicarem:tamen ꝑmotus hominum fama scribendũ ad te existimaui:& pro nostra beniuolentia petendum:ne quo progrederis inclinata iã re:qua integra progrediendum tibi non existimasses.Nam & amicitiæ grauiorem iniu riam feceris:& tibi minus commode consulueris : si non fortunæ obsecutus uidebe/ris.Omnia enim secundissima nobis aduersissima illis accidisse uidentur.Nec causam secutus(eadem enim tum fuit:cum ab eorũ cõsiliis abesse iudicasti)sed meum aliquod factum cõdẽnasse:quod mihi grauius ab ste nihil accidere potest:quod ne facias ꝑ iu/re nostræ amcitiæ a te peto.Postremo quid uiro bono & quieto & bono ciui magis con uenit:q̃ abesse a ciuilibus controuersiis:quod nõnulli cũ probarent:periculi causa seq̃ non potuerunt. Tu explorato & in te meo testimonio & amicitiæ iudicio neq; tutius neq; honestius reperies quicq̃:q̃ ab omni contentione abesse. Vale.xv.k.maias ex itine re.Satis ergo erat Cæsari:ut cũ neutro esset.Hoc idem . M.Cælius hoc Dolobella sua debat:ut in eorum epistolis apparet.Et si ab euentu res iudicandæ sunt:hæc potiora cõ silia fuerunt:quod Ciceronis prudentiam nequaq̃ fallebat.Sed uirum bonum & opti mas reipublicæ partes susçipere consuetum pudebat in iis castris nõ esse:ĩ quibus Põ/peium ducem optime de se meritum & senatum & consules esse uidebat: augebaturq; sermonibus qui e castris de eo afferebantur:male de se existimare senatum & tales ci/ues permoleste ferebat.Hæc tandem quasi tormenta quædam uirum expugnarũt : ut non modo Cæsaris amicitiæ uerumetiam tuto ocio bellum periculosũ desperatumq; præferret . Parata igitur sibi occulte naui:q̃uis omnes oræ cæsarianis custodiis ne quis ex Italia discederet:obseruabãtur:& Antonius de Ciceroe obseruando nominatim sibi a Cæsare imperatum asseuerabat:tamẽ nullo negocio mare ingressus ad castra Põpeii nauigauit.Aduentus eius eo gratior fuit:quo insperatior: quippe nemo iam uenturũ existimabat.Sed cum deteriora opinione cuncta offendisset:neq; cõsilium belli ita ge/rendi neq; copias.Cn.Pompeii neq; genus exercitus comprobaret:pacem primo:dein de quod Põpeius ab ea sententia ualde abhorrebat:ut bellum traheret suadere ĩstitit. In quibus cum non multum sibi obtemperaretur:& præterea rapacitas atq; crudelitas multorum quos emendare non licebat : eum offenderet:quasi pœnitentia adductus quod eo accessisset:omnia cõtẽnere:& sese quantum poterat a rebus gerẽdis alienare cœpit.Cõmisso deinde in Pharsalia prælio:in quo ipse ualitudine aduersa impeditus nõ affuit.M. Cato qui naualibus copiis apud dyrrhachium præerat:cognita Cæsaris uictoria classem & exercitum Ciceroni tradere uoluerat : sibiq; concedere:ut par erat: prætorium hominem uiro consulari:& fasces a populo Romano habẽti.Id õnes qui ĩ exercitu erant:Ciceroni suscipiendum censebant:& in primis Pompeius filius omnes deniq; sibi ducem pro communi salute Ciceronem deposcebãt . At ipse quoniam nul/lo modo putabat cui integri pares non fuissẽt:eidem fractos superiores fore: & simul existimans esse sapientis & boni ciuis initia belli ciuilis inuitum suscipere:extrema nõ libenter prosequi:postulationem Catonis & aliorum qui ad suscipiendũ imperiũ hor/tabantur:omnino reiecit:seq; sibi finem belli fecisse & in ociũ properare palam respõ/dit.quod eius dictum adeo infeste quidam recæperunt:tantusq; repente furor mentes inuasit:ut ipse Cicero pene interficeretur : Pompeio cum suis eductis gladiis sic obsti nate in eum ruentibus :ut Catoni magnum negocium fuerit illorum temeritatem fu/roremq; comprimere.Inde ergo propere in Italiã reuersus reditum Cæsaris circa ægyp tum asiamq; diutius commorantis Bruduſii expectauit:uacuus quidem a bellorum curis:cæterum tantis usuris ac tam magno ære alieno inuolutus:ut patrimonium eius pene totum absorberetur. Id uero non tam sumptibus quos per illa bellorum tempo ra magnos subierat: q̃ incuria & negligentia dispẽsationis accidisse uidebatur:quæ res animum eius a Terentia uxore incredibiliter alienauit : præsertim cum aliæ quoq;

indignationis cauſæ aduerſus eam ſubeſſent: faſces tamen laureatos ac turbam lictorum quos ab initio urbe extulerat etiam Brunduſii retinuit. Poſt lōgam expectationē cum Cæſar tandem appuliſſe Tarentum atq; inde terra iter facere nunciaretur: obuiā proceſſit: bona quidem ſpe ſed āxius cura quemadmodū uictorem alloqui oporteret. Enim uero nil ut faceret diceretue præter dignitatem opus fuit. Cæſar quippe ut ad ſe porro uenientem proſpexit: ad terram deſcendit: eumq; humaniſſīe cōplexus ſolus cū ſolo multa ſtadia loquendo confecit: in honore deniq; eum habere & familiariter uti perſeuerauit. In urbem inde reuerſus quoniam ſumma rerum in arbitrio unius poſita foro & curiæ locum nullum relinquebat: ad litteras & ſtudia ſe rettulit: ut quando alia non dabatur: illa ſaltem uia ciuibus ſuis prodeſſet. Plurimum uero per id tempus in prædiis ſuis morabatur. Ad urbem niſi Cæſaris ſalutandi aut pro ſalute alicuius ciuis orandi cauſa non accedebat: ut pro. M. Marcello de cuius reſtitutione a Cæſare īpetrata ſenatus nomine gratias ægit: ut pro. Q. Ligario & Deiotaro rege: quos apud Cæſarem iratum uictoremq; defendit. Cæterum omne tempus aut diſputationibus familiarium aut legendo ſcribendoq; aſſumebatur. Homo uere natus ad prodeſſendū hominibus uel in republica uel in doctrina: Siquidem in republica patriam conſul & īnumerabiles orator ſeruauit: in doctrina uero & litteris non ciuibus ſuis tātum ſed plane omnibus qui latina utuntur lingua: lumen eruditionis ſapientiæq; aperuit. Hic enim primus philoſophiam antea noſtris litteris incognitam & pene a romano ſermone abhorrentem: de qua nec latine ſcribi nec diſputari poſſe plæriq; docti uiri arbitrabātur: latinis litteris explicauit. Hic plurima uerba ad uſum patrii ſermonis adiunxit: quo lucidius & commodius philoſophorum inuenta diſputataq; exprimerentur. Hic dicē di præcepta & artem priuſq̄ ulli noſtri: doctius q̄ ulli græci patefecit & tradidit. Hic ad poteſtatem romani imperii dominam rerū humanarum eloquētiam adiunxit. Itaq; non magis patrem patriæ appellare ipſum conuenit: q̄ parentem eloquii & litterarum noſtrarum: cuius libros monumētaq; ſi euoluas: nunq̄ ocium ſibi fuiſſe credas ad negocia obeunda. Rurſus autem ſi res geſtas eius ſi contentiones ſi occupationes ſi certamina in republica & priuata conſiderētur: nullum tempus illi reliquū fuiſſe exiſtimes ad legendum uel ſcribēdum. Ita ſolus (ut credo) hominum duo maxima munera & difficillima adimpleuit: ut & ī republica orbis terrarum moderatrice occupatiſſimus plura ſcriberet: q̄ philoſophi in ocio ſtudioq; uiuentes: et rurſus ſtudio libriſq; ſcribendis maxime occupatus: plura negocia obierit: q̄ ii qui uacui ſunt ab omni cura litterarum. Huius ego cauſam fuiſſe puto primo admirabilem quādam ac diuinam īgenii magnitudinem: deinde uigilantem ſolertemq; naturam: tertio q; plenus ōni ſapiētia ōniq; doctrina ad rempublicam ſe contulerat. Itaq; ex eodem philoſophiæ ſacrario & facta ad rempublicam gubernamdam & dicta ad ſcribendum præcipiendumq; aliis depromebat. Ingenue uero ab adoleſcentia eruditus & in dicendo plurimū exercitatus: facile & ſine labore cogitationes ſuas mandare litteris poterat. Hac igitur fœlicitate ingenii hoc naturæ munere hac deniq; ſapiētia & eruditione frætus a puericia ad exitum uitæ multa præſcripſit: multa etiam cum mors indigna illum eripuit: ſcribere inſtituerat. Genera autem ſcriptorum eius quadripartita fuerūt. Quemadmodū enim illius opera partim in republica adminiſtranda: partim in foro iudiciiſq;: partim in domeſticis familiaribuſq; negociis ponebatur: erat autem & aliud tempus quod ſeorſū ad ſtudia doctrinaſq; referebat: ſic ſcriptorum eius alia publica ſunt: alia forenſia: quædam familiaria: quædam ſtudiorum atq; doctrinæ. In quocunq; ſane horum permulti libri ab eo diuine immortaliterq; perſcripti: de quibus non alienū fuerit breuiter prout uel ipſi uidimus: uel ab aliis accæpimus recenſere. Atq; ut ab ea parte quæ ad ſtudia & doctrinas pertinet: & in illa ipſa ab optimis incipiamus: inter maxime præſtabilia eius generis opera ſex libri de republica fuiſſe memorātur: quos conſtat ab eo editos poſtq̄ ab exilio in urbem redierat. Scripſit poſt hæc de finibus bonoꝝ & malorū libros quīque:

ī quibus Stoicorum Peripateticorū Epicureorum Academicorum ſectas uarietateſq; aperuit: Tuſculanarum quæſtionum libros quīq;: de natura Deorū tres: de diuinatione duos: de legibus tres: de officiis totidem: aduerſus uituperatores philoſophiæ librū unum: Academicorum libros quattuor: de ſenectute: de amicitia: de conſolatione libros ſingulos: de gloria libros duos: de Fato unum: Laudationem Catonis: aduerſus quā Cæſar Anticatones reſcripſit. Paradoxa ad Brutum: Topica ad Trebatium. Trāſtulit Platonis Timeum: atq; Protagoram Xenophontis: Economicum Arati librū exametro carmine: Demoſthenis & Eſchinis oratiōes illas famoſiſſimas ī cauſa Cteſiphōtis: quæ cum apud noſtros negligenter cuſtoditæ ianpridem ex Italia tanq̄ peregrinæ alienæq; aufugiſſent: nos Ciceronem imitati eas ex græcia in latiū noſtra manu reduximus. Scripſit etiam in oratoria facultate Rhetoricorum libros quinq; ad. C. Hærennium: item de eadem re libros duos. Poſt hæc longe eruditius de oratore libros tres: in quibus omnem ueterum & ariſtotelicam & iſocrateam rationē oratoriam complexus eſt: de optimo genere dicendi ad. M. Brutum: de partitione oratoria ad. M. filium: itē alium de eadem re librum qui orator dictus eſt: commentarios conſulatus ſui græce ſcriptos: quos ad Poſſidonium philoſophum miſit: item uerſibus tres libros de tēporibus ſuis. Hæc ferme in illo ſtudiorum & doctrinæ genere ab eo edita. Publica uero & forenſia eius opera orationibus continentur: quarum eas quæ in ſenatu uel ad populū habitæ ſunt: publicas: quæ uero priuatam alicuius defenſionem impugnationēq; iudiciariam continent: eas forenſes priuataſq; impræſentiarum uocamus. Publicas igit̄ reliquit de lege manilia: item quā conſulatum iniens. k. ianuariis in ſenatu habuit: item ad populum de lege agraria: item de proſcriptorū filiis: pro Othone: pro Rabirio: duas item ad legem agrariam pertinentes: in Catilinam & coniuratos quattuor: in Metellum: in Saluſtium: de exilio ſuo orationes tres: de prouinciis conſularibus: de reſpōſis haruſpicum: pro. M. Marcello: in. M. Antonium libros. xiii. Forenſes uero ſūt pro. P. Quintio: pro ſex. Roſcio. pro. A. Cluentio: ſeptem libri accuſationis ī Verrē: oratio in Vatiniū teſtem pro. P. Seſtio: pro. L. Muræna: pro. P. Sylla: pro. Cn. Plācio: pro Cornelio Balbo: pro. L. Flacco: pro. M. Cælio: pro Fundanio: pro Vareno: pro Cecinna: p Milone: pro Archia poeta: pro Scaurio: pro Oppio: pro Tullio: pro domo ſua ad pōtifices: pro. Q. Ligario: pro rege Deiotaro. Hæc forenſia. In domeſtico autem illo familiariq; ſcribendi genere epiſtolas pene innumerabiles ſumma cum elegantia ſcriptas reliquit: quibus ad amicos ſcribens: multa uolumina referſit. Sed earum extāt hodie ſex &. xxx. libri qui inter manus uerſantur: quorum ſunt ad Atticum libri. xvi. ad. Q. fratrem libri tres. reliqui ad. M. Brutum: ad Cn. Lentulum: ad. P. Sulpitium: ad. M. Varronē: ad. M. Cæliū: & ad alios præſtātiſſimos ſuæ ætatis uiros. Plurima uero eius generis amiſſa ſunt. Nam & ad. M. filium & ad Cornelium nepotem & ad. C. Cæſarem: & ad Hirtium & ad Panſam: & ad Cæſarem iuniorem multos epiſtolarum libros ſcripſiſſe eum cōſtat: quorum nullus hodie reperitur. Quippe libro. v. epiſtolarum ad Hirtium & ſecūdo libro ad Cæſarem iuniorem allegatas eius ſententias legimus. Sunt igitur quos adhuc nominauimus. clxiii. quorum ad ſtudia & doctrinas pertinent. lviii. ad reipublicæ actiones tres & trigīta: ad forū & iudicia. viiii. &. xx. ad rem familiarē. iii. &. xxxx. Nec tamen nos ideo eos numerauimus: q; tot duntaxat eum ſcripſiſſe: ſed ut de multis quos ille ſcripſit: tot ad noſtram noticiam deueniſſe oſtēderemus. Nā multo plura ab eo ſcripta conſtat: præſertim ī familiari ac forenſi generibus. Scripſiſſe fertur cum ſumma facilitate: quod & multitudo librorū & textus ipſe orationis nitidæ illaboratæq; fluentis oſtendit. Neq; tantum proſa ī quo genere ingens illa uerborum & ſententiarum copia uelut mananti fōte exuberat: uerumetiam metro quotiens animū appuliſſet: nō pauciores quingentis uerſibus per ſingulas noctes componere ſolitum tradiderunt. In dicendo uero quanta illi uis quanta gratia fuerit: multa teſtantur: & illud ī primis quod aduerſarii regē inuidioſo nomine appellare cōſueuerūt: q; uidelicet

nulli abſoluerentur: nulli damnarentur: niſi quos ille abſolutos dānatoſq; uoluiſſet. Probant multæ eius ac præclaræ defenſiones: in quibus uel manifeſtorum criminum reos uel alias odioſos atq; inuiſos ab inuitis & obſtinatis iudicibus orādo extorſit. In cauſa. Q. Ligarii quæ apud Cæſarem dictatorē acta eſt: fertur Cæſar ita animatus fuiſſe: ut Ligarium omnino pro condemnato haberet: & cum Cicero defenſurus uenit: dixiſſe ad amicos: reum quidem damnare certiſſimum eſt: nil tamen prohibet Ciceronē audire. Sed idem ille qui hoc dixerat: mox agente oratore propoſitum illud damnandi tenere non potuit. Prudentiſſima enim & artificioſa oratio cum gratia & plenitudine ad aures eius peruenies: tam uarie mentem animumq; affecit: ut ſæpe uultū colorēq; mutaret. Vbi uero ad commemorationem pugnæ deuenit: cum in accuſatorem acriter conuerſus illa dixit: Quid enim Tubero ille tuus diſtrictus in acie pharſalica gladius agebat? cuius latus petebat? quis erat ſēſus armorum tuorum? quæ tua mens oculi manus ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Eo iſta dicente ita Cæſarem extra ſe poſitum & quaſi mente alienatum ferunt: ut toto corpore excuſſo libellos quos manu tenebat abiiceret: deniq; ui coactus cōtra propoſitū animi reum abſoluit. Quid. L. Flacum repetundarum reum: nonne omnium opinione damnatum & teſtimoniis multarum ciuitatum conuictum iudicibus extorſit? Quid Murænam: quem Cato de ambitu accuſauit: nōne cum de crimine ipſo conſtaret: Cicerone orāte abſolutus eſt? Quid legem agrariam: nonne ardenti & cupientiſſime plæbi funditus diſſuaſit. Sed habuit ī his tempus ſpatiumq; cogitandi. Quid autem illa quæ pro. M. Othone ſubito & ſine ulla præmeditatione effecit? Cum ille romanos equites mixtos cum cætera plæbe ſpectare ſolitos lege lata ſegregaſſet: ac ob id plæbs ſe deſpectā putans ſūmo odio in Othonem accenſa uenientem in theatrum maledictis & iurgio inceſſiſſet: cōtra equeſtris ordo reclamaret: animis undiq; inflāmatis: nonne Cicero qui per id tempus conſul erat: aduocata confeſtim plæbe ita dicendo mentes immutauit: ut in theatrū reuerſa Othoni applauderet. Nec minor ſane in accuſando q̄ in defendendo fuit. Nihil profecto uehemetius romana iudicia unq̄ uiderunt: q̄ accuſationem. C. Verris. Nihil unq̄ uiolentius neq; aſperius curia audiuit: q̄ accuſationē Catilinæ. Atqui conſtat Ciceronē initio dicendi ſubtimidum fuiſſe: quod & ipſe multis locis fatetur: & omnibus fere optimis oratoribus euenisſe oſtēdit. Sed ut ab initio paueſcebat: ſic poſtq̄ prima illa initia euaſerat: audentiſſimus erat. Quippe in accuſatione contra Verrem eouſq; uehementiæ audaciæq; proceſſit: ut iudicibus grauiter minatus ſit: niſi reum condemnarent. Et Catilina homo audaciſſimus ab eo in ſenatu accuſatus propter uehementiam accuſationis obmutuit. In Metellum quoq; & Clodium & Antonium ita īuectus eſt: ut eorum audaciam furoremq; perfringeret. Vnde illud ī eo præcipue amandum: q̄ tanta potētia iudiciorum frætus neminem unq̄ ī iudicio accuſauit: præter unum. C. Verrē quem Siculorum gratia perſecutus eſt. Cæteram omnem forenſem operam in defenſione calamitoſorum exhibuit. Sed & in ſententiis dicendis & ī omni elocutione plurimū emi nebat. Quædam ſunt eius orationes totæ ſubtiles: ut pro Quintio ut pro Cecinna: quædam totæ graues: ut cōtra Catilinam & aliquæ Antonianæ: multæ uariæ: ut de reſpōſis haruſpicum: ut pro Cluentio ut pro Milone. Longum eſſet ſingula proſequi: & per omnes orationes eius uagari. Illud dixiſſe ſat erit: Ex tanta multitudine ſtudioſorum hominum: qui uel in eius ætate fuerunt: uel poſtea ſecuti ſunt: neq; dicēdo adhuc quiſq̄ Ciceronem æquauit: neq; ſcribendo proximus acceſſit. Vna tantum ī re audiētibus grauem fuiſſe dicunt: q̄ de ſe ac de illo conſulatu ſuo plurimum loquebatur. Sed hæc certe neceſſaria erant contra inuidentes carpenteſq; repetere. & habebant medicinam quod nemo in laudibus cæterorum hominum magis profuſiſſimus unq̄ fuit: nemo aliorum commendationibus detraxit minus. Laudabat ſe nonnunq̄. At Catonem Lucullum Hortenſium Pōpeium & cæteros præſtantes in republica uiros coætaneos ſuos ī cælum tollebat. Dixit aliquid de facultate dicendi. At Platonis dialogus

ſic ſcriptos aiebat:ut ſi Iupiter loqui uellet:non aliter loqueretur. Ariſtotelem flumen aureum uocitabat. Theophraſti libros ſuas delitias eſſe dicebat. Demoſtheni tantum tribuit:ut Antonianas orationes ī quibus maxime nixus eſt:ob illius honorem Philippicas appellarit. De ipſo etiam ad Brutum ſcribens:Illum multa in dicēdo perficere: ſe multa cōari:illum poſſe:ſe uelle aſſerit. Nam . M. quidem Varronem & libros eius tātis laudibus extulit:ut ſibiipſi & ſuis nullam feciſſe reliquam uideatur. Quis igitur ueras eius laudes non libenter audiat:qui nemini unq̄ inuiderit:& aliorum laudes tā a uide complectatur? Nimis profecto inſolentes ſtudioſiq; ſumus . Virtutes ab omnibus ad unguem exigimus:eos de illiſipſis loqui non toleramus. Sed non eſt propoſiti noſtri cauſam agere:ſed uitam moreſq; deſcribere. Ad rem igitur redeamus. Ex patrociniis neq; dona neq; mercedē ab ullo recæpit. Munera a Siculis ultro ingentia magnificaq; delata conſtantiſſime renuit:eo duntaxat contentus:ut ædilitatem ſuā tranſmiſſione frumētaria nec illa quidem gratuita adiuuarent. In reſpondendo laceſſēdoq; ex tempore acutiſſimus fuit. Clodio obiectanti:q; iudices ei non crediderant: ſibi credi diſſent:reſpōdit:At uero illi quoniam anteq̄ abſoluerēt:pecunias uoluiſſent. Metello in contentione ſæpius īterroganti quis pater eius fuiſſet:matrem difficilius relatu hoc illi feciſſe reſpondit:nā Metelli mater parum pudica habita fuerat. Hortenſio cui Verres ſpingem donauerat:ſe quoddam obſcure dictum non intelligere dicenti:domi ſpīgem habere cauillatus eſt. Ioco & riſu in omni uita pene intēperante uſus eſt:acumēq; ingenii mirifica condimenta iocanti ſuppeditabat. In cauſa Murænæ in Catonē & opiniones illas Stoicorum quæ Paradoxa uocant:perpetua oratione iocatus:tantum riſū in iudicio excitauit:ut fluerent omnibus lachrymæ:neq; e iudicibus neq; e multitudīe circunſtantium quiſq̄ ſeſe recipere aut continere poſſet. Catonem quoq; exhilaratum dixiſſe ferunt:q̄ ridiculum conſulem habemus. Erat enim tum Cicero conſul:cū Murænam defendit. In cauſa quoq;. L. Flacchi non mediocriter profuiſſe iocus creditur in teſtibus refutandis. Sed & in aliis nunq̄ occaſionem iocandi ſibi oblatā reſpuit. P. Cōſta fuit profeſſione quidem iuriſconſultus ſed hebetis īgenii minimæq; ſciētiæ. Is teſtis in quadam cauſa productus de re interrogatus:ſe nihil ſcire reſpondit. Tum Cicero ad eum:Siſte inquit:tu fortaſſe te de iure interrogatum credidiſti. Nec minus uenuſte in. L. Coctam cenſorem iocatus eſt. Nam cum negocia obeunti ī foro & tandem ſitiēti aqua ad potum fuiſſet oblata:amicos uocauit:& circuntegere ſe iuſſit:ne ſi cēſor ſciret eum aquam potare: ſenatu amoueret . Erat enim Cocta cenſor de uinoſitate famoſus . At cenſores ſolebant uinoſos ſenatu amouere. Sed neq; a Cæſare iam dictatore laceſſendo abſtinuit. Nam cum ille prædia paruo admodum precio Seruiliæ uendidiſſet:multis ut fit uilitatem mirantibus:At quo melius īquit empta ſciatis:tertia deducta eſt. Illa nanq; filiam ſuam nomine Tertiam Cæſari conciliaſſe & ad eū duxiſſe putabatur. Prolixam certe haberet materiam:ſiquis iſta colligere ac proſequi uellet:ſunt enim pene innumerabilia eius dicta. Non enim amicis non inimicis non domeſticis non ſibiipſi in hoc urbanitatis genere unq̄ pepercit. Hanc eius lætitiam iocū ditatemq; naturæ domeſticæ moleſtiæ ad extremum turbarunt:de quibus(ut lucidius intelligi poſſit)ſuperius repetam. Habuit Cicero Terentiam uxorem:& ex ea Tulliolā & Marcum filios habuit: & duos fratres aliū germanum alium patruelem:ex quibus . L. Cicero qui patruelis erat:adoleſcens magnæ indolis & oratoriæ artis ſtudioſus ante conſulatum eius diem obiuit. Q. uero frater uxorem habuit Pomponiam Attici ſororem:& ex ea filium nomine Quintū . Libertorum & ſeruorum utriq; magna familia patrimonia ſatis ampla. Sed. Q. fratri ex gratia potius Ciceronis q̄ ex ſua uirtute honores opes & dignitates accreuerāt. nam ipſe quidem per ſe haud multi habebat. Ex Tulliola generos habuit duos:& quidem utrunq; ſummæ nobilitatis:primo Craſſipedem Piſonem qui paulo ante profectionem eius in Ciliciā defunctus eſt:poſtea Cornelitū Dolobellam:cui etiā eo ī Cilicia proconſulatū gerēte Tulliola nupſit. Hæc tranquilla

omnia & plena dignitatis concordiæq; fuerunt uſq; ad tempus ciuilis belli. Poſtea uero eadem illa fortuna quæ rempublicam ſæuiendo inuaſit:nõ minori impetu domũ Ciceronis ingreſſa cuncta turbauit:atq; permiſcuit. Q. frater durante adhuc bello ciuili adeo inimico animo in Ciceronem factus eſt:ut etiam ſcripſerit orationem quam cõtra eum apud Cæſarem recitaret. Q. Cicero fratris filius adoleſcens audax & facinoroſus etiam de ipſius cæde quandoq; cogitauit. Eorum peruerſitates Cicero ita leuiter tulit:ut per hæc ipſa tempora quibus illi maximis eum iniuriis appetebant. Q. fratrem apud Cæſarem qui ſibi iratus putabatur:non deſtiterit cõmendare. Sed nec Terentia uxor in fide permanſit. nam illa q̃dui ipſe abfuit: Pompeium ſecuta:nihil unq̃ ex eius ſententia domi geſſit. Patrimonium parum diligenter parumq; fideliter adminiſtratum ſumptibus iacturiſq; exinaniuit:pecunias ad eum nunq̃ miſit:in ſumma egeſtate uiatici conſtitutum: & ſæpius per litteras poſtulantem:quaſi alienum & nunq̃ rediturum neglexit. Poſtq̃ in Italiam rediit:cum multum tempus Brunduſii reditũ Cæſaris expectans moraretur:nũq̃ ad ipſum uenire dignata eſt. Quin etiã Tulliolæ filiæ Brunduſium eunti nec una ire uoluit nec ſatis decentem comitatum puellæ tradidit: peruerſe deniq; omnia facere moliriq; uidebatur. Quibus tãdem rebus coactus eſt exẽplo ſummorum uirorum eam dimittere. Super hæc omnia grande æs alienũ ſub uſuris ſumptum indies omnia deuorabat:& accedebat reſtitutio dotis Terentiæ facienda: quibus cum aliter ſatiſfieri non poſſet:tandem ex amicorum ſentẽtia Publiliã:cui ampla hæreditas erat uxorem accæpit. Nec multopoſt ſummo ipſum dolore affecit Tulliolæ mors:quam partu laborantem per id tempus amiſit:quo Cæſar in Hiſpania contra Põpeii liberos bellum gerebat. Pro linimẽto huius doloris ſcriptus eſt ab eo liber: in quo ſeipſum conſolatus eſt. Sed etiam alii multi conſolationes ad eum ſcripſerũt: ex quibus extat adhuc Serui Sulpitii cõſolatio pulcherrima. Cæſar quoq; ex Hiſpãia cõſolationem Tulliolæ ad Ciceronem ſcripſit:& Brutus Romæ. O ſæculum doctorũ hominum. At nunc uix eſt qui prima elementa proferre ſciat:uix eſt qui curet. Publili am uxorẽ q; morte Tulliolæ lætari uiſa erat:ab ſe Cicero ſeparauit. Ipſe aſtute aliquãdiu ſeceſſit. M. Cicero filius non ſatis bona exiſtimatione per hoc tempus fuit. Is tamẽ poſtea Athenas miſſus & Cratippo traditus:breui profectu famã recuperauit:hæc domeſtica. Interfecto Cæſare cum recuperata libertas uideretur:ſtatim princeps in ſenatu apparuit:pacem inter Cæſaris amicos & iterfectores eius qui capitolium occupauerant perſuaſit:memoriam priſtinarũ diſcordiarum obliuione ſempiterna delendam cenſuit. Et ſane ab initio ſecundiſſime omnia. Brutus & Caſſius a ſenatu laudati:gratulationes & applauſus ut liberatoribus patriæ per totam urbem facti. Sed cum mox Antonii conſulis mutata uoluntas & res ad ſeruitutem rurſus ſpectare appareret:Brutus & Caſſius tuto in urbe eſſe non poſſent:omnia deniq; ab Antonio flagitioſe agerentur:in græciam abire ſtatuit: ea mente ut. k. ianuariis in urbem adeſſet: q̃ erat initium Panſæ & Hircii conſolatus futurum. Delatus ergo in Siciliam & inde cũ græciam peteret:uento ad Leucopetram reuectus redeundi in urbem conſilium cœpit:accepta. M. Antonii concione & magna eius mutatione per quoſdam nuntiata:quaſi ille repudiatis malis ſuaſoribus ad ſenatus auctoritatem ſe totum rettuliſſet. Reuerſus itaq; propere in urbẽ nihilo meliora offendit:q̃ proficiſcẽs reliquerat. Antonius enim manifeſte ſibi tyrannidem parabat:in ſenatu quotiens ueniebat milites armatos inter ſubſellia ſenatorum collocabat. omnia uenalia impudentiſſime habebat. Reditus Ciceronis magnã Antonio ſuſpicionem attulit:& cum forte per eos dies ſenatũ haberet: ac Cicero q̃ erat feſſus e uia:uenire cauſaretur:cum fabris ſe eius domum audiente ſenatu diſturbaturum minatus eſt:quod Cicero pro ſua dignitate inique tulit:& ueluti ad grauem contumeliam accæpit. Itaq; poſtridie in ſenatum ueniens cum de profectione ac reuerſiõe ſua(ne quis forte ſecus acciperet)rationem expoſuiſſet:queſtus eſt de ,M. Antonii iniuria: ac ſubinde de republica dicere aggreſſus:ita locutus eſt:ut eius

libertatem & magnitudinem animi omnes admirarentur. Percurſis enim ab eo tempo re quo Cæſar necatus fuerat ad eam diem quæ erat. k. ſeptembris omnibus reipublicæ actionibus mutationem uoluntatis Antonii non ſolum redarguit ſed īcrepuit: & quæ eius ſententia foret de tota republica elato animo & nihil de ſuo periculo recuſanti li/berrime patefecit. Ea oratione maiorem in modum iritatus Antonius inimicitias ſibi denuntiauit. Hic eſt iam Ciceronis uelut optimi poetæ extremus actus: & certe meo iu dicio: omnium fortiſſimus atq; pulcherrimus. Tantum enim abfuit: ut hac inimiciti/arum denuntiatiōe: quod ille putauit: deterritus urbe excederet: ut etiam illius minas quanuis potentiſſimi & armis undiq; ſtipatiſſimi pro republica ultro expetere ac de/poſcere uideretur. Sed cum dies. xiii. k. octobris: quo die adeſſe edictum erat ueniſſet: Antonius cum magno armatorum agmine in ſenatum profectus longa oratione quā per. xvii. dies ante meditatus fuerat ī Ciceronem inuectus eſt: eamq; poſtea ſcriptis edi dit. At Ciceronem ea die in ſenatum uenire & coram reſpondere cupientem amici reti nuerunt. Erant enim potentiora Antonii arma: nec niſi ad manifeſtum interitum pro ficiſci uide batur. Hinc maiori uterq; ui ad opes augendas conuerſus: ueteranos Anto/nius undiq; conuocare: & eius rei gratia per Italiam diſcurſare. Cicero. C. Octauiū qui Cæſar Octauianus dictus eſt: ad quem propter Cæſaris nomen hæreditatemq; uetera ni milites concurrebant: ſibi cōiungere perrexit: nec id fuit difficile: nam hæreditate Cæ ſaris & magna pecunia ab Antonio fraudatus & inſuper magnis contumeliis affectus: facile ad Ciceronis uoluntatem auctoritatemq; ſe cōtulit. Et erat ſane amicitia quædā paterna & præterea obſeruatio: q; ille Cicerōe conſule natus & ab eo propter ſomnium quoddam iam ante dilectus fuerat. Hac igitur coniunctione adeo ſuperior facta eſt Ci ceronis res: ut tandem Antonius territus urbem reliquerit. Poſt hæc Cicero plurimum iam in urbe potens magnam ſollicitudinē de Antonio opprimendo ſuſcæpit. Sed erat illa difficultas q; necdum. k. ianuariæ aderant: quo tēpore Hircius & Panſa homines ſibi amiciſſimi & idem de republica ſentiētes conſulatum inirent: nec erat qui interea ſenatum uocaret. Quare priuato cōſilio ſibi cuncta agenda erant. Cum ergo cognouiſ ſet Antonium in Galliā properare: per litteras & nūtios. D. Brutum qui Mutinæ erat confirmauit: ut prouinciam in ſenatus populiq; Romani uoluntate retineret: Anto/nioq; licet conſuli reſiſteret: nec in libertate & ſalute populi Romani conſeruanda auc toritatem ſenatus expectaret: uoluntatē enim pro auctoritate haberi debere: cum auc/toritas impeditur. His adhortationibus Brutum ſuaptæ ingenio ad id pronum conci/tauit: ut aduerſus Antonium conſulem bellum moueret. Interea uero dum ille muti/nenſi bello impeditus tenebatur: quæ in urbe prouidenda ac paranda erant: diligentiſ ſime parabat. Eo igitur auctore cum tribuni plæbis ſenatum uocaſſent: efficit ut Octa uianus itemq; legiones quæ Antonium cōſulem deſeruerant: & ſimul. D. Brutus qui illi reſtiterat: bene eq; republica feciſſe decerneret: quo quidem facto hoſtis quodāmo/do Antonius a ſenatu iudicatus eſt. Mox aduenientibus. k. ianuariis monendo & cohortando obtinuit: ut Hircius & Panſa conſules itemq; Octauianus pro prætore cum exercitibus contra Antonium mitterentur. Profecti igitur ad bellum non lon/ge a Mutina ſignis collatis pugnauerunt. In eo prælio Antonius uictus ac fugatus amiſſis omnibus copiis præter æquitatum aufugit: ſed in acie Panſa & Hircius conſu les ambo ceciderunt. Hoc fuit peſtiferum reipublicæ uulnus ſemen & origo ſecutarū calamitatum. Nam Octauianus adoleſcens: ubi conſules e medio ſublatos & ſe ſolū ducem in tantis copiis relictum conſpexit: mutata iam & ipſe mente de dominatione cogitare cœpit: quod illis uiuis nunq̄ facere potuiſſet. Sed hæc poſtea apparuerūt. Ro/mæ priuſq̄ de uictoria mutinēſi nuntius afferretur: fama quædam falſo uulgarat: rem apud Mutinā male geſtam fuiſſe. Itaq; uniuerſa ciuitas ſolicita ac pauida erat: fuitq; opinio uehemēs Ciceronem correptis faſcibus capitolium fore occupaturum: quo ma gis urbe in ſuam poteſtatem redacta Antonii amicos qui ſe mouerēt opprimere & illi

ueniẽti reſiſtere poſſet. Inter hæc uictoria nuntiatur: ſtatimq; concurſus eſt factus ad Ciceronis domũ. Gratulantiũ turbæ ueluti ouantẽ in Capitoliũ detulerũt. Mox ſenatu aduocato decretæ ſupplicationes ad omnia puluinaria: & ſepulchrum militibus qui in prælio cecidiſſent. Nam de morte conſulum nondum audiebatur. Creati ſubin de. x. uiri ad diuidendos agros & premia ueteranis aſſignanda: quoꝝ Cicero ipſe unus fuit. Antonius ut ex prælio aufugit cũ ſuis profligatis equitibus apenninum trãſgreſſus ad uada ſe recæpit. Inde cum trãs alpes ducere uellet: ſucclamatum eſt a militibus & aperte recuſatum ĩ Galliã ſequi. Et iã Brutus cum exercitu appropinquabat. Quare in ſumma difficultate & magna deſperatione coſtitutus Antonius: tãdẽ ſuplex & mutata ueſte ad. M. Lepidum confugit: rogans ut uitam eius a perſecutoribus tutaretur. Eum tandem Lepidus in caſtris recæpit: & ſic bellum de integro renatum eſt. Interea Octauianus per mortem duorum conſulum occaſionẽ dominandi nactus: diuerſa ſentire & agitare cœpit. Tandem uero & libertatem & Ciceronem miſſos faciens copias & faſces quos a ſenatu recæperat contra ſenatum conuertit. Inita nanq; cũ Lepido & Antonio nefaria ſocietate ad patriam occupandam cum in unum circa Bononiam conueniſſent: proſcripſerunt circiter. ccc. ciues quos ad necem deſtinabant. Dicitur tamen Octauianus diu reſtitiſſe: ut Cicero in proſcriptorũ numero non eſſet: adductus uerecundia q̃ eum patrem appellare ſolebat: & q̃ eius opera ad id potentiæ peruenisſet. Sed Antonius ante omnes Ciceronem poſtulabat: &. M. Lepidum in ſuam uolũtatem traduxerat. Itaq; tandem Octauianus cõceſſit hac lege: ut Antonius. L. Cæſarẽ auunculum ſuum & Lepidus Paulum fratrem ſibi uerſa uice ad necem permitterent: Ita nemini parcitum eſt. Neq; creditur in terrarum orbe quicq̃ crudelius & ſceleratius unq̃ fuiſſe: cum uelut ſanguinem pro ſanguine commutantes cariſſimos & cõiunctiſſimos quiſq; ad necem tradiderit: ut inimiciſſimos occidere poſſẽt. Et erant ſane hi omnes boni & præſtantes uiri. Nihil enim magis in illa proſcriptione quæſitum eſt q̃ bonos & amatores libertatis extinguere. Inſuper ad corroborandam ſceleris fidem ac ſocietatem ualidius firmãdam: quo magis omnis ſpes Ciceroni ſubtraheretur: Clodia. P. Clodii inimici olim eius filia Antonii priuigna in matrimonium Octauiano traditur. Cicero ubi hæc intellexit: deſperatis rebus una cum. Q. fratre (nam is in gratiã redierat) in Tuſculanum primo: deinde cum Octauianus urbem intraſſet: ex Tuſculano Aſturam fugere perrexit: eo conſilio ut inde ĩ Macedoniam ad Brutum traiiceret. Sed cum in uia eſſent. Q. frater q̃ mærore anxius non ſatis uiatici extuliſſe putabat: domum redire ſtatuit: & accæpta pecunia Ciceronem cõſequi. Lachrymis igitur & complexu mutuo a fratre diuiſus in urbem rediit. Vbi mox a ſeruis proditus una cum filio interfectus eſt. At Cicero Aſturæ nauim ingreſſus uſq; circeios nauigauit. Ibi ſiue tedio nauigationis ſiue q̃ nõdum ſpem omnem de Octauiano abieciſſet: in terrã deſcendit: & Aſturam rediit: incertus conſilii an Romam reuerteretur. Tandem peruicerunt liberti & ſerui qui ſecum erant: ut iterum nauigaret. Delarus igitur uſq; ad prædia ſua quæ ĩ Formiano pulcherrima habebat: cum deſcendere uellet: corui obuiam uolantes uelut nauim appellare prohibebant. Mox etiam cũ uillam introiſſet: eædem aues ſecutæ clamore & ſtrepitu omnia peruadebãt. Quare commoti liberti ipſum lectica impoſitum ad mare referebant. Inter hæc ſatellites ab Antonio miſſi aderant. Eos ducebat Popilius: quem de paricidio olim accuſatum Cicero defẽderat. Hi cum refracta uilla eũ nõ repperiſſent: ad littus alius alio itinere currentes: tandem ipſum in uia deprehendũt. At Cicero ubi eos irruere ſenſit: lecticam deponi iuſſit: ipſoſq; ſine lamentatione & gemitu proſpexit: demulcẽs etiam ſiniſtra manu barbam: ut ſibi mos erat. Ita ab illis occiditur quarto & ſexageſimo ætatis ãno. At. M. Brutus audita Ciceronis morte. C. Antonium triumuiri fratrẽ: quem in Macedonia captiuum habebat: Ciceroni filio ad uindictã cõceſſit: qui ſupplicio affectus & ſecuri pcuſſus dignas inferias Ciceroni pſoluit. Poſtea ipſe quoq; Antonius ab Auguſto uictus ſeipſum propria manu occidit. M.

Lepidus omni potẽtia ſpoliatus uitam inopem miſeramq; traduxit. Ita omnes Ciceronis inimici miſere tandem ignominioſeq; perierunt.

DEMETRII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO PER DONATVM ACCIAIOLVM IN LATINVM VERSA.

QRAECLARAM MEO IVDICIO PRISCI SApientis ſententiam habuere: qui cum rerum naturã ĩgenti ſtudio diligentiaq; ꝓquirerent: artes ſimiles ſẽſibus eſſe dixerunt: hac precipue ut mihi uidetur ratione compulſi: ꝙ tam diiudicandi uim diſcernendiq; potentiam æque ſenſibus atq; artibus animaduerterunt ineſſe: q̃ ad percipienda contraria a primis in cunabulis cunctis hominibus natura ĩſeruit. At nos q̃q̃ experiẽtia ipſa & horum philoſophorum grauiſſimo iudicio confirmati in hanc ſententiam adducimur: ut exiſtimemus artes atq; ſenſus in eo nõ mediocriter conuenire: ꝙ pariter diſcernere cõtraria poſſint: tamen alia ratione non parum differre arbitramur: ꝙ eorum iudicia non iiſdem finibus terminantur: cum artes præter cognitionem contrariorum electionis quoq; iudicium habent. Nam ſenſus & ſi album pariter atq; nigrum tam amarum dulceq; percipiũt: non tamen ſic ea diiudicãt: ut alterum expetendum alterum fugiendum eſſe diſcernant. Mouentur enim ſuapte natura a ſingulis contrariis: quæ ſibi obiiciũtur omniaq; deinde eodem pacto quo ipſi antea perpeſſi fuere ad rationis iudicium deferunt. Artes uero cum ſemper ſint rationi coniunctæ: ut utilia eligant: fugiantq; aduerſa: primum ea accurate penſant: quæ ſibi congrua ſunt: deinde & quaſi longiore interuallo ea proſpiciunt: a quibus putant cauere oportere. Medicina enim ægritudinem muſica diſſonas uoces ea tantum ratione cõſiderare uidetur: ut melius efficere cõtrarium poſſit. Temperantia quoq; tum iuſticia ac prudentia omnium artium perfectiſſime cognitionem non modo utilium ac honeſtarum rerum: ſed earum etiam quæ turpes & inutiles ſunt ad ſe pertinere proculdubio putant: atq; eos qui uitiorum naturam ſe ignorare gloriant' uehementer accuſant: q̃ſi rudes earum rerum quas maxime decet uiros ſtudioſos cognoſcere. Quare ãtiqui ſpartiatæ: cum ſua feſta celebrarentur: conſueuerunt agreſtes homines qui appellabantur Ilotæ: quantum maxime poterant ad potum crapulamq; cõpellere: eoſq; deinde mero ingurgitatos: in conuiuia iuuenũ adduci iubebant ut illi cernentes ebriorum turpitudinem: ebrietatem ueluti rem deformem perhorreſcerent. Nos uero neminem corrũpendum eſſe putamus ut alii corrigantur: neq; hãc emendationẽ ciuilem neq; humanam neq; libero dignam eſſe arbitramur. Sed non erit fortaſſe inutile ad exemplum uitæ rectamq; uiuendi rationem duos aut plures homines in mediũ afferre: qui cum ĩ gubernatione maximarũ rerum uerſarentur: ſũma licentia ac intemperantia uſi famã ſuæ turpitudinis apud poſteros reliquere: neq; profecto hoc agere ĩtendimus: ut huiuſmodi uarietate ornando hiſtoriam noſtrã afferamus legentibus uoluptatem: Sed quẽ admodũ Eſmenias ille Thebanus diſcipulis ſuis: tã eos qui male q̃ eos qui bene modulabantur oſtendens: dicere ſolebat hoc pacto: nõ autem illo modulari oportet: atq; ut Antigenidas ille bonos modulatores iuuenibus arbitrabatur iocundiores eſſe futuros: ſi malos fuiſſent aliquãdo experti: eodem pacto nos alacriores fore exiſtimo ad ꝑ ſequẽdum meliorem uiuẽdi modum: ſi flagitioſorũ hominum mores hiſtoria cognouerimus. Demetrii igitur qui urbium expugnator eſt dictus: ac. M. Antonii imperatoris uitam hoc libello complectimur: qui uiri ſententiam illã Platonis maxime ſuis moribus cõprobaſſe uidetur: Præclara ĩquit ingenia quemadmodum uirtutes maximas:

eodem pacto uitia quoq; maxima producere ſolēt. Fuerunt enim ambo cum ſummis flagitiis frequenti potui ac leuiſſimus amoribus dediti: tum ecōtra liberales benefici: ac in re militari peritiſſimi duces. Præterea eandem prope habuerunt fortunam: cū ſolum in totius uitæ curſu: nunc prīcipatus & regna ſint maxima cōſecuti: nunc uiceuerſa eadem amiſerint: nunc ex fœlici rerum ſucceſſu in extremas calamitates ceciderint: pauloq; deinceps præter ſpem in priſtinam felicitatem redierint: ſed etiam extremæ uitæ actu ſimilem pene finem ſortiti eſſe uideantur: cum hic quidem in manus hoſtiū nenerit. M. uero Antonius idem ſit prope perpeſſus. Antigono igitur duo ex Stratonice fuerunt filii: quorum alterum fratris nomine Demetriū: alterum patris Philippum uocauit. Talis enim frequens eſt fama: q̄q̄ nonnulli Demetriū non Antigoni filiū: ſed nepotem ex fratre fuiſſe tradunt. Mortuo nanq; patre ac matre: deīde Antigono nupta: Demetrium aiunt adhuc infantem relictum creditum eſſe Antigoni filium. Philippus cum eſſet paucis ānis minor natu q̄ ipſe Demetrius: uita exceſſit. Demetrius itaq; &ſi non æqua patri: procæra tamē fuit ſtatura: formaq; uero & pulchritudīe oris adeo egregia adeoq; præſtanti: ut pictorum aut ſculptorum nemo ſimilē unq̄ potuiſſet effīgere. Nā & gratiā ſimul & terrorē: tū grauitatē & manſuetudinē quandā præ ſe ferre uidebat̄: cōcurrebatq; cū iuuenili ac ælato uultus aſpectu admirabilis ſplendor regia quadā dignitate cōiunctus. Itaq; natus eſſe uidebat̄ ad ſtuporē ſimul & gratiā hominum cōcitādam. Erat autem: cum p ocium potus & conuiuia cælebrabantur: & delicatiſſimus & iocundiſſimus omnium regum. Cum uero res gerendæ erant: ſtudio ac diligentia tum ingenii magnitudine cunctos alios ſuperabat. Quare Liberūpatrē imitari maxime uidebatur: quem ex eo uehementer extollunt: q; probe ſciret & bello uti & pacem rurſus ex bello conficere: tum iocunditate ſuauitateq; ingenii ſibi mētes hominū conciliare. Fuit præterea Demetrius amantiſſimus Antigoni patris ſui: ſtudio quoq; matris & patrem obſeruare uidebatur: eumq; magis ob ueram ſyncærāq; beniuolētiā: q̄ ob potentiæ magnitudinem uereri. Cum aliquando legati quidam ab Antigono audirētur: reuerſus a uenatione Demetrius cōfeſtim ad patrem acceſſit ſuccinctus telis: eumq; oſculatus prope uirum conſedit. Pauloq; deinceps cum legati habitis reſponſis diſcederent: alta uoce ad eos conuerſus Antigonus: o uiri inquit: Nuntiate talem amicitiam animiq; pietatem qualem uidere potuiſtis inter Demetrium Antigonūq; ſeruari: quaſi oſtenderet concordiam patris cum filio ſtatus ac regum potentiæ maximū eſſe iudicium. Adeo enim regnum a cōmuni ſanctaq; ſocietate alienum eſſe conſueuit: adeoq; maliuolētiæ & perfidiæ plenum: ut maxiſſimo atq; antiquiſſimo Alexādri ſucceſſori lætandum iure fuiſſe uideatur: ſi corpus ſuum inerme armatis filii manibus tuto cōmiſerit. Verum ut unico comprehendam uerbo: Huius familiæ reges inter q̄plures Alexandri ſucceſſores ſoli fuiſſe apparent: qui huiuſmodi perfidia & īmanitate caruerunt: præter unum Philippum Antigoni: qui filium ſuum necauit. Alii autem fere ōnes: qui maximo illi Regi ſucceſſere: cūhoc uicio laborarēt: nōnulli filios: plæriq; matres: multi uxores intefecerunt. Fratrum autē cædem quis referre poteſt? Vt enim geometræ petitionis: ſic illi fratres necare ſibi permitti putant: quaſi petitionem quādam regibus pro firmamento regni cōceſſam. Demetrius uero q̄ ingenuus ab initio q̄q; humanus & amicorū ſtudioſus extiterit: ex eo cōſtare facile poteſt. Mithridates Ariobarzanis filius qui adoleſcens moribus & aſpectu egregius uidebatur: ob ætatem & conſuetudinem ſumma erat cum Demetrio familiaritate cōiunctus: colebatq; uehementer patrem Antigonum. De hoc igitur adoleſcente ob tale ſomnium non mediocris Antigono eſt orta ſuſpicio. Viſum eſt ei ſe latum & pulchrum peragrantem campum aureas micas ſerere: atq; ex his auream ſegetem primum oriri: pauloq; deinceps nihil ibi cerni præter deſectam paleam. perturbatū igitur ob hoc atq; mæſtū audire quoſdā ſibi uideri qui dicerent Mithridatē in pontum euxinum eſſe profectum auream meſſē lecturum. Hoc ſomnio cum uehemēter eſſet perturbatus Antigonus: filium ad ſe

uocat:ac iureiurando ſilẽtium ei imponẽs:ſomniũq; deinde enarrans oſtendit:ſe omnino ſtatuiſſe animo:ut ōni ſuſpicioe liberaretur: Mithridatẽ de medio tollere. Hæc ut audiuit Demetrius:incredibili eſt mærore confectus:atq; adoleſcẽtem familiariter uerſantem ſecum ſibiq;(ut cõſueuerat)appropinquantem neq; alloqui audebat neq; uoce quicq̃ exprimere:iuriſiurãdi accæpti memor ac fidei datæ patri rationem habẽs. Seducto igitur adoleſcente aliquãtulum ab amicis:ut uidit remotis arbitris ſe ſolos eſſe relictos:conuerſus ad eum teli cuſpide ſcribebat in puluere. Fuge Mithridates. Hoc quid ſibi uellet coniectans adoleſcens propinqua nocte aufugit ī Cappadociã:atq; ſtatim Antigoni ſomnium perfici uidebatur. Maximas enim Mithridates ac optimas cõſecutus regiones:regum genus qui deinceps ponto imperitarunt:poſt ſeptimã ſucceſſionem a Romanis deſtructum poſteris ſuis reliquit. Hæc igitur bonæ indolis Demetrii boniq; ingenii:quo ille ad manſuetudinẽ ac iuſtitiam flectebatur:indicia ſint. Verum ut inter elementa Empedoclis cõtentione aſſidue diſcordiaq; uigẽte ſemper ĩter ea quæ propinquiora ſunt:maior fieri diſſenſio ſolet:ſic ea tempeſtate inter Alexãdri ſucceſſores aſſidue bellum ardens grauius inter eos oriri uidebatur:qui ſe finibus contingentes : tum rerũ tum locorũ coniunctione quadam tenebantur : Veluti tunc ad uerſus Ptolemeum eueniebat Antigono:qui cum in phrygia moram trahens audiſſet Ptolemeũ e Cypro profectũ Syriã deprædari: Vrbes aut ſeducere aut ui ad deditionẽ compellere:aduerſus illum filium Demetrium miſit duos ſupra uiginti ãnos natum & militiam tum primum ĩ maximis rebus egregie attrectãtẽ. Cæterum iuuenis adhuc Tyro pãrumq; experiẽtia callens uiro cõgreſſus ex Alexandri palæſtra nuper emerſo: ac multis magniſq; præliis ſub illo uerſato:prope gazam urbem pugna cõmiſſa ſuperatur. Octomilia hominũ eo ſunt prælio capta:quinq; milia cæſa. Tentorium præterea & omne ornamẽtum corporis regii Demetrio ereptum. Sed hæc quidem Ptolemeus una cum amicis:quos prælio cæperat:ad eum remiſit uerba addens humanitate referta:non de omnibus ſimul:ſed de regno & gloria a magnis uiris eſſe certandum. Demetrius his benigne receptis precatus eſt deos:ne diutius Ptolemei debitorẽ ſe eſſe permitterent:ſed facultatem quandoq; darent:ut ſimilem ei poſſet liberalitatem referre. Atq; ob hanc cladem non ita animo affectus eſſe uidetur : ut iuuenes ſolẽt ĩ principio male ſuccedentiũ rerũ:ſed ut grauis dux qui multas ſit fortunæ permutationes expertus. Itaq; ſummo ſtudio properabat uires reficere:arma ac milites congregare:congregatos exercere:neq; quicq̃ omittere quod ad reparãdum diſſipatum recenti clade exercitum pertineret. Interea cum hæc pugna infœliciter geſta nuntiata Antigono eſſet:dixiſſe eum ferunt:Ptolemeum primo prælio imberbes ſuperaſſe:deinceps aduerſus uiros ſibi pugnãdum fore. Petenti poſt hæc filio:ut his uiribus quas habebat:ſibi liceret rurſus cum hoſte manum conſerere: aſſẽſit pater:ne animum ſpe conſequẽdæ uictoriæ erectum:audaciamq; iuuenis retardaret. Iamq; ei non multo poſtea congrediendi facultate oblata ita eſt illa impigre uſus:ut neq; ſibi occaſio:neq; ipſe occaſioni defuiſſe uideretur. Nam cum Ptolemeus ſecũdis rebus elatus ſibi perſuaſiſſet Demetriũ ob recentem calamitatem ſuſceptam facile ex tota Syria poſſe depelli:aduerſus eum Cillẽ ducem cum magnis copiis miſit:quẽ imparatum:hoſtiumq; aduentũ minime expectantem ſubito adortus cum omni exercitu cepit Demetrius. Septem hominũ milia eo prælio capta in manus Demetrii uiua uenerũt. Magna præterea rerum pecuniarumq; copia inuenta. Quibus omnibus uehemẽter lætatum Demetrium aiunt:non tam ob gloriam ſpoliaq; adepta:q̃ quia ſibi facultatem oblatam cernebat:qua Ptolemeo bene ac præclare de ſe merito parem poſſet liberalitatem referre. Itaq; cũ pater ſuis litteris exoratus conceſſiſſet:ut his omnibus ſuo arbitratu ueteretur: Cillem una cum amicis libẽti animo ad hoſtem remiſit. Hæc clades Ptolemeum paulo ante uictorem e Syria pepulit. Antigonum uero quem forte hoſtes ueluti hominem uictum contempſerãt: ĩ eiuſdem poſſeſſione firmauit : atq; incredibile dictu eſt quãta ſit ſenex lætitia elatus

ob hanc uictoriam manibus filii partãm. Post hæc Demetrius cum in ſpem ueniſſet: eos ārabum populos: qui nabatei uocantur: ſibi ſubigendi: profectus cum exercitu for te euenit: ut in loca incideret aquarum expertia: parumq; abfuit quin ipſe totuſq; exer citus ſiti experiret. Quo tamen periculo cum neq; perturbatus eſſet neq; exterritus: nõ mediocrem admirationem barbaris præbuit: ſtupentibus uiri audaciã animumq; con ſtantem in talibus tamq; inuſitatis caſibus tolerandis. Is autem non amplius moran dum ratus populata regione ſeptingentis camelis omniſq; generis præda abducta ſeſe ſuumq; exercitum in loca tuta recepit. Cum uero Seleucus primum Antigoni opera in Babyloniæ regnum perductus: deinde ſuo ſtudio uiribus auctis eo potentiæ aſcẽdiſ ſet: ut iam minaretur locis Indiæ propĩquis: & ad ea regna quæ circa caucaſũ ſunt ani mum conuertiſſet: ſperans Demetrius per eius diſceſſum deſertam Meſopotamiam repetire: traiecto repẽte Euphrate: ſubito aduẽtu Babyloniam occupat: & ex altera arce (erãt enim duæ) expulſo Seleuci præſidio ſuoq; introducto ſeptem delectorum homi num milia in Vrbe conſtituit. Iubens deinde milites ut ex eadem regione: ĩ qua nõ pu tabat ulterius tempus eſſe terendum: quæcunq; poſſent ſecum abducerent: caſtra mo uit: iterq; ad mare cõuertit: Seleuci ſtatũ diſceſſu ſuo firmiorem relinquens. Statimq; ſibi nuntio allato Alicarnaſſum ab Ptolemeo uehementi obſidione teneri: rem in extre mo periculo eſſe: raptim obſeſſis ſubſidium ferens ex illius manibus Vrbem eripuit. Cum uero proſpere ſuccedentibus rebus Antigonus & Demetrius magna iam animis agitãtes: nihil tam arduum eſſe arbitrarentur: quod nõ ſe aſſequi poſſe cõfiderent: ad liberandam græciam: quæ Caſſandri & Ptolemei ſeruiebat imperio: incredibili quadã cupiditate mentem conuertunt. Hoc quidem nulli Reges neq; iuſtius neq; glorioſius geſſerant bellum. Quare pecunias quaſcũq; poſſunt ex barbarorum regionibus con gregant: claſſem inſtrui iubent: omnia deniq; parant: quæ pertinere uidebãtur ad exe quendam hanc expeditionem pro græcorum libertate ſuſceptam. Verum conſilio ĩter ſe habito unde tanti belli gerendi initium ſumẽdum foret: cum cenſuiſſent operæpre cium eſſe: ut ad liberãdas Athenas omnibus aliis poſthabitis primum accederet: atq; ex eo quidam amicorum ſuaderet Antigono: ut ſi eam occupet Vrbem: ualidis præſi diis firmet: ac perinde ut totius græciæ fundamentum cuſtodiat: dixiſſe Antigonũ tra dunt: beniuolentiam ſibi ſemper uiſum optimum regni fundamentum: ueriſſimũq; præſidium eſſe. Athenas nunc quaſi ſpeculam totius orbis paulo deinceps ĩ oculis om nium gentium ſuæ gloriæ clariſſimum fore inſigne. Demetrius igitur talentis quinq; milibus nauibus quinq̃gĩta ſupra. cc. collectis non amplius cõtandum ratus cũ uer ſus Athenas claſſem direxiſſet (hanc enim Vrbem tenebat pro Caſſandro Demetrius Phalereus: templumq; Iouis quod munichiã appellant firmis præſidiis munierat) cur ſum ſuum tum prudentia tum fortuna iuuante. iii. kal. Aprilis ãte pyræũ nemine ſẽ tiente apparuit. Athenienſes primo hoſtium aduentu decepti ad hanc claſſem ſuſcipi endam ſeſe parabant: exiſtimantes eſſe Ptolemei naues. Paulo uero poſtea ut percepe runt hoſtes adeſſe: repentino terrore quaſi amentes facti: ſtatim ad arma conclamant: Auxilium ferebant duces: omnia ut par erat pauoris ac tumultus erant plena. Deme trius per tenebras occupatis faucibus portus cum intus eſſet ingreſſus: iam coram om nibus apparens ex naui per caduceatorem ſilentium ab Atheniẽſibus petiit. Quo qui dem facto appropinquans illis ac benigne alloquens inquit: Se a patre Antigono miſ ſum ut bona cum fortuna Athenienſes liberos faceret: præſidia hoſtium expelleret: le gibus deniq; illis ac moribus patriis reſtitutis ſæuo tyrãnorum imperio Vrbem libera ret. Quibus uerbis multi fuerunt qui proiectis armis Demetrium rogarent: ut e claſſe deſcenderet benefactorem ac liberatorem patriæ magnis clamoribus uocitantes. Phale reus omneſq; ii qui circa illum erant: & ſi nihil horum quæ pollicitus erat Demetrius: firmum ſtabileq; arbitrarentur futurum: tamen propter tam repentinam mutationẽ ſpe tetinẽdæ urbis abiecta cedere uictori neceſſariũ eſſe putabant. Itaq; legatos ad eũ

mittunt:qui a Demetrio benigne ſuſcepti remiſſiq; ſimul cũ Ariſtodimo mileſio uno ex intimis paterniſq; amicis ad Phalereum reuertuntur:quem quidem ciues magis q̃ hoſtes formidantem petẽtemq; ut ſibi tuto per Demetrium liceret Thebas cum ſuis familiaribus proficiſci:non modo non neglexit Demetrius:ſed gloriã & uirtutem uiri in honore habens diligenter curauit:ut Thebas incolumis perueniret. His geſtis petẽ tibus Athenienſibus ut Vrbem intraret:non prius ſe ciuitatem Athenarum uiſurũ reſ pondit:q̃ omni præſidio hoſtium expulſo:liberam penitus fecerit. Relictis igitur qui munichiam armis machiniſq; & omni tormentorum genere oppugnarent:ipſe interĩ ad liberãdas Megaras : quæ etiam Caſſandri præſidio tenebantur:cum omni exercitu proficiſcitur. Sed cum audiſſet Crateſipolim mulierem pulchritudine famoſam degẽ/ tem Patris:quæ olim Alexãdro polipercondi dedita fuerat:ſuum cõgreſſum uehemẽ ter appetere:relicto exercitu circa Megaras:ad eam profectus cum paucis expeditis & manu promptis:iiſq; iterum a ſe remotis:ſeorſum tentorium poſuit:ut celaret mulie rem ad ſe uenientem. Hoc cum nonnulli hoſtium reſciuiſſent:magnam occaſionẽ ca/ piendi Demetrium nacti:ad eum aggrediendum proficiſcuntur:iamq; tabernaculum prope peruenerant:cum is repẽtino tumultu perculſus:ſũpta raptim chlamyde fugã arripuit:parumq; abfuit quin ob intemperãtiam ſuam turpiter caperetur. Hoſtes ue/ ro tentorio eius cum omni ſupellectile potiti abierunt. Poſt hæc occupatis Megaris cum in Vrbe direptiones frequentes agerent milites:Atheniẽſibus benigne pro Mega/ renſibus ſuplicantibus:eorum precibus ceſſit Demetrius:præſidiiſq; deductis liberam ciuitatem reliquit. Dum hæc Demetrius ageret:Stilponis philoſophi ſibi in mentem uenit:de quo magna apud Megarenſes erat opinio:q; ĩ quiete & tranquillitate quadã ſuum uiuendi modum conſtituiſſe dicebatur. Hunc igitur ad ſe uocatum rogauit De metrius:an aliquid ſuarum rerum ſibi quiſq̃ miles eripuiſſet. Ad hoc nemo ĩquit Stil/ pon. Neminem enim uidi ſciẽtiam auferentem. Rurſus in diſceſſu ſuo ſeruis omniũ ciuium arreptis cum benigne ad eum cõuerſus dixiſſet:Liberam ueſtram o Stilpon ci uitatem relinquo:Recte inquit ille. Nullum enim ſeruũ in Vrbe relinquis. Deinde ad aggrediendam munichiam quæ aſſidue fuerat poſt diſceſſum ſuum obſidionem per/ peſſa:cum omni claſſe repetens primo aduentu eam expugnauit:atq; hoſtium præſi/ dio expulſo ſuoq; introducto arcẽ euertit. Poſt hæc Demetrius Athenienſibus aſſidue eum uocãtibus cum id tempus opportunum eſſe arbitraretur:Vrbem eſt ingreſſus:cõ feſtimq; populo in concionem uocato:gratiſſimis uerbis patrias leges priſtinãq; liber tatem reſtituit:addiditq; præterea ſe omni ſtudio curaturum:ut Athenas medinnum frumenti centumquinquaginta : & materie copia tanta:quanta ad centũ fabricandas triremes ſufficere poſſit:ab Antigono patre mittant. Athenienſes igitur rempu. poſt decimum & quintum annum:quibus ſub alieno imperio manſerant:beneficio Deme trii liberatam accipiunt. Nam a pugna lamicenſium & eo prælio quod apud Craconẽ cõmiſſum eſt uſq; ad illum diem:quo Demetrius Vrbem ĩtrauit:nomine paucorũ ſta tus:re autem uera tyrãnicus fuerat dominatus:propter ĩmoderatam Phalerei potẽtiã. His rebus geſtis famaq; Demetrii ubiq; diffuſa cum magnus claruſq; apud omnes gẽ tes haberetur:ſtatim immodici honores & ante illud tempus inauditi: quos populus Athenienſis ei decreuit:hominem(ut plærunq; fit)corrupere :inſolentem moleſtũq; omnibus reddidere. Primo enim tulerunt decretum ut Demetrius & Antigonus omni um reges appellarentur:cum ii antea ſe alio quodã nomine uocitarent:quod ab his tã/ tum qui Philippo & Alexandro ſucceſſerant:uſurpari ſolitum erat:aliis uero nequaq̃ erat cõmune. Hos præterea deos ſeruatores & præſulem Athenienſem: qui certo quo/ dam nomine appellari cõſueuerat:ſacerdotem ſeruatorum uocari iuſſerunt:atq; eum ſingulis annis confirmantes nomen illius ĩ omnibus ſuis decretis & ſcriptionibus præ ponebant. In eo autem loco ubi primum e curru deſcendit Demetrius:ſacrificiis perac tis aram locarunt:quam Demetrii uelociſſimi aram appellari uoluerunt. Decreuerunt

præterea ut Antigonus & Demetrius in peplo una cum Ioue & Pallade intexerentur: ut duæ insuper tribus: quarum alteram Demetriadam alteram Antigoniadam uocitarunt: suis uetenbus adderentur: atq; eorũ senatui: qui numero quingentorum hominum continebatur: centum accederent homines: unaquaq; tribu quĩquaginta secum trahente. Non prætereundum uidetur illud admirabile genus honoris: quod acutissĩe a Stratocle inuentum aiunt: qui huius & aliorum omnium: quibus blandiri posse arbitrabatur: diligentissimus fuit ĩuestigator. Tulit enim decretum: ut legati quos Athenienses ad Antigonum & Demetrium mitterent: sacri uocarentur: sicuti illi qui cũ patriis sacris olympum & pithiam mitti consueuerant totius græciæ celebritate. Sunt autem & alia multa a Stratocle per audaciam & impudẽtiam perpetrata: illisq; similia: quibus Cleonem illum antiquum uti solitum tradunt: cum populo Athenienſi suis ĩpudentissimis adulationibus blandiretur. Habuit enim Stratocles philacem amicam: quæ semel cum ei capita quædam in foro empta in cõuiuium attulisset: comiter ad illam conuersus Stratocles: ea inquit emisti o Philace: quibus nos reip. gubernatores ludere consueuimus. Quodã quoq; tempore: cum Athenienses pugna nauali essent circa armonicum seperati: præueniens eos Stratocles: qui huius calamitatis nuncium afferebant: summa celeritate Vrbem ingressus per eam uiam quam ceramicũ appellãt: coronatus transiuit: faustum afferens uictoriæ nũcium: quo quidem extemplo epulũ per unanquanq; tribum constitutum est: & sacrificia publice supplicationesq; decretæ. Paulo uero deinceps cũ ueniſſẽt ii: qui ferebant nuntium susceptæ calamitatis: atq; uniuersus populus uno consensu aduersus Stratoclem uehementius exarsisset: ille tamen hunc furorem audacter impudenterq; sustinens: Quid ĩquit uiri Atheniẽses uobis moleste intuli: si duos dies summa estis in ea causa in uoluptate uersati? Talis igit Stratoclis erat audacia. Sed fuit profecto iuxta Aristophanis poetæ sententiam: Igne calidior uẽter. Quidam enim alter longe impudentior q̃ Stratocles tulit decretum: ut quotiens Demetrius Athenas ueniret: susciperetur in Cereris & Bacchi hospitio: utq; illi qui in Demetrio honorando alios superasset: tãtum ex publico ærario daretur argẽti: quantum sufficere posset ad collocãdum in templo aliquid suæ liberalitatis ĩsigne. Insuper ut mensis ianuarius utq; primus ac nouissimus dies mẽsis: tũ deniq; ut Bacchi conuiuia ex Demetrii nomine uocarẽtur. Verum extemplo post hæc ii casus secuti sunt: quibus obstupuerũt omnes: cum non forte sed diuino quodam nomine euenisse uiderentur. Peplum enim in quo Demetrius & Antigonus simul erant contexti: cũ per Ceramichum mitteretur: ingenti superueniente procella medium scissum ferunt: & circa aras illorum magnam aconiti copiam ortam: cum raro ĩ ea regione nasceretur: & eo die quo festa Bacchi celebrabantur: omnẽ pompam dissipatam pessundatãq; fuisse: ĩsuper ob magnam glaciem uehementẽq; pruinam nõ modo ficus & uites a frigore esse cõbustas sed maximam quoq; segetum partem corruptam. Quare Philippides cum inimicus esset Stratoclis: hæc aduersus illum ĩ comœdia protulit: Per quem combussit pruina uites: per quem scissum in medio peplum est: honores diuinos mortalibus tribuentem : hæc populum corrumpunt nõ comœdia. Fuit autem Philippides sũma cũ Lysimacho familiaritate cõiunctus: multaq; p eũ populus Athenienſis bñficia susceptit a Rege. Compellebatur enim Rex ad hunc hominem diligendum ob suos ĩtegros mores uitæq; probitatem: in eoq; præcipue uirum admirabatur: q̃ cum secũ uersaretur frequenter: ab omni tamen astutia & adulatione: quibus regiæ domus abũdare solent: quasi a pernicioſa peste abhorreret. Itaq; animum suum induxerat: ut quandocũq; sibi ad bellum resq; gerendas proficiscenti occurrebat Philippides: hoc pro bono omine haberetur: quasi aliquid faustum fœlixq; portẽderet. Verũ aliquando rogatum a Lysimacho num aliquid suarum rerum expeteret: respondisse aiunt: Solum o Rex ne arcanorum tuorum quicq̃ mihi credas. Hos igitur quorum alter in scæna alter in concione assidue uersabatur ob naturæ uitæq; dissimilitudinem non immerito

opponendos putauimus. Illud uero genus honoris: cuius inuentorem aiunt fuisse Democlidem: adeo consuetudinem morem q; hominum excessit: ut monstrum quoddā uideatur. Decretum enim tulit Democlides: debere sphetiam tribū de locandis scutis apud delphos Demetrium quasi oraculum quoddā consulere: ut hac sua scriptione: publicis suffragiis approbata ītelligi licet. Visum fuisse populo Atheniēsi: quod bene ac fœliciter eueniret: ut eligatur ex Atheniēsibus unus: qui accedens ad Demetriū seruatorem posteaq̄ sacrificia peregerit: eum roget atq; cōsulat: quonam maxime modo pie atq; optime summaq; celeritate dedicatio sacra ī delphis agenda uideatur. Hæ igit̄ tot tātæq; adulationes quibus Athenienses sæpius erga Demetrium sunt usi: languentem uiri animum minimeq; blanditiis repugnantem facile corruperunt. Sed hac tempestate ipse Athenis degens uxorem duxit Euridicem mulierem Athenienſem ex claro Milciadis genere ortam: quæ olim nupta Ofeltæ Cirenarum principi post obitum uiri Athenas redierat. Hæ nuptiæ Atheniēsibus uehementer gratæ iocundæq; fuere: q; existimabant summum honorem Athenarum Vrbi tributum esse a Rege: maximū q; beniuolentiæ signum ostēsum: quoniam sibi placuisset eam præcipue ciuitatem eligere: in qua regium coniugium celebraret. Erat autē Demetrius magnopere deditus nuptiis: adeoq; his delectari uidebatur: ut multis semper uxoribus uteretur: quarum maxime in honore habuit Philam tum ob Antipatrum illius patrem: tum quia per eam supra omnes Alexandri successores gratiam beniuolentiamq; sibi apud Macedonas cōparauit. Ad hanc ducendam iam satis ætate prouectam: renuentem Demetrium cum esset iunior: compulit suis adhortationibus pater: illud Euripidis ī mediū ferens: Vbi est lucrum: supra naturam nubendum est: loco præterea & tempori seruiēdum. Talis igitur erat erga Philam aliasq; uxores Demetrii amor. Verum in summa rerum licētia cōstitutus cum uno eodem tempore & scorta & uxores permultas haberet: adeo se uoluptatibus delitiisq; permiserat: ut iam esset cōmuni sententia diuulgatum: omnium Regum incontinentissimum esse Demetrium. Dum hæc Athenis geruntur: nuntiatū interea Demetrio ab Antigono est: Ptolemeū Regem magna cōparata classe Cyprum nauigare: bellum ingens terra mariq; parare: omnia posthabenda esse: ut tāti conatus hostiū reprimātur. Quibus perceptis Demetrius: & si ex medio uictoriarum cursu se ad nouam expeditionem uocari cernebat: tamen magnitudine rei compulsus necessario paruit consilio patris: non sine dolore glorioſum relinquens bellum paulo ante tā libenti animo pro græcorum libertate susceptum. Itaq; Athenis decedens ante omnia Cleonidem Ptolemei ducem Corinthum ac Sicyonem obsidentem pecunia tentauit: ut liberas illas ciuitates dimitteret. Quo quidem renuente non amplius contandū ratus: cum uersus Cyprum classem direxisset: forte Menelaum offēdit Ptolemei fratrē: quem prælio aggressus confestim fudit fugauitq;. Verum paulo postea cum Ptolemeus magno cum exercitu terra mariq; parato: obuiam ei uenisset: primo cōgressu minæ superbæ atq; insolentes altercationes utrinq; sunt factæ: Ptolemeo quidem iubēte Demetrium ātea recedere græciamq; repetere: q̄ suam extremam calamitatem cōspiceret: Demetrio uero asserente se non prius Ptolemeum e manibus dimissurum: q̄ ex Sicyone Corinthoq; præsidiis deductis liberas eas ciuitates reliquerit. Hoc bellū tot tantisq; conatibus utrinq; susceptum non solum his Regibus qui iam in aciem prope descenderant: sed reliquis quoq; principibus ingentem iniecerat curam: expectationēq; anxiam fecerat ob in certum exitum rerum dubiumq; belli euentum. Cernebant enim non Syriam aut Cyprum: sed qui snam maximus omnium Regū esset futurus ī ea solum uictoria uerti. Ptolemeus igitur centum & quinquaginta nauibus collectis īstructisq; in aciem confestim ad Menelaum fratrem nuncium mittit: ut cum uideat certamē uehementer instare in medio ardore pugnæ e Salamina sexaginta progrediens nauibus: hostes a tergo adoriatur ordinemq; perturbet. Demetrius econtra non ignarus eorum quæ parabantur ab hoste: decem tantū aduersus illas sexaginta opposuit naues: easq;

anguſtum aditum portus: per quem tranſire Menelaum oportebat: occupāre celeritēr iuſſit. Ibiq; conſiſtere: ut ſi forte egredi Menelaus tētaret: & ſi numero impares: loci tamen opportunitate adiutæ exitum hoſtium prohiberent. In promontoriis deinde finitimis atq; undiq; proſpectantibus mare pedeſtres copias collocauit: quas & ordinem ſeruare iuſſit & lōge lateq; extendi: ut maioris multitudinis ſpeciem præ ſe ferrēt. Atq; hoc pacto omnibus terra mariq; īſtructis cum reliquis copiis nauibuſq; centumoctoaginta Ptolemeum inuadit. Primo congreſſu turbauit: deinde diſſipauit hoſtium claſſem: demum uehemētiori impetu facto fudit fugauitq;. Ptolemeus ut uidit ſuos paſſim terga dare: ſeq; eſſe ōnino ab hoſtibus ſuperatum: quanta maxime celeritate potuit: fugam arripuit octo nauibus tātum ſecutis uiri ueſtigia: quæ ſolæ ex tanta copia uix euadere potuerunt: reliquæ uero omnes in eo certamine periere præter ſextuagīta: quæ ſunt una cum milite ac remige a Demetrio captæ. Deinde cum uentum eſſet ad portum: ubi ingens erat pecuniarum machinarumq; copia: quæ in nauibus onerariis ſeruabantur: tum magna quoq; ſodalium mulierumq; turba expectantium fortaſſe uictoris arbitrium extemplo nemine aduerſante in Demetrii poteſtatem cuncta uenerunt. Inter hæc Lamiam mulierem ſua tēpeſtate famoſam fuiſſe tradunt: quæ præclare tibiis ceciniſſe dicitur. Hæc primo canendi modulandiq; ſuauitate gratiam ſibi apud homines comparauit. Deinde cum ſe ad amores amatorios cōtuliſſet: celebre eſt nomē & famam pulchritudinis apud omnes gentes adepta. Eo uero tempore & ſi priſtinæ dignitatis florem: quia iam ānis matura erat: abieciſſe uideretur: tamen uenuſtate & manſuetudine quadam adeo ſibi homines conciliabat: ut ſupra omnes alias mulieres cara eſſet Demetrio: & ab illis etiam mulieribus: quas gratia anteibat: non mediocriter amaretur. Poſt hanc naualem pugnam Menelaus iam uiribus ſuis diffidens: cū cedere uictori neceſſarium eſſe putaret: Salaminā primo: naues deinde copiaſq; terreſtres quaſcunq; habebat: Demetrio dedit. Fuerunt autem hæ mille &. cc. equites peditum. xii. milia. Hanc uictoriam per ſeipſam claram atq; illuſtrem: clariorem illuſtriorem q; fecit ſua pietate & liberalitate Demetrius. corpora enim hoſtium defunctorum magnifice ſepeliri iuſſit: & captiuos ſine precio ullo dimitti: armaturas inſup integras totūq; corpus tegentes ducentas ſupra mille dono Athenienſibus miſit. Poſt hæc Ariſtodimum Mileſium ad ſe uocatum: quanta maxima celeritate poſſit ad Antigonum patrem accedere iuſſit: eiq; referre hanc ampliſſimā uictoriam partam & ſpolia adepta: ac omnia demum quæ fuerunt poſt fugam hoſtium proſpere feliciterq; ſecuta. Is cum adulationum quibus regiæ domus abundare ſolēt: optimus eſſet fabricator atq; magiſter: nunc ex his rebus blandiendi occaſionem nactus: rem inuenit qua in Antigonum uteretur maxima adulatione refertam. Nam cum e Cypro decedens prope eum locum ueniſſet: ubi uerſabatur Antigonus: iactis ancoris procul a littore nauim conſiſtere & Nautas omnis quietem ac ſilentium agere iuſſit. Ipſe deinde ſcapham conſcendens: cunctis aliis qui ſecum uenerant in naui relictis: ſolus continenti applicuit. Erat eo tempore Antigonus in magna ſollicitudine conſtitutus: q; expectabat (ut par erat) ī credibili cura eius pugnæ euentum: quæ iam fuerat apud Salaminam cōmiſſa: cupiebatq; uehementer audire: quam fortunam Demetrius filius habuiſſet: cum ſibi allatum eſt ueniſſe tūc: iamq; prope adeſſe Ariſtodimum Mileſiū nuncium a Demetrio miſſum: ſubita re perculſus Antigonus cum uix ſeipſum domi continuiſſet: extēplo alios atq; alios obuiam Ariſtodimo mittit: qui cognitis omnibus quæ ille afferebat: ſūma cum celeritate ad ſe reuertantur. Is autem cum nil percontantibus reſponderet: tūlento gradu tacituſq; ueniret: magis q̄ unq̄ ātea perturbauit Antigonum: atq; incredibili urgente animum cura: cum ſe amplius cōtinere nō poſſet: uſq; ad fores citato gradu obuiam Mileſio acceſſit. Ille uero ſtipatus frequenti hominum turba: quæ undiq; rei nouitate commota ad regiā confluxerat: ut prope Antigonum uenit: porrigens dexterā alta uoce exclamauit: Salue Rex Antigōe: pugna nauali regē uicimus Ptolemeū:

& Cyprũ tenemus:& militum captiuorum ſex milia & octingẽtos ſupra decem milia ĩ manibus noſtris habemus. Exhilaratus Antigonus & tu per Iouem inquit:ſalue. Sic autem nos torquere uoluiſti Miletie:par profecto referam pari:fero enim premiũ reportabis. Multitudo præterea quæ ingens ibi conuenerat hoc nuncio percepto tum primum Antigonum & Demetrium Reges magnis clamoribus uocitauit:& Antigonum familiares ſui ĩſignibus regiis extemplo ornarunt:& Demetriũ pater diademate miſſo Regem per epiſtolam appellauit. Hæc cum eſſent frequenti fama ĩ ægyptum perlata: ii qui circa Ptolemeũ erãt:ne crederetur ob recentem cladem ſuſceptam eſſe uehementer debilem mancumq; factum Ptolemei ſtatum:horum ueſtigia ſecuti Ptolemeum quoq; regem ſalutarunt uocitaruntq;. Hoc igitur pacto Alexandri ſucceſſores hinc inde diſtrahebantur alter alterius titulorum æmulatiõe commotus. Nã & Lyſimachus tum primum diadema ferre ĩcepit: & Seleucus nunc in conſpectu quoq; græcorum ſi quando eorum audiebat legatos iis regiis ĩſignibus utebatur:cum antea coram barbaris tantum geſtare ſolitus eſſet. Verum Caſſander cum alii aut litteris aut uoce eum appellarent Regem:ſolus pene fuiſſe apparet:qui hac inani appellatiõe neglecta priſtinum morem ſeruauerit. Hæc igitur nõ modo nomina & habitum horum principũ permutarunt:ſed eos quoq; in tantam elationẽ ac inſolẽtiam extulerunt: ut quẽadmodum tragici hiſtriones uocem & ĩceſſum ſimul cũ ueſte:ſic illi uitam & mores una cum habitu mutaſſe uiderentur. Nam & in regendis populis grauiores ſuperbioreſq; facti non modo uiolentia pro iuſticia utebantur: uerumetiã faſtum quendam præ ſe ferebant priſtinæ humanitatis obliti:qua ãtea fiebat:ut populi quietiori animo ſeruitutem perferrent. Tantum igitur ualuit una adulatoris uox:ut hunc tam grauẽ morbum tãq; pernicioſam peſtem:qua ii Reges laborabant:per uniuerſum prope ſparſe rit orbem. Hæc cum ita eſſent:Antigonus elatus ob res circa Cyprũ fœliciter geſtas:rurſus tot copias terra mariq; aduerſus Ptolemeũ parabat:ut appareret eum maius q̃ ũq̃ antea agitare in animo bellum. Itaq; extemplo omnibus comparatis non ultra differre profectionem conſtituens:terreſtres copias ſibi aſſumit:maritimas Demetrio cõcedit: eumq; iubet prope eam terram per quam ipſe ductabat exercitum nauigare. Verũ hæres tanto ſtudio diligentiaq; paratæ:qualem exitum habituræ eſſent: Medium quẽdã Antigoni familiarem uidiſſe per ſomnium tradunt. Viſum enim ſibi aiunt Demetrium in curriculo cum omni exercitu decertantem primũ magna celeritate & uehemẽti contentione certamen inire:paulo uero poſtea ſenſim pedetentimq; deficere:demũ ĩ ipſius curſus flexu adeo debilem infirmũq; factum:ut ſpiritum recreare uix poſſe uideretur. Secutum eſt igitur poſtea:ut Antigonus terreſtres copias ducens: multa pericula incõmodaq; ſubiret:& Demetrius magna tempeſtate iactatus multis amiſſis nauibus ĩ loca importuoſa compelleretur: atq; ambo poſt multas calamitates ſuſceptas uix diſſipatum terra mariq; exercitu m domum reducerent. Erat ea tempeſtate Antigonus annos paulo minus q̃ octoaginta natus:qui cum ad militiam gerendam magnitudine:& mole corporis magis q̃ ſenectute eſſet iam grauis & inutilis factus:in maximis rebus gerendis filio Demetrio utebatur excellenti ingenio uiro duceq; iam ſua fœlicitate & prudentia claro. Eius intemperantiã:quam accuſabãt omnes: æquiori animo fortaſſe q̃ decuit tolerabat. Ille uero u igente pace nunc circa potus atq; conuiuia: nunc circa amores & omnis generis uoluptates magna c um impudentia uerſabatur. At cũ bella gerenda erãt: omnibus delitiis uoluptatib uſq; poſthabitis ſic moderabatur ingenium ſuũ: ut mores ſimul cũ fortuna rerũ mutaſſe uideretur. Cum aliquando Demetrius ex quadam expeditione domum reuerſus: ſubito ad patrem accurrens:eũ hilari uultu oſcularetur:dixiſſe Antigonum aiunt:Lamiam o fili oſculari uideris. eo enim tẽpore iam diuulgatũ erat Demetriu m Lamiæ amore uehemẽter ardere. Rurſus Demetrius cum multos dies dediſſet operam potui:atq; deinde præſẽte Antigono quereretur ſe moleſto reumate eſſe correptum: audiui mus inquit Antigonus. Sed illud quæſo

thaſium ne an chium reuma fuit? Quodam inſuper die cum ægrotante Demetrio ad eum uiſēdum acceſſiſſet Antigonus: formoſum puerum prope hoſtium eius offēdit. Ingreſſus deinde thalamum: manuq; illius apprehenſa cum uenā tetigiſſet: febris inquit Demetrius ut mihi uidetur paulo ante diſceſſit. Certe inquit Antigonus: puerum enim nuper abeuntem prope hoſtium tuum offendi. Hæc igitur uitia ī ocioſo Demetrio: cum ingentes uirtutes in rebus gerendis æquarent: moleſto animo toleraſſe Antigonum credunt. Sed quemadmodū ſcythæ cū magnopere ſe indulſiſſe potui cernūt: arcuum chordas pulſare cōſueuerunt: ut diſſolutum uoluptatibus animū ad priſtinā continentiam reuocent: ſic Demetrius cum nunc in ocio uoluptatum arbitrio ſe totū permitteret: nunc in apparatu belli omnium delitiarum oblitus ſtrenuam operā naua ret: adeo uarietati rerum accōmodabat ingenium ſuum: ut laborem atq; mollicie duo contraria maxime inter ſe pugnantia ſupra naturæ medium iunxiſſe uideretur. Verū &ſi ī gerēdo bello dux egregius eſſet atq; præclarus: tamē ī claſſibus machinis copiiſq; parandis longe præſtantior habebatur. Itaq; cum expeditionem aliquā ſibi parandā eſſe cernebat: data opera ut ingens materiæ copia ſibi adeſſet circa naues machinaſq; fabricandas incredibili arte atq; ſtudio uerſabat. Magni igit animi uir non ad inanes puerileſq; exercitationes ingenium ſuum conuerterat: ſicuti plæriq; Reges: quorū alii tibiis alii picturæ nōnulli torno dediti ī ſeruilibus officiis ætatem agunt. Etenim Aeropum macedonem lucernas abacoſq; perparuos cum in ocio uerſabatur fabricare ſoli tum tradunt: & Attalum illum qui eſt Philomater dictus: nō modo yoſchiamum & elleborum: ſed etiam cicutam & aconitum aliaſq; permultas uenenoſas herbarum ſpecies ſæpius plantaſſe aiunt: & ſummum ſtudiū curamq; poſuiſſe: ut earum fructus ī tēpore legerentur. Parthorum quoq; Reges in telorum cuſpidibus acuendis non delectari ſolum: ſed gloriari etiam ſolent. Demetrius uero cum machinis inſtrumentiſq; bellicis delectaretur uehementer: adeo in his conficiendis īgenio & arte ualebat: adeoq; illius opera tam parua q̄ magna in ſuo genere præclara atq; magnifica erant: ut nō modo ſumpta: ſed etiam manu regia digna uiderentur. Vnde illud eſt non minus uere q̄ eleganter dictum: Demetrii opera magnitudine ſua etiam amicis ſtuporem: pulchritudine uero etiam hoſtibus delectationem ſolita eſſe afferre. Atqui inter alia memoratu digna: & naues duas quarū altera. xvi. remis: altera. xv. remis erat ab eo confectas aiūt: & machinas nōnullas miro ingenio pro expugnandis urbibus fabricatas: quæ quidem ſpectantibus hoſtibus incredibilem admirationem præbebant: ueluti Lyſimacho euenīſſe tradunt: qui & ſupra omnes alios Reges inimicus eſſet Demetrio: tamen cum ab illo ſolios cilicios obſidente petiiſſet: ut ſibi liceret ſuas machinas naueſq; conſpicere: atq; deinde benigne concendente Demetrio omnia opera conſpexiſſet: adeo ſtupefactū admiratumq; aiunt & magnitudinem & pulchritudinē machinarum: ut ſibi uiſæ ſint non humano ſed diuino quodam ingenio fabricatæ. Rhodii quoq; cum a Demetrio eſſent multo tempore obſidionem perpeſſi: ſoluto deinde bello eum rogarūt: ut aliquas machinas ſibi relinqueret: quaſi quoddam ſuæ uirtutis ſuiq; īgenii teſtimonium. Eodem etiam bello: in quo Rhodii ſimul erant cum Ptolemeo ſenectute cōiūcti: machinam quandam quā urbiū expugnatorem appellant: eorum mœnibus admouiſſe Demetrium aiunt: tali quidem figura atq; ſpecie fabricatam. Habebat imprimis quadratam ſedem: cuius unūquodq; latus inter ſe æquale: in latitudinem octo &. xl. ī altitudinem ſex &. lx. cubitorum extendebatur: atq; a poſtrema baſi uſq; ad uerticem adeo gradatim extenuari uidebatur: ut cum īfima ſedes longe latior ſupremo culmine eſſet: egregia quædam figura ex omni proportione ſeruata reſultare uideretur. Intus præterea erant latebræ cauernæq; complures ad ſuſcipiēdos milites accōmodatæ. Qua uero hoſtes ſpectabat: frontem patefactam habebat: atq; undiq; feneſtellas tectas quibus uaria tela poterāt aduerſus hoſtes ſine ullo periculo iaci. Erat præterea ſecundum unamquanq; ſpeciē pugnæ bellaciſſimis uiris referta: & quod ſupra ōnia ſpectātibus

admirationem præbebat. tanta facilitate mouebatur: ut cum ſtrepitum maximum ederet: in utram partem inclinaretur: conſpici minime poſſet. Ad hoc præterea bellum duo ſunt ei ex Cypro thoraces allati: quorum uterq; .xl. minarum erat. eorum robur cum uellet Zoilus fabricator oſtẽdere: iuſſit aduerſus illos .xxx. paſſuum ĩteruallo ex catapulta telum admitti: quo quidem facto adeo firmiter uim teli ſuſtinuerunt: ut nihil ibi relictum ſit præter lineam quandam: quæ non teli cuſpide: ſed pẽnicillo potius cõfecta uidebatur. Horum altero uirum audaciſſimum ac robuſtiſſimum õnium: qui cum Demetrio erant: Alcimenum epyrotam eo bello uſum fuiſſe tradunt: ſolũq; arma duorum talentorum geſſiſſe: cum alii unius dũtaxat talenti armis uterent: eũq; deinde Rhodii prope theatrum Vrbis fortiter dimicantẽ in medio ardore pugnæ ceciderunt. In eodẽ inſuper bello conſtanter obſidionem tolerantibus Rhodiis Demetrius fruſtra terendo tempus nulla re memorabili geſta: cũ honeſtam abeundi occaſionem quæreret: noua eſt iniuria laceſſitus: qua aduerſus Rhodios magis q̃ unq̃ antea ira exarſit. Litteras enim regiamq; ſupellectilem a coniuge Phila miſſam cum cepiſſẽt Rhodii: extemplo nulla ſuæ dignitatis ratione habita: ad Regem Ptolemeum cuncta miſerunt: minime in hoc Atheniẽſium humanitatem ſecuti: qui Philippo Macedoniæ Rege graue aduerſus eos gerẽte bellum cum Tabellarios qui ad eũ mittebantur litteraſq; cepiſſent: cunctis aliis epiſtolis lectis: ſolum Olympiadis coniugis litteras ĩtegras atq; intactas reliquerunt: eaſq; obſignatas eodem pacto quo erant: ad Philippum remiſerunt. Verum paulo poſtea Demetrius ſumma ſibi ulciſcendi facultate oblata: parum memor contumeliæ nuper acceptæ: ut generoſum uirum decebat: magna liberalitate ẽ in Rhodios uſus. Nam cum egregiam Ialyſi figuram nõ omnino integram mira tamẽ arte a Protogene caunio depictam: & in quibuſdam ædibus publicis extra mœnia Vrbis locatam cepiſſet Demetrius: extemplo Rhodii præconem ad eum miſerunt multis precibus ſupplicãtes: ut huic præclaro operi pro ſua ĩgenii clæmentia parceret. quibus reſpondiſſe Demetrium tradunt ſe antea permiſſurum parentis ſtatuam deſtrui: q̃ talem tamq; egregium artis laborem iniuria ulla extingui. Etenim ſeptem annos in hac figura pingẽda cõſumpſiſſe Protogenem aiunt. Addunt præterea Apellẽ: cum ad eam uiſendam accẽſiſſet: adeo admiratum excellentiam operis: ut deficiente uoce tacitus aliquãdiu perſtiterit: tãdem dixiſſe magnum laborem & admirabile opus gratias nõ habere: q̃ hoc atq; alia quæ pinguntur ab illo uſq; ad aſtra ferant in cæloq; reponant. Hãc poſtea imaginem Romam delatã una cum aliis ignis aſſumpſit. Sed Rhodiis fortiter ſuſtinẽtibus bellum: cum Demetrius abeũdi occaſionem quæreret: forte Athenienſiũ legati ad eum uenerunt rogatũ: ut diuturna obſidione Rhodios liberaret. Quibus auditis ſoluta ſtatim obſidio eſt: ac Rhodii præterq̃ aduerſus Ptolemeum ab Antigono & Demetrio inſocietatem recepti. Inter hæc Caſſander per diſceſſum Demetrii occaſionem nactus cum ad obſidendas Athenas magnis copiis acceſſiſſet: Athenienſes ingenti celeritate certiorem Demetrium reddũt: quanto in periculo res eorũ ſint: eũq; rogant ut q̃primum opem & auxilium obſeſſæ afferat Vrbi. Quibus perceptis Demetrius extemplo omnibus rebus poſtpoſitis magno cũ exercitu &. ccc. xxx. nauium claſſe aduerſus Caſſandrum profectus: die noctuq; non intermiſſo curſu cum in Atticam perueniſſet: non modo ex õni regione Caſſandrum expulit: ſed etiam fuſum fugatũq; uſq; Thermopylas eſt perſecutus. Heracleamq; deinde ſpõte deditione facta in poteſtatem recepit. Fuerũt etiã ſex macedonum milia: qui hac uictoria moti ad Demetrium perfugerunt. Repetens deinde Athenas Demetrius õnibus græcis qui intra Philas uerſantur liberatis atq; iis qui auxilium tulerant in ſocietatem receptis: Phylim & Panactum: quæ quaſi duo propugnacula Atticæ imminebãt: ualidiſq; fuerant a Caſſandro munita præſidiis: celeriter oppreſſit: po. q; Atheniẽſi reſtituit. His geſtis Athenienſes &ſi antea ſupra mores ſupraq; conſuetudinem omnia tribuiſſent Demetrio: tamen nullum conſtituentes adulationi modum: ædem poſt Palladis templum ei ĩ hoſpitiũ

concesserunt: in qua una cum uirgine pura hospes uersabatur impurus: patris uestigia nequaq̃ secutus: qui aliquando cum audisset Philippum filium in quadam domo: ubi tres uirgines morabantur hospitio esse susceptum: non obiurgato filio: sed eo qui distribuendis hospitiis domibusq; præerat ad se uocato: præsẽte Philippo sic inquit: Nõne ex tam parua tamq; ãgusta domo filiũ meum deducis? atq; hoc pacto filio permutato: omnem occasionem iferendæ iniuriæ sustulit. Demetrius uero nulla deæ Palladis quam etiam sororem maiorem natu sibi asciuerat: ratione habita: tãta est turpitudine: dum in ea arte degebat: in mulieres urbanas & adolescẽtes liberos usus: ut tũ maxime locus ille purus uideretur: cum is solum cum Chryside & Lamia & Dime & Anticyra uersabatur. Sed multa alia sunt quæ cum sine ignominia ac dedecore clarissimæ Vrbis narrari nõ possint: sponte a nobis in præsentia omittuntur. Democlis tantum temperantiam eximiam incredibilemq; uirtutem: quia digna memoratu fuit: non uisum ẽ silẽtio præterire. Is erat puer adhuc imberbis adeo egregia atq; præstãti forma: ut ex pulchritudine sua nomen adeptus: pulcher Democles ab omnibus uocaretur. Hũc Demetrius cum neq; precibus neq; minis potuisset unq̃ in desiderium suum perducere: semel occasionem temporis nactus: quo puer publicam palæstrã ac gymnasium fugiẽs: priuatum quoddam balneum ĩtrauerat: eo confestim accedit: soluq; ingressus puerũ inopinãtem aggreditur. Ille uero ut uidit sibi soli & puero talem uim iniuriãq; afferri: nullum aliud refugium habens: repente sublato lebetis tegmine in feruentem balnei aquam sese proiecit: atq; eo pacto morte uoluntaria se a uiolentia & scelere Demetrii uendicauit: sua innocentia profecto indigna: patria uero & pulchritudine sua digna passus. Sed illud Celeneti unq̃ huic simile fuit: qui cum pater Cleomedon ob illatam sibi mulctam quinquaginta talẽta reip. deberet: litteris a Demetrio acceptis: quibus a populo Athenienſi petebat: ut hanc mulctam Cleomedonti remitteret: nõ modo suã turpitudinem diuulgauit: sed maximam etiam in ciuitatem perturbationem induxit. Nam cum Athenienses his receptis litteris: Cleomedõtẽq; omni pœna liberato: decretum tulissent: nemini ciuium licere epistolam a Demetrio posthac populo Athenienſi afferre: percepissentq; deinde grauiter ex hoc offensum esse Demetrium: extemplo pœnitentia ducti non modo decretum illud derogarunt: uerum etiam eorum qui illius rei inuentores fuerant: aliis uocatis: aliis in exilium pulsis: nouum tulerũt: quod fuit hoc pacto frequenti populo approbatũ. Visum esse populo Athenieſi: ut quodcunq; Rex Demetrius iuberet: hoc & apud deos sanctum & apud homines iustum haberetur. Cũ uero quidam uir bonus delirare Stratoclem dixisset talia ferentem decreta: ad hoc Demochares spartiata: delilaret ĩquit Stratocles: nisi hoc pacto deliraret. Multis enim suis ille adulationibus profuit. Atq; statim de his accusatus Demochares sine ulla mora est in exilium pulsus. Talis igitur erat Athenienſium uiuẽdi modus eo tempore sane: quo illi & tyranni præsidia ex Vrbe deducta & libertatem sibi restitutam putabant. Inter hæc Demetrio in Peloponessum profecto: cum eius aduentum non expectarent hostes: sed eo appropinquante fugam arriperent: urbes sine ullo certamine tradebantur. Itaq; & littus quod Acteũ uocant & Argos Sycionemq;: tum Corinthum atq; Arcadiam totam præterq̃ Mantineam ingẽti celeritate occupauit: Aciis qui præsidio erãt traditis centum dũtaxat talentis sine ulla mora in libertatem restituit. Celebrantibus deinde festa Bacchi argiuis: non modo interesse: sed etiam præesse Demetrius uoluit. Itaq; princeps certaminis factus una cum aliis græcis læticiam agens Deidamiam Pyrrhi sororem ac Eaci Regis Molossorum filiam coniugem duxit. Sycionem inde profectus: cum persuasisset populo: ut ea Vrbe relicta commodiorem prope eandem Vrbem habitarent locum: extemplo nomine permutato eum pro Sycione appellari Demetriadem iussit. Post hæc in Isthmo cõmuni concilio celebrato: populi qui ibi frequẽtes conuenerant: ducem græciæ uno consensu Demetrium appellarunt: ueluti Alexandrũ atq; Philippũ ãtea uocitauerãt: quibus ille fortasse se haud paulo meliorẽ existimauit

Regem. Nam cum ab Alexandro nemini unq̃ ſit regium nomen ereptum: neq; ſibi ip
ſi tantum aſſumptum: ut ſe Regem appellauerit Regum: ſed multis ſint ab eo regna:
nonnullis regiæ dignitates conceſſæ: Demetrii inſolentiam quis non iure miretur: qui
cunctis aliis neglectis neminem præter ſe & Antigonum patrẽ appellabat Regem? quĩ
etiam eo cœtu ubi frequentes compotatores cõuenerant: cum ii ſupra quos ioci cauſa
effundebatur merum: alii ſeſe Demetrium Regem: alii elephantorum principem dice-
rent: alii nunc Ptolemeum præfectum claſſis: nunc Lyſimachum cuſtodem gazæ: nũc
Agatoclem inſularum dominum ſe eſſe aſſererent: gaudebat uehementer Demetrius:
cum alii aliis nominibus uocarentur: ſe ſolum eſſe quem appellarent regem. Sed hæc
cum ad eorum aures peruenisſent: cunctis aliis hanc ſcurrilitatem ueluti rem inanẽ de
ridentibus ſolus Lyſimachus erat: qui cum eunuchi apud illos regiæ ſupellectilis curã
habere ſoleant: grauiter ferre uidebatur ſe gazæ cuſtodem ueluti eunuchum quendã
uocitari. Augebat præterea hanc ĩdignationem ſuã perpetua quædam inimicitia: qua
ſemper Demetrio ſupra omnes alios fuit infeſtus. Quare in contumeliam ei obiiciens
amorem Lamiæ: nunc primum a ſe uiſam dixit meretricem de ſcæna tragica exeũtẽ.
Ad hoc Demetrius meretricem inquit Lamiã magis eſſe modeſtam: q̃ coniugẽ eius Pe
nolopem. Poſt hæc Demetrius cum reuerteretur Athenas: paulo ante epiſtolam Athe-
nienſibus ſcripſit: qua oſtendebat ſibi eſſe in animo cum illuc peruenisſet: omnia eorũ
myſteria ſine mora ulla percipere: atq; etiã ea quæ ſuprema apud illos habentur: intu
eri. Hoc autem ea tempeſtate nefas ac ſceleſtum erat & ante illud tempus inauditum.
Nam parua quidem myſteria mẽſe nouembris: magna uero menſe iunii celebrari ſo
lita erant: atq; inter hæc & illa quæ habentur ſuprema quia magna cum reuerentia ea
homines intuentur: ſaltem unius anni ſpatium intererat: neq; ea adiri ante illud tem-
pus licebat. At uero lectis Demetrii litteris cum res ĩ conſultationem ueniſſet: unus tã
tum Pythorus qui ſacras tenebat tædas: auſus contrariam uoluntati Demetrii ſenten-
tiam dicere. Sed in tanta formidine Vrbis parum ualuit optimi atq; ſanctiſſimi uiri cõ
ſilium. Nam Stratocles confeſtim tulit decretum ut menſis ianuarii: qui tunc præſẽs
erat: nouember uocaretur: atq; eo pacto quaſi legitimo tempore: parua primum myſ-
teria oſtenderunt Demetrio: poſt hæc rurſus ianuariũ: qui erat factus nouember: Iuni
um uocitarunt: ſtatimq; eidem magna myſteria: tum etiam ea quæ habẽtur ſuprema:
ut percipere atq; intueri ſuo arbitrio poſſet permiſerunt. Quare Philippides Stratoclẽ
accuſans: Hic inquit integrum annum in unius menſis tempus coegit. Et de hoſpi-
tio Palladis a Demetrio polluto: Nemo inquit impurus in Vrbis arce ſuſceptus ſacrũ
uirginis domicilium ſcortis compotatoribuſq; referſit. Verum cum multa nefãda ſce
lera eſſent ĩ ea Vrbe a Demetrio perpetrata: quæ omnem ciuitatem dolore mæſticiaq;
repleuerant: illud præcipue grauiter Athenienſes offẽdit: q̃ cum illi. ccl. talẽta magna
celeritate iuſſu Demetrii cõgregata ad eum detuliſſent: confeſtim omne illud argentũ
Lamiæ ac cæteris ſcortis ad fucum mundũq; muliebrem dari Demetrius iuſſit. nec tã
detrimentum atq; incommodum q̃ rei turpitudo: qua rex dignitatem Vrbis aſperna-
ri uidebatur: moleſtum Athenienſibus fuit: q̃q̃ nonnulli ſunt: qui hoc in Theſſalos nõ
in Athenienſes factum fuiſſe dicant. Lamia quoq; non contenta Demetrii turpitudi-
ne præter nefanda illius facinora & ipſa eo impudentiæ uenerat: ut a multis pro inſtru
endo conuiuio Regi pecuniam extorſerit: conuiuiumq; deinde & magnificentia appa-
ratus & epularum uarietate adeo ſplendidum celebrauerit: ut a Glyceo Samio mãda-
tum ſit memoriæ litterarum. Quare comicorũ quidam perniciem ciuitatis Lamiam:
Demetrium uero quia ſibi adeſſet Lamia fabulam uocitabat. Hãc iam omnes nõ mo
do coniuges: ſed etiam pellices cum uiderent Demetrium eius amore præcipue deperi
re: pluraq; illius q̃ omnium aliarum gratia agere: cõmuni quadam ſententia oderant.
Cum uero aliquando legatis ad Lyſimachum miſſis: ille ocium agens pugnam enarra
ret: qua olim ab Alexãdro Rege coactus cũ ferociſſimo leone cõmiſerat: atq; cicatrices

oſtenderet ex unguibus illius feræ in brachiis cruribuſq; relictas: tidentes legati & ſuũ quoq; Regem dixerunt graues feræ Lamiæ morſus in collo geſtare. Sed mirandum uidetur: Demetrium primo aſpernatum coniugium Phılæ ob ætatem illius ad ſenectutem uergentem: uixq; a patre compulſum ut eam coniugem duceret. deinde amore iã ſeneſcẽtis Lamiæ ſuperatum: tandiu tamq; effrænata mente mulierem arſiſſe. At ſane in conuiuio quodam canente tibiis Lamia: Demo quæ uocabatur Magnia: ĩterrogata a Demetrio: Quid ſibi Lamia uideretur: Anus inquit o Rex. Rurſus cum ſecundæ afferebantur menſæ: plura ait Demo a matre mea tibi mittentur o Rex: ſi cubare cum illa uolueris. Memoriæ quoq; traditum eſt: quandam ſententiam quam Bocchoris iudicium uocant: hoc pacto redargutam fuiſſe a Lamia. Adoleſcenti quidam in ægypto Theognidẽ amicam ardenti: cum illa ab homine: quem ſui a more irrætitum uidebat: multum auri quotidie peteret: forte euenit: ut cum adoleſcenti uiſum ĩ ſomnio eſſet cum ea muliere uerſari: omnis illa cupiditas qua antea uexabatur extincta penitus fuerit. Quod quidem ubi animaduertit Theognides: ob libidinem eius expletã mercedẽ petens ab illo cum ſibi negaretur: adoleſcentem in iudicium traxit. Audita hac controuerſia Bocchores ſubito hominem iuſſit tantum numerati auri quantum illa petebat in uaſe quodam afferre atq;: deĩde ſuis manibus ſpectante muliere aurũ hincinde uerſare. Debere enim cenſuit: ut quemadmodũ adoleſcens cõcupitæ rei opinionem habuerat: ſic mulierem exoptati auri umbrã imaginẽq; referre. Hoc iudicium Bocchoris ut iniquũ atq; iniuſtum ea ratione dãnaſſe Lamiam tradunt: quia cum illud ſomnium adoleſcentis deſiderium ſuſtuliſſet: nõ tamen auri umbra Theognidis cupiditatẽ reſtĩxerat. Hæc igitur de Lamia. Verũ fortunæ ac res geſtæ huius quem deſcribimus uiri: infœliciter poſt hãc proſperitatem ſecutæ: noſtram hanc hiſtoriam quaſi de comica ſcæna in Tragicam permutarunt. Coniurantibus enim aduerſus Antigonũ reliquis Regibus: ac in unum omnes ſuas redigẽtibus uires: magnitudĩe rei motus Demetrius: e græcia diſcedens ad patrem Antigonum uenit: ut cõmuni conſilio de ratione ĩminentis belli agitaret. quem cum cõperiſſet ſupra ætatem ſuam iam confectam canicie exercitũ parare: totumq; animo & mente ad bellum eſſe conuerſũ: uehementius q̃ antea ſtimulo patris adiuncto belligerendi cupiditate exarſit. Verum Antigonum ẽnium Regum eo tempore maximũ facile potuiſſe credunt & ſibi & Demetrio filio primum locũ primamq; dignitatem ſeruare: ſi inſolentiam ſuam moderari: ſuperbiam uincere & leniori uti uoluiſſet imperio. Sed uir natura aſper & ſecundis rebus elatus cum non minus uerbis q̃ re cunctis hominibus eſſet moleſtus: incredibile omnium gentium erga ſe odium concitauerat: & in præſenti bello omnes reges ad machinandã ſibi quacũq; ratione perniciem intentos uehementius exacuerat: cum hac cõſpiratione percepta ſe eos ueluti aues quæ legere ſemina ſolent: uno lapide atq; uno clamore perturbaturum dixiſſet. Cõgregauerat iam Antigonus ſupra. lxx. peditum. x. equitum milia: elephãtos .lxxv. cum ex altera parte hoſtes quattuor &. lx. milia peditum: equites quĩgẽtos ſupra .x. milia: elephantos quadringentos: currus centum uiginti haberẽt. Hoc pacto copiis utrinq; omni ſtudio comparatis: Antigonus cum prope hoſtium exercitum poſuiſſet caſtra: cœpit uariis curis ac perturbatiõibus angi. uoluebat enim animo magnitudinẽ rei & prope inſtantis prælii euentum: nec ſatis ſciebat timendum ne ſibi magis an ſperandum foret: cum uincendi conſuetudo & opinio ex recenti proſperitate innata ſpem ſibi ac fiduciam conſequendæ uictoriæ facerẽt: & ex altera parte ingenium uiri multarũ rerum experientia callens ac prope ſciens cõditionem fortunæ: quæ crebris mutationibus gaudet: metum ſibi ſollicitudinemq; afferret. Itaq; cum in aliis certaminibus ſolitus eſſet alta uoce & ſuperbis ſermonibus uti: nũc mordendo aut aſpernãdo hoſtem: nunc audaciam ſuam iactando: tunc quidem magna ut apparebat urgente animũ cura: quaſi futuram calamitatẽ proſpiceret præter conſuetudinem in aſſidua cogitatiõe ac ſilentio perſiſtebat. Multa inſup alia ea tempeſtate facta ab Antigono tradũt: quæ

antea fieri minime consueuerant. Nam & filiũ Demetrium: quasi iam de alia uita cogitaret: uniuerso spectante exercitu successorem constituisse aiunt: eumq; deinde ī tentorium adduxisse arbitrisq; remotis multa secum esse locutum. quod profecto nõ mediocrem admirationem cũctis militibus præbuit: cum raro ātea aut nũq̃ pene cum illo sermones conferre aut cõmunicare arcana solitus esset: sed contentus iudicio suo: quæ sibi uidebantur gereret: & quibus uellet uteretur: & consilio agendarum rerum spretis aliorum sententiis secum ipse solus agitaret. Vnde memoriæ proditum est Antigonũ aliquando a Demetrio adolescente rogatum: quãdo reuersurus cum exercitu foret: turbato uultu filio respondisse: An times solus ne tubarũ sonitum audire nõ possis? Sed ad hanc Antigoni curam nõnulla præterea eo tempore accesserant: quæ malam aduersamq; fortunã portendere uidebãtur. Nam Demetrio uisum in somnio est: se ab Alexandro splendidis armis instructo interrogari: Quodnam signum ad futuram pugnã suis tesseramq; præberent: seq; Iouem respondisse atq; uictoriam: tum Alexãdrum dixisse ad hostes & uestros discedam. Antigonum quoq; aiunt cum instructa phalange tentorio esset egressus: offenso pede ī os toto cum corpore corruisse: subleuatumq; deinde supplicibus manibus ad cælum extẽsis deos precatum esse: ut uictoriam sibi uel mortem potius q̃ turpem fugam præberent. Atq; statim post hæc in aciem descendũt: signoq; utrinq; dato: prælium ab õni parte cõserebat: atq; omnium oculos animosq; occupabat certamen: cum Demetrius cum robustissimo agmĩe delectorum equitum: quos ipse ductabat: in Antiochum Seleuci filium impetum fecit: quem fusum fugatumq; certandi ardore & cupiditate uincendi usq; adeo est persecutus: ut cum uictoriã īmoderate cõsequellet: eã õnino amiserit. Nã postea a persequẽdo hoste reuersus: peditũ agmẽ quos ipse suis equitibus tutabat: ab hostibus circũuentum inuenit: nec iuuare illos potuit: nec in tempore subsidium ferre. Etenim dum ipse persequebatur Antiochũ: interea qui prope Seleucum erant cernentes phalangon nudatã præsidio equitum anteq̃ eam aggrederentur: circunducere agmen cœperunt: & quasi inuadẽdi specie perterrere. Quo quidem facto magna pars cum se ab hostibus circumuẽtam & discessu Demetrii omni præsidio spoliatam uideret: spõte sua ad hostem migrauit: reliqua uero cum impetum sustinere non posset: in fugam uersa. Atq; extemplo post hæc ingens hostium turba ueluti procella quædam in Antigonum ferebatur: multiq; eum solum petebant: cum quidam ad eum conuersus uirum rogauit: ut salutem adipiscerẽtur fuga. Isti enim inquit te petunt. Consulas quæso saluti tuæ o Rex. Quid īquit Antigonus isti de me cogitant? Veniet Demetrius & mihi auxilium feret. Sed in tãta celeritate frustra implorantem subsidiũ filii: cum undiq; circunspiceret: Demetriũ uocãs: superuenientes interim hostes senem aggrediuntur: ac sepius repetitum confossumq; telis interimunt: cunctis amicis capessentibus fugam præter Thoracem lariseum: qui solus prope mortui corpus permãsit. Hoc igitur pacto finita pugna Reges qui simul conspiraverant: amplissimam uictoriam cõsecuti: omne regnum Antigoni atq; Demetrii quasi uastum scindentes corpus inter se partiuntur. Demetrius uero quinq; peditum & quattuor equitum milibus: quãta maxime celeritate potuit fuga accepta: cũ Ephesum peruenisset: suspicio fuit ne uir ob recentem cladẽ susceptam pecunia indigens celeberrimum illud templum īuaderet ac diriperet. At uero ipse etiam ueritus ne tam scelestum facinus se inuito sui milites perpetrarent: cõfestim ex ea Vrbe migrare constituit. Itaq; idoneam nactus tempestatem milites equitesq; naues conscendere iubet: cursumq; suum uersus græciam dirigit: eo animo ut ante õnia proficiscatur Athenas: quam quidem Vrbem suis calamitatibus unicum putabat esse refugium. Etenim ibi naues atq; pecunias uxoremq; Deidamiam reliquerat: sibiq; persuaserat ī quacũq; fortuna sua etiam si cætera deessent: nunq̃ Athenienſium fidem suis rebus defuturã. Sed hac inani spe græciam repetenti: cum prope Cicladas peruenisset: Atheniẽsium legati obuiã ei fiũt mandata ferentes lõge ab sua opinione aliena: populũ. n. Atheniẽsiũ

(quoniam ſtatuiſſet nullum in ciuitate ſuſcipiẽdum Regẽ)hortari Demetriũ aiunt: ut ab Vrbe Athenarum abſtinere uelit : Deidamiam uero ſe tali cum honore ad eum remittere : qualẽ Atheniẽſes dare & uxorem Regis Demetrii congruum eſſet accipere. His expoſitis mandatis repente tanta ira indignatioq; Regem inuaſit: ut pene de ſuo ſtatu mentem dimouerit. Nam & ſi regno patre exercituq; amiſſo: ex florentiſſĩo ſtatu uno prælio eſſet in extremam pene calamitatem deiectus: tamen ſecũ reputans fortunæ uim matrẽq; cõmunem: alia quidem aduerſa tolerare conſtanti animo uidebatur. At uero hæc inopinata deceptio: qua ſe præter ſpem ab Athenienſibus & ſpretum & deriſum eſſe putabat: ĩcredibile dictu eſt quanto dolore animum uiri mæſticiaq; repleuerit. Quapropter meo iudicio nõ parum ii principes Regeſq; falluntur: qui excellentiam honorum a populis ſibi tributam maximum beniuolentiæ teſtimonium firmumq; ſui ſtatus præſidium putant . Nam &ſi ſponte ſua & beniuolentia quadã ad decorandos principes moueri populi uideãtur: ducuntur tamen plærunq; metu: cum tam ii qui oderant q̃ ii qui amant proſequi honoribus principes ſoleant. Prudentes igitur uiri & optimi rerumpublicarum gubernatores non tam laborant ut ſtatuas uel decreta uel honores diuinos a populis conſequãtur: q̃ ut merita ſua & res eorum geſtæ q̃ maxime dignæ honoribus ſint. Demetrius uero magna(ut ſibi uidebatur)ab Atheniẽſibus accepta iniuria: cum non ſibi ulciſcendi facultates adeſſent: expectans commodiora tempora: cœpit de populo Athenienſi modeſte loqui: nec ullum alienati animi iudicium præ ſe ferre. Sed petens ab illis ut naues quæ relictæ ĩ pyræo erant: quarum numero & una. xiii. remis cõtinebatur: ſibi redderentur: cõcedentibus Athenienſibus hãc accepit claſſem: & quanta maxime celeritate potuit in iſthmum traiecit. Quo quidẽ ubi peruentum eſt: comperit res ſuas quotidie in deteriorem locum adduci : cum eius præſidia undiq; pellerent: & oppida ſine ullo certamĩe ad hoſtes deficerent. Quare noua uoluens animo: cum Pirrhum ĩ græcia reliquiſſet: ipſe cum omni claſſe ĩ Cheroneſſum profectus: Lyſimachi regnum inuadit: nec multum temporis elapſum eſt: cum augendo quotidie ſuas uires exercitum non contemnendum parauerat. neq; hoc reliquis Regibus erat moleſtum: quia Lyſimachum ob maximam elationem nimiãq; potentiam cõmuni quadam concordia oderant. Verum paulopoſt meliori Demetrio aſpirante fortuna: accidit ut Seleucus cũ cerneret Lyſimachũ duas Ptolemei filias: aliã ſibi aliam pro Agatocle filio in matrimonium habuiſſe: optimum & ipſe ratus quãtis maxĩe poſſet principũ affinitatibus regnũ ſucceſſoreſq; ſuos munire: Stratonicẽ Demetrii filiam in coniugem peteret . Hanc inopinatam proſperitatem & præter ſpem oblatam ſibi non aſpernatus Demetrius: cõfeſtim aſſumpta puella cum õnibus nauibus in Syriam properauit. Sed in ipſo curſu tangente oram ciliciæ claſſe: & prope cõtinentem nauigante Demetrio cum milites in terram expoſiti frequẽtes excurſiones peragerent: Pliſtarchus Caſſandri frater: qui a Regibus poſt pugnã cum Antigono factã hanc prouinciam acceperat: grauiter ferens regionem ſuam populatiõe ĩcendioq; uaſtari: extemplo ad Seleucum proficiſcitur: ut de illatis ĩiuriis queratur: & eum ĩcuſet q; ab aliis regibus & cõmuni gerendi belli ſocietate animum ſuum ſeiungat . Quod ubi cognouit Demetrius: maiorem per diſceſſum ſuum occaſionem nactus: ad cyndos militibus in terram expoſitis regionem eius inuadit: atq; populato undiq; agro: talentis mille & ducentis acceptis cum ingenti præda ad claſſem reuertitur: curſum deinde ſuum quoad fieri poteſt accelerat . Iãq; una cũ cõiuge Phila prope occaſum uenerat: cũ Seleucum regem offendit: atq; primum omni ſuſpiciõe doloq; remoto: iocundiſſimũ congreſſum inter ſe habuerunt. Seleuco antea comiter in tentorio Demetrium: Demetrio uero deinde in naui: quæ tredecim remis erat: benigne recipiente Seleucum. Habiti ſunt præterea inter eos frequẽtes familiareſq; ſermones: nec arma aut cuſtodiæ aut ulla ſuſpicionis indicia uſq̃ conſpecta: ſed incredibili iocunditate eouſq; conſumptus eſt dies: quouſq; Seleucus a Demetrio digreſſus Stratonice ſibi aſſumpta cum omni

pompa ſe ad Antiochum contulit. Demètrius autem Ciliciam petens nulla inter poſita mora coniugem Phılam ad Caſſandrum fratrem celeriter miſit: ut Pliſtarchi querelas de allatis ſibi iniuriis accuſationēq; purgaret. Inter hæc Deidamia ex Græcia ad Demetrium ueniens: paucos dies cum illo uerſata ex quadā ægritudine uita deceſſit: poſt cuius interitum Demetrius nouas nuptias quærens per Seleucum cum Ptolemeo affinitate contracta: filiam illius Ptolemeidem cæpit uxorem. Atq; hæc Seleuci opera plena humanitatis & officii fuit. Illa uero inhumana atq; recenti affinitate īdigna. Petēs enim Demetrius ut acepta pecunia Ciliciam ſibi reſtituat: nō modo hoc: ſed ne illud quidem impetrare potuit: ut ſaltem Tyrum atq; Sidonem Seleucus ſibi cōcederet. In quo ſane inhumanum atq; agreſtem habitum Seleucum aiunt: accuſatumq; uehemēter: q; cum omnia a mari indo uſq; ad Syriæ littora ſuo imperio eſſet complexus: nunc adeo inops animi fuerit: ut pluris duas urbes q̄ præſtantiſſimi uiri & clariſſimi Regis affinitatem fecerit: ſocerumq; ingenti fortuna exagitatū nō modo non iuuerit: ſed negando ſibi anguſtum hoſpitium ex finibus ſuis pene expulerit. Hæc eſt illa inopia animi: quæ ſententiam Platonis ueriſſimam reddit. Ei inquit qui uelit eſſe diues: non cumulandam pecuniam: ſed minuendam cupiditatem cenſeo. Quare nunq̄ is liber ab inopia erit: qui nullū conſtituens cupiditati modum: continuo diuitiarum exagitetur ardore. Hac ſpe præter opinionem deſtitutus Demetrius: non tamen animum ſuum abiecit: ſed ut magni ſpiritus uir & fortunæ permutationibus aſſuetus: Si millies īquit prælio ſuperatus ſim: nunq̄ committam: ut pro uili mercede generum Seleucum diligam. Cæterum extemplo poſt hæc litteris amicorum accitus: qui eum certiorem reddebant Lamacharem in magna Athenienſium ſeditione factum eſſe tyrannum: eumq; hortabantur: ne tantam occaſionem recuperandi Athenas prætermitteret: confeſtim cum omni claſſe in Græciam properauit. Sed cum prope Atticam perueniſſet: fœdam tempeſtatem perpeſſus: multis hominibus nauibuſq; amiſſis ſeſe ī loca tuta recepit: atq; ab īcepto quod aduerſus Athenienſes propoſuerat animo: ita eo tempore deſtitit: ut illud non deſerere: ſed in commodiorem opportunitatem differre uideret. Itaq; data opera ut ſui reparārent claſſem: ipſe interim in Pelopōneſum profectus: urbē Meſſenem obſidione aggreditur. ubi cum quadam die fortiter ſub mœnibus dimicaret: telum ex catapulta ab oppidanis dimiſſum ſic aduerſū illius os maxillamq; percuſſit: urparum abfuerit: quin ultimam ſuæ uitæ perniciem eo die inuenerit. Verū poſtpaulo īpriſtinam ualitudinem reſtitutus: poſteaq̄ nonnullas Vrbes ſponte deficientes in deditionem recepit: rurſus Atticam repetens: confeſtim Eleuſina rannuſioq; deuicto omnem regionem populari: prædam abducere: undiq; īfeſtare urbem ſuos milites iubet. Cum igitur multis modis Demetrius uno atq; eodem tempore ciuitatem urgeret: nouum quoq; incōmodum ad ea omnia quæ īferebant hoſtes: Athenienſibus ex inſperato acceſſit: quod nō mediocriter mētes eorum animoſq; turbauit. Etenim nauis quædam onuſta frumento: quæ forte per eos dies Athenas ducebatur: capta a Demetrio eſt: & gubernator laqueo ſuſpenſus. Hoc ut renunciatum Athenis eſt: tāta repente deſperatio & omnium rerum penuria urbem inuaſit: ut obſeſſi drachmis. xl. ſalis medinnum. ccc. frumenti modium emerent. Itaq; iam rebus ſuis diffidentes ad deditionem inclinari uidebantur: cum frequētes nuntii ad eos ueniunt referentes centū quinquaginta naues: quæ a Ptolemeo Rege aduerſus Demetrium mittebantur: prope Eginam eſſe conſpectas. Hoc rurſus ad ſpem ſeruandæ urbis Athenienſes erexit. Verum Demetrius non multo poſtea īgenti celeritate: tum ex Cypro tum ex Pelopōneo nauibus accitis: cum iam. ccc. nauium claſſem comparaſſet: extemplo Ptolemei duces eius congreſſum non expectandum rati abierunt: & Lachares tyrannus relicta urbe fugam arripuit. Deſperatis igitur omnibus rebus Athenienſes: & ſi ei qui de componenda cum Demetrio pace mentionem feciſſent: pœnam capitis recenti conſtituiſſent decreto: tamen extrema omnium rerum urgente penuria: cum ad petendam ueniam &

accipiendas quaſcūq; conditiones pacis neceſſario cogerēntur: patefacta propinquio/ri porta legatos ad Demetrium mittunt: qui dicerēt ſe ſuaq; omnia in fidem ac poteſ tatem eius permittere: rogare atq; obſecrare: ut ſuæ clæmētiæ magis q̄ iniuriarum me mor eſſe uelit. Hæc agebant Athenienſes non tam quia aliquid boni pacatiq; ab homi ne ſibi uehementer irato conſequi poſſe confiderent: q̄ quia fœdam obſidionem ulte/rius tolerare non poſſent: ſatius eſſe ducebant uictoris arbitrium experiri: q̄ ingenti ī opia ciuitatem ſuccumbere. Ferunt enim eo tempore tanta fame ciuitatem oppreſſā: ut de mure qui mortuus ex tecto cecidit: quidam pater cum filio decertauerit: & philo/ſophus Epicurus fabis æqua portiōe diſtributis familiam ſuam nutriuerit. In hoc ſta tu cum res Athenienſiū eſſent: Demetrius urbem ingreſſus populum omnem ī the/atrum uocauit: & tentorio pulpitoq; haſtatis militibus undiq; ſepto: cum e ſuperiori loco ueluti tragici ſolent: ī ſuggeſtum deſcendiſſet: ingens repente pauor multitudinē cæpit: deinde audito initio orationis ſuæ: ī quo præter expectationem magnitudini uo cis & aſperitati uerborum pepercit: populus Athenienſis antea metu attonitus extem plo omnem ſuſpicionem formidinemq; depoſuit. Leniter enim ille primum & amice accuſata pertinacia eorum: reliquam deinde orationem perblandam ac benignam ha/buit. Demum poſt hæc ut aliqua reconciliati animi indicia præ ſe ferret: decē milia me dimnum frumenti dono Athenienſibus dedit: & magiſtratus qui eis gratiſſimi erant: in priſtinam libertatem cōſuetudinemq; reſtituit. Acclamāte uero undiq; populo: & certatim omni multitudine applaudente Demetrio: cum oratores: qui eloquentia di/cendiq; ratione uehementer pollebant: ampliſſimis laudibus Demetrii uirtutem extol lerent: Dromoclides orator ne in Rege honorando aliis uideretur inferior: decretum tu lit: ut populus Athenienſis Munichiam atq; Pyræum regi Demetrio redderet: libereq; permitteret: ut his ſuo arbitratu uteretur. Decernentibus hæc Athenienſibus: interim Demetrius præterita defectione commotus ualidis præſidiis Muſium firmat: ne ſi rurſus illi reiicere iugum tentarent: nullo fræno coerciti: moram ſibi impedimentūq; aliis rebus afferrēt. Recuperatis igitur hoc pacto Athenis præſidioq; firmatis Demetri/us non ad quietem animum uertit: ſed bella ſemper ex bellis ſerens aduerſus Lacedæ/monios ducto exercitu: cum prope Mantineam peruenīſſet: Archidamum Regē offen dit obuiam uenientem ad arcendū cū ſuis copiis hoſtem: quem ſubito prælio adortus in fugam uertit: ac nulla interpoſita mora agrum laconicū infeſtis ſignis ingreſſus: eo uſq; proceſſit: ut prope Spartā poſuerit caſtra. pauloq; deinceps rurſus cum hoſtibus cōſerta manu iterum uictor: quingentis captis ducētis cæſis parum abfuit quin Vrbē caperet munitiſſimā & ante illud tempus inexpugnabilem habitā. Sed nemo meo iu/dicio Regum fuiſſe apparet: quē fortuna pace belloq; maioribus unq̄ permutationi/bus q̄ Regem Demetriū agitauerit. Etenim ſæpe hominem magnis exercitibus multis uictoriis ampliſſimo regno ornatum ī ſupremam proſperitatem euexit: ſæpe uerſis ī cōtrarium rebus uictum fugatūq; ex ingenti proſperitate ī extremas pene calamitates deiecit. Vnde in illa ingenti permutatione rerum erga fortunam conuerſum illud Aeſchili protuliſſe aiūt: Tu me extuliſti: tu me iterū fortuna deponis. Ea uero tēpeſta te proſpere ſibi in Pelopōneſo ſuccedentibus rebus: ex altera parte nunciatum eſt: Vr/bes quas tenebat in Aſia a Lyſimacho oppugnatas ſeſe tutari nō poſſe: & Cyprum ni/ſi confeſtim ſubueniāt in Ptolemei poteſtatem uenturam: & matrem filioſq; Salamīa incluſos uehementi obſidione teneri. Sed ueluti mulier illa apud Archilocum in altera quidem manu aquam ferebat cum dolio: in altera uero ignē: ſic fortuna cum grauiſſi/mis caſibus nuper allatis a Lacedæmōe Demetrium remouiſſet: rurſus eum ī ſpem no uarum ac magnarum rerū ex huiuſmodi cauſa erexit. Defuncto Caſſandro Philippus maior natu ex filiis ſuis in regno ſuccedens: nō multo tempore poſtea & ipſe quoq; ui ta deceſſit: poſt cuius interitum duobus aliis fratribus: qui ſuperſtites erant: īter ſe diſ/ſidētibus: cum alter qui appellabatur Antipater Theſſalanica matre necata: Alexādrū

fatrem ut regno expelleret:hoſtili animo perſequeretur.Ipſe ecõntra ad ſe tutandum opibus alienis accitis Pyrrhũ quidem ex Epyro Demetriũ ex pelopõneſo uocauit.Sed Demetrium aliis negociis remorantibus:ſuperueniens Pyrrhus cum aduerſus Antipatrum auxilium Alexãdro tuliſſet:pro mercede opis allatæ magna Macedoniæ parte ſibi aſſumpta:tantũ ſuo regno adiecit:ut iam Alexandro cui auxilium tulerat:nõ mediocri formidini eſſet:& ex altera parte magno cum exercitu ueniente Demetrio:ãtea cũ res exigebãt litteris illius accito:duplicatus eſt adoleſcentis metus ob auctoritatem nomenq; uiri:quem cum ob gloriam rerum geſtarum in admiratiõe gentium eſſe ſciret:in regnum ſuum uenire periculoſum eſſe ducebat.Obuiam igitur ei profectus ubi ad illum uenit:comiter ac benigne uirum ſuſcipiens ampliſſimis uerbis ei gratias ægit:q; omnibus aliis poſtpoſitis rebus ad tutandũ ſuum regnũ cum ingenti exercitu acceſſiſſet.Adiecit poſtea res ſuas ſtabilitatem iam habere:ac õni impedimento remoto ità tranquillas ac pacatas eſſe:ut nõ ſit neceſſe ulterius progredi:omnia uirtuti ſuæ ita accepta referre ac ſi in tempore ſubſidia adfuiſſent:& ſua opera ões diſcordiæ eſſent ſublatæ.Sed ſtatim poſt hæc nõnulla ſecuta ſunt:quibus occaſio data eſt:ut grauis ſuſpiciones utrinq; orirentur.Demetrium enim ab adoleſcente ad cõuiuium ĩuitatum monuit quidam:ut ab inſidiis quæ ad eũ interimẽdum paratæ erant caueret. Quibus cognitis Demetrius ne illum perturbati animi aut ſuſpicionis indicium præ ſe ferret:nõ fugiendum cõuiuium adoleſcentis putauit:ſed in ipſa profectione:cum lento accederet gradu:capta opportunitate duces exercitus monuit:ut omnes copias in armis haberent:& cuſtodes corporis ſui:qui longe plures q̃ Alexandri milites erant:iuſſit ut regiã ſecum ingrederentur propeq; conſiſterent:donec e cõuiuio aſſurgeret. Hoc cum Alexandri ſatellites perſpexiſſent:quia numero & uiribus impares erant:nõ ſunt auſi Demetrium aggredi.At uero Demetrius aliquam abeundi occaſionem quærens ſimulata mala corporis ualitudine ab Alexandro digreditur:& poſtero die nũcio nouarum rerũ:quæ magni ponderis erant:ſe uocari aſſerens neceſſarium ſibi eſſe oſtendit: q̃primum exercitum inde abducere:Pelopõneſumq; repetere:Alexandrum rogare ut ſuæ neceſſitati ignoſcat:operam ſuam polliceri hortariq; ut ea quando ſibi expediret:ſine ullã exceptione uteretur . Adoleſcens qui Demetrii aduentum antea formidauerat:& nunc quoq; præſentiam illius ſuſpectam habebat:cum cerneret eum ſua ſponte ex finibus ſuis abire : incredibilem animo læticiam cæpit:atq; cum eo pro maiori amoris indicio uſq; Theſſaliam eſt profectus . Poſtea uero q̃ Lariſſam uenerunt:rurſus alter alterius perniciem quærens:mutuo ſibi dolos inſidiaſq; parabant. Alexander libere ad Demetrium accedendo per hunc maxime modum ſperabat eum allicere:ut & ipſe quoq; ad ſe omni ſuſpicione omiſſa ſine cuſtodibus armiſq; ueniret.quæ quidem opinio prorſus adoleſcentem fefellit.Etenim ad cœnam ĩuitatus:cum eadem liberalitate qua conſueuerat acceſſiſſet:non potuit Demetrii manus effugere. Nam feruente conuiuio cũ ſurrexiſſet Demetrius:perterrefactus adoleſcens ſimul & ipſe aſſurgens Regis ueſtigia perſequebatur. Vbi ad hoſtium uentum eſt:annuit militibus ſuis Demetrius:qui eo in loco cõſtituti erant : præcepitq; ut ſequentem ueſtigia ſua confeſtim necarent.exẽplo Alexander multis uulneribus confoſſus eſt:aliiq; nonnulli qui ei opem ferebant ĩterfecti:quorum unum dum necaret: dixiſſe aiũt:una nos die præuenit Demetrius. Trepidatum ea nocte(ut par erat) uehementer a Macedonibus eſt:ſequenti etiam die illi &ſi nihil hoſtile in ſe uerti:ut ſuſpicabantur: perſpicerent:tamen cernentes potentiam uiri ad cuius nutum poſt Alexandri mortem omnia redacta uidebantur:neq; ſuis rebus ſatis fidebant:neq; arbitrio Regis:ãteq̃ eius mentem atq; aĩum percepiſſẽt:ſe credere permittereq; audebant . Quibus cognitis Demetrius miſit:qui confeſtim eos hortarentur:ut õi ſuſpicione depoſita:cauſam earum rerum quæ geſtæ erãt:audire a Demetrio uellent.Recreati his uerbis Macedones extemplo õni metu ut plærũq; fit ĩbeniuolentiam uerſo Demetrium adiuerunt:nec longam illius orationem expectãdũ

rati: eum ſine ulla morā cum ſalutaſſent: regem in Macedoniā perduxerunt. Nec dici poteſt hæc permutatio rerum q̄ grata cunctis Macedonibus fuerit. Nam ea quæ olim Caſſander in Alexandꝝ defunctum contra omnia iura diuina humanaq; perægerat: & nefādum Antipatri ſcelus: quod nup ille in Teſſalonicā matrē patrauerat: tanto odio habebātur: ut noui Regis apud omnes populos incredibile deſiderium parerent. Hæc igitur omnia cum Demetrium gratum atq; acceptum cunctis Macedonibus redderēt: tum etiam coniunx Phila & liberi ex ea nati: qui antiqui Antipatri optimi atq; ſanctiſſimi uiri memoriam renouabant: Macedonas compellere uidebātur: ut Demetrium quaſi hæreditarium ac legitimum exiſtimarēt regem. Dum hæc ī Macedonia gerunt; interim ex Salamina nūtiatū Demetrio eſt: matrem ac filios qui obſidiōe tenebant: & liberatos a Ptolemeo fuiſſe & ampliſſimis donis muneribuſq; ornatos. Præterea eodē tempore crebri rumores ex Aſia afferuntur: qui nuntiabant Stratonicem Demetrii filiam: ſoluto Seleuci matrimonio Antiocho filio denuo nuptam: ac Reginā habuerunt: qui ſuperiora loca Aſiæ īcolunt appellatam. Huius autem noui coniugii hinc orta cauſa eſt. Cum ī regno patris Seleuci aſſidue adoleſcens uerſaretur Antiochus: forte Stratonicis nouercæ iam unum habētis ex Seleuco filium: uenuſtate ac pulchritudine captus: puellam cœpit uehementer ardere: & creſcente īdies amore eouſq; proceſſit: ut die noctuq; ingenti perturbatione angeretur. Erat autem durior ex eo adoleſcentis conditio: q; intus alebat ægritudinem ſuam: nec cuiq̄ cōmunicare audebat: rubore quodam & reuerentia patris Seleuci detentus. In hoc igitur ſtatu conſtitutus adoleſcens: cū ſe omnino ab hac cupiditate ſuperatum eſſe perſpiceret: nec ullū remedium huic malo reperire poſſe confideret: magis neceſſarium: ut ſibi uiſum eſt: q̄ ſalutare conſilium cæpit. Simulans enim ſe corporis morbo uehementer urgeri: operam dedit: ut abſtinētia cibi ſenſim pedetētimq; ſibi uitam eriperet: & morte uoluntaria ſe ab ingenti ægritudine: quæ animum eius exederat: uēdicaret. At uero Eraſiſtratus ſolus inter plæroſq; medicos: quos Seleucus magnis propoſitis premiis ad curandum filium undiq; cōuocauerat: percipere potuit hanc animi ardentis amore non male affecti corporis ægritudinem eſſe. Sed ignarus cuius amore adoleſcentis animus præcipue deperiret: ad hoc inueniendum in eo maximum ſtudium operamq; conſtituit: ut tum uultum & eas partes quæ mutari facile ſolent: obſeruaret Antiochi: cum adoleſcentes puellæq; formoſæ eum uiſitatum uenirent. Multis igitur ad eum ut par erat quotidie uenientibus: nullū cernebatur mutationis indicium. Accedente uero Stratonice (frequenter enim ad eū uiſendum una cum Seleuco ueniebat) tanta repēte perturbatio Antiochum occupabat: ut defectum uocis: ruborem uultus ſubintuitum oculorum ſudores acutos motum incredibilem uenæ: cunctaq; alia quæ a Sapho de amatoribus referuntur: intueri in adoleſcente liceret. Statimq; poſt hæc deficiente pedetentī ſenſu ingens pallor toto corpore diffundebat. Hæc obſeruans Eraſiſtratus manifeſte deprehendit nullius amore niſi Stratonicis captum eſſe Antiochū. Itaq; primo Seleucum metuēs: magis ſui ut æquū erat: q̄ adoleſcentis periculi memor: hanc rem perpetuo tacere decreuerat. Deinde ſecū reputans q̄ īgenti amore Seleucus filium complecteretur Antiochum: quāto nunc dolore die nocteq; pro eius ſalute angeretur: depoſito non iniuria metu uirum adire conſtituit: eumq; arguta calliditate ī adoleſcentis deſiderium trahere. Vbi igitur ad illum uenit: ægritudinis inquit o Rex: quæ filiū tuū ad mortem perducit: cum eum īgēti cura diligentiaq; perquirerem: tandem nō ualitudinem malam aut ullum corporis morbum: ut a plæriſq; falſo creditum eſt: ſed incredibile amoris incendium cauſam eſſe inueni: neq; me profecto mea opinio fallit. Sed ſatius fortaſſe erat minuſq; moleſtū uel eius cauſam non eſſe repertam uel tibi patri nō manifeſtatam fuiſſe: cum nullum poſſit huic malo remedium reperiri. Stupefactus Seleucus cur amice inquit: ſi huius ægritudinis amor cauſa eſt: lāguenti filio opitulari non poſſimus? īgenium nobis an facultates deſunt? quænam quæſo tanta cupiditas aut qualis amor adoleſcētem corripuit:

qui omnis deliberādi nobis rationes excludat? At uero Erasistratus post multos sermones utrinq; habitos tandem precibus Seleuci fatigatus: Scias inquit o Rex meam coniugem esse: quam adolescens Antiochus ardet. Tum Seleucus multis cum lachrymis Erasistratum complexus obsecrare cœpit: ut per fidem per amicitiam suam adolescentis saluti iam ad uoluntarium īteritum properātis succurrere uelit. Hunc sibi esse filiū ait: in quo esset & status & regnum & uitæ suæ spiritus constitutus: in quem ōnes populi oculos conuertissent: quo amisso nihil restare præter mortem: quod sibi āplius expetendum foret. Hæc inquit Erasistratus facile tu pater nobis enarras: uerum forte aliter sentias si Stratonicem tuam amaret Antiochus. Vtinam amice īquit Seleucus aut dii aut homines facultatem darēt: ut hunc amorem permutare meo arbitratu possem. Deos enim obtestor: q; si ea quæ mihi carissima sunt: in unum conferrentur: omnia libenter abiicerem pro tuenda unius Antiochi uita. Hæc uehementi affectu multisq; cū lachrymis dicente Seleuco: Erasistratus non amplius contandum ratus apprehensa illius dextera: nihil est inquit o Rex: cur Erasistrato amplius indigeas. Nam pater & uir & rex cum sis: medicus optimus tuæ familiæ eris. Non enim coniugem meā sed Stratonicem tuā filius Antiochus ardet. Quibus cognitis Seleucus uehementer rei nouitate turbatus Erasistratum rogare cœpit: ut rem omnem serio enarraret. Postea uero q̄ uoluntariam mortem proposuisse animo filium suum cognouit: & reuerētia patris essе detentum: quo minus causam suæ ægritudinis aperiret: īcredibili illius misericordia motus: non deserendum tam egregium adolescentem putauit: sed omnia interitu filii potiora ducens: extemplo populo ī concionē uocato: luculentam orationē habuit: qua ostendit se uelle ac iubere omnium populoꝝ qui superiora loca Asiæ incolunt: Antiochum Regem & Stratonicem reginam appellari: & matrimonio simul cōiungi: existimare filium qui cunctis ī rebus suo imperio obtemperare solitus sit: ab his nuptiis nō alienum fore. Sin uero mulier re inopinata perturbetur: amicos & familiares hortari: ut ei persuadeāt omnia iusta ac honesta arbitretur: quæ sint optima Regi Seleuco uisa. Celebratæ sunt deinde Stratonicis & Antiochi nuptiæ ingenti apparatu & incredibili magnificentia rerum: festaq; ubiq; in regno Seleuci pro nouo coniugio acta. Sub idē tempus Demetrius post Tessaliam ac Macedoniam occupatā: cum ī Pelopōneso plurimas Vrbes & in Isthmo Athenas & Megaras obtineret: tamen non quiescens animo aduersus Boetios exercitum duxit: nec diutius ei laborandum fuit: cum primo hostiū aduentu perterrefacti Boetii pacem petierint. quā īpetrata conditionibus molestis acceptis bellum a finibus suis remouerunt. Sed non multo postea cum Cleonimus spartiates comparato exercitu Thebas esset profectus: & Pisidem Thespiū uirum potentē & rerum gestarum gloria clarum in belli societatem traxisset: extemplo elati Boetii & spe nouarum rerum allecti a Demetrio desciuerunt. Hanc defectionē grauiter ferens Demetrius confestim ōni studio enitendum putauit: ut hostes citius q̄ opinarent pœnas suæ leuitatis suæq; perfidiæ darent. Itaq; celeriter cum omni exercitu: quē in armis habebat: Thebas profectus: primo aduentu Vrbem obsidione cinxit: pauloq; deinde machinis tormentisq; ante frontem castrorum cōtraq; ea mœnia quæ minus firma ac munita erant locatis: cum ea expugnare aggrederetur: tam ingentem pauorem Cleonimo spartiati iiecit: ut confestim relicta Vrbe fugam arriperet. Hæc ubi Boetii percepe runt: existimantes Demetrii uires amplius sustineri non posse: legatos ad eum mittūt qui dicerent se suaq; omnia ī fidem ac potestatem eius permittere: rogare atq; obsecrare ut suæ clæmentiæ qua semper ōnes alios superasset: ī præsenti fortuna rerum meminisse uelit. Quibus auditis Demetrius ac ī deditionē receptis: Vrbes præsidiis suis firmauit: multisq; imperatis exactisq; pecuniis: Hieronymū historicum ī ea regione præfectum reliquit. Quo quidem in loco Demetrium: cum erga omnes belli ac defectiōis auctores: tum præcipue erga Pisidem Tespium modestissime usum uictoria tradūt. Nam cum Niuus ī suas manus peruenisset: non modo comiter eū benigneq; recepit:

ſed etiam magnis honoribus proſecutũ militiæ ducem ĩ Theſpiis collocauit. Nec mul
to poſtea q̃ hæc in Boetia geſta ſũt: nuntiatum Demetrio eſt a Dromichete regem Ly
ſimachum captum. Hanc ille opportunitatẽ ad res maximas gerendas non prætermit
tendam ratus: quanta maxime celeritate poteſt: infeſtis ſignis Thraciã ingreditur. Iãq;
oppidum quoddam opulentum & magnum ad deditionem prope cõpulerat: cũ uno
eodemq; tempore ex diuerſis locis litteræ ad eum ueniũt certiorem reddentes: Boetios
per diſceſſum eius occaſionem nactos iterum defeciſſe: & regẽ Lyſimachum a Dromi
chete dimiſſum. His nuntiis litteriſq; cõmotus cum aduerſus Boetios uehemẽtius ex
arſiſſet: celeriter Græciam repetens: præter ſpem cõperit eos ab Antigono filio prælio
ſuperatos iam ſuæ defectionis pœnitere: ex qua quidem uictoria uirtute filii parta ĩgẽ
tem læticiam pater ſuſcepit: atq; ut reliquũ bellum conficeret ad obſidendas Thebas
exercitum duxit. Eodem tempore Pyrrhus Epyrotarum Rex Theſſaliam ĩuadens præ
datoria manu populando uaſtãdoq; agros uſq; Thermopylas uagabatur. Quod ubi
reſciuit Demetrius: relicto ad obſidionem Antigono: ipſe cum exercitu ꝓfectus ĩpetũ
Pyrrhi cõfeſtim repreſſit: cogitq; magna celeritate pedem referre ac retro ſe ſuumq; ex
ercitum in loca tuta recipere. Compoſitis deinde ĩ Theſſalia rebus: atq; ibi mille equi
tibus decẽq; milibus peditum præſidio relictis: ad expugnãdas Thebas iterum rediit:
eoq; machinam illam memorabilem quã urbium expugnatorem appellat adduci iuſ
ſit: q̃q̃ id haud exiguo tempore fieri poſſe uideretur: cum hæc ob ĩgentem ipſius molẽ
ſic trahentes retardaret ac moraretur: ut illi duobus menſibus duo tantum ſtadia tra
hendo conficerent. Boetii ſuæ defectionis conſcii: hoſtemq; tot iniuriis laceſſitũ ma
gnopere (ut par erat) formidãtes: conſtanti animo ſuſtinebant bellum: nec Demetrius
minore obſeruatione in his oppugnandis perſeuerabat: iræ atq; furori: quo uehemen
ter exarſerat: magis indulgens q̃ ullam ex bello utilitatem quærens: cum detrimentum
lõge magis q̃ lucrum eſſe uideretur ob interitum militum: qui iniquis locis oppugnã
do Vrbem frequentes indies interficiebantur: præcipue ii qui aliis uirtute præſtabant.
Quod ſane ubi adoleſcens aĩaduertit Antigonus: incredibili eorum militũ miſericor
dia motus: ad regem acceſſit benigneq; affatus: Cur inquit pater hi fortiſſimi uiri ſine
ulla utilitate ad manifeſtam mortem pellũtur? Turbatus Demetrius & tu ĩquit quid
doles: cũ tot hominibus interiectis a te pericula diſtent? Ne autem uideret amicis ma
gna diſcrimina ſubeuntibus ſibiipſi parcere: fortiter & ipſe quodam die prælium ĩgreſ
ſus: dum incautius murum ſubiit: telo ingẽti ab oppidanis dimiſſo percutitur: quo &
ſi grauiter eſſet offẽſus: tamen maiori audacia q̃ unq̃ antea ſuos ad pugnam accendit:
atq; illo hortante tanta militum uirtus & ea præſentia animi fuit: ut uehemẽtiori im
petu facto Vrbem ingrederẽtur. Qua quidem occupata ingens repẽte pauor: ut equũ
erat ciuitatem inuaſit: expectantibus cũctis ciuium cædem: direptionem Vrbis omnia
deniq; fœda: quæ uicti a uictoribus iniuria laceſſitis perpeti ſolẽt. Sed Demetrius præ
ter opinionem omnium tredecim ſolum necatis: nõnullis in exilium pulſis: reliquos ĩ
tactos reliquit. Thebas igitur ĩ decennio bis occupatas ab hoſtibus tradunt. Erant aũt
hac tempeſtate delphis feſta Apollinis Pythii celebranda: ſed obſidentibus anguſtias
ætholis: per quas unum delphos eſt iter: Demetrius præter cõſuetudinem morẽq; græ
corum Athenis: ubi maxime patriũ deum & auctorẽ generis eorum honorari decebat:
ludos cœtum ac omnia ea quæ ad illam celebritatẽ pertinebant: fieri iuſſit. Inde ĩ Ma
cedoniam profectus cum antea compertum haberet ſe longe in bello q̃ in pace meliori
bus Macedonibus uti: & ipſe ad quietem minime natus uideretur: nullam moram in
terponendam putauit: quin nouam expeditionem pararet. Itaq; extẽplo poſt hæc bel
li gerendi occaſionem nactus aduerſus ætholos exercitum duxit: atq; eorum populatis
uaſtatiſq; undiq; agris: cum parte copiarum in ea regiõe Pãthaucum ducem reliquit;
ipſe cum reliquo exercitu aduerſus Pyrrhũ: qui cum multæ diſcordiarum cauſæ inter
cedebant: quanta maxĩe celeritate poteſt cõtẽdit. nec Pyrrhus ubi hæc audiuit: minori

contentionẽ animi ſtudioq; pugnandi obuiam ei ueniebat: cum forte accidit: ut diuerſis itinerib⁹ profecti: dum alter alterum quærit: neq; congredi neq; dimicare acie potuerint. Sed ille quidem ingenti celeritate Epyrum uſq; progreſſus: omnem regionem uaſtando ac populando agros percurrit. Pyrrhus uero meliori fortuna uſus cũ uſq; ad ea loca: ī quibus Panthaucus cum copiis ſuis conſederat: īſtructo agmine proceſſiſſet: pugnam conſeruit: atq; incredibili uirtute hoſtibus ſuperatis cum īgenti gloria victor euaſit. Nam cum ad ſingulare certamen a Panthauco ꝓuocatus in primam aciẽ procеſſiſſet: miroq; congreſſu ſpectantibus cunctis uehementi alacritate dimicaſſet: uno accepto uulnere duobus illatis: tandem ſuperato duce reliquũ exercitum in fugam uertit. Hæc pugna fœliciter geſta Pyrrho nõ tantũ odii ac īimiciciæ apud Macedonas quã tum gloriæ & admirationis apud eos quos uicerat cõparauit: ſtupentibus cunctis fortitudinem uiri aſſerentibuſq; eum ſolum eſſe regum: qui armis & uirtute magni Alexãdri memoriam renouaret: cæteros reges faſtu inflatos ſatellitibus circũſeptos ſtipatos ſcortis ueluti in ſcæna hiſtriones incedere: atq; in eo maximam curam operãq; locare: ut luxu atq; põpa cunctos alios ſuperarent. Etenim Demetrium non modo diadema geſtare: ueſtibuſq; auro contextis & purpura uti: ſed auratis quoq; calceis pedes ornare ſolitum tradunt. quin etiam memoriæ proditum eſt: ueſtem quãdam ad ſimilitudinem aſtrorum fieri eius cauſa ceptam: ſuperbum proculdubio ac multi laboris multiq; temporis opus. Eam uero ī ipſa permutatione rerum imperfectam aiunt fuiſſe relictam: neminemq; deinde Macedoniæ Regum: & ſi multi poſtea ſuperbiſſimi fuerīt: ea uti auſum eſſe. Hæc igitur uehementer Macedonas perturbabant: uerũ multo magis illa: difficiles aditus ſuperba reſponſa intolerabilis faſtus quibus ſupra modum exceſſiſſe Demetrium tradunt. Nam inter alia quæ de illo referuntur: legati Atheniẽſiũ qui omnes græciæ populos gratia apud Demetrium anteibãt: duos annos fruſtra terẽdo tempus ſecuti ſunt ueſtigia Regis: & diuturna mora fatigati ītegris rebus domum redierunt. Cum uero aliquando a Lacedæmoniis unus tãtum orator ad eum ueniſſet: putans ſe Demetrius tam inopi legatione cõtẽni: grauiter aduerſus eos exarſit: atq; ad illum conuerſus: Vnum te inquit Lacedæmonii miſerunt legatum? Tum ille urbane quidem & laconice inquit: ita o Rex ad unũ. Quodam etiam tempore cum palam edixiſſet: omnes qui eum adirent: ſe benigne auditurum: cõfluẽtibus multis petitioneſq; ſuppliciter ſcriptas ad eum ferentibus: primum liberaliter eas omnes accepit ī chlamydeq; repoſuit: profectus deinde cum frequenti hominum copia qui ingenti deſiderio reſponſa ſuis petitionibus expectabant: ubi ad pontem Axii uenit: aperiens chlamydẽ eas omnes ſpectantibus cunctis proiecit in fluuium. quo quidem incredibile dictu eſt: q̃ grauiter offenſi omnium Macedonum animi ſint: exiſtimantium hæc non magnanimi regis aut optimi gubernatoris officia: ſed deridentis cõtẽnẽtiſq; indicia eſſe. Atq; hæc lõge grauiora Macedonibus uidebant: q; a maioribus ſuis acceperant: quãta olī facilitate ac manſuetudine Rex Philippus erga õnes: qui eum adibant: uti ſolitus eſſet. Eodem inſuper tempore quadam anicula rogante Demetrium: ut ſe audiret: & reſpõdente eo ſibi ocium non eſſe: tum anus alta uoce ad illum conuerſa: ne etiam regas inquit. Hæc uerba reuoluta animo ac mente ſæpius repetita hominem compullerunt: ut õnibus poſtpoſitis rebus benignũ ſe cũctis accedentibus facilemq; præberet: atq; ĩitio ab anicula ſumpto multos dies audiendo reſpondendoq; conſumeret. Et proculdubio nihil tam egregium tamq; proprium regis eſſe uidetur: q̃ iuſtitiæ opus. Mars enim ut Timotheus inquit tyrannus eſt. Lex autẽ omniũ Rex iuxta Pyndari poetæ ſententiã. Atq; Reges (ut inquit Homerus) nõ expugnatrices Vrbium machinas ærataſq; naues: ſed iuſticiam a Ioue ſumptam exercere cuſtodireq; decet. Et diſcipulum optimũ Iouis non ferociſſimum aut īmanem: ſed iuſtiſſimum regẽ uocauit. At Demetrius eo titulo uehemẽter gaudebat: qui erat lõge a Regis deor̃ conditionibus alienus. Iuppiter enim ciuitatũ ſeruator & cuſtos: hic autẽ Vrbiũ expugnator eſt dictus. Ita fit ut turpitudo

ſæpe ĩ regnũ honeſtatis ingrediẽs opinione uulgi & ſtultorũ hominum ignorãtia frę/
ta aditum ſibi ad honorem & gloriam patefaciat. Sed nõ multo poſt hæc cum ſatis cõ
ſtanti fama diuulgatum eſſet: Demetrium degentem Pellæ grauiter ægrotare: Pyrrhus
hoc ſibi opportune accidiſſe arbitratus: tumultuario exercitu Macedoniam inuadit: ac
nemine obuiam prodeunte totam regionem uſq; Edeſã populãdo ac uaſtando agros
percurrit. Iamq; Demetrii ſtatum in ſummum diſcrimen cõiecerat: cum ille ægritudi
ne alleuatus per duces ac familiares copiis cõtractis ĩpetum eius cõfeſtim repreſſit: coe
gitq; hominem ferocem atq; ĩpigrum Macedoniæ hoſtem citato gradu ex finibus ſuis
fugam arripere: pauloq; deinceps cũ eo pãcem firmauit: ne maioribus rebus quas ani/
mo agitabat: moram impedimentumq; hoſtis finitimus ac uir bellicoſus afferret. Tẽ/
pus enim iam adeſſe cenſebat: in quo paternum regnum non multo ante amiſſum re
cuperare cum ingenti gloria poſſet: atq; hæc una ſollicitudo ſupra omnes alias Deme/
trii curas animum uiri angebat. Itaq; ad hanc rem aggrediendam: quæ ingens & ardua
uidebatur: toto animo & mente conuerſus: breui tempore paulo minus q̃ centum mi/
libus peditum. x. milibus equitum cõgregatis claſſem deinde quĩgentarum nauium
ex uariis locis incredibili ſtudio atq; ĩduſtria comparat. Nam cum diligenter curaſſet:
ut nõnullæ carinæ in Pyræo: plæræq; in chalcide: aliæ prope Pellam conficerentur: de/
inde ad ſingula hæc loca profectus quonam pacto hæ fabricãdæ eſſent: oſtendit: & ſua
opera interpoſita ingenti celeritate effecit: ut illæ omnino integræ & omnibus armamẽ
tis inſtructæ paratæq; ad bellum eſſent. Sed mirabantur omnes non ſolum multitudi
nem: ſed etiam magnitudinem eorum operum: quæ inuſitata mole longe aliorum cõ
ſuetudinem excedebant. Nemo enim reperiebatur: qui ſexdecim remem aut quindecĩ/
remem ante illud tempus uidiſſet. Verũ poſtea Ptolemeus: qui eſt philopater dictus:
unam quadragĩtaremem fieri iuſſit: quæ proculdubio õnes alias naues: quæ uiſæ an
tea fuerant: mole ac magnitudine ſua lõgo ĩteruallo ſuperabat: cũ ĩ longitudinẽ. cc. &
. lxxx. ĩ altitudinẽ ab imo uſq; ad trãſtra duo de. L. cubitos/ pateret. Remigũ: quibus
illa utebat̃: ad quattuor milia: nautæ uero. cccc. erãt: & præter hos paulominus q̃ tria
milia armatorum: qui foros & tabulata implebant: in eadem collocabant̃. Sed hæc cũ
a machinis quæ pene ĩmobiles ſunt: parum differret: non tam ad uſum q̃ ad oſtentati
onem & admirationem gentium cõmouendam fabricata uidebatur. Demetrii autem
naues non modo magnitudine & arte mirabiles: ſed etiam ad certamen & uſum homi
num aptæ atq; habiles erant. Tantis igitur copiis aduerſus Aſiã comparatis: quantas
poſt Alexandrum nemo habuit: cõterriti undiq; Reges Seleucus Ptolemeus atq; Lyſi
machus ſocietatem ineunt: ſimulq; conſpirant ad oppugnandum cõmuni cõſilio hoſ
tem. Deinde legatos ad Pyrrhum mittunt: qui eum hortentur: ut Macedoniam inua/
dat: nec ea eſſe fœdera putet: quæ Demetrius non quietis gratia cum eo fecerat: ſed ut
Pyrrho ſub ſpecie pacis ſeruato interim aduerſus alios Reges liberius bellũ gerat: qui/
bus debellatis ſe nequaq̃ intactum fore. Hoc per omnes fines ueluti continens ĩcendi/
um peruaſurum: nõ expectanda cõmodiora tempora: ſed aduerſus grauiſſimum hoſ
tem: qui animo omnem Aſiam europãq; concipiat: cõmuni conſenſu decertandum eſ
ſe. His rationibus perſuaſo Pyrrho cum omnes ii Reges de admĩſtratione belli conue/
niſſent: extemplo aduerſus Demetrium: quem adhuc nonnulla negocia circa appara/
tus belli detinebant: graue undiq; bellum exarſit. Nam eodem tempore magna claſſe
græciam Ptolemeus inuadit: & Macedoniam Lyſimachus atq; Pyrrhus: alter ex Thra/
cia alter ex finibus propinquis aggrediuntur. Hoc ut Demetrio renũtiatum eſt: cõfeſ/
tim filio ad præſidium græciæ relicto: ipſe ad tutandam Macedoniã cõuerſus primum
ad ea loca exercitum ducit: ubi Lyſimachum eſſe perceperat. Quo cũ ueniſſet: extẽplo
crebri nuntii litteræq; ad eum mittunt̃: certiorem reddentes: Vrbem ueriam ingenti ce
leritate a Pyrrho captam & omnem regionẽ populationibus incẽdiiſq; uaſtatam. Hæc
ubi intel Macedonas permanarunt: ingens repente motus & incredibilis perturbatio

exercitum omnem inuaſit:atq; ubiq; querelæ audiebantur aut gemitus aut contume
liæ in Demetrium iactæ.Itaq; frequentes ad eum ueniebant: rogantes ut ſibi domum
ad tutandos patrios lares abire liceret. Sed hæc uerbis ſimulãtes:reuera ad Lyſimachũ
migrare uolebant.Quod ſane cum nõ latuiſſet Demetrium:optimum ratus exercitũ
a Lyſimacho procul habere:quem macedonibus ob nobilitatẽ generis gratum & mul
tis ob Alexandrum familiarem eẽ ſciebat:aduerſus Pyrrhum ueluti aduenam & pere
grinum in Macedonia regem armã cõuertit.Sed hoc conſilium(ut poſtea re ipſa & ex
perientia patuit)longe fefellit opinionem Demetrii. Nam cum prope ea loca:ubi hoſ
tes cum copiis ſuis conſederant:poſuiſſet caſtra:multi ex Beria in eius exercitum ueni
entes Pyrrhum ampliſſimis laudibus extollebant:uirumq; eſſe in rebus gerendis præ
clarum bello inuictum:liberalem in ſuos:humanum erga eos quos prælio uicerat:præ
dicabant.Addebant præterea maiores ſuos ſemper eos exiſtimaſſe Reges:qui armis in
bello & manſuetudine in regendis populis egregie uterẽtur:quibus Pyrrhum õnes ali
os ſuperare dicebãt:aſſerebãtq; tẽpus ueniſſe:in quo graui Demetrii dominatu libera
ri poſſint: & ad uirũ benignũ tranſire & ſuoꝝ militũ ſtudioſum ducem.His ſermo
nibus accenſis militum animis pauci primum occulte:deĩde manifeſte uniuerſus exer
citus tumultuare cœpit:nec iam quiſq̃ erat:qui aut in agmine aut in caſtris ullo impe
rio contineri poſſet.Demum auſi ſunt nõnulli ad Demetrium accedere:atq; ei dicere:
ut ſalutem adipiſceretur fuga:Macedonas pugnantes pro delitiis ſuis iam fatigatos ul
terius eius imperium ſuſtinere non poſſe.Hæc uerba uiſa Demetrio modeſtiſſima ſũt
non ignoranti ea:quæ ſe abſente uehementi indignatione per omnem exercitum fe
rebantur. Itaq; acerbiorem motum nõ expectandum ratus ad tentorium proficiſcit̃:
ibiq; regia ueſte depoſita:& fuſca ueluti hiſtrionis cuiuſdam chlamyde ſumpta:cum
paucis fugam arripuit.extemploq; poſt hæc multis ad illius tentorium confluentibus
atq; inter ſe de præda certantibus ſuperueniens Pyrrhus cunctos una uoce diſſipauit:
atq; a reliquis militibus benigne acceptus:facile eſt caſtris & exercitu õni potitus. Sed
aduenĩẽte poſtea Lyſimacho:ãbo regnũ Macedoniæ quæ ſeptẽ firmiter annis ſub De
metrii dominatu permanſerat:inter ſe partiuntur.Cum uero in Caſſandriã urbem cõ
fugiſſet Demetrius:uxor Phila ingenti mærore confecta adduci non potuit: ut uirum
ſpoliatum regno:hominem fugitiuũ & miſerrimum omnium regum oculis ſuis aſpi
ceret:ſed fortunam illius in aduerſis õnibus ſtabiliorẽ:q̃ ĩ ſecundis eſſe cernebat:& ui
tam ſuam iam odio habens deſperatis omnibus rebus ueneno ſibi mortem conſciuit:
At Demetrius ſine ulla mora in græciam profectus:nauibus quæ ex naufragio ſupe
rerant collectis:& reliquiis militum congregatis rurſus ad apparatum belli mentẽ con
uertit.Atq;:ut apud Sophoclem Menelaus ſortem ſuã deplorat: Voluit̃ aſſidua mea
fortuna rota:atq; ſtatim permutat ueluti luna faciem:quæ duabus noctibus nunq̃ re
tinet unam eandemq; formã:ſed primum nouam induta figuram ex occulto parũper
emergit:deinde pedetẽtim creſcit:donec plena atq; ĩtegra facta rurſus ad ĩteritũ pro
perat:Sic dici de Demetrio poteſt:cuius in omni uita tam uaria fortuna fuit:ut poſſit
crebris cum permutationibus lunæ non ĩmerito cõparari.Cum uero poſt Macedonicã
cladem regiis ĩſignibus abiectis ueluti priuatus homo per urbem incederet:quidam eũ
Thebis cõſpicatus:illud Euripidis in medium protulit:Forma diuina in formã uerſa
mortalem nunc ad circeos fontes Iſmenũq; fluuium uenit.Sed nõ multo poſtea aſpi
rante iterum fortuna Demetrio atq; potentia illius:quæ pene uidebatur extincta:pe
detentim in priſtinum gradum unde deciderat redeunte:conſtituens ipſe ſibi ſingula
ri quodam officio Thebanos obſtringere:eis patrias leges & antiquam libertatem reſ
tituit.Atq; eodem tempore nuntiatum eſt ei:Atheniẽſes Diphilo præſide:qui ſeruato
rum dicebatur antiſtes ſublato:atq; alio more patrio in eius locum ſuffecto: omnino
a ſuo imperio defeciſſe:eoſq; deinde cum cernerent maiores uires:q̃ ſperauerant:recu
peraſſe Demetrium:metu cõterritos a Macedonia Pyrrhũ uocare:ut patrociniũ urbis

defenſionemq; ſuſcipiat. Iraq; uehemẽti aduerſus illos: quos totiẽs deſtituiſſe a ſua fide cernebat: incenſus Demetrius: extemplo collecta claſſe ad obſidendas Athenas cum omnibus copiis proficiſcitur. parumq; ibi moratus: cum eas uehementer urgeret: Crates philoſophus uir clarus & potens ab Athenienſibus miſſus orator multis rationibus ei perſuaſit: ut obſidionẽ ſolueret: & maiora utilioraq; ſuſciperet. Demetrius qui alia quædam animo agitabat: precibus Athenienſium exoratus Vrbem dimiſit: celeriterq; omni claſſe atq; multitudine: quæ undecim milia hominũ excedebat: equitatus peditatuſq; coacta in Aſiam nauigauit ea mente: ut Cariam atq; Lydiã ab Lyſimachi dominatu auerteret. Sed cum prope Miletum ueniſſet: Euridicẽ ſororem Philæ ibi offendit Ptolemeidem ducentem ſecum: quam ſibi antea per Seleucũ Ptolemeus deſpõderat. Hanc concedente Euridice uxorem ducit: nuptiiſq; confectis celeriter ad oppugnandas hoſtium urbes profectus nonnullas primo impetu cæpit: multæ deinde ſine ullo certamine tradebantur. Occupatis autem ſardibus fuerũt complures Lyſimachi milites: qui pecuniis armiſq; arreptis ad Demetrium perfugerunt. Sed nõ multo poſtea cum audiſſet Agatoclem Lyſimachi filium cum magnis copiis appropinquare: ĩ Phrygiam diuertit: ratus ſi occupare Armeniam poſſet: ſe Mediã perturbaturũ: atq; euenire facile poſſe: ut omnia illa ſuperioris Aſiæ loca ad deditionem compelleret. Proficiſcentem igitur per apertos campos: & regiones quæ exitus latos habebant quærentem Agathocles cum omni exercitu ſequebatur: pugnatumq; nõnunq̃ ab utriſq; eſt: ſemperq; Demetrius uictor euaſit. Verum eo tempore permulta incõmoda uirum urgebant: impediebantq; ne ad finem antea animo deſtinatũ conſilia ſua cogitationeſq; perduceret. Nam commeatu pabuloq; deficiente ingens repente fames & omnium rerum penuria exercitum omnem inuaſit. Simul & militibus ſuſpicio erat: ne tantis incõmodis fatigati etiam in Armeniam atq; Mediã ducerentur. Acceſſit ad hæc: q; in trã ſitu Lyci magna hominum copia errore uadi decepta fluctibus aſſumpta eſt: quæ omnia milites in tantam iram deſperationemq; coniecerant: ut neq; in acie neq; in caſtris ullo imperio contineri poſſent: quin etiam a contumelia & iurgio aduerſus Demetriũ non abſtinerent. Repertum quoq; ante tentorium eius principium Edipolis eſt paulo ĩmutatum atq; his uerbis inſcriptum: Fili ceri ſenis Antigoni ad quas ducimur regiones? Tandem fame peſtilentiaq; indies magis creſcente Demetrius optimum ratus tẽpori cedere ac neceſſitati parere: amiſſis octo hominum milibus reliquũ exercitũ Tharſum produxit. Sed cum a direptione regionis illius: quæ Seleuci ſeruiebat ĩperio coercere ſuos milites uellet: ne potentiſſimum regem alieniſſimo tempore iniuriis prouocaret: & ex altera parte omnium rerum urgẽte penuria etiam neceſſaria ſibi exercituiq; ſuo deeſſent: & tauri tranſitus Agatoclis præſidiis tenerentur: anguſtiis undiq; ſeptus ad Seleucum tandem confugit: eiq; miſerandam epiſtolam ſcripſit: qua ingentes calamitates ſuas & miſeram õnium rerum fortunam deplorabat. deniq; eum ſuppliciter precabatur: ut miſereri uellet familiaris uiri & ſumma ſecum affinitate cõiuncti: aſſerens iam ſe ea eſſe perpeſſos: quæ etiam acerbiſſimos hoſtes ad miſericordiam cõmouerent. His acceptis litteris Seleucus & præſtantiſſimi uiri miſericordia motus: eius regionis præfectos confeſtim iuſſit: ut Demetrio ea quæ regi congrua eſſent: pararent: & militibus commeatum abunde copioſeq; præberẽt. Verum extemplo poſt hæc quidã Procleus uir prudens ac imprimis familiaris Seleuco multis ſuſpiciõibus uirum referſit: facileq; eius mentem atq; animum permutauit. Non enim nutriendos milites Demetrii inquit: neq; bellicoſiſſimo duci occaſionem præbendam ut diutius in ea regiõe moraretur. Virum enim turbulentum: qui ſemper magnarum ac nouarum rerũ auctor extiterit: minime negligendum eſſe: præſertim in hac fortuna conſtitutũ: quæ etiã uiros imbelles ad audiendum ac inferendam quacunq; ratione iniuriam cõcitare ſæpenumero ſoleat. His rationibus cõmotus Seleucus ſtatĩ exercitum parat: atq; ĩgenti celeritate in Ciliciam uenit. Stupefactus Demetrius tum celeri permutatione Seleuci &

repẽtino eius aduentu cõterritus ad tutiſſima tauri loca ſe exercitumq; ſuum recepit: cõfeſtimq; legatos ad eum miſit: qui uirum rogarent: ut aliquẽ barbarorum principatum carentem rege ſibi per eum conſequi liceat: in quo fugæ ac exilio fine ĩpoſito reliquã uitã mediocriter ducere poſſit: huic rei ſi aſſẽtiri nolit: ſaltẽ aliqua loca cõcedat: in quibus exercitus ſuus hybernare poſſit: eũq; pabulo & cõmeatibus iuuet: ne ut patiat familiarem uirum contra decus ſuum miſerũ atq; inopem in hoſtium poteſtatẽ ueni re. Ad hæc Seleucus cum multis ſuſpiciõibus laboraret: ſe Demetrium permiſſurũ re ſpõdit duos menſes in Chaonia cũ exercitu omni hyemare: ſi nõnullos qui ſunt apud illum in amicitia primi obſides ſibi conceſſerit. Demetrius igitur deſperatis õnibus rebus cum cerneret ſe ueluti feram quãdam circundatã undiq; ſeptis a Seleuci præſidiis cõtineri: iamq; diffideret ullis precibus exhorari hominem poſſe: extemplo lenitate in rabiem uerſa aduerſus Seleucum bellum ſuſcepit: atq; populatis undiq; agris excurſionibuſq; multis peractis: cum prope hoſtium exercitum poſuiſſet caſtra: leuia indies propter propinquitatem caſtrorum ſerebantur prælia: & ferme omnia Demetrio ſecũda erant. Tandẽq; cum iuſta acie ſignisq; collatis acriter decertaſſent: Demetrius quadrigis falcatis permultis euerſis ingenti alacritate reliquũ exercitum in fugam uertit: atq; nulla ĩterpoſita mora ad eos profectus: qui exitus Syriæ iuſſu Seleuci obſidebãt: cõfeſtim omnia illa præſidia expulit fugauitq;. Hac uictoria Demetrius & milites eius ſublati quotidie ad pugnam Seleucum prouocabant: cum ille econtra remiſſis ad Lyſimachum auxiliis: quibus parum fidebat: cum reliquis copiis: maximis certaminibus congredi cum Demetrio non auderet: fortunã illius metuens: quæ ſemper de extremis calamitatibus in ſũmum proſperitatis faſtigium efferre hominẽ cõſueuerat. Sed hũc priſtinas uires iam recuperare incipientem extemplo grauis ægritudo corripuit: quæ ĩgenti celeritate omnia ſua conſilia cogitationeſq; peruertit. Milites enim qui uictoria illa ad ſpem magnarum rerum mẽtem erexerant: repente uiſa ægritudine ducis fracti animo alii fugam arripiebant alii ad hoſtes diſcedebant: plæriq; ĩcertis itineribus aberrantes periere. Vix poſt quadrageſimum diem recuperata ualitudine Demetrius: ac reliquis militibus qui ſibi ſupererant collectis magno impetu Ciliciam ĩuadit: eamq; late depopulatus uſq; ad illa loca progreditur: unde ſuæ copiæ cerni ab hoſtibus poſſẽt. Deinde propinqua nocte magno ſilentio caſtra mouit: ac ingenti celeritate ſuperato Amano õnem eam regionem uſq; Cyrriſtem populando percurrit. Nec multo poſtea Seleucus eius ueſtigia ſubſecutus: prope illum cum copiis ſuis cõſedit. Quod ſane opportune ſibi accidiſſe arbitratus Demetrius nocte inſequenti ad aggrediendum Seleucum dormientem hoſtiumq; aduentum minime eo tempore expectantem cum expeditis copiis proficiſcitur. iamq; inſtructæ acies prope eius caſtra peruenerant: cum nonnulla celeritate ad Seleucum properarunt nunciantes cum armato exercitu ad eſſe Demetrium: quo nuntio ſtupefactus cõterrituſq; Seleucus raptim ueſte & calciamẽtis aſſumptis ad arma cõclamat: tubas canere iubet: amicos ac duces hortatur: ut confeſtim accedãt ad ferociſſimæ beluæ impetum reprimendum. At uero Demetrius poſtea q̃ ex tumultu hoſtiũ ſuas inſidias detectas ſenſit: non ulterius progrediendũ ratus extẽplo exercitum ſuũ ĩ caſtra reduxit: nec multo poſtea ad ea loca ubi conſederat ĩfeſtis ſignis ueniente Seleuco rurſus partẽ copiarũ ei obuiam miſit. Iamq; alterũ hoſtium cornu ĩfugam prope conuerterat: cum Seleucus cernens quanto in periculo res ſuæ eſſent: cõfeſtim dimiſſo equo galeaq; depoſita ĩ primã aciem proceſſit: atq; omnibus ſe oſtendens magna uoce milites hortabatur: ut uno cõſenſu ad pugnam redirent. Diutius ſe certamĩe abſtinuiſſe aiebat: ut illis qui ſibi cariſſimi erãt: non ut hoſti Demetrio pareret. Milites his adhortationibus & præſentia regis cõmoti incredibili alacritate ad prælium reuertuntur: quorũ impetu ueluti procellam quandam & extremã calamitatem in ſe uenientem cum ſiſtinere nõ poſſet Demetrius clam arrepta fuga citato gradu ad Amani pylas peruenit. Atq; inde cum paucis amicorum: qui ſua ueſtigia ſequebant:

ſiluam propinquam ingreſſus noctem expectabat ea mente & animo: ut ad Cannum ſe conferret: ibiq; ſuam claſſem: quam eo in loco inuenire arbitrabatur cum familiaribus ſuis conſcēderet. Sed in ipſo itinere deficiente uiatico & iam neceſſitate urgēte ad alia conſilia mentem cōuerterat: cum Soſigenes familiaris ſuus ad eum uenit. ccc. aureos nummos: quos ſub cingulo habebat: ſecum ferens: quibus uſq; ad mare perduci poſſe ſperabant. Verum cum ad ea loca quibus e ſilua egrediendum erat peruenisſēt: procul per noctem ignem hoſtium conſpicati: extemplo mutato conſilio per idem iter ad eum locum unde digreſſi erant: reuertuntur: q̄q̄ fuerunt nonnulli: qui relicto Demetrio fugam arripuere: reliqui uero qui cum eo permanſerant: ægre eius ueſtigia ſequebantur. Quidam etiam ex his ſibi dicere auſus eſt: oportere eum neceſſitate cogente iam corpus ſuum poteſtati Seleuci arbitrioq; permittere: quo ille adeo grauiter exarſit: ut enſem e uagina ad ſe interimendum exereret: nec dubium erat: quin cōfeſtī ſibi attuliſſet munus: niſi a fideliſſimis amicis fuiſſet retentus. Hi nanq; præſentes gladiū ademerunt & apprehenſa illius dextera uirum orare hortariq; cœperunt: ut de cōmuni ſalute uno cōſenſu agitare mallet: q̄ aliquid grauius in ſe decernere. Demum amicorum conſilio ac multis rationibus perſuaſus Demetrius quoſdam ad Seleucū mittit: qui ei dicerent ſe paratum & uitam ſuam & quicquid ſibi reliqui fortuna fecerat: liberalitati eius fideiq; permittere. Hoc læto ac iocundo nuntio accepto Seleucū dixiſſe aiunt: Nō tam Demetrii q̄ Seleuci fortuna ſaluum eſſe Demetrium: quæ præter multa egregia atq; præclara munera: quæ ſibi conceſſerat: nunc quod ad fœlicitatē ſuam magnopere pertinere arbitretur: facultatem dederit: ut erga uirum familiarem & affinem ac rerum geſtarum gloria clarum humanitatem liberalitatemq; ſuam declarare poſſit. Poſt hæc regium tentoriū & omnia alia quæ ad ſuſcipiendum egregiū hoſpitem pertinebant: parari ingenti ornatu atq; magnificentia iuſſit. Erat autem in regia ſua Apollonides quidam: qui iam diu familiaritate Demetrii & cōſuetudine utebatur. Hunc ad ſe uocatum ire ad Demetrium iubet: eūq; ſuo nomīe rogare atq; hortari: ut ad uirum affinem & amiciſſimum ſibi hominem conſtanter liberaliterq; accedat. Patefacto animo regis & eius ſententia diuulgata: pauci primo multi deinde obuiam illi proficiſcuntur: incredibili ſtudio inter ſe certantes: ut alter alterum peruenire. Sperabant enim præſtantiſſimum uirum & rerum geſtarum gloria clarum q̄primum ſummam auctoritatem apud Seleucum habiturum. Sed ut plærunq; fit miſeri cordia in maliuolentiam uerſa: nonnulli inuidi ſceleſtiq; occaſionem nacti ad liberalitatem regiam peruertendam: aures illius multis ſuſpicionibus repleuere: Non permittendum eſſe dicentes ducem præclarum & magnæ auctoritatis uirum in exercitus ſui conſpectum uenire: timendumq; eſſe: ne præſentia eius aliquis repentinus motus oriretur. Interim cum Apollonides aliiq; permulti ad Demetriū peruenisſent: benignos ſermones de humanitate Seleuci afferentes ingens repente congratulatio utrinq; eſt facta: & præſertim ab ipſo Demetrio: qui & ſi antea deditionem ſuam turpem miſeramq; putabat: tamen ob ea quæ familiares ſui de benignitate Seleuci referebant: mutata ſententia ad illum fidenti animo tanq̄ ad amiciſſimum regem proficiſcebatur. Verum inter hæc Pauſanias cum equitibus peditibuſq; mille obuiam Demetrio miſſus: ubi ad illum uenit: extemplo nil tale ſuſpicantem ſuis militibus circundedit: atq; omnibus aliis: qui eum ſequebantur dimiſſis: non ad Seleucum ut ſibi antea perſuaſum fuerat: ſed in cheroneſſum Syriæ uicum perduxit: ibiq; firmis cuſtodiis præſidiiſq; adhibitis eum reliquit. Hoc igitur in loco relegato Demetrio & anguſtis finibus circunſepto: omnia quæ ad uitam ſplendidam & cultum regium pertinebant: iuſſu Seleuci parabantur. Nam & regales ædes & iocunda pomœria & horti uariis arboribus conſiti ei abunde erant: amicis & familiaribus ſuo arbitratu utebatur. Qui cū crebro ad eum uiſendum accederent: ſemper modeſtos ſermones a Seleuco afferebant: quibus uirum hortabantur bono ut animo eſſet: omniaq; de ſalute ſua & Seleuci

liberalitate ſperaret: ſe compertum habere dicentes: Antiochi & Stratonicis aduentū a Seleuco expectari: quorum gratia liberam ei abeundi quocunq; uelit: q̄primum potestatem fore. In hac miſera fortuna conſtitutus Demetrius deſperatis iam omnibus rebus ad Antigonum filium & eos qui Corinthum Athenaſq; regebant nuntios miſit: qui ſuo nomine eos monerent: ne deinceps ſigno & litteris ſuis fidem præſtarent: ſe ueluti defunctum arbitrarentur. Deniq; Antigono filio quoad per eos fieri poſſet: pro antiqua beniuolentia regnum ſtatumq; ſeruarent. Antigonus ea tempeſtate cum Patras ueniſſet: hoc acerbiſſimo nuntio accepto: uehementer grauiterq; ingemuit: atq; lugubri ueſte aſſumpta confeſtim in omnes partes litteras miſit: quibus Reges & prīcipes obſecrabat ut pro ſalute patris Demetrii apud Seleucum intercederent. Ipſum autem Seleucum multis precibus rogatum miſit: ut quicquid ſibi reliqui fortuna fecerat: pro uadimonio patris accipiat: ſe etiam ſi uelit obſidem pro Demetrio ſumat: Demum ut humanitatis manſuetudiniſq; ſuæ: qua ſemper omnes alios ſuperaſſet: erga uirum familiarem & affinem memoriam ſeruet. Poſt hæc Reges ac principes idem a Seleuco petunt: præter unum Lyſimachum: qui tam fuit immemor humanitatis ut cæteris Regibus pro ſalute Demetrii deprecantibus: ſolus extiterit: qui magnam uim pecuniarum pollicitus Seleuco ſit: ſi Demetrium q̄primum de medio tolleret: cuius deſiderio non modo non aſſenſit Seleucus: ſed uiri improbitatem ueluti ihumanā & barbaram deteſtatus: pecunias illius poſtulataq; neglexit. Cū autem propoſuiſſet animo ſub Antiochi & Stratonicis aduentum Demetrium reſeruare: ut ii eſſent: qui de eo dimittendo ſuo arbitratu decernerent: & ingentem pro ſingulari officio gratiam reportarent: interim tamen differendo tardandoq; res longius q̄ opus erat: producebat. At Demetrius ut antea calamitatem in ſe uenientem cum euitare non potuiſſet: modice tolerauerat: ſic præſentis fortunæ acerbitatem cōſtanti animo ſuſtinere uidebatur. Atq; in principio aduentus ſui equitando: uenando & alio quocunq; labore corpus exercendo: tempus terebat: paulo uero deinde ſtudio in contrarium uerſo in ocio atq; deſidia ætatem agens: conuiuia potus omnia deniq; delectamenta: quæ eſſēt a labore corporis aliena: incredibili cupiditate perſequebatur: ſiue quia languores curaſq; moleſtas: quæ animum eius exederant: huiuſmodi uoluptatibus depellere poſſe ſperaret: ſiue quia eam uitam: quam iam diu expetiuiſſet: ſe nunc ingenti facilitate arbitraretur adeptum: quaſi antea errore quodam & inani gloria ductus multos labores & pericula ſuſcepiſſet: execratus maximos comparaſſet: omnes terras: omnia maria commouiſſet: ut eam tranquillitatem & uitam deliciis uoluptatibuſq; refertam: quæ ſibi nunc præter ſpem oblata eſſet: conſequeretur. Sed hi ſūt bellorum fines quos flagitioſi Reges incredibili ſtudio expetunt: magnis laboribus perſequūtur: atq; in eis ſummū humanæ uitæ bonum conſtitutum putant. Meo autem iudicio non modo in hoc ab opinione ſua falluntur: q̄ turpes uoluptates loco uirtutum honeſtatiſq; ſectantur: ſed etiam in eo uehementer aberrāt: q̄ dum uitam iocundam ſe perſequi putant: ea quæritant: quæ longe ſunt a ueris uoluptatibus aliena. Demetrius igitur triennio ī Cheroneſſo detentus cum ex ocio potuq; ac deliciarum abundantia in ægritudinem incidiſſet: tandem ſuperante ualitudinem morbo poſt quartum & ſexageſimum ætatis annum e uita migrauit. Cuius interitu ubiq; gentium diuulgato cum omnes inhumanitatem Seleuci accuſarent: ferunt & ipſum uehementer ſecum fuiſſe queſtum: q̄ ī maiori ſuſpicione q̄ decuit familiarem & affinem uirum habuiſſet: imitatuſq; minime eſſet Thracem & barbarum Dromichetem: qui paulo antea Lyſimachum captum tāta cum liberalitate dimiſerat. Verum ea quæ circa Demetrii funus celebrata ſunt: Tragicam quandam narrationem theatroq; dignam habere uidentur. Filius enim Antigonus audita illius morte nullam moram interponendam putauit: quin cunctis nauibus in Syriam nauigaret: ſed cum prope inſulas perueniſſet quoſdam offendit: qui Demetrii cineres ad eum perferrēt. Hos igitur acceptos & aurata urna incluſos ī puppi

regiæ nauis: in qua ipſe degebat: collocari iuſſit. Poſt hæc uerſus Corinthum cum omni claſſe repente Antigono ciuitates: quibus illi appropinquabant: aliæ coronas quas urnæ imponerent: aliæ homines: qui lugubri ueſte funus honeſtarent certatim mittebant. Ferebatur itaq; urna in magna eminens puppi regia purpura diademateq; ornata atq; haſtatis iuuenibus circumſepta: qui fulgentes undiq; armis defūcti imperatoris memoriam renouabant. Aderat ibi præterea Xenophantes elegantiſſimus modulator: qui incredibili ſuauitate ſacrum canebat carmē: & ipſi remiges tanta cum iocunditate fluctus ciebant ut remorum pulſu Xenophantis carminibus reſponderent: flebilemq; concentum efficerent magna cum ſonoritate coniunctum. Cum uero prope Corinthū continenti applicuiſſent: multitudo quæ ad ea littora frequens conuenerat: ubi Antigonum humilem: abiectū: lachrymiſq; refertum conſpexit: ingenti adoleſcentis miſericordia mota ululatum gemitumq; incredibilem edidit. Vrna deinde cum omnibus ornamentis Demetriadem delata eſt: quam quidem Vrbem a Demetrio cognominatam populi ex paruis circa Iolcum oppidis profecti ueluti propriam ſedem habitarunt. Reliquit autem Demetrius egregiam ſobolem: ex Phila quidem Stratonicē atq; Antigonum: ex Deidamida uero Alexandrum qui in Aegypto ætatem duxit. Duos inſuper Demetrios: alterum quem Subtilem uocarunt ex Illyriade muliere: alterū ex Ptolemeide qui poſtea Cyrene regnauit. Sunt etiam qui Corrabum eius filium ex Furidice fuiſſe tradunt. Regum autem genus: qui deinceps Macedōiæ imperitarunt: per ſucceſſionem illius uſq; ad Regem Perſeum uenit: quo debellato Romani ſibi Macedoniam ſubegere. Sed peracta Macedonica ſcæna tēpus eſſe uidetur ut ex altera parte Romanam introducamus.

MARCII ANTONII VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LEONARDVM ARETINVM VERSA.

ANTONIO AVVS FVIT ANTONIVS ORAtor: quem Syllanas partes ſecutum. C. Marcus necauit. Pater uero eius quāq; nō pari ſplēdore auctoritateq; in rep. fuerit: perhumanus tamen habitus eſt: imprimiſq; liberalis: quod quidem intelligere licet uel hoc uno illius hominis facto. Erant ei haud amplæ facultates: ob eamq; rem ab uxore prohibebatur quo minus liberalitate ſuo more uteretur. Quodam itaq; tempore: cum quidam ex familiaribus pecuniā ab eo rogaret: iſq; negare neſciret: pecuniam autem nullam haberet: puero mandauit: ut argenteum ſcyphum ad ſe deferret cum aqua: quo facto cœpit genas abluere: quaſi radi prepararet: & ſimul cauſa facta: puerum e conſpectu remouit: ſcyphumq; amico tradidit: ut ille ſuo arbitratu pro pecunia uteretur. Longa deinde inquiſitione iter ſeruos habita eius ſcyphi gratia: cum ſentiret mulierem id grauius ferre: acriuſq; a ſeruis inquirere: factū a ſe confeſſus eſt: ueniamq; poſtulauit. Vxor erat illi Iulia ex Cæſarū familia primaria

fœmina: nemini ætatis ſuæ pudicitia cedens: ſub hac muliere Antonius filius educatus eſt. Poſt mortem patris. P. Lentulo nupta: quem cum . L . Catilina conſpirantem Cicero conſul ſupplicio affecit. Hinc uehemens illud Antonii odium in Ciceronem uidetur initium traxiſſe. Inquit enim Antonius corpus uitrici ſui non prius ad ſepulturam datum: q̃ id mater ſupplex impetraſſet a Ciceronis uxore: qua quidem de re manifeſtiſſime mentitur. Nullus enim ex iis qui tunc ſupplicio fuerunt affecti ſepultura prohibitus eſt. Et Antonio quidem egregia forma in ætate florenti Curionis familiaritatem uelut calamitatem quandam ferunt inhæſiſſe. Ipſe enim Curio haud ſane temperans erat: & quo magis ſibi obnoxium faceret Antonium in amores libidines uariosq; ſumptus impellebat. Ex quo grande æs alienum conflatum eſt: minime conueniens illius ætati. Ducenta enim quinquagintamilia debebat. Pro quibus cum interceſſiſſet Curio: pater id ægre ferens domo ſua prohibuit Antonium. Ille autem ad. P. Clodium ſe contulit hominem omniũ ſceleratiſſimum turbulentiſſimumq;: in cuius contubernio haud multum commoratus : ſiue q; inimicos Clodii formidaret: ſiue q; Clodiani furoris eum ſatietas haberet: in Græciã abiit: ibiq; permanſit: & corpus ad militaria certamina & linguam ad dicendũ exercens. Vtebatur autem genere dicẽdi: quod appellant Aſianum: maxime temporibus illis florente: plurimamq; cum Antonii moribus ſimilitudinem habente. Erat enim turgens atq; laſciuum & inani quadam iactantia & exultãtia plenum. Sed cum Gabinius uir conſularis in Syriam nauigans Antonium rogaret: ut ſecum proficiſceretur: priuatum ſe negauit iturum : præfectus uero equitum factus conceſſit. Inde primo contra Ariſtobolum: qui iudeos cõcitauerat: miſſus primus omnium uallum maximũ tranſcẽdit: prælioq; inito parua ipſe manu ingentes hoſtium copias fudit: obtruncauitq; ferme omnes: & ipſum Ariſtobolũ una cum filio cæpit. Poſt hæc cum Ptolemeus Gabinium rogaret: ut exercitum ĩ Aegyptũ traduceret: ſibiq; regnum recuperaret: cæteris qui ordinem ducebant minime id ſuſcipiendum cenſentibus: ipſoq; Gabinio: quanq̃ capto auaritia eius pecuniæ quam Rex pollicebatur: ſubſiſtente: Antonius magnarum rerum cupidus & Ptolemei gratia motus: eundum eſſe perſuaſit. Sed cum magis timerent iter q̃ bellum: q; & per altas arenas eundum erat: & per loca aquæ expertia iuxta abruptum ac Serbonidis paludem: quas Typhonis reſpirationes Aegyptii appellant (Videtur autem rubri maris: quod paruo ĩteruallo a mediterraneo ſeparatur: fluxus refluxuſq;) præmiſſus cum equitibus Antonius non ſolum iter tutum exercitui præſtitit: ſed etiam Peluſium urbẽ magnaui cæpit: ſpemq; certiſſimam uictoriæ præbuit duci: & eius quidem liberalitate hoſtes etiam potiti ſunt. Nam cum Ptolemeus ira efferuens ſimul atq; urbem ĩgreſſus eſſet: omnes Peluſinos trucidare uellet: obiecit ſe Antonius: iramq; prohibuit. In præliis autem magnis & frequenter in Aegypto commiſſis complura & fortitudinis & ĩduſtriæ militaris facinora oſtendens: & modo hoſtem circumeundo : modo terga inuadendo uictoriam ſuis manifeſtiſſime præbens magnifice donatus ac laudatus eſt. Nec uero latuit homines Antonii humanitas erga Archelaum iam mortuum. Nam cum illi hoſpes familiariſq; fuiſſet: bellum uiuenti neceſſitate intulit: mortui autem corpus quæſiuit: & regio funere ornauit. Has ob res magna erat Antonii apud Aegyptios fama: ĩ exercitu uero clariſſimus habebatur . Accedebat ad hæc dignitas formæ : barba quædam haud ſane illiberalis: latitudo frontis: eminentia naſi: uidebaturq; Herculis imaginibus picturiſq; perſimilem aſpectum habere. Erat etiam fabula ãtiqua Antoniorum familiam ab Hercule natam: ab Antone Herculis filio cognomen accæpiſſe. Hãc familiæ ſuæ famam confirmare: nõ ſolum forma corporis : ſed etiam ueſtitu nitebat. Semper enim cum in oculis plurium erat futurus: tunicam ad coxam cingebatur: per magnum ſuſpendebat gladium: chlamydem inſuper aſperam circundabat. Cæterum quæ in aliis ĩtolerabilia uidentur: iactantia dicacitas uinolentia & cœnãtibus aſſidẽdo & militari menſa diſcumbendo mirum ĩ modum animos militum conciliabat ſibi.

Erat præterea ingenium a uenere non abhorrens: quæ res permultos mortales illi amicos fecit. Studebat enim aliorum amoribus: curabatq; ut quisq; desiderii sui fieret cõpos. Iocos autem de propriis non inuitus audiebat. Egregia uero munificentia & nec auara neq; pusilla manu in milites amicosq; collata largitio eum ad præclaram euexit potentiam: & potentem iam factum mille uitiis repugnantibus conseruauit auxitq;. Eius munificentiæ unum exemplum narrabo: Cuidam ex amicis dari iusserat milia .xxv. hoc Romani decies sextertium appellant: procuratore autem admirãte: & ut magnitudinem donationis ostenderet: in conspectu suo pecuniam depromente: rogauit Antonius quid hoc esset: Illo autem respondente eam esse pecuniam: quam dono dari iussisset: conspicatus hominis improbitatem equidem inquit: arbitrabar amplioré pecuniam decies sextertium continere: hoc uero parum est: itaq; tantundem superade. Sed hoc posterius. Discordia ĩ ciuitate exorta: cum optimates Põpeio inhærerent: populares Cæsarem cum exercitu aduocarent. C. Curio Antonii amicus ex mutatione Cæsari fauens potentia quam dicendo comparauerat: magnis præterea largitionibus: quas Cæsar subministrabat: tribunum plæbis creauit Antonium. Post etiam inter augures coaptauit. Is autẽ simulatq; magistratũ iniit non pax iuuit Cæsaris partes. Nã primũ Marcello cõsule scriptas legiões Põpeio decernẽte: & nouos ĩsuper delectus haberi: intercessit Antonius: rogationem ferens: ut præsentes copiæ in Syriam mitterentur: quæ. M. Bibulo auxilium ferrent aduersus Parthos bellum gerẽti: eos autem qui delecti essent Pompeio nõ parere. Deinde cum Senatus epistolas Cæsaris recipere nollet: legiq; prohiberet: ipse tribunitia potestate frætus recitauit: multorumq; mẽtes flexit cum uisus sit Cæsar non iniqua neq; ĩmoderata postulare. Duabus deniq; rogationibus propositis: altera placeret ne Pompeium exercitum dimittere: altera uero ne Cæsarem & Pompeium quidem paucis arma deponere censentibus: Cæsarem uero õnibus præter paucos: assurgẽs Antonius rogauit: placeret ne & Cæsarẽ & Põpeiũ ab armis discedere copiasq; dimittere. Hanc rogationem summo studio uniuersi receperunt: Antoniumq; laudantes & ut eam legem ferret cohortantes. Sed cõsulibus id nõ permittentibus: Cæsaris amici alias conditiones pertulere: quas cum. M. Cato refelleret: & Lentulus consul eos senatu expelleret: curia abiens Antonius multa in capita eorum imprecatus est. Deinde ministri uestẽ assumpta & uehiculo conducto una cum .Q. Cassio ad Cæsarem fugit: clamitãs nullas leges ĩ Vrbe ualere: ius tribunitium sublatum esse: omnibus qui æquum bonũq; defendãt periculum capitis ĩminere. Quibus uerbis motus Cæsar in Italiam cum exercitu properauit. Hac de causa scribit Cicero in Philippicis: ut Helenam Troianis: sic Antonium. P. R. belli exicii pestis causam fuisse: quod equidẽ uerum non puto. Neq; enim ita leuis erat Cæsar: neq; ita facile ob iram ruebat: ut nisi diu antea statuisset bellum patriæ suæ inferre: tunc subito prosiluisset ob uisum Antonium uili uestẽ & conducto uehiculo cum. Q. Cassio ad se fugientem. Sed hæc Cæsari iandiu id optanti occasionem commodam præbuere. Cæterum illa magis impellebant eum: quæ nuper Alexandrum prius Cyrum impulerant: amor ĩmoderatus dominandi & principatus furiosa cupido quem stãte Pompeio assequi non poterat. Capta igitur Italia pulsisq; optimatibus: cum Cæsar priusq̃ Pompeium sequeretur: ĩ Hispaniam proficisci uellet: Lepido prætori Vrbem: Antonio tribuno Italiam præsidiaq; commisit. Hic autem ut inter milites Cæsaris uersari cœpit: una exercendo se donandoq; egregie animos eorum deuinxerat. Cæteri autem omnes eum oderant. Nam & iniurias prohibere segnis & obuiantibus contumelioſus erat: & in uxores alienas parum pudicus. Cæsaris deniq; dominationi non ĩmiti neq; acerbæ: quantum in ipso Cæsare erat: per eius amicos effectum est: ut tyrannidis inureretur nota: quorum Antonius in maxima licentia peccandi cõstitutus: imprimis eius rei causa uidetur fuisse. Cæsar tamen ex Hispania reuersus Antonii errata neglexit: sciensq; illum uirum fortem & manu promptum eius opera deinceps in bello non frustra est

uſus. Traiecit itaq; Ionium Cæſar cum paucis militibus a Brunduſio profectus: remiſ
ſiſq; retro nauibus ad Antonium & Gabinium iuſſit eos celeriter omnes copias in Ma
cedoniam traiicere. Hic cum Gabinius tempeſtatem horreret: lõgoq; circuitu exerci
tum per terram ductaret: ueritus Antonius ne Cæſar quoniam hoſtibus longe impar
erat: mole belli obrueretur repulſo Libone: qui fauces portus obſidebat: cum. xx. mili
bus peditum & octingentis equitibus naues cõſcendit. Inde cum iam altum teneret:
conſpectus a triremibus hoſtium longamq; perſecutionem paſſus uix effugit: ſubito
noto perſequentes carinas impediente. Verum illum e manibus hoſtium uenti bene
ficio liberatum pene grauior excæpit caſus. Delatus enim per inuia ſaxa ad præceps &
ſcopuloſum littus inhæſerat ſine ulla euadendi ſpe. Sed ſubito ex inſperato exorto li
byco undis a terra refluentibus in pelagus eſt reſtitutus: deinceps non ſolum tranquil
la ſed etiam fœlix fuit nauigatio. Nam haud longius ab eo loco profecti cernunt na
ues fractas in littore. Illic enim attriuerat uentus perſecutas eos triremes. Ingenti ergo
præda ditati milites multis etiam ex hoſtibus captis ſumma cum lætitia ad Cæſarem
peruenere. Prœliis inde frequenter commiſſis in cunctis inclytus erat Antonius. Bis cæ
ſaris milites in fugam uerſos coegit ſiſtere: pugnaq; reſtituta fudit hoſtem. Erat igitur
de Antonio plurimus in exercitu poſt Cæſarem ſermo. Quamobrem ſummã illam pu
gnam: & quæ cuncta in diſcrimen adductura erat: iniens Cæſar quanti eum faceret oſ
tendit: dextero enim cornu ſibi reſeruato: ſiniſtrum Antonio commiſit: ut omnium
qui ſecum erant pugnaciſſimo. Poſt pharſalicam autem pugnam cũ Cæſar dictator
factus perſequi Pompeium decreuiſſet: Antonium cum tribunatu in Vrbem remiſit.
Eſt ea quidem poteſtas ſi præſens ſit dictator ſecũda: ſin autem abſit prima ac ferme
ſola. Quippe dictatura cæteros õnes magiſtratus diſſoluit præter tribunitiam poteſ
tatem. Reuerſo in Vrbem Antonio Dolobella adoleſcens: qui & ipſe tribunus plæbis
erat: nouarum rerum cupidus legem promulgauerat de ære alieno reſcindendo: roga
uitq; Antonium utpote collegam & amicum & popularem: ut adiutor ſibi eſſet ad le
gem ferendam. Intercedebãt enim Aſinius & Trebellius. Eo tempore accidit ut grauis
ſuſpicio haberet Antonium uxorem ſuam a Dolobella eſſe corruptam. Quod cũ ferre
non poſſet: repudiata uxore eademq; ſorore (erat enim filia. C. Antonii Ciceronis colle
gæ) partes Aſinii & Trebellii ſuſcepit: aduerſatuſq; ẽ Dolobellæ. Occupauerat ille fo
rum per uim legem laturus. Antonius autem Senatu decernente armis opus eſſe Do
lobellam inuadit: & plæriſq; circa eum necatis tandem foro exturbat. Hoc quidem An
tonii factum maxime animos plæbis offendit: bonis atq; honeſtis ciuibus propter tur
pem uitam odio erat. Semper enim inter aleatores ſcorta ebrioſq; uerſabatur: die uino
luxuq; confectus edormiebat ob crapulam: quam noctu per laſciuiam ingurgitauerat
ĩ mimorum ñuptiis & ridiculorum ſpectaculis. Ferunt illum in Hippiæ mimi nupti
is cœnatum tantum uini per uniuerſam noctem hauſiſſe: ut ſibi poſtridie in concionẽ
uocato neceſſe fuerit in conſpectu populi romani euomere: quodam ex amicis togam
ſubiiciente. Erat etiam inter maxime familiares Sergius mimus & citharis quidam ex
eadem palæſtra mulierculam amans. Hoc comitatu Antonius peragrabat Italiam lec
tica delatus aureas pãteras ueluti in pompa circumferens. Ducebantur & leones ad re
dam ligati: & quod maxime homines torquebat: honeſtiſſĩæ domus ſcortis & mimis
pro diuerſoriis tradebantur: per lucos atq; amnium ripas prãdia ſumptuoſiſſima pa
rabantur. Habebat omnes non parua indignatio: q; Cæſare ipſo circa Italiam belli reli
quias perſequente: & mille labores & pericula noctu dieq; ſubeunte: alius Italiam per
illum tam luxurioſe calcaret. Itaq; reuerſus Cæſar Dolobellæ ueniam dedit: & tertium
conſul factus nõ Antonium ſed Lepidum elegit collegam. Bona deinde. Cn. Pompeii
ſub haſta uendita mercatus eſt Antonius: ſed exigi a ſe precium moleſte ferebat: aitq;
ipſe hanc ob cauſam in punico bello non fuiſſe: q; parum ſibi uideretur in iis quæ pri
us geſſerat gratiæ conſecutus. Videtur autem Cæſar non negligenter errata caſtigãdo

magna ex parte eius nequitiam retudisse. Confestim enim illa turpi uita relicta uxorẽ accepit Fuluiam. C. Curioni antea nuptam: nõ muliebres artes doctam mulierem nec priuatum hominem superare contendentem: sed magistratus regere: & imperantibus imperare: ut sibi magnas gratias deberet Cleopatra: q̃ ita institutum ab ea Antonium accepisset: ut uxoribus obnoxium esse didicisset. Hanc tamen mulierem Antonius ludis nõnunq̃ aggrediebatur: ut sibi illa esset placatior & aliquid remitteret seueritatis: ut tunc cum Cæsari ex Hispania redeunti processisset obuiam: inde crebro rumore per lato Cæsarem interfectum esse hostesq; in Italiam properare: rediens in Vrbem Antonius famuli ueste noctu domum uenit: dixitq; se tabellarium ab Antonio litteras ad Fuluiam habere. Introducitur ad eam capite obuoluto: rogat illa priusq̃ litteras accipiat: ualeat ne Antonius. Hic uero nihil respondens epistolam porrigit: quam cum illa legeret flens (erat enim scripta amatorie) caput aperuit: in collum inuasit. Sed hæc pauca ex multis posuimus exempli gratia. Cæsari tandem ex Hispania remeanti omnes primores ciuitatis q̃longe obuiam processere. Horum autem Cæsar egregie præter cæteros summo in honore recepit Antonium. Nam cum per Italiam curru ueheretur: una secum semper illum habuit in eodem curru. Post illum uero. D. Brutus sequebat & C. Octauius neptis suæ filius: qui postea Cæsar dictus ẽ: & plurimum tempus Romanis imperauit. Quartum deinde consul creatus Cæsar: Antonium sibi assumpsit collegam. Instituerat autem se magistratu abdicare: & in suum locum Dolobellã substituere: qua de re etiam ad senatum uerba fecerat. Sed indignatus Antonius inimicum sibi in magistratu adiungi: uehementer inuectus est in Dolobellam: nec pauciora tamen de se audiuit: itaq; infecta re Senatus dimissus est. Deinde cum Cæsar in sẽtentia perstaret: & consulem Dolobellam renunciari iussisset: obiecit auguria Antonius: effecitq; ut Cæsar ab incœpto desisteret. Erat sane in Dolobella non minus nequitiæ q̃ in ipso Antonio: feruntq; aliquando cum quis Antonium Dolobellamq; ad Cæsarem subaccusaret: atq; illos in suspicionem adduceret insidiarum: respondisse Cæsarem non uereri eiusmodi nitidos & comatos homines: sed illos graciles & pallẽtes Cassium & Brutum designans. Sed illis quidem Cæsaris necandi pulcherrimam causam præbuit Antonius. Erat solẽnis lupercaliorum dies: Cæsar autem triũphaliueste amictus in rostris sedebat: currentes Lupercos inspecturus. Currunt enim & nobilium iuuenum & eorum qui magistratum gerunt complures nudi atq; uncti loris albis obuios ferientes. In his cum esset Antonius: contra consuetudinem moremq; eius ludi ad sellam in qua Cæsar sedebat cucurrit: diadema annexum laurea corona ostentans: sublatusq; ab iis qui secuti erant capiti Cæsaris diadema imposuit. Declinauit caput Cæsar: reiecitq; diadema cum maximo totius. p. r. plausu. Rursus diadema imponere conantem rursus reiecit Cæsar cum summa spectantium lætitia. Quod quidem mirãdũ uidetur homines reuera sub Rege uiuentes nomen regium ut libertatis priuationem exhorruisse. Surrexit Cæsar e sella turbato uultu & nudatum iugulum cuiq; offerebat ad necem suscipiendam paratum se dictitans. Coronam tamen illam statuæ suæ impositam cum tribuni plæbis abstulissent: & ob eam rem summo studio a populo laudati essent: Cæsar eos magistratu priuauit. Hæc Brutum Cassium cæterosq; cõpulerunt ad Cæsaris trucidandi consilium. Qui in unum congregati cum multa disposuissent: illud agitauere ĩter se: an ad eã rem perficiendã Antonius esset ĩuitandus. Quod cum nonnullis placeret: contradixit Trebonius. Inquit enim mentem Antonii iam antea tentauisse: cũ Cæsar ex Hispania reuerteretur: Antoniũ uero non recepisse nec tamẽ unq̃ ad Cæsarem rettulisse: sed tacuisse id fideliter. His uerbis in sentẽtiam Trebonii adducti iterum agitauere: an una cum Cæsare Antonium trucidarẽt. Sed & hoc quidem prohibuit Brutus: censens eam rem quam pro legibus ac iure susciperent: carere omni iniuria oportere. At ueriti Antonii robur & magistratus insignia subornant quosdam ex coniuratis: qui cum Cæsar ingrediatur Senatum: extra demorẽt Antoniũ

negocio aliquo ex compoſito iniecto. Quæ omnia cum ita uti diſpoſita erant euenis-
ſent: mortuo in Senatu Cæſare: primo quidem Antonius īſignia magiſtratus abiecit:
& mutata ueſte ſe occultauit. Deinde ut audiuit illos nemini nocere: ſed globo facto ī
Capitolium ſe recepiſſe: egreſſus e latebris filium ſuum ad eos miſit in Capitolium: ut
pro obſide illum tenerent e Capitolioq; deſcenderent. Quo facto ipſe quidem eodem
die. C. Caſſium ad cœnam apud ſe habuit. Lepidus autem Brutum. Poſtridie uero fre
quenti Senatu rettulit de obliuione diſcordiarum deq; prouinciis diuidūdis: cui qui-
dem Senatus ſummo ſtudio aſſenſus cum eſſet: adiunxit & acta Cæſaris rata mane-
re. Celeberrima fuit illa dies Antonio: nec dici quidem poſſet quantam ſit laudem iu-
dicio omnium mortalium conſecutus. Videbant enim inteſtinum bellum per illius
prudentiam ſublatum eſſe: & in rebus difficillimis ac turbulentiſſimis bono conſilio
ciuiliq; animo fuiſſe. Sed tamen cito illum ab hac ſētentia deiecit principatus cupido:
quem ſe poſt cognitam mentem plæbis haud dubie adepturum putabat: ſi Brutus e
medio tolleretur. Nam cum Cæſarem (ut mos erat ī funere) pro roſtris laudaret: ani-
maduertens multitudinē oratione ſua mirabiliter ductam: admiſcuit laudibus cōmiſe
rationem: ſtimuloſq; animorum: & in perorando ueſtem Cæſaris explicuit ſanguine
fœdatam & in plurimis locis cæſam a gladiis: & ea qui patrati fuerint īpios ſceleſtoſq;
uocans: tantum furorem multitudini iniecit: ut corpus Cæſaris in foro cremarent: ſub
ſelliis menſiſq; undiq; ad pyram raptis accenſis facibus ad occiſorum domos percurre
rent. Ex hoc Brutus cæteriq; ex Vrbe migrarunt: Cæſaris uero amici ad Antonium
ſe cōtulerunt: ad quem etiam Calphurnia uxor pecuniam a Cæſare relictam tranſtu-
lit: & penes eum depoſuit. Erat autem numerus quattuor milia talenta: accepit etiam
Cæſaris cōmentaria: in quibus decreta iudicataq; erāt ſcripta. Ad hæc Antonius quod
libitum fuit addens: aliis magiſtratus dabat: aliis īmunitates: multi Senatores facti:
plæriq; ab exilio reducti: & hæc omnia faciebat quaſi a Cæſare antea decreta. Quam-
obrem iocantes Romani eos omnes Charonitas appellabant. Nam ſiquid illis obiec-
tum erat: continuo ī mortui fugiebant chirographa. Hæc & alia præterea multa con-
tra leges fecit Antonius. Ipſe quidem conſul. L. uero fratrem tribunum plæbis &. C.
alterum fratrem prætorem ſocios habens. Dum hæc Romæ geruntur. C. Cæſar adole-
ſcēs hæres a Cæſare ſcriptus ex Apollonia rediit. Is primum ad Antonium utpote ami
cum paternum ſalutatum ueniēs: depoſitæ pecuniæ mentionem habuit: debebat Ro-
manorum cuiq; dragmas. Lxxv. ex teſtamento patris. Hic Antonius primo iuuenem
aſpernari: atq; inſanum dicere: & boni conſilii bonorumq; amicorum expertem: ſi tā
oneroſam hereditatem adeundā putet: ac nō potius abſtinendum. Sed cum id perſu
adere nequiret adoleſcenti: pecuniamq; repeteret: multa contra illum contumelioſe
dixit fecitq;. Nam cum tribunatum petens Cæſar: ſellam auream patris ſui poſuiſſet:
minatus eſt Antonius in carcerem illum ducturum: niſi deſineret plæbem ſollicitare.
His rebus adductus Cæſar ad Ciceronem ſe cōtulit: eiq; ſe totum permiſit: per quem
cum Senatum ſibi conciliaſſet: ipſe autem plæbem amplexaretur: & ueterani milites
undiq; ad eum concurrerent: metuens Antonius per communes amicos in gratiam re-
diit: congreſſu adinuicem in Capitolio habito. Ea nocte dormientem Antonium terri
bilis uiſio excitauit. Viſus eſt enim eius dexteram fulmīe de cælo feriri: nec multo poſt
nunciatum eſt illi Cæſarem inſidias tendere: qua de re cum Cæſar ſe purgaret: nec ta-
men perſuaderet: rurſus inter eos ardentiſſimæ inimicitiæ exortæ ſunt. Hinc diſcurſio
nes per Italiam ab utroq; factæ: ueterani premiis utrinq; allecti legioneſq; ſollicitatæ.
Inter hæc. M. Cicero ea tempeſtate ciuitatis princeps omnes mortales in Antonium cō
citabat. Eo auctore Antonius tandem hoſtis eſt iudicatus: Cæſari faſces decreti. Pauſa
& Hircius qui tum erant conſules contra Antonium miſſi. Hi circa urbem Mutinam
prælio commiſſo præſente Cæſare atq; adiuuāte. M. Antonium fuderunt fugarūtq;:
ſed ipſi ambo īterierunt. Ex hoc bello fugientem Antonium cum multa alia grauiſſīa

exceperunt:tum maxime rerum edendarum penuria. Verum ei natura datum erat:ut in rebus aduerſis difficillimiſq; ſeſe ipſe uirtute ſuperaret:& quanto magis fortūa pre meretur:tanto bono uiro efficeretur ſimilior. Itaq; dum alpes tranſcenderet: mirabile erat exemplum militibus ſuis hominem tanta luxuria tantiſq; deliciis modo affluentē aquam corruptam faciliter bibere:radices & fructus ſilueſtres cibum habere: edebant etiam arborum cortices & animalia quædam ante id tempus inguſtata. Cauſa itineris erat ut tranſalpino exercitui ſe coniungeret:cui Lepidus imperabat. M. Antonii familiaris & in Cæſaris amicitiam magna ex parte per Antonium receptus. Vt igitur in ea loca peruenit: ubi Lepidus cū exercitu erat:haud procul ab eo caſtrametatus:expectabat ſiquid opis aut auxilii afferretur. Quod cum fruſtra præſtolari ſe animaduerteret:lugubri ueſte aſſumpta & barba poſt pugnam promiſſa & crine miſerabiliter neglecto ad caſtra Lepidi q̄proxime acceſſit:ibiq; concionari cœpit. Mouebat non paucos miſerabilis habitus:& maxime ſupplex oratio flectebat animos. Quod cum ſentiret Lepidus tubas canere iuſſit: ut præ illarum clangore uox Antonii nequiret exaudiri. Ob id factum magis etiam ad miſericordiam flexi milites Lelium quendam & Clodium meretricio habitu emittunt: qui iubeant Antonium caſtra expugnare aggredi: permultos eſſe intus: qui ſe offerant paratos eum recipere:& Lepidum ſi ita iuberet trucidare. Flumen quoddam propter caſtra Lepidi fluebat:contra eum locum Antonius copias ſuas poſtridie adducit:& primus omnium ipſe flumen ingreſſus ad aduerſā ripam contendit. Iam &enim milites Lepidi frequētes ex eo loco Antonium uocabāt: uallumq; proſtrauerant. Ingreſſus igitur caſtra rerum omnium potitus humaniſſime Lepidum conuenit: patremq; ſalutauit:& cum rei penes eum ſumma poteſtas eſſet: Lepido tamen imperatoris nomē honoremq; ſeruauit. Ea res effecit ut & Plancus Munacius:qui & ipſe circa ea loca exercitum ductabat:Antonio ſe coniungeret. His rebus elatus Antonius uitio quodam ex familiaribus compotoribuſq; ſuis cum ſex legionibus in præſidio Galliæ relicto:ipſe in Italiam rediit decemmilia equitum &.xvii. legiones peditum ſecum agens. Cæſar autem a Cicerone quem uidebat tota mente ad libertatem.r.p. intentum deſciuit:Antoniumq; ad reconciliationem uocauit. Conuenere hi tres duces ī inſula quadam flumine circum abluta: ibiq; per triduum commorati de diuiſione imperii deq; cæteris rebus agitauere:uerum ut cætera facile tranſegerunt:ſic magna diſſenſio concertatioq; exorta diu tenuit deliberantes de ciuibus necādis:ſingulis amicos ſeruare cupientibus:& inimicos necare. Tandem inimicorū odio & iura cognationis & amicitiæ caritas abiecta. Cæſar Antonio Ciceronem:Antonius Cæſari. L. Cæſarem auūculum conceſſit necandum:a. M. Lepido Paulus frater ad necem conceſſus:uel ut quidam aiunt ſponte deſtinatus. Nil reor unq̄ crudelius fuiſſe aut tetrius factum homicidia homicidiis permutantes: quos acceperant:quos tradebant mactantes:ſed in amīcis magis iniurii:quos ſine ullo odio trucidabant. Hanc inter duces amicitiam cenſuerunt milites affinitate firmandam:data Cæſari uxore Clodia Fuluiæ filia Antonii priuigna. His ita diſpoſitis ad exequenda ea quæ decreuerāt contendunt. Trecēti ab his ciues ex proſcriptione trucidati. Ciceronis caput ac dextra manus qua illas Antonianas orationes ſcripſerat iuſſu Antonii abſciſſa: quæ cum ad ſe delata eſſent:aſpexit diu ſumma lætitia exultans. ubi oculi ſatiati ſunt illo ſpectaculo:iuſſit per contumeliam in roſtris deponi:quaſi uero illum iam mortuum contumelia afficeret:ac non potius ſeipſum ac fortunam ſuam indignam oſtenderet:quæ ad tantam potentiam nefarium hominem prouexiſſet. L. autem Cæſar cum milites ad eum necandum miſſi eſſent:fugit ad Iuliam ſororem. At cum carnifices eo quoq; ueniſſent: & ī cubiculum prorumpere uellent: ſtans illa pro foribus ac ui reſiſtens clamitabat magna uoce nunq̄ illis facultatem. L. Cæſaris necandi futuram:ni prius ipſā necarent:quæ Antonium peperiſſet. His illa tunc rebus fratrem tutata eſt. Erat hæc trium uirorum domīatio omnibus infenſa & grauis:cuius rei culpa omnis ī Antoniū

referebatur. Nam & Cæſare maior natu erāt: & Lepido potentior: & ad ſuos mores ui tamq; illam uoluptariam ut primum per bellum licuit redierat. Accedebat ad hæc q; domū magni Pompeii habitabat hominis nō minus inſtitutis domeſticis moribuſq; admirandi q̄ tribus triumphis. Tunc uero dominante Antonio legati duces magiſtra/tuſq; reiecti pro foribus expectabant. His portæ clauſæ non permittebant aditum. In tus uero aleatorum mimorum adulatorum greges rapinas Antonii deuorantes. Non ſatis erant ad ſumptus proſcriptorum bona: nec omne uectigalium genus exactum. Itum eſt ad uirgines ueſtales: raptæ pecuniæ apud ædem depoſitæ: uxoribus etiam pro pinquiſq; necatorum ciuium bona per calumniam adempta: nec tamē hæc ſatis erāt. Quamobrem indigne paſſus Cæſar tantam prodigalitatem diuiſionem pecuniarum cum Antonio fecit. Diuiſo etiam exercitu contra Brutum & Caſſium in Macedoniam profecti ſunt. M. Lepido cum præſidio Romæ relicto. Vt igitur in Macedonia bellari cœptum eſt: nihil unq̄ præclarum a Cæſare factum: omnia per Antonium geſta. Prīa quidem pugna uarium habuit euentum: ut ab utraq; parte dextrū cornu ſuperaret. Cæſar a Bruto contra quem inſtructus erat profligatus: caſtra quoq; amiſit: uixq; ma nus hoſtium effugit: ut ipſe in cōmentariis ſuis ſcribit ſomnio cuiuſdam ex familiari bus admonitus. Caſſius ī alio cornu ab Antonio uictus: cum ignoraret Brutum uiciſ/ſe a Pendaro liberto uolens mandanſq; occiditur. Scribunt tamen nonnulli: Antoniū abfuiſſe: cum milites ſui contra Caſſium pugnauere. Poſt paucis uero diebus iterum pugnatum eſt: in ea pugna uictus Brutus mortem ſibi conſciuit: Antonio uero ītegra uictoria parta utpote qui Cæſare ægrotante uicerat. In ea pugna Antonius cum Bruti corpus īueniſſet: pauca de. C. fratris nece conqueſtus: quem ī Macedonia captum Bru tus Ciceronis manibus mactari fecerat: & poſtremo ſe magis id Hortenſio q̄ Bruto imputare teſtatus: purpurā ex ſuis precioſiſſimam cadaueri ſuperiecit: & liberto cui dam ex ſuis mandauit ſepeliendi curam. Hunc tamē libertum cum poſtea comperiſ/ſet purpuram cum corpore non ſepeliſſe: magnam q; partem pecuniæ ad ſepulturam datæ ſubtraxiſſe: ſummo ſupplicio affecit Antonius. Confecto bello Cæſar quidem grauiſſima ualitudine: ita ut parum ſuperfuturus ſperaretur: Romam reductus eſt. Antonius uero ad cogenda ſtipendia quæ militibus ſolueret cum exercitu contendit. Pollicitus enim erat cuiq; militū quinq; milia dragmarum: eratq; opus grādi pecunia ad ea perſoluenda. Primo igitur in græciam profectus non grauis neq; infeſtus homi/nibus erat: ſed ad doctorum hominum diſputationes ad theatra ad ludos ſe totum cō uerterat: in iudicando mitis: in largiendo magnificus: & amator gr corum maximeq; Athenienſium uocatus gaudebat: permulta ab illo dono Athenienſibus data: nōnul/la etiam cæteris ciuitatibus. Megarenſes uero cum cuperent aliquid ciuitatis ſuæ ma/gnificum oſtendere: per æmulationem Athenarum rogauerunt Antonium: ut ad eo/rum curiam uiſendam accederet: quo cum ille ueniſſet: īterrogatus ab eiſdem: qualis il la curia ſibi uideretur: Puſilla mihi īquit & inſuper diſiecta. Templum etiam pictu de ſignauit quaſi conſummaturus: hoc enim Senatui fuerat pollicitus. L. deinde Cenſo/rino græciæ præfecto ipſe in Aſiam tranſiit. Ibi cum Reges undiq; ad eum cōcurrerēt: & Reginæ donis ornatuq; certantes ſeſe ac formam ſuam Antonio offerrent: corrup/tus extemplo animus in conſuetum morbum recidit uoluptatum: Anaxanores citha/redi & utiq; tibicines & Metrodorus quidam ſaltator & eiuſmodi aſiaticarum illece/brarum turba mira feſtiuitate & gaudio in calamitates romanas inſiliebant: nec q̄ſq̄ iam ſe continere poterat omnibus ad uoluptatem conuerſis. Vniuerſa enim Aſia non ſecus ac ſophoclea illa ciuitas plena uaporibus ſuauiſſimis erat: ubiq; cantus audiebā tur: ubiq; ſerta exalabant feſtiua. Quippe cum Epheſum ingrederetur: mulieres uni/uerſæ ī bacchas uiri omnes & pueri ī ſatyros & patres ſe formarunt. Edera thyrſis pſal teriis plena ciuitas Dionyſum charidotem Melichium uocabāt Antonium: & erat pro fecto talis erga quoſdam: cæteris uero ferus atq; īmanis. Nam & nobiles ſpoliabat

fortunis omnibus:& eas perditis hominibus assentatoribusq; donabat:multis præterea uiuentium bona quasi mortuorum hæreditatem concessit. Domum magnatis cuiusdam largitus est coquo suo:q; cœnam bene parauisse uisus erat. Secunda tandem uectigalia cum Asiaticis imperaret:Hybreas quidam:qui ciuitatum causam susceperat:ita cum Antonio agere ausus est:Si potes inquit o Antoni eodem anno bis uectigal exigere:illud etiam efficere posse te decet:ut bis æstatem habeamus:bisq; autumnum festiuum. Hoc quidem & a mente Antonii non abhorrens. Deinde cum inseruisset ducentamilia talenta sibi Asiam exoluisse efficaciter nimium : adiecit hæc uerba: Siquidem hæc tanta pecunia ad te delata non est:ab iis eam repetas qui a nobis exegere . Sin autem ad te delatam iam consumpsisti: nulla nobis spes:reliquam paramus. Hac ratione maxime flexit Antoniũ. Ignaro enim illo plurima gerebantur a suis:neq; id tantum negligentia quantum simplicitate quadam ac nimia fide contingebat. Erat illi simplex ingenium:tardeq; errata sentiens:ubi tamẽ senserat:permagna mẽtis mutatio ac apertissima contra eos qui errauerant indignatio. magnitudo animi cum ad premia & ad pœnas excellens:ad premia tamen propensior. Dicacitas autem immodica & pene scurrilis procacitas. Sed hæc secum habebant medicinam:licebat enim ipune iisdem rebus contra illum uti:nec facile erat discernere:ludens ne an delusus magis gauderet:& ea quidem res non parum afferebat calamitatis . homines enim in iocãdo lacessendoq; aduersus eũ libertate fræti:perfacile in magnis rebus assentando blandiẽdoq; illum capiebant minime in ipsis quicq̃ tale suspicantem. Ita uel moribus uel natura instituto Antonio suprema clades Cleopatræ amor iiuncta:siqua adhuc uitia in eo latebant:detexit atq; intẽdit:siquid aut salutis aut uirtutis superat:id idem amor penitus deleuit. Captus est autem hoc modo:Cum se uertisset ad Parthicum bellũ Delium quendam ad Cleopatram misit:iubens illam ad se in Ciliciam uenire iudicium subituram:quod. C. Cassium opibus iuuisse ac permulta ad bellum contulisse accusaretur. Ad quam ubi Delius peruenit:uisa mulieris forma & linguæ elegantia & sermonis calliditate opinatus id quod erat:nihil mali ab Antonio eiusmodi mulieri impẽdere:sed contra magnam illi potentiam apud Antonium fore:uertitur ad obseruantiam cultumq; mulieris:monetq; homerico uersu:ut proficiscatur ad iudicium q̃maxime ornata:nec formidet Antonium mitissimum & humanissimum ducem . Illa autem Delio assensa:atq; iisdem rebus Antonium capi posse confisa : quibus ante Cæsar & Cn. Pompeii filius capti fuissent. Illi enim adolescentulam adhuc & rudem Cleopatram cognouerant:nunc autem ea ætate ad Antonium proficiscebatur : qua maxime solent mulieres & florere forma & consilio uigere:parat dona pecuniam ornatũ:qualia magnarum rerum dominam ex fœliciſſimo regno ferre decebat. Plurimum tamen spei erat sibi in seipsa & in suis ueneficiis philtrisq;. Per litteras igitur Antonii cæterorumq; accersita in tantum hominem iudiciumq; contempsit:ut incredibili pompa p Cydnum amnem nauigaret. Erat enim aurea puppis:uela autem purpurea pandebãtur:remi argentei ad fistulæ tibiæq; modos agitabantur. Ipsa uero regina sub tentorio aurato requiescens ad similitudinem ueneris ornata erat. Pueri utrīq; collocati pictis cupidinibus persimiles. Puellæ insignes Nereidum & gratiarum stolis partim gubernaculis incumbebant:partim rudentibus annitebantur . Ancillæ mirabili habitu omnes ripas fluuii complebant uaporibus. Currebatur undiq; ad eiusmodi spectaculum ieratq; per omnes fama: Venerem pro utilitate Asiæ Bacchum illudere. Vacuefactum est forum omni multitudine ad uidendum diffusa. Antonius deniq; pro tribunali sedens pene solus relictus est. Misit igitur qui illám ad cœnam inuitent. ipsa autem censebat apud se potius Antonium cœnare debere. Statim igitur ut facilitatem quandã & humanitatem præ se ferret:Reginæ paruit:cœnauitq; apud illam:quo in loco mirũ ī modum stupefactum aiunt esse Antoniũ. Tantos enim apparatus offendit:quãtos nunq̃ fuerat arbitratus:maximæq; admirationi fuit multitudo luminum. Tanta.n.

undiq; eluxisse ferunt: tam mira inter se ārte disposita atq; ornata: ut id quidem uel ī ter rarissima pulcherrimarum rerum spectacula putaret. Postridie uero cum apud se regina cœnaret: certauit Antonius magnificentia simul ac diligentia Aegyptiam ante ire: sed in utraq; superatus: ipse primus ariditatem cœnæ suæ rusticitatemq; cœpit illu dere. Regina autem dicacitate hominis animaduersa: cum uideret illum castrensi quo dam stilo & facetiis uulgaribus maxime duci: posito iā timore: cœpit & ipsa eodem ge nere iocandi contra Antonium uti. Atqui Cleopatræ forma (ut ferunt) ipsa quidem p se non nimium erat efficax ad mentes aspicientium capiendas: nec qua homines præ nimia admiratione stupescerent: Verum adeo suauissimi mores: tanta in loquendo fa cundia: tam iocundissima conuersatio: ut his rebus adiuta forma uniuersos arriperet: Pronunciabat dulcissimo oris sono linguamq; suam uelut instrumētum aliquod plu rium chordarum ad quancunq; libitum fuerat: gentem conuertebat promptissime. Paucis nationibus per interpretem loquebatur: plurimis per se ipsa respondebat: ue lut Ethiopibus Troglodytis Hebreis Arabibus Syris Medis Parthis & præterea mul tis: cum ante illam Aegypti Reges uel ne Aegyptiam quidem didicissent: uel Macedo nicam reliquissent. Ab hac itaq; muliere Antonius usq; adeo raptus est: ut Fuluia uxo re contra Cæsarem in Vrbe pugnante: Parthis uero duce Labieno Syriæ īminentibus: ipse expers curæ ueluti hæ res nihil ad se pertinerent: in Alexandriam Reginam seque retur: & ibi preciosissimam rem (ut inquit Antipho) tempus desidia ocioq; cōtereret. Erat eis uita: quam inuitabilem appellabant: mutuis se conuiuiis accipientibus & om ne prodigalitatis genus excedentibus. Equidem ex Lampria auo meo audiui narrasse sibi Philotā Amphissium medicū: qui per id tēpus studioꝝ causa Alexandriæ fuerat: Aiebat enim Philotas: se a quodam ex Antonii coquis: quo cum forte familiaritatem habebat: ductum esse in eum locum ubi epulæ Antonio parabantur: uidisseq; illic & alia complura & apros octo: se autem admiratum magnitudinē epularum quæsisse: quantus esset conuiuarum numerus: risisse hic coquum dixisseq; non multos esse con uiuas: sed circiter duodecim. Cæterum oportere ita quæq; suum tempus habere: ut ne momentum quidem desit uel supersit: trahi autem sæpe cœnam ab Antonio sermōe interpellante uel potu: nullamq; coniecturam esse temporis & ea de causa non unam sed multas cœnas apparari. Post haud sane multum spatii uenisse aiebat cū ministris Antonii filium: quem maiorem natu ex Fuluia habebat (neq; enim apud patrem cœ nabat) & cœnasse aiebat una secum humanissime inter cæteros familiares. Sibi igitur illic disputanti & commensatores multis argutiis fatiganti: hoc sophisma ab Antonii filio obiectum fuisse: Febricitanti quodammodo danda sunt frigida: omnis autem fe bricitans quodammodo febricitat: cuiq; ergo febricitanti danda sunt frigida. Hic cum ipse dubius fileret lætatum puerum risisse atq; ita dixisse: Ego tibi Philota hæc omnia dono: ostendens permulta & magna pocula: quibus omnis mensa erat referta. Illo ue ro dona acceptante: sed tamen minime arbitrante puero tāta donare permissum esse: cum postea quidem ex ministris pocula hæc in uase coniecisset: sibiq; offerret: ipse au tem repelleret: uerereturq; accipere: dixisse puerum aiebat: O inepte Philota quid am bigis an nescis eum qui dat filium esse Antonii. Sed age pro his omnibus si ita placet pecuniam accipe: ne quod forte ex his desideret pater: sunt enim plæraq; ātiqua & egre gii operis. Hæc nobis ut dixi auus noster narrabat ex Philota audiuisse. Cleopatra autē non quadrifariam (ut inquit Plato) sed multifariam blanditiis adorta: seu studio seu ioco res ageretur: nouis semper irritamentis nitebatur: quibus magis posset mens An tonii capi. Semper noctu dieq; erat parata seu ludere seu potare seu uenatum ire pla ceret. Exercentem se Antonium uisebat: in armis noctu per Vrbem uagantem in ancil læ habitu sequebatur: quando & ipse famuli ueste solitus erat uagari: & domos popu larium obsidere: & inquilinos per fores illudere: unde non solum conuitia: sed etiam uerbera persæpe reportabat. Hoc quanq̄ uulgo odiosum esset: gaudebant tamen

Alexandrini:dicebantq; tragica quidem perſona aduerſus Romanos:comica autẽ aduerſus Aegyptios Antonium uti . Vnum ex ſuis iocis narrare libet:nam plures referre uanum eſſet:Cum piſcaretur aliquando Antonius:nihilq; capere poſſet:præſente Cleopatra angebatur. Iubet igitur piſcatores clam ſubmerſos:hamo quem dimiſetat piſces antea captos appendere:per hũc modum bis uel ter præda capta nõ latuit Aegyptiam. Admirari illa:primo ficte narrare:deinde amicis rogare:ut ſpectatores fierẽt eius miraculi. Conueniunt frequentes poſtridie:ſcaphas conſcendunt:dimittit hamũ Antonius:piſcaturq; non inſolita arte. Regina uero cum bis aut ter celeriter Antonius iã piſces traxiſſet:quendam ex ſuis præuenire iubet: hamoq; Antonii piſcem ſale & fumo iam olim ſeruatum affigere. Antonius prædam a ſuis appenſam ratus:harundinẽ ſuſtulit:admirati primo omnes inde re cognita uehementer ridere. Tunc Cleopatra comiter:relinque imperator inquit calamum nobis canopeis & phariis Regibus. Nõ.n. hæc tua præda ſed Vrbes littora reges nationes. Eiuſmodi rebus intento Antonio duo nuntii eodem tempore afferuntur:alter quo certior factus eſt. L. fratrem & Fuluiã uxorem primo inter ſe diſſidentes:deinde cum Cæſare pugnantes amiſſis rebus Italia eſſe pulſos:alter Labienum Parthorum ducem omnem Aſiam ab Euphrate & Syria & Lydiam & Ioniam occupaſſe nuntiabat. Tandem igitur uelut e ſomno & crapula expergefactus:uſq; ad Phœniciam contra Parthos proceſſit:ĩde per litteras Fuluiæ reuocatus ad Italiam cum Ducentis nauibus ſe conuertit. Inde cum plæriq; ex amicis:qui Vrbe fugati erant:fierent ſibi obuiam:cognoſcit ab his omnem diſcordiarum cauſam a Fuluia eſſe ortam. Erat enim natura ferox atq; impigra:putabatq; fore ut Antonius a Cleopatra diſtraheretur:ſiquis rerum motus in Italia eſſet. Verum illa cum in Aſia nauigaret in Sicyone mortua eſt. Quæ res effecit ut in ſpem uenirent amici inter Antoniũ & Cæſarem poſſe pacem fieri. Nam cum in Italiam appuliſſet: Cæſarq; manifeſtiſſime fateretur nihil ſe habere:quod Antonio quidem ſuccenſere poſſet:quæ uero ſibi obiicerentur:omnium crimen in Fuluiam referret:interceſſerũt amici:bellumq; prohibuerunt. Diuiſum deinde inter illos imperium eſt:ita ut terminum facerent Ionium mare . Omnis ad orientem tractus Antonio ad Heſperiam Cæſari conceſſus. Lepido autem Aphrica permiſſa. Conſulatus uero quotiens ipſi nollent:amicis cuiuſq; pro portione concedi placuit. Videbantur hæc fœdera maioris cuiuſdam uinculi indigere q̃ cõmoditatem fortuna præbuit. Cæſaris erat ſoror Octauia maior illa quidem natu:nec ex eadem matre:ex Ancharia enim erat genita:Cæſar ex Accia . Hæc miræ uirtutis fœmina mirum ĩ modum colebatur a fratre. Tunc autem. C. Marcello cui nupta fuerat mortuo lugebat. Idem putabatur facere Antonius mortua Fuluia. Quãq̃ enim Cleopatram habere non inficiaretur:negabat tamen coniugiũ eſſe:necĩ hoc uno quidẽ ratio adhuc ſuccubuerat amori. Cenſebant igitur omnes Antonio dandam eſſe Octauiam:ſperabantq; fore ut hæc mulier forma moribus ingenioq; præſtanti una cum Antonio uiuens & ab eo(ut decens erat)amata omnium rerum quies eſſet & ſalus. Hoc cũ ambobus placeret:reuerſi in Vrbem nuptias firmant ex Senatus decreto:neq; enim p leges licebat ante decimum menſem a uiri morte. Placuit deinde ut cum Sexto Pompeio pacem firmarẽt. Tenebat Sextus ea tempeſtate Siciliam:& prædatoria claſſe cui Mnas pirata præerat Italiæ oras & omne circum pelagus infeſtebat. Vſus tamen fuerat magna humanitate in Antoniũ ſuſcepta illius matre:quæ una cũ Fuluia ex Vrbe profugerat. Congreſſum igitur cum Sexto habuerunt in aggere quodam Meſſanæ:quem naues Põpeii ex altera parte circunſtabant:ex altera Antonii & Cæſaris milites. Fœdera cum Pompeio facta:ut ille Siciliam & Sardiniam haberet:tutum autem mare a piratis præſtaret:certum modum frumenti Romam mitteret. Poſt hæc ſe mutuo ad cœnam inuitant. Pompeio ſorte euenit:ut primum apud ipſum cœnaretur. Interrogatus autem ab Antonio ubinam cœnaturi eſſent:illic inquit Sextus:oſtendẽs prætoriam nauem:quæ erat ſexremis. Illa enim eſt inquit paterna domus Põpeio relicta.

Hæc ait in Antonium cauillatus: qui domum ſuam Romæ occupauerat. Iactis itaq; ancoris & ponte quodam ex aggere in nauem facto: ſuſcepit eos magnifice. feruente il lic conuiuio & in Cleopatram & Antonium feruentibus iocis Mnas pirata adhærens Pompeio ita clam ad eum locutus eſt: Vis ne inquit Sexte ancoras ſuccidam: & te non Sardiniæ neq; Siciliæ ſed Romani imperii faciã dominum. Hic Pompeius cum pau/liſper ſecum agitaſſet: oportuit inquit o Mna hæc per teipſum me inſcio feciſſe: nunc uero quod eſt eo contenti ſimus: periurare enim nequaq̃ meum. Inde cum apud Cæſarem Antoniumq; cœnaſſet in Siciliam rediit. Antonius ſimulac res compoſita fuerat: Ventidium cum exercitu ad reprimendos Parthorum impetus præmiſit. Ipſe autem cum in Italia remanſiſſet: eſſetq; prioris Cæſaris ſacerdos iuuenis gratia conſtitutus: Cæteri quidem omnia communiter & amanter & ſumma concordia inter ſe agebant: uerum in ludis quos certatim inibant non mediocriter angebatur Antonius: cp ſemp Cæſar eſſet ſuperior. Erat cum Antonio quidam ab Aegypto magus: is uim naturæ Antonii contemplatus: ſeu re uera id cognoſceret: ſiue cp Cleopatræ gratia fingeret: ita ad Antoniũ dicere ſolebat: Fortuna quidem tua o Antoni ipſa per ſe ſplendidiſſima ẽ & ampliſſima: Verum cum Cæſari adhæret: continuo obſcuratur & decidit. Tuus. n. dæmon illius genium reformidat: & cum cælſus atq; alacer per ſeipſum ſit: ob huius tamen uicinitatem humilis fit: & abiectior: equidem te moneo ut abeſſe uelis q̃procul ab hoc adoleſcente. His autem ab Aegyptio dictis omnia uidebantur fidem facere. Nã ſiue ſortibus ſiue talis ĩ re quacunq; decertarent ſemper victor Cæſar: victus autẽ erat Antonius. Sæpe pugnaces gallos: ſæpe coturnices certatim ĩmittentibus ſemper Cæſaris uincebãt partes. Quibus rebus occulte licet turbatus Antonius: nec Aegyptiũ iam aſpernatus: mãdata Cæſari rerum ſuarum cura ipſe ex Italia migrauit. Octauia uxore ex qua iam filiolam ſuſceperat uſq; in græciam comitante. Ibi cum Athenis hyemaret: afferuntur lætiſſimi nuntii: Ventidium profligatis Parthorum copiis Labienũ & Frampatem bellaciſſimum Hyrodæ ducem occidiſſe. Ob has res epulum græcis ab Antonio datum: & ludi per Vrbem inſtituti: quibus ipſe Antonius poſitis magiſtratus in ſignibus præfuit: & aſſumptis adoleſcentibus una cum illis ſaltauit. inde ad bellũ proficiſcens ſertum excerpſit ex ſacra oliua: & ex clepſydra uas aquæ plenum ſecundum quoddam præceptum ſecum tulit. Interea Pacorum Regis filium cum magnis Parthorum copiis in Syriam irrumpentem Ventidius ĩ Cyraſtica deleuit. Qua in pugna cum ipſe Pacorus cum ingenti ſuorum ſtrage cecidiſſet: tanta formido parthis iniecta eſt: ut intra Mediæ & Meſopotamiæ fines ſeſe omnes reciperent: neq; ultra auderent pedem efferre: tribus continuis pugnis ſumma ui ſuperati & pro. M. Craſſo mortuo pœnam abunde paſſi. Hoc quidem Ventidii bellum inter inclyta Romanorum facta connumeratur: quanq̃ ipſe ueritus Antonii inuidiam ulterius uictoria uti deſtitit: & Parthos conturbatos ac diſiectos proſequi. Ad eos autem qui defecerant conuerſus in ditionem redegit: & Antiochum commagenem in Samoſatis urbe obſedit: qui cũ mille talenta ſe daturum polliceretur & iuſſa ultro facturum: iuſſit Ventidius legationẽ ad Antonium mittere. nam is iam prope aderat: nec permittebat Ventidium rem cum obſeſſis tranſigere: ut ſaltem hoc unum ſuum & nõ Ventidii factum diceretur. Quod ubi obſeſſis negatum eſt: ob deſperationem in audaciam uerſi diu Antonium nequaq̃ oppugnationi ĩtentum tenuere: eoq; rem adduxere ut pœnitẽtia ductus: trecentis dũtaxat talentis turpiter acceptis ab oppugnatione deſiſteret. Paucis deinde rebus per Syriam compoſitis Athenas rediit. Inde Ventidium ut decuit laudatum atq; donatum Romam ad triumphum remiſit. Hic ſolus uſq; ad noſtram ætatem triumphauit de Parthis homo obſcuro loco natus: ſed cælſi animi & magnarum rerum cupidus: qui ea de cauſa in amicitiam Antonii receptus talem ſe præbuit in rebus gerendis: ut cõfirmaret id de Antonio & Cæſare dictum: Multo melius ſuccedere ſi per alios: q̃ ſi per ſeipſos bella gererent. Nam & Caſſius ab Antonio ĩ Syriam miſſus præclare rẽ geſſit:

& Canidius ab eodem circa Armeniam relictus ea ſubacta & inſuper Iberorum & Albanorum Regibus proſtratis & Caucaſum aduſq; profectus: gloriam & nomen Antonii Barbaris nationibus formidoloſū fecit. Rurſus quibuſdam calumniis contra Cæſarem irritatus: trecentis nauibus in Italiam properauit: qui a Brundiſinis nō receptus: cum Tarētum appuliſſet Octauia (nam & ipſa cum Antonio ex græcia nauigarat) multis precibus impetrat: ut fratris adeūdi faciat ſibi poteſtatem. Erat illa eo tempore prægnans: & alteram iam filiam ex Antonio pepererat: quæ uenienti Cæſari obuiam progreſſa: & ex eius amicis Agrippa & Mecænate ī unum uocatis: multis lachrymis deprecata ē: ne ipſam uelit ex fortunatiſſima mulierum miſerrimā facere: Nūc. n. ōnes homīes admirari duoꝝ īperatoꝝ alterius cōiugē alterius ſororē. Sin uero peiora uincāt: prælium q; committatur ipſis quidē duobus īcertum eſſe: uter uictor futurus ſit: uter uictus: ſibi autem utrunlibet ſummam miſeriam afferre: itaq; nō ambiguum ſed certum malum impendere. His uerbis commotus Cæſar pacifice Tarentum acceſſit. Fuit operepreciū ingētes copias terra mariq; cernere ſumma pace utrinq; quieſcentes: in medio autem amicorum complexus & mutuam uerborum caritatem. Cœnauit prius Cæſar apud Antonium in hoc quoq; Octauiæ morem gerens. Cum deinde cōueniſſet ut Cæſar duas legiones Antonio daret ad Parthicum bellum: Antonius autem Cæſari roſtratas centum: Octauia ſeorſum petiit fratri a uiro. xx . Mioparones: mille milites uiro a fratre præſtari. Hæc ubi compoſita ſunt: confeſtim Cæſar contra Sextum Pompeium ducit exercitum. Antonius uero depoſita in Vrbe Octauia una cum ſuis & Fuluiæ liberis ipſe in Aſiam traiecit. Inde cum in Syriam ueniſſet: grauiſſimum illud malum quod diu iacuerat a melioribus conſiliis ſuperatum rurſus ſe extulit: uireſq; reſūpſit: effræni (ut inquit Plato) cupiditate animi aduerſus honeſtos & ſalutares monitus rationis calcitrante. Capitoni Fonteio negocium datur: ut Cleopatram in Syriam adducat: quæ cum illuc ueniſſet ſumma apud Antonium gratia accepta: capit dona non parua nec cōtemnendum regni ſui additamentum: ſed Phœniciam & Syriam Celē & Cyprum & magna ex parte Ciliciam item Iudæam: quæ balſamum producit: & omnē Nabateorum Arabiam: quæ ad oceanum uergit . Hæc dona Cleopatræ periniq; tulerunt Romani. atqui multa regna & Tetrarchias priuatis hominibus Antonius dedit: multi etiam reges ab eodem ſpoliati ſunt: & fortunis omnibus exuti: ut Antigonus iudæorum rex: quem ſecuri percuſſit: quod nulli ante id tempus contigit regum. Præ cæteris tamen flagitiis inuiſi erant Cleopatræ honores. Augebat īuidiam hanc q; cū uno partu duos filios ex illa ſuſcepiſſet: & alterum Alexādrum alteram Cleopatram nominaſſet: cognomenta huic ſoli: illi lunæ adiūxit. Ipſe tamen Antonius rem turpem uerbis exornans: ſic ſolitus erat prædicare: amplitudinem romani imperii non per ea quæ acciperet : ſed per ea quæ donaret apparere: prole autem multorum regum nobilitatē propagari: ita auctorem ſuum ab Hercule natum. Neq; enim Herculem in uno atq; eodem utero omnem ſuam prolem infudiſſe: Neq; Solonis leges aut Cyaſſei pœnas ueritum eſſe: ſed amplam ex ſe ſtirpem ſucceſſionēq; naturæ cupiuiſſe relīquere. Poſt hæc cum Phraortes Hyrodæ filius trucidirato patre regnum occupaſſet: multiq; Parthorum profugiſſent: Muneſes quidam uir nobilis ac domi potens ſolo patrio extorris ad Antonium confugit. Antonius Themiſtocli illum ſimilem ducens: ſe autem potentia ac munificentia Perſarum regibus parem arbitratus: tres ciuitates Partho largitur: Lariſſam Arethuſam Hierapolim: quam Camirycem ante appellabant. Sed Parthorum rege Muneſem reuocante benigne illum dimiſit Antonius: ratus Phraortem ſubducere: ut pacis ſpe duceretur: ſigna & captiuos: qui de Craſſi ſupererāt clade repoſcit. Ipſe autem Cleopatra in Aegytum remiſſa per Armeniam Arabiāq; profectus: copias undiq; contraxit: nec ſolum proprias: ſed etiam ſociorum regum. Erant iſti cōplures: ampliſſimus tamē omnium & potentiſſimus Arthanades armenius: qui. xvi. milia equitum & peditum. vii. duxit. Illic cum copias ſuas cēſeret Antonius : comperit

romanorum peditum milia.lx.& his auxilia equitum adiuncta Hiſpanorum & gallo
rum.x.milia:cæterarum nationum equitum peditumq; ſimul trecentamilia. Hæ tã
tæ copiæ tãtiq; rerum apparatus:ob quas & trãs Bactram indus expauit:& tota ſimul
contremuit Aſia:nullius uſus Antonio per Cleopatram fuere. Quippe dum properat
ut ad illam reuertatur:ut cum illa hyemet:non expectauit gerendi tempus:ſed in tem
peſtiue aggreſſus perturbauit omnia. Magicis enim carminibus & amatoriis poculis
deuincta mens amiſſa libertate propria ĩ Cleopatræ uultu hærebat infixa:longe rede
undi q̃ uincẽdi cupidior. Principio quidem cum oporteret in Armenia hyemare:& re
quiem præbere militibus:octo milium ſtadiorum uia defeſſis:& anteq̃ Parthus copi
as ex Hybernis educeret:ineunte uere Mediam occupare:non tulit ille moram:ſed cõ
feſtim Armeniam ad leuam capiens antropatenam regionem uaſtauit. Deinde cũ tre
centos uehiculos haberet:qui machinas ferebant ad oppugnandas urbes perneceſſari
as:in quibus aries erat octuaginta pedum:quibus corruptis nulla ſpes erat reparãdi:
utpote omni ad orientem plaga materias minime generoſas procreante : dum celerior
eſſe cupit:quaſi impedimenta celeritatis poſt ſe deſeruit: Taciano quodam qui curri
bus præeſſet cum certa manu militum ad cuſtodiam relicto:Ipſe autem Phraarta ur
bem magnam ubi & filii & uxores erãt Medorum regis obſedit. Ibi mox re ipſa redar
guente cognitum eſt:quantus error fuerit in machinis relinquendis. Nam cum illis cã
reret : aggerem ſummo labore extollere coactus ãxie perficiebat. Dum hæc apud Phra
arta gerebantur Phraortes Parthorum rex cum magnis copiis deſcendens ut audiuit
machinas ab Antonio relictas:partem ſuorum militum ad eas miſit. Ab his circumuẽ
tus Tacianus obruitur:decemmilia cum illo cæſa:capti autem complures:ĩ quibus &
rex Polenio fuit:machinæ uero omnes a uictoribus incenſæ. Ea res(ut debuit)cunctos
Antonianos milites minime quicq̃ tale in principio expectãtes uehementer turbauit.
Acceſſit q; Arthauades armenius:qui eius belli capeſſendi cauſa in primis Antonio fu
erat:quaſi deſperatis rebus cũ ſuis copiis ſe ſubtraxit:romanoſq; deſeruit. Hoſtes his
ſucceſſibus elati manifeſte prodire audebant munitiones Antonii adire minis contu
meliiſq; laceſſere. Antonius igitur optimum factu ratus militem educere:ne quieſcen
do & ſuorum animos lãguidiores & hoſtem ferociorem faciat: aſſumptis legionibus
tribus & prætoriis cohortibus cum uniuerſo equitatu frumentatum egreditur: ſperãs
eo maxime modo hoſtes:qui latiſſime ſparſi erant:in unum contractos pugnandi co
piam facturos. Ita longe a caſtris unius diei uiam profectus:ut uidit Parthos undiq;
in ſe concurrere:pugnandi ſignum in caſtris ponit:& ſimul tentoriis refixis quaſi non
pugnaturus ſed abiturus : Parthorum aciem propter accedit:ãmonitis equitibus qui
primi erant:ut cum prope fuerint:equos in hoſtes q̃celeriter conuertant. Erat Partho
rum acies in falcis figuram inſtructa:ſtabatq; miro ſilentio & quiete romanorum or
dines admirantes. Eques romanus ſigno dato ingenti clamore in hoſtem defertur:reſ
titere primo hoſtes:impetũq; ſuſtinuerunt. Mox ut pedes quoq; aduenit:tunc ingen
ti ſtrepitu armorum & clamore militum territi Parthorum equi & ſimul ipſi Parthi:
priuſq̃ manus conſererent:fugam arripuerunt. Hos perſecutus Antonius putabat ſe
totum bellum:aut certe partem maximam eo die cõfeciſſe. Inſecuti ſunt equites circi
ter ſtadia. CL. pedites uero. L. quibus reuocatis:quot ex hoſtibus cecidiſſent:quot cap
ti eſſẽt : cum quæreret: comperit.xxx.duntaxat captos &.lxxx.cæſos. Ea res ſpem ac fi
duciam omnem romanis ademit pergraue putãtibus ſiquidem ipſi uictores tam pau
cos ex hoſtibus necarint:uicti autem tot amiſſuri ſint quot circa machinas nuper ami
ſerant. Poſtridie uero cum ad Phraarta redirent:obuiam ſeſe offert hoſtis. primo qui
dem Parua manu:deinde maiori tandem uniuerſa multitudine ãc ſi nũq̃ uicti fuiſſẽt
circa romanos:diffuſa ad pugnam prouocabant:iterq; impediebant:ut uix atq; anxie
Antonius ſe cum ſuis militibus in caſtra reciperet. Ab obſeſſis eruptione quadam fac
ta:cum præſidia romanorum deieciſſent:iratus Antonius ſorte circunducta decimum

quēq; ſupplicio affecit:cæteris pro tritico hordeum præbuit. Erat hoc bellum utrinq; pergraue.nam & romani famem timebant:nec ſīe uulneribus & cæde dabatur iam uictum parare. Et Phraortes ſciens omnia faciliora eſſe Parthis q̄ hyemē:cum iam equinoctium autūnale adeſſet:magnopere uerebatur:ne ſuos continere non poſſet. Dolo igitur aggrediēdum ratus nobiliſſimis parthorum negocium dat:ut romanos qui frumentationis aut aquationis aut deniq; cuiuſcunq; rei cauſa egrediātur:familiarius cōpellant:auferre ſinant:benigne alloquantur:uirtutem laudent:eos mirum in modū placere regi ſuo ſignificent:inde increpent Antonii pertinaciam:qui Phraortæ eiuſmodi uiros ſaluos eſſe cupienti ipſe non aſſentiatur:ſed famem atq; intemperiem anni duo maxima & grauiſſima bella expectet:quæ cum uenerint:etiam ſi ipſi parthi conētur auxilium ferre:euadere tamen non poterunt. Eiuſmodi dicta a militibus relata mouerunt Antonium. Non tamen prius caduceatorem ad Phraortem miſit:q̄ fuerat ſciſcitatus:an hæc ex mente regis loquerentur : quod cum illi affirmarent:& ut ad regem legatum mittat ſuaderent:mittit quoſdam ex amicis:quibus mandata dat:ut & ſigna & captiuos a parthis repetant:ne nihil petendo contentus eſſe ſola fuga uideret. Phraortes uero his auditis reſpondet:ut captiuorum & ſignorum mentionem facere omittat:pacem autem ſi abire malint offert:quam conditionem tandē:ut ab Antonio erat iuſſum:legati accipiunt. Poſt hæc Antonius paucis diebus:dum ſe milites comparēt:cōmoratus a Phraartis diſcedit:nec ipſe quāq̄ caſtrenſi eloquentia nemini ætatis ſuæ cederet:concionem habuit: ſed Domitium Henobarbum id facere iuſſit. Fuere nonnulli in exercitu qui id grauiter ferrent:ac ſe contemni ab Antonio putarent. Alii uero mæſticia & pudore(quod uerius erat)impeditum Domitio id negocii dediſſe: & ob idipſum magis etiam conciliatos ac perſuaſos duci eſſe oportere prædicabant. Erat in exercitu uir quidam Mardus genere parthorum mores propter diutinam obſeruationem plurimum callens:cæterum probatæ fidei iam antea cognitus in prælio circa machinas commiſſo:Is Antonium adiens monet ne eandem qua uenit uiam repetat:neue exercitum pedeſtrem & grauem per loca plana & aperta tam magnis equitum copiis trucidādum obiiciat. Neq; enim alia de cauſa Phraortem fœdus iniſſe:niſi ut ab obſidione abeuntes in iis potiſſimum locis conſequatur:ſi ita Antonius uelit ducē futurum ſe pollicetur:non ſolum tutioris ſed etiam breuioris uiæ. Antonius autem q̄q̄ uideri nolebat ſe parum fidei Parthorum confidere:tamen cōmoditate itineris adductus Mardum ducere iubet: ſatiſdatione prius ab eo poſtulata. Ille ſe uinciri iubet:nec ante diſſolui q̄ in Armeniam perduxerit. Quo facto arripit ille iter ad dextram & mōtes capeſſit:ita biduum ſine ulla offenſione profecti iam omni timore depoſito diſſolute incedebant. Tertia autem die cū ad flumen quoddam peruenīſſent:Mardus ripā fluminis recens dirutam cernens:& uiam qua eundum erat multa undatione occupatam:ſuſpicatus hoſtium inſidias qui ea impedimenta ac moras romanis obiicerent:haud longe abeſſe: Antonium monet prouidere ne exercitum incaute incedētem de improuiſo Parthi adoriantur. Vix redierat in ordinem miles:cum parthi citatis equis in romanos feruntur:circundant aciem:undiq; inſtant. Antonius funditores & leuis armaturæ milites in hoſtem īmittit. Parthi infeſto telo & plumbea glande percuſſi pedem referunt:multis uulneribus acceptis nec paucioribus illatis. Rurſus deinde irrumpere conantes celtiber eques excepit diſſipauitq;:ita ut nihil amplius ea die tētarēt. Ex hoc Antonius cognito q; factu opus eſſet:expedito milite fundatoribuſq; non ſolum terga ſed etiam latera exercitus ſepſit : & quadrato agmine ſemper incedit : equitibus autem mandat ut hoſtes uenientes excipiant:fugientes uero non longius inſequātur. Hæc per quatriduum obſeruata ſpem omnem prædæ ademerant Parthis : ut iam de reditu cogitarent:cum ſpe amiſſa hyems obſtaret. Quinta autē die Fuluius gallus uir ferox & manu promptus:qui ordinem in exercitu ducebat:petiit ab Antonio leuis armaturæ milites:& plærosq; ex equitibus quos in fronte habebat : promittens aliquod

egregium facinus: ſi hi ſibi permittantur: oſtenſurum. Antonio uero concedente mili
tes & equites capit: & cū hoſtes ut ſoliti erant: acceſſiſſent: in eos irruit fugauitq;. Nec
parua fuga ut præceptum erat contentus: inſtat ferocius: & in medias parthorum tur
mas irrumpit: miſſos ab exercitu qui reuocarent contemnit. Ferunt Titium quæſtorē
ſigno per uim ablato ad exercitum ſe recepiſſe: Gallum obiurgatum q; multos bonos
uiros temeritate ſua perditū iret. At Gallus Titium contra iurgatus ſuos cohortatur:
& eodem loco ſiſtere eos iubet. Ibi acerrime pugnatum eſt: tādem Gallus cum ſuis ab
hoſtibus circumuenitur: preſſuſq; undiq; mittit ad exercitum qui auxilium implorēt.
Tribuni militum inter quos & Canidius erat uir magna apud Antonium gratia teme
ritati Galli maximum errorem adiungunt. Nam cum opus eſſet frequentiori auxilio
uno impetu in hoſtes irrumpente: paruam manum ſæpe atq; iterum ut primi profli
gati erant mittendo: copiaſq; euacuando uniuerſum exercitum in fugam atq; in ulti
mam cladem dediſſent: ni Antonius re cognita celeriter aduolans cum legiōe tertia pu
gnā ſubiſſet: hoſteſq; repreſſiſſet. Tria milia in eo prælio mortua quinq; milia uulne
ratorum relata ſunt in caſtra: & in his Gallus quattuor ſpiculis aduerſo corpore traiec
tus: ſed hic quidem non conualuit: cæteros uero adiens Antonius curabat: ſolabaturq;
miro dolore afflictus: ut lachrymas etiam frequenter effunderet. Saucii uero eius aduē
tu lætati dexteram prenſantes orabant: ut abiret: ac propriam ualitudinem curaret: ſe
liberatos eſſe: ſi ipſe dux ualeret: affirmabant. Nullus ī illa ætate exercitum duxit: qui
huic aut audacia aut tolerantia laborum aut robore militum præſtaret. Tanta uero
erga ducem reuerentia tanta obedientia tanta penes omnes nobiles ignobiles priuatos
magiſtratus conſtantia in honore ac gratia Antonii propriæ ſaluti anteponenda: ut ne
antiquis quidem illis romanis locum ullum exceſſus relinquerent. Huiuſce rei plures
erant cauſæ: nobilitas eloquentia ſimplicitas magnificentia liberalitas comitas: tū ue
ro cum cæteris laborando ſolicitudinem pro aliorum incommodis ſuſcipiendo opitu
lando cuiq; quod opus erat porrigendo promptiores infirmos atq; ſaucios q̄ ipſos ua
lentes effecerat. Hæc uictoria uſq; adeo Parthos extulit: ut qui pridie amiſſa ſpe de re
ceſſu (ut diximus) cogitabant per uniuerſam noctem exercitui quaſi fugituro & deſer
turo omnia immineret. & rex omnes quos ſecum habebat (neq; enim ipſe ullo prælio
unq̄ affuit) quaſi ad certam prædam uictoriamq; illuc dimitteret. Fuiſſe dicuntur om
nes Parthorum copiæ. cccc. milia equitum. Antonius uero cum eſſet concionaturus:
petiit ſordidam ueſtem quo magis animos flecteret. Sed improbantibus amicis pur
puratus acceſſit. Ibi cum laudaret fortes increparetq; qui fugerant: & his quidem bono
animo eſſe iuberet: illi uero ſe purgarēt: & ſiue decumationem ſiue quod aliud ſuppli
cium mallet ſe paratos ſubire offerrent: modo ipſe triſticiam animo expellat: precatus
deos: ut ſiqua inuidia pro priore fœlicitate aduentet: omnem illam in ſe unum cōuer
terent: reliquo uero exercitui ſalutem ac uictoriam præſtarent: concionem dimiſit. Po
ſtridie exercitu diligenter circunſepto procedit. Parthos autem longe ſpes ſua fefellit.
Nam quaſi omnia rapturi inuadētes ita ſumma uirtute a romanis repelluntur: ut for
titudinem admirati ſpem omnem prædæ rurſus deponerent. Inde cum quibuſdam e
tumulis deſcendentem exercitum Parthi ſectantes per decliuia adorti eſſent: conuerſi
legionarii milites poſt ſe nudos clauſere. Primi quidem in genu flexi clypeos oppoſue
re: ii uero qui poſt terga erant armis ſuperiectis primos texerunt: illos item alii eodem
modo. Erat eius forma quaſi tecti cuiuſdam theatrico ſpectaculo perſimilis: ad ſagit
tarum lubrications tutiſſima defenſio. Parthi labore cōfectos eſſe rati depoſitis arcu
bus & contis aſſumptis romanos inuadūt. At illi ſubito in pedes ſublati & ad inuicē
cohortati primos Parthorum obtruncant: reliquos in fugam dant: eodem modo & ſe
quentibus diebus factum eſt. Iam exercitus tarde incedens ingenti fame premebatur.
Neq; enim per hoſtes frumentatum ire licebat: & inſtrumenta cerealia magna ex par
te relicta erant: iumentis partim mortuis: partī ī ferendo eos qui ſaucii erāt occupatis.

Chenix atticha frumenti quinquaginta drachmis empta: pro hordeaceis panibus tantūdem ponderis argētum datum: tandem ad herbas ac radices conuersi: cum notæ cō suetæq; deficerent: coacti sunt etiam ignotas assumere. Inuēta est quædam herba quæ ad mortem per insaniam adduceret. Quicunq; illam mandebat neq; meminerat cuiusq̄: neq; ullum agnoscebat: ad hoc unum summe ītentus ut lapides effoderet: uersaretq;: ceu magna quædam res & celeritatis indiga gereretur. Erant cuncta plena annixorum humi ad lapides reuoluendos traducendosq;: & tandem bilem uomentes moriebātur omnes: quando uinum defecerat unicum ad eam pestem remedium. Ita pmultis morientibus & Parthis uehementer instātibus sæpe intercogitandum clamasse Antonium ferunt o decem milia eos qui cum Xenophonte Babylonia redierant admirantem: qui multo longiore uia confecta per ingentes copias hostium ad patrias sedes remeassent incolumes. At Parthi cum neq; exercitum Romanum obruere neq; ordines turbare ullo pacto possent: sed cōtra ipsi iam sæpe uicti ac fugati essent: rursus nituntur dolos contexere: ammiscentes enim sese Romanis qui aquatum aut frumentatū exierant: & chordas arcuum laxas ostendentes se quidem nunc abire domum prædicabant. Quosdam tandem ex Medis biduum ac triduum secuturos: nō ut lacessant quidem āplius: sed ut uicos atq; agros ab iniuriis tuerentur. Ad hæc amplexus gratulationesq; iungebant: quo magis persuaderent. Romani autem magnam īspem adducti: putabant uera fore quæ illi dictitabant: & ipse Antonius una cum cæteris lætatus: cupiebat iam in planiciem descendere. Montes enim per quos deinceps eundum erat: dicebantur aquam non habere. Cum itaq; copias deducturus esset Antonius: uenit q̄ proxime ad castra uir quidā Parthus nomine Mithridates nepos Munesis illius: qui urbes dono ab Antonio acceperat. Is petit aliquem ad se uenire qui syriace aut Parthice sciat. Accessit Alexander quidam Antonii familiaris. parthus præfatus: quis esset & in Munesem gratiam omnem referens: interrogauit Alexandrum: si montes altos ac frequentes: sub quibus late explicent campi: ante se cernat. Quod cum ille annuisset: sub illis inquit montibus omnis parthorum equitatus uos expectat. putant enim uos eorum uerbis subductos relictis collibus per hanc magnam planiciem iter facturos. Si igitur montes ut adhuc feciſtis tenueritis: nil amplius q̄ labor & sitis timēda est: res uobis Romanis nequaq̄ insueta. Sin in cāpos descēderitis: certo sciat Antonius Crassi calamitatem sibi esse subeundam. Hæc cum dixisset: recessit. Antonius hoc nūtio turbatus amicorum sententiam scīscitatur. Mardus itineris princeps sententiam rogatus uehementer partho assentitur. Quippe & citra ullas insidias planiciem ipsam plenam errorum & molestiarum putabat: & simul docebat haud longam regionem esse: quæ aqua careret: sed quantum una die trasmitti posset. In hāc sententiam cum adductus esset Antonius nocte signa mouet: milites aquam ferre iussi penuria uasculorum galeas pellesq; impleuerunt. Parthi ut nuntiatum est Antoniū per montes iter tenere: excīti ex insidiis & cōtra cōsuetudinem suam noctu properantes prima luce extremos Romanorum consequuntur. Romanos uigilia & labore confectos (ducentorum enim & quadraginta stadiorum iter ea nocte confecerant) non mediocriter turbauit aduentus hostium. neq; enim tam celeriter affuturum sperabant: & sitim augebat certamen. pugnantes enim incedebant. Dum ita proficiscuntur: primi quique erant: ad flumen quoddam perueniunt. Aqua erat gelida & nitens: cæterum salsa & uenenosa: simul ac gustata fuerat: totis uisceribus commouebat dolores. Mardo autem prædicente dispositi sunt quidam per ripam qui militem ab hausta prohiberent: sed non tantum ea res ualuit: quin uincente siti frequentes ad potum prosilerent. Antonius quacunq; incedens milites rogabat paulo etiam sitim tolerare: haud longe abesse fluuium aquæ dulcis & salubris: nec hostem deinceps propter asperitatem uiæ sequi posse. His simul dictis pugnantes reuocabat: & requiescere sub umbra iubebat. factis itaq; scenis & Parthis (ut consueuerant) procul amotis: accessit iterum Mithridates: & per Alexandrū

monet:ut cum paulo requieuerint: ad flumen accederent: Parthos enim uſq; ad flu-
men ſecuturos:nec ultra tranſituros eſſe. Alexander his rebus Antonio nũtiatis:refert
ad eum aurea pocula & phialas : quorũ Mithridates quot ueſte tegere ualuit acceptis
diſceſſit. Aliquantulum etiam tunc diei ſupererat:cum Antonius caſtra mouit. ea nox
ab hoſtibus quidem tranquilla fuit:ſed tam magno inter ipſos tumultu:ut nuſq̃ ſit
magis trepidatum. Trucidatis enim iis qui aurum aut argentum ferebant pecunias di
ripuerunt. Tandem Antonii impedimenta adorti pocula & menſas precioſiſſimas ef-
fringunt:& inter ſe diuidunt. Hinc tumultus exortus omnem exercitum trepidatione
referſit. Putabant cuncti aciem circumuentam ordineſq; interruptos eſſe:ut Antoni-
us quendam ex libertis ſuis nomine Ramnum iureiurando obligaret:ut quandocũq;
iuberet:gladio ipſum trãſfigeret:abſcinderetq; caput:ut neq; uiuus capi ualeat:neq;
mortuus dignoſci ab hoſtibus . Hic cum omnes ingemiſcerent : Mardus itineris dux
bono animo eſſe iubet. Flumen enim prope eſſe idq; ſibi ex auræ ſpiratione & fragilitã
te aeris & tempore profectionis patere. neq; enim multum ſupererat noctis . Et ſimul
nunciatum eſt turbationem illam non ex hoſtibus:ſed ex militum quorundam auari
tia intemperantiaq; eſſe ortam. Volens igitur Antonius ex errore ac profligatione ĩ or-
dinem milites reducere manipulatim præcepit. Quibus iam ferme ĩ ordinem redactis:
cum dies lucere cœpiſſet:Parthi extremos inuadere cœperunt . Datur ſignum pugnæ
militibus leuis armaturæ:deinde cæteri eos protegunt:& teſtudine facta hoſtem expec
tant:qui cum adire non auderent:& Romani paulatim ſe ſubducerent:primi ad flu-
men perueniunt. Ibi Antonius equitibus aduerſum hoſtem collatis copias traiecit in
firmos primo deinde cæteros. Iam & ipſis pugnantibus facultas erat bibendi . Parthi
enim ut flumen aſpexerunt ſubito arcus relaxant:ſecure tranare iubent:uirtutem Ro-
manorum ad cælum tollunt. Poſtq̃ id flumen tranſierunt & ſe ex longo labore recepe
runt:uiam ire pergunt nõ nimium Parthorum fidei credentes. Sexta die poſt ultimũ
prælium ad flumen Araxem:quod Mediam ab Armenia diuidit perueniunt. Viſum
eſt eis hoc flumen & altitudine & rapacitate horrendum:& rumor erat Parthorum in
ſidias ibi eſſe:ut Romanos tranſeuntes adorirẽtur. Vbi igitur Araxem tutiſſime traie
cere: Armeniamq; tetigere:quaſi ex longo pelago terram illam intuentes adorabant:
ad lachrymaſq; & amplexus præ lætitia conuerſi. Incedentes autem per regiones for-
tunatas & ex recordatione penuriæ rebus omnibus abutẽtes hydericos utericoſq; ĩcur-
runt morbos. Hic cum exercitum recenſeret Antonius:comperit uiginti milia peditũ
quattuor milia equitum eo bello amiſiſſe:non tamen omnia ab hoſte cæſa ſed ſupra
dimidiã partẽ morbo abſũpta. Ierũt igitur a Phraartis. xxvii. dierum iter præliis. xviii.
Parthos uicerunt:ſed hæ uictoriæ neq; uim ullam neq; effectum habebant:q; hoſtem
conſequi non poterant. Quamobrem manifeſtum erat confectionem eius belli p Ar-
thanadem Armeniæ Regem Antonio ſubtractã: Si enim quos ex Media reduxit equi
tum ſexdecim milia affuiſſent parthico fere more inſtructa:& cum illis pugnare con-
ſueta:Romanis profligantibus illiſq; perſequentibus nunq̃ hoſti facultas fuiſſet to-
tiens ad bellum pene integro redeundi. Cuncti igitur Antonium ad pœnas de Rege ſu
mendas incitabant:ſed ipſe ratione frætus:q; exercitus e tot malis nondum reſpiraue-
rat:nec queſtus eſt quicq̃ aduerſus Regem:nec minus q̃ ſolitus erat in honore habuit.
Poſtea tamen rurſus Armeniam ingreſſus multis promiſſionibus Regem allectum in
uincula coniecit:eumq; Alexandriæ in triumphum duxit. Quæ res maxime Romano
rum animos ab Antonio alienauit:q; inſigne ac præcipuũ patriæ decus ob Cleopatrã
Aegyptiis edidiſſet:ſed hæc(ut modo dixi)poſtea ſunt facta. Tunc uero per hyemẽ ac
niues redire properans octo milia inſuper militum in itinere amiſit. Ipſe autem cum
reliquis ad mare deſcendens quodam ĩ loco:qui Leucaonia dicitur(eſt autem medius
inter Beretum & Sidoniam) Cleopatram expectabat:& tardantis deſiderium perægre
ferebat. ſed tamẽ ad potus ebrietateſq; reuerſus:cũ tolerare morã ullo pacto nequiret:

perſæpe a compotoribus interbibendum proſiliens ad ſpeculandum currebat. Venit Cleopatra tandem: & ueſtem & pecuniam militibus tulit. Sunt tamen qui affirment ueſtem duntaxat Cleopatram attuliſſe: pecuniam autem propriam Antonium quaſi ab illa acceptam militibus diuiſiſſe. Inde cum inter Parthorum Medorumq; Regē diſcordia eſſet pro romanis (ut ferunt) ſpoliis diuidundis exorta: formidaretq; Medus ne regno proprio a Parthis deturbaretur: miſſis ad Antonium legatis hortatur ad bellum Parthicum rurſus capeſſēdum: & ſuas ac ſuorum uires conatuſq; pollicetur. Antonius igitur magna ſpe elatus: quando id quod ſolum primo bello defuerat: equitū ac ſagittariorum multitudinem gratis oblatam ſibi per occaſionem cernebat: Iterum parabat per Armeniam aſcendere: & ſe cum Medis circa Araxem cōiungere: atq; ita ſimul parthis bellum inferre. Dum hæc in Aſia geruntur Cæſar interea Romæ Octauiā ſolicitabat ut ad Antonium nauigaret: non ipſius gratia: ut plurimi aiunt: ſed ut illa repulſa aut neglecta iuſtam cauſam fratri præberet belli contra Antonium ineundi. Cum igitur Athenas peruenisſet: redduntur ſibi litteræ ab Antonio: quibus iubebatur Athenis expectare: & ſimul ſe contra parthos profecturum ſignificabat. Illa uero hoc nuntio perturbata: quanq̄ non ignorabat quid rei ageretur: tamen mittens ad Antonium rogauit: quonam uellet ea mitti: quæ ipſa ad eum perferebat. Ferebat enim ueſtem militarem complurimam: multa etiam iumenta & pecunias & dona: quæ Antonii familiaribus largiretur: & præterea militum delectorum duo milia: qui in cohortes redacti & totius corporis armaturis mirabiliter ornati erant. Hæc omnia cum ad Antonium niger quidam ab Octauia miſſus detuliſſet: & iuſtis laudibus ornaſſet: timens Cleopatra Octauiæ aduentum: ne forte probitate morum & Cæſaris potētia Antonius flecteretur: non ſatis blanditiis confiſa amore ſe Antonii ſimulauit īcenſam: & corpus quidem ſubducto cibo attenuat: & ſiquando ab ea diſcedat: continuo in oculis humor ac triſticia āderat: cum in conſpectum redibat: quaſi ſtupore quodam percuſſa intuebatur. Data etiam opera ut nonnunq̄ ab Antonio lachrymans īueniretur: confeſtim lachrymas obſtergebat occulebatq;: quaſi magnopere illum conaretur latere. Hæc tūc maxime faciebat: cum Antonius parabat e Syria ad Medum proficiſci. Aſſentatores autē Reginæ ſtudioſi Antonium ut plane durum ac ferreum hominem accuſabant: qui fœminam perderet in unum ac ſolum ipſum intuentem. Nam Octauiam quidem rerum gratia per fratrem Antonio coniunctam coniugis nomen frui: Cleopatram autem tot populorum dominam amātem Antonii uocari: neq; hoc nomen fugere neq; erubeſcere: modo aſpicere ipſum atq; una eſſe liceat. q̄ ſi hoc quoq; illi denegetur: non amplius uitali aura fruituram. Eiuſmodi uerbis uſq; adeo Antonium effœminauerunt: ut omni apparatu belli neglecto: ſolicitus de Cleopatræ uita in Alexandriam redierit: profectionem autē ad Medum aliud in tempus differret: quāq̄ tunc uehementer Parthos laborare inteſtinis ſeditiōibus audiebat. Poſt tempus tamē profectus amicitiam cum Medo firmauit: & uni ex ſuis & Cleopatræ filiis Regis filia deſponſata: inde regreſſus eſt iam ad ciuile bellum tota mente conuerſus. Octauiam enim ab Antōio neglectam ut Romam rediit iuſſit Cæſar ſeorſum per ſe habitare: ſed illa negauit ſe domum Antonii deſerturam: & niſi aliud ſubeſſet hac de cauſa minime certandum cenſebat: perturpe enim fore: ſi duo Romanorum imperatores ad arma eant: alter amoris gratia: alter q̄ pellex ſorori anteponatur. Et hæc ſane factis comprobabat. nam neq; Antonii domum deſeruit: neq; filiorum eius curam remiſit: ſed diligenter excoluit nō ſolum cōmunes ſed etiam ex Fuluia āte ſuſceptos. Amicos etiā Antonii qui uel petendi magiſtratus: uel cæterarum rerum gratia Romam uenerant: ſuſcipiebat fauebatq;: & ſi quid opus erat pro illis a Cæſare impetrabat. His illa rebus inſciens imprudenſq; plurimum obfuit uiro: cunctis indigne ferentibus: q̄ eiuſmodi fœmina iniuriis afficeretur. Augebat Antonii odium diuiſio illa tragica ac ſuperba maximeq; a Romanis moribus abhorrere uiſa: quam ille fecerat Alexandriæ inter ſuos &

Cleopatræ filios. Nam cum in gymnasio duos ex auro thronos gradibus argenteis posuisset: & in altero ipse in altero Cleopatra consedisset: filiis item paulo humilioribus thronis collocatis: inspectante omni multitudine: primo quidem Cleopatram reginā appellauit Aegypti Cypri Libyæ & Syriæ Cæles: unaq; cum illa Cæsarionē regnare iussit: quem Cleopatra prægnans relicta ex priore Cæsare peperisse uidebatur: secundo autem loco suos & Cleopatræ liberos Reges regum nominauit: assignauitq; Alexādro quidem Armeniam Mediam & Parthiam: siquando subigerentur: Ptolemeo autem Phœniciā Syriam & Ciliciam: & principio eos duxerat uario ornatu Alexandrum medica ueste tiaram et citharim tectam habentem: Ptolemeum crepitibus & chlamyde & causia cum diademate ornatum. Hic enim erat habitus ab Alexandro Regū: Ille uero Medorum & Armeniorum. Post hæc cum pueri genitores salutassent: & amplexi fuisset: præsto custodes utriq; affuere: huic Armenii: illi Macedones. Nam Cleopatra quidem & tunc & alias quotiens se multitudini ostendebat: sacram Isidis stolam assumebat: & noua Isis iura populis dabat. Hæc Cæsar sæpe in Senatu ostendens: sæpe in concione accusans: populum contra Antonium concitabat. Misit etiam Antonius Romā aduersus Cæsarem accusatores: primo q; pulso Pompeio Siciliam adeptus: nullā eius insulæ partem feciſſet sibi: secundum q; cum eius nauibus ad prælium usus esset: nullas unq̄ restituisset: tertium q; cum. M. Lepidum collegam exauctorasset & priuatum feciſſet: ipse habeat legiões & prouīcias illi traditas. Super omnibus q; Cæsar Italiam ferme totam militibus suis diuisisset: & nihil reliqui militibus Antonii reliquisset. Ad hæc Cæsar ita respondit: Lepidum quidem ideo remouisse ab imperio: q; nimium ob eam rem insolescere uisus erat. Quæ autem bello acquisierit se Antonio partem facturum: quando & ipse Armeniæ partem faciet sibi. Militibus autem Italiā non esse dandam: cum Parthiam & Mediam habeant: quas Romanorum imperio adiunxerunt una cum imperatore suo præclarissime pugnantes. Erat in Armenia Antonius: cum hæc renunciata sunt ei. Confestim itaq; iubet Canidium cum sexdecim legionibus ad littus descendere. Ipse autem cum Cleopatra Ephesum uenit: nam ibi maritimæ copiæ undiq; conueniebant. Fuere omnes naues Octingentæ cum onerariis: quarum Cleopatra contulit ducentas: & talenta uiginta milia & commeatum uniuerso exercitui abunde. Antonius quidem a Domitio admonitus ne secum Cleopatram duceret: iusserat illam in Aegyptum redire: ibiq; euentum belli expectare. Sed ipsa uerita ne pax rursus per Octauiam fieret: multis premiis a Canidio impetrat: ut pro se Antoniū alloquatur: doceatq; iniustum esse ab exercitu repellere mulierem: quæ tanta auxilia præbeat ad bellum: neq; conducere: ut Aegyptii lāguidiores fiant magna pars maritimarum copiarum. Quin etiam se non perspicere: cuinam eorum Regum: qui Antonium secuturi sint: Cleopatra cedat: aut prudentia aut consilio. Nam & magnum regnum iandiu per seipsam gubernasse: & ab ipso Antonio didicisse: quemadmodum in maximis rebus uersari oporteat. hæc quidem cōsilia: oportebat enim iam omnia in Cæsarem transferri: uicerunt. Collectis itaq; copiis cum Samum nauigantes peruenissent: ibi aliquot dies commorati sunt in summis uoluptatibus. Vt enim Reges Dynastæ tetrarchæ nationes ciuitates uniuersæ: quæ inter Syriam & Meotida Armeniam & Laurias iacent: iussi erant ea mittere: & ferre quibus ad bellum opus esset: ita cunctis Dionysii artificibus edictum erat in Samo adessent. Itaq; reliquo omni terrarum orbe ingemiscente una insula cantibus saltationibus theatris certaminibusq; ītēta erat. Immolauit tota ciuitas: Reges autem inter se magnificentia doniſq; certabant. Post hæc Antonius Athenas uenit: & ibi rursus in iocis erat & theatris. Cupiens autem Cleopatra quos ciuitas illa Octauiæ dedisset honores eosdem sibi decerni (Amabatur. n. egregie ab Atheniēsibus Octauia) multis beneficiis populum amplexa est. Ciuitas igitur honores decreuit misitq; legatos Cleopatræ domum: qui Sophisma ferrent: Horū unus fuit ipse Antonius: utpote ciuis Athenienſis: qui corā regina cōstitutus orationē

pro ciuitate habuit. Deinde Romam misit qui Octauiam domo expellerent. Egressā illam ferūt cum omnibus Antonii filiis præter maiorem natu ex Fuluia (Hic enim cum patre aberat) plorantem et inique ferētem: q; & ipsa una ex causis discordiæ ciuilis putaretur. Romanis uero id indignissime factum uidebatur: Antonium tamen miseriorem iudicabant: maxime ii qui Cleopatram uiderant: quibus apertissime notum erat: neq; ætate neq; forma Octauiæ anteponendam. Cæsar audita Antonii celeritate magnitudineq; copiarum uehementer trepidauit: timens ne ea æstate pugnare cogeretur. Deerant enim complura ad belli apparatum: & homines sibi infensi erant propter immodicas tributorum exactiones. Coacti erant alii quidem partem quartam fructuum conferre: libertinæ uero conditionis homines octauam totius patrimonii. Itaq; omnibus in Cæsarem accensis & tota perturbata erat Italia. Vt in Maximis erratis Antonii ponatur huius belli dilatio: nam & spatium Cæsari dedit exercitus comparandi & lenidendi dolores hominum. Quippe dum exigebantur tributa efferuescebant: exactis autem ac persolutis ira cessabat. Inter hæc Titus & Plaucus uiri consulares Antonii amici multis contumeliis a Cleopatra affecti: q; sibi aduersati fuerant: ne ad bellum duceretur: ad Cæsarem transfugere: & Antonii testamentum quod apud uestales erat docuere. Quod testamentum cum Cæsar peteret reddere quidem uirgines noluerūt: sed facultatem fecerunt ut per seipsum assumeret. Cæsar cum tabulas abstulisset: primo quidem cœpit priuatim: ut quæq; scripta erant: referre: locosq; reprehensione dignos notare. Tandem frequēti Senatu multa ex iis legit quæ perabsurde scripta uidebantur: ut minime indignum putaretur: eum uiuentem adhuc pœnas dare pro his: quæ post mortem mandabat fieri. Immoratus ē maxime Cæsar in sepultura. Iubebat enim Antonius testamento suo: si Romæ diem obiret: corpus eius ingenti apparatu & magna celebritate hominum per forum efferri: & inde Alexādriam ad Cleopatrā mitti. Caluisius autem Cæsaris amicus hæc addidit Antonii crimina: largitum fuisse Antoniū Cleopatræ pergamenas bibliothecas: in quibus ducenta milia erant librorū. In cœna uero quadam cum multi adessent surrexisse Antonium & pedem Cleopatræ pressisse: ex quadam compositione iter eos facta. Tulisse etiam ut se præsente Cleopatra ab Ephesiis domina salutaretur. Præterea dum Reges tethrarchasq; iudicaret: tabellas ex crystallo aut ex ūguibus amatorie scriptas frequēter acceptasse a Cleopatra: easq; interiudicandum lectitasse: & dum Fuluius uir amplissimus & cunctis Romanis eloquentia antecellens causam in foro diceret: Cleopatram in lectica per forum forte delatam simulac Antonius uidisset: prosiluisse e sella: & posthabita causa Cleopatrā prosecutum fuisse. sed in plærisq; ex his calumniari uisus est Caluisius. Amici uero Antonii quanq̄ Romæ unumquenq; ex plæbe prensantes pro Antonio deprecarentur: miserunt tamen ex suis Geminium quendam: qui rogaret Antonium moneretq;: ne contemnat se a populo Romano hostem iudicari: magistratuq; remoueri. Is Geminius ut in græciam uenit Cleopatræ erat suspectus: ne Octauiæ gratia ad Antonium ueniisset. Delusus itaq; in conuiuiis & contumelioſe acceptus: tamen omnia tolerabat: tēpus alloquendi Antonium expectans: Iussus tandē in conuiuio pro quibus rebus ueniisset eas res exponere: Cætera quidem inquit Antoni sobriæ sunt orationis & non tēporis huiusce. Verum tamen & sobrius scio & ebrius bene scilicet processura omnia: si Cleopatra in Aegyptum remittatur. Hæc cum Antonius inique tulisset: Cleopatra bene inquit facis Gemini qui ueritatem ita plane sine ullis tortoribus confiteris. Geminius igitur post paucos dies ab Antonio fugiens Romam rediit. Multi præterea ex Antonii amicis pulsi a Cleopatræ assēratoribus: quorum unus fuit. M. Silanus & Delius historicus. Hic fugisse ait Cleopatræ insidias Glauco medico admonente. Erat autē Cleopatra illi infensa q; in cœna dixisset: ipsis quidem acidum uinum infundi: Sarmentum autem Romæ falernum potare. Erat autem Sarmentus Cæsaris seruulus ex iis qui festiuitatis causa haberi solēt: quos Romani delicias appellant. Sed ubi ōnia satis

parata Romæ uiſa ſunt:aduerſus Cleopatram bellum decernitur:& Antonius id im/
perium deponere iubetur:in quo ipſe iam antea mulieri conceſſerat. Addebat Cæſar
hæc uerba:Antonium quidem amatoriis poculis infectum:ne ſe quidem regere ac gu
bernare poſſe:pugnaturos autem contra ipſos fore:Photinum & Mardionem eunu/
chum & Chardionem & Iradem Cleopatræ tonſtricem:a quibus Antonii imperiũ plu
rimum gubernaretur. Prodigia ante bellum hæc ferunt fuiſſe: Piſaurum urbem non
longe ab Hadria:in qua Antonius colonos deduxerat:hiatu terræ abſortam periſſe.
Albæ ſtatuam quandam Antonii lapideam multos dies ſudaſſe:& cum ã quibuſdam
ſiccaretur:non deſtitiſſe ſudorem emittere. Patris dum ibi Antonius eſſet:Heradium
fulmine tactum arſiſſe. Athenis ex pugna gigantea Bacchũ ui uentorum excuſſum
in theatrum decidiſſe:& ut ſupra diximus Herculem quidem generis auctorem: Bac/
chum autem ducem uitæ habebat Antonius:& iunior Dionyſius uocabatur. Eadem
tempeſtas Eumenis & Attalis coloſſos qui Athenis erant Antonio tranſcriptos:humi
proſtrauit:& quidem ſolos ex multis. Præterea etiam Cleopatræ nauis:quæ Antonias
dicebatur:ſignum habuit horrendum. Nam cum ſub puppi hirundines nidificaſſẽt:
ſuperuenere aliæ:& primis per uim expulſis nidos deſtruxere. Inde cum iam ad prælĩ
utrinq; coirent:Antonius quidem pugnaces habebat naues non pauciores quĩgentis:
ĩ quibus octiremes & decemremes erant permultæ omnes præclariſſime ornatæ:pedi
tum milia centum:equitum milia uigĩtiduo. Reges qui ei parebant: Bacchus Libyæ:
Tarcõdemus ſuperioris Ciliciæ:Archelaus Cappadociæ:Philadelphus Paphlagoniæ:
Mithridates Commagenæ:Adollas Thraciæ. Hi Reges aderãt. Auxilia uero miſerũt:
Polemon ex Ponto:Manchus ex Arabia:Herodes ex Iudæa: Amyntas ex Lycaonia &
Galatia. Erant etiam a Medorum Rege miſſa auxilia. Cæſar autem habebat naues pu
gnaces ducentas quinquaginta: peditum octuaginta milia equitum ferme parem An
tonio numerum. Imperabãt autem Antonius quidem ab Euphrate & Armenia ad Io/
niũ & Illyricum: Cæſar uero ab Illyricis ad Heſperium oceanum:& rurſus ab Oceano
ad Tyrrhenũ & Siculũ mare. Libyæ uero quantum Italiæ:Galliæ Hiſpaniæ oppoſi/
tum eſt:uſq; ad Herculeas columnas Cæſar habebat. Antonius uero a Cyrene ad Ethi
opiam. Ita autem Cleopatræ addictus erat Antonius:ut cum ualeret plurimum terreſ
tribus copiis:Cleopatræ gratia uictoriam naualem concupiuerit:quanq̃ uiatores:aga/
ſones:meſſores:adoleſcentulos per totam græciam a magiſtris captos cernebat ad na/
ues implendas:nec ita quidem ſatis repletas:ſed plæraſq; uacuas & ægre nauigantes.
Cæſaris naues Brunduſii ac Tarenti paratæ erant:non ad faſtigii roboriſq; oſtentatio/
nem:ſed ad celeritatem facilitatẽue fabricatæ:uiriſq; maxime refertæ. Miſit igitur ad
Antonium Cæſar ut Italiam accederet:nec amplius tempus morando terat: Se quidẽ
portus ac littoris Italici capeſſendi poteſtatem facturum pollicetur:tantũ a littore cũ
ſuis copiis receſſurum:ut tute ex ſuis nauibus deſcendere & caſtrametari poſſit. Anto
nius contra iactabundus Cæſarem in ſingulare certamen prouocabat:quanq̃ ipſe ſeni
or eſſet. q; ſi hoc refugiat Cæſar:placere omnibus copiis ut olim Pompeius & Cæſar in
Pharſalia dimicare. Antonio igitur circa Actium naues habente:ubi nunc Nicopolis ẽ
peruenit: Cæſar & Ionium trangreſſus Aepyri locum qui Toryna dicitur capeſſit:tre/
pidatione ex hoc apud claſſem Antonii coorta. Aberant enim terreſtres copiæ:Cleopa/
tra ludens ĩquit: quid uero periculi aut mali eſt ſi Cæſar ſuper toryna conſedit? Poſtri
die uero ſummo mane cum Cæſar inſtructa claſſe in hoſtes pergeret:ueritus Antoni/
us ne naues defenſoribus uacuæ capiantur:remiges quidem omnes armauit:& per pro
pugnacula oſtendit:robur autem iuuentutis in faucibus eius loci contra Cæſaris impe
tum ĩſtruxit. Ita Cæſar ab Antonio arte ſuperatus receſſit. Perhumanũ hoc loco Anto
nii factum memoratur. Nam cum Domitius henobarbus iam febriens paruam naui/
culam ingreſſus ad Cæſarem tranſfugiſſet:Antonius contra Cleopatræ uoluntatẽ im/
pedimenta omnia cum ſeruis & cliẽtibus & amicis ad eum dimiſit. Sed Domitius poſt

paucos dies quaſi perfidiæ ac proditionis eum pœniteret uita deceſſit. Deſciuerunt Reges nonnulli ab Antonio: ut Amyntas & Deiotarus. Claſſis uero undiq; difficultatibus circumuenta: multiſq; carere uiſa: rurſus Antonium coegit ad pedeſtres copias reſpicere: & in illis ſpem uictoriæ habere. Canidius etiam Antonii legatus mutata ſentẽtia: cenſebat Cleopatram in Aegyptum remittendam: ipſis autem in Thraciã aut Macedoniam cum exercitu concedendum: ibiq; tota acie decernendum. Nam Diconies Getharum Rex magna auxilia promittebat Antonio: nec eſſe turpe ſi Cæſari qui nup in Siculo bello exercitatus ſit: maritimis copiis cedant. Sed magis reprehendendum ſi Antonius uir terreſtrium pugnarũ peritiſſimus non utatur robore ſuorum militum: ſed eos in naues diſtribuat ac diſpergat. Vicit tamen Cleopatræ uoluntas ut mari pugnaretur: iam inde ad fugam reſpicientis: & maxime laborantis: non qua ratione Antonius uincere: ſed qua ipſa rebus perditis tutiſſime poſſit euadere. Erant lõgo ſpatio a caſtris ad ſtationes nauium ceu quædam brachia protracta. Per hæc Antonius ire ac redire ſine ulla ſuſpicione conſueuerat. Cæſar uero a ſeruo quodam ammonitus miſit eo milites: qui Antonium tranſeuntem interciperent. Illi inſidiis diſpoſitis ita paulominus rem cõfecerunt: ut comitem unum qui Antonio præibat caperent: ipſe autem Antonius fugiens uix e manibus laberetur. Vt uero certandum claſſe uiſum eſt: cæteras quidem naues: præter ſexaginta Aegyptiorum cremauit: Optimis autem & maximis a trireme ad decem remem electis impoſuit militum milia uigintiduo: & ſagittariorum duo milia. Hoc ĩ loco ferunt tribunum quendam militum uirum fortem & diu in armis uerſatum Antonio forte prætereunti corpus ſuum multis ĩſigne cicatricibus oſtendiſſe: dixiſſeq; o Imperator quid his tot uulneribus aut huic gladio parum confidens in lignis fragilibus ſpem habes? ſine Phœnices & Aegyptii claſſe pugnent: nobis autem Romanis terram da in qua conſueuimus uel uincere hoſtes uel oppetere. Ad hæc Antonius nihil reſpondit: ſed uultu ac manu ſignificans: ut bono eſſet animo præteriit. Quod autẽ nõ bonam ſpem haberet manifeſte animaduerſum eſt. Nam cũ gubernatores nauium ad pugnam euntes uela relinquere uellent: prohibuit Antonius ac ferre coegit: dictitans non oportere quenq̃ ex hoſtibus euadere poſſe. Sed ea die & altera & tertia magnis fluctibus agitatum mare pugnam inhibuit. Quarta tandẽ die prælium eſt commiſſum. Antonius & Publicola dexterum cornu: Celius ſiniſtrum habebant. Media regebant. M. Octauius &. M. Niſteius. Cæſar dextro cornu ſibi reſeruato: ſiniſtro Agrippam præfecit. Terreſtribus uero copiis ab Antonio Canidius præerat: a Cæſare Thaurus: qui utrinq; inſtructa acie in littore quieſcebant: euentum naualis pugnæ expectantes. Antonius undiq; incedens & remo ſuos conuocans cohortabatur: docebatq; ob firmitatem nauium tanq̃ e terra eos pugnaturos eſſe. Gubernatores monebat ut naues in eo loco continerent: & impetum hoſtium expectarent. Cæſar uero cum ante lucem caſtris egreſſus eſſet: naueſq; uiſeret: hominem qui aſinum agitabat ferunt illi obuiam factum. Roganti autem Cæſari quodnam nomen ei eſſet: reſpondiſſe ſibi quidem Euticho nomen eſſe: aſinum autem niconta appellari. Quamobrem poſtea cum hæc loca ornaret Cæſar: ſtatuit inter cætera: hominem & aſinum æneum. Sed tunc cum ſatis omnia ſpectaſſet: nauem ingreſſus & ad dexterum cornu delatus admirabatur hoſtium claſſem ocioſe in locis arctis ſeſe continere. Erat eorum aſpectus quaſi in ancoris conſiſtentium: & hoc diu arbitratus Cæſar ſuos cõtinebat: octo ferme ſtadia longe a ſtatione hoſtium. Iam ſexta erat hora: & uentus leuiter flare inceperat: cum Antonii milites grauiter moram tolerantes: & magnitudini & firmitati lignorum confiſi: ſiniſtrum cornu mouere cœperunt. Quod cum Cæſar animaduertiſſet uehementer lætatus: proram contorquet ut ſinum ac fauces Antonius deſerat: magiſq; in apertum procedat: quo ſibi facultas eſſet circundandi implicãdiq; hoſtium naues: magnitudine tardas: uacuitate leues. Inde cum ſatis illas proceſſiſſe uiſum eſt: prælium committitur: non tamen impetu irruptioneq; uſi ſunt. Nam &

Antonianæ naues uelocitatem non habebant propter grauitatem molemq; lignorũ. Et Cæſar non ſolum aduerſus Antonii proras duras atq; æratas: ſed ne latera quidem ferire audebat. Refringebantur enim roſtra perfacile ſi incederent in quadratas trabes ære adinuicem connexas. Erat igitur certamẽ pugnæ terreſtri perſimile: magis uero oppidorum oppugnationi. Tres enim & quattuor Cæſaris naues circa ſingulas Antonii occupatas: tragulis: contis: iaculatione ignis nitebantur. Antoniani contra e ligneis turribus catapultas in hoſtem iaciebant. Sed cum Agrippa leuum cornu circunduceret: coactus eſt Publicola lõgius ſe extendere. Quamobrem cum media Antonii claſſis abrupta eſſet: turbatis ordinibus & circa Aruntium implicatis parumper trepidatum ẽ. Erat tamen commune certamen & pugna utrinq; æqua: cum naues ſexaginta Cleopatræ quæ poſt magnas naues collocatæ erant: uelis ſublatis per medios pugnantes fugã arripiunt: ſuoſq; perturbant. Cæſaris milites ſumma admiratio tenebat: ſpectabant enim fugientes naues in Peloponneſum conuerſas: nec qua de cauſa id fieret: animaduertebant. Quo quidẽ in loco patefactum eſt ab Antonio ſe neq; ducis neq; uiri conſiliis frætum: neq; omnino mentis ſuæ compotem eſſe: ſed ut quidam inquit: amantis animam in corpore alieno uiuere. Tractus eſt enim a muliere quaſi in ea uiueret ſimulq; moreretur. Neq; enim tulit illius fugam: ſed õnibus poſthabitis & his qui pro ipſo pugnabant proditis ac deſtitutis in quinqueremem proſiluit: & Alexa & Siculo duntaxat comitibus inſecutus eſt eam: quæ & ſeipſam & illum perdiderat. Cleopatra uero ut nouit Antonium ſequi: ſignum e puppi ſuſtulit: ad quod ille delatus cum in eadem naui receptus eſſet: neq; aſpicere uoluit Cleopatram: neq; ab ipſa conſpici. Sed ſolus & tacitus in prora conſedit: utraq; manu circa caput inuoluta. Interea Cæſaris liburneæ ſunt conſpecte: quæ Antonium ſequebantur. uerti igitur Antonius proram iuſſit & cæteros quidem uenientes repreſſerat: Euriclem uero Lacedæmonem reprimere non poterat: ſed acriter irruebat: telum e prora quatiens maxime Antonium ferire ĩtentus. Antonio autem interrogante quiſnam eſſet is: qui fortunas ſuas tam cupide inſectaretur: Ego ſum inquit Euricles Lacharis filius qui Cæſaris fortuna paternas iniurias ulciſcor. Lachares enim ab Antonio latrocinii damnatus & ſecuri percuſſus obierat. Non tamen incidit in Antonii nauem Euricles: ſed in aliam: duæ enim erant prætoriæ: quam roſtro atq; ære percuſſam cæpit. Capta eſt etiã alia nauis ab Euricle ĩ qua ditiſſima erat ſupellex. Vt uero ab his ſe explicuit Antonius: rurſus in prora eodem modo conſedit: & ita per triduum commoratus eſt ſeorſum a Cleopatra: Incertum ſiue ira ſiue pudore id ageret. Tandem cũm ad Trenarum appuliſſet: mulieres Antonii & Cleopatræ familiares primo inter eos colloquia reduxerunt. Deinde una cœnare & eodem lecto cubare perſuaſerunt. Iam quidam ex amicis e prælio fugientes eo conuenerant: a quibus certior factus eſt Antonius claſſem eſſe amiſſam: terreſtres autem copias etiam tũc extare. Litteris igitur ad Canidium miſſis: iubet eum per Macedoniam celeriter cum exercitu in Aſiam reuerti. Ipſe autem a Trenaro in Libyam traiecturus: nauem unã multis pecuniis: multa auri & argẽti ſupellectili onuſtam amicis tradidit: ut illi ĩter ſe diuiderẽt: iubetq; ut quiſq; poteſt ſibi ſalutẽ quærere. Negãtes uero atq; ĩgemiſcentes perhumaniter & benigne ſolatus dimittit: ſcribens ad Theophilũ qui Corintho præerat: ut daret operam: quo illi in tuto ſint: occultetq; eos quoad ueniam impetrẽt a Cæſare. Hic erat Theophilus Hipparchi pater qui plurimum apud Antoniũ potuerat: primo a Cæſare ex libertis traductus: & Corinthi colonus factus. Hæc quidẽ poſt fugam apud Antonium facta. apud Actium uero cum Antoniana claſſis diu Cæſari reſtitiſſet: demum aduerſo fluctu impedita cum eſſet: ægre decima hora ſuperat: mortui quidem non ſupra quinq; milia fuere. captæ autem naues trecentæ: ut ipſe Cæſar ſcribit. Cognouere autem non multi Antonii fugam. Nec iis qui cognouerant perſuaderi poterat: ut is qui. x. &. viii. legiones integras & uigintiduo milia equitum haberet in littore: depoſita ſpe aufugiſſet: præſertim cum ipſe Antonius ſæpe mutationem

fortunæ expertus esset: & innumeros bellorum casus conuersionesq; tulisset. Desidera bant igitur eum milites & uenturum sperabant: tanta fortitudine ac uirtute fræti: ut post fugam manifestissime cognitam septem dies se continerent: & Cæsaris conditio nes legatosq; aspernarent. Inde cum Canidius eorū dux noctu e castris fugisset: suosq; ꝑdidisset: tūc demū ōni spe destituti uictori se dedidere. Post hæc Cæsar ab Actio pro fectus Athenas uenit: & græcis reconciliatus frumentum quod supererat: publice diui sit ciuitatibus eo bello supra modum afflictis & seruis iumentis pecuniaq; spoliatis. Hicharchus proauus noster solebat narrare: ea tempestate uniuersos ciues coactos fu isse frumentum humeris ad littus deferre: uerberibus ut accederent ꝯgitatos. At semel quidē ita tulisse memorabat: sed cum reuersi secundum onus tollere uellent: nuntia tum fuisse Antonium uictum & ob eam rem ciuitatem seruatā dicebat. Subito enim Antonii præfectos militesq; profugisse: ciues autem inter se frumentum diuisisse. An tonius ut in Libyam peruenit: Cleopatra in Aegyptum ex Paretonio remissa: ipse cum duobus comitibus remāsit: græco Aristocrate rhetore: latino Lucilio: de quo alias scrip simus. Qui cum. M. Bruto esset familiaris in Philippis post Antonii Cæsariq; uictori am militibus ad Brutum quærendum capiendumq; missis: sponte se obtulit: & Bru tum se esse affirmauit: ut dū circa ipsum uel necādum uel ducendum occupati essēt: Brutus haberet spatium abeundi. Is Lucilius tunc ab Antonio seruatus: summa con stantia & fide in Antonii amicitia usq; ad extremum permansit. Vt autem eæ quæ in Libya erant copiæ ab Antonio desciuerunt: uoluit ille quidem sibi mortem consciscere: sed prohibuerunt ii qui secum erant. Delatus igitur in Alexandriam ex Libya: offē dit Cleopatram opus magnum & inopinatum aggressam. Inter Rubrum enim & Ae gyptum mare: qua maxime utrīq; premitur: arctiorq; est tellus: trecētorum ferme sta diorum latitudo est: uideturq; Asiæ Libyæq; esse terminus. Per hunc locū Cleopatra transferre classem instituit in arabicum sinum: & cum auro argento & magna suorū manu in ignotas sedes commigrare: fugiēs bellum ac seruitutem. Sed cum primas na ues per terram delatas Arabes qui circa petram incolunt igne corrupissent: & Antoni us etiam tunc in legionibus quas in Actio reliquerat spem haberet: & īcolumes esse pu taret: destitit Cleopatra ab incepto: & portus ac littora custodire contendit. Antonius domo quadam ī mari apud Pharum ædificata: quo ciuitatem & amicos effugeret: qua si humani generis exul ī ea habitabat. Timonē (ut ipse aiebat) imitatus & similia ī uita perpessus. Fuit autem Timon Athenien sis: temporibus maxime Peloponesiaci belli: ut ex Aristophanis & Platonis poematibus intelligi potest. Describitur enim in illis ut odiosus & inhumanus: fugiens hominum congressus colloquiaq; omnia: præter uni us Alcibiadis: qui ea tempestate adolescens erat: & lingua maxime promptus. Hunc Timon cum libentissīe amplecteretur osculareturq;: interrogatus ab Apemanto quid ita faceret: respondit ideo se adolescentem amare: q; intelligeret illum multorum ma lorum causam Athenien sibus futurum. Apemantum etiam nonnunq̄ acceptabat: ut sui similem & eosdem sectantem mores. Dicitur cum aliquando una cœnarent dice retq; Apemantus pulcherrimum o Timon hoc nostrum cōuiuium est: respondisse il lum ita: si tamen tu non adesses. Ferunt etiam illum Athenis ī concionem uenisse: fac toq; silentio & expectatione magna: utpote ad rem insolitam dixisse: Est mihi o uiri Athenienses post domum parumper horti: & ī eo ficus quædā coaluit: a qua permul ti iam ciues suspendio uitam finiere: in eodem ego nūc loco ædificium facturus sum: quamobrem constitui publice referre: ut siqui sunt ex uobis qui se uelint suspendere: ante id agant q̄ arbor succidatur. Illo autem mortuo cum in littore esset sepultus: suc crescens mare littus circa sepulchrum abedens aditum remouit. Erāt in sepulchro hæc carmina inscripta: Hic sum post uitam miseramq; inopemq; sepultus: Nomen non quæras: dii lector te male perdant. Hæc quidem ipse Timon ante q̄ e uita decederet: si bi feciſſe aiūt: nam uulgatum illud Epigramma nō Timonis sed Calimachi est opus.

Timon ego iaceo hic retinentq; odisse quoq; ossa. Congressus hominum quanuis ma
le dic modo transi. De Timone quidem hæc pauca ex multis libuit inserere. Antonius
ut terrestres quoq; copias audiuit captas & Herodem iudæum cum quibusdam cohor
tibus ad Cæsarem defeciſſe: & alios item Reges desciuisse: nihilq; præter Aegyptum su
peresse: haud sane iis rebus commotus: sed libenter hac spe abiecta: ut simul abiiciat &
curam: e domo illa maritima: quam Timoniam uocabat: in tegiam est regressus: & ad
cœnas & ebrietates & iocos totam ciuitatem conuertit. Transcripsit enim in ephebos
Cleopatræ & Cæsaris filium: suus autem & Fuluiæ filius togam assumpsit uirilem: in
quibus rebus uniuersa ciuitas per multos dies conuiuiis ludis sertisq; refercta fuit: ip
se uero & Cleopatra uitam illam priorem quam imitabilem uocabant deseruerũt. Ali
am autem inuenerunt sumptu luxuria & lauticia nihilo prima illa inferiorem: quã
commorientes uocabant. Amici enim se in commorientium rerum ascribebant: & ita
in uoluptatibus & cœnarum circuitu semper erant. Ad hæc Cleopatra uim ingentem
uenenorum parare: singulorum potentiam naturamq; perquirere: in iis qui ad mortẽ
damnati erãt periculum facere: sed cum animaduertisset ea uenena quæ confestim ne
cabant: celeritatem mortis per dolores inferre: ea uero quæ mitiora erant celeritatẽ non
habere: ad animalia conuersa idq; per multos dies experta: comperit solum ferme aspi
dis morsum sine ullo dolore uitam extinguere: grauatoq; ex somno capite: & leui su
dore per faciem diffuso sensibus paulatim deficientibus nec secus excitationem gra
uiter ferentibus: q̃ solent ii quos placidus atq; altus sopor tenet. Simul etiam ad Cæsa
rem legationem miserunt petentes: Cleopatra quidem Aegypti regnum filiis suis con
cedi: Antonius uero ut liceret sibi Athenis priuato uiuere. Coacti sunt autem perfidia
amicorum in hanc legationem Euphronium mittere: qui erat filiorum præceptor. Nã
Alexas Laodicenus qui Antonium maxime ab Octauia disiunxerat: & Cleopatræ con
iunxerat cum missus fuisset ab Antonio ad Herodem Regem in fide retinendum: & a
defectione prohibendum: prodito Antonio ausus est in conspectu Cæsaris una cũ He
rode: cui se maxime crediderat uenire: sed nihil sibi profuit Herodes. Nam subito com
prehensus & in patriam remissus iussu Cæsaris securi percussus est. Ita Alexas uiuo ad
huc Antonio pœnas dedit perfidiæ suæ. Sed Cæsar Antonii petitione aperte reiecta:
Cleopatræ omnia pllicetur: si uel Antonium necet: uel e regno suo expellat. Misit etiã
ad Cleopatram Cæsar una cum Euphronio legato Thyreum libertum hominem non
stultum nec infacundum: sed qui a iuuene imperatore missus facile posset flectere mu
lierem: formæ opinione elatam maximeq; glorioſam. Sed Thyreus ubi ad Cleopatrã
peruenit longiore colloquio cum illa protracto & egregie honoratus non paruam suſ
picionem iniecit Antonio. Itaq; hominem comprehendi iussit: & captum ac uerbera
tum ad Cæsarem remisit: scribens petulãtia & superbia Thyrei se irritatũ fuisse: quod
perfacile est sibi tot malis circumuento. Tu uero inquit si grauiter id fers: Hipparchũ
libertum meum quem penes te habes sublimem rape: ac loris cæde: ut in æquo simus
ambo. Cleopatra cum ab hac suspicione se purgasset: ita deinceps Antonium coluit:
ut nũq̃ ãtea magis: & cum proprium natalẽ frigide ut temporibus decebat celebrãsset:
in Antonii tamen natali celebrando omnem modum festiuitatis magnificẽtiæq; excesſ
sit. Multi quippe eo die ad epulum uocati cum pauperes eo uenissent: Reginæ munifi
centia diuites abiere. Cæsar interea quoniam res urbanæ præsentiam suam desiderare
uidebantur: ab Agrippa qui Romæ erat sæpe per litteras reuocatus: tunc quidem ĩ Ita
liam rediit. Facta est igitur dilatio belli: quoad Cæsar trãsacta hyeme: exercitu per Li
byam misso: ipse per Syriam in Aegyptum contenderet. Capto autem Pelusio rumor
fuit Seleucum qui oppido præerat non inuita Cleopatra Cæsari oppidum tradidisse.
Sed illa quo se purgaret uxorẽ & filios Seleuci Antonio tradidit: ut de his suppliciũ
sumeret. Sepulchra erant ad Isidis templum præclarissime a regina ædificata. In hunc
locum Cleopatra aurum argentum smaragdum margaritam hebenum cynnamomũ

ebur omnia deniq; precioſiora ex regia congeſſit:ad hæc magnam uim thedarũ & ſtupæ addidit:quæ cum Cæſar audiſſet:ueritus ne deſperatione rerum has tantas diuitias incendio abſumeret:ſemper bona ſpe Reginæ præbita:exercitum Alexandriam adduxit:& in ipſo Hippodromo caſtra poſuit. Antonius Vrbe egreſſus & multa ac præclara rei militaris facinora oſtentans equites Cæſaris in fugam uertit:& uſq; ad caſtra perſecutus eſt. Inde iactabundus Alexandriam regreſſus non ante arma exuit:q̃ Cleopatram ita ut erat armatus amplexus atq; oſculatus eſt. Militem autem qui egregie eo die pugnauerat apud ſe cœnare iuſſit. Cleopatra autem thoracem auream & galeã dono militi dedit. Sed is miles tantis muneribus acceptis noctu ad Cæſarem tranſfugit. Rurſus igitur Cæſarem uocabat Antonius ad ſingularem pugnam. Illo autem reſpõdente ſatis multas ad interitum uias Antonio patere:nullam mortem ſibi honeſtiorẽ ratus q̃ pugnando oppetere decreuit ſimul terra mariq; confligere. Itaq; in cœna ut ferunt ſuos admõuit:cibum atq; potum promptiſſime aſſumere. nam incertum eſſe an poſtridie id facturi ſint:an ipſo extracto nouis dominis ſeruituri:ob quæ uerba cum amicos Lachrymantes uidiſſet:inquit non eſſe ducturum eos ad pugnam:ex qua ipſe potius glorioſam mortem quæreret q̃ ſalutem aut uictoriã. Ea nocte cum iam ferme ĩ tempeſta eſſet cunctis ſilentibus & ob timorem futuri euentus magna cura anxiis:ſubito concentus quoſdam omnis generis organorum ferunt auditos:& ſimul clamorẽ ueluti cœtuum quorundam cantu & ſaltatu ſatyrico ſtrepentium. Fuiſſe autem hoc aiunt a media Vrbe ad eam portam quæ Cæſaris caſtris erat oppoſita:tandem p hanc portam ingenti clamore eam turbam egredi uiſam. Autumant omnes qui hæc curãt: Bacchũ quem ille deum maxime imitabatur Antonium deſeruiſſe. Poſtridie uero cũ Antonius cum ſuis militibus Alexandriam egreſſus in tumulo quodam conſediſſet: conſpicatus hoſtium claſſem atq; ſuam aduerſum tendere: conſtitit in eo loco ut aliquod certamen inter illas uideret. Sed illæ ut propius fuere mutuo ſalutantes & amice ſe recipientes una claſſe ex duabus facta ad Vrbem tenderunt. Hæc conſpicatus & eodem loco ab equitibus ſuis deſtitutus in Vrbem rediit:exclamans quacunq; incedebat ſe a Cleopatra proditum illis ipſis quibus propter illam ſit factus hoſtis. Cleopatra uero cum hæc audiſſet:timens Antonii furorem in ſepulchra ſe recepit:& cataractas dimiſit:clauſtrumq; firmauit. Et ſimul ad Antonium mittit:qui nuntiarent ipſam ſibi mortem cõſciſſe. Ille ut hæc audiuit creditq;:ad ſeipſũ rediẽs:Quid iam expectas inquit Antoni:quæ ſola uiuẽdi cauſa ſupererat:eam tibi fortuna ademit. His ſimul dictis intrauit cubiculum:& thoracem diſloricans o Cleopatra inquit:non doleo equidẽ q̃ tui caream. nam confeſtim una adero:ſed q̃ ego ille tantus imperator fortitudĩe ſuperatus ſim a muliere. Erat ei ſeruus quidam nomine Eros:quem iam pridem parauerat ad ſe ſi opus foret necãdum. Is tunc cum Antonius promiſſa peteret gladium quidem accepit:tenuitq; quaſi Antonium percuſſurus:ſed celeriter conuerſo ictu per propria uiſcera gladium tranſegit:atq; ita ad pedes domini prolapſus eſt. Quod cum Antonius cerneret:euge inquit o Eros:qui me doces quid agendum ſit:cum ipſe non poſtueris. Hæc dicens ſibi uentrem percuſſit & in lectum ſe dimiſit non tamen eo uulnere confeſtim eſt exanimatus:ſed cum aliquantiſper iacuiſſet ui ſanguinis repreſſa:ad ſe reuerſus petebat ab iis qui aderant:ut ipſum interficerent:quod cũ õnes ſibi denegarent:atq; e cubiculo aufugerent inſanire ac uociferare miro furore nõ deſtitit: quoad Diomedes uenit a Cleopatra miſſus:qui ipſum ad Reginam in monumenta deferret. Tunc enim cum audiſſet eam uiuere:uehementer lætatus:iuſſit miniſtris:ut ipſũ tollerent & ita manibus eorum uſq; ad monumenta eſt delatus. Non tamen aperuit fores Cleopatra:ſed funibus & catenis a feneſtra quadã demiſſis illum alligatum traxit a duabus mulieribus adiuta:quas in eo loco ſecum clauſas habebat. Aiunt illi qui aderant nullum unq̃ miſerabilius ſpectaculum fuiſſe. Antonius ſanguine fœdatus in altum funibus trahebatur ſemianimis manus ad reginam tendens atq; annitens. neq;

enim erat facile mulieribus attrahere. Sed ipsa Cleopatra funibus annixa ī faciem pro na conabatur: ii qui infra erant hortatu duntaxat adiuuabant. Sed postq̄ illum ad se mulieres receperunt in lectumq; posuerunt: tunc Regina sciſſis super eo peplis: & uul tum unguibus secans & pectora plangens clamabat dominum uirum imperatorem suum: adeoq; in deplorando Antonio erat intenta: ut propriorum malorum pene es/ set oblita. Antonius uero ut Cleopatram a lamentatione cessare fecit: petiit uinum sibi potui dari: seu sitiens: seu q; potato uino celerius sperabat dissolui. Cum autem bibis/ set admonuit Reginam: sibi ac rebus suis consuleret: si tamen sine dedecore id facere possit. Et maxime omnium qui cum Cæsare erant: Proculeio se crederet. Ipsum autē non lugeret propter has ultimas calamitates: sed beatum duceret propter priores fœli/ citates. Nam & clarissimum omnium fuisse & potentissimum: & tunc non ingenero/ se Romanum a Romanis superatum. Post hæc dicta cum iam ferme expirasset: Procu leius a Cæsare missus ad Cleopatram uenit. Nam cum Antonius post uulnus sibi illa tum ad monumenta portaretur: Dirceteus quidam ex Antonii lictoribus: accepto gla dio quo cum se Antonius percusserat: clam ad castra cucurrit: ostenditq; illum Cæsari sanguine adhuc madentem: & nūtius fuit Antonii mortis. Cæsar uero ut hæc audiuit in partem intimam tentorii secedens fleuit interitum uiri & affinis & collegæ & mul/ tarum rerum bellorumq; socii. Deinde amicis conuocatis epistolas eius legit: utpote iu ste & prudenter scriptas. Post hæc Proculeium misit: iubēs dare operam q̄maxime pos sit: ut Cleopatra uiuens in potestatem ueniat. Solicitus enim erat pro pecuniis conges tis: & simul ad gloriam suam putabat peruenire: si illa in triumpho duceretur. Sed illa in manus quidem Proculeii uenire noluit: ī uerba autem cum illo uenit ad fores sepul chri: optime quidem illas firmatas: sed tamen uoci peruias. Cleopatra intus petebat fi/ liis suis regnum: Proculeius foris eam bene sperare suadebat: & se ac sua omnia arbi/ trio Cæsaris committere. Vt autem infecta re ad Cæsarem rediit: & situm loci quem di ligentissime cōtemplatus fuerat rettulit: Gallus mittitur qui cum Cleopatra loquere tur. Is cum reginam (ut supra demonstrauimus) conuenisset: cōsulto protrahit sermo nem. Proculeius interea scalis īterpositis per eam fenestram ingreditur: per quam An tonius fuerat ante receptus: & propere cum duobus ministris ad eum locum descēdit: ubi Cleopatra cum Gallo loquebatur. Altera uero mulierum quæ cum Regina erāt ex clamante: infœlix Cleopatra uiua caperis: subito conuersa illa & Proculeium conspi/ cata: contendit illa quidem gladio quem accincta erat seipsam necare. Sed Proculeius approperans & manibus ambabus eam continens: iniuriam facis inquit o Cleopatra & tibi ipsi & Cæsari: cui occasionem aufers humanitatis & probitatis suæ ostendendæ & calūniaris mitissimum principem ut infidum & implacabilem: his simul dictis gla dium adimit uestę insuper excussa ne quid sub ea occultaret ueneni. Venit etiam a Cæ sare Epaphroditus libertus: cui mandata erat mulieris custodia: & maxime ut prouide ret: ne illa sibi mortem inferre posset: cæterarum rerum omnium facultatem permitte ret. Ipse autem Cæsar Vrbem intrauit cum Ario philosopho sermone instituto: & dex tera illi data ut inter ciues suos spectabilis foret: & admirarentur eum omnes egregie a Cæsare ornatum. Ingressus deinde gymnasium cum in suggestum ascendisset: omni/ bus præmetu exanimatis & in terram procidentibus: cum eos stare iussisset: inquit se omni crimine populum absoluere: idq; se facere primo propter conditorem Alexā drum: Secundo propter miram pulchritudinem magnitudinemq; eius Vrbis: Tertio propter Arium amicum suum. Tāto itaq; honore Cæsar dignatus est Arium: pro mul torum etiam salute apud Cæsarem ītercessit: quorum unus fuit Sostratus homo om/ nium ætatis suæ ad dicendum ex tempore promptissimus: sed tamen Academiæ nō decenter se inferens, quamobrem Cæsar eius more improbato reiecerat preces. Ille ue/ ro mutata uestę & cana barba promissa: Arium quacunq; incedebat sequebatur: semp hunc uersum habens in ore: Docti doctos seruabunt: si erunt docti: quod cum Cæsar

audiſſet:conceſſit magis ut Arium īuidia liberaret:q̄ ut Soſtratum metu. Ex Antonii liberis Atyllus duntaxat a Cæſare necatus eſt:qui erat maior natu ex Fuluia. Tradidit autem illum Cæſari Theodorus pedagogus. Idem Theodorus cum ceruix adoleſcenti iuſſu Cæſaris abſcideretur:lapidem precioſiſſimum quem circa collum geſtabat:clā ſubtractum zonæ inſeruit. qua de re accuſatus & conuictus ad crucem damnatus eſt. Ex Cleopatræ uero liberis(cæteri quidem cum alumnis ſuis in cuſtodia habiti & quidē liberaliter) Cæſarionem autē prioris Cæſaris filium:cum magna ui auri & argenti a matre in Indiam per Ethiopam miſſum & a Rhodone pedagogo per fraudem quaſi Cæſar eum ī ſocietatem imperii uocaret reductum:Cæſar poſt mortem matris interficit. De quo cum ſententiam amicorum ſciſcitaretur:dixiſſe Arium ferunt non eſſe probā dam multitudinem Cæſarum. Corpus autem Antonii cum id multi Reges ac priuati peterent:ut ad ſepulturam ſibi traderetur:auferre id a Cleopatra Cæſar noluit. Sepultum eſt igitur Cleopatræ manibus:magnifice ac regio funere omnibus in ea re Cleopatræ parere iuſſis. Ex mœrore autem ac dolore(exarſerant enim pectora nimio planctu) febris coorta occupauit:qua de re lætata eſt Cleopatra:occaſionem ſibi oblatam putās ſeipſam per inediam necandi:quaſi morbo impediretur cibum aſſumere. Erat illi medicus conſuetus & familiaris Olympus:cui illa ueritatem faſſa:utebatur ſocio & adiutore ad necem:ut idem ipſe Olympus ait ī hiſtoria:quam de his rebus ſcripſit. Quod cum Ceſar animaduertiſſet:minas ſibi quaſdam de nece filiorum iniecit:quibus Cleopatra tāq̄ machinis quibuſdam expugnata:corpus medelæ tradidit:cibumq; aſſumpſit. Venit autem & ipſe Cæſar poſt paucos ad eam dies uiſendi gratia & alloquendi. Illa uero ut uenientem uidit:e lecto in quo humiliter iacebat proſiliens prima tantum ueſte amicta:ad pedes eius prouoluta ē:uoce tremula & gracili & lacero pectore:quod magna ex parte oſtendebat:nec ulla in re melius ſe habere corpus q̄ anima uidebatur. Illa tamen uultus gratia & dignitas formæ non erat penitus extincta:ſed lucebat ītus: cernebaturq; in oculorum atq; corporis motibus. Iuſſa autem a Cæſare in lectum redire:ipſo iuxta aſſidente cœpit illa quidem ſe purgare in neceſſitatem & metum Antonii errata tranſferens. Sed cum Cæſar ununquodq; redargueret:ſubito ad preces commiſerationemq; conuerſa eſt:quaſi maxime uiuendi cupida. Tandem cum auri & argenti cæterarumq; rerum rationes Cæſari dediſſet:Seleuco quodam ex procuratoribus oſtendente:quædam ab ipſa fuiſſe ſubtracta: proſiluit Cleopatra & crine procuratoris apprehenſo:faciem eius frequenti ictu percuſſit. Cæſare autem ridente & eam inhibē te:At nonne pergraue eſt:inquit Cæſar:ſi tu quidem non indignum putaſti huc accedere:& me in hoc tempore alloqui:ſerui autem mei me accuſant: ſiquid muliebrium ornamentorum reſeruaui:non mihi quidem miſere ſed ut Octauiæ & Liuiæ munuſcula dem:quo te per illas habeam placatiorem. His uerbis Cæſar uehementer lætatus eſt:ratus illam ad uitam reſpicere:& conſilium mortis omnino abieciſſe. Reſponſoq; Reginæ dato ſe & hæc illi concedere:& cæteris omnibus longe melius q̄ ſperet fruiturā eſſe:diſceſſit:decepiſſe quidem illam putans:ipſe uero lōge ab ea deceptus. Erat inter Cæſaris amicos Cornelius Dolobella clariſſimus adoleſcens:& a Cleopatræ ſtudio nō abhorrens. Hic Reginæ poſtulanti clam renūtiauit: Cæſarem quidem per Syriam abiturum: ipſam autem cum filiis per mare miſſurum:tertia ut ipſe opinabatur die. Illa cū hæc audiſſet:a Cæſare petiit ut ſibi Antonio parentare liceret. Quod cū īpetraſſet: ad ſepulchrum uenit cum familiaribus fœminis:& ibi in terram procumbens: o amice inquit Antoni:ſepelii te nuper liberis manibus:libo autem nunc captiua facta:& cuſtodita ne planctu aut lamentatione afficiam hoc ſeruum corpus ad triumphum de te agendum reſeruatum. Alia ne expectes libamina:aut honores. nam hi tibi a Cleopatra ultimi ſunt. Hos enim uiuentes nulla unq̄ uis ſeparauit:nunc uero periculum eſt ne mortui loca permutemus:& tu Romanus ī Aegypto iaceas:ego Aegyptia in Italia. Verum ſiqua illic deoꝝ uirtus aut potētia eſt:quādo nos hic a noſtris proditi ſumus:

ne patiare me uiuam duci: neue teipsum in me triumphari: sed recipe me hic una tecū in hoc tumulo. Nam ex infinitis malis quibus misera premor: nullum ita magnū aut graue mihi ē: ut hoc breue tempus sine te uixisse. Hæc cum illa questa esset coronato tumulo & diu amplexato: iussit sibi balneum parari: post lauacrum assurgens magnifice pransit. Hic quidem ab agro ueniens cistam quandam attulit: qui custodibus per cunctantibus aperiens & folia reprimens plenam ficuum ostendit: & cum illi pulchritudinem fructuum admirarentur obtulit eis ridens: rogauitq; accipere. Illi uero nihil suspicantes iusserunt introferre. Post prandium assumptum Cleopatra tabellas obsignatas ad Cæsarem dedit: & cæteris omnibus a se præter duas mulieres dimissis ianuā clausit. Cæsar ut tabellas dissoluit: & preces ac ploratus legit rogantis ut una cum Antonio sepeliretur: subito quid actū esset suspicatus est. Primo itaq; ipse accurrere perrexit: postea melius esse uisum est: ut aliquos mitteret qui prope inspicerent. Sed celeriter transacta res erat: cursu enim illuc tendentes inueniunt custodes ne suspicantes quidem aliquid: mox ualuis patefactis cernunt Cleopatram mortuam aureo in lecto iacētem: regio more ornatam. Ex mulieribus uero quæ aderant: Eras quidem ad pedes Reginæ expirauerat: Carmionium autem semianimis capiti Regiæ diadema aptabat. Clamante autem quodam ex custodibus: An hæc pulchra sūt Charimonium: pulcherrima inquit ac decentia tot Regum prolem: nec quicq̄ ulterius locuta cecidit. Sunt qui ferunt aspidem in ficubus allatam inter folia quæ supra erant occultā: fuisse: data opera a Cleopatra: ut ipsam insciam inuaderet: inde cum ficus acciperet conspicatam aspidem, dixisse: an hic erat istud: & brachiū aspidi nudatum porrexisse. Alii seruatam aspidem ferunt in uase quodam inclusam & per fistulam auream a Cleopatra prouocatam atq; irritatam brachium momordisse. Sunt item qui aliter opinentur: cæterum ueritatem nullus nouit. Nam & uenenum ipsam habuisse compertum est in laminula quadam concaua: quam sub crine occultabat: sed tamen neq; corpus deformatum nec aliud ullum apparuit ueneni signum: nec aspis etiam ab ullo cōspecta est: sed tractus duntaxat quidam in littore qua domus ad mare spectabat uisi: & brachium Cleopatræ aiunt duas notas habuisse leuiter impressas & humidas: quibus Cæsar uidetur fidem dedisse. Nam in triumpho Cleopatræ imaginem tulit cum aspide mordicus affixa. Hæc quidem ita dicuntur gesta. Cæsar autem quanq̄ morte illius infensus erat: admiratus tamen mulieris generositatem magnifice ac regie una cum Antonio sepeliri iussit. Mulieres etiam quæ cum illa mortuæ erant: honore funeris potitæ sunt. Mortua est Cleopatra ætatis suæ anno trigesimonono: regnauit annos uigintiduos: cū Antonio amplius. xiiii. uixit. Antonium alii annos quinquaginta sex: alii duntaxat tres supra quinquaginta ferunt uixisse. Antonii quidē statuæ omnes iussu Cæsaris deiectæ: Cleopatræ autem statuæ suo loco relictæ: Archiuio quodam Cleopatræ amico mille talentis a Cæsare redimente: ut stare sinerētur: nec idem quod Antonii statuæ paterent. Ex liberis autem Antonii septem: quos ille ex tribus uxoribus susceperat: Atyllus qui erat maximus natu: a Cæsare (ut diximus) necatus est. Cæteri autem omnes apud Octauiam educati: quæ Cleopatram quidem Antonii & Cleopatræ filiam Iubæ humanissimo & pulcherrimo regi uxorem dedit. Antonium autem ex Fuluia genitum ita magnum apud Cæsarem fecit: ut post Agrippam & Liuiæ filios primas partes obtineret. Ex Marcello autem cum duas filias & Marcellum haberet: hunc quidem generum simul & filium sibi fecit Augustus: Alterā uero filiarum Agrippe tradidit. Mortuo deinde Marcello filio cum Cæsar non facile cerneret: quem sibi ex amicis generum eligeret: suasit Octauia ut Agrippam caperet: quod cū Cæsari placeret: cum Agrippa ægit: ut filiam repudiaret & Cæsari gener fieret: quo facto illam ab Agrippa separatam Antonio cōiunxit. Ex duabus autem Antonii & Octauiæ filiabus: alteram Domitius Enobarbus: alteram pudicitia & forma præclaram Drusus Liuiæ filius Cæsaris priuignus duxit uxorem. Ex hac nati fuerunt Germanicus & Claudius: quorū Claudius postea

imperauit. Ex Germanici autem filiis Caius quidem cum ſuperbe imperaret: trucidatus ẽ una cũ filio & coniuge. Agrippina uero filiũ habens ex Domitio Enobarbo nupſit Claudio: & ſimul filium in adoptionem dedit: qui poſtea Claudius Nero appellatus. Hic temporibus noſtris imperans matrem necauit: nec multum abfuit quin flagitiis & amentia Romanorum ſubuerteret imperium: quartus ab Antonio per gradus ſucceſſor.

ARTOXERXIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

ARTOXERXES ILLE PRIMVS XERXE PATRE natus ex Perſarum regibus tum facilitate humanitateq; tum maxime animi magnitudine præſtitit: & longimanus: q dexteram manum ſiniſtra lõgiorem haberet: cognominatus eſt. Secũdo uero de quo hoc tempore ſcripturi ſumus Mnemoni ideſt memori cognomentum fuit. Hic ex ſorore illius ſuperioris genitus eſt. Dario. n. ac Paryſatidi filii quattuor fuerunt: maior natu Artoxerxes: proximus ætate Cyrus: iis iuniores Oſtanes & Oxanthres. Cyrus igitur a Cyro priſco nomẽ traxiſſe ferũt. Illum autem a Sole ita nũcupatum eſſe: Cyrus enim perſica lingua Sol dicitur. Artoxerxi Arſycæ ab initio nomen fuit: & ſi Dinõ tradit Carſem illum appellatum eſſe. Sed minime credendum uidetur: Cteſiam quanuis uariis fabularum commentis a ratione & ueritate maxime abhorrentibus libros ſuos referſerit: regis nomen ignoraſſe: apud quem uixiſſet diutius: quẽq; item matremq; eius & coniugem ac liberos pie ſancteq; obſeruaſſet. Cyrus ergo ingenio acer cum eſſet: & uehemens ſtatim a puero ſpe ac animo ad regnum ſpectare cœpit. Alter in omnibus uitæ partibus leuior ac facilior & cupiditatibus remiſſior natura eſt habitus. Is iuſſu parentum mulierem eximia ſane forma: ac ſingulari pudicitia cæpit uxorem. Inuitis autem illis prohibentibuſq; retinuit: & apud ſe perpetuo ĩ honore habuit. Nã cum interfecto a rege illius fratre ipſa quoq; ad exitum quæreretur: Arſitas ſupplicẽ ſe matri obiiciens atq; eam multo luctu lachrymiſq; obteſtans: uix ut incolumis ſeruaretur obtinuit: & ne cum ea cogeretur diuortium facere. Etenim mater Cyrum maiori caritate amplexa erat: magiſq; eum ĩ regnũ patri ſuccedere cupiebat. iis de cauſis ab ea reuocatus ab oris maritimis in perſidem ſe recepit: Spe erectus ſe opibus matris & auctoritate adiutum regnum habiturum. Nitebatur enim Paryſatis haud ſane probabili ratione ea qua olim Xerxes priſcus Damarato auctore eſt uſus. Arſicam ſe priuato Cyrum regnanti Dario peperiſſe: non tamen id ſuadendo perficere potuit. Nam qui ætate anteibat: Artoxerxes rex conſtitutus eſt. Cyrus Lydiæ Satrapiam ſortitus eſt: & maritimas regiões imperator obtinuit. Nec ita multo poſt Darii mortem rex Paraſgadas profectus eſt: Vt a Perſarum ſacerdotibus regio more ſacris initiaretur. Eſt bellicæ deæ ſacellum: quam coniectura quis Mineruã

fuisse auguretur. Eo ingressus regem qui mysteriis paratur: oportet propriam uestem deponere: & quam Cyrus priscus induit ante q̃ regno potitus esset assumere: ex caricis præterea uesci: & Terebinthum pro bellariis degustare: poculumq; lactis ebibere: iis p actis siqua fiunt: haud cæteris compertum est. Quæ quidem cum Artoxerxi agenda ī starent: accessit Tysaphernes: & unum ex sacerdotibus eo secum adduxit: qui Cyro ad percipiendam patriæ disciplinam præfuerat: magicamq; illum docuerat: & cum is spe regni potiundi decidisset Artoxerxe prælato: uisus est ãte alios Persas eam rem iniquo animo ferre. Ob eam opinionem cum Cyrum detulisset: uehementer eius orationi fides est addita. Cuius delationis machinatio talis fuit: Cyrum ītemplo insidias locaturum: Regemq; ut primum uestem posuisset: impetu facto oppressurum. Hac confirmata calumnia tradunt quidam illum comprehensum esse: in carceremq; coniectum. Nonnulli templum Cyrum irrupisse perhibent: latitantemq; a Sacerdote deprehensū & Artoxerxi ī potestatem traditum: eumq; cum iam morte supplicium daturus esset: amplexam matrem ac flentem precibus & obsecrationibus de illius salute tandem a rege impetrauisse: & ad mare rursus diuertisse. Qui eiusmodi initia ægre ferens non salutis & liberationis suæ memor: sed comprehensionem & carcerem refricans: iraq; ex cupiditate incẽsus ad regnum occupandum acrius intendit animum. Sed sunt quidam qui dicant Cyrum deficientibus sibi in quotidianas cœnas sumptibus a rege defecisse. Sed hæc opinio plurimum a ueritate aberrare uidetur. Etenim si cætera defuissent: mater suis opibus & copiis abunde illi ad sumptus suppeditandos ualuisset. Eius autem diuitiis testimonio ẽ exercitus: qui sibi multis in locis per amicos & hospites alebatur: ut Xenophon tradit. Non enim cunctas copias unum ī locum coegerat: cum eiusmodi apparatum clam rege esse uellet: quoad belli inferendi occasio data esset. Sic alibi alios habuit: quibus conducendi exercitus negocium dederat. Regi autem instans mater omnes suspiciones adimebat: & a Cyro ipso plenæ blanditiarum & assentationum frequenter afferebantur litteræ: quibus tū poscebat aliquid ab eo: tum prouocatus Tysaphernem accusabat. Iam enim certamen inter illos & contentio exorta erat. Fuit præterea regi natura īsita morositas quædam ac segnities: quæ lenitas animi multis & clæmentia uidebatur: quippe qui ut apparet gentilis sui Artoxerxis mansuetudinem & facilitatem uehementer ab initio adamasset. Facile ad eum omnibus patebant aditus. In conferendis pro dignitate honoribus & gratificandi rationi propensior. In uindicãdis criminibus eius animaduersio omnis a contumelia aberat. In conferendis autem beneficiis & in promerenda gratia debentibus magis & astrictis q̃ benemerentibus lætabatur: in suscipiendis uero humanum atq; alacrem se præstabat. Nullum enim adeo paruum ad illum afferebatur munus: quin id prompto animo iocundeq; acciperet. Cui cum malum punicum insingni magnitudine dono a paupere esset datum: Per solem īquit hic uir ciuitatem ex parua magnam: si eius fidei credatur: q̃ celeriter redigere posset. In itinere aliis alia ad eum munera afferentibus homo rusticus cum pro tempore nihil nactus esset: quod regi elargiri posset: percurrisset q; ad flumẽ: & hausta ex eo aquam mãibus illi obtulisset: lætatus Artoxerxes phiala aurea & mille dancis hominẽ donauit. Aclidæ lapsoni: cum is multa licenter in eum contumelioseq; loqueretur: per tribunum militum respondit: licere sibi quæ uellet in regem dicere: Sibi uero dicere ac facere. In uenatione quoq; cum Teribazus Persicam uestem sciissam sibi ostẽdisset: ab eoq; quid fieri oporteret rogatus respondisset: Aliam illi induendam uestem & illam sibi esse tradendam: concessit statim quod flagitarat: dono inquiens do tibi atq; largior hanc uestem: uerum ferri prohibeo: quo neglecto Teribazus (Erat enim homo minime malus: sed natura leuis & in consiliis rapidus) Vestem ipsam īduit: muliebribus etiam ex auro donis a rege sibi traditis se ornauit. Idq; cum uniuersi intuentes ægre ferrent (Nam haud decebat ridere) tum rex & cachinnari incepit: & ad eum conuersus tibi inquit ut mulieri aurum: & ut insano regium amictum gestandi potestatẽ licentiãq;

permittimus. Cumq; non liceret cuiq̃ præterq̃ matri & coniugi illi ſupra regem huic ī fra regiæ menſæ accumbere: Artoxerxes fratres etiam Oxanem & Xanthrem natu iuni ores ad eandē menſam uocauit: & una ſecum epulari uoluit. Maxime autem ex omni bus gratiſſimum perſis ſpectaculum præbuit Statiræ coniugis currus: quo nudo nul lis inuolucris nullis ornamentis regiis ferebatur: priuatiſq; mulieribus ſui & ſalutandi & adeundi copiam faciebat: ex quo regina ipſa a multitudine ſummo ſtudio colebat. At inquieti & turbulenti homines qui nouis imperiis ſtudebant: ad Cyrum q; illum acri ingenio uirum apprimeq; bellicoſum ad hæc amicorum unus omnium maxime ſtudioſum eſſe acceperant: communi conſenſu rerum ſummam deferebant: rati tan tam imperii molem elati animi regem expoſcere: & qui honoris cupiditate & gloriæ tā geretur. His igitur frætus Cyrus nō minus q̃ his quibus imperabat ad bellū incubuit. Lacedæmonios quoq; per litteras cohortatus ē: ut uiros ſibi ſubſidio mitterent. Qui bus ſi pedites ueniſſent equos: ſi equites currus: ſi agros haberent uillas: ſi uillas urbes ſe daturum ſuſcepit. mercedem uero commilitonibus nō numero ſed menſura perſo lutum iri: his ſe aliiſq; pluribus magnifice efferens addebat: grauius ſe cor q̃ fratrē ge rere: philoſophariq; magis ac peritius magicā exercere: Vini autem plus bibere ac me lius ferre. At illum in uenationibus ob ignauiam ac mollitiem animi in equo dubiis autem ī rebus ne ī ſolio quidem poſſe cōſiſtere. Lacedæmonii uero ad Clearchum Scy thalā miſerunt: omniaq; quæ ad bellum uſui forēt Cyro ſubminiſtrari iuſſerunt. Per magnis ergo barbaricis copiis & cōductis ex græcia militibus haud multo paucioribus .xiii. milibus inſtructis uariis rationibus militiæ cōſilium diſſimulare conatus: aduer ſus regem aſcendere parabatur: quod tamē haud diutius regem latere potuit. Nā Ty ſaphernes ad illum adiens rem omnem belliq; apparatum īdicat: & tumultus perma gnus regiam omnem compleuit: cuius belli culpæ pars maxima in Paryſatidem confe rebatur. Eiuſq; amici omnes atq; intimi in ſuſpicionem & calumniam uocabantur. Maxime uero Paryſatidi infenſa erat Statira īiquo animo bellum ferens ac uociferās: Vbi nunc fides o Socrus ubi preces obſecrationeſq; humiles: quibus cum Cyrum re gnum inſidiis appetētem recepiſſes: nos in bellum ac periculum coniecisti. Ex eo tem pore Paryſatis Statiræ odio uehemēter incenſa: cum natura ad ſimultates atq; inimi citias perſequendas acerba immaniq; natura foret: illam īſidiis tollendam interficien damq; curauit. Appropinquanti autem Cyro ſermones rumoreſq; perlati ſunt: Statu iſſe regem nec ſtatim manus conſerere: nec prælio dimicare: ſed ī Perſis expectare: quo ad eo undiq; exercitus cogeretur. Etenim foſſam ī latitudinem pedum decem totidē in altitudinem ad quadringenta ſtadia per regionem in longitudinem duxit: Quam tamen cum perrupiſſet Cyrus atq; intra copias adduxiſſet: Babylonia quæ haud longe ab eo loco diſtaret: neglexit: nec tranſitu illum ullo conatu prohibuit. Sed Teribazus primus omnium cū dixiſſet: haud fuga contendendum: nec Media Babyloniaq; cedē dum: ſed in Suſos Paryſatidi occurrēdum eſſe: cum numero copiarum multiplici ho ſtes excederent: innumeros autem Satrapas ac prætores haberent cōſilio & peritia rei militaris Cyro ſuperiores ac manu promptiores: prælii ſtatim fortunam tētare aggreſ ſus eſt: Ac primum nongentorum milium exercitu rebus omnibus inſtructo atq; or nato eueſtigio ſe oſtētās hoſtes audacia deſpectuq; hoſtium inermis atq; incertis ordi nibus incedentes in tantum terrorem ac turbationem coniecit: ut uix magno cum cla more & tumultu ſe colligendi atq; in ordinem conſtituendi ſpatium daretur. Deinde ſilentio & effuſe agmen producens: clamores immodicos petulanteſq; inſultus & con fuſionem plurimam in tanta multitudine expectantibus græcis ſpecie agminis & in ſtructu admirationi fuit. Ex falcatis enim robuſtiſſimos quoſq; deligens in fronte le gionis ſuæ e regione græcis ſtatuit: ut acies hoſtium priuſq̃ ad manus uentum eſſet perrumperent. Eam pugnam cum multi ſcriptores memoriæ mandarint: & Xenophō ante oculos pene collocarit: rebuſq; ipſis nō ut geſtis ſed quaſi gerāt: lectorem affectū

animo atq; una periclitantem retineat : haud prudentis esset post eum uirum his de rebus rursus ad scribēdum accedere: præter ea quæ ab illo prætermissa ac digna memoria uideantur. Nuncupatur autem locus Cunax: in quo instructæ acies signis collatis dimicarunt : qui sexcenta stadia a Babylonia distat. Cyrum autem admonente Clearcho ut se post Macedones contineret: nec in periculum pugnæ īmitteret: respondisse ferūt. Quid ais Clearche: Iubesne regnum appetentem regno me indignum ostendere? Cumq; imprudenter Cyrus & temere ī medias acies perrupisset: nec periculum præcaueret: nec saluti suæ prospiceret: non tamen Clearchi minus delictum nec sapientius consilium fuit: qui græcos contra regem constituere noluerit: sed ne circumuenirētur ab hostibus dextrum cornu ad flumen produxerit. Qui enim omissis cæteris omni ratione securitatem sequeretur: & in eo potissimum laboraret: ne quid incommodi acciperet: satius fuit domi se continere. Qui autem a mari ascendēs decem stadiorum milia processisset: nec id ulla necessitate coactus sed hoc consilio: ut Cyrum in regiam sedem collocaret: sic deinde loci atq; ordinis rationem habuerit: nō quo ipse regem cuius stipendia mereretur seruaret: sed quo tuto & expedite pugnaret. Is mihi instantis periculi metu de summa rerum consilia abiecisse & militarem disciplinam prodidisse uidetur. fuisse autem nullum ex omni exercitu regis græcorum impetum excepturū. Pulsis autem loco ac relictis illis fugiente aut interfecto rege Cyrum incolumē regno potiturum: ipsius pugnæ euentus declarat. Iccirco Clearchi magis ignauia q̄ Cyri audacia accusanda est: quæ regnum una & Cyrum perdiderit. Si enim rex ipse contemplatus foret: qua in parte constitutis græcis minimum sibi ab hostibus noceretur: aliam nullam q̄ quæ a se atq; a suis plurimum distaret: inuenisset: a qua nec ipse uictus superatusq; sentiret: & Cyrus ante interemptus sit q̄ de Clearchi uictoria nuntium accepisset. Atq; Cyrus haud īscicia neq; imprudentia offendit: sed quid sibi usui esset præuidit: Clearchum q; mediū agminis tenere iussit. At is cum dixisset bene gerēdæ rei se curam susceperum: euertit omnia. Nam græci ex sententia sua & uolūtate barbaros fuderunt: & fugiētes magnum spatium insecuti sunt. Sed Cyrus cum generosū equū sed effrænum atq; immitem Pasacem nuncupatum (ut Ctesias tradit) calcaribus incitasset: Caduſiorum dux Artoxerxes & ipse uectus equo ei obuiam uenit: clamitans o iniquissime omnium mortalium atq; insanissime: qui pulcherrimo & sanctissimo inter Persas Cyri nomini hanc tantam notam atq; ignominiam inuris: ut optimam uiā ingressus: græcorum copias ad persarum bona & fortunas dirripiendas coneris adducere: in spem adductus te fratrem ac dominum tuum occisurum esse: cui decies decem seruorum milia sunt qui te rebus omnibus præstent. Sed statim periculū facies. Ante enim hoc loco caput tibi auferetur: q̄ regis faciem aspicere possis. Hæc cum dixisset iaculum in eum immisit : sed lorica restitit atq; ictum sustinuit: ne ad corpus uulnus descenderet. Cyrus tamen magnitudine ictus contremuit. Dum Artoxerxes equum conuerteret: Cyrus telum intorquens haud frustratus est ictu: sed collum sub casside mucrone trāsfixit. Artoxerxem igitur Cyri manu concidisse omnes pene consentiunt. De Cyri autem morte quoniam Xenophon ut qui non affuisset: eam breuiter nimis atq; exiliter explicat: nihil fortasse impedit: quæ a Dinone & Ctesia scripta sunt oratione percurrere. Tradit igitur Dinon interfecto Artoxerxe Cyrum in eos qui circunstabant regem impetu facto: eius equum uulnerasse atq; illum humi deuolutum esse. Ad quē accurrens Teribazus apprehendensq; q̄ celeriter in alium equum imposuit: O rex inquiens huius diei memineris. Non enim est eiusmodi: ut memoria tibi excidere debeat. hic rursus Cyrus perrumpens equo Artoxerxem deiecit. Hunc tertium Cyri insultū rex iniquo animo ferens ad eos qui aderant exclamat: satius sibi esse non uiuere: tum incitato calcaribus equo Cyrum adoritur qui interuolantia hostium tela incaute ac temere ferebatur. In eumq; ipse una & eius stipatores tela cōiiciunt. Concidit autem Cyrus ut quidam ferunt trāsfixus a rege: ut plurimi sentire uidentur: ab homine: qui ex

Caria aderat: cuiq; rex premium rei bene geſtæ hunc honorem tradiderat: ut in præliis ſemper aureum gallum in lancea præfixum ãte aciem ferret. Etenim Cares ipſos Perſæ ob conos quibus galeas ornatas habent gallos nuncupant. Quæ uero a Cteſia de Cyri morte mandata ſunt litteris ut pluribus circũciſis atq; amputatis paucis exponam: huiuſmodi ſunt: Cyrus cum ĩterempto Artoxerxe in regem ipſum impetum feciſſet: Rexq; contra in eum: ſilentio ſe inuicem infenſis animis petiuere. Sed interuenit Arieus Cyri amicus præoccupatoq; tempore in regem telum coniecit: ſed ictu fruſtratus eſt. At rex contorta in Cyrum lancea illum non attigit: Tiſaphernem uero uirum ſũmo loco natum Cyroq; fidiſſimum percuſſit: atq; exanimauit. Tum Cyrus iaculum adiiciens per thoracem ad duorum digitorum altitudinem ĩ pectus regis defixit: quo uulnere ex equo deuoluto rege: comites eius ac ſtipatores magno cũ tumultu ac trepidatione ſe in fugam dedere. Ille ægre ſe humo attollens cum paucis: in quibus fuit Cteſias: proximum quendam tumulum occupauit: & in eo conſedit. Cyrum uero aduentantibus iam tenebris ferox equus a ſuis lõgius ĩter hoſtes prouexit: cum ab illis ignoraretur: ac requireretur a ſuis quippe qui elatus uictoria plenuſq; animi atq; ſpiritus per medium hoſtium agmen equum incitabat calcaribus: aſpere ac uehementer obuios uerbis increpitans: Cedite ignaui atq; abſiſtite: idem cum ſæpius perſica uoce proclamaſſet: Alii quidem conceſſerunt regem adorantes: forte Cyri capite lapſa tiara eſt. Hic perſicus adoleſcens nomine Metrodotes uiribus frtæus a latere ĩcurrens eius tempus ſecundum oculum iaculo tranſfixit: neſcius quem uulneraſſet. Cumq; magna uis ſanguinis mãaret e uulnere: languente iam uiſu una cum uiribus decidit. Equus errabundus ſe fuga proripuit. Equeſtrem uero pileum cruore madentem Cyri percuſſoris miniſter comperit. Cyrum lãguentem e uulnere ac iam prope expirantem Eunuchi quidam: qui caſu aderant: in alium equum reponere: atq; ex hoſte ſeruare conati ſũt. Sed cum imbecillior foret q̃ in equo inſidere poſſet: annixi manibus ægro ac titubãte corpore agebant: Cum potitum ſe uictoria opinaretur: ac fugientium uoces audiret: Cyrum regem implorantium ac ſibi parci obſecrantium. Interim Cauni quidam abiecti homines & uictus difficultate uiliſſimorum miniſteriorum gratia regis exercitum ſecuti: Cyri militibus forte permixti erant. Qui ubi uix rubea ſagula conſpicati ſunt: q; regiæ partis omnes albo uterentur: agnouerunt ſtatim hoſtes eſſe. Ex illis igitur unus auſus eſt imprudens a tergo Cyrum ſauciare. quo ictu perfracta poplitis uena cõcidẽs ille intercadendum confoſſum uulnere tempus in lapide quodam offendit. Cteſiæ igitur oratio ac ſententia talis eſt: qua hominem uix occidens ueluti obtuſo gladio interemit. Cum iam expiraſſet Cyrus Artaſyras regius oculus eo forte equo profectus: ut flẽtes eunuchos aſpexit: fidiſſimum eorum rogauit quem aſſidens o Parſiſta defles. Et ille nonne tu extinctum Cyrum intueris? Admiratus igitur Artaſyras eunuchum iuſſit bono animo eſſe: cadauerq; aſſeruare. Ipſe ad Artoxerxem profectus rebus ſuis diffidẽtem & uulnere ſitiq; cõfectum lætus nuntiat ſe mortuum Cyrum uidiſſe. Ille uero ſatim audito nuntio primus omnium iter arripuit: ac Artaſyræ ut ſe ad locum perduceret imparauit. Sed cum metus ac rumor uehemẽs eo perlatus foret græcos hoſtem fuſum perſequi: uictoreſq; omnia obtĩere: uiſum eſt eo complures exploratum mittere. Ita trigenta lampades præferentes eo miſſi ſunt: ipſi ob ſitim iam deficienti & ad moriendum uicino Peribarzanes eunuchus circuncurrens potum quærebat. Non enim locus aquam habebat & a caſtris longius aberant. Tandem in unum ex caunis illis inopibus incidit: in utre ſordido inquinatam aquam ac putridam ad octo Cotilas ferentem: hunc utrem ille acceptum ad regem detulit: eiq; tradidit. Quem cum aquam totam ebibiſſet nunquid is potus moleſtiſſimus ei fuiſſet percontatus eſt: Tum teſtatus eſt deos immortalis ſe nunquam uinum potaſſe iucundius: neq; aquam etiam quæ leuiſſima ac puriſſima eſſet ſibi ſuauiorem eſſe uiſam. Quare inquit ei homini a quo accepiſſet ſe nunquam debitas ac meritas gratias referre poſſe: ſed deos precari: ut eum

diuitem ac beatum efficerent. Dum ea fiebant: triginta missi clari at læti eo se recepe-
runt: insperatam regi fœlicitatem ac uictoriam nuntiantes: Ac iam multitudine ad eũ
undiq; confluentium & conspirantium parumper animo confirmatus multis circum
collucentibus facibus e tumulo descendit. Vt uero ad cadauer constitit: & dextera cor-
pori manus: & a ceruicibus caput abscissum est: caput ferri iussit: apprehendensq; ma-
nu comam: quæ permagna erat & densa: dubitantibus adhuc fugientibusq; ostendit.
Illi magna cum admiratione adorauerunt: sic ad eum breui septuaginta milia homi-
num coierunt: ac se rursus in castra receperunt. Egit autem in prælium (ut Ctesias tra-
dit) quatercentena hominum milia. Dinon autem & Xenophon eos qui dimicarunt
longe plures fuisse auctores sunt: numerum uero interfectorum hostium nouem mi-
lia capitum ad Artoxerxem esse relata: suorum autem uiginti milia in eo certamine de
siderata esse. In his dubitatio permaxima ambiguitasq; uersatur. In eo autem apertũ
Ctesiæ mẽdacium deprehẽditur: q; ait se ad græcos una cũ Phallino zacynthio: aliisq;
nonnullis oratorem esse missum. Xenophon enim Ctesiam apud regem uersari scie-
bat: ipsius enim meminit: & hos libros in eius manus peruenisse satis constat. Nunq̃
enim qui legatus uenisset ac tantorum sermonum interpres fuisset: absq; nomine ĩ co
gnitum dimisisset: Phallinum autem zacynthium nomĩasset. Mirifice uidelicet Cte-
sias honoris cupidus nec minus Laconicarum partium Clearchiq; studiosus: qui in ip
sa historia scribẽda quosdam semper locos sibiipsi proprios uendicat: quos ingressus
Clearchi ac Lacedæmonis mentionem facit. Confecto iam prælio Artoxerxes illius qui
a Cyro ictus conciderat: filium pulcherrimis maximisq; muneribus donauit. Ctesiam
quoq; ac reliquos honoribus amplissimis honestauit: Cauniumq; qui utrem ei aquæ
attulerat cum inueniisset: ex obscuro atq; inopi clarum atq; opulentum effecit. Fuit
præterea cura in eo quædam in uendicandis fontibus. Arbacem enim quendam medũ
hominem: qui in prælio ad Cyrum defecerat: ac rursus eo mortuo rebellarat: cum eũ
ignauiæ ac mollitiei non proditionis neq; simultatis reum statuens condemnasset: iuss
sit nudum scortum impositum ceruicibus diem totum in foro circunferre. Alterius ue
ro q; ad defectionem duos quoq; ex hostibus se additurum pollicitus: in mendacio de
prehensus esset: linguam tribus clauis configi iussit. Sed cum cuperet hanc famam &
sermonem apud omnes gentes & nationes uulgari a se Cyrum interfectum esse: Me-
trodatiq; qui primum Cyro uulnus inflixerat: munera misit: Ferentibus etiam hæc nũ
tiari ei iussit: iis te rex muneribus afficit: q; cum equestrem Cyri pileum inueniisses: ad
eum detuleris. Care uero a quo succisa poplitis uena Cyrus conciderat: & ipso donum
postulante ad id negocium missis huiusmodi ad illum mandata dedit. Hæc tibi dono
mittit rex q; primus post Artasyram ad eum de Cyri interitu nuntiasses. Metrodates
igitur indictum sibi silentium ægre ferẽs discessit. At miserum Carem similis quidam
animi morbus ex insania & temeritate inuasit. Corruptus præsentibus ut uidetur bõis
& superbia quadam & contumacia in superiores se efferẽs haud dignum ducere se mu
nera sibi missa nuntii mercedem habere: sed excruciari animi atq; ĩdigne ferre: ad hæc
uociferare: alterum neminem præter se Cyri necis auctorem fuisse; & se iniuste ea
gloria spoliari. His regi nuntiatis uehementer ira incensus caput homini a ceruicibus
abscindi iussit. His cum interesset mater: ne tu ĩquit rex ita hunc Carem capitalem ho
minem breui pœna neces? A me enim sibi eorum quæ dicere audet merces persoluen
da est. Permittente autem rege matri supplicii sumendi potestatem: Parysatis a tor
toribus suis hominem comprehendi iussit: decemq; dies ĩ tortura haberi: tum oculos
effodi: & in aures liquefactum æs infundi: sic omni supplicio excruciatum necari. Nec
uero Metrodates similem exitum effugere potuit: pauloq; post ob eandem stultitiam
morte pœnas luit. Vocatus enim ad cœnam cum regis ac matris Eunuchi adessent: ac-
cessit ueste auroq; insignis: quibus donatus a rege fuerat. Cumq; ad pocula prouectũ
cõuiuium foret: ex Parysatidis eunuchis is qui auctoritate opibusq; reliquos ãteibat:

ita ad Metrodatem locutus est. Perpulchram quidem hanc tibi uestem rex dono dedit Mitrodates: perpulchras armillas: perpulchros etiam torques: permagni quoq; precii gladium: perq̄ beatum ac circunspectum te iis omnibus reddidit. Iam uero incalescēs uino plus æquo Mitrodates quorsum hæc inquit o Sparamizas spectat oratio? Maioribus enim meipsum ac pulchrioribus eo die dignum exhibui: & Sparamizas subridēs haud equidem Metrodates tibi inquit inuideo: recte quidem se habet illud: quod crebro usurpatur a græcis: Vinū & ueritatem esse: sed amabo te quid præclarum aut magnum fuit pileum equo delapsum inuenire: & ad regem deferre. Hæc haud facinoris ignarus interrogabat: sed uolens id a præsentibus quoq; cognosci tentare eo pacto cœpit hominis leuitatem: quem loquacem atq; īmoderatum potus reddiderat. Haud diutius se continuit: At uos inquiens de Pilo deq; eiusmodi nugis ut lubet confingite: Ego uero aperte profiteor hac manu Cyrum concidisse. Non enim ut Artoxerxes uanum neq; irritum telū adieci: sed ab oculo haud lōgius meus aberrauit ictus: sed trāsfixo tempore hominem straui: eoq; uulnere tandem interiit. Hic alii inde usq; prospicientes infœlicem Metrodatis exitum & cladem: facies demiserunt. Sed qui eos conuiuio exceperat: age inquit Metrodates ad præsens indulgeamus uino atq; epulis ac regis deum fortunāq; uenerantes sermones huiusmodi maioribus de rebus q̄ inter nos uersari conueniat: missos faciamus. Dimisso conuiuio quæ dicta in conuiuio fuerant Parysatidi eunuchus detulit. At illa cum rege cōmunicauit. Quod regis animum uehementer offendit: quippe qui se reprehensum refutatumq; prospiceret: & quæ pars uictoriæ maximo sibi decori ac uoluptati fuerat effluxisse. Etenim uolebat barbaros ōnis ac græcos sibi persuasum habere: in ipso insultu quo cum fratre conseruit manus accepto illatoq; uulnere īterempto Cyro se saucium abiisse. Igitur Metrodatem scaphis necari iussit. Genus autem mortis ac supplicii huiusmodi est. Duabus exedificatis scaphis inter se congruentibus: in altera hominem qui ad supplicium datur resupinant: alteram desuper imponētes: sic ambas coniungunt: ut caput manus ac pedes foris excludantur: Reliquum uero corpus totum intus claudatur: præbent homini cibum stimuliq; oculos fodientes uesci uel inuitum cogunt. Vescenti autem pro potu lac melli admixtum in os infundunt: faciemq; eodem conspergunt: sic eius oculos uersātes scapham semper aduerso soli opponunt: & muscarum insidentium multitudīe ora quotidie obteguntur. Cumq; intus ea faciat quæ edentes bibentesq; homines facere necessitas cogit: ex corruptione & putredine uarii pullulāt uermes. Quibus intra uestes penetrantibus: corpus abroditur. Cum enim perfūcto uita homine superior amouetur scapha: exesa caro aspicitur: & circa uiscera talium ferarum pascentium aliarumq; quotidie succrescētium multitudo apparet. Huiusmodi suppliciis Metrodates excruciatus ad decimum usq; diem calamitosam uitam produxit: atq; demum extinctus est. Reliquus Parysatidi erat quasi signum Maniesates regis eunuchus: qui Cyro caput ac manum præciderat ad quem opprimendum animum mentemq; intenderet. Qui cum ipse per se nullam præberet occasionem: huiusmodi illi insidias machinata est. Erat quidem cum aliis in rebus acris ac uersuti īgenii mulier tum alearum ludum percallebat: ob idq; ante bellum sæpe alea ludere cum rege solita est. Post bellum autē nihil de pristina consuetudine cum rege & effabilitate remisit: sed una in conuiuiis in ludis iocisq; uersata est: seq; illi amorum participem atq; administram exhibuit: ut eius animū penitus a Statira abduceret: Nec ullum fere uacuum illius congressui tempus relinqueret: q; in eam præcipuo quodam exardebat odio: ac ea sublata e medio suo arbitrio ac nutu geri omnia cupiebat. Itaq; nacta tempus idoneum: cum rex a negociis uacuus pararet se ad ludum remissionemq; conferre: alea prouocauit: mille daricis in ludum uictori expositis: ludenti uictoriam negligendo permisit: aurumq; persoluit. Tum excruciari se animi & concertandi cupidam simulans rursus repetita alea eunuchum proponi iussit. Quod haud recusauit rex: sic inter se conueniunt: ut quinq; utriq; deductis

fidiſſimis:ex reliquis uictor quem uellet eligeret atq; acciperet. His conditionibus ini-
tis inſtituitur ludus. In quo cum illa omnem ſuam curam induſtriamq; poſuiſſet:ca-
dentibus e ſententia talis potita uictoria Metaſabatem accepit(Nõ enim is in ſelectis
a rege fuerat)atq; priuſq̃ rex in aliquam ſuſpicionem incideret:tortoribus ad ſupplici-
um tradens uiuum pelle enudari ac tribus palis affixum corpus diuaricari iuſſit:& in
alio palo ſeorſum pellem ſuſpendi. His peractis ferentem grauiter regem & in eam ira
percitum:ſalibus etiam & cauillis cum riſu prouocare aggreſſa eſt:& q̃ſuauis ac be-
atus inquit habendus es:quem fœdi ſenis & eunuchi mors tanto dolore mœſticiaq; af
ficiat:Ego cum mille daricos perdidiſſem eam iacturam ſilentio tuli. Rex igitur pœni
tentia ductus eorum quæ dolis circumuentus admiſerat:deſtitit:nec ultra matris iniu
rias perſecutus eſt. At Statira aperte cum ea inimicitias gerebat:indignum eſſe ſtatuẽs
q; propter Cyrum interfectum homines eunuchi ac regi fidi adeo crudeliter ac nefarie
necarentur. Poſtea uero q̃ Clearchum ac reliquos duces per fidem ac iuſiurandum de-
ceptus Tyſaphernes comprehenſos uinctoſq; ad regem miſit:tradit Cteſias Clearchũ
a ſe precibus oraſſe ne pateretur eum fame necari:ſed ut cunq; morituro neceſſaria ſi-
bi ad uictum mittenda curaret . Quo impetrato lætatum officio eſſe:anulumq; ſibi
amicitiæ ſignum dediſſe ad ſuos propinquos neceſſarioſq; futurum: fuiſſe autem in-
ſciſas in anulo caryatides ſaltantes. Miſſa quoq; Clearcho cibaria:qui una in uinculis
aſſeruabantur:auferre ſolitos & eorum parte exigua Clearcho tradita reliqua ipſos cõ
ſumere:Cui īcommodo a ſe eſſe prouiſum: cum egiſſet:ut plura Clearcho cibaria mit
terentur:atq; alia ſeparatim militibus darentur:Eaq; omnia a ſe de Paryſatidis mente
ac ſententia adminiſtrata eſſe. Cum ſæpius Colenus ad Clearchum introferendi cibi
gratia mitteretur:hortatum ab eo eſſe:atq; edoctum:ut paruum pugionem intra car-
nes abditum ad ſe introferret:nec pateretur : ut eius uitæ exitus foret:quem ſibi regis
crudelitas allatura erat. Idq; illum metu deteritum facere recuſaſſe:deinde regem poſ-
tulanti matri atq; obſecranti ut Clearcho ignoſceret:cõceſſiſe:idq; iureiurando firmaſ
ſe:ac rurſus a Statira ſententia dimotum excepto Menone omnes neci deſtinaſſe. Ex
eo tempore Paryſatim ad perniciem & cladem Statiræ ſpectare cepiſſe:atq; illi uene-
num comparaſſe. Sed hæc parum probabiliter ab eo dici:nec ratione ulla idonea niti
uidentur:tantum facinus tam audax tamq; periculoſum ab illa eſſe ſuſceptum:ut le-
gitimam regis uxorem lecti ſociam communium natorum:& qui ad ſpem regni edu-
carentur matrem ob Clearchi necem ueneno opprimere conaretur:ac perficeret. Verũ
haud obſcurum eſt has ab eo Tragœdias excitatas eſſe:ut Clearchi nomen immortali
tati ac memoriæ cõmendaret . Etenim ſcribit peremptis ducibus cæteros canibus aui-
buſq; laniatos eſſe: Clearchi autem cadaueri uim uenti puluerem ferẽtem aggerem cõ-
geſſiſſe:atq; eius corpus obtexiſſe :ibiq; exortis quibuſdam palmis perbreui lucum in
miram altitudinem excreuiſſe locumq; opacaſſe: Ex quo magnam pœnitentiam regẽ
cepiſſe:q; Clearchum uirum diis immortalibus amicum uita priuaſſet . Paryſatis igit̃
ueteri Statiræ odio ac nouis ſuſpicionibus agitata:cum uideret regem potentiã ſuam
uerecunde obſeruare atq; in honore habere:illius uero amoris præſidio firmiorem ac
ſanctiorem apud eum fidem habere:inſidiis illam delere conſtituit:maximis de rebus
in periculum ueniens. Inſidiarum huiuſmodi apparatus fuit:Famulam habuit Gygẽ
nomine:quæ apud eam plurimum ualebat:hãc adminiſtram ueneficii Paryſati fuiſſe
Dinon tradit:Cteſias tantummodo conſciam extitiſſe. At qui uenenum dedit:hic qui
dem Mebeliteram:Dinon autem Melantem nuncupat. Itaq; ut ſædata parumper pri
ſtina ſuſpicione ac diſſẽſione:cum in unum uenire atq; cœnare cœperunt:nõ ſine me
tu tamen ac cuſtodia hiſdem cibis atq; ab iiſdem utebantur. Naſcitur in Perſis quædã
parua auis:cui uacuum nihil ſuperat:ſed tota intus ſumine atq; adipe plena . Vento
atq; rore nutriri quidam putant. Nomen eſt ei rhintaces. hanc Cteſias prodidit cultel-
lo altero latere ueneno illito Paryſatim diuiſiſſe:dimidiam partem ueneno infeciſſe:

& quæ ueneno intacta atq; incorrupta erat: ipsā in os coniectam exediſſe: Statiræ autē uenenatam partem porrexiſſe. Sed Dinon ab hoc parumper diſſentiens: ait non Paryſatim uerum Nelantem partitum cultello Statiræ infectam carnem appoſuiſſe. Cum moreretur magnis cum doloribus mulier ipſa dolum agnouit: matremq; regi in ſuſpicionem adduxit. Quippe qui eius immanem importunamq; naturā perſpectam haberet: proinde de ſcelere perpetrato inueſtigare diligentius cœpit: ſeruos omnis matris ac menſæ miniſtros in quæſtionibus habuit. Gygem uero clauſam domi apud ſe illa tenuit: nec regi expoſcenti tradidit. Quæ tamen paulopoſt cum rogaſſet ſe domum dimitti nocte abrepta & capitis a rege damnata eſt. Venefici autem in perſis pœna huiuſmodi legibus uindicantur: Ampla eſt petra in qua capita eorum impoſita alia petra feriunt: quoad faciem ac caput infregerint. Hoc igitur mortis genere Gygis īteriit. In Paryſatidem autem aliud nihil molitus eſt rex: ſed ne uerbum quidem paulo grauius dixit: Babylonem uero uolentem dimiſit: addens quoad illi uita ſupereſſet: Babylonem ſe nunquam eſſe uiſurum. Quæ igitur ād rationem domeſticam ſpectant huiuſmodi extiterunt. Quos autem græcos qui Cyrum in Aſiam ſecuti erant capere atq; opprimere niteretur: haud minore ſtudio q̄ quo in Cyro ſuperando ac regno obtinēdo fuerat: nihil perfecit. Nam amiſſo Cyro ducibus ſuis orbati ex ipſis propemodum penetralibus regis incolumes euaſerunt: & oſtenderunt declararuntq; rem perſarum ac regis multo auro delitiis mulierbuſq; conſiſtere: reliqua nihil præter ſuperbiam iactātiamq; eſſe. Ex quo græciæ uniuerſæ animo audaciaq; addita barbari contemptui fuere. Lacedæmonii quoq; perindignum duxerunt: non Aſiam incolentes græcos e ſeruitute eripere eorumq; contumelias proſequi. Superioribus enim temporibus Thrybone poſt Dercyllida duce bellum geſſerant: Nulla præclara re geſta Hageſilao id bellum adminiſtrandum mandarunt. Ille in Aſiam traiecto exercitu ſtatim ad rem gerendam incubuit: magnamq; exinde gloriam adeptus eſt. Thyſaphernem collata acie fudit: Ciuitates ad defectionem coegit. Tantis geſtis rebus didicit Artoxerxes alia ratione bellum cum illis ſibi eſſe gerendum. Quare Timocratem rhodium cum magna ui auri ī græciam miſit: Iuſſitq; corruptis principibus ciuitatum: quiq; ī iis plurimum pollebant opibus: græcum bellum in Lacedæmonem totum conuertere. Quæ ubi ſic a Timocrate adminiſtrata ſunt: conſpirantibus maximis ciuitatibus magniſq; in Pelopōneſo excitatis motibus: Spartam Hageſilaum ex Aſia magiſtratus reuocarunt. Quo tempore abeuntem ad amicos dixiſſe ferunt: triginta milibus ſagittariorum ſe a rege ex Aſia pelli: Perſicus enim nummus ſagittarium inciſum habet. Conone etiam Athenienſi ac Pharnabazo ducibus mari Lacedæmonios expulit. Conon enim ſub id tempus poſtq̄ in capræ flumine nauali prælio decertatum eſt: in Cypro moram trahebat: haud ſecuritate cōtentus ſed rerum mutationem ueluti in pelago fluctum opperiens. Perſpiciens autem ſua conſilia potentia: regiam uero potentiam prudente duce indigere: de his quæ excogitaſſet regem per epiſtolam certiorem effecit: mandauitq; iis qui ferrent: per zenonem cretenſem uel per Policritum mendeum regi eam redderent (horum Zenō ſaltator: medicus Policritus fuit) ac ni illi adeſſent: per Cteſiam medicum. Traditur Cteſiam accepta epiſtola iis quæ a Conone ſcripta erant addidiſſe: ut Cteſiā ad ſe mitteret: cuius opera ad āminiſtrandas res maritimas uteretur. Cteſias ait regem ipſum ſua ſponte id ſibi munus demandaſſe. Parta nauali prælio apud enidum per Pharnabazon uictoria: qua maritimum Lacedæmoniis imperium abſtulit: ad ſe græciam uniuerſam ſimul conuertit: Græcoſq; ad famoſam illam pacem compulit: quæ regnante Antalcida conſtituta eſt. hic Spartiaca Leonis filius fuit: qui ſtudio regis auctor fuit: ut Lacedæmonii omnibus Aſiæ ciuitatibus quæq; Aſiæ adiunctæ ſunt īſulis: regi cederent: eaſq; rex uectigales haberet. Firmata cum græcis pace: ſi græciæ dedecus contumelia ac proditio pax nuncupanda eſt: qua nullum bellum miſeriorem & ignominioſiorem exitum uictis attulit. Quapropter Artoxerxes cum reliqui ſibi ſpartiatæ

abominationi ac faſtidio eſſent: ratus eos omnium impudentiſſimos eſſe. Antalcidã
ĩ Perſas profectum omni comitate ac benignitate complexus eſt: ac ſemel accepta una
ex floreis coronis & unguento precioſiſſimo perſperſa Antalcidæ eam in cœna miſit:
ea munificentia omnibus admirationi fuit. Erat autem ut uidetur idoneus: qui in Per
ſis per ſaltationem ac laſciuiam Leonidæ & Callicratydæ inſultans in delitiis uolutare
tur: & eiuſmodi coronam acciperet. Itaq; Hageſilaus ſiue quis alter: dicente quodam:
ue tibi græciæ ubi iam Lacones nobis medizant: quinĩmo inquit medi laconizant: ma-
gnificentia tamen & ſplendore orationis dedecus rei & ignominiam delere nõ potuit:
Nam accepta in Leuctris calamitate imperium græciæ amiſerunt: atq; eo fœdere ſpar
tæ gloria & maieſtas omnis ĩteriit. Quoad igitur ſpartæ imperium ſtetit: hoſpitis atq;
amici loco illum habuit: obſeruauitq; : poſt leuctricam uero calamitatem cum immi-
nuta auctoritate & ad reliquaĩcommoda pecuniariæ etiam rei difficultas acceſſiſſet:
in Aegyptum Hageſilaum miſerunt: Antalcides ad Artoxerxem profectus hortatuſq;
eſt: ut Lacedæmoniis laborantibus ſubueniret. Ille ita hominem contempſit deſpexit
ac contumelioſe reiecit: ut reuerſus illuſus ab hoſtibus ludibrioq; habitus atq; epho-
ros metuens ſe uita abdicaret. Aſcendit etiam ad regem Iſmenias Thebanus & Pelopi-
das quo duce parta in leuctris uictoria fuerat. Hic nihil a dignitate ſua alienum fecit.
At Iſmenias iuſſus regem adorare anulum ante pedes humi deiecit ita acclinans ſuſtu
lit adorantiſq; ſpeciem præbuit. Timagoræ autem Athenienſi: cum ad eum paruulã
epiſtolam per Veluridem arcanam miſiſſet: lætatus decem ei daricorum milia elargi-
tus eſt: bouino lacte in ualitudinem indigenti octuaginta boues mulgendos dedit. lec
tulos etiam & periſtromata ſtratoreſq; miſit: quaſi nõ græci lectos ſternere didiciſſẽt:
q; ex morbo langueret: qui lectica eum ad mare uſq; molliter ueherent: præſenti eidẽ
admodum cœnam magnificentiſſime apparauit: ut Oſtanes regis frater hanc diceret
menſam memoria teneto. Non enim parua ſpe tam ſplendide exornata eſt. hoc autẽ
erat proditionis potius exprobatio q̃ commemoratio beneficii ad gratiam referendã.
Timagoras igitur ob regiam largitionem ab Athenienſibus rei capitalis damnatus eſt:
Artoxerxes græcos multis malis calamitatibuſq; affectos unius tãtum facti læticia pa-
rum per leuauit: Tyſapherne acerrimo atq; infenſiſſimo illis hoſte ſublato. Interfecit
autem eum calumniis ipſius opera & conſilio matris adiutus. Non enim rex diutius
iram aluit: ſed eam reconciliata gratia Babylone accerſiuit: & q; elato animo ac regi-
na digno eſſe aſpiceret: cauſæ autem nihil ſubeſſe: quæ ſuſpiciõe uel offenſione aliqua
eorum animos diſiungere poſſet. Ex eo iam tempore mater ĩ omnibus obſequendo
obſecundando cunctaq; ad nutum gerendo nunq̃ eius cupiditatibus refragando: hoc
obſequio cum tantum apud illum auctoritatis obſecuta eſſet: ut quæcunq; uellet faci
le impetraſſet: perſẽſit regem ex filiabus alterã Atoſſem peràitiſſime adamare: eamq;
rem ſe clam habere: & ne erumperet: ut quidam tradunt: animi morbum cohibere: ac
diſſimulare: conſtituto cum uirgine ſemel congreſſu: id Paryſatis ſuſpicata puellam
magis q̃ antea conſueuerat amplexa eſt: Artoxerxi & formam eius ac mores laudare:
ut regia tum ſpectabilis ac decora eſſet. Poſtremo eo ſuadendo adduxit: ut eam in ma-
trimonium duceret & legitimæ numero uxoris haberet contemptis græcorum exiſti-
matione ac legibus: Perſis legem ipſam bonorum & malorum normam a deo cõſtitu
tam miſſam faciens. Sunt qui dicant in quibus eſt Cymeus Heraclides nõ unam mo
do filiam ſed ſecundam etiam Ameſtrum Artoxerxem uxorem cepiſſe: de qua paulo
poſterius dicemus. Atoſſæ amore poſt nuptias ita uehementer incenſus fuit ut cum
morbo quodam: quod Alphõ uocant: teneretur: nihil tamen ob eam cauſam faſtidi-
erit. Iunoni etiam pro illius ſalute uouit: ſe unam ex omnibus diis illã attacta humo
manibus adoraturum. Iuſſis deinde Satrapis ab eo & amicis dona mittere: tãta copia
miſſa ſunt: ut quod erat ſpatii inter regiam & phanum ad ſedecim ſtadia auro argen-
to purpura atq; equis compleretur. Petiti ab eo deinde bello Aegyptii Pharnabazo &

Iphicrate ducibus: quibus inter ſe diſſidentibus ſpe potiendi excidit. Ipſe præterea aduerſus caduſios triginta milibus peditum ac mille equitum educto exercitu in eorum agrum impetum fecit. Erat autem regio ſitu ipſo aſpera & difficilis frugum infœcūda piris & malis aliiſq; eiuſmodi pomis fœliciſſima : genus hominum nutriens ferox & bellicoſum. Quo bello rex in maximas difficultates ac pericula imprudens incidit. Nihil enim erat unde aleret exercitum nec aliunde importari poterat. Iumentis ſolum cæſis uiuebant: Tantaq; erat inopia & caritas rei uictuariæ: ut aſini caput uix ſexaginta drachmis uenale inueniretur. Iamq; cibus in regiam cœnam defecerat: & pauci ſupererant equi reliquis ueſcendo aſſumptis. Hic Teribazaſus qui inter Perſas fortitudīe ſæpe primum locum obtinuerat: Sæpe ob leuitatem offenderat: & per id temporis ſordidus ac deſpectus regem exercitumq; ſeruauit. Duo erāt Caduſiis reges: his diuerſis locis caſtra habentibus: Teribazus regem adiit & quæ facere ſtatuiſſet ei communicatis ipſe ad alterum eorum profectus eſt: ad alterū clandeſtino itinere filium miſit: Vterq; utrunq; dolo circumuenit inquiens alterum regem ad Artoxerxem caduceatores mittere pro ſocietate priuatim & amicicia coniungenda: proinde ſi ſaperet ſibi præoccupādum eſſe tempus: ſeq; ad omnia adiutorem ei fore pollicitus eſt. Ita perſuaſis regibus rati ambo ſibi ab altero inuideri: hic cum Teribazo ille cum Teribazi filio legatos de pace miſit. Diutius igitur tempore trito Teribazus in ſuſpicionem apud Artoxerxem & calumniā īcidit: & regem ipſum pœnituit: ſuam exercituſq; ſui ſalutem illius fidei credidiſſe. Inuidis & obtrectatoribus reprehendendi ſui conſilii occaſionem & facultatem præbuit. Reuerſus Teribazus ac eius filius percuſſo fœdere paceq; cum utroq; rege firmata auctus honoribus atq; opibus motis caſtris cum rege diſceſſit. Quo in loco apparuit omnē ignauiam mollitiāq; non ex delitiis ac luxu (ut multitudo opinatur) naſci ſed ex uitio & malignitate naturæ: quæ malis opinionibus inquinetur. Non enim aurum non purpura nō duodecim milia talentorum cultus: quo aſſidue regis corpus ornabatur: illū (quod plæriſq; cōtigit) a labore deterruit: Sed accinctus pharetra & ſcutum geſtans ipſe prius relicto equo loca montuoſa atq; ardua pedes peruaſit: ut cæteri illius uim ac promptitudinem ſpectantes: quaſi alis acceptis leuiores expeditioreſq; redderentur. Ducentorum enim ſtadiorū aut eo amplius diebus ſingulis iter confecit. Poſtea uero q̄ ad reliqua regia prædia uentum eſt: quæ hortos mirifico quodam ornatu & magnificentia inſtructos habebant: cum omnis circum regio nuda eſſet & infœcunda arboribus: permiſit milites arboribus cæſis ex hortis ligna ſumere: nec piceæ nec cupreſſui parcere. hærentibus illis & ob arborum ſpeciem ac magnitudinem temperātibus: ipſe arrepta ſecuri: quæ īter cæteras pulchritudine maxime eminebat : arborem cecidit. Quo facto milites ligna cōgerendo multos ignes excitarunt: Ibiq; molliter pernoctarunt: ex illius tamen exercitu fortes uiri complures deſiderati ſunt: equi omnes amiſſi. Reuerſus igitur Artoxerxes ratus ſe ob rem male atq; īfœliciter geſtam ſuis contemptui eſſe: principes ſuſpectos habuit: multoſq; ob iram necauit: cum plures metueret. Metus enim ī tyrannidibus peſtifera maxime ac perniciosa res eſt: Fiducia uero mitis ac pacata nullius particeps ſuſpicionis. Nam ex feris quoq;: quæ difficile tractātur: ac manu aſſuefiunt: pauidæ ſunt: & ſtrepitu ipſo terrentur: generoſæ uero ob fiduciam magis ſe credunt: nec blanditias fugiunt. Artoxerxes iam ad ſenectutem profectus ſenſit filios inter amicos ac factioſos de regno in certamen diſceptationemq; uenisſe : Sædati & quieti cenſebant: ut ipſe acceperat: ſic Dario natu grandiori regnum relinqui oportere. Aſt Ochus minimus omnium acris & uiolenti ingenii iuuenis: ex iis qui regiam frequentabant: multos fautores atq; ſtudioſos habuit: ſpe īiecta patris per Atoſſam opprimendi. Illam enim ſibi blanditiis promiſſiſq; deuinxiſſe uidebat: ſe uidelicet illam rege peremptō cōnubii ac regni ſociam habiturum. Erat autem fama etiam eo uiuo Atoſſam clam pellicem habuiſſe: ſed id Artoxerxem latuit ſtatuens uero Ocho regnandi ſpem adimere: ne ſi eadem quæ ante Cyrus auderet: excitatis bellis

ac certaminibus regnum euerterent:regem Darium deſignauit:qui tum trigeſimum agebat annum:ac ei Cydarim quā uocant rectam ferre dedit. Sanctum autem lege cū eſſet in Perſis:ut qui conſtitutus eſſet donum peteret:qui eum conſtituiſſet:totum quod petitum erat traderet:Darius Aſpaſiam olim a Cyro unice dilectam & tunc regis pellicem petiit. Erat autem ex Ionia Phocais genere:& honeſtis parentibus orta ingenueq; educata. Hæc autem cum Cyro cœnāte ad eum ītromiſſa eſſet cum aliis mulieribus: aſſidenteſq; illæ Cyri iocos & cauillum læto ore exciperent:ac ſe etiam tangi ſinerent:ſilentio ingreſſa ad lectum conſtitit:nec uocanti Cyro paruit: uolentibus autem cubiculariis adducere:flebit inquit:qui horum mihi manus admouerit. Viſa ē igitur immitis præſentibus & agreſtis . Cyrus lætatus & cum riſu conuerſus ad eum qui mulieres adduxerat : num intelligis te inquit hanc unam ingenuam atq; incorruptā adduxiſſe ? Poſthac ad eam conuerſus animo unam omnium maxime adamauit:& ſapientem nūcupauit. extincto autem Cyro caſtriſq; direptis captiua obducta eſt. hāc Darius cum petiſſet permoleſta patri eius petitio fuit . Vehementer .n. ſuſpicioſum de mulierum pudicicia barbaricum eſt genus atq; intemperans:ut non modo qui adierit pellicemq; regi attigerit:ſed etiam qui ex itinere appropinquauit:curruſq; quibus uehuntur impulerit:capite puniatur. Atqui Atoſſæ amore continebatur rex quā contra legem uxorem ſibi adiunxerat(uerum tricentæ & ſexaginta eximia forma pellices una alebantur)attamen petitus illam liberam eſſe dixit. proinde uolentem capi iuſſit: inuitam uero & recuſantem cogi prohibuit. accerſita eo Aſpaſia cum præter opinionē regis Darium elegiſſet:tradidit quidem lege coactus ſed paulo poſt traditā abſtulit. Dianæ enim ac Bataniæ quam Anetim uocant ſacerdotem legit:ut caſtam reliquā uitam degeret: Ratus has nō duras ſed mediocres ac ioco admixtas a filio ſe pœnas ſūpturum. At ille non modice tulit ſiue Aſpaſiæ amore correptus:ſiue q; ſe a patre & probro & contumelia affectum duceret. Quem ita animatum Teribazus accipiens magis etiam exaſperauit atq; incendit:in illius iniuria recognoſcens ſuam. Fuit autem iniuria illius huiuſmodi : Cum plures rex natas haberet:Pharnabazo Apaniam deſpōdit: Rhodogunem Oraetæ: Teribazo Amiſtrim:atq; aliis quidem uiro traditis Teribazū ſpe inani duxit:Amiſtriq; in matrimonio accepta:pro illa Atoſſam minimā natu omnium Teribazo deſponſauit. Quam cum ob amorem duxiſſet(ut dicitur)poſt id temporis infenſo omnino atq; inimico in regem animo manſit. Erat enim leui mobiliq; ī genio atq; in conſiliis præceps & rapidus. Quare interdum ſecundis rebus clarus interdum offenſiōe aliqua abiectus & perditus neutram mutationem æquanimiter tulit. Sed honoribus auctus ob animi molliciem īſoleſcere grauiſq; omnibus eſſe: læſus nō demitti animo nec quietus eſſe ſed aſpere ſuperbeq; efferri. Igni igitur ignem adiecit. Teribazus adoleſcenti imminens aſſidue: ac uerbis increpitans nil prodeſſe cydarim in capite erectam habere:qui eam operibus ac rebus geſtis erigere non conentur. Ipſū amentem & ſtultum eſſe:ſi fratre regno inhiante patre ſtupidum atq; inſtabilem animum gerente:exploratam ſibi in regnum ſucceſſionem eſſe arbitretur. Qui enim græculæ mulieris cauſa legem in Perſis antea ſanctam inuiolatamq; ſpreuiſſet:eum nūq̄ in maximis quod conuenerit ratum habiturum. Nec idem Ocho propoſitum eſſe:ſi regno non potiatur:ac ſibi ſi traditum de manu amiſerit. Ochum enim priuatum beate uiuere neminem prohibitum ire. Sibi uero regi conſtituto aut regnandum aut moriendum eſſe. Poſtremo ualuit Sophocleum illud:Subita perſuaſio ad ſcelus præuia ē. Facilis aſt autem uia ac prona qua quo uolumus ducimur . Mala autem plurimi uolunt ob inexperientiam bonorum atq; inſcitiam. Attamē imperii magnitudo & Ochi metus:qui Darii animum ſolicitum habebat: Teribazo facultatem ac materiem præbuit. Amor autem Aſpaſiæ atq; ereptio non nihil omnino ad culpam cauſæ attulit. Igitur totum ſe Teribazi conſiliis regendum commiſit:ac iam multis cōſpirantibus:Eunuchus coniurationem ordine exploratam habens regi indicauit:ut noctu cubiculum

irrupturi regemq; incautū oppreſſuri eſſent. Quo iudicio Artoxerxi tantū negligere periculū: inſtructaſq; īſidias non cauere indignum ē uiſum. Abſq; ullis uero certioribus argumentis rem pro certa habere multo indignius. Huiuſmodi igitur conſilium capit: Eunuchum ſectari illos iubet: & ubiq; illis adeſſe: Ipſe cubiculi pariete qui poſt lectum erat effracto: portaq; effecta auleo texit. Inſtante hora adoriendæ rei: & Eunucho occaſionem adeſſe nunciante ī lecto cōſtitit: nec prius inde ſe mouit q̄ in ſe inuadētium ora conſpexit: & manifeſto eorum quenq; agnouit: ut uero illos diſtringere gladios aſpexit: & ad ſe citato gradu incedere ſubmoto auleo ī cōclauim ſe interiorem proripuit: oſtioq; obiecto clamorem extulit. Viſi igitur ab eo paricidæ re infecta ſe per portas curſu eiecerunt. Teribazum ut fuga ſaluti ſuæ conſuleret: admonuerunt: quippe qui iam manifeſte culpæ reus teneretur. cæteri igitur ſeiuncti alia effugerūt. At Teribazus: dum niterentur eum comprehendere: permultos ex regis ſtipatoribus interemit. Ad poſtremum eminus iaculo ictus cōcidit. De Dario autem una cum liberis ex fuga abſtracto iudicium fieri uoluit: cōuocatiſq; regiis iudicibus: q̄ ipſe iudicio ītereſſe nollet: ſed per alios accuſaret: iuſſit ſeruos cōſcriptam uniuſcuiuſq; ſententiam ad ſe perferre. Latis autem omnibus in Darii caput ſententiis: ſerui comprehendentes in propīquum carcerem coniecerunt. Vocatus deinde lictor cum nouacula aderat: qua damnatorum capita præcidunt: ingreſſus autem Darii cōſpectu exterritus ad portas refugit: ſpectanſq; hærebat: quaſi animus eum ad necem regis atq; uires defecturæ eſſent. Foris uero inſtantibus iudicibus imperio ac minis reuerſus altera manu comā implicitā tenens ſtrato humi regi nouacula collum perrupit. Nec deſunt qui dicant præſente rege iudicium eſſe factum: Dariūq; ipſum aperte argumentis cōuictum in faciem procidiſſe precibus obſecratiōibuſq; ſupplicem: ut ſibi ignoſceretur. At illum ira percitum īſurrexiſſe: nudatoq; gladio Darium repetitis ſæpius uulneribus occidiſſe. Deīde cum in aulam ſe recepiſſet: ſole adorato hec eſſe locutum: Læti o Perſæ abite atq; aliis nuntiate: Regem Artoxerxem in ſceleratos atq; impios Paricidas pœnas expediuiſſe. Inſidiæ igitur & cōſpiratio huiuſmodi exitum habuerunt: Aſt Ochus frætus Atoſſæ opibus in ſpem maximam uenerat: ſed eum Ariaſpis: qui reliquus erat ex legitimis: & Arſamis metus ſollicitum tenebat. Ariaſpi enim nō tam q̄ Ochum præiret ætate q̄ facilitate ſimplicitate humanitateq; præſtaret: regnum communi conſenſu & uoluntate Perſarū deferebatur: Arſamen uero haud latebat Ochum magni cōtilii & prudētiæ uiq; ac patris perſimilem eſſe. Verſari igitur animo cœpit: qui utrunq; īſidiis opprimere poſſet. Cum uero inſtructus ad fraudem ac cædis auidus foret: crudelitate naturæ in Arſamen eſt uſus: uerſutiis ac fallaciis Ariaſpē aggreſſus eſt. Miſſis enim ad eum eunuchis atq; amicis regis cum minis atq; horrendis nuntiis patrem decreuiſſe illum crudeliter atq; ignominioſe necare. Qui hæc ī dies ſingulos ut arcana ſignificare uiſi: cum alia imminere: alia prope iam īſtare nuntiarent: ſic terruerunt hominē perturbarūtq; ſic a mente conſilioq; abduxerunt: ut parato ſibi ipſi lethali ueneno epotoq; e uita diſcederet. Rex uero cum & mortem & modum accepiſſet: illū fletu ac lachrymis proſecutus eſt. de cauſa in ſuſpicionē adductus: perueſtigare & quærere affecta iam ætate non potuit: ſed Arſamē maiore caritate cōplexus eſt: uidebaturq; maximā illi fidem habere & cum eo liberius ſermones conferre. Quare Ochus aut differendū eſſe rei gerendæ tempus exiſtimans: Arpata Teribazi filio ſubornato per illum Arſamē tollendum interficiendumq; curauit. Erat tum Artoxerxes inclinata iam ætate paruæ mortis diſcrimine: adiūcta ad naturæ ibecillitatem ex filii calamitate mœſtitiam nec parum quidē temporis reſtitit: ſed continuo ægritudīe animæ & angore extinctus eſt: cum ad nonageſimum & quartum annum uixiſſet: ex quibus duo & ſexaginta regnauit. Manſuetudinis & clæmētiæ exiſtimationē aſſecutus eſt: quam nō mediocriter auxit Ochus: qui immanitate cunctos & crudelitate ſuperauit.

ARATI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER LAPVM FLORENTINVM VERSA.

CHRYSIPPVS PHILOSOPHVS TRITVM quoddam ueteri ſermone prouerbiũ eius credo triſtitiam reformidans conuertiſſe: mutatoq; uerbo leuiorem ad partem traduxiſſe uidetur. Quis patrem laudabit: niſi probi liberi? Hunc Dionyſodorus Troezenius arguens ueram ipſe huiuſmodi ſentẽtiam profert: Quis patrem laudabit: niſi improbi liberi? Ait enim illos qui cum ipſi nulla re præſtent: ſed maiorũ quorundam uirtutibus nitantur: eorumq; gloriam ad ſuam laudem frequenter uſurpent: petulantiam eo prouerbio comprimi & coerceri. Cæterum cui maiorum generoſitas (ut inquit Pindarus) natura cõueniat: quemadmodum tibi: qui ad uitæ rationem domeſticis exemplis cõformaris: huic ego pulcherrimum duco eſſe maiorum ſuorum clariſſimorum uirorum efferendo facta memoriam reuocare: & de iis quotidie aliquid audire atq; loqui. Nõ enim hi ſuis uirtutibus deſtituti alienæ laudis gloriam aucupentur: ſed ad maiorum ſplendorem ſuis laudibus adiunctis illos ut & generis & uitæ duces extollunt. Quamobrem ego cum Arati ciuis tui: cuius tu gloriæ atq; opibus nulla ex parte dedecori es: uitam litteris mandaſſẽ: iure ut eam ad te mitterem ſum adductus: nõ quin tibi uni præ cæteris eius res geſtas ab initio penitus cognitas eſſe exiſtimarem: ſed ut filii tui Polycrates & Pythocles partim audiendo: partim legendo ad domeſticæ uirtutis exẽpla educerentur: ad quæ eos conformari oportet. Sui enim amanti homini necdum perfecta uirtute imbuto optimum eſt quendam quaſi ducem præficere. Sicyniorum ciuitas poſteaq̃ primum ſyncæra illa & dorica ariſtocratia ueluti harmonia quadam cõfuſa in ſeditiones & contentiones popularium & factiorum hominum incidit: plures mutationes rerum perpeſſa: ſucceſſiue inſurgentiũ tyrannorum: non prius ſe ex ea contagione & turbatione recepit: q̃ Cleone interfecto: Timoclidam & Cliniam claros & pollentes opibus ĩ ciuitate uiros delectos ſummæ rerum præfecerunt. Sed cum iam reſpublica cærtum aliquem ſtatum obtinere uideret: Timoclidas uita defunctus eſt. Paulopoſt Abantidas Paſei filius ſublato Clinia tyrannidem occupauit: Cliniæq; amicis ac domeſticis partim eiectis: partim interemptis: filium Aratum qui ſeptimum annum agebat: tollere geſtiebat. Sed puer in illa turbatione ac labe domus fugientibus permixtus per ciuitatem uagatus pauidus & omnium ope deſtitutus: forte quandam imprudens mulieris domum intrauit. Quæ Abantidæ ſoror Prophanto Cliniæ fratri nupta erat: nomen ei Soſæ fuit. Igitur egregia & præclara mulier diuino quodam numine rata ad ſe puerum confugiſſe: occultum habuit: ac noctu argos dimiſit. ſic effugienti ac periculis erepto Arato odium uehemens tyranno rum ingeneratum augebatur ĩdies. educatus Argis apud hoſpites paternos & amicos liberaliter firmum corpus & ualidum nactus: ad palæſtram exercendam ſe contulit. In qua adeo præſtitit ut & penthali certamine depugnarit & coronas etiam cõſecutus ſit. Qualis autem uir fuerit: ex eius ſtatuis cõiectare licet: in quibus athletica quædam ex tat ſpecies. Prudens autem aſpectus ac regius non omnino uoracitatem ac ruſticitatẽ occultare poteſt. Vnde minus fortaſſe q̃ uidetur ciuili homini conuenire: orationi ſtuduit. Attamen ornatior & copioſior in dicendo fuit: q̃ quibuſdam uidetur: qui ex momentis eius iudicium faciunt: quæ ille aliis intentus in chirographis ut uerba occurrebant negligenter ſcripta reliquit. Sequentibus autem temporibus Clinias & Ariſoteles dialecticus Abantidam aſſuetum eorũ ſermonibus intereſſe: atq; una diſceptare:

cum in foro per ocium uerſaretur: per inſidias necauerũt. Deinde Nicocles interempto fraude Paſea Abantidæ patre: qui in filii locum ſucceſſerat: ad ſe tyrannidem tranſtulit. Hunc aſpectu ſimillimum Periandro Cypſeli filio ueluti Perſam Orontem Alcmeoni Amphiarei fuiſſe tradũt: Hectori Lacedæmonium aduleſcẽtem: quem ſcribit Myrtilus: a multitudine ſpectantium: cum ſe errore lapſos agnouiſſent: peſſũdatum eſſe. Nicocles quattuor iam menſes tyrannidem obtinuerat: quibus multis malis ciuitatẽ affecit: & ne priuaretur per inſidias ab Aetholis in periculum uenit: Cum Aratus adultus ætate & ſplendore & nobilitate familiæ & ingenii uiribus: quod non paruum neq; hebes in eo fuit: ſed acre & ſupra ætatem conſilio prudentiaq; perfectum: multum iã nominis & auctoritatis aſſecutus erat. Exquo exules ad eum potiſſimum animo ſe cõuerterant: & Nicocles rem haud negligendam ducens clã atq; a longe ſpectabat: eiuſq; conatum ſummo ſtudio obſeruabat: non q; illum tam audax facinus: nec tam periculoſum auſurum aut aggreſſurum timeret: Verũ ſuſpicabatur: ne ad reges opem petitum confugeret: qui cum patre amicitia hoſpitioq; iuncti fuerant. Etenim re uera Aratus eam conſilii uiam inire ſtatuerat. Sed cum Antigonus pollicitus negligeret: ac tempus traheret: quæ uero ab ægypto Ptleomeoq; afferebantur ſpes longe abeſſent: ſtatuit per ſeipſum tyrannum opprimere. Cõſilium cum Ariſtomacho primum Ecdeloq; cõmunicat. Horum Ariſtomachus ex Sicyone exul: Ecdelus autem Megalopolitanus ex Arcadia erat: uir in philoſophia nobilis & in rebus gerendis exercitatus: qui Archeſilai academici auditor fuerat. Illis rem probantibus de ipſorum ſententia ad alios exules detulit: Quorum pauci uerecundia adducti: q; turpe ſibi eſſe ducerent: eam ſpem intentatam dimittere: operam ei ſuam pollicti ſunt. Plurimi Aratum ab ĩcepto deterrere conati: quippe cum eum ob inexperientiam rerum attollere animos dicerent. Ineunte uero conſilium de occupando quodam Sicyonis loco: unde aduerſus tyrannum bellum gereret: Acceſſit Argus uir Sicyonius Xenoclis cuiuſdam exulis frater: qui ex carcere effugerat: hic a Xenocle ipſo perductus ad Aratum: ĩquit murum qua ipſe cõſcendẽs euaſiſſet: intus non ferme a terra eminere: ſed locum ſaxoſum atq; editum eſſe: Extra uero altitudinem muri: non magno labore ſcalis admotis ſuperari poſſe. His nuntiatis duos priuatos ſeruos Seutham & Technonem explorãdi cognoſcẽdiq; muri gratia cum Xenocle emiſit: ſatius eſſe ſtatuens: ſi poſſet clam uno periculo celeriter rem totam tranſigere: q̃ diuturno bello apertiſq; certaminibus priuatum cum tyrãno contendere. Reuerſo autem Xenocle & qui cum eo ierant: muriq; menſuram ac loci ſitum non auium neq; difficilem nunciãtibus: ſed adeuntes latere difficile eſſe ob cuiuſdam hortulani canes paruulos quidem ſed latratu acres atq; inexorabiles: ad rem gerẽdam aggreſſus eſt. Armorum autem apparatus nouum nihil inuſitatumue habuit: cum omnes fere per id temporis excurſionibus & populationibus inuicem uterentur. Scalas Aphranor machinamentorum artifex clam omnibus inſtruxit: cui ars ipſa præſtabat: ut id abſq; ſuſpicione efficere poſſet. Nam & ipſe unus e numero exulum erat. Viros ſibi amicos eorum qui Argis erant ex paucis decem quiſq; accommodauit. Ipſe autem priuatim ex domeſticis trigĩta armauit. Per Xenopholum etiam ex prædatoꝝ manu haud multos milites mercede cõduxit: ĩter illos fama uulgata: ſe ad diripiendos regios equos Sicyonẽ eductui ũ: ſeparatim plurimis eorum ad polygnoti turrim præmiſſis atq; ibi opperiri iuſſis: præmiſſo etiam Caphiſia ab eo cum quattuor expeditis: qui noctu ad hortulanum accederent: & ſimulatione uiatorum apud hominem diuertentes: ipſum & canes occluderent. Haud enim aliter adeundi facultas dabatur. Scalas autem in Achanaſeæ (ſunt autem menſura quæ quinquaginta medimnos Atticos capit) cõiectas uehiculiſq; impoſitas prouexerunt. Inter hæc exploratoribus quibuſdã Argis cognitis qui occulte circumire Aratumq; obſeruare diẽcertur: prima luce procedens palam omnibus ĩ foro cum amicis uerſatus eſt. Deĩde cum in Gymnaſio ſe perũxiſſet: abductis ſecũ quibuſdã ex palæſtra adoleſcẽtibus: qui cum eo potare cõſuerãt:

domum diſceſſit:nec ita multo poſt uiſi ſũt eius ſerui per forum coronas ferre:lampadas emere:cũ iis colloqui qui in potationibus & uoce & tibiis canere ſoliti eſſent.Hæc intuentes decepti falſa ſpecie exploratores cum riſu ſic ĩter ſe colloquebãtur:nihil profecto tyranno timidius: ſi Nicocles cum eiuſmodi ciuitatem obtineat:tantis opibus potentiaq; munitus ſit:formidet adoleſcẽtem exulem:qui fugæ exiliiq; uiatico ad uoluptates & diurnas potationes abutatur:Ita falſi opinione ſua abierunt.Aratus ſtatim pranſus urbe egreſſus cum ad Polygnoti turrim peruenisſet:ĩuentis militibus a ſe ante præmiſſis in Nemeam ducit.ubi cunctis quid facere ſtatuiſſet:aperuit. Pollicitiſq; eos & hortationibus ãte incitare conatus in ſignumq; Apolline militibus dato tum dimenſo lunæ circuitu ad rationem itineris properato gradu urbem petere contendit: deinde rurſus conſtitit:ut lunæ luce in uia uteretur.qua occidente ad hortum urbi proximum ſteterat.Hic Caphiſias obuiam prodiens nuntiauit:ſe occluſo hortulano canũ capiendorum : ꝙ prius exiliuiſſent:ſibi copiam non fuiſſe.cum uero plurimis ob metum concidiſſent animi:ac pedem referre iuberent:Aratus eos confirmauit:oſtentata ſpe ſe abducturum:ſi canes nimium infenſi eſſe pergerent:ac ſimul qui ſcalas ferebãt præmiſit:quibus Ecdelus & Mnaſitheus præpoſiti erant:ipſe cunctanter ſequebatur. Iam canibus latratu inſtantibus & in Ecdelum ac ſocios incurrẽtibus:nihilominus ad murum ſe inferentes:ſcalas tuto admouerunt. Cum uero primi per ſcalas aſcenderẽt: qui matutinæ cuſtodiæ præfuerat:tintĩnabulo præcedens ſocios abducebat : plurimæ collucebant faces:tumultus & ſtrepitus incedentium ubiq; erat . Illi ut erant in ſcalis ſubſidentes qui in muro erant:facile latuerunt . Alia autem cuſtodia priori contraria uenienti in ultimum diſcrimen adducti ſunt. Illa etiam declĩata:cum præteriret Mnaſitheus & Ecdelus priores in muro ſteterunt:occupato deinde utrinq; muri aditu: Technonem ad Aratum dimiſerunt:ſubſidio approperare iubentes.Non multum enim ſpatii inter hortum urbemq; & turrim ĩtererat:in qua uenaticus canis permagnus in ſtatione collocatus erat. Is ſiue ꝙ natura ſegnis ſiue ꝙ diurno labore fatigatus eſſet: incedentium ſtrepitum haud ſenſit:ſed horti canibus deorſum illum latratu excitantibus:ſubmiſſe & obſcure ab initio infrẽdere cœpit. Tum appropinquantibus illis magis uocẽ intendit:& latratus plurimus paſſim locum compleuerat:ut qui e regione in cuſtodia erant exaudirẽt ac magna uoce rogarent canis magiſtrum:cuius gratia canis ita uehementer atq; aſpere latraret:nunquid noui eſſet? Alter e turri nihil eſſe reſpondit:ſed canem lumine cuſtodum & ſtrepitu tintinnabuli irritatum eſſe.Hæc Arati militibus multum animi atq; audaciæ addidit:opinantibus canis magiſtrum eius cõſilii conſcium rem tegere. Præterea alios in ciuitate permultos coniuratos tranſigendi negocii adiutores futuros.Attamen ad murum ſubeũtibus magna difficultas cum ſummo periculo impendebat:Reſq; in longum trahebatur:incuruatis ſcalis nec põdus ferentibus:niſi cunctãter ac ſingillatim conſcenderent. Vrgebat præterea tempus galli: qui cantu diem aduentare nuntiabant:nec aberat longius:cum ruſtici:qui uenale aliquid ad mercatum introferre conſueſſent:ad urbem accedunt . Quare Aratus properans in murum aſcendit:cum iam quadraginta ex omni numero ãte eum murum obtinerent. Adiunctis præterea paucis ex iis qui deorſum relicti erant:cum iis ad domũ tyranni atq; ad prætorium impetum fecit.Hic ſtipẽdiarii circum excubabant. In quos incautos ac nil tale ſuſpicantes repentino atq; improuiſo aduentu cum incidiſſet:omnes comprehendit:neminem manu uiolauit. Tum cõtinuo amicos domo excitum miſit:qui ſubſidio ſibi adeſſent.Quibus eo undiq; cõfluentibus iam illuxerat dies: Theatrumq; uulgus cõpleuerat omnibus ad incertam famam ſuſpenſis:nemini quæ gerebãtur cognitis:priuſq; procedens præco in turbam denuntiauit:Aratum adeſſe:& ad uendicandam libertatem ciues adhortari. Tunc confiſi adeſſe quæ iandiu expectarãt: uno impetu cuncti ad portas tyranni ignem intulerunt:incenſa flagrantiq; tyrãni domo flamma ĩgens & manifeſta ſublata uſq; Corinthũ eluxit: Vt admirati rei nouitate

Corinthii parum abfuerat: quin ad auxilium ferendum conſurgerent. Nicocles igitur ī prudentibus omnibus quibuſdam cuniculis ex urbe migrauit. Milites ſimul cum Sicyonibus reſtincto igni prædæ ac direptioni tyranni domum ſubiecerunt: Nec id Aratus fieri prohibuit. Cæteris quoq; bonis fortuniſq; tyrannorum in medium ciuitati expoſitis: in tanto tumultu periculoq; neq; ex iis qui ĩuaſerãt: neq; ex aduerſariis quiſq̃ interiit: nec omnino uulnus accepit: ſed rem geſtam penitus expertem cædis expertem ciuilis ſanguinis fortuna ſeruauit. Exules deinde reducti: tum qui a Nicocle numero octuaginta: tum qui a ſuperioribus tyrannis haud pauciores tricentis eiecti ciuitate fuerant: diuq; atq; adeo quinquagenario exilio uagi errauerant. Cumq; inopes plurimi rediiſſent: ſuas poſſeſſiones repetebant: uillaſq; ſuas ac domos adeuntes in magnam difficultatem Aratum coniecerunt: intuentem extra ab Antigono ob inuidiam recuperatæ libertatis inſidias reipu. parari: ciuitatem ipſã diſſenſionibus ciuium ac ſeditionibus agitari. Vnde ex præſentibus difficultatibus optimum id factu ratus rerum ſummam ad Achæos detulit: atq; ī unũ corpus confudit: & cũnq; ii dorici eſſent: haud ĩuiti Achæum nomen ac rempu. ſubierunt: qui non multum ſub id tempus auctoritate neq; opibus eminebant. Exiguus enim erat ciuium numerus: nec optimum neq; fertilem agrum habebant: mare pluribus locis importuoſum ad cõtinentem per cautes ferebatur. Attamen oſtenderunt ii græciam uiribus inexpugnabilem eſſe: quotiens rerũ ſtatu conſtituto conſentiens ubiq; & tranquilla pax foret. ad hæc prudenti aliquo duce uteretur: qui cum priſtinæ græcorum potentiæ ne portionem (ut ita dixerim) uel minimam obtinerent: & ex una ciuitate ut in eo ſtatu temporum eſſe poterat: clara ac nobili ſimul omnes eſſent: nec fræti uiribus ſed conſilio: non inuidendo primoribus: ſed parendo & obſequendo: non ſuã modo tot ciuitatibus poteſtatibus Tyrannidibuſq; undiq; circũſepti libertatem retinuerunt: uerum etiam aliorum græcorum plurimos ī libertatem uindicarunt: incolumeſq; ſeruarunt. Fuit autẽ Aratus natura ciuilis admodum præclara ſemper atq; ardua ſpectans: publicis in rebus q̃ in priuatis curioſior diligentiorq;: capitaliſſimus hoſtis tyrannici nominis: amicitias atq; inimicitias ex reipu. utilitate gerebat. Ex quo non uidetur tam diligens amicus fuiſſe: q̃ rep. poſtulante mitis & placabilis inimicus: in utraq; mutatione opportunitati ac tempori ſeruiens. Vna atq; eadem omnium gentium ciuitatum collegii Theatri uox erat: illum nullius præterq̃ bonorum uirorum amicum eſſe. Manifeſto autem ī bello apertiſq; certaminibus obeundis remiſſi & diffidentis animi: in diſſimulando ſuaq; facta occultando tum in capiendis clam urbibus tyranniſq; opprimendis efficaciſſimus: firmiſſimiq; cõſilii fuit. Quare cum in multis ex inſperato rem optime ductu ſuo adminiſtraſſet: haud pauciora quæ factu poſſibilia erant offenſionis metu reliquiſſe uidetur. Etenim non feræ modo quædam quæ per noctem acri ac perſpicaci ſunt uiſu: interdiu deſiccatiõe tenuitateq; humoris: qui circunſtat oculum: & lucis temperiem ferre nõ poteſt: luminibus capiuntur: ſed hominis quoq; uis ac prudẽtia huiuſmodi naturæ eſt: ut manifeſtis in periculis & indictis turbetur: nec ſibiipſi conſiſtere queat: Ad res autem latẽtes & occultas audens atq; intrepida eſt. Hanc inæqualitatem ac uarietatem ī præſtantiſſimis ĩgeniis philoſophicæ diſciplĩæ ĩperitia efficit: uirtute ueluti naturalẽ quẽdã fructũ nulla adhibita cultura ſic abſq; præceptione & doctrina producente. Hæc igitur exemplis experiri licet: Aratus uero cum ſe ad ciuitatem cõfuſa rep. Achæis adiũxiſſet: ĩter equites militare obiens munus: ob ſuauitatem morum facilitatẽq; naturæ a principibus colebatur. q; quãuis ipſe gloriam ſuam & potentiam ciuitatis quaſi ſignum aliquod uniuerſæ græciæ ſuſtuliſſet: ſemper tamẽ Achæorum ĩperatori quicunq; is foret: ſiue Dymeus ſiue Tryteus ſiue obſcurioris ciuitatis ad omnen belli uſũ operam ſuam expoſuit ac dicto obediens fuit. Viginti autem & quĩq; talentis dono a rege Ptolemeo acceptis: ea ciuibus ſuis ſiue ad redimendos captiuos ſiue ad aliam neceſſitatem egentibus erogauit. Inſtãtibus uero ĩfeſæ exulibus: ut ſua ſibi redderent bona: poſſeſſiõeſq;

turbantibus:cum ſanari id malum nulla ratione poſſet:& excidium atq; internicio ci
uitati impendere uideretur:perſpexit unam tantum ſpem in Ptolomei liberalitate ſi/
tam eſſe.In ægyptum mari profectus ab eo precibus impetrauit:ut ad diſſolutionem
debitorum & ad componendas ciuium diſcordias grandi pecunia leuaretur.Soluit igi/
tur ex Methona ſupra Maleã.Sed cũ uẽtus atq; æſtus ex pelago uehemẽs deſcẽderet:
cedente gubernatore præteruectus Vexadriam attigit:quæ hoſtium ditionis erat.ab
Antigono enim tenebatur præſidiumq; ibi regis locatum erat. Id præueniens dimiſſa
naui uno tantum amico Abantha comitatus q̃longe a mari abiit:& cum iam adueſpe
raſceret: declinantes ĩ dẽſiſſimam ſiluam ibi per noctem ægre fuerunt.Paulopoſt præ
ſes regii præſidii reuerſus atq; Aratum requirens ab miniſtris eius deceptus eſt:dicenti
bus illum ſtatim ſe fuga in Euboiã contuliſſe . Igitur nauim & quæ in ea uehebán/
tur:cum hoſtilia decreuiſſet:retinuit.Poſt multis diebus Arato in magnis difficultati/
bus conſtituto fœlicitas quædam diuinitus oblata eſt:Romana enim nauis ad eum lo
cum appulſa eſt:quo interdum ſpeculatum mittebat:& ubi ĩterdum ipſe latitans mo
ram trahere ſolitus erat.Naui igitur in Syriam delata cõſcendens cum Nauarcho ægit
ut in Cariam ſe exponeret:Itaq; expoſitus eſt:cum in ea nauigationee haud minora q̃
ante pericula occurriſſẽt.Ex Caria autem longo tempore ĩ ægyptum traiiciens inde ad
regem ſe contulit quo familiariter utebatur:quẽq; ſignis & tabulis ex græcia ſibi deuĩ/
xerat.Nam cum eiuſmodi rebus Aratus haud uulgarem ſenſum haberet:quotidie ali
quod ſummorum artificum imprimiſq; Pamphili & Melanti opus ſtudioſe conqui/
rens ad regem mittebat.Adeo enim Sicyone gloria litteris & pingendi artificio ĩſignis
erat:ut quæ ſola ĩcorruptum ſuum decus & ſpeciem obtineret.Ex quo Apelles ille ma
gna iam parta admiratione eo ſe contuliſſe dicitur: Talentoq; pactus apud eos uiros eſ
ſe uerſatus:illuſtrandi potius nominis gratia q̃ adipiſcendæ artis.Itaq; Aratus alias ty
rannorum imagines ſtatim libera ciuitate ſuſtulit.De Ariſtrati uero imagine: qui Phi
lippi ætate floruerat:tollenda diu deliberauit.Fuit enim Melanthi diſcipulorum opus
Ariſtratus in curru uictor:quam etiam picturam attigiſſe Appellem Polemon Perie/
getanus eſt auctor.Erat opus nobile atq; admirandum:proinde angebat Aratum tãti
artificii ĩteritus:ſed communi odio:quo ĩ tyrãnos flagrabat:deleri ſimulacrum iuſſit.
Tradũt præterea Neaclam pictorem collachrymaſſe:& Arato pro ſalute operis ſe ſup/
plicem præbuiſſe:atq; ubi impetrare non potuit dixiſſe:Bellum cum tyrannis non cũ
tyrannorum imaginibus eſſe gerẽdũ.Currum igitur ac uictoriam miſſã faciamus: Ip/
ſum uero Ariſtratum ego tabula excellentem delebo. Permittente igitur Arato Nea/
clas Ariſtratum deleuit:locumq; uacuum minio tinxit:aliud autem nihil immutare
auſus eſt.Deleti pedes ĩtra currum latere dicuntur.Ex huiuſmodi igitur rebus Aratus
ante regi carus erat:& tunc præſens uſu atq; experientia cognitus magis etiam in eius
amicitiam inſinuauit.Ab eodem etiam centum & quinquaginta talentis ad componẽ
dum ſtatum ciuitatis donatus eſt. Quorum quadraginta ſtatim ſecum aſportatis ĩ
Pelopõneſum delatus eſt:Reliqua diuiſa impoſterum certis quibuſdam portionibus
miſit.Fuit igitur magnum tantam pecuniæ uim ciuibus parare:cuius parua parte alii
imperatores ac principes ciuitatum accepta a regibus:ſuas illis patrias turpiter ſeruire
coegerunt.Maius etiam q; ex iis pecuniis ſublatis ſimultatibus inter pauperes & locu/
pletes reconciliata pax eſt:Populo uero uniuerſo ſalus cum ſecuritate parta.Admirabi
lis profecto illius in tantis opibus tantiſq; honoribus modeſtia fuit. Creatus enim ar/
biter ad exulum res conſtituendas ſumma ſibi rerum omnium poteſtate permiſſa:ſo/
lus quidem haud obire eum magiſtratum uoluit:ſed ex ciuibus quindecim ſibi colle/
gas delegit:cũ quibus una magno labore ac ſolicitudinibus pace ciues amicitiaq; cõ/
iunxit.pro quibus non modo ei publice a ciuitate meriti honores decreti ſunt:ſed etiã
ab exulibus priuatim ærea ſtatua conſtituta:huiuſmodi carmen inciſum : Conſilia &
uires pro grais hauſtaq; bella Herculis & ſumma celebrantur laude columnæ . At tibi

nos Arate pro libertate recepta Erigimus ſtatuam uirtutis iuſticiæq; .Namq; olim patriam diuinis legibus ornans Sublimem cælo potuiſti æquare ſuperno .His rebus geſtis Aratus ciuilem inuidam gratia in ſe ciuium & beniuolentia ſuperauit .Antigonus Arati ſucceſſu æger: cupiens illum aut omnino ad amicitiam traducere: aut iniecta calumnia a Ptolemeo diſtrahere:cum alia benignitate hominem recuſantem ſibi deuincere aggreſſus eſt:tum etiam Corinthi diis immortalibus operatus:uictimarum partē Arato Sicyoniam miſit:& in cœna multis audientibus conuiuis in medium locutus: Sicyonis hic inquit aduleſcens īmitis & inhumanus eſt:ſed ingenio liberali ac ciuium ſtudioſus:mihi quidem morum regum & inſtitutorum optimus iudex uidetur. Qui cum ſpem ſuam alio intendiſſet:nos antea contemnebat. Aegyptiorum opes admirabatur. Elephantos Claſſes aulas auditu accipiens:nunc ubi eas res agnouit ſcæna tantum eſſe & tragœdia dignas:omnino ad nos animo ſe conuertit. Accipio igitur & ipſe aduleſcentem:& ad omnia eius opera uti conſtituo:& a uobis in amicis habendum cē ſeo. Ex his ſermonibus calumniæ materiem nacti obtrectatores & inuidi certatim Aratum apud Ptolemeum per litteras accuſabant. Quibus adeo permotus eſt rex:ut ī græciam etiam quæſtum mitteret . Sic igitur amicitiæ regum & tyrannorum feruentes ac repentinæ ſunt:& ardore quodam amoris ſubito incenduntur: ſed labefactari expugnariq; facile poſſunt: & ueluti uentis inuidiæ atq; calumniæ flatibus aſſidue agitantur. Aratus autem ab Achæis primum bello gerēdo præpoſitus imperator Locridem e regiōe appoſitam ac Calidoniam depopulatus eſt: Boetiis ſubſidio profectus cum decem milibus militum occaſione rei gerendæ excidit: cum ab iis in Cheronia ante cum ætolis male atq; infœliciter pugnatum eſſet: Ab Eocreto Boetiorum duce ac mille hominum cum eo cæſis. Anno autem ab eo prælio rurſus imperator delectus:rem illam præclaram atq; arduam eſt aggreſſus:nō Sicyoniorum nec Achæorum ſtudio ſed communi ſibi uniuerſæ græciæ imperio ac libertate propoſita: Macedonū præſidia ex acrocorintho depellere. Chares quidem Athenienſis cum aduerſus regis duces ſecūdo prælio uſus eſſet:ſcripſit Atheniēſium populo:ſe Marathoniæ pugnæ ſororem deuiciſſe. Hanc autem pugnam haud inepte agat ſi quis Pelopidæ Thebani ac Traſibuli Atheniēſis Tyrannorum cædis ſororem appellet:niſi hoc intereſt:q; nō cum græcis:ſed cū extero hoſte & peregrino dimicatum ſit. Iſthinus enim duo maria diuidens noſtram cum illo loco terram coniungit & continet : Acrocorinthus uero mons eſt eximiæ altitudinis:qui ex media Iſthino naſcitur:& cum cuſtodiam nactus fuerit:obſtat: terrāq; illam omnem:quæ intra Iſthinum continetur:commertio aditu militia mercatura terra mariq; excludit:& dominium unum ōnium cōſtituit:qui loco potiatur. Quare nō per iocum Philippus iunior ſed uere ac ſerio Corinthiorum urbē compedes ubiq; græciæ appellaſſe uidetur. Eo igitur de loco accolis in medio certamen erat: Quippe quem ſumma ui omnes præcipueq; reges & tyranni capere niterentur: Antigoni quoq; in eo ſtudium ſic cupiditate exarſit:ut omni genere furiarum agitaretur:ſuſpenſus in id ſu as curas omnes ſolicitudineſq; intenderet:ut obtinētibus dolo eriperet:quoniam manifeſti conatus nulla oſtendebatur ſpes. Extincto enim Alexandro ſub cuius ditione locus erat:Nitia eius uxore rerum potita Acrocorinthum præſidio obtinente: ſtatim ſubmiſſo filio ad non gratum miniſterium: aduleſcētem uetulam mulierem cōuentum:blandas ſpes regii connubii & uitæ ſocietatis afferens ipſam cæpit: uelut quadā illecebra ad eam pelliciendam filio uſus:ſed cum locum ſibi haud permitteret:ſed enixius aſſeruaret:diſſimulans curæ ſibi eam rem eſſe Corinthi nuptias celebrat:magno apparatu ſpectaculum præbet:diurnas potationes inducit:& ut maxime fieri poteſt: ad omnem iocum ac remiſſionem uoluptate & lætitia animum relaxat. Vbi tēpus aduenit:& amoebeum carmen cantari in theatro cœptum: Nitiam ī lectica regio luxu ornatam ad ſpectaculum miſit:præſenti honore lætam:ſed futuri longe ignaram. Cum ad locum uentum eſſet:unde uia diuertens ſuperne ferebat:eam præcedere in theatrū

iubet. Ipſe amoebeum ſimul & nuptias miſſas facit: & ſupra ætatem animos ac ſpiritus infractos gerens: ad Acrocorinthum ſucceſſit: ac clauſam portam reperiens bacillo percuſſit: reſerari iubens. Qui intus erant aſpectu eius obſtupentes patefaciunt portam. Sic potitus munitione haud ſeipſum continuit: ſed præ gaudio in ipſis angyportis exultans pocula popoſcit. Tum in foro uir prouecta iam ætate & tantas rerum mutatiões expertus: inter tibicinas circunfuſus coronis madidus ac laſciuiens uoluptatus eſt: obuiam uenientes ſalutans ac dextera blande excipiens: ut facile appareret exultãs gaudium & lineam rationis excedens: magis q̃ dolor ac metus animos perturbare & de ſua ſede dimouere. Itaq; Antigonus Acrocorintho in ditionem ſuam redacto: ut ſuperius dictum eſt: una cum aliis quibus maxime confidebat: præſidio firmauit: eiq; Perſeum philoſophũ præfecit. Aratus etiam Alexãdro ſuperſtiti hoc animo uolutare cœpit: ſed cum Achæis cum Alexandro ſocietas eſſet: ab ĩcepto deſtitit. Tunc autem oblata rurſus occaſiõe huiuſmodi rem conficere aggreſſus eſt: forte tum Chorĩthi bis gemini fratres fuerunt genere Syrii: quorum unus Diocles nomine ĩ arce ſtipẽdia merebat: Reliqui tres regio auro furtim ſurrepto: Sicyonem ed Aegiam quendam argẽtarium adierũt: quo Aratus ob eius artificium plurimum utebatur: ac auri parte diſpoſita: ſtatim reliquum unus illorum Erginum poſt rediens: inito pacto apud eum depoſuit. Ex hoc factus Aegiæ familiaris & ab eo de arcis cuſtodia ĩ ſermonem adductus inquit: ſe cum per rupes exeſi montis ad fratrem aſcendiſſet: deſpexiſſe uiam tranſuerſam: qua humilior muri altitudo erat. Tum comiter Aegias ita ne inquit uir optime ob exiguum adeo aurum ſtatũ regis labefactatis: cum poſſitis unam horam grandi pecunia uænundare? Nonne furibus æque ac proditoribus deprehenſis propoſita mors eſt? His Arginus arridens conuenit cum eo: ſe communicato conſilio Dioclem tentaturum. Nam alios fratres non ſatis ſe fidos putare. Paucis poſt diebus rediens depactus Aratum ſe ad murum ſtaturum: qua murus haud altus quindecim pedibus extabat: & ad alia conficienda cum fratre auxilio ſe fore ſuſcepit. Aratus ſexaginta talentis cum illis decidit: ſi res ex ſententia ſucceſſiſſet: Sin ſpe potiundi excidiſſet: incolumis tamẽ cum illis euaderet domum: ac talentum utriq; pollicitus eſt. Sed cum ſexaginta talẽta apud Aegiam deponenda eſſent: nec Aratus per ſe eam pecuniam conficere poſſet: nec mutuando rẽ uulgari uellet: acceptis ex uxoris auro plurimis aureis ſcyphis: eos Aegiæ depacti argenti nomine tradidit. Atq; hic uir adeo enim animo elato fuit: tãtũq; amorẽ rerum præclariſſimarum inſitum a natura habuit: cũ ſciret Photionem & Epaminundam deſpiciendis pecuniis repudiandiſq; muneribus longe græcis omnibus iuſtitia & integritate præſtare exiſtimatos eſſe: Ipſe in eiuſmodi res patrimonium ſuum effundere uoluerit: ĩ quibus proprium periculum ſalus omnium & illorum quidem imprudentium ageretur. Quis igitur hunc talem uirum non ſumme admiretur: hodieq; illius animi magnitudinem omni ſtudio ac beniuolentia complectatur: qui tam magnis pecuniis periculum ſibi tantum emendum putarit: & quæ precioſiſſima diuitiarum omnium dicuntur: depoſuerit: ut noctu in medios hoſtes perductus de uita dimicaret: nec ab iis aliud ullũ pignus acceperit præterq̃ ſpem præclari facĩoris? Rẽ uero ipſam per ſe difficilem ac periculoſã error quidã: qui ſtatim ab initio ex inſcitia incidit: multo difficiliorem & periculoſiorem effecit. Technon enim Arati famulus miſſus eſt una cum Diocle ad murum cognoſcendum. Is Dioclem tum primum uiderat: ratus tamen ex iis ſignis: quæ ab Ergino edoctus erat: hominis ſe formam & figuram tenere: audierat ſubcriſpo eſſe capillo colore fuſco atq; imberbem. Profectus igitur quo inter eos conuenerat Erginum cum Diocle uenturum ãte urbem ad locum: cui aui nomen erat: opperiebatur. Interim Ergini & Dioclis frater Dionyſius haud conſcius nec particeps illius conſilii Diocli autẽ forma ſimilis primus ad locũ forte proceſſit. At Technon ſigna ſibi data repetens formæ ſimilitudine deceptus: hominem percontatus eſt: ſiqua ſibi cum Ergino neceſſitudo foret. Cũ reſpõdiſſet fratrem ſe eius eſſe õnino

adductus eſt: ut crederet ſe Dioclem alloqui: nec nomen rogauit: nec ſignum aliud expectauit: ſed dextera apprehendens de omnibus quæ cum Ergino inita & conſtituta ſunt: cum illo ſermonem inſtituit: & eum percontatur. hic eius errorem aſtute excipiens ad omnia reſponſionem accommodat. Tum ad urbem gradum flectens continuato ſermone illum nihil ſuſpicantem ſecum trahebat. Cum iam appropinquaſſēt & prope Technoni manus ut caperet iniecturus eſſet: fortuito quodam caſu Erginus reuertens illis ſe obuiam tulit: perſentiens dolum ac periculum: Technonem ut fuga euaderet: nutu admonuit. Sic curſu elapſi ambo ſe ad Aratum receperunt. Nec tamē illi re cognita ſpes nec animi conciderunt: ſed ſtatim Erginum Dionyſio auro ferentē miſit: & ut rem clauſam haberet obſecrantem. Ille negocium tranſegit & Dionyſium agens ad Aratum remigrauit: quem ſtatim ut uenit: haud amplius dimiſerūt: ſed uīc tum ī cuſtodiam dederunt. Ipſi deinde ad rem adoriendam ſe comparant. Paratis uero omnibus reliquiſq; copiis in armis excubare iuſſis: ipſe cum quadringentis delectis ad portas ſecundum Iunonis phanum conſiſtit: adulto tum inſtante uere: luna menſtruo circuitu cōfecto pleno orbe lucebat: & nox pura ac luminoſa erat: ut arma appoſita ad lunam effulgentia: ne palam cuſtodibus fierent: terrorem iniicerent. Iam primis urbis proxima loca tenentibus nebulæ a mari exurgentes urbem ipſam & uicinam regionem late caligine & tenebris occuparunt. Hic cæteri cōſidentes calceos exuunt: ne ſtrepitus euntibus fieret: & firmius nudis pedibus ī ſcalis conſiſterent. Erginus autem acceptis ſeptem expeditis aduleſcentibus ueluti dux uiam ingreſſus occulte ad urbem irrumpit: qui pro portis in ſtatione erāt obtruncatis: ſcalæ eodem tempore ad murum illatæ: Aratus continuo cum centum militibus conſcendit: reliquis quanta anniti maxima poſſunt celeritate conſequi iuſſis. Inde auulſis ſcalis per ciuitatem centum ad oppugnandum arcem diſcurrunt: Læti clandeſtino ingreſſu ueluti iam explorata uictoria: cuſtodiam etiam quattuor hominum cominus prælato lumine uenientem latuerunt. Adhuc enim in opaco lunæ caligantis erant: illos uero e regione conſpiciunt. Igitur illis inſidias collocant: quorum tres intra inſidias prolapſi interficiūtur. Quartus enſe ſaucius in capite fuga ſuperfuit: clamitans hoſtem intra mœnia eſſe: nec ita multo poſt ſignis canentibus ciuitas ad arma conſurgit. Vicos omnis concurrentium multitudo compleuerat: facies mulīæ partim deorſum partim deſuper ab ipſa arce incēſæ locum illuſtrabant: cōfuſus ab omni parte clamor audiebatur. Interim Aratus per cliuum montis aſcendere nitebatur: cunctanter ab initio ac magno cum labore: cum non qua oportuit tenuiſſet ſed ignarus e uia deerraſſet: impedientibus eam atq; ōnino obſcurantibus tenebris. Obſtabat etiam loci aſperitas in quam eos error adduxerat: hortante tamen omnes atq; excitante Arato ad murum capiendum. Deinde mirabile dictu eſt: ut luna perruptis nubibus excipiens illuſtrata difficillima uiæ parte adiuuerit: quoad ad conſtitutum locum ſubierunt. Ibi rurſus denſatis nubibus in umbra eos abdidit: occultauitq;. Atqui extra portā ad phanū Iunonis relicti erant Arati tricenti milites: ut plenam uario tumultu ac luminibus urbem irruperunt: cum nequirēt uiā qua proficiſcerētur reperire: nec illorum ueſtigia aſſequi: facto globo quodam in loco cliui opaco conſtitere: quoad oppugnantibus arcem qui cum Arato erant: ſagittis deſuper & telis crebro in eos cadentibus militaris clamor e prælio deorſum perlatus: & ex concauitate littorum pulſa imago reſultans incertos animos eorum & ſuſpenſos tenebat: unde eius initium clamoris eſſet. Hærentibus uero illis ambigentibuſq; in quam partem ferre arma oporteret: Archelaus qui regio exercitui dux præpoſitus erat: cum magna armatorum manu cum clangore tubarum & ſtrepitu per cliuū ſubiens in Arati milites ſtudio incenſus ferebatur: in trecentos incidit: qui ueluti ex inſidiis inſurgentes facto in Archelaum impetu primos: ut quiſq; ſe obuiam tulit: īterimunt: reliquos cum metu perterriti ſe in fugam dediſſent: perſecuti quoad diſſipato agmine per urbē uagi palanteſq; diffugerent. Vixdum parta uictoria reuertentibus: Erginus ex pugna

aderat nuntians Aratum cum hoſte manus conſeruiſſe:eoq; acriter repugnante ſub ip
ſam arcem ingens certamen eſſe:ac celeri ſubſidio eſſe opus. Illi ſe ſtatim eo duci iuben
tes profectiq; propius:& ipſi ſublato clamore ſignum dant ſe adeſſe:ſuoſq; adhortā
tur:& luna pleno lumine oſtendebat arma quæ & longitudine agminis per anguſtias
incedentis plura ac formidabiliora hoſtibus apparebant:& ſonoritas noctis clamorē
fauentium geminabat:& plurium multo q̄ erant ſpeciem dabat. Ad poſtremum iūc
tis uiribus propellunt hoſtes:& ipſi ſuperiori loco occupato illuceſcēte iam die arcem
tenebant. Solq; ſtatim manantibus radiis ſubſecutus eſt opus:& reliquæ e Sicyone co
piæ Arato ſubſidio aderant:excipientibus per portas pro parte Corinthiis & ad com
prehendendam regiam cuſtodiam inſurgentibus. Cum autem iam in tuto conſtitutis
omnibus(ut uidebatur)ab arce in theatrum deſcendiſſet:infinita eo multitudo eius ui
dendi audiendiq; uerba:quæ ad Corinthios habiturus erat:cupiditate plenis uiis un
diq; cōfluebat. Diſpoſitis autem ad ipſos introitus utrinq; Achæis:ipſe a tabernaculo
armatus ore ac uultu ex labore ac uigiliis īmutato in medium prodiit:ut languor cor
poris animi uoluptatem ac lætitiam obſcuraret. Effuſis autem primo aduentu ad gra
tulationem cunctis hominibus:accepta in dexterā manum haſta:eaq; inflexo parūq;
genu & inclinato corpore annixus multum temporis ſilentio eorum plauſus & clamo
res excepit:cum uirtutem eius extollerēt:fortunamq; admirarētur. Vbi uero deſierūt
facto paſſim ſilentio Achæorum res geſtas apta oratione percurrit:& Corinthios ut
ī Achæorum corpus concederent adhortatus eſt. Deinde portarum claues quæ poſt
philippica tempora alienæ ditionis fuerant:tum primum Corinthiis reddidit. Ex An
tigoni militibus dimiſſo Archelao qui in eius manus captiuus īciderat: Theophraſtū
q; abire iuſſus non paruiſſet interemit. Perſeus dum caperetur arx egreſſus in Cnechre
as confugit. Qui poſteriori tēpore cū uerſaretur in ocio:dicente quodam illum ſolū ſa
pientem ſibi ducem uideri:per immortales deos dixiſſe dicitur:iſtuc quidem ex omni
bus Zenonis inſtitutis maxime quondam mihi cordi fuit. Nunc autem a Sicyonio ad
uleſcente admonitus ſentētiam muto. Hæc igitur de Perſeo plurimorum hiſtoriis pro
dita ſunt. Aratus ſtatim Hereo & Lecheo in ditionem redacto:& quinq; & uiginti re
giis nauibus:equis quingentis potitus eſt:ſyrios quadringentos uænūdauit. Acrocorī
thum Achæorum cuſtodiæ cōmiſſum eſt quadringentis militibus canibus quinquagī
ta totidemq; canum magiſtris in arce alendis. Romani igitur Philopomenem admira
rari ſoliti ſūt:eumq; græcorum ultimum appellare:q; poſt eum magnus uir nemo ex
titerit. Ego uero ex græcorum rebus geſtis hanc ultimam hanc nouiſſimam geſtam eſ
ſe dixerim. Hoc enim audacia hoc uiribus hoc fortuna optima ab eis adminiſtratum:
quod declararunt ea quæ continuo poſtea conſecuta ſunt. Nam Megarenſes ab Anti
gono deſcierūt:& in Arati fidem & amicitiam ſe dederunt. Troezenii quoq; cum Aepi
dauriis in Achæos recepti. Deinde cum educere copias ſtatuiſſet in atticæ fines:primā ī
curſionem fecit:Salaminemq; populabundus tranſiens prædam abduxit: ac uelut ex
carcere ac uinculis emiſſa Achæorum potentia:quācūq; ad rem ſibi uiſum eſſet uti ba
tur. Athenienſibus tamen liberos captiuos gratis remiſit:ad defectionē ipſis initia ſug
gerens. Ptolomeum Achæis ſocietate amicitiaq; coniunxit:belli gerendi auctoritate illi
īperioq; terra mariq; permiſſo. Sic uero inter Achæos opibus & gratia ualuit:ut ſi mi
nus intra annum fieri licebat:elapſo anno imperator deligeretur auſpicioq; ſuo ac ſen
tentia omnia gereret. Etenim intuebantur illum non diuitias nō gloriam nō regis ami
citiam non patriæ ſuæ utilitatem non aliud præterea quippiam Achæorum amplitudi
ni anteferre. Exiſtimabat enim tenui per ſe potentia ciuitatibus ſocietatem & amicitiā
quaſi quodam uinculo communi utilitate firmatam ſaluti præſidioq; eſſe: ac ueluti
corporis partes ob eam: quam inuicem habent conuenientiam: uiuunt atq; ſpiritum
ducunt:ſeparatæ uero ac ſeiunctæ langueſcunt:& corrumpuntur:ſic ciuitates e medio
communione ſublata funditus īterire:conſeruari uero a ſe inuicē augeriq;:cū alterius

alicuius magni corporis partes fiant: & communi conſenſu adminiſtrentur. Liberis uero finitimis & arbitrio ſuo uiuentibus indignum eſſe ducens Argiuos tãtum ſeruire: Ariſtomachum eorum tyrannum inſidiis delere conſtituit: cupiens depulſo ſeruitutis iugo eam ciuitatem Achæis adiungere. Igitur qui ad tãtum facinus gerendum animo parati eſſẽt inuenti ſunt: quibus Aeſchilus & Charimenes uates præfuerunt. Enſes autem illis deerant: ꝙ magnæ a tyranno habentibus pœnæ propoſitæ eſſent. Aratus comparatis Corinthi paruis pugionibus & in capſas incluſis eas iumentis uiles quaſdam & neglectas merces uehentibus impoſuit: atq; ita Argos mittendos curauit. Communicata autem cum homine quodam re a Charimene uate: Aeſchilus & ſocii īdigne ferẽtes repudiato Charimene negocium in ſe ſuſcipiunt. Quod ille cum pſenſiſſet: ita īcẽſus inſidias indicauit: cum ii iam prope tyrannum appeterent: quorum plurimi occupatã fuga e foro abeuntes in Corinthum ſe receperunt. Sed breui tempore interpoſito Ariſtomachus a ſeruis occiditur: quo mortuo Ariſtippus tyrãnus ſuperiore multo crudelior & contumelioſior tyrannidẽ inuadit. Accepta igitur Aratus omni Achæorum iuuentute: quæ pro tempore aderat ad urbem ſubſidio aduolat: ratus ſeſe Argiuorum ad recuperandam libertatem erepta ſtudia offenſurum. Torpentibus uero illis & conſuetudine ſeruitutem ferentibus: nec ulla ad ſe deficiente exercitum inde re infecta reduxit: Achæis tamen in culpam ac crimen adductis: ꝙ in pace bellum ītuliſſent: eaq; de re apud Mantinenſes ī iudicium accerſitis: Arato abſente accuſante Ariſtippo trigīta minarum iniuriæ æſtimatæ ſunt. Ex hoc Ariſtippus Arati odio ac metu exagitatus ei adiutore Antigono rege inſidiatus eſt: diſpoſitis ubiq; homĩbus ſibi negocium faceſſentibus & occaſionem temporis expectantibus. Sed uera ac inſtabilis ciuium beniuolentia optima prĩcipis cuſtodia eſt. Cum enim ita multitudo ac potentes aſſueti ſunt: ut non ducem ſed duci timeant: multis ad uidendum oculis: multis ad audiẽdum auribus utitur: facta omnia & conſilia percipit. Itaq; quoniam tempus admonet: ſtatui hoc loco parumper conſiſtere: & Ariſtippi mores & uitæ inſtituta percurrere: quam ſibi ſuſpecta & infida tyrannis & fœlicis ac celebris regni amplitudo præſcripſit. Ille. n. cum Antigonum haberet ſocietate coniunctum: multos ad cuſtodiam ſui corporis aleret: inimicus nemo in ciuitate reſideret: ſtipatores tamen & cuſtodes extra in ueſtibulo excubare iubebat: famulis autem cum cœnaret excluſis conclauim ſtatim occludebat. Ipſe cum amata in paruum quoddam cubiculum ſuperius aſcendens cataracta deīde obiecta ac lecto ſuperimpoſito: ſomnum capiebat: qualẽ æquum eſt capere hominẽ: qui ita turbulentam uitam & ſolicitam uiueret. Scalas uero amice mater ſubtrahens & aliud cubiculum claudens mane reponebat: & tyrannum illum mirificum deuocabat: ueluti exſpelũca inſtar raptilium emergentem. Hic nõ ui & armis ſed humili ueſte & chlamydula amictus lege ac uirtute frætus magnum atq; īuictum imperium parauit: unuſq; poſt hominum memoriam natus communis tyrannorum hoſtis propagauit genus: quod præclariſſimum ĩter græcos uſq; ad noſtram manauit ætatem. Ex his uero qui arces occupant ſatellites alunt armis portis cataractiſq; turandi corporis gratia muniuntur: pauci uiolẽtam mortem ueluti lepores effugerunt: domus uero aut genus aut ſepulchrum nullius relictum ẽ celebrem memoriam ad poſteros habiturum. Aratus igitur cum ſæpius tentaſſet & aperto & clãdeſtino apparatu Ariſtippum opprimere atq; argos capere ſpe decidit ſemel etiam actis ſcalis cum paucis ex inſperato murũ cæpit: peremptiſq; cuſtodibus qui eo ſubſidio uenerant: continuo dies illuxit: & cum a tyranno undiq; premeretur: Argiui æque ac ſi non eorum libertas ea dimicatione ageretur: ſed ueluti Nemeis inſtantibus certaminibus ſedentes quieti magno cum ſilentio æquos & iuſtos eius pugnæ ſpectatores ſe præbuerunt. At Aratus cum acriter in hoſtem pugnaret: haſta manu emiſſa in inguine uulnus accepit: Tenuit tamen locũ a ſe captum: nec inde cum aſſidue oppugnaretur ab hoſtibus uſq; ad noctem deiici ulla ui potuit: Quod ſi etiam ad laborem paulum noctis acceſſiſſet: haud unquam profecto

uanus eius diei conatus fuisset. Iam enim tyrannus præmissa magna suarum fortuna
rum parte migrare ex urbe parabat: quod nemine Arato nuntiante: cum premeretur
penuria aquarum: corpusq; ægrum uulnere traheret: milites retro abduxit: hac uero
desperata uia in apertum certamen prodiit: adductoq; in fines Achæorum exercitu po
pulationibus agrum uastauit: & ad Charetem fluuium acri prælio cum Aristippo cō
misso crimen subiit destituta pugna partam uictoriam e manibus amisisse. Nam cū
reliquus iam exercitus manifeste hostem propulisset: uictorq; magnum spatium per
secutus esset: ipse non tam coactus ab aduersariis q̄ uirtuti suæ fortunæq; diffisus fu
ga se in castra recepit. Cum uero reuersi ex percussione cæteri ei succensèrent: q; uersis
in fugam hostibus pluribusq; eorum q̄ ex suis cæsis: commisissèt tamen ut uicti de se
trophæum statuerent: uerecundia ductus de trophæo rursus dimicare constituit: atq;
uno interposito die instructas copias in aciem eduxit. Cum autem sensisset auctum es
se tyranni exercitum: animosq; militum ad pugnam audaciamq; creuisse: haud ausus
manus conserere: sed receptis fœdere cadaueribus: cum exercitu abiit: gratia tamē & be
niuolentia ciuium conciliata administrandaq; prudenter rep. eam maculam delere cō
tendens Cleonas Achæis adiunxit: ac Nemeum certamen q; patrium foret: & ad Achæ
os magis spectaret: in Cleonis celebrauit: celebrarunt etiam Argiui: quo tempore licen
tia & securitas antea permissa pugilibus primum cōfusa est ab Achæis omnibus: qui
ex eo certamine reuertentes per suum agrum iter facerent: ut hostibus ibi captis ac ue
nundatis adeo uehemens eum atq; implacabile tyrannorum odiū cæperat. Breui post
tempore cum accepisset Aristippum ad Cleonas insidiis capiēdas animo spectare: sed
metu ipsius qui tum Corinthi moram trahebat deterreri: per edictum coacto exercitu
iussoq; plurium dierum cibaria secum ferre: descendit in Cenchream: ut opinione ab
sentis per dolum ad inuadendas Cleonas Aristippum euocaret: qua in re eum non fe
fellit spes. Statim enim ex Argis cum exercitu affuit. Aratus iam instantibus tenebris
ex Cenchreis in Corinthum reuersus est: clausisq; omnibus custodia uiis Achæorum
agmen ægit: qui adeo composite adeo prompte adeo celeriter consecuti sunt: ut non
modo imprudentibus hostibus iter facerent: sed etiam durante adhuc nocte Cleonas
accederēt: & ad pugnam instruerentur. Prima autem luce apertis portis: signoq; tuba
dato cursu & clamore hostem adortus continuo in fugam cōuertit: & cum multos exi
tus locus haberet: ad eam partem se contulit: quo Aristippum iturum suspicabat. Fa
cta autem usq; Micenas persecutione tyrannus a quodam cretensi Tragesto nomine
(ut Dineas tradit) īterceptus in fuga occiditur. Ex aliis uero supra mille & quingentos
desiderati sunt. Aratus tam fœlici parta uictoria: ac nullo suorum militum amisso: at
tamen neq; cæpit Argos neq; liberauit: Agia & iuniore Aristomacho cum regis exerci
tu irrumpentibus: ac imperii summam occupantibus. Conflatam uero superiori tem
pore calumniam sermonem cauillum dicacitatem assentatorum sustulit: qui tyrānos
ad gratiam efferentes aiebant Achæorum ducem domi tumultuare pugnā initurum:
& simulac tubicinem prodiit: somno ac uertigine opprimi. Instructis uero ordinibus
ac signo dato percontatus manipularios ac centuriones: nunquid præsentia sua opus
sit: se enim saucium telis esse: discedit longe exitum pugnæ expectaturus. Hæc iā adeo
inualuerant: ut etiam philosophi in scholis cum quærerent: perturbari animo & impē
dentibus periculis colorem mutare: ignauiæ ne an ītemperiei cuiusdam corporis & fri
giditatis esset: ubiq; Aratum nominarent: eumq; optimum ducem esse dicerent: & ta
men hæc sibi in certaminibus euenire. Sublato igitur Aristippo e medio Lysiadē Me
galopolitanum īsidiis appetiuit: qui tyrannide patriam occuparat. Ille cum homo nō
segnis animi neq; abiecti foret: neq; uelut plurimi tyrannorum īmodestia et cupidi
tate ad hanc prolapsus iniuriam: sed ab adulescentia īcensus amore nominis & gloriæ
& falsis quibusdam uanisq; sermonibus: qui de tyrannide: ut de re aliqua beata atq;
admirabili ferebant: imprudenter & temere elatus: atq; inde rerum potitus multis

ſtatim curis ac moleſtiis premebatur: ſuſpicione præterea ſuſpenſus animi incertuſq; erat & Arati inſidias formidabat. Itaq; mutata ſententia pulcherrimam & laudabiliſſimam uiam iniit: qua ſe primum odio cuſtodia ac ſatellitibus liberaret: & patriã ſibi ſuo beneficio deuinceret: Arato accerſito dominationem depoſuit: & in Achæos ciuitatem ẽttulit. Quo facto Achæi illum laudatum ornatumq; ĩperatorem legerunt: qui ſtatim cum Aratum gloria ſuperare niteretur: alias res quæ haud neceſſariæ uidebantur aggreſſus: Lacedæmoniis bellum indixit: quod ne fieret inſtans Aratus ĩuidia agere eſt uiſus. Cæterũ Lyſiades ſecundo imperator conſtitutus eſt: refragante Arato atq; ſtudente ut alteri imperium mandaretur. Ipſe enim ut dictum eſt per annum imperarat. Tertium igitur ſumma cum laude Achæis imperauit uiciſſim cum Arato quotannis cõmutato imperio. Patefactis autem inimicitiis cum Aratum apud Achæos ſæpius accuſaſſet: inuidia & offenſione omnium concidit. Etenim exiſtimatus eſt ficto & ſimulato ĩgenio aduerſus ueram ac ſyncæram uirtutem certare. Et quemadmodũ ſcribit Eſopus: Tenuiores aues cuculo cur ſe fugerent percontanti reſpondiſſe: q; accipiter aliquando eſſet futurus: ſic Lyſiadi ex tyrannide ſuſpicio immutatæ uoluntatis confla ta eſt: quæ eius naturæ permultum detraheret. At Arati nomen ætolicæ res maxime illuſtrarunt: Quo tempore inſurgentibus ad illos cõprimẽdos Achæis & ĩ finibus agri Megarenſis dimicare properantibus. Ad hæc Agidi Lacedæmoniorum regi una ad præ lium exeunti ſe opponens: maledicta ſales cauilla contumelias in eius mollitiem igna uiamq; coniectas ſædato animo tulit: nec unquam turpitudinis ſpecie utilia ac ſaluta ria conſilia abiecit: ſed ceſſit hoſtibus Geraniam tranſcendentibus & abſq; prælio ĩ Pelopõneſum aditum præbuit. Cum autem irrupiſſent & improuiſo impetu Pellenã cæpiſſent: non idem ſibi conſilium fuit. Non enim ultra cunctando tempus triuit: nec expectauit quoad hoſtium uires in unum undiq; cogerentur: ſed ſtatim præſentibus copiis hoſtem adortus deſtituto ordine petulanter in ipſa uictoria exultãtem facile fudit. Nam ſimulac urbem ingreſſi ſunt: milites effuſi ad prædam & in ipſis ædibus diſſipati alter alterum impellentes de bonis fortuniſq; ciuium inter ſe certabant. Duces uero & centuriones circumeuntes Pelleneorum coniuges & filias diripiebant: & exuentes galeas illarum capitibus imponebant: ne quis alter cognitas abduceret: ſed ex ipſis galeis cui quæq; ceſſiſſet domino appareret. Sic autem affectis illis & huiuſmodi operi intentis continuo Aratus adeſſe nuntiatur. Exorto autem tumultu & conſternatione priuſq̃ omnibus auditum eſſet periculum: primi in ipſis portis ac ſuburbiis: ut æquũ eſt in tanta perturbatione rerum fieri: Achæis incurrentes uicti ſeſe in fugam dederãt: quibus effuſe fugientibus qui ſubſidio ueniebant in dubitationem quid agendũ eſſet adducebantur. In ea trepidatione una ex captiuarum numero Epigethi cuiuſdam clari hominis filia eximia forma & pulchritudine mulier in Dianæ ſacello forte cõſederat: ubi Epilectaches captam ſibi optatam locarat: galeaq; criſtis inſigni ornarat. Hæc repente ad tumultum exiliens ut ad portas ſacelli conſtitit: ac deſuper pugnantes deſpexit: ornatu ipſo militari induta ciuibus quidem ſuis anguſtiori q̃ ex homine ſpectaculo fuit: hoſtibus uero diuinam aliquam ſpeciem ſe uidere opinãtibus terrorem formidinemq; iniecit: ut nemini animus ad repugnandum ſufficeret. Pellenei ipſi affirmãt deæ ſimulacrum per alia tempora intactum manſiſſe: & cum a ſacerdote motũ de loco afferretur: aſpectum ita perſtringere conſueſſe: ut a nullo cõtra aſpici poſſet: ſed ab eo oculos cuncti auerterent: nec hominibus modo uiſum horrori eſſet: ſed propĩquas quoq; arbores cum portabatur infœcundas redderet: & ĩmaturos fœtus excuteret: hoc tum ſacerdotem cum extra tuliſſet: & ad Aetolos conuertiſſet: ſic conſternaſſe omnes: ut ne mente quidem conſiſterent. Sed Aratus in cõmentariis ſuis huiuſmodi nihil ſcribit: ſed uerſis in fugam hoſtibus ſe una cum iis irrumpentem urbem palantes ægiſſe: ſeptingentoſq; ex illis eo prælio cecidiſſe: quod opus in maximis fama celebratum ẽ. Eam pugnam Timantes artificioſiſſime pictura imitatus ante oculos poſuit. Cæterũ

multis gentibus ac potẽtatibus contra Achæum nomen hoſtilitẽr inſurgentibus: Aratus cum ætolis ſtatim amicitiam iniit: ac Pantaleone frætus: qui plurimum inter ætolos auctoritate ualebat: duos populos non pace modo: ſed etiam ſocietate coniunxit. Sed cum ſtuderet in libertatem Athenienſes reſtituere: offenſionem ſibi & calũniam conflauit: & ab Achæis male audiuit q; fœdere ſibi cum Macedonibus: in quorum ditione Athenæ erant: inito ſtantibuſq; indutiis Pyræum capere aggreſſus eſſet. At hoc ipſe in cõmentariis inficiatus: quæ ſcripta reliquit: Erginum accuſat: cuius opera ad Acrocorinthi expugnationem eſt uſus. Illum enim priuato conſilio Pyræum inuaſiſſe: & cum fractis ſcalis fugiens premeretur ab hoſtibus: nominatim & continenter Aratũ ueluti præſentem compellaſſe: atq; ita deceptis hoſtibus euaſiſſe: haud tamen probabilis excuſatio uidetur eſſe. Nam Erginum priuatum hominem & Syrum nihil rationis eſt ad tam arduum facinus animum adieciſſe: niſi ducem habuiſſet Aratum: & ab eo data occaſione rei gerendæ etiam uiribus adiutus eſſet. Quod idem etiã ita eſſe oſtẽdit: quippe cum non ter ſed ſæpius conatus ſit Pyræum ĩ ditionem redigere: nec re male geſta deterritus eſt: ſed ſpe ad breue tempus fracta ſtatim reintegrauit audaciam. Semel etiam per thriaſium fugiens crus fregit: multotienſq; ĩciſione curatus eſt. Vectus etiam lectica diu militiam ægit. Mortuo Antigono & filio Demetrio regnum obtinẽte magis etiam animo Athenis liberandis incubuit: deſpectis omnino Macedonibus & pro nihlo habitis. Itaq; cum a Bithyo Demetrii duce ad Phylaciam prælio ſuperatus eſſet: ac uehemens rumor ĩcrebruiſſet: partim captum: partim mortuum Aratum eſſe: Diogenes qui Pyræum præſidio aſſeruabat: Corinthum epiſtolam ſcripſit: iubẽs urbe Achæos extrudi: quod iam Aratus interiiſſet. Aderat tum forte Corinthi Aratus cum litteræ eo perlatæ ſunt: ſic illuſi atq; irriſi Diogenis tabellarii diſceſſerunt. Ipſe quoq; rex nauem ex Macedonia miſit: qua ad ſe uinctus Aratus duceretur. Athenienſes uero Macedonum gratia ad omnem leuitatem aſſentationis conuerſi: accepto nuntio de Arati morte coronas ſũpſerunt: Ex quo iratus ille ſtatĩ copiis ĩ eos eductis uſq; ad Academiam infeſto exercitu peruaſit: ſed ſuaſionibus adductus maleficio & iniuriã temperauit. Athenienſes cognita eius uirtute ad ſanitatem reuerſi cum extĩcto Demetrio ad ſpem recuperendæ libertatis incumberent: illum aduocarunt: Qui &ſi altero tum Achæis ĩperãte diuturno morbo oppreſſus domi diſtineretur: lectica latus Athenienſium opportunitati occurrit: ac Diogeni præſidii præfecto perſuaſit: ut centum & quinquaginta acceptis talentis Pyræum Munichiam Salaminem Sunium Atheniẽſibus traderet. Viginti præterea talentis ipſe ciuitatem leuauit. Deĩde Aegmetani & Hermionei in Achæos ſtatim conceſſerunt. Ad hæc magna Archadiæ pars ſe illis adiunxit: ac Macedonibus per id temporis propinquo ac finitimo bello occupatis ætolorum ſocietate aucta Achæorum res magnum incrementum accepit. At Aratus memor ueteris promiſſi & uicina tyrannide Argiuorum anxius per internuntios Ariſtomacho perſuaſit: ut remp. in medium poneret: & Achæorum leges ac nomen acciperet & Lyſiadæ imitatione maximæ genti cum laude & honore imperare mallet: q̃ unius ciuitatis periculoſo atq; inuidioſo domino incubare. Permotus autem Ariſtomachus Arati monitis & ſuaſionibus quinquaginta talenta ad ſe mitti iuſſit: ut ſtipendia his qui ſub eo meruiſſent diſſolueret: eoſq; dimitteret: quæ dum cogerentur pecunie: Lyſiades nondum abſoluto imperio cupiens eius actionis ad ſe laudem tranſferre: apud Ariſtomachum Aratum accuſauit: hominem illum tyrannis infenſum ſemper atq; implacabilẽ eſſe: ſuadendoq; perfecit: ut re ſibi permiſſa in Achæorum ſocietatem ueniret. Igitur hic Achæorum principes qua beniuolentia & fide ĩ aratum eſſent maxime declararũt. Nam cum is ob iram contrariam ſententiam dixiſſet: Ariſtomachum reiecerunt: ubi uero placatus eius cauſam præſens agere cœpit: prompte ac celeriter in ſententiã euntes Argiuos Phliaſioſq; rep. donarunt. Sequenti etiam anno Ariſtomachus impator conſtitutus eſt: qui clarus apud Achæos & gratioſus ſtatuẽs ĩ fines laconicos ĩcurſionẽ

facere: Aratum Athenis exciuit. Ille ad eum reſcribẽs ab ea militia deterrere conatus ẽ: q; nollet cum Cleomene audaci homine & ſubitis ſucceſſibus aucto Achæos bello implicari. Cum autem is præſtaret omnino in ſentẽtia: nec ex ea dimoueri poſſet paruit: atq; una præſens militiam obiit. Cleomene ad pallãtium ipſis cum exercitu imminente: cum prohiberet Ariſtomachum prælio dimicare: a Lyſiade accuſatus cum illo in certamen de imperio diſceptationem q; uenit: & ſuffragiis victor duodecimo imperator creatus eſt: in quo imperio ad Lyceum pugna a Cleomene fuſus in fugam ſe dedit: errabunduſq; noctu uagat pro mortuo habitus: Iſq; rurſus de illo rumor apud græcos ĩualuit. Seruatus uero collectiſq; in unum militibus non fuit eo contentus: q; ſibi abiẽ ĩcolumi licuiſſet: ſed optime occaſione uſus: cum id nemo timeret: nec futurum ſuſpicaretur: repentino impetu Mantineos Cleomenis ſocios adortus eſt. Capta urbe præſidioq; firmata accolas ciues eorum conſtituit: & quæ victores nunquam obtinere potuiſſent: ea Achæis victis ſuperatiſq; parauit. Lacedæmoniis rurſus Megapolitanos bello laceſſentibus: deductis eo ſubſidiis: Cleomeni prouocanti obuiam ire neglexit: cogẽtibus etiam Megapolitanis reſtitit. Quippe qui neq; alias inchoandi prælii natura cupidus foret: & tum militum numero inferior cum homine aduleſcẽti & audaci ſibi iã ætate prouecto remiſſionibus animis ac minori ambitione certamen eſſet. Proinde ratus eſt: quam ille periclitando gloriam quæreret: partam iam ſibi cauendo & declinando conſeruandam eſſe. Itaq; leuis armaturæ militibus effuſius procurrentibus ſpartiataſq; uſq; ad caſtra impellentibus: & per tabernacula eorum uage diſperſis: haud quaquam Aratus properauit: ſed ualle in medio interiecta conſtitit: ac tranſitu ciues prohibuit. His Lyſiades permotus atq; Aratum uerbis increpans equites hortatus eſt: ut ſecum una inſequentibus ſe oſtenderent: nec exploratam hoſti victoriam proderent: nec ſeipſum pro patria dimicantem relinquerent. Conuerſis autem cum eo multis & fortibus uiris elatus animis dextrum hoſtium cornu inuaſit: Quo in fugam dato perſecutioni ira & cupiditate honoris inſiſtens in loca ſinuoſa & arboribus conſita delatus eſt. In his late foſſæ erant: quas Cleomenes inſidens hoſtem excepit. Hic Lyſiades in Partiæ conſpectu cum pulcherrimam pugnam depugnaſſet concidit. Reliqui ĩ Phalãgem fugientes turbatis militibus totum exercitum ea clade complerunt ex quo Aratus magnam ſibi conflauit ĩuidiam: q; Lyſiadis ſalutẽ negligere uiſus ſit: Sic ab Achæis coactus per iram abeuntibus in ægeum conſecutus eſt. Vbi cum conueniſſẽt decreuerunt ne illi erogarentur pecuniæ: neu ſtipendiarii alerentur: ſed ipſi poteſtas fieret: ſi uellet per ſe bellum gerendi. Tanta contumelia affectus Aratus ſtatuit deleta macula quæ ſibi inuſta erat: ſe imperio abdicare: & cõſilio uſus ad præſens omnia pertulit: deinde ad Orchomenum deductis Achæorum copiis ibi cum Megiſtono Cleomenis patruo pugnam conſeruit: Quo victo fugatoq; tricenti cæſi: Megiſtonus ipſe captus in Arati poteſtatem uenit. Cum conſueſſet is annum ſuum cum contĩgeret imperaſ: ubi ad eum ordinẽ uentum eſt: uocatus repudiauit imperium: ac Timoxenus pro eo delectus eſt. Cauſa uero repudiandi: quæ ira ĩ multitudinem eſſe dicebatur: parum ſane probabilis uiſa eſt. Vera enim cauſa res Achæorum non quietæ nec pacatæ ut ãtea fuerant: ſuccreſcente Cleomene qui haud popularibus magiſtratibus cõtinebatur: ſed interfectis a ſe Ephoris ſubacta ſibi regione permultiſq; accolarum ciuitate donatis: nulli obnoxiam potentiam conſecutus: inſtare continuo Achæis cœpit: ut ſibi imperium mandaretur. Quare iure accuſãt Aratum: qui dum reſp. ſalo magno ac fluctibus iactaretur: ueluti gubernator deponeret: atq; alteri remitteret gubernaculum: & deſperatione rerum Achæorum Celomeni traderet: quo tempore pulcherrimum fuit etiam inuitis ciuibus communi ſaluti ſubuenire: nec committere: ut Pelopõneſus iterũ Macedonum cuſtodiis acceptis barbaricis iterum moribus inquinaretur: ut Acrocorĩthus illyricis armis ac tubis compleretur: neq; quos ſæpe in bello imperator fudiſſet: ac urbibus extruſiſſet: quibus etiam in commentariis ſuis malediceret: eorum dominio

ſociorum ciuitates ſubiiceret. Quod ſi Cleomenes erat (ſic enim appelletur) iniquus & tyrannicus: at Herculidæ illi generis auctores erant: Sparta patria: ex qua uel obſcuriſſimum præſtabat q̃ Macedonum primum imperii ſummæ præponere: qui græciæ nobilitatis nullam rationem haberet. Ad hæc Cleomenes ſummum magiſtratum petebat: ut pro illo honore & appellatione maioribus bonis ciuitates afficeret. Antigonus autem terra mariq; imperator & dux renuntiatus non prius imperium obiit q̃ ſanctũ eſſet fœdere Acrocorinthum mercedis loco ſibi ĩ ditionem ceſſurum: perite ut uidetur Eſopi uenatorem imitatus: nec ante uocantibus Achæis & legationibus ac decretis ſe ſubmittentibus obſecutus eſt: q̃ præſidio & obſidibus ueluti quibuſdam frænis comprehenſos teneret: & q̃uis omnis Arati deprecatio neceſſitatis defenſione niteretur: tradit tamen Polybius ipſum cum Cleomenis audaciam multo ante proſpexiſſet: anteq̃ neceſſitas ulla urgeret: cum Antigono clam colloquium iniiſſe. Megalopolitanos etiã ſupplices deſcendiſſe orantes Achæos & obſecrantes ut Antigonus euocaretur. Hi enĩ aſſiduo bello premebantur & Cleomeni maxime ad direptionem & prædam expoſiti erant. Nec Phylarcus ab his in ſua hiſtoria diſſẽtire uidetur: cui niſi Polybius teſtis accederet: non magna admodum fides adhibenda foret. Nam cum in Cleomenis mentionem incidit: beniuolentia illius quaſi afflatus numine furens & iſanus efficitur: & ueluti in iudicio: ſic hiſtoria ipſa alteri aduerſatur: alterum ſubleuat. Amiſerunt igitur Achæi Mãtineam quæ rurſus a Cleomene capta eſt: & ad Hecatombeum magno prælio ſuperati ita conciderunt animis: ut continuo Argos Cleomenem accerſirẽt: & eum bello gerendo imperatorem præficerent. Quod ubi Arato cognitum eſt: cum aduenta re Cleomenem accepiſſet: & cum exercitu Lernam attigiſſe: metu perculſus legatos ad eum miſit: orantes ut cum tricentis ſolum tanq̃ ad amicos ſocioſq; accederet: ac ſi diffideret: acciperet obſides. Hæc Cleomenes reſpondens contumeliæ ſibi ac dedecori fore caſtra ex eo loco mouit. Achæis etiã epiſtolã ſcripſit: qua multa crimĩa & calumniæ ĩ Aratũ conferebantur. Scripſit & ille quoq; contra Cleomenẽ epiſtolas: & uſq; ad nuptias & coniuges maledicta ac iurgia proceſſerunt. Ex hoc Cleomenes per legatũ Achæis bellum edicit: parumq; abfuit: quin Sicyoniorum urbem imprudentibus illis p proditioñ diriperet. Inde abducto exercitu Pellenam inuaſit: interemptoq; Achæorũ duce urbe potitus eſt. Breui deinde tempore interiecto cum Pheneum Pendeliumq; ſub imperium redegiſſet: Argiui ſtatim ad eum defecerunt: Phliaſii præſidium acceperũt: & omnino Achæis & aduentitiis nihil erat: quod ſtabile aut firmum uideretur. Hic in magno tumultu ac turbatione rerum Aratus iactabatur: cum intueretur Peloponneſũ tantis motibus agitari: ciuitateſq; undiq; a ſeditioſis & turbulentis hominibus ad defectionem ſolicitari. Nihil enim quietum erat: nihil ſuo loco manebat: Sicyoniorũ & Corinthiorum quoq; plurimi iam cum Cleomene palam colloquebantur: quorũ animo communio illa & ſocietas uinctarum inter ſe ciuitatum priuati dominii deſiderio iampridem offenderat. In his mutationibus Aratus permiſſa ſibi ſumma & libera poteſtate & licentia quos in Sicyonia corruptos offendit: capite mulctauit. Qui autẽ Corinthi erant perquirere ac pœna afficere conatus multitudinem ægram & Achæo nomini uehementer offenſam in ſe concitauit. Cum igitur in Apollinis templum confugiſſent: Aratum accerſitum miſerunt: ut ante defectionem: aut interficerent: aut ĩ uincula coniicerẽt. Ille acceſſit quidem equum manu trahẽs: ac ſi nullum metũ ac ſuſpicionem præ ſe ferret. Exilientibus autem multis conuitiaq; in eum ac maledicta iactantibus: ſædato uultu & firma oratione quieti conſidere iuſſit: nec confuſe exurgentes clamorem attollere: & qui ad portas conſiſterent introire. Hæc ſimul dicens ſenſim pedẽ extulit: ueluti equum alteri daturus. Ita eggreſſus occurrentes ſibi Corinthiorum placide alloquens: iubebat ad Apollinis ædẽ conuenire. Vbi uero clam ad arcẽ prope acceſſit: in equum ĩſiliens Cleopatro præfecto cuſtodiæ acriter aſſeruare arcem iuſſo in Sicyonem aduectus eſt: triginta equitibus conſecutis aliis relicto duce paſſim diſſipatis.

Corinthi non multo poſt audita Arati fuga ut proſecuti eum capere nequierunt: accer
ſito Cleomene urbem illi tradiderunt: cum is nullo ſatis magno ſe beneficio ab his af
fici poſſe arbitraretur: pro eo quod offenſū eſſet: Aratum dimittentibus. Hic igitur
adiunctis ſibi his qui adactam quæ dicitur incolunt: ac ciuitates tradentibus: Acro
corinthum uallo ac foſſa circūdedit. Ad Aratum uero non multi Achæorum in Sicyo
nem conuenerunt: conuocataq; concione imperator conſtitutus delectos ex ciuibus ad
cuſtodiam corporis circum ſe habuit. Cumq; tres iam & trigīta annos in Achæis rēp.
geſſiſſet: & græcorum omnium potētia & gloria princeps fuiſſet: tunc inopia & ſolitu
dine oppreſſus & derelictus ueluti in patriæ naufragio ī tantis procellis ac periculis ſe
rebatur. Nam Aetoli auxilium petenti miſſuros ſe eſſe negarunt. Athenienſium ciui
tatem in Aratum ſtudio & uoluntate propenſam Euclides & Mition prohibuerunt.
Cum autem Aratus Corinthi & domum & facultates haberet: Cleomenes nec atti
git eorum quicquam: nec alterum permiſit attingere. Cōuocatis præterea eius amicis
& curatoribus iuſſit omnia curare atq; aſſeruaſ: ut rationem Arato reddituros: priuatī
ad eum Triphilo & Megiſtono patruo rurſus miſſis: tum alia ei permulta: tum duo
decim talenta annuum ſtipendium pollicitus eſt. Neoptolomei odio numerum exce
dens (ab eo enim ſex talenta Arato quotannis mittebantur) demandari ſibi ab Achæis ī
perium orabat: & Acrocorīthum cōmuni cum his præſidio cuſtoditi. Reſpondēte Ara
to non penes ſe ſed potius penes eos ſummam imperii eſſe: ratus id diſſimulate reſpō
ſum: infeſto exercitu in Sicyoniorum fines inuadens īcurſionibus agrum deuaſtauit:
poſitiſq; ad urbem caſtris tres menſes in obſidione fuit. Cunctante Arato ac deliberan
te num Acrocorintho tradito Antigonum accepturus eſſet: Nam aliter negabat opem
ſe eſſe laturum. Conuocatō igitur in ægeum conſilio Achæi Aratum eo conuenire iuſ
ſerunt. Verum cum ex urbe Cleomene obſidente ſine periculo exire non poſſet: ciues
eum precibus detinebant orantes ut ſaluti ſuæ uitæq; conſuleret: neu corpus īminen
ti hoſti obiiceret. Ad hæc fœminæ ac pueri tanq̄ cōmunem omnium parentem & con
ſeruatorem ſuum lachrymis circūſtabant: quos tamen ille cum confirmaſſet conſola
tuſq; eſſet: aduectus equo decem amicis & cum his adulto iam filio comitantibus de
ſcendit ad mare. Nauem quæ eo appulſa erat conſcendentes in ægeum ad concionem
profecti ſunt: in qua communi ſententia decretum eſt uocare Antigonum & Acroco
rinthum in eius ditionem permittere. Aratus filium ſuum una cum aliis pluribus ad
eum pro obſidibus miſit: quibus commoti grauius Corinthii diripuerūt eius bona: &
domum Cleomeni dono dederunt. Aduentante uero Antigono cum exercitu: Erāt au
tem. xx. Macedonum peditum: equitum mille & tricenti: Aratus cum principibus mi
lia ciuitatum per oram maritimam clam hoſtibus illi in Pegas obuiam prodiit: cū An
tigonum ſuſpectum haberet: nec ſe libenter Macedonibus crederet. Etenim ſciebat ſe
ex illorum cladibus opes ſibi & gloriam peperiſſe: materiemq; conſtituendæ reip. odiū
in ſuperiorem habuiſſe. Sed cum perſpiceret neceſſitatem impēdere: nec declinari nec
reſiſti ullo modo poſſe: deinde occaſionem ſibi oblatam eſſe: cui ſeruiunt omnes: etiā
qui imperare uidentur: ad tam indignum facinus perpetrandum acceſſit. Antigonus
autem ubi accepit obuium ſibi Aratum eſſe: alios quidem cōmuni benignitate ſaluta
uit: illum uero & in primo congreſſu honorificentiſſime excepit: & cætera munificen
tia uirum bonum & ſingulari prudentia præditum maiori neceſſitudine ſibi deuinciſ
conatus eſt. Erat enim Aratus eiuſmodi: ut regem non modo maximis in rebus admi
niſtrandis adiuuare: ſed etiam in ocio oblectare poſſet. Quare Antigonus &ſi adole
ſcēs foret: ut uiri ingenium perſpectum habuit: cui nihil deerat: quod minus dignum
regis amicitia uideretur: eo non ex Achæis modo: ſed etiam ante Macedones ad omnia
utebatur: cunctaq; de illius ſententia & auctoritate gerebat: & ea ita euenerunt quæ in
ſacrificiis diuinitus numen portenderat. Dicitur enim non multo ante Arato ſacra fa
cienti ī iecore duos felles extitiſſe eadem pīguedine obuolutos: Vatē quoq; cōſultum

dixiſſe: quæ capitaliſſimo odio diſſiderent: ea perbreui inter ſe firmiſſima amicitia coi
tura. Quod reſponſum ad præſens neglexit: nec ſacris alter nec uaticinio fidem habu-
it: obſeruabat id tamen. Nam in poſterum proſpere ſuccedẽte bello cum Antigonus
Corinthi conuiuium inſtruxiſſet: compluribus eo inuitatis Aratum honoris gratia ſu-
pra ſe locauit. Paulo poſt amictum flagitãs rogauit illum: num ſibi frigus uideretur:
reſpondente illo & quidem ſe ualde algere: iuſſit propius accedere: tapeteq; allato ſer
ui ambos ſimul circundederunt. Tunc Aratus in ſacrorum illorum memoriam redi-
ens ridere ſecum ipſe ac portentum & oraculum regi enarrare. Verum hæc poſteriori-
bus temporibus ſunt acta. In Pigis uero tum iureiurando dato acceptoq; continuo in
hoſtem inuaſerunt: & ad urbem ſumma ui utrĩq; dimicatum eſt: optime munitis Cle
omenis caſtris & Corinthiis ſtrenue hoſtem arcentibus. Hic Ariſtoteles argiuus Arati
amicus ad eum clam mittitur: qui rebellione facta illum in ciuitatem acciperet: ſi cum
militibus eo accederet. Ille re cum Antigono cõmunicata: cũ mille & quingẽtis ex Iſthi
no ĩ æpydaurum celeriter nauigio delatus: Argiui inſurgentes facto impetu ĩ Cleome
nis milites comprehendunt: atq; in arcem inducunt. Quibus nuntiatis Cleomenes ue
ritus ne captis Argis ab hoſtibus reditu domum intercluderetur: Acrocorintho relicto
cum ſubſidio noctu Argos occurrit: quo præueniens conflixit: & ſecundo prælio uſus
eſt: nec ita multo poſt Arato ſe inferente & rege cum copiis ſubſequente in Mantineã
diſceſſit. Ex eo ciuitates omnes in Achæorum fidem & amicitiam redierunt. Acrocorin
thũ Antigono traditum eſt. Aratus imperator factus ab Argiuis perſuaſit eis: ut tyrã-
norum bona & proditorum Antigono elargirentur: Quod factum Ariſtomachum in
tenchris magnis cruciatibus uexatum mari mergendum dederunt. Cuius ſupplicii fœ
ditas in Aratum non ſine offenſione coniecta eſt: q; uirum nõ improbum: & qui eo fa
miliariter uſus eſſet ſuaq; auctoritate adductus dominatum depoſuiſſet: & ciuitatẽ
ſuam Achæis iunxiſſet: ita crudeliter ac nefarie necari permitteret. Nec huius tantum
rei ſed aliarum etiam in eum culpa redundauit: ueluti q; Corĩthiorum ciuitate ut hu-
mili aliquo uico Antigonum donaſſent. Idem etiã direpto Orchomeno præſidio Ma
cedonum ĩtuliſſet. Decretum etiam fecerunt nemini alteri ex regibus ſcribere iniuſſu
Antigoni: nec legationem mittere. Macedones alere ſtipendiis impẽſis coacti ſunt: ad
ſacrificia pompas & ludos admittere. Nam incipientibus Arati ciuibus & Antigonem
in urbem accipientibus ab Arato per hoſpitium liberaliter inuitatum: omnia illa acce-
pta referebant: neſcii q; habenis illi ſemel traditis regiæ ĩpetu cupiditatis actus nullum
præterea integrum ius præterq̃ uocis haberet: quæ periculoſa licentia uteretur. Appa-
rebat enim ĩuito Arato plurima adminiſtrari fieri: ueluti illud quod de ſtatuis actum
eſt. Antigonus enim Argiuorum tyrãnorum ſtatuas deiectas erexit: eorum autem qui
Acrocorinthum cepiſſent: ſtantes & erectas præter unam Arati demolitus eſt: quæ ne
fierent: precibus inſtans Aratus nihil profecit. Videntur etiam quæ in Mãtineos acta
ſunt nequaq̃ ex græco more ab Achæis adminiſtrata eſſe: Quibus duce Antigono de-
uictis: clariſſimos uiros & prĩcipes ciuitatis necarunt. Reliquos partim uænundarunt:
partim uinctos compedibus in Macedoniam miſerunt: Liberos eorum & cõiuges mã
cipiorum numero habuerunt. Argento autem Mantineorum collecto tertiam ipſi ac-
ceperunt portionem: reliquis duabus ad Macedones delatis. Hæc quidem ultionis iuſ
peracta ſunt. Etenim indignum ac nefarium fuit homines regionis & linguæ neceſſi-
tudine inter ſe coniunctos ſic ad iram tractari: Verum in neceſſitatibus iocundum nõ
aſperum fuit: ut Simonides inquit. Quæ uero conſecuta ſunt nec laudi nec neceſſita-
ti Arato danda ſunt. Nam urbe Argiuis ab Antigono conceſſa cum hi ab integro re
ficere decreuiſſent: ipſe imperator cum eſſet eius inſtructioni operis præpoſitus ex de-
creto ne deinceps Mantinea ciuitas ſed Antigonia uocaretur edixit: hodieq; ita uocat̃:
ac uidetur ob illum amabilis Mantinea funditus interiiſſe. Manet autem ciuitas eo-
nomine: a quibus necati ciues deletiq; ſunt. Deinde Cleomenes ad Sellaſiam magna

accepta clade reliquit Spartam: & in ægyptum mari profectus ē. Antigonus ubi ī Aratum omni benignitate atq; humanitate eſt uſus: in macedoniam rediens Philippum: ad quem regni ſucceſſio ſpectabat: nondum admodum adulta ætate in Pelopōneſum miſit: atq; Arato ut ſe daret iuſſit per eum ciuitates adire: per eum Achæis familiarem fieri. Quem Aratus quidem accipiens ſic affecit animauitq;: ut & in ſe ſumma beniuolentia affectum in Macedoniam & ad græcas res incitatum incēſumq; dimitteret. Antigono autem uita defuncto Aetoli inertia & deſidia Achæorum deſpecta (Aſſueti eīm aliorum defendi manibus: & in Macedonum armis omni ſpe ſalutis collocata ad quietem ſe totos remiſſionemq; conuerterant) Pelopōnenſibus bellum inferre parant: ac Patræis & Cunæis extra id quo intēderant expulſis: impetuq; facto Meſſanam diripiunt. Quibus rebus angebatur Aratus. Cumq; intueretur Timoſenum Achæorum ducem ob ignauiam tempus terere: iam prope abſoluto imperii tempore: ipſe ſucceſſor ei cōſtitutis quinq; ante præfinitum tempus diebus magiſtratum obiit: & ut Meſſanis auxilium ferret: Achæorum copias coegit: qui cum lāguidis atq; inexercitatis corporibus animis uero ocio reſolutis ad bellum incumberēt: ad Caphyas fuſi fugatiq; ſūt. Quo bello uiſus ſibi Aratus cupidius imperio uſus ita rurſus animo concidit: ita relictis gubernaculis imperii ſpes omnes abiecit: ut cum ſibi opprimendi hoſtis oblata occaſio eſſet: prælio abſtinuerit & in Pelopōneſo per laſciuiam ac petulantiam Aetolum inſultātem neglexerit. Rurſus igitur ſupplices ī Macedoniam tendētes manus Philippum in græciam reuocarūt: ſpe maxime eius in Aratum obſeruātiæ ac fidei adducti fore ut eo clæmenti & manſueto ad omnia uterētur. Verum ſub id tēpus Apelle & Megalæo quibuſdam q; aliis Aratum regi deferentibus: ille fide addita calumniæ cōtrariā factionem excitauit: comitiiſq; habitis Eparato ad īperium obtinēdum ſuffragatus eſt. Qui cum Achæis contemptui eſſet: & Aratus rem negligeret: nulla præclara re geſta Philippus a paternis moribus degener rurſus reconciliatis animis totum ſe Arato tradidit. Rebus uero propere & ad opes & ad gloriam ſuccedentibus eum omni comitate complexus eſt: ueluti per eum nomīe & imperio auctus. Quare uiſus eſt Aratus non popularis modo principatus: uerum etiā regni optimus præceptor eſſe. Illius eīm mores & inſtituta uitæ regis rebus geſtis īſtar coloris decori maximo ac dignitati erāt. Et adulescentes in lacedæmonios afflictos & perditos moderatio & humanitas in Cretenſes: qua totam paucis diebus inſulam ad imperium ſuum adiūxit: & aduerſus Aetolos militia mirifice laborioſa Philippo quidem docilis & obſequentis ingenii: Arato prudentiæ ac ſapientiæ gloriam attulit. Quibus magis regis amici iuidia concitati ubi nihil obſcuris calumniis profecerunt: conuitiis palam aggreſſi per potus Aratum obſcenis ac petulantibus uerbis laceſſunt. Semel quoq; poſt cœnam in tabernaculum abeuntem lapidibus perſecuti ſunt. His iratus Philippus uiginti eos talentis mulcta uit: & poſteriori tempore q; res labefactare turbareq; uiderentur īterfici iuſſit. Proſpere igitur & ad uoluntatem fluente fortuna: ſucceſſibus inſolenter elatus in multas ac magnas cupiditates erupit. Ingenita enim uitia illi perruptis atq; exutis paulatim in uoluctris: quibus repugnante natura latuerant: enudata ſunt: & eius ſimulatum diu īgenium ſe prodiit. Primum enim iuniorem Aratum contumelia affecit cōiugi ſtupro illato: quæ res multum temporis occulta fuit: cum in eorum domum diuerteret hoſpitaliter ab his exceptus. Deinde in græcorum reſp. aſperius cōcitatus eſt: nec erat obſcurum illum iam ad Arati cladem & exitum ſpectāt. Suſpicionis autem eius meſſanicæ res initium attulerunt. Seditione enim laborantibus illis : ſerius q̄ tempus poſtulabat: Aratus eius ſubſidio uenit. Philippus una die præuertit: urbemq; ingreſſus quē dam rurſus ſtimulum illis adiecit: priuatim magiſtratus Meſſaniorum percontatus: nunquid leges haberent: quibus cohiberent uulgus. Priuatim etiam primores ciuitātum rogauit: num manus ſibi eſſent: quibus tyrannos opprimerent. Ex hoc addita utriſq; audacia: magiſtratus quidem populares & turbulentos homines ad ſuppliciū

poſtulabant. Illi cum multitudine concitata inuadentes magiſtratus interfecerunt: ex cæteris paulo minus ducentis peremptis. Philippus tam fœde opere perpetrato magis etiam Meſſanios in ſe inuicem inſtigabat: cum iterueniens Aratus nec ipſe animi ægri tudinem diſſimulare potuit: nec filium obiurgantem aſpere & uehementer Philippū prohibuit: Oſtendit tum adoleſcens ſe Philippi amore teneri: Cum ea obiurgatiõe ũi/ ceret: iis rebus ita geſtis ad eius ſibi aſpectum non iam formoſum ſed formoſiſſimum omnium ſuccenſus ira ut ſæpius eo conuiciante dentibus infrendiſſet. At ſeniorem ue luti nihil iis uerbis commotus ut homo ciuilis ac natura moderatus apprehenſa dexte ra ex theatro aggreſſus ad Ithomātam perduxit: immolaturus Ioui āc locum cognitu/ rus. Eſt enim is non minus q̄ Acrocorinthus & munitus & clauſus: ac ſi præſidium col locatum in eo ſit graue & infenſum propugnaculum accolis futurus. Vbi uero conſcē dit & ſacrificio inſtituto uates ad eum exta detulit: ambabus manibus ſuſcipiens: Ara/ to ac Phario Demetrio ſeparatim demiſſa oſtendit: ac percontatus eſt quid ī ſacris per ſpicerent retinendam ne ſibi arcem eſſe aut Meſſaniis reddendam. hic arridens Deme trius ſi animum inquit: uatis geris locum dimittes: ſin regis utroq; cornu bouem deti/ nebis: Peloponneſum per enigma ſignificare uolens q̄ ſi Ithomanta & Acrocorinthū cuſtodiat facilem atq; obſequentem futuram. At Aratus diu ſilentium tenuit. Orante autem Philippo ut ſententiam ſuam proferret permulti dixit ac magni Philippe Cre tenſium montes: permulti Boetiorum ac Phocenſium tumuli ex terra efferuntur: Itē plurimi a Caranorū partim mediterranei: partim in oris maritimis ſiti qui natura mu nitiſſimi ſunt: & tam ēcum horum nullum ceperis: omnes tamen ſpõte imperata fa/ ciunt. Latrones enim rupes ac ſaxa incolunt: & præcipitiis ſe tutantur. Regi autē nihil fide & beniuolētia firmius: nec munitius eſſe poteſt: hæc tibi Creticum pelagus hæc Pe lopõneſum aperiunt. Ab his orſus initiis cum ſis hoc ætatis hi te ſibi imperatorem præfecerunt: illi in ditionem tuam uenerūt. loquente adhuc Arato Philippus exta red/ didit uati ac manu illum trahens uelut ab eo ſibi illata ui ac ciuitate erepta & huc īquit eandem proficiſcamur uiam. Poſt id tempus Aratus declinans aulam & ſe a Philippi ſenſim conſuetudine ſubtrahens in Epiro rogatus ab eo ut ſecum una militaret recu ſauit: ueritus ne ſibi ex illius factis ignominia & dedecus conflaretur. Cum uero a Ro/ manis uictus turpiter amiſſa claſſe in Pelopõneſum ſe recepiſſet: aggreſſus eſt iterū Meſſanios dolis capere. quod ubi minus ſucceſſit ad apertam iniuriam uerſus eorum agrum populationibus uaſtauit. Tum Aratus ſe penitus ab illius amicitia & familiari tate ſe iunxit & in eum inimicum animum cepit: ad hæc conſcius eorum quæ in nurū ab eo perpetrata eſſent: excruciebatur uehementer: ſed filium rem cælabat: & ſibi illum contumelia affectum aſpicere tantum dabatur: ulciſcendi uero ac perſequendi iniurias facultas non erat. Maxime uero Philippus a prioribus moribus immutatus uidebat. Quippe qui ex miti & manſueto rege ac modeſto adoleſcente in petulantem hominē & inſolentem tyrannum euaſerat. Verum hæc haud quidem naturæ mutatio erat: ſed in licentia improbitatis enudatio quæ ob metum īcognita diutius & obſcura mā/ ſerat. Fuiſſe autem eius cum Arato conſuetudinem ab initio uerecundiæ ac timori ad mixtam: ex iis quæ ī illum poſtea geſſit perſpicue declarauit. Nam cum eum delere cu peret: quo uiuo non modo ſe tyrannum aut regem ſed ne liberum quidem hominem ducebat eſſe: ui palam nihil tentare auſus eſt: ſed Taurionem unum ex ducibus & ami cis ſubornauit: qui ex occulto ſe abſente ac longe remoto ueneficio rem conficeret: Is Arato factus familiaris ei uenenum comparat non acutum & uehemens: ſed eius ge/ neris quod initio remiſſos calores & tenuem uentum in uentre excitat. Deinde ſenſī tabe corpus inficit. Non tamen Aratum ea res latuit: ſed ubi nullum deprehēſæ & ma/ nifeſtæ cladi remedium eſt inuentum: ut communem aliquem & quotidianum mor bum leniter ac ſilentio pertulit: nec præter unū ex familiaribus quiſquā reſciuit: Quo in cubiculo præſēte atq; admirāte o Cephaleō inquit hæc ſunt præmia regiæ amicitiæ.

Sic uita defuncto in ægeo qui decimum & ſeptimum imperatorem geſſerat: iſtabant Achæi ut ibi ad ſepulturam daretur & conuenientia eius uitæ monumenta fierent: Sicyonii magna ſe ignominia affici exiſtimabant: ſi alibi q̄ in patria eius uiri corpus humaretur. Itaq; ab Achæis ut ſibi id permitterent impetrarunt. Sed cum ueteri lege neminem intra mœnia humari liceret: & legi ſuperſtitio acceſſiſſet: miſerunt in Delphos de his Pythiam ſciſcitatum: a quo oraculum huiuſmodi acceperunt: Conſultas ſicyō arato gratiſſima tellus: Vt pia defūcti celebrentur funera regis: Sit quodcūq; uiro durum infenſumq; feretur: Id ſcelus infandum cælo terraq; mariq;. Renunciato igitur reſponſo & Achæi cuncti lætati ſunt & Sicyonii in primis luctu in celebritatem mutato continuoq; ex ægeo cadauer ueſte alba coroniſq; exornantes: cū pene & choris in urbē ī tulerunt: ſepulchro deinde optarunt locum ueluti conditoris totius urbis celeberrimū & clariſſimum ſeruatoremq; ſuum magnificentiſſīo funere proſecuti ſunt. Loco quo ſitus eſt uſq; ad noſtram memoriam Arato nomen manſit. Immolāt illi nonis iuniis: quo die tyrannicum de ciuitate ſuſtulit dominatum. Faciunt ei alia ſacra: eaq; ſalutaria nuncupant eius diei monumentum: quo Aratus in lucem editus memoratur. Prio ri ſacro in honorem Iouis Soteris Thyopolus præfuit: ſecundo Arati filius torque non albo omnino ſed dimidia parte purpureo ornatus: & a Dionyſii miniſtris carmina quædam ad citharam canebantur. Gymnaſiorum princeps ſubſequentibus pueris & aduleſcētibus una pompam agebat. Poſt eos ſenatus coronatus ſequebatur: reliquorum ciuium turba pro arbitrio aderat. Quarum rerum hodie quoq; ueſtigia quædam expiati ſeruant: honorum uero & uetuſtate & mutatione rerum plurimi interierunt. Aratus igitur ſenior uita uixiſſe atq; huiuſmodi præditus ingenio fuiſſe traditur. Filiū autem eius Philippus homo flagitioſus & perditus ad hæc natura crudelis & contumelioſus medicamentis non quidem letalibus: ſed iis quæ menti officiunt: in inſaniam uerſum cladem eius & perniciem appetens ad horrenda ac nefanda facinora impulit: ut mors illi & ſi iuueni ac florenti malorum remedium & ſalutem afferre uideretur. attamen Philippus huius impietatis hoſpitali Ioui pœnas perſoluit. Victus enim in bello a Romanis ſub eorum ditionem uenire coactus ē: & tum alio imperio ſpoliatus tum omnibus præter quinq; amiſſis nauibus mille inſuper talenta conuenit ſtipendium pendere. Ad hæc obſidem dedit: & uix ei miſericordia hoſtium Macedonia cum ſuis ſtipendariis permiſſa eſt. cum in necandis optimis quotidie & coniunctiſſimis uiris occupatus eſſet: honore atq; odio ſui regnum uniuerſum compleuit. Vnum tantummodo in tantis calamitatibus leuamen Demetrium nacto eximia uirtute filium eum ob honorem ſibi a Romanis habitum inuidia & ſuſpicione uita priuauit: Perſem uero alium filium non legitimum ſed ſuppoſitum fuiſſe ferunt: ex Gnathenio medica quadam muliere genitum. Hic eſt de quo Aemilius Paulus triumphauit. Itaq; Antigonici regni ſublatis heredibus eius omne genus interiit. Arati autem genus Sicyone & Pellenæ uſq; ad noſtram peuenit ætatem.

GALBAE VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER FRANCISCVM PHILELPHVM VERSA.

IPHICRATES ATHENIENSIS ICCIRCO EXI ſtimabat ſtipendiarium militem & diuitiarum & uoluptatum ſtudioſum eſſe oportere: ꝙ dum harum gratia largius cupit acquirere: uerſutius ſe periculis audenti uſq; obiiciat. Sunt autem permulti: qui militis officiū eſſe putent: ut ueluti inualidū corpus ſuo nunq̄ ſed imperatoris arbitrio moueatur. Itaq; Paulum Aemilium ferunt exercitui: quem loquacitati ſolum & elegātiæ ſtudentē in Macedonia accepiſſet: iuſſiſſe ut manū quiſq; alacrem & gladium acutum faceret. Nam alia ſibi curæ fore. At Plato qui uidebat nullū eſſe neq; boni prīcipis neq; boni ducis opus: ubi exercitus minus ſe temperantem obedientemq; præſtaret: putabatq; obediendi uirtutem æque atq; imperandi naturæ eſſe generoſæ: educationiſq; philoſophiæ: maxime quæ iram & uehementiam manſuetudine humanitateq; non incōcinne temperaret: tū alias habet affectiones permultas: tum ea quæ romanis poſt Neronis obitum accidere teſtimonia & exempla: nihil eſſe in imperio formidabilius poteſtate militari: quæ inductis utitur abſurdiſq; conſiliis. Itaq; Demades Alexādro mortuo ſimilem eſſe dicebat Macedonium exercitum excæcato Cyclopi: quippe qui cum intueretur multis mouerī motibus perturbatis & paruis: At romanorum īperium iiſdem affici malis & agitationibus inueniſſet: quibus Tytanas ferunt. Nam ī multas illud partes diſcerpi: ſimul & a multis item partibus in ſeſe concidere: non tam ex eorum dominandi cupiditate: qui imperatores appellarentur: q̄ a diuitiarum ſtudio & luxuria militum: qui imperatores inuicem ueluti clauos excuderent. Atqui Dionyſius Fereum qui menſes decem reſignaſſet in Theſſalis: deinde foret mox interemptus tragicum tyrannum appellabat: in celerem ſcilicet mutabilitatem cauillatus. At Cæſarum focus palatium ipſum breuiore tempore quattuor imperatores ſuſcepit: cum alium īducerēt tanq̄ per ſcænā: alium educerent. Sed ea erat conſolatio una miſeris: ꝙ non precarentur aliam animaduerſionem in auctores: ſed eos a ſeipſis intuerētur occidi. Et illum certe primum & omnium iuſtiſſime: qui doloſe ægit docuitq; tantum eſſe ſperandum in Cæſaris mutatione: quantum ipſe promiſit: opus pulcherrimum eam defectionem & proditionem īſimulans quæ facta eſt a Nerōe. Nymphidius eīm Sabinus qui (ut dictum eſt) cum Tigellino aulæ præerat: ubi Neronem cæpit omnīo deſperatio: nec erat dubium eum fuga in ægyptum conceſſurum: exercitui perſuaſit tanq̄ abſente iam Nerone atq; fugæ dedito: ut imperatorem Galbam ſalutarent: & largitionem uiritim eſt pollicitus: Auliciis & militibus qui ita ſalutaſſent nummos ſeptēmilia quingentos: his uero qui extra militarent: mille ducentos quinquaginta: quantum colligere non poterat: ubi multo plura omnibus hominibus præbere malaris nollet: quæ Nero conſueſcet. Hoc enim reſpondit continuo Neronem: & paulopoſt Galbam. Nā alterum: ut accepturi prodiderunt: alterum non accipientes occiderunt. Deinde illum quærentes qui tātum daturus eſſet: in defectionibus & proditionibus offenderunt: eumq; quoniam quæ ſperarant aſſecuti non ſunt: conſumpſere. Sigillatim igitur quæ geſta ſunt diligenter exponere negocioſe hiſtoriæ intereſt. Sed quæcunq; digna oratione Cæſarum ſecundis aduerſiſq; rebus acciderunt: nec a me quoq; prætereunda ſunt. Galba Sulpitius ꝙ priuatus omnium ditiſſimus tranſiuit in Cæſarum familiam omnes conſentiunt. Is quoniam haberet magnæ nobilitatis amplitudīe Seruiorum domum: erat animo admodū elato propter Catuli cognitionem: qui cæteros ſuæ tempeſtatis homines uirtute & gloria anteibat: quanq̄ ultro ſe plus aliis poſſe non patiebatur. Erat etiam Liuiæ uxori

Cæſaris Galba genere coniunctus. Itaq; opera Liuiæ ex palatio proceſſit ad cõſulatũ. Ad hæc fertur exercitui in Germania cum laude præfuiſſe: Libyæq; procõſul inter paucos laudatus. At uilitas uictus & ſũptuum parſimonia ac frugalitas fuit ĩ cauſa: ut potius imperio auarior haberetur. Id quidem uanam quandam opinionem modeſtiæ tẽperantiæq; ferebat. miſſus eſt autem a Nerone Beriæ prĩceps: cum is nondum edoctus eſſet metuere magnos ciues ĩ dignitate poſitos. Galbæ uero: qui uideretur natura mitis: ſenectus ipſa fidem addebat religionis. Sed ubi erratorum curabat prouincias: illis crudelius immaniuſq; uexãtibus: aliud auxilii nihil afferre poterat: ut unum id quod aperte condoleret & ſimul quodãmodo afficeretur iniuria: reſpirationem quandam & conſolationem damnatis uænundatiſq; præbebat: & poemata quidem quæſierunt in Neronem: & multis in locis circunferrentur canerenturq;: minime impediebat: neq; ſimul cum curatoribus agebatur iis ĩ rebus: quarum gratia etiã plus diligebatur ab hominibus. Erat enim annum iam octauum illi familiaris qui tenebat imperium: quo tẽpore Iunius uindex galliæ prætor inſurrexit in Neronem. Quare dicitur ante defectionem ueniſſe ad eum litteræ a Vindice: quibus neq; credidiſſe: neq; diuulgaſſe: neq; detuliſſe: ut reliqui prætoriani epiſtolas ad ſe miſſas dederunt ad Neronem: & quantum in ipſis fuit: perdiderunt id negocii: cuius ad poſtremum participes facti nihilominus conuenerunt ſui ipſorum eſſe q̃ illius proditores. Sed Vindex ubi poſt declaratum palam a ſe bellum ſcripſit ad Galbam: eum hortans ad accipiendum imperium ac ſeipſum corpori ualido caput quærenti Gallis præberet: qui milia uirorum armatorum cẽtum haberent: & alia plura armare poſſent: conſultationem propoſuit amicis. Quorũ alii putabant Galbæ expectãdum eſſe obſeruanti: quem motum atq; impetum ad res nouas Roma foret habitura: Titus autem Ouinius dux militaris legionis ait: O Galba quonam pacto conſultatis quærere: an ſi Neroni fideles maneamus? hoc eſt manentitium. Vt igitur inimico Nerone: aut nunc prodenda non eſt amicitia Vindicis: aut is ẽ continuo accuſandus: belloq; appetendus: quod te mauult romanorum principem q̃ Neronem tyrannum. nunc præſcripto diem Galba declarauit: quo libertate indigentibus particulariter redderet. cuius rei ſermo atq; fama ubi emerſit: colligit hominũ multitudinem non impigram ad tumultum. Nondum igitur palam tribunal attigerat: cũ eſt ab hominibus Galba concorditer imperator ſalutatus. Is uero haud continuo eam appellationem admiſit: ſed ubi Neronem accuſaſſet: & illos quos Nero peremerat: uiros clariſſimos defleuiſſet: & pollicitus eſt ſe patriæ ſuam prouidentiam deditu-rum: neq; Cæſar neq; imperator: ſed dux Romani ſenatus nominatus. Quod autem recte Vindex & conſulto Galbam ad imperium reuocauit: teſti Neroni fidem fecit. Is enim ſimulans illum contemnere: ac nihil ducere res gallorum: ſimulatq; de Galba audiuit (erat autem lotus ac prandebat) euertit menſam. Quin etiam cum ſenatus Galbam hoſtem iudicaſſet: uelletq; Nero iocari efferriq; ad amicos: non malam inquit ſibi egenti pecuniis cogitationis prædictionem ĩcidiſſe: & res quidem gallorum cum in ſeruitutẽ uenerint prædæ admodum fore. Quæ autem Galbæ ſubſtantia aderat: quoniam hoſtis iam declaratus eſſet: ea uti eam uendere oportere. Et hic quidem iubebat bona Galbæ ut uænirent. Quæ cum Galba audiſſet: ea omnia uendens: quæ Nero habebat in Beria: multos inueniebat alacriores. Cum uero plures a Nerone deficerent: ac ſe Galbæ omnes officio aſciſcerent: ſolus Clodius Maurus in Libya & Virginius Ruffus qui in Gallia germanicum ducebat exercitum: ipſi per ſeſe agebant: neq; idem quidem habentes inſtitutum. At Clodius quoniam rebus rapiendis ſtuduerat ac uirorũ cædibus: haud obſcurum erat: hunc propter crudelitatem neq; imperium poſſe continere: neq; dimittere. Virginius autem qui legionibus potentiſſimis præerat: a quibus eſſet perſæpe imperator appellatus: coactuſq;: neq; ſe dicebat accepturum imperium: neq; uiſurum: ut alii daretur: qui minus a ſenatu electus foret. Hæc non parum Galbam principio turbabant. Sed ubi Virginii Vindiciſq; exercitus: qui ui quodãmodo

ipſos duces ueluti aurigas qui frænis dominari nõ poſſunt:magnam ĩ pugnam extu/
lerant:ſimul conflixerunt:aut Vindice ſeipſum interimente inter uiginti milia gallo
rum qui ceciderant:exiuit rumor proinde atq; omnes uellent ob eiuſmodi uictoriam:
ut Virginius imperium admitteret:aut rurſus ad Neronem conuerterentur. Tunc de/
mum Galba omnino metuens Virginio ſcripſit:eum rogans ut cõmuniter ageret:&
pro tuendo ſimul romanis imperio & pro libertate. At rurſus cum amicis in Coluniã
Iberiæ urbem ſecedens magis terebat tempus circa pœnitẽtiam rerum factarum: & de
ſiderium ocii conſueti ac familiaris: q̃ circa ullam rerum neceſſariarum actionem. Iã
æſtas erat:cum paulo ante crepuſculum uenit Romam Sicellus uir libertus die ſepti/
mo:qui audiens Galbam quieſcere ſolum:cõfeſtim ad eius cubiculum pergit:quod re
pugnãtibus cubiculariis ui patefactum ingreſſus nuntiauit:ut etiam uiuo adhuc Ne/
rone licet in aperto non eſſet:exercitus primum deinde populus & ſenatus imperatorẽ
Galbam appellarit. Paulo autem poſt nuntiatum eſſe illum dediſſe mortem:& nullo
modo quidem credidiſſe ait iis nuntiis:ſed ad cadauer ubi eſſet ingreſſus: intuituſq;
iacentem Neronem ita egreſſum eſſe. Ni inimici gloria Galbam extulerunt:ad cuius
fores hominum multitudo:quibus firmam fidutiam ipſe iniecerat:conſulebat: &ſi ce
leritas adimebat fidem. Sed biduo quoq; Titus cũ aliis multis ab exercitu uenit:quæ
ſenatus cenſuiſſet ſigillatim exponens. Hic igitur in ordinẽ honeſtum profectus eſt.
Liberto uero tum anulos aureos dedit:& Martianus Vitellus iam uocatus habuit pri
mam in libertis poteſtatem. At Romæ Nymphidius Sabinus nõ ſenſim atq; paulatĩ
ſed ſummatim ſimul omnia per rerum turbationem ſibi uindicabat: inquiens Galbã
ſenem eſſe:ac uix ſatis Romam equitatura propter ſenium uehi poſſe. Erat enim an/
nos tris & ſeptuaginta. Qui uero ibi erat exercitus: cum diu ãtea beniuolo animo ĩ eũ
fuerat:tum hoc tempore cum ab uno ſolo ſuſtentarentur: illum propter largitionis
magnitudinem benefactorem exiſtimabat:Galbam autem debitorem. Continuo igitẽ
Tigellino collegæ enſem ut poneret imperauit:faciebatq; conuiuia:quibus uiros con/
ſulares cœnatum acciperet:atq; prætorianos:addens etiam nomen Galbæ ipſis ĩuita/
tionibus. Multos inſtruxit qui dicerent mittendum eſſe ad Galbam:qui ab eo peterẽt
perpetuum præfectum Nymphidium ſine collega. Quæ autem ſenatus in eius hono/
rem & poteſtatem geſſit appellans benefactorem & una currens ad fores:& omnium
illum ſententiæ præeſſe uolẽs: ipſamq; confirmare eum & multa reddiderunt audaci
orem:adeo ut breui tempore illis a quibus colebatur: non ſolum foret inuidioſus ſed
etiam formidabilis. Et cum famulos publicos conſules deſignaſſent:qui decreta por/
tant imperatori quiq; diplomata quæ uocantur obſignata dant(Hæc enim uerbis ma
giſtratus agnoſcens circa uehiculorum uiciſſitudines præmiſſos occiderat tabellarios)
non mediocriter Nymphidius eſt turbatus:q; nomẽ ab ipſo & gemma & militibus ac/
ceptis remiſiſſent. Quin fertur de conſulibus conſultaſſe:deinde quoniam illi ſeſe de
fendiſſent ac precibus uſi eſſent:remiſit iram. Gratificatus autem populo nequaq̃ im
pediuit:qui ex Neronis familiaribus errauiſſet:fuſtibus cæderetur. Quare ſpiculũ gla/
diatorem Neronis ſtatuis dum traherentur ſubiectum in foro perdiderunt:& Apaniũ
quendam ex delatoribus reuolutum ſuper actis paluſtris de lapidibus oneratis oppreſ
ſerunt. Alios etiam permnltos diſcerpſerunt:& quoſdam ſane qui nihil per iniuriam
perpetrarant. Itaq; Mariſcus qui uir optimus & erat & uidebatur:dixit ad ſenatum ſe
metuere:ne q̃primum Neronem requirerẽt. Et ita Nymphidius propiore ſpe ductus
ne fugit quidem Cæſaris illius filius dici:qui poſt Tyberium imperauit. Nouit enim
Gaius ut uidetur eius matrem liberto Cæſaris natam cum eſſet adoleſcens. Fuit enim
illa uiſu minime iniocundo:& nouit illam quidem in tabernis medicinariis mercede
haud honeſtiſſima. At fuit eius mulieris cũ Cæſare congreſſus:ut uidetur iunior Nym
phidii natali. Cauſam uero habuit ex Matiano gladiatore. Eſt enim amata Nymphia
da propter illius gloriam. Magis enim uiſa eſt ob ſimilitudinem formæ illi neceſſaria.

Verum conſentiens ſe Nymphiade matre natum opus quidem ſui faciebat: q; Nero periſſet. Huius autem interitus cum non ſatis ea premia eſſe duceret: q; & honoribus frueretur & pecuniis: q; q; ſimul dormiret cum Neronis Sporo: quem ab ipſo rogo dū cadauer adhuc cremaretur: continuo accerſitum loco nuptæ haberet: Pompeiumq; appellaret: ad ſucceſſionem inducebatur imperio. Et alia ipſe Romæ clam per amicos moliebatur per mulieres quaſdam uiroſq; ſenatores: qui ei occulte adiutores eſſent. Vnū uero ex amicis Gelianum in Iberiam miſit: quæ agebātur conſideraturum. At Galbæ poſt Neronis obitum erant ſecunda omnia. Sed Virginius Ruffus qui dubius adhuc eſſet: illum ſollicitum faciebat: ne quoniā eum cui præerat magnum bellicoſiſſimū q; exercitum de Vīdice uictoria addidiſſet: cæpiſſetq; magnam partem romani imperii: uniuerſam Galliam quæ rebellando fluctuabat iis adiret: qui ipſum ad imperium inuitabāt. Nullius enim q̄ Virginii neq; nomen inane erat neq; prælium: Proinde atq; maximo is momento: & romanorum ſimul moleſta tyrannide: & bellis gallos liberaſſet. At ille tunc iiſdem quibus initio cogitatibus inſiſtens lectionem imperatoris ſenatui reſeruabat. Atq; declarato iam obitu Neronis: tunc multi rurſus addebātur Virginio: & quidam ex iis tribunis qui erant in tabernaculo diſtricto ēſe iubebāt Virginio: ut uel imperium uel ferrum admitteret. Sed poſteaq̄ Fabius ualens: qui uni præerat legioni: iuratus eſt primus ī Galbam: & litteræ ex Roma allatæ ſunt: quibus de rebus ſenatus decreuerat: cum difficultate quidem & cum labore: tandem tamē militibus perſuaſit: ut Galbam imperatorem dicerent. Et quem is ſucceſſorem miſerat Flaccum Ordeonium admiſit: illiq; legionem tradens ipſe Galbæ deinde aduenienti profectus eſt obuiam: ſimulq; reuertit neq; iram neq; honorem manifeſtum aſſecutus. Et alterius quidem ipſe Galba fuit in cauſa: quoniam uirum illum uerebatur: alterius uero amici Galbæ & Ouinius Titus maxime qui Virginio inuideret: putabat enim eum arcere. Ignarus is quidem ſe miti ingenio Virginii adiutorem accedere: qui uirum illum a bellis ac malis quæcunq; duces alios occupabant: in ſecurā uitam & ſenectutem pacis & quietis plenam ſubduceret. At Galbam ſenatus oratores circa Narbonem urbem gallicā offendentes hilariter ſalutarunt: rogaruntq; : ut ſe q̄primum deſideranti populo oſtenderet. Hic uero cum alios aditus & egreſſus eius præbuit humane & populariter tum ad epulationes: cum multus apparatus & cultus magnus adeſſet: quem ex rebus Neronis ad ipſum ante miſerat: Nymphidius nihilo tamē illorum utens: ſed ſuis omnibus claruit ingenti animo uir & qui oſtentatione melior appareret. At cito quidem genero ſa hæc faſtuſq; uacua & ciuilia ad popularem ualere gratiam: quæ affabilitas plurimū uelit: Ouinius ducens: perſuaſit: ut & Neronis pecuniis uteretur & in conuiuiis ne parceret regiis ſumptibus. Et ita ſenex paulatim ſuum ſēſum Ouinio ſummiſit. Erat autem Ouinius argento ī primis inferior obnoxius etiam adulteriis. Cum adhuc enim eſſet iuuenis militaretq; ſub Caluiſio Sabino primam militiam uxorem ducis luxuriōſam fœminam noctu traduxit in caſtra ueſtem indutam militarem: eamq; uitiauit in principiis. Ob quam rem eū. C. Cæſar ī uincula coniecit: qua mortua Ouinius ſecūda fortuna uſus uinculis eſt ſolutus. Et cum apud Claudium Cæſarem cœnaret: argenteum poculum clam ſubſtulit: quod Cæſar cū audiſſet rurſus poſtridie ad cœnam hominem inuitauit. Qui cum ueniſſet: iuſſit miniſtris nullū illi argēteum poculum: ſed fictilia omnia afferrent: atq; apponerent. Hoc igitur Cæſaris propter comicam moderationem uiſum eſt non ira dignum ſed riſu. Sed quæ is habens ſub ſe Galbam: ac potens circa rem pecuniarum plurimum egerit tragicaꝝ erumnarum miſeriarumq; magnaꝝ aliis cauſam: aliis prætextum præbuerūt. Nymphidius enim: cum primum Gellianus quem miſerat Galbæ quodammodo ſpeculatorem ad ſe reuertiſſet: audiens & aulæ & ſpeculatorum eſſe Cornelium Laconem præfectum declaratum: ſed rem uniuerſam eſſe ſub Ouinii poteſtate: ſibi autem licere nunq̄ prope Galbam ſtare: neq; priuatim ipſum adire: cum is foret ab ōnibus obſeruatus & cuſtoditus: turbatus é. Cōgregatiſq;

ducibus inquit Galbam quidem ipſum ſenem eſſe probum & moderatum: uerũ qui minime ſuis cogitatibus uteretur: ab Ouinio & Lacone nõ bene adminiſtrari. prius igi tur quoniam eos lateret: quod Tigellinus ĩ rebus habebat: robur ſe adeptos eſſe: mitti oportere ab exercitu oratores ad imperatorem: qui docerent ſi ex amicis hos ſolos du os amouerit: iocundiorem ſe omnibus deſideratioremq; affuturum. Sed ubi hæc non perſuaſit: abſurdumq; & contrarium uiſum eſt ducem inſtituere ſenem: prouideatq; adoleſcentem qui modo poteſtatẽ guſtet: quibus amicis uſurus: alia aggreſſus uia ſcri bebat ad Galbam: terrorem iniiciens nunc eſſe ĩ urbe ſubdola multa: eaq; ĩ motu: nũc Clodium Marcum in Libya uecturam rei frumentariæ detinere: rurſuſq; moueri legio nes germanicas: & de copiis Syriæ & Iudææ ſimilia audiri. Cui Galba cum neq; admo dum attenderet: nec crederet: decreuit prior rẽ aggredi: etſi Clodius Cælſus Antioche us uir tum prudẽs tum illi beniuolus ac fidus id fieri negabat: inquiens ne unam qui dem familiam putare ſe eſſe Romæ: quæ Nymphidium Cæſarẽ ſalutaret: ſed plures. deridebat & Mithridates ponticus in Galbæ Caluitium rugoſitatemq; cauillãs: nunc ait quædam uideri eſſe romanis: quæ aſpecta cum fuerĩt fore: ut appareãt his diebus: qui a Cæſare uocantur opprobrii nomine. Decretum eſt igitur ut circa medias noctes Nymphidium agentes in mediam multitudinem eum declarẽt imperatorem. Primus autem ex tribunis Antonius honoratus ad ueſperam collectis quibus præerat militi bus non inſulſe accuſauit tum ipſum Nymphidium: tum & alios: qui breui tempore totiens mutarẽtur e ſententia: nulla conſideratione nulla electione meliorum: ſed nu mine quodam agitati: a quo ipſi ex proditione in proditionem impellerentur. At prio ra quidem obtendunt Neronis crimina. Nunc uero ꝙ Galbam prodant: quam necem matris accuſãt: iugulationẽue uxoris: quam Timelem uerentur: imperatoriſue tragœ dias? At neq; illũ ob hæc deſerere paſſi ſumus: ſed Nymphidio obediẽtes: qui primus nos deſeruit: fugitq; in ægyptum. Vtrũ igitur Neroni Galbã ſacrificabimus: et Nym phidia natum legentes Cæſarem Liuiæ filium enecemus: quemadmodum Agrippi na enecauimus natum: an huic potius eorum quæ perpetrauit pœnam inferentes oſ tendamus nos ipſos tum Neronis ultores: tũ bonos Galbæ fidoſq; cuſtodes? Hæc tri buno militum dicenti omnes ſeſe milites addiderunt: atq; alios adeuntes ut ĩſiſterẽt: rogabãt ĩ fide erga ĩperatorem: plureſq; in eam ſententiam traduxerunt. Sublato autẽ clamore Nymphidius ſiue crederet (ut quidã dicunt) ſe ã militibus iam uocari: ſiue feſ tinaret anticipare rem adhuc tumultuariam & ambiguam: proceſſit ſub multa luce: orationem quandam ſecum ferens ſcriptam in libro: quam a Cingonio Vareone com poſitam meditatus erat habere ad milites. Sed cum uidiſſet portas caſtrorum clauſas & in muris multos armatos: timuit: accedenſq; rogauit quid uellent: & cuius iuſſu ĩ ar mis eſſent. Ei autem ab omnibus reddita una uoce Galbam nõſſe imperatorem: ille quoq; concurrens ſecundo clamore laudauit: idq; ut qui ſe ſequebantur facerent: iuſ ſit. Et cum ii qui ad portas erãt ſinerent eum cum paucis ingredi: is lancea feritur: quã quidam ante ipſum excepit ſcuto ſeptimus. Cũq; alii diſtrictis enſibus impetum fa cerent: fugiens fugatuſq; ĩ caſa militis iugulatur: eiuſq; cadauer trahentes in medium cancellis circunſeptum ſpectaculo uolentibus ĩterdiu præbuerunt. Sed cum ita Nym phidium interemptum Galba audiſſet: & qui cum eo coniurarant iuſſiſſet interfici: ini mici omnes continuo perierunt: in quibus etiam Cingonius fuit is qui orationẽ ſcrip ſerat: & Mithridates Ponticus: quoniam uiſus eſt non legitime tametſi iuſte neq; po pulariter peremiſſe ante iudicium uiros minime obſcuros. Aliam enim imperii formã acceperant omnes decepti eorum conſuetudine: de quibus ĩitio dicitur. ad hæc eos ma iore moleſtia affecerat uir conſularis fiduſq; Neroni mori iuſſus Petronius Tertulia nus. Maronem enim ĩ Libya per Trebonium & Fronteium in Germania per Valentẽ interimens eo obtentu eſt uſus: ꝙ eos qui in armis & caſtris eſſent metuiſſet. Tertulia num uero & ſenem & nudum & inermem occidit: ac ne audiri quidẽ patiebatur ſiquis

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

eam quã rebus moderationem polliceretur: opere foret obſeruaturus. Hæc igitur huiuſmodi uituperationibus ſunt obnoxia. Sed ubi accedẽs abeſſet ab urbe circiter quĩq; ac uiginti ſtadia: incidit in petulantes & tumultuarios quoſdam remiges: qui uias præoccuparant: & undiq; erant circunfuſi. Hi autem erant unam legionem ad ĩſidias poſiti. Et tunc præſente imperatore cum clamore tumultuabant: ſigna legioni agrumq; petentes. Illo autem cunctante: & ut iterum dicerent iubente: tum ii negationẽ uideri eam dilationem inquientes turbabantur: & ne clamori parcentes quidem eum ſequebantur. Cumq; aliqui gladios diſtrinxiſſent: iuſſit Galba equitatui in eos irruere. Illorum ſubſtitit nemo : ſed alii continuo auertentes: alii fugientes perierunt: neq; bonũ neq; fauſtum ii Galbæ auſpicium facientes: qui per multam cædem totq; cadauera in urbem ingrederetur. Sed ſiquis etiam eum antea contemnebat: quoniam ĩfirmum ſe nemq; uideret: tunc horribilis omnibus & formidabilis factus eſt: atq; cum uellet oſtendere magnam mutationem circa immenſas largitiões ſumptuſq; Neronis: errauit ab officio. Cum enim Canus tibia uteretur intercœnandum (Canus autem hic antea huic auditu pergratus erat) ubi tibicinem laudaſſet: efſetq; ipſo delectatus: iuſſit afferri ſibi arcam ligneam: unde aureos quoſdam acceptos Cano in manibus dedit : dicens ex priuatis non ex publicis pecuniis illos donare. Quas uero largitiones Nero dederat ſcænam palæſtram agentibus: eas uehementius repeti cum iuſſiſſet: præter decimam partem: deinde parua tenuiaq; accipiens (Nam qui acceperant eas largitiones plurimi conſumpſerant homines in diem uiuentes ac uictu ſatyrici) illos qui ab iis aut emerãt quippiam aut acceperant requirebat: & quod habuiſſẽt exigebat. Cumq; res modum non haberet: ſed longius tenderet: procederetq; in multos: Galba quidem infamiam: at Ouinius inuidiam ſibi atq; odium comparauit: ut qui aliis omnibus amarum ducẽ ſordidumq; præſtaret: ipſe uero prodige utẽs: & caperet & uenderet omnia. Heſiodus enim & incipiente & finiẽte cado expleri dicit oportere. Sed Ouinius infirmum uidẽs atq; ſenem Galbam fortuna implebatur: tanq̃ ea ſimul & oriente & occidente . Senex autem ex mala Ouinii adminiſtratione initio patiebatur iniuriam : præterea quæ ipſe recte inſtituebat: Ouinius autem impediebat: quemadmodum fuit de Neronianorũ ſuppliciis: improbos enim occidit: ĩ quibus fuit Elius & Policletus & Petinus ac Patrobius: populus uero plaudebat: & dum ii per forum agerentur : clamabat & pulchram illam eſſe & piam pompam ac deos quoq; hominesq; expoſcere magiſtrum pedagogumq; tyrannidis Tigellinum. Homo enim generoſus magnis pignoribus ãticiparat Ouiniũ. Hĩc Tertulianus quoniã nõ prodidiſſet neq; odiſſet talẽ ducẽ odio habitus: nec alii magnæ cuiq; iniuriæ obnoxius mortem dedit. Qui uero Neronem fecerat morte dignum: & eundem talem deſeruerat prodideratq; adhuc ſuperat : magnum is certe documentum nihil eſſe apud Ouinium infectum neq; dantibus inſperatum. Nullius enim ſpectaculi cupiditate Romanus populus magis tenebatur: q̃ ut uideret Tigellinum iudicio circumuentum. Et ne ceſſans is quidem nunq̃ neq; in theatris neq; ĩ ſtadiis petere Tigellinum: increpatus eſt imperatoris edicto: inquientis non etiam multũ temporis uicturum Tigellinum: tabido morbo cõſumptum. Illos uero deprecãtis: ne exacerbarent neq; facerent tyrannida ex imperio. At ii deridentes populi moleſtiam & Tigellinus ſalutaria ſacrificauit: ſplendidumq; epulum parauit: & Ouinius poſt cœnam ſurgens ab imperatore: cum intemperanti cantu ſalutauit: ut qui uxorem acciperet illius filiam: quæ erat iudæa. Eiq; propinauit Tigellinus quinquaginta & ducenta milia argenteorũ: iuſſitq; mulieri quæ pellicibus præerat: ut monile a collo ablatũ quod argenteorum quinquaginta & centum milium eſſe dicebatur: illi circumaptaret. Hinc factum eſt: ut etiam moderate geſta calumniam haberent: ut res aduerſus gallos qui Vindici auxilium tulerũt. Videbãtur enim non imperatoris humanitate: ſed ab Ouinio ementes tum remiſſionem tributorum tum remp. aſſecuti . Ob hæc igitur multitudo erat aduerſus imperium irata. Milites uero qui largitionem non accipiebant ĩitio

ſpes decipiebat:ut q̃uis non tantum:at quãtum Nero dederat redditurus is foret. Sed poſtq̃ audiens Galba quid illi ſibi uitio darent:emiſit uocem magno dignam imperatore:quippe qui diceret morem fuiſſe deligere non emere milites. ubi hoc illi audiſſẽt: graui in eum odio immaniq; ſunt accenſi. Videbatur enim nõ ipſe ſolus eos priuare: ſed legem ferre:ac docere poſteros ĩperatores. Verum adhuc Romæ erat obſcurus motus & reuerentia ſimul quædam erga præſentem Galbam:tumultus ad res nouas habitabat:retardabatq; . Et ꝙ nullum manifeſtum mutationis principium uidebatur: id contrahebat occultabatq; quodammodo eorum maliuolentiam : ſed cum hi prius ſub Virginio fuiſſent:tunc uero ſub Flacco eſſẽt in Germania:& ob eam pugnam magnis ſe rebus dignarẽtur:quam pugnarunt aduerſus Vĩdicem. Itaq; nihil aſſecuti nullam principium conſolationem nullam exhortationem admittebant : ipſum autem Flaccum: quoniam eſſet propter uehementiſſimum dolorem pedum corpore imbecillo rerumq; imperitus:habebant omnino pro nihilo. Et cum eſſet quandoq; ſpectaculum : ac tribuni militum turmarumq; ductores pro Romanorum cõſuetudĩe bonam fortunam imperatori Galbæ precarentur:multitudo primum tumultuabat:deĩde precari illis perſeuerantibus contra clamabat indignus. huiuſmodi quoq; alia cum ab iis legionibus quibus præerat Tigellinus:per contumeliam ſæpe dicerẽtur:litteræ ad Galbam a procuratoribus mittebantur. Hic autem perterritus ꝙ nõ modo ob ſeruum uerum etiam quia careret filiis contemptui foret:conſultabat ſibi adoptare adoleſcẽtem aliquem ex illuſtribus:eumq; declarare imperii ſucceſſorem. Erat autem Marcus Oto genere quidem minime obſcurus:ſed delitiis & ſtudio uoluptatum cõtinuo ex pueris ĩter paucos Romanos uitiatus. Vt enim Alexãdrum Homerus Helenæ comatæ : cum nihil habeat ad gloriam aliud: quo illum decoret: ab uxore nomĩat ſæpe:ſic erat Oto famoſus Romæ ob nuptias Pompeiæ:quã cum eſſet Criſpini cõiunx amauit Nero: rurſuſq; ſuam uxorem ueritus ac matrẽ metuens ſubiecit Otonem:qui Pompeiam tẽtaret. Vtebatur enim Otone & amico uero & contubernali propter prodigalitatem & luxuriam:et cum in eis perſæpe Otho tenuitatem atq; auaritiam cauillaretur: gaudebat. Ferturq; quandoq; cum uteretur Nero precioſiſſimo unguento:& Otonem ĩſperſiſſet:illum quoq; poſtridie Neroni conuiuio accepto ſimul ũdiq; argenteas aureaſq; fiſtulas repente propoſuiſſe:quæ tanq̃ unguentum effunderent atq; deluerent. ac Põpeiam tum præadulteraſſet Neroni illiuſq; intraſſet ſpecie:perſuadendo effecit:ut ea uirum dimitteret:quam ad ſe ut nuptam uenientem haberet cum illo communẽ : ne quaq̃ erat contentus:eaq; participatione angebatur:ne ipſa quidem Pompeia zelotypiam moleſte ferente. Et eum excluſiſſe Neronem dicitur abſẽte Otone:ſiue ut uoluptatis ſocietatem auferret:ſiue ſecundum aliquos:ꝙ Cæſaris nuptias grauiter ferret:cũ nequaq̃ fugeret amatoris uſum propter intemperantiæ ſtudium. Itaq; parum defuit quin periret Oto:fuitq; abſurdum ꝙ qui & uxorem occiderat & ſororem ob Pompeiæ cõiugium:Otoni pepercerit. Seneca beniuolo utebatur:cuius ſuaſione admonitioneq; Luſitanorum dux ad Oceanum eſt emiſſus. Et cum ſciret imperium ſibi datum ſubadulationem eſſe uelationemq; exilii:neq; iniocundum ſeſe neq; impromptũ ſubditis præſtitit. Cum uero Galba defeciſſet:ipſe primus acceſſit ex ducibus:& quantum argenti auriq; habebat in poculis ac menſis:ſecum afferens argentario ut in nummos incideret dedit:atq; eos famulis numerauit : qui miniſtrare imperatori conſueuerant circa uictum. Cumq; in aliis ei fidus eſſet periculumq; faceret:nemine inferior uiſus ẽ rerum peritiam tenere:& cum is iter faceret:aſſidue multos dies una cum eo uictus ẽ: in communi uero itinere conſuetudo quoq; Ouinium conciliauit collocutionibus & muneribus:& quoniã maxime ex omnibus primatibus ei ſummitteretur: habebatq; ĩ concuſſe propter illum ſecundum poſt illum poteſtatis locum. Hac autem re ſine ĩuidia erat ſuperior : ꝙ omni adiumento eſſet indigentibus: & quidem gratis: quiq; ſe præſtaret affabilem omnibus & humanum:ac plurimã uiris militaribus opem ferret:

multoſq; promoueret in exercitum duces: partim petens ab imperatore: partim Ouinium atq; libertos rogans Sicellum & Aſiaticum. Nam hi erant atrienſium potentiſſimi: & quotiens Galbam epulo acciperet: cohortem ſemper quæ ad cuſtodiam aderat corrumpebat: aureum ſingulis tribuens. Quibus rebus ipſum honorare uidebatur: q̃ eo ſtudio & populari gratia in milites uteretur. Cum igitur de ſucceſſore Galba conſultaret: Otō em iniecit Ouinius: at ne id quidem gratis: ſed ea cōditione: ut Oto cum fuiſſet adoptatus a Galba ſucceſſorq; imperii declaratus: filiam ſuam uxorem duceret. Erat enim minime obſcurum ſemper conſueſſe Galbam bonum publicū priuato ſuoq; anteponere: & non eum ſibi adoptandum quærere: quo eſſet maxime delectatus: ſed qui Romanis foret utiliſſimus. Videtur autem circa proprias tātum pecunias Otonem hæredem non inſtituiſſe: quoniam & ītemperantem noſſet & ſumptuoſum adoleſcentem æreq; infectum alieno ad quinquagies decies centena milia. Vnde Ouinio audito cū ſilentio atq; manſuete quod inſtituerat differebat. Sed ubi eū declaraſſet cō ſulem: Ouiniumq; collegam: exiſtimabatur anni principio ſucceſſorem adoptaturus. Eratq; militibus periocundum Otonem magiſq̃ alium quenq̃ appellatum iri. Verū deprehendit eum cunctantem adhuc atq; conſultantem de effringendis rebus germanicis. Nam commūiter omnes qui erant in exercitu: Galbam oderant: quoniam largitionem non ſolueret: priuatum uero illi obtendebant: tum Virginiū Ruffum: q̃ eſſet deiectus tum ignominia: tum Gallos qui geſſiſſēt aduerſus ſe bellum largitiones conſequi: at quicunq; ſe Vindici non addiderant: ſupplicio affici: cui ſoli Galbam debere gratiam atq; honorem mortuo: illumq; ſibi publicis expiationibus uenerandum eſſe: proinde atq; romanorum imperator ab illo eſſet declaratus. Cum huiuſmodi ſermōes aperte iā ī caſtris circūferrētur: aduenit noua luna primi menſis: quas kalendas ianuarias uocant. tum cogente eos Flacco ad iuſiurandū: quod per imperatorem iurare mos erat: ii quidem accedentes Galbæ imagines euerterunt: demolitiq; ſunt: iurati autem iuſiurandum per ſenatum populumq; Romanum ſoluti ſūt. Deinde detulit ad prætorianos Flaccus metuere ſe eam inobedientiam ut defectionem. At quidam inter eos dicit: quid patimur o cōmilitones: qui nec alium ducem facimus: nec qui nunc eſt obſeruamus: tāq̃ non Galbam ſed Ouinio imperare parereq; fugientes. Itaq; Flaccū hora dæmonium qui aliud nihil ſit q̃ umbra & ſimulacrum Galbæ dimittamus. At a nobis diſtat unius diei iter Vitellius Germaniæ ductor: qui cum patre eſt eo natus: qui & prætor & ter conſul fuit: et Claudio Cæſari quodammodo collega: tum ipſe: quam aliqui paupertatem uitio dant: clarum habet documentum probitatis: atq; elati animi: agite per huius electionem oſtendamus cunctis hominibus nos Iberis eſſe Luſitaniſq; potiores: qui imperatorem eligamus. Hæc aliis libenter iam admittentibus aliis nō admittentibus: ſignarius unus clam egrediens rem Vitellio nuntiauit: noctu multis apud eum cœnantibus. Qui ſermo cum inter exercitus diſperſus eſſet: primus Fabius Valēs unius dux legionis poſtridie cum magna equitum manu equitāns imperatorem Vitellium ſalutauit. At Vitellius priores quidem dies uiſus eſt: quoniam imperii magnitudinem metueret: ab ea re abhorrere planeq; alienus. Tunc autem ferunt cum eſſet uini & cibi meridiani plenus acceſſiſſe eoſq; ſuaſiſſe: a quibus eſſet Germanicus nominatus: Cæſaris nomē haud admiſiſſe. At continuo qui cum Flacco erat exercitus pulchrum illud popularēq; iuſiurandum in ſenatum omittentes: Vitellio imperatori iurati ſunt facturos ſe imperata. Et ita quidem appellatus eſt ī Germania imperator Vitellius. Verum Galba cum audiſſet qui ad res nouas tumultus fiebat in Germania: amplius adoptionem non diſtulit. Nam cum amicos noſſet quoſdam pro Dolobella: pluris pro Otone ambire: quorū ipſe probabat neutrum: ſubito præfatus nihil Piſonem accerſiuit Critoniſq; nepotem quos interfecit Nero adoleſcentem illum quidē & decoro plane & ſeuero ingenio ad uirtutem omnem: deſcendebatq; in caſtra illū Cæſarē & ſucceſſorem declaraturus. At qui exeuntem continuo magni inibi ſecuti ſunt.

Cumq; cœpiſſet alia dicere in caſtris:alia legere:totiẽs tonuit atq; fulgurauit:tãtuſq; imber atq; caligo in caſtra urbemq; fuſa eſt:ut palam fieret:neq; acceptã eſſe : neq; probari numini eam adoptionem. Erant etiam milites ſubinfenſi ac triſtes: quoniam ne tum quidem iis largitio data eſſet. Piſonem uero qui præſentes ex uoce uultuq; facerent coniecturam mirabantur: q; audacius q̃ ſtultius magis tãtam gratiam acciperet: quemadmodum quoq; apparebant permulta ſigna in Otonis facie : qui amare & iracunde ferret: q; ſe ſua fefelliſſet ſpes:qua primus dignus iudicatus: cum a qua potiunda non longe abfuiſſet:eam ſibi non cõtingere:ſignum eſſe ducebat odii ſimul ac maliuolentiæ in ſe Galbæ. Quare de futuro ſine metu eſſe non poterat:ſed & Piſonem timens & aduerſus Galbam cauſam iueniens iratuſq; Ouinio abiuit perturbatiſſimus. Nec enim ſpem relinquere omninoq; deficere eum ſinebant: quos habebat apud ſe ſẽ per uates Chaldæiq; & Ptolomeus maxime eo firmior apud Otonem atq; ualidior : q; ſæpe ueritatem prædixiſſet:ſicut non fore:ut eum Nero interimeret:ſed prior moreretur:ipſe uero ſupereſſet & imperaret Romanis. Nam quoniam illud uerum Ptolomeus oſtendiſſet:rogabat ne de his ſpem abiiceret. Non minus etiam ii qui ſimul clã angebantur:ſimulq; ſuſpirabant cum Otone tanq̃ in eum Galba eſſet ingratus. Plures etiam Tigellini Nymphidiiq; familiares qui in dignitate fuerant:tunc deiecti humiliores q; redditi ad eum ſeſe errabundi recipiebant:atq; eundem exaſperabant. Erantq; in hiis Iturus & Barbius alter Opio alter Theſſanarius : ſic enim uocantur qui nuntiorum ſpeculatorumq; officio funguntur. Cum his enim Otonis libertus Onomaſcus ĩcedebat:alios argento corrumpens:alios ſpe:qui exulcerati erant obtentuq; egebant. Nec enim erat opus quattuor dierum ex ſano exercitu mutare omnes quot erant ĩter adoptionem & iugulationem. Nam ſexto die perierunt qui eſt decimus octauus Kal. februarias. Nam illo die ſimul cum diluculo & Galba præſentibus amicis ſacrificabat in palatio augur Vmbritius:cum primum in manus hoſtiæ accepiſſet exta:illiſq; ante uiſus non per enigmata ſed palam aperteq; dixiſſet:ſigna magnæ turbationis periculumq; cum dolo ex capite imminere imperatori:deo prope manu Otonem captũ tradente. Aderat enim Oto poſt Galbam:& iis quæ dicebantur monſtrabanturq; ab Vmbritio attentum ſe præſtabat. Ei uero turbato liberationeſq; omnis generis commutãti ob timorem:Onomaſcus libertus qui ſtabat iuxta:ueniſſe dixit Architectus:& eum domi expectare. Erat autem id ſignum temporis ad quod oportebat Otonem obuiam ire militibus. Dicẽs igitur ſe ædium quas ueteres emiſſet : uelle partes ruituras ciuibus oſtendere abiuit:deſcendenſq; per ædes quæ tyberii uocantur: gradiebatur in forum: ubi ſteterat columna aurea:in qua inciſæ omnes Italiæ uiæ finiunt. Hic primos qui eũ exceperunt:ac ſalutarunt imperatorem:non pluris fuiſſe aiunt.xx. tribus : quare tametſi non præ corporis mollitie atq; animi effœminatione deliciis erat affectus:ſed temerarius potius in periculis atq; immobilis:extimuit tamen . Verum qui aderant: id paſſi non ſunt:ſed diſtrictis enſibus eius lecticam circumeuntes tolli iubebant:eo ſæpe periiſſe ſummum mirante:illos qui lecticam ferebant accelerare imperante(exaudiebant enim aliqui)ii quidem admirati magis q̃ turbati ob audentium paucitatem. Huic dum ita per forum ferebatur:tot alii occurrerunt:rurſuſq; terni alii & quaterni adiũgebantur. Inde conuertebãtur omnes Cæſarem appellantes:diſtrictoſq; enſes prætendentes. Vnus uero ex tribunis militum qui caſtrorum cuſtodiam habebat Martialius (ut aiunt)ignarus negocii req; inopinata exterritus ac metuens ingredi permiſit. Cũq; intus foret obſtitit nemo. Nam ignorantes quæ gerebantur circundati de induſtria ſinguli ac bini ſparſim formidine primum deinde ſuaſione eos qui rem & ſciebant & declarabant ſecuti . Quod cum in palatium ſtatim Galbæ nuntiatum eſt:præſẽte adhuc augure:qui ſacra habebat in manibus:ii etiam ſunt exterriti:deumq; mirati:qui ad res huiuſmodi & increduli erant & animo minime generoſo. Et cum omnis generis turba e foro conflueret:ei Ouinius ac Lacon & liberti aliqui nudis ẽſibus protenſis aſtiterũt.

At Piſo procedens in iis erat qui ſpeculatores aulam cuſtodirēt. Cūq; illyrica legio caſtrametaretur ī portu quæ Bapſania uocatur: miſſus eſt Marius Cælſus bonus certe uir anticipandi gratia. Galba uero cum procedere uellet: neq; ſineret Ouinius: ac Cælſus & Lacō uehementius incitarent: inueherēturq; ī Ouinium: rumor tumultuarius multus perſuaſit: q; Oto periſſet in caſtris: pauloq; poſt uiſus Iulius Atticius: qui īter ſpeculatores haud obſcuros militabat: diſtricto enſe adueniens ac idem clamans hoſtem Cæſaris periſſe: lapſuſq; ui per aſtantes oſtendit Galbæ enſem cruentatum: qui ad hominem intuens: quis inquit hoc tibi iuſſit? Illo autem reſpondente & fidem & iuſiurādum q; iuratus fuerat: ac multitudine acclamante benefactum eſſe ſimulq; plaudēte: Galba inſcenſa lectica portabatur: tum Ioui uolens ſacrificium facere: tum ſeſe oſtendere ciuibus. Cumq; immiſiſſet in forum: ſeu turbines quidam fama occurrit: Otonē potitum exercitu: & ſicuti in tanta multitudine fieri ſolet: aliis uertendum eſſe clamantibus: aliis procedendum: aliis audendum: aliis deficiendum: ac lectica tanq̄ ī æſtu maris huc illucq; iactata frequenterq; cedente: apparuerunt equites primum: deinde pedites grauis armaturæ. Qui per Pauli regiam irruebāt: una uoce clamabant e medio tolli priuatum hominem: ac multi quidem currebant non fuga diſſipati: ſed in porticus & in conſpicuos fori locos quaſi ſpectaculum occupantes. Sed ubi Etillius ſacello imaginem Galbæ humi proſtraſſet: pugnæ initium facientes lecticam iaculis undiq; iuaſerunt. Et quoniam Galbam non eſſēt iis conſecuti: diſtrictis illum ēſibus adegerunt: quibus neq; repugnauit neq; ſubſtitit quiſq̄: præter unum uirum quem in tot hominum milibus ſolum deſpexit ſolum romanorum dignum imperio. Sēpronius enim centurio qui nullo priuatim beneficio a Galba eſſet affectus: ſed honeſtati legiq; opē ferens: ſtetit ante lecticam ſublatoq; primum palmite: quo centuriones in uerberibus obnoxios animaduertunt: in eos qui inuadebant: clamabat: & ut imperatori parcerent iubebat: deinde diſtricto enſe illi ſe una urgentibus diu repugnauit: donec demiſſis habenis cecidit. At Galbam declīata lectica circa lacum quem Curcium uocant: cum euo lutaſſet thorace indutum incurſantes percutiebant. Is uero protenſo iugulo facite inquit ſed romano populo hoc magis conducit. Vulneribus multis affectus eſt & ad crura & ad lacertos. Ipſum autem iugulauit (ut dicunt plurimi Camurius quiſpiā ex quīdecima legione: Terentium quidam: alii Archadium tradunt: alii Fabium Fabulū qui etiā (ut aiunt) caput occultauit: amictuq; comprehenſum portabat ſecum: q; ob tenuitatem uix dignoſci poterat. Deinde cum a ſociis illud occultare prohiberetur: quī iuberetur ut rem fortiter geſtam omnibus oſtenderet: affixit lanceæ: & ita quatiens ſenis faciem: ac modeſti principis pontificiſq; & cōſulis curſitans quemadmodum Bacchæ ſæpe uertebatur: & lanceam cruore perfuſam quatiebat: Otonem uero capite portato exclamaſſe dicūt: eſt hoc nihil o cōmilitōes: monſtrate mihi Piſonis caput. Quod quidem paulopoſt allatum eſt. Vulneratus enim adoleſcens fugiebat: eumq; Marcus quidam inſecutus iugulauit iuxta ſacellum Veſtæ. Iugulatus eſt etiam Ouinius cōfeſſus participem ſe fuiſſe cōiurationis aduerſum Galbam: Clamabat enim ſe occidi præter Otonis ſententiam: ſed enim huius quoq; & Laconis caput obtruncatum ad Otonem portauere petentes munerationes: & ut ait Archilocus ſeptem iacentium cadauerum pedibus quæ offendimus uel mille ſumus ſimul uiri Hyſparicidæ: ſic etiam tunc multi qui homicidæ non eſſent ii manus ii enſeſq; cruētos oſtendebant: largitioneſq; petebant: libellos ad Otonem dantes. Itaq; centum poſtea ac uiginti iuenti ſunt ex tabellis quos Vitellius requiſitos omnis occidit. Venit etiā Marius Cælſus ī caſtra. Cūq; a multis accuſaretur: q; militibus ſuaſiſſet ad ferendum Galbæ auxilium: & cum occidi a multitudine clamaretur: Oto noluit: qui tamen aduerſari metuens: non ita cito īquit eum eſſe occidendum: eſſe enim quæ oportet ex illo prius exquirenda. Itaq; iuſſit hominem coniectum in uincula ut aſſeruarent: eumq; tradidit quibus maxime crederet. Et continuo ſenatu conuocato tanq̄ hi alii eſſent: aut aliis diis entibus cōuenirent:

pro Otone iuſiurandum iurati ſunt: q; ipſe iuratus non obſeruarat: eumq; & Cæſarē Auguſtum appellarunt. Cum adhuc cadauera obtruncata in ueſtibus conſularibus ia cerent in foro: capita uero cum nulli iam his uſui forent: Ouinii quidem filiæ quīgen tis & duobus milibus nummis reddiderunt: at Piſonis uxor accepit Veranio exorato: Galbæ autem caput Patrobii Vitelliiq; ſeruis dona dederūt. Quod illi accipientes ubi multifariam cecidiſſent & ōni contumelia affeciſſent: abiecerunt: ubi eos necant quos Cæſares ſupplicio dedunt. Is uero locus Sextritiū uocat. Verum Galbæ corpus Otōis pmiſſu ſubſtulit Priſcus Eluidius: quod noctu Argius libertus ſepeliuit. Huiuſmodi ſunt quæ ad Galbam attinent: uirum certe: qui neq; genere neq; diuitiis multis romanis eſſet inferior: quin & diuitiis ſimul & genere omnes ſuæ tempeſtatis homines anteiret: quiq; imperatorum quīq; uixiſſet imperia cum honore & gloria adeo: ut gloria magiſq̄ uiribus Neronē ſubſtulerit e medio: et eorū qui tunc in Neronem ſpiraruntAlios quidem nemo eſt dignatus imperio: alii ſeipſos dignati ſunt . At Galba & uocatus eſt ad imperium & obtemperauit. Ac Vindicis audentiæ nomē præbens eius motum ac tumultum quæ defectio dicitur: & uirum ea quidem nacta imperandi gnarum bellum ciuile fecit. Itaq; non ſibi accipere remp . ſed ſeipſum potius dare reipu. arbitratus non indignum iudicauit iis īperare: quos Tigellinus atq; Nymphidius māſuetos reddidiſſet: quemadmodum Scipio Fabritiuſq; & Camillus in illius tempeſtatis romanos geſſit imperium . Subſecutus autem ſenectutem ad arma uſq; laboreſq; militares Merus fuit Priſcuſq; īperator: Ouinio uero Laconiq; & libertis: quibus omnia eſſent uenalia: talem ſeipſum præbens: quales Neroni ex plæbis auiditate hominibus eos præbuit: quorum nemo deſideraret: ſed plusmi ſerentur: imperium morte dimiſit.

OTONIS VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER FRANCISCVM PHILELPHVM VERSA.

OT IVNIOR IMPERATOR OTO CVM PRImum illuxiſſet: procedens in Capitoliū ſacrificium fecit: & agit ad ſe iuſſum Marium Cælſū hilari uultu excepit: eſtq; perhumane allocutus: atq; uirum hortatus eſt: ut cauſæ obliuiſci mallet: q̄ recordari dimiſſionis. Cui cum Cælſus neq; ingeneroſe neq; ſtulte reſpondiſſet: ſed dixiſſet ingenii ſui atq; morum a crimine fidem dari: excidiſſe enim memoria q; firmum ſe Galbæ præſtiterit: cui nullam deberet gratiam: utrunq; præſentes admirati ſūt: laudauitq; exercitus. In ſenatu uero populariter Oto multa humaneq; locutus: quod ipſe tēpus cōſul futurus erat. Huius partem tribuit Virginio Ruffo & iis quos Nero Galbaue declaraſſet: cōſulatus omnibus obſeruauit. At illos qui ætate aut gloria anteirent: ſacerdotiis inſigniuit . Viris autem

ſenatoribus qui Neronis temporibus exularant:& ſub Galba redierañt:reſtituit omnibus quaſcunq; poſſeſſiones nõ uæniſſe quiſq; ĩuenit. Vnde primi atq; potentiſſimi qui prius horruerant tãq̃ non uir:ſed quædam aut poema aut abominabilis dæmõ ſubito remp.ĩuaſiſſet:lætiore ſpe erga imperium proinde atq; eis arrideret affecti ſũt. Sed ſimul romanis omnibus nihil ita iocundũ fuit:neq; ita quod ei illos cõciliarit:ut quæ circa Tigellinum ægit. Hic enim latuerat iã ſupplicium patiẽs tũ ipſo metu ſupplicii:quod tanq̃ publicũ debitum ciuitas repetebat:tum etiam ĩſuperabilibus modis corporis.Ipſiuſq; nefarias & infandas inter proſtibulas ſpuriaſq; mulieres uolutationes:quas adhuc deperibat:exiſtimabant uiri prudentes ultimum cruciatum:& quæ p multas æquarent mortis:quandoquidem ipſe anxius ob intemperantiæ dominatum mori deſideraret. Veruntamẽ erat iccirco multitudini moleſtus:q; poſt talis uiros ſolem aſpiceret:quibus propter eum aſpiciendi facultas ſublata eſſet. Miſit igitur ad eũ Oto in agros Sinueſſe(illic enim degebat Tigellinus nauigiis paratis in portu:quo longinquius fugeret)tentauitq; eum qui miſſus fuerat grandi auro: ut ſe dimitteret. Cui cum perſuadere nequiuiſſet: nihilo tamen minus ei dona dedit:orans tandiu præſtolaretur: donec barbã raderet:cultroq; accepto ſibi ipſe gulam incidit. Per hunc autem modum:cum iuſtiſſimam uoluptatem populo romano Cæſar reddidiſſet:ipſe priuatarum memoria inimicitiarum ſe nemini infeſtum præbuit:gratificatuſq; multitudini minime fugit ĩ theatris initio Nero ſalutari. Et cum quidam Neronis imagines protuliſſet in propatulum:non prohibuit. Claudius autem Ruffus ĩ Iberiam ait allata eſſe diplomata:quibus tabularios emittunt diuum Neronis nomen aſcriptum nomini Otonis habentia. At nec etiam cum ſentiret primos ac potentiſſimos hoc moleſte ferre deſtitit. Sed cum Otonis imperium in huiuſmodi ſtatu eſſet:ſtipẽdiarii milites moleſtos ſe præſtabant:eum ne crederet hortantes:& ut caueret:arceretq; uiros claros ſiue propter beniuolentiam uero metuerent:ſiue prætextu hoc uterentur ad turbationem & bellum. Cumq; ipſe miſiſſet Criſpinum cum ſeptima cohorte quaſi aliquos ad ſe acturũ:& ille adhuc noctu ſe pararet:atq; arma curribus imponeret:audaciſſimi omnes clamabant:ueniſſe Criſpinum nullo ſane cogitatu:ſed res nouas ſenatum tẽtare: armaq; contra Cæſarem non pro Cæſare capere. Qui ſermo cum multos tangeret atq; irritaret:alii currus occuparunt:alii repugnantis centuriones duos ipſumq; Criſpinũ occiderunt. Omnes uero inſtructi ſeq; inuicem hortantes ad auxilium Cæſari ferendũ Romam aduecti ſunt. Qui poſteaq̃ accepiſſent cœnare apud Otonem: octogĩta ſenatores ferebantur ad regiam:tempus nunc eſſe dicentes eodem in loco interimere Cæſaris hoſtes omnes. Itaq; ciuitas proinde ut continuo rapinæ futura eſſet:in magno erat tumultu. At in regia erant diſcurſiones:& grauis difficultas conſilii Otonem corripuerat. Nam qui pro uiris metueret:illis ipſe metui erat:eoſq; aduerſus ſe ĩcertos eſſe uultu intuebatur:ſilentiſq; ac perterritos:quoſdam etiam cum uxoribus ueniſſe ad cœnã ac ſimul præfectos miſit:qui alloquerẽtur placarentq; milites:ſimulq; ĩuitatos ſurgere iuſſos per alias fores emiſit:uixq; clam effugerunt: poſt ſtipendiarios in cœnaculũ irrumpentes quærenteſq; quid eſſet de Cæſaris hoſtibus. Itaq; tunc erectus Oto:qui diſcumbebat(permultos enim conſolatus precatuſq;)ne lachrymis quidem parcẽs uix dimiſit. Poſtridie uero largitione in omnes uſus uiritĩ nummis mille ducentis quĩquaginta:uenit in caſtra:& multitudine laudata q; beniuola in ſe alacriſq; eſſet:cum diceret paucos quoſdam non boni gratia eiuſmodi curam capere:ſuam animi moderationem inſimulantes illorumq; conſtantiam:rogauit ut & ſecum una ſolliciti eſſent:& ſimul quoq; diligentiam adhiberent. Quod cum omnes laudarent iuberentq;:Oto captis ſolis duobus qui nemini graues futuri eſſent:abiit. Hæc diligentes iam alii credenteſq; mirabantur mutationem: alii q; is popularem ſe præſtaret:propter bellum neceſſaria pro tempore ſtudia eſſe ducebant. Nam certo nuntiabatur aſſumpſiſſe Vitelliũ & auctoritatem & poteſtatem imperatoriam:& uiatores ibant aſſidue qui dicerẽt ſẽp

aliquam acceſſionem ad illum fieri: alii Pānonios & Dalmaticos Miſiæq; exercitus una cum ducibus Otonem elegiſſe nuntiabant. Venerunt etiam cito litteræ amicæ a Mutiano a Veſpaſianoq;: quorum alter in Syria: alter in Iudæa magnas uires habebat. Quibus rebus elatus Oto Vitellio ſcripſit: eum monens: ut militaria ſaperet: quod ſi feciſſet: & grandis pecunias ei daret & urbem ubi uitam uicturus eſſet: & facillimam & iocundiſſimam cum quiete. Ille autem diſſimulans Otoni reſcripſit. Quiete primū: deīde per contentionem maledice admodum petulanterq; illudentes ſibi inuicem ſcribebāt: non tam mendaciter q̄ ſtulte ac ridiculoſe alter in altetū quæ utriq; opprobria cōueniebant conuitiantes. Nam operoſum eſſet dicere utrum minus ipſorum tāgeret luxuria & mollitia imperitiaq; belladi: ac ſuperiorum ob paupertatem flagitiorū & æris alieni magnitudo. Mōſtra uero & uiſa permulta cum narrarentur: alia quidē rumores habebant ambiguos: ſed in capitolio e uictoriæ manibus quæ ſtabat in curru habenas dimiſſas uiderunt omnes tanq̄ eas tenere non poſſet. Et in Meſopotamia īſula ſtatuā .C. Cæſaris cum neq; terremotus: neq; uentus fuiſſet: ueſperi cōuerſam eſſe ad ſolis ortum: quod diebus illis aiunt accidiſſe: quibus Veſpaſianus iam palam reip. auxiliū ferebat: & q; circa Tyberim ſubito accidit multitudo erumnoſum ſignum eſſe cenſebat. Erat enim anni tempus quo flumina maxime creſcunt: ſed nūq̄ huiuſmodi ſublatus adeo prius eſt: nec tātas res perdidit atq; couſūpſit diffuſus atq; diluēs urbis partē per multam & eam maiorem immodum: ubi ad emptiunculas annonam uendunt: ut grauī metui multis diebus eſſet. Sed ubi nuntiatum eſt occupari iam alpes a Cecina uolēteq; qui pro Vitellio exercitus agerent: Dolobella Romæ uir patricius ſtipendiariis ſuſpitionem iniecit noui cogitatus. Itaq; illum Oto ſeu ipſius ſiue alius formidine ad urbem Aquinum tranſmiſit bene ſperare iuſſum. peregrinos uero magiſtratus legens: īhis ſtatuit etiam . L . Vitellii fratrem: nec addens aliquid: nec ab eo quem honorē habebat quicq̄ adimens: præterea ſe diligētiſſimum præſtitit: cum circa matrem: tum circa uxorem Vitellii ne de eo quicq̄ timerent. Romæ autem cuſtodem Flauium Sabinū Veſpaſiani fratrem conſtituit: ſiue hoc etiam egerit ob Neronis honorem. Nam ab illo magiſtratum Sabinus accæpit quo eum priuauit Galba: ſiue ut Veſpaſiano beniuolentiam fidemq; oſtenderet in Sabino amplificando. Ipſe igitur Brixilii quæ urbs Italiæ circa Eridanū iacet dimiſſus . At copiarum duces emiſit tum Marium Celſum Suetoniumq; Paulinum: tum etiam Gallum & Spurinā: claros quidē uiros: ſed qui īrebus agendis minus potuerīt: ut inſtituerant: uti cogitatibus ſuis: propter inobedientiā audatiamq; militum. Nam indignum exiſtimabant aliis parere: proīde quaſi ab ipſis imperator. Itaq; neq; res hoſtium ualebant omnino nec erant qui obſequerentur ducibus: quinimmo ob eandem cauſā furore & temeritate āgebantur. Et quoniā periti pugnādi erant aſſuetiq; laboribus minime illi fugiebāt. At hi ob ocium uitamq; ībellem molles admodum erant: ut qui in ſpectaculis & celebritatibus atq; apud Scenam q̄ diutiſſime uixerant. Contumelia uero oſtentationeq; induti miniſteria ſimulabant quo fortiores robuſtioreſq; haberentur: & non ad tolerandum inualidi. At Spurina cum illos ui cogeret parum defuit quin aduenientibus perderetur. Nulli autem neq; cōtumeliæ aduerſus eum: nec maledicto pepercerunt: proditorem & exicioſum cōſumptorem opportunitatum Cæſaris rerumq; dicentes. Quidā etiam inebriati cum iam nox eſſet uenerunt in tabernaculum: petentes uiaticum cum dicerent ſibi ad Cæſarem eūdū eſſe illius accuſandi gratia: ſed conuitium militum: quod eodem tempore ad Placentiam factum eſt: & rebus conduxit & Spurine. Nam Vitelliani muros adorti in Otonis milites qui intra propugnacula ſtarent cachīnantes illudebāt eos: & ſcænicos & armatos ſaltatores Phitiorumq; ob impiorum ſpectatores appellantes: quiq; bellum & militiam neq; callerent neq; uidiſſent : ſed iccirco eſſēt animo elato q; inermis ſenis caput abſcidiſſēt: Galbam ii ſcilicet dicentes: ī certamen autem ac pugnam uirorū fortium haud quaq̄ deſcenderent. Sic enim his opprobriis turbati ſunt: ſic exarſerunt: ut

Spurinam ſuppliciter orarent ſe ut ad omnia pro imperio uteretur: ut qui nullū neq; periculum eſſent: neq; laborem detractaturi. Cunq; uehementer muri expugnatentur & machinamenta permulta adacta eſſent: Spurinæ milites ſuperiores fuerunt: & ingẽti cæde reiectis Vitellianis urbem tutati ſunt illuſtrem & nulla italicarum urbium minus florentem. Erant præterea Otonis duces & ciuitatibus & priuatis hominibus q̃ duces Vitellii tolerabiliores: ex quibus Cecĩna quidem neq; uoce: neq; ornatu popularis erat: ſed & grauis & diuerſus: qui cũ eſſet corpore magno Gallicis ſub ligaculis ĩaniq; paratus habitu: ſigniferos principeſq; romanos alloquebatur. Et uxorem ad eum ducebant delecti equites: quæ præclari ornata equo ueheretur. Fabium autem Valentẽ alterum ducem: neq; hoſtium rapinæ neq; expilationes: corruptibileſq; ſociorũ pecuniæ expleuerant: ſed uiſus eſt etiam ob id tardius iter faciẽs: priori pugnæ non ĩterfuiſſe. Quidam uero Cecinnam accuſant: qui quoniam properaret ante potiri uictoria q̃ ille ueniſſet & ĩ alia minora incidiſſe errata: & pugnam neq; tempeſtiue neq; generoſe cõ ſeruiſſe. Et ita negocia prope omnia eius uitiata ſũt. nam poſtea q̃ a Placentia Cecĩna reiectus aduerſus Cremonã egit exercitũ: alteram urbem opulẽtem & magnã: primus quidem Annius Gallus qui auxilium Spurinæ ad Placentiam ferebat: ut audiuit in itinere Placentinos eſſe ſuperiores: Cremonenſes autem in periculo illo: traduxit exercitũ & prope hoſtes caſtrametatus eſt. Deinde quoq; alius quiſq; duci erat auxilio. Cunq; Cecinna poſuiſſet ĩ inſidiis intra locos aſperos & ſilueſtris pedites multos grauis armaturæ: iuſſiſſetq; equitibus: ut primi excurrerent fugarentq; & hoſtes manum ſi cõſerurent: paulatim recederent: ac retrofugerent: donec eos ita ſubductos in inſidias iniecerint: rem tranſfugæ Celſo nuntiarunt: qui alios emittens cum fortibus equitibus & fugatione aſſeruanter utens inſidiaſq; circundans: ac turbãs e caſtris grauis armaturæ pedites uocauit: exiſtimaturq; ſi in tempore impetum feciſſent neminẽ ex hoſtium numero reliquiſſẽt: & omnem Cecĩnæ exercitum equitibus contritum aduulſumq; perdidiſſent. Nunc uero Paulinus ſero atq; ocioſe auxilium ferens accuſabatur: q̃ propter religionem functus non eſſet ducis officio pro hominum opinione. Plures autem milites proditionis etiam eum accuſabant: exaſperabantq; Otonẽ iactabunde de ſe loquẽtes quaſi uiciſſet: q̃ uero uictoria non omnino proceſſiſſet: uitio ducibus dabant. Sed Oto non ita iis fidem adhibebat: ut uideri uolebat minus credere. Itaq; Titianum ad exercitum miſit ac fratrem & Proculũ prefectum: qui rehabebat totũ imperium: prætextus autem erat Titianus. At Celſus & Paulinus fruſtra ſibi attraxerant cõſiliorum & amicorum nomen: cum nullam in rebus gerendis neq; auctoritatem haberent: neq; poteſtatem. Erant etiam apud hoſtes res in tumultu & apud illos maxime quibus Valens præerat: pugnaq; nuntiata quæ circa inſidias facta eſt: q̃ ipſi minus interfuiſſent: auxiliumq; tuliſſent: in tanta uirorum fortium cæde grauiter ferebãt: ſed ubi uix perſuaſiſſet eoſq; ut irent exoraſſet: caſtra mouit ac ſeſe Cecinnæ cõiunxit. Oto autem cũ Betriacum ueniſſet ĩ exercitum (oppidulum enim eſt Betriacum prope Cremonam) de pugna conſultauit: uiſumq; eſt Proculo atq; Titiano quoniam & copiæ aſſent alacres & uictoria recens: dimicandum eſſe & non ſedendum ne ocium uirum habitaret: neq; expectandũ Vitellium ipſum & Galbã aduentantem. Paulinus uero aiebat omnia ad eſſe hoſtibus: quibus ad pugnam uſuri ſunt eoſq; nullius rei indigere: Otoni autẽ uires ex Myſia & Panonia non minus probatas eſſe q̃ quæ præſentes iam eſſent ſi ſuum ipſe tempus expectaret: nec ad hoſtium opportunitatem bellum gereret: neq; hebetioribus ſe tunc uſurum: qui nunc audent: quando ſunt pauciores: ſi plures ad pugnã cõmilitones aſſumpſerunt: ſed ex multitudine copiarum certarum. Præterea cũctationẽ pro ipſis eſſe qui rebus omnibus abundent. At illis fore ut tempus rerum neceſſariarũ ĩopiam præbeat: qui in agro hoſtili ſedent. Hæc Paulini dicta Marius Celſus comprobauit. Annius uero Gallus: qui quoniam ex equo cecidiſſet curabatur: minime aderat: ſed ad eũ cum ſcripſiſſet Oto: cõſuluit ne ꝓperaret: ſed ex Myſia expectaret exercitũ:

qui iam esset in itinere. His Oto nequaquam est persuasus: sed in eorum sententiã iuit: qui se ad pugnam hortarentur: afferũturq; aliæ plures ab aliis causæ. præcipue uero qui prætoriani appellantur & habẽt speculatorum ordinem: cum per id tempus uetiorem militiam gustarent desiderarentq; Romæ ludos: uitamq; imbellem & theatralem: contineri non poterant a pugnandi celeritate: quasi continuo forent ex incursu acturi hostes in rapinam. Videtur etiam ipse Oto ad imperitiam & mollitiam: neq; iam ferre neq; sustinere suis cogitatibus rem ĩcertam: Defatigatus autẽ curis accelerare tãq̃ a præcipiti rupe rem fortunæ uelatis oculis committere. Et hoc quidã Secũdus rhetor qui Otonis epistolas legerat narrabat: alii uero dicunt ambobus exercitibus multas rationes fuisse: ut in idem conuenirent: maximeq; ut ex imperatorum disciplĩa circa præsentem pugnam cõmuni consensu optimum legerent: aut simul sedentes senatui crederẽt illam imperatoris electionem. Et neq; certe absurdũ est ubi neuter eorum probaretur: qui tunc essent imperatoris salutati huiusmodi cogitatus in eos milites cadere: qui & uere erant Romani & industrii & prudentes: proinde atq; & odiosissimum esset & grauissimum quæ diu propter Syllam & Marium deinde propter Cæsarem & Pompeium faciendo inuicem patiendoq; sese miserabiliter afficiebant: ciues Romani eadem nunc perferre: si aut Vitellio ad crapulæ aut uinositatis aut Otoni ad deliciarum luxuriæq; sumptum imperium traderent. Hæc igitur suspicantur sensisse Celsũ ob idq; moram iniecisse: q; speraret sine pugna & laboribus rem iudicatum iri: eodẽq; modo Otonem: quoniam metueret pugnam acceleraſſe. Sed Oto rursus Brixillum rediit: qua ipsa in re certe errauit non ob id solum q; uerecundiam se præsentem aspicientibus militibus & ambitionem in pugnando abstulit: uerum etiam quoniam robustissimos strenuissimosq; equites & pedites proprer seipsũ ad corporis custodiã abducens ueluti quoddam uirium corpus abscidit ab exercitu. Accidit autem per illos dies prælium fieri circa Eridanum inter Cecinnam qui transitum uinceret: & Otonis milites id inhibentes simulq; pugnantes: sed posteaq̃ nihil efficiebant facem in arma iniecerũt sulfuris atq; picis plenam: cum spiritus per transitum irruens subito paratam materiam in hostes immittit. Cumq; fumus primum: deinde clara flamma excideret: turbati atq; in flumen exilientes: cum naues aduerterunt: tum hostibus copora cum risu præbuerunt. At Germani admixti circa paruam fluminis insulam gladiatoribus Otonis eos superarunt: ac permultos interemerunt. His autem actis cũ Otonis milites qui Betriaci erant excondescentes ferrentur in pugnam: eos Proculus ãteuertit ex Betriaco: & a quinquaginta stadiis castrametatus est: ita imperite ac ridiculose ut cum esset uernũ tempus: & campi circumiacentes multa nemora perennisq; fluuios haberẽt: aquæ penuria premerẽtur. Postridie uero cum uellet aduersus hostes procedere: iter nõ minus stadiis centum: Paulini milites passi non sunt: sed exstimarunt manẽdum esse: neq; se oportere ãte defatigari: neq; cõtinuo ex itinere pugnãdũ esse aduersus uiros armatos: eosq; acie istructos p qetẽ: q̃diu ipsi tãtũ itĩeris faciũt mixtis sequẽtibusq; iumẽtis. Cũ de his rebus duces inter sese contenderent: eques Numida uenit ab Otone qui litteras qbus iubebat: neq; manerent: neq; tempus tererẽt: sed cõtinuo ĩ hostes agerẽt: tulit. Itaq; inde illi soluentes procedebant. Quorum aduentum ubi audiit Cecĩna: turbatus est: confestimq; relictis operibus ac flumine uenit in castra: multisq; iam armatis & a Valente accæpto signo interea temporis: dum ordĩem legiones sorte caperent: eos qui erant inter equites fortissimi præmiserunt. Incidit autem quapiam tandẽ ex causa opinio ac rumor in milites Otonis qui erant in prima acie constituti: q; Vitellii duces ad ipsos conuersi essent. Quare ubi fuissent prope eos amice salutarunt commilitones appellantes. At sic eam appellationem non miti animo sed iracunde & cum clamore bellico excipientibus: salutantes quidem remissiore animo redditi sunt: Reliquos uero suspitio ea inuasit ut qui ita salutasset ꝓditores existĩarent. Et hoc primum cum iam essent hostes in manibus eos turbauit: deinde alii nihil apte: nihil pro ordine faciebant

multumq; pugnantes turbabantur a iumentis quæ cum impedimentis uagabãtur: ac loca foſſis foueiſq; referta ſeparationes permultas faciebant. Quæ ipſi metuentes circũeunteſq; cogebantur: tum mixtim tum admodum ſeparatim cũ hoſte manũ conſerere. Duæ ſolũ lægiones: altera Vitellii cognomento rapax: Otonis altera auxiliatrix cognominata in expeditum campum patentemq; effuſæ legitimam quãdam pugnã diu inter ſeſe acie pugnauerunt. Erant Otonis uiri robuſti ac fortes: ſed qui belli ac pugnæ tum primum peritiam caperent. At Vitellii multis præliis aſſueti ſeneſcentes iam defloreſcenteſq; uigore. Quare cum Otoniani in eos impetum feciſſent & fugarunt & aquilam abſtulerunt: propugnatoreſq; ſimul omnes occiderunt. Illi uero præ uerecundia atq; ira eos irruenteſ tum legionis ſeniorem Orfidium interfecerunt: tum permulta ſigna rapuerunt. Gladiatoribus uero qui præliandi peritia fidutiaq; ualere uiderent intulit Varrus Alſenus eos: qui Batali uocantur. Et ſunt hi quidẽ iter Germanos optimi equites inſulam habitantes: quam Rhenus circunfluit. Hos autem illorum pauci ſubſtinuerunt. At plurimi cum ſub Rhenum fugerent: incidunt ĩ cohortes hoſtiũ illic poſitas: a quibus oppugnati omnes pariter perierunt. Omnium uero turpiſſime prætoriani qui ne tãtiſper quidem hoſtes ſubſtinuerunt: dum manum cõſererent: ſed eos etiam qui adhuc erant inuicti metu turbationeq; referſerunt: dum fugam per ipſos faciunt. Quin etiam multi Otoniani qui hoſtes uicerant: quibus cum pugnabãt: ſuperati ſunt: dilapſiq; per hoſtes iam uictores in caſtra. E ducibus uero neq; Proculus nec Paulinus ſimul ingredi auſi ſunt: ſed formidine militum aduertuntur: qui eius rei cauſam in duces uerterent. Annius uero Gallus recepit ĩ urbe illos: cõſolatuſq; eſt: qui ex ea pugna collecti ſunt: proinde atq; æqualiter utrinq; pugnatum ſit: & multis partibus fuerint ipſi ſuperiores hoſtibus. At Marius Celſus conuocatis magiſtratibus iuſſit de rep. conſultarent: tanq̃ in huiuſmodi clade ac tãta ciuium cæde neq; ipſe Oto ſi quidem uir bonus ſit uellet iam tentare fortunam: cum & Cato & Scipio quoniã Cæſari poſt uictoriam Pharſalicam cedere noluiſſent ita accuſantur: ut qui multos fortiſq; uiros in Lybia conſumpſerint minime neceſſarie: & ſi pro romana libertate certabant. Nam cum in aliis bonis ſeſe fortuna cõmunẽ omnibus præbet: id unum certe non aufert: q; homines in omnem euentum bene conſultent: quãuis ſecũdis ſucceſſionibus non utantur. Quæ dicens prætorianos perſuaſos reddidit. Vbi autem re tentata illos uiderunt orãtes pacem: Titianuſq; iuberet legatos eſſe pro cõcordia mittendos: Celſo Galloq; uiſum eſt proficiſci ac uerba facere cum Cecinna ac Velente. Ipſis uero proficiſcentibus centuriones obuiam facti ſunt: qui dicerent motum iam exercitum Betriacum petere: ſe autem a ducibus miſſos pro concordia. Quod Celſus cum laudaſſet hortatus eſt: ſecum retro ut iter caperent: Cecinnæ occurrentes. Cũ ppe iam eſſent: periculo Celſus obiectus eſt. Nam qui ante fuerant inſidiis uicti equites priores agebantur. Itaq; ut aduenientem Celſum intuiti ſunt continuo in eum ſublato clamore irruerũt. At centuriones ante ſteterunt: eos arcentes: clamantibus aliis inſidiarũ præfectis ut parcerent obtemperantes Cecinnæ milites atq; inſequentes petulantiam equitum ſtatim admouerunt: Celſum uero benigne excipientes ſimul cum iis Betriacum ſunt profecti: ſed interea temporis Titianus pœnitentia ductus q; legatos miſiſſet: audentiſſimoſq; milites: rurſus in muros accendit: atq; alios ad auxilium eſt hortatus: & ubi Cecinna cum equo accurriſſet ac dextram ſubſtuliſſet nemoq; aduerſaretur: ſed alii a muris milites ſalutarent alii portas aperirent: egreſſi ſũt neceſſariiſq; admixti. Nemini iniuria eſt illata: ſed benigne ſe & perhumane excipiebant: omneſq; pro Vitellio ſunt iurati ſimulq; admixti. Ita eſſe pugnatum plures eorum narrant qui iter fuerunt & ne ipſi quidem liquido noſſe fatentes ſigillatim omnia propter inobedientiam confuſionemq; pugnantium. Mihi autem poſtea iter faciẽti per campũ illũ Metrius Florus uir conſularis oſtẽdẽs ex iis adoleſcentibus unum admodum ſenẽ: qui tũc non ex animi ſententia ſed pro neceſſitate fuiſſet cum Otone: narrauit iam cum poſt

pugnam aduenisset:uidisse cadauerum tumulum huiusmodi:ut multo plures hostes q̃ Otoniani interierint & causam ait cum quæsisset:nec se inuenisse:nec ab alio accæpisse. Interire enim in bellis ciuilibus cũ uertuntur in fugam plures credendum est:cũ uiuus capiatur nemo:quoniam capti usui esse nequeãt. Huius autẽ multitudinis atq; collectionis causa non bene considerari potest. At obscuros primũ ut fieri solet de huiusmodi rebus apud Otonem rumor increbuit. Sed ubi quidam & uulnerati uenerũt ex pugna nuntii(amicos quidem minus quispiam sit miratus:qui non sinerent credere:sed potius ad audendum hortarentur:Militum uero dolor fidem omnẽ superauit quippe neq; abluerint.ad uictores(haud quaq̃ uisa est priuata consolatio in desperati one imperatoris:sed omnes æqualiter uenerunt ad fores:Imperatorem antecedẽtes uo cabãt : Trophæa fiebant cum clamore:Supplicibus manibus orabant:sternebãtur humi:lachrymabãt : ne ipsos desereret:ne hostibus proderet:precabãtur:sed pro se potius uteretur:q̃ diu & animis & corporibus inspirarint. Hæc simul omnes suppliciter rogabãt. Vnus autem ex obscurioribus ubi substulisset ensem dixissetq;:Scito Cæsar sic omnis esse pro te instructos seipsum iugulauit. At horum nihil Otonem fregit:sed clara atq; constanti facie circunquaq; agens oculos:Hunc ait o commilitones diẽ illo duco beatiorem quo me primum fecistis imperatorem:cum uos talis ĩtueor & talibus sũ dignus existimatus. At nolite eo me priuare: quod maius est pulchre mori ꝓ tãtis talibusq; ciuibus:si Romanorum sum dignus imperio nequaq̃ meæ mihi animæ pro patria parcendum est. Scio uictoriam esse hostibus neq; firmam neq; ualidam:annuntiant nostras e Mysia uires non multorum dierum iter abesse quandoquidem in Adriam iam descendunt. Asia & Syria & ægyptus & qui cũ iudæis exercitum bellũ gerunt nobiscum sunt:senatus & hostium filii atq; uxores penes nos sunt: sed neq; aduersus Hannibalem:neq; aduersus Pyrrhum:neq; aduersus Cymbros bellũ est pro Italia:sed cum romanis bellum gerentes ambo patriam & uincentes & uicti iniuria afficimus. Nã uictoriæ bonum patriæ malum est. Sæpe mihi credite mori malim q̃ imperare. Haud enim uideo:cui tanto emolumẽto rõanis futurus sim:ubi uicero:quãto si meipsũ dedero pro pace & concordia:& ne rursus talem diem uideat Italia. Vbi talia dissertuisset:& eos qui accingere hortariq; nitebãtur:refellisset:& amicis & senatoribus qui aderãt abire iussis:ad eos uero qui aberant:ac etiam ad ciuitates missis litteris ut cadauera honorifice secureq; tollerent:accersitum fratris filium Cocceium adhuc adolescentem: ut auderet:neq; timeret Vitellium est hortatus:& ut matrem & domum & uxorẽ ipse tãquã proprios curans tueretur. Nam iccirco non ipsum adoptauisse cũ uolebat:sed distulisse:quoniam meminisset Cæsaris contemnentis atq; abnuentis adoptionem:quo si uicisset secum una imperaret:sin uictus esset ne ipse ante periret. Illud autem inquit o fili ad postremum tibi præcipio:ut neq; omnino obliuiscaris:nec admodum memineris ꝙ Cæsarem patruũ habueris. Post hæc autem paulopost tumultum clamorẽq; audiuit ad fores. Nam milites senatoribus qui abibant minitabantur si abscesissẽt imperatorem deserentes & non mansissent:fore ut eos iugularent. Rursus igitur metuẽs illis uiris:uenit in conspectum. Et ubi uisus est a militibus non precibus ac mansuetudine:sed asperitate & ira ut qui ad tumultum maxime respiceret:effecit:ut abirent cedentes hi quidem ac perterriti. Cum iam esset uespera sitiq; teneretur : paululũ aquæ bibit:& cũ duos haberet ẽses:diu utriusq; aciẽ didicit : Redditoq; uno altero ad cistellas accæpit:atq; domesticos uocauit:eisq; benigne pecunias suas distribuit . Huic plures:illi pauciores non tanq̃ de alienis prodigus:sed id pro dignitate atq; moderate diligenter obseruans. Vbi uero hosab se dimisisset:iam quod reliquum erat noctis quiescebat:sed ita ut cubicularii sentirent eum grauiter dormire. Mane autem uocato libertoquo utebatur contubernali imperauit ut quid senatores agerent disceret. Et cum accæpisset factum esse iis qui abierant:ut cuiq; opus fuerat:uade igitur ĩquit tu. At te ipsũ ostẽde militibus si non uis male ab ipsis interimi tanq̃ mihi mortis adiutor. Homĩe

autem egreſſo poſteaq̃ enſem ſubſtitiſſet ambabus manibus ſuperq; decidiſſet q; ſemel tantum ſuſpirauit & ſenſit dolorem: & ſtantibus extra ſenſũ præbuit: ululatuq; a ſeruis ſublato uniuerſum continuo exercitum atq; urbẽ fletus ĩuaſit. Et cũ clamore milites ac planctu ad fores irruerunt ſeipſos miſerantes: ac maledicentes quod minus cuſtodiſſẽt imperatorem: neq; prohibuiſſent: ut pro ipſis moreret. Nullus ex illis qui ſecum eſſet defecit: & ſi hoſtes erant in proximo: quin ornato corpore: atq; parato rogo eum in armis extulerunt. Qui præuenientes ſubſtrauerunt & portauerũt feretrum læticia efferebantur: Alii uero in uultus cadaueris procidentes obſculabantur: ii manus tangebant: ii adorabant eminus. Aliqui etiam funalia dimittẽtes in rogos ſeipſos iugularunt: qui tamen nihil egregiæ neq; beneficii quicq̃ a mortuo accæpiſſent: neq; grauius quippiam a uictore metuerent: ſed uidetur nemini unq̃ neq; tyranno neq; regi ingenitum adeo immanem fuiſſe imperandi amorem ut illi amauerunt ab Otone imperium pati Otoniq; parere: quos neq; mortui deſiderium reliquit: ſed pſeuerauerit in maliuolentiam intolerabilem in Vitellium: finis atq; alia ſuo tempore dicentur. Cum uero Otonis reliquias humaſſent: neq; pro corporis magnitudine neq; illuſtri inſcriptione ſepulchrum fecerunt inſigne. At ipſe Brixilli cum eſſem: uidi monumentum paruũ & inſcriptionem ita habentem. M. Otonis: diem autem obiit Oto cum uixiſſet annos ſeptem & triginta imperaſſetq; menſes tris. Atq; reliquit neq; deteriores neq; paciores qui mortem laudarent q̃ qui uitam uituperarent. Nam cum uixiſſet nihilo modeſtius Nerone mortem dedit nobiliorem. At milites cũ iuberet Pollio alter ex præfectis: ut iurarẽt continuo in Vitellium: difficiles ſe præſtabant & cum didiciſſent ſenatores quoſdam etiam ad ſe eſſe: alios demiſerunt: ſed Virginio ruffus moleſtos ſe præbebant: ſimul cum armis in ædes uenientes: eumq; rurſus inſignibant iubebant q;: aut imperaret aut iret pro ſe legatus. At is eorum qui uicti eſſent imperium ſuſcipere furioſi eſſe inſaneq; ducebat: qui ante uictoriam noluiſſet. Legatus autem ire ad Germanos a quo illi multam uim paſſi inuiti uiderentur: cum timeret: clam per alias fores e medio ſe abſtulit. Quod ubi milites didicerunt: & iuſiurãdum accæperũt: & ueniam aſſecuti ſe Cecinnæ addiderunt.

EVAGORE VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

OVM VIDEREM O NICOCLES TE NON SOlũ reg; pulchritudĩe atq; copia: uerũ etiã choris & muſica gymniciſq; certaminibus: necnon equorum Triremium q; curſibus funus paternum honorantem nihil quod ad eiuſmodi rerũ ſplendorem pertineret relīquẽtem: putaui fore ut Euagoras: ſi quis ſẽſus de his quæ fiunt mortuis ĩeſt: libenter & hæc acciperet gauderetq; aſpiciens tuam erga ſe curã ac magnificentiã: ſed multo maiorem gratiam q̃ reliquis õnibus haberet: ſiquis ipſius præclara facĩora atq; pericula digne narrare poſſet. Etenĩ uiros magnanĩos honoriſq; cupidos nõ ſolũ laudes ſuas his rebus ãteponere

ſed pro uita honeſtam mortem optare reperiemus maiuſq; ſtudium de ſua gloria q̄ de uita habere: deniq; omni cura atq; diligentia eniti ut eorum immortalem memoriā dereliquant. Magni ergo ſumptus nihil tale efficere poſſunt: ſed opes dūtaxat atq; diuicias oſtentant. Eorum uero qui in muſica aliiſq; certaminibus ſe exercent: ii quidē ſuas uires: alii uero ſuas artes demonſtrantes ſeipſos glorioſiores conſtituunt. Oratio uero ſi eleganter & ornate illius res geſtas narrauerit ſemper memorabilē Euagoræ uirtutem apud omnes mortales efficiet. oportet ut & alii uiros præſtantes & optimos qui ſua tempeſtate ſunt præclaris laudibus extollant: quo illi qui aliorū facta ornare poſſunt: cum non apud ignaros uerba facturi ſint eos quos honeſtare uolunt: ueris laudibus proſequantur: iunioreſq; ardentiori ſtudio afficiantur ad uirtutem: cum quibus ſe meliores præſtabunt: his ampliores laudes ſe conſecuturos ſciant. Nūc autem quis non langueſceret ſegniorq; ad uirtutem non redderetur: cum eos qui tempore Troiani belli atq; antea fuere celebratos carminibus & laudibus decātatoſq; tragœdiis animaduertit: ſeipſum autem proſpiciat: neq; ſi illos omnes probitate & uirtute uinceret nunquam ſimiles laudes aſſecuturum? ſed horum perfecta cauſa eſt inuidia: cui ſolū hoc boni adeſt: quod maximū malū inuidis afferre ſolet. quidam enim ſic deprauati natura ſunt ut libentius eorum quos ignorant ſi unq̄ fuerīt q̄ eorū quibus plurimis beneficiis affecti ſunt laudes audire uelint: non tamen his qui ita male ſentiunt inſeruiendum exiſtimo: ſed hos quidem negligere: alios uero ut laudes eorum audiāt de quibus dicere iuſtum eſt: aſſuefacere debemus: præſertim cum & artiū omniumq; aliarū rerum additamenta facta uideamus non per eos qui acquieſcunt his quæ ab aliis inſtituta ſunt: ſed per eos qui & praua dirigere: & non bene inſtituta mutare audent. Nec ignoro q̄ difficile factu ſit cuiuſpiam uirtutem ſoluta oratiōe laudare. Cuius rei maximum ſignum q̄ ii qui oratoriæ arti operam tradant de multis uariiſq; rebus dicere audent: de talibus autem nullus nunq̄ ipſorum aggreſſus eſt dicere. In quo ipſis dādā ueniam cenſeo. Nam poetis multa dantur quibus eorum carmen ornare poſſunt. his enim & eorum cum hominibus congreſſus cum diſceptationes & certamīa quibus cū uolunt fingere licet: & cum hæc narrare uoluerint nō eadem uerborum lege qua oratores aſtringuntur. Itaq; non ſolum uerbis uſitatis. uerū etiā nouis trāſlatis & peregrinis & omni deniq; dicendi genere ſuam poeſim ornare poſſunt: oratoribus autem nihil tale conceditur: ſed his neceſſe eſt & uerbis & ſententiis cæteriſq; quibus orationem ſuā magis ornatam efficere ualerent ſtrictiori quadam lege uti. Ad hæc hi quidem omnia numeris & metris ſcribunt: his uero nihil tale commune ē: quæ tantam gratiam habēt ut quanuis nec uerba idonea nec graues ſententiæ ſint: mēſura tamen quadam atq; numeris auditores demulcent. Quanta autem horum ſit uis illinc facile pſpici poteſt. Nam ſiquis eorum poematum quæ probatiſſima habentur: uerba quidem & ſententias relīquat: menſuram autem diſſoluat: multo profecto opinione quam nūc de his habemus inferiora uidebuntur. Nec tamen quanuis poeſis hoc tantum præſtet a ſcribendo deſiſtere debemus: ſed tentandum eſt ſi ſoluta oratiōe uiros probos ac præclaros meritis laudibus honeſtare ualeamus: nihil minus his qui carminibus & numeris eos laudant. Primum ergo de ingenio naturaq; eius Euagoræ: quibuſq; maioribus ortus ſit: & ſi multis notum arbitror aliorum gratia dicendū uidetur: ut ōnes ſcire poſſint. Quāuis ei maxima & præclara exempla maiorum relicta ſīt: nihilominus his nō inferioribus ſe præſtitiſſe ītereſt. Semideos generoſiſſimos eos qui a Ioue genus ducūt eſſe omnes uno ore conſentiunt. Hos autem ipſos ſi inter ſe cōferre uoluerimus nemo eſt: qui Eacidas cæteris præferre dubitet. In aliis generibus hos quidem uirtute præſtātes atq; inſignes: alios uero obſcuros inferioreſq; reperiemus. At omnes qui Eaco orti ſunt clariſſimi fuere ſuo tempore. Eacus autē qui Ioue ſatus eſt: a quo Teucideorū genus initium ſumpſit tā cæteris uirtute præſtitit: ut cū maxīa ſiccitate ī græcia plurimi hominum corrumperentur: nullum malo huic auxilium īuenirent poſtq̄ magnitudo

calamitatis excreuit:eum ciuitatum principes adierint:rogantes:ut tantum malum tã tamq; peſtem ab eis propulſaret.ſperabant enim propter ipſius generoſitatem atq; exi miam pietatem q̃celeriter a diis præſentium malorum liberationẽ ĩuenire. Nec ea ſpes eos falſos habuit:ſed uoti compotes facti in Aegina ubi uotum ille preceſq; fecerat:cõ mune omnibus græcis ſacrum ædificauere:atq; per id temporis donec ĩter homines fu it ſumma cum gloria uitam duxit.Poſtq̃ uero migrauit e uita cum apud Plutonẽ Pro ſerpinãq; maximos honores aſſecutus eſſet:ad iudicandas animas eis aſſediſſe fertur. Iſtius aũt Thelamon & Peleus filii fuere:quorũ alter cũ Hercule contra Laumedõtẽ militans propter ſua egregia facinora ingẽtibus præmis donatus eſt.Peleus cum ĩ pu gna contra Centauros ſtrenue dimicaſſet: multiſq; aliis bellis atq; periculis ꝓbatus eſ ſet: Thetida Nerei filiam immortalem quanuis ipſe mortalis uxorem meruit : atq; ex omnibus quæ ante fuere ſolum in iſtis nuptiis Hymenæum deos cantaſſe feru:ntinde Aiax Teucerq; a Thelamone:Achilles uero a Peleo orti ſunt:qui maximum ac mani feſtiſſimum argumentum ſuarum uirtutum dedere.Non enim ſolum in ſuis ciuitati bus lociſq; quibus habitabant primi fuere:ſed cum græci contra troianos expeditionẽ feciſſent:multiq; utrinq; coacti eſſent:nemo deniq; uir clarus qui his non adeſſet peri culis inueniri poſſet:omnibus tamen Achilles longe præſtitit.Aiax uero poſt illum faci le omnes ſuperabat.Nec Teucer horum genere indignus:nec cæteris inferior habebat. Qui poſtq̃ una cum græcis depopulatus eſt Troiam atq; arruit:Cyprum petiit:urbẽq; ædificauit:quã Salaminam antiquæ patriæ nomĩe uocauit:genus reliquit:quod nunc regno potitur. Tam igitur præclara facinora maiorũ a primordio generis Euagoræ fu ere.Cum igitur iſto pacto urbs ædificata eſſet:principio hi qui a Teucro geniti ſunt re gnum obtinebant.Poſtero inde tempore uir quidam exul a Phœniſia in Cyprũ uenit: hic cum maxime ab eo qui tunc temporis regnabat creditus eſſet:maximaſq; accæpiſ ſet poteſtates:harum rerum non habuit gratiam:ſed in regem qui eum hoſpicio accæ perat:malus ingratuſq; exiſtens:ac ad præripienda aliena callidus:benefactorẽ ſuũ ex regno eiecit:ipſe uero impetio potitus eſt:inde cum rebus tãſcelerate geſtis diffideret: ſuumq; ſtatum ſtabilire uellet:ciuitatem effecit Barbaram:inſulamq; uniuerſam per ſarum in ſeruitutem dedit.Rebus ita conſtitutis Euagoras naſcitur:de quo diuinatio nes & oracula uiſaq; in ſomnis quibus hominum naturam excedere uideretur relĩque re decreui : non ut his rebus fidem non adhibeam:ſed ut omnibus apertum faciã tan tum me abeſſe ut de eo aliquid fingam:ut etiam prætermittam quæ non olim nota eſ ſe exiſtimem.Sed cum de eo dicturus ſim:ab his quæ omnes fatentur initium faciam: Puer nẽpe exiſtens honeſta forma robuſtus atq; temperatus fuit:quæ honorum omni um eius qui ea ætate ſit decentiſſima uidẽtur. Hotum omnium teſtes afferre poſſĩus. Nam temperantiæ:eos ciues qui una cum eo fuerunt eruditi: pulchritudini õnes qui eum uiderunt:Roboti deniq; ea certamina:quibus ille æquales ſuperauit : his deniq; cum uir factus eſſet fortitudinem:ſapientiam:iuſtitiãq; adiũxit:nec mediocriter quẽ admodum cæteri:ſed horum quodlibet egregie quadam cum excellentia habebat. Tã tum enim corporis uirtutibus animiq; præſtitit:ut cum eum ĩtuerentur:qui cum ĩ im perio conſtituti erant ſtupeſcerent:& non mediocri timore de principatu eorum affice rentur.Putabant enim nullo modo fieri poſſe ut is qui tali ingenio præditus eſſet:pri uatus uitam degeret.Inde cum eius honeſtiſſimos mores inſpiciebant:tãtam ei adhi hebant fidem:ut putarent:ſi quis in eos delinquere auderet:ſibiq; Euagoram adiuto rem fore : & cum tam uaria ac diuerſa de eo eſſet opinio: nihil tamen horum eos fefellit.nã neq; priuatus uitam egit:neq; ĩ eos aliquid commiſit:ſed tãtam de eo pro uidentiam deus habuit:ut honeſte regiam dignitatem ſumeret:ut omnia quæ per im pietatem fieri neceſſe erat:per alium patrarentur:ea uero quibus ſancte ac iuſte imperi um aſſequi poterat:Euagoras ſeruauit.Quidam enim qui per id tempus in poteſtate erat:per inſidias regem trucidauit:Euagoramq; comprehendere conatus(Putabat .n.

nullo pacto principatum obtinere posse nisi illum e medio tolleret) sed Euagoras pericula effugiens in solos Cyliciæ se recepit: nec eandem habuit mentem: quam alii qui in eiusmodi calamitates incidunt. Illi enim cum imperio excidere humiliores animos habere solent: ipse uero postq̃ patriam fugere coactus est: in tantum animi magnitudinis uenit: ut cum antea priuatus esset: non putaret sibi sine imperio esse uiuẽdũ: neq; cum uagis & exulibus aliisq; hoc genus hominum reditum quæsiuit: indignos precari atq; colere contempsit: sed eam occasionem sumens quã omnibus qui pietatem colũt sumi oportet: ut suas scilicet iniurias lacessiti ulciscantur: optauit uel uictor potiri ĩperio uel superatus occumbere. Itaq; cum quinquaginta fere hominum ut plurimi ferũt coegisset: cum his reditum in patriam parauit: unde & illius ingenium & qua apud alios opinione esset contemplari possumus. Nam cum tam paruo uirorũ numero ad tã ingens facinus nauigare deberet: sibiq; omnia grauia imminerent quæ ĩ huiusmodi periculis esse solent: non tamen ille elanguit: nec ullus eorum quos adhortatus fuerat ĩ tãto discrimine ab eo defecit: sed ii ꝙ tanq̃ deũ aliquem sequerentur fidẽ seruare: ipse uero tanq̃ meliorem hostibus exercitum haberet: uel pugnæ euentum cum prospiciatur: ita animo affectus uidebatur: quod ex rebus quas gessit: intelligi licet. Nam cum in insulam descendisset: non putauit oportere locum munitum capere: seq; in tuto collocare ac circunspicere: si aliqui ciuium sibi auxilium ferrent: sed eadem nocte ut primum facultas data est urbem ingressus cum suis ad regiam irruit. Qui autem ea tempestate tumultus acciderint quiue alii terrores euenerint quæ deniq; exhortationes eius fuerĩt: ni uererer orationis prolixitatem: dicere non grauaret. Cum uero ii qui circa tyrannum erant pugnarent: reliqui autem ciues cum illius principatum tum huius uirtutem metuentes quietem ageretur: pugnans solus contra multos cunq; paucis contra omnes inimicos: non antea destitit q̃ regient ĩ suam potestatẽ redigeret: & inimicos ultus est: & amicis auxiliũ tulit: & ipse ciuitatis ĩperio potitus est: & generi suo patrios honores restituit. Arbitror profecto si nihil aliud memorare uelim: sed hic orationi finem ĩponere: ex his quæ diximus facile esse & Euagoræ uirtutem & egregia eius facta cognoscere: non tamen his contentus sum: sed ex his quæ sequentur: hæc magis manifesta fore existimo. Nam cum tempore uniuerso tot reges totq; tyranni fuerint: nullus tamen hunc honorem adeptus est: nec honestius nec iustius. Si igitur cum eorũ quolibet facta Euagoræ comparare uoluerimus: fortasse nec nostra oratio auditoribus grata esset: nec tempus ad dicendum sufficeret. Sin autem seligamus quosq; probatissimos: cũq; his Euagoram comparemus: multo breuior erit oratio: nec minus propositũ assequemur. Eis qui a parentibus regna accæpere: quis est qui Euagoræ pericula nõ ãteponat? neminẽ enim adeo segnem & ignarũ eẽ existimo: ut mallet a progenitoribus sumere imperium: q̃ sancte quemadmodum ille assequens suis liberis relinquere. Atqui omnium antiquorum: qui in patriam rediere: hi profecto quia poetis induti sunt celeberrimi uidentur. Hi enim non solum præclaros reditus qui ante fuerint nobis commemorant: sed nouos quosdam ipsi fingunt. Nullus tamen eorum effinxit qui tã grauibus periculis ac terroribus in patriam rediret: sed finxere q̃plurimos fortuna nõ nullos uero dolis ac fallatiis regiam dignitatem accæpisse. Atqui Cyrum præ cæteris qui postea fuerunt admirãtur. Is enim Medis abstulit Persisq; quæsiuit imperium: sed tamẽ iste Persarum exercitu Medos uicit: quod multi græcorum barbarorumq; fecissent. At iste corporis animiq; uirtute q̃plurima ex his quæ dicta sũt facere uisus est. Deinde ex Cyri expeditione non satis liquet eũ pericula Euagoræ subire potuisse. At ex his quæ hic fecit omnibus in promptu: quod facile & illa opera esset aggressus. Præterea huic quidẽ omnia iuste & sancte facta sunt. Illi autem nonnulla impie euenere. Nam iste inimicos perdidit: Cyrus autem matris parentem interfecit. itaq; si aliqui utriusq; non rerũ magnitudinem sed uirtutem metiri uelint: non iniuria Euagorã maioribus laudibus honestarent. Atqui si breui nullamq; inuidia timentes audacter loqui oportet: nullus

neq; mortalis:neq; semideus neq; immortalis deniq; reperiretur:qui summa cum pie
tate regnum acceperit:& honestius & clarius. Quibus rebus siquis maxime credere po
terit: non ualde repugnans his quæ dicūtur:conabitur exquirere quonam pacto utri-
q; imperaret. Non enim uidebor(quoquomodo res se habeant)prōpto animo uelle ma
gna dicere:sed rei ueritate inductus ita audacter de his differere. Quoniam si paruis in
rebus ipse præstitisset:huiusmodi nempe orationem de eo habere æquum fuerat: nūc
autem omnes fatentur ex bonis omnibus humanis & diuinis nihil maius regno nihil
mirabilius:nihil deniq; maiori reuerētia dignius reperiri posse. Qui uero omnium ho
nestissimum honestissime assecutus fuerit eum? Qui rhetor? quis poeta? quis demū
orationis inuentor pro rebus gestis digne laudare poterit? Nec tamē cum his tā clarus
fuerit:in cæteris inferior reperietur. Sed in primis cū natura ingeniosissimus esset:mē
temq; haberet ad recte faciendum aptissimam:nil tamen nisi ex tempore:nil cum ne-
gligentia putauit esse faciendum. Sed quærendo consulendoq; omni cura plurimum
temporis consumebat. Putabat.n.si animū suū bene īstituisset bene se & regnum su
um habiturum:nec eos satis admirari poterat:quicunq; aliorum gratia animi curā ge
runt:ipsius uero animi nihil pensi habent. Quippe cum eos qui summa diligētia om
nia faciunt:q̄ minimo dolore affectos animauerteret:ueramq; animi quietem non in
ociis:sed in bene agendo & tolerando esse:nihil non exploratum reliquit:sed tanta dili
gentia res omnes tenebat:adeoq; unumquemq; ciuium nouerat:ut neq; insidiis iniqui
præoccupare:neq; æqui eum latere possent:sed ut omnes debita ferrēt præmia casti-
bat puniebatq; ciues:nō ex hiis quæ ab aliis accæperat:sed ex his quorum ipse erat con
scius iudicia faciebat. Nec tamen in his quæ quotidie acciderant quanuis ī talibus cu-
ris esset constitutus ullo errore tenebatur:sed ita pie & humane ciuitatem gubernabat:
ut omnes qui illuc uenirēt magis eos qui eiusmodi regi obtempetarent:q̄ eum tali im-
perio fœlicem arbitrarentur. Vniuerso uitæ tempore nemini iniuriam tulit:semper in
omnes iustum imperium habuit:iuste delinquentes puniuit:cum nullius consilio ege
ret:amicos tamen consulebat:a familiaribus se uīci multis in rebus patiebatur: at om
ni in re superabat inimicos:nec contractione frontis:sed uite institutis captabat reuerē
tiam. Nihil ei sine ordine nihil sine modo agebatur:sed quæ uerbis ꝓmiserat: haud se
cus fidem seruabat q̄ si iureiurando deuinctus esset:non his quæ fortuna sed quæ sua
uirtute quæsierat gloriebat. Amicos quidem beneficiis sibi morigeros : alios uero ma-
gnāimitate sibi inseruientes faciebat:non quia multis grauis ac molestus foret terribi
lis erat:sed quia facilius aliorum ingenia superabat. Nō patebat uoluptatibus:sed do-
minabatur:paucis laboribus multum ocii quærens:sed non propter parū ocii magnos
labores subterfugiens. Omnino nihil reliquit quod regibus adesse deceat:sed ex omni
rep.quod est optimum elegit. Namq; colendo multitudinem popularem:ciuilem aūt
remp.iuste gubernando:rei uero militaris peritum bene in periculis consulēdo se ostē-
dit:Regalem deniq; his ōnibus præstando. Quod autē hæc pluraq; adessent Euagoræ:
ex his quæ gessit facilius intelligi potest. Nā cum ciuitatem effectam barbaram prop
ter Phœnicum imperium:neq; recipientem græcos:neq; scientē artes:neq; īperio uten
tem:neq; possidērem portus accæpisset:hæc omnia direxit ac insuper impii fines pro-
tulit:mœnibusq; urbem cinxit:triremesq; ædificauit:aliisq; apparatibus ciuitatem ita
auxit:ut a nulla græcorum ciuitatum superaretur. Adeo deniq; potentem effecit:ut eā
multi qui antea contempserant formidarent. Atqui ciuitatem aliquam tam breui ī tā-
tum magnitudinis accrescere nullo pacto fieri potest:nisi aliquis iisdem moribus qui
bus Euagoras præditus sit:quosq; paulo ante commemorauimus eā gubernaret. Ita
haud uereor ne maiora q̄ fecerit dicere uidear:sed multo magis nē ab eius præclaris fac-
tis superatus appearem. Quis enim oratione huiusmodi ingeniū attingere posset:qui
non solum ciuitatem suam præclaram effecit:uerum etiam in mansuetudine redigit
& modestam? Nam ātēq; Euagoras potiretur imperio:ita feri & immanes erāt:ut eos

principes optimos iudicarent: quicumq; crudeliſſime in græcos affecti eſſent. Nūc uero in tantum immutati ſunt: ut inuicem certent: qui magis græcorum ſtudioſi eſſe uideantur: ac plurimi eorum filias noſtrorum in uxores accipiunt: ut ex his liberos habere poſſint. Magis enim græcis & rebus & ſtudiis q̄ quæ apud eos ſūt gaudere uideas: ac plures circa muſicam aliamq; eruditionem his locis īmorantur: q̄ quibus cōſueuerāt. Horum omnium Euagoram cauſā fuiſſe nemo dubitat. At illud profecto maxima cōiectura illius & moris & ſanctitatis eſt. Plurimi enim græci probi honeſtiq; uiri proprias deſerentes patrias: ut cum eo habitarent in Cyprum ſe contulere: putātes regnū Euagoræ non ſolum ſuis rebus publicis communius: uerum etiam ſtabilius & iuſtius: quorum alios nominatim dicere haud facile eſſet. Conona uero qui propter plurimas eius uirtutes græcis præfuit: quis neſcit: cum eius ciuitas ingēti calamitate foret oppreſſa: aliis poſtpoſitis ad Euagoram ſe contuliſſe: diiudicans apud illum ſuæ ſalutis refugium eſſe firmiſſimum: ipſumq; Euagoram celeriter patriæ auxiliatorem fore. Cū antea Conon multa recte feciſſet: nulla ī re tamen melius q̄ in his cōſulere uiſus eſt. Multa enim bona propter aduentū in Cyprum & facere: & pati ei contigit. Primum quidē cum nunq̄ antea alter cum altero uerſatus eſſet: pluribus ſeipſos fecere q̄ qui prius fuiſſent familiares: deinde uniuerſum tempus ſumma concordia uixere: deq; noſtra ciuitate eandem habuere ſententiam. Nā cum eam ſub Lacedæmoniorum imperio uariiſq; mutationibus exagitatam uiderent: grauiter moleſteq; ferebant: in quo uterq; ſuo functus officio eſt. Illi enim natura erat patria: hunc autē propter multa magnaq; beneficia lege lata ciuitate donauerant. Ipſis igitur cogitantibus quonam pacto tantis calamitatibus Athenienſes liberarent: celeriter Lacedæmones opportūitatem præbuere. Nam cum græcorum imperio terra mariq; potirentur: in tantam dominandi cupiditatem uenere: ut totius Aſiæ imperium affectarent. Illi igitur opportūitatem ſibi datā ſumentes: ducibus regis dubitantibus quomodo rebus uti oporteret: eos admonuere ut non terreſtri: ſed nauali prælio cum Lacedæmoniis certarent. Putabant enim ſi eos pedeſtribus copiis ſuperaſſent: ut ea ſolum quæ incontinenti eſſēt bene ſe haberent: At ſi nauali pugna uictores eſſēt uniuerſam græciam huius uictoriæ participem fore. Quod certe contigit. Nam cum regis duces eis optemperaſſent: magnamq; coegiſſēt claſſem: Lacedæmonii debellati ſunt: atq; imperium amiſere: Græci uero ſūt liberati. Athenienſes autem aliquam antiquæ gloriæ partem reſumpſere: ſociorūq; duces ſunt conſtituti. Hæc omnia duce Conone Euagoraq; ipſam præbente uictoriā uireſq; plurimas afferente facta ſunt. Quorum gratia nos eos maximis affecimus honoribus. Nam ipſorum ſtatuas prope Iouis ſeruatoris ſimulacrum ereximus: ut illi & horum utriuſq; beneficiorum magnitudinis mutuæq; amicitiæ monumentum eſſet. At Perſarum rex non eodem modo erga eos animatus fuit: ſed quanto maiora & præſtantiora fecere tanto magis eos formidauit. Sed de Conone alias. q̄ autem ita erga Euagoram rex affectus eſſet non alios latere uoluit. Videtur enim maius ſtudium ī bello quod in Cypro geſſit: q̄ reliquis omnibus adhibuiſſe. Maiorem enim & grauiorē illum aduerſarium q̄ Cyrum ſecum de regno certantem arbitrabatur. Illius enim audiens apparatus intantum contempſit: ut ipſius negligentia parum abeſſet: quin ab illo regia occuparetur. Iſtius autem uirtutem tantum timuit: ut ei quanuis multis beneficiis affectus eſſet bellum inferret: iniuſte quidē faciens: haud tamē omnino rebus ſuis temere conſulens. Sciebat enim multos græcos & barbaros ex humilibus rebus ac nullius pene momenti maxima imperia quæſiuiſſe. Sentiebat autem Euagoræ magnanimitatem: & paulatim in quantum nominis & gloriæ accreuiſſet. Videbat eum inſuperabilem habere naturam: & fortunam ei aſpirantem animaduertebat. Itaq; nō propter ea quæ facta eſſent iratus: ſed de futuris timens nec tantum de Cypro: ſed de maioribus etiam formidans ei bellum intulit. Tantis enim apparatibus in eum irruit: ut in ea expeditione plus q̄ quinquaginta milia talenta conſumeret. Euagoras tamen

quanuis copiis uiribuſq; inferior eſſet: tam ingentibus apparatibus ſuam prudẽtiã op
ponens in his magis admirandum: q̃ in aliis quæ dicta ſunt ſe oſtendit. Etenim donec
eum in pace uiuere ſinebat ſua ciuitate contentus fuit. Poſtq̃ uero bellare coactus eſt:
talem profecto ſe præſtitit: talemq; Protagoram adiutorem filium habuit: ut parũ ab
eſſet: quin totam Cyprum in ſuam ditionem redigeret. Phœniciã depopulatus eſt. Ti
rum uero incœpit: Cyliciam fecit a rege diſciſcere. Tot uero inimicos perdidit: ut multi
perſarum ſuas lugentes calamitates uirtutum illius recordarentur. Sic demum eos bel
lo ſatiauit: ut cum antea reges non prius q̃ eorum domini forent cum his qui ab eis di
ſciuiſſent reconciliare aſſueuerint: libentes pacem facerent: ſoluentes hãc legẽ: nec quic
quã de imperio Euagoræ permutantes: & Lacædemoniis quidem quorũ ea tempeſta
te & maximæ uires & gloria erant ĩfra tres annos imperium abſtulit. Cum Euagora ue
ro decem per annos bellum gerens eorum quorum ante id bellum gerens dominiũ reli
quit. Quod autẽ omniũ maxime admirabile uidetur urbem quam Euagoras altero re
gnante quinquaginta cum uiris cæperat: hanc magnus imperator cum tantas uires tã
toſq; exercitus haberet capere non potuit. Atqui quonam pacto aliquis mãifeſtius for
titudinẽ prudentiam: uniuerſam deniq; Euagoræ uirtutem q̃ his præclaris facinoribus
& periculis oſtendere poſſet? nõ enim ſola alia bella ſuperaſſe uidetur: uerum etiam id
quod & heroes geſſere: & apud omnes gentes celebratur. Illi enim cum uniuerſa Græ
cia ſolam accæpere Troiam: iſte uero unã ciuitatẽ habẽs cum tota Aſia bellum geſſit.
Itaq; ſi eũ tot rerum ſcriptores quot illos laudare uoluiſſẽt: multo maiorem q̃ illi glo
riam reportaret. Quem enim eorum qui tunc tẽporis fuere: ſi fabulas dimittere ac ue
ritatem cõtẽplari uolumus: inueniemus unq̃ talia feciſſe? uel quem tã uarios caſus: ua
riaſq; rerum mutationes ſubiſſe? qui ſeipſum ex priuato tyrãnum cõſtituit: ſuũq; ge
nus quod totum ex rep. expulſum erat: in decẽtes honores reduxit: Ciues uero ex barba
ris: græcos bellicoſos er ĩbellibus: ex ingloriis deniq; effecit glorioſos: tantam uero regi
onem cum feram & immanem accæpiſſet mitem & manſuetam reddidit. Ad hæc ſic re
gis inimicicitas honeſte ultus eſt: ut bellum ĩ Cypro geſtum ſemper memorabile futu
rum ſit. Cũ uero eius ſocius fuit tanto utilioré ſe aliis præſtitit: ut conſenſu omnium ĩ
nauali pugna quæ circa Gnidũ commiſſa fuit ſibi maximo adiumento foret: qua per
acta totius Aſiæ dominus conſtitutus eſt. Lacædemonii autem qui antea Aſiã uaſtare
uolebant: de proprio ſolo periclitari coacti ſunt. Græci uero pro ſeruitute libertatẽ ha
buere. Athenienſes quidem in tantum creuere: ut hi qui prius eis dominabãtur: eos adi
rent: ĩperiũq; eis traderent. Quapropter ſiquis me interrogaret quid ex rebus ab Eua
gora geſtis maximum eſſe putem? utrum curas apparatuſq; contra Lacedæmõios qui
bus ea quæ diximus facta ſunt: uel poſtremum bellum: uel regni adeptionem uel totã
rerum diſpoſitionẽ: in multa profecto ambiguitate conſtituerer. nam quocũq; oculos
mẽtis iniicio: id mihi & maximum & admodum mirabile uidetur. Itaq; ſi aliqui unq̃
propter uirtutem immortales fuere: arbitror & illum hoc munere dignum eſſe: coniec
turis utens q; illis & fortunatiorem carioremq; diis uitam duxit. Semideorum enim q̃
pluribus inueniemus in maximas calamitates incidiſſe. Euagoras uero in principio
non ſolum ualde mirabilis: uerum etiam beatiſſimus præſtitit. Quid enim fœlicitatis
ei abfuit: qui talibus maioribus ortus eſt: quales nemo habuit: niſi ſi quis eadem ſtir
pe fuerit procreatus? Tantum uero corporis animiq; uirtutibus cæteris præſtitit: ut nõ
ſolum Salaminæ ſed etiam totius Aſiæ imperio dignus uideretur. Regiam uero digni
tatem honeſtiſſime adeptus in hac uitã finiuit. Mortalis autem cũ eſſet: memoriã reli
quit immortalem. Tantum enim temporis uixit ut neq; expers eſſet ſenectutis: neq;
particeps morborũ quos illa ætas afferre ſolet. Præterea nec id quod rariſſimũ atq; dif
ficillimum eſt: bonos ſcilicet multoſq; habere filios: ei defuit: & quod maximũ eſt eo
rum neminem priuatis nominibus reliquit: ſed hunc quidem imperatorem hos autẽ
reges: illas uero reginas appellauit. Itaq; ſi aliqui poetarum cum aliquem ſummopere

laudare uellent dicerent illum non mortalem: ſed deum: aut deorum filium extitiſſe: hæc omnia profecto merito de illius ingenio dici poſſunt. Multa igitur puto reliquiſſe: quæ de Euagora memorari quirent. Nam mihi & oratiõis & ĩgenii uires deficiunt: quibus diligentius & ſtudioſius has laudes etiam ſcripſi: non tamen ĩpræſentiarũ pro meis uiribus illaudatũ reliq. Ego autẽ o Nicocles: & corporũ imagines pulchra monumenta eſſe: ſed multo digniores illas: que res geſtas & mentem expreſſerĩt: quas in orationibus ſolum quæ arte ſunt compoſitæ contemplari licet. Has enim illis præferendas iudico. Primũ quidem q̃ iudico honeſtos & probos uiros nõ tam pulchritudine corporis q̃ rebus geſtis & earum memoria gloriari: deinde ſtatuas neceſſe eſt illis ſolum adeſſe apud quos erecte ſunt. Orationes uero per uniuerſam Græciam perq̃ Gymnaſia philoſophorum diffipari poſſũt: a quibus amari & approbari q̃ a reliquis omnibus longe præſtat. Ad hæc nemo ſculpturis & picturis naturam corporis aſſimularit. Mores autem & mentes ex eorum oratione niſi nos ſecordiæ tradiderimus facile imitari poſſumus. Quorum gratia magis hanc orationem ſcribere aggreſſus ſum: exiſtimans & tibi tuiſq̃ liberis aliiſq̃ qui ab Euagora nati ſunt: hanc fore adhortationẽ honeſtiſſimam: ſi quis illius uirtutes in unum cogens eaſq̃ uerbis exornans uobis ĩſpiciendas & imitandas præbeat. Nam cum alios ad philoſophiam hortari uolumus alterius laudare ſolemus: ut æmulatione eorum quos laudamus eadẽ ſtudia concupiſcãt. Ego autem non alienis ſed domeſticis exemplis utens: te tuoſq̃ hortor: ut mentem ad hibeas: atq̃ enitare ne minus in agendo & dicendo q̃ græci ualeas. Nec me exiſtimes uelim quia ſæpius te iiſdẽ rebus admonui te negligentiæ cõdemnare. Nõ enim neq̃ me neq̃ alios latuit: q̃ ſolus & primus eorum qui imperio ac diuitiis delitiiſq̃ uiuunt: ſũmo ſtudio philoſophiæ operam tradis: neq̃ q̃ multos reges tuæ eruditiõis æmulos efficies. Hæc cupientes ſtudia ea relinquunt: quibus nunc impræſentiarum ſummopere gaudent. Sed tñ hæc ſciens nihilominus & facio: & faciam: id quod in gymnicis certaminibus facere ſolent ſpectatores. Illi enim non curſores eos qui relinquuntur: ſed qui de uictoria certãt adhortantur. Mea autẽ eſt & aliorũ amicorum talia dicere et ſcribere quibus te excitemus ad ea appetere: quæ ĩpræſentiarum concupiſcis: tibi autem nihil cõuenit nihil deficere. Sed quemadmodũ nunc agis: ita reliquo tempore curam habe: tuũq̃ ita exerce animum: ut et parente et maioribus tuis nõ indignus uideare: quorũ prudentiam omnes admirari decet: uoſq̃ præſertĩ qui ĩ ĩperio eſtis cõſtituti. Oportet igitur nõ acquieſcete ſi præſentibus melior exiſtas: ſed ĩdignari ſi tali ĩgenio prædituſ & antiquitus a Ioue nuperrime uero a tam præclaro uiro genitus niſi multum & aliis: & illis qui iis in honoribus ſunt: præſtare appareas. Si enim philoſophiæ ſtudio ĩcumbes: & quantum nunc proficias: talis nempe qualem te eſſe oportet celeriter fies.

POMPONII ATTICI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER CORNELIVM NEPOTEM VERSA.

POMPONIVS ATTICVS AB ORIGINE VLTIma ſtirpis Romanæ generatus ꝑpetuo a maioribus accæptam equeſtrem obtinuit dignitatē. patre uſus eſt indulgente & ut cum erant tēpora diti: ī primiſq; ſtudioſo litterarum. Hic prout ipſe amabat litteras: omnibus doctrinis quibus puerilis ætas impartiri debet: filium erudiuit. Erat autem in puero præter docilitatem īgenii ſumma ſuauitas oris ac uocis: ut nō ſolum acciperet quæ tradebantur: ſed etiam excellenter ꝓnūtiaret. Qua ex re ī pueritia nobilis ītер æquales ferebatur: clariuſq; explendeſcebat: q; generoſi condiſcipuli animo æquo ferre poſſēt. Itaq; incitabat omnes ſtudio ſuo: quo in numero fuerūt. L. Torquatus. C. Mari. F. M. Cicero: quos cōſuetudīe ſic ſibi deiūxit: ut nemo his perpeeuo fuerit carior: pater mature deceſſit: ipſe adoleſcentulus propter affinitatem. P. Sulpitii: qui tri. ple. interfectus eſt: nō expers fuit illius periculi. Namq; Antia Pomponii conſobrina nupſerat. M. Seruio fratri Sulpitii. Itaq; īterfecto Sulpitio poſtq̄ uidit Cinnano tumultu ciuitatem eſſe perturbatam: neq; ſibi dari facultatē pro dignitate uiuendi: quī alterutram partem offenderet: diſſociatis animis ciuium: quoꝝ alii Scyllanis: alii Cīnanis fauerent partibus idoneum tempus ratus ſtudiis obſequendi ſuis: Athenas ſe contulit: neq; eo ſecius adoleſcentem Mariū hoſtem iudicatū iuuit opibus ſuis: ciuis fugam pecuniis ſubleuauit: ac ne illa peregrinatio detrimentum aliquod afferret rei familiari eodem magnam partem fortunarum traiecit ſuarū. Hic ita uixit ut uniuerſis Athenienſibus merito eſſet cariſſimus. Nam præter gratiam quæ iā in aduleſcentulo magna erat: ſæpe ſuis opibus īopiam eorum publicam leuauit. Quoniam enim uſuram facere publice neceſſe eſſet: neq; eius conditionem æque haberēt ſē per ſe interpoſuit ita ut neq; uſuram ab iis accæperit neq; longius q̄ dictum eſſet debere paſſus ſit. Quod utrūq; erat iis ſalutare: nam neq; indulgendo inueteraſcere eorum æs alienum patiebatur: neq; multiplicandis uſuris creſcere. Auxit hoc officiū alia quoq; liberalitate: nā uniuerſos frumento donauit: ita ut ſingulis ſeptem modii tritici darētur: qui modus menſuræ medimnus Athenis appellatur. Hic autē ſic ſe gerebat ut cōmunis infimis par prīcipibus uideretur. Quo factū eſt: ut huic omnes honores quos poſſent publice haberent: ciuēq; facere ſtuderent: quo beneficio ille uti noluit: q; non nulli ita interpretantur amitti ciuitatem Romanam alia aſcita. Quādiu affuit ne qua ſibi ſtatua poneretur reſtitit: abſens prohibere non potuit. Itaq; aliquot ipſi & Phidiæ locis ſanctiſſimis poſuerunt. Hūc enim ī ōni procuratione. R. P. auctorē actorēq; habebant. Igitur primum illud munus fortunæ quod in ea potiſſimum urbe natus eſt ī qua domicilium orbis terrarum eſſet imperii ut eandem & patriam haberet & domū uoluerit hoc ſpecimen prudentiæ: q; cum in eam ſe ciuitatem contuliſſet: q̄ ātiquitate: humanitate: doctrina præſtaret omnes: unus ei āte alios fuerit cariſſimus. Huc ex Aſia Scylla decedens cum ueniſſet: quōiam diu ibi fuit ſecum habuit Pomponiū captus aduleſcentis & humanitate & doctrina. Sic enim græce loquebaeur ut Athenis natus uideretur. Tanta enim ſuauitas erat ſermonis latini: ut appareret in eo natiuū quēdam leporem eſſe non aſcitum. Idem poemata pronūtiabat & græce & latine ſicut ſupra nihil poſſet addi. Quibus rebus factum eſt ut Scylla nuſq̄ ab ſe dimitteret cuperet q; ſecum deducere. quē cum perſuadere tentaret: noli oro te inquit Pōponius aduerſum eos me uelle ducere: cum quibus ne cōtra te arma ferrem Italiā reliqui. At Scylla

aduleſcentis officio collaudato:omnia munera ei quæ Athenis accæperat proficiſcens iuſſit deferri. Hic complures annos moratus cum rei familiari tãtum operæ daret quã tum non ĩdiligens deberet paterfamilias:& omnia reliqua tempora aut bonis artibus aut Athenienſium. R. P. tribueret:nihilominus amicis urbana officia præſtitit. Nã & ad comitia eorum uentitauit:& ſiquã res maior acta eſt nõ defuit:ſicut Ciceroni ĩ omnibus eius periculis ſingularem fidem præbuit:cui ex patria fugienti ſeſtertia ducenta & quadraginta milia donauit. Tranquillatis autem rebus romãis remigrauit Romam (ut opinor). L. Cocta &. L. Torquato conſulibus:quem diem ſic uniuerſa ciuitas Athenienſium proſecuta eſt ut lachrymis deſiderii futuri dolorem indicaret. Habebat auũculum. Q. Ceciliũ equitem Ro. familiarem. L. Luculli diuitem difficillima natura:cuius ſic aſperitatem ueritus eſt:ut quem nemo ferre poſſet:huius ſine offenſione ad ſũmam ſenectutem retinuerit beniuolentiam:quo facto tulit pietatis fructum. Cecilius enim moriens teſtamento adoptauit eum hæredemq; fecit ex dodrãte:ex qua hæreditate accæpit circiter centies ſeſtertium. Erat nupta ſoror Attici Tullio Ciceroni: eaſq; nuptias. M. Cicero conciliarat:cum quo a diſcipulatu uiuebat coniunctiſſime:multo etiam familiarius q̃ cum. Q. ut iudicari poſſit plus ĩ amicitia ualere ſimilitudinem morum q̃ affinitatem. Vtebatur autem intime Q. Hortenſio qui his temporibus principatũ eloquentiæ tenebat:ut intelligi nõ poſſet uter eum plus diligeret Cicero an Hortenſius:& id quod erat difficillimum efficiebat:ut inter quos tantæ laudis eſſet æmulatio:nulla intercederet obtrectatio: eſſetq; talium uirorum copula. In rep. ita eſt uerſatus: ut ſẽp optimarum partium & eſſet & exiſtimaretur:neq; tamẽ ſe ciuilibus fluctibus committeret: q̃ non magis eos in ſua poteſtate exiſtimabat eſſe:qui ſe his dediſſent q̃ qui maritimis iactarentur. Honores non petiit:quom ei paterent propter uel gratiam uel dignitatem:q̃ neq; peti more maiorum neq; capi poſſent conſeruatis legibus in tam effuſis ambitus largitionibus:neq; e rep. ſine periculo corruptis ciuitatis moribus ad haſtam publicã nunq̃ acceſſit. Nullius rei neq; præs neq; manceps factus fuit. Neminem ſuo nomine neq; ſubſcribens accuſauit: In ius de ſua re nunq̃ iudicium habuit. Multorum conſulum prætorumq; præfecturas delatas ſic accæpit ut neminem in prouinciam ſit ſecutus. honore fuerit contẽtus:rei familiaris deſpexit fructum. Qui necum. Q. quidem Cicerone uoluerit ire in Aſiam:cum apud eum legati locum obtinere poſſet. Non enim dicere ſe arbitrabatur:quom præturam gerere noluiſſet:aſſeclam eſſe prætoris. qua in re non ſolum dignitati ſeruiebat ſed etiam trãquillitati: quom ſuſpitiões quoq; uitaret criminum:quo fiebat ut eius obſeruantia hominibus eſſet carior:cum eam officio nõ timori neq; ſpei tribui uiderẽt. Incidit Cæſarianum ciuile bellum cum haberet annos circiter ſexagĩta. Vſus eſt ætatis uacatiõe:neq; ſe quoq̃ mouit ex urbe: q̃ amicis ſuis q̃ opus fuerant ad Pompeium proficiſcẽtibus oĩa ex ſua re familiari dedit. Ipſum Pompeium cõiũctum nõ offendit. Nullũ ab eo habebat ornamentum:ut cæteri qui per eum aut honores aut diuitias cæperant:quorũ partim inuitiſſimi caſtra ſunt ſecuti partim ſumma cum eius offenſione domi remanſerunt. Attici autem quies tantopere Cæſari fuit grata:ut uictor cum priuatis pecunias per epiſtolas impetraret:huic non ſolum moleſtus non fuerit:ſed etiam ſororis filiũ &. Q. Ciceronem ex Pompeii caſtris conceſſerit:ſic uetere ĩſtituto effugit noua pericula:ſecutum eſt illud tempus occiſo Cæſare:quo reſp. penes Brutũ uideretur eſſe & Caſſium ac tota ciuitas ſe ad eum conuertiſſe uideretur. Sic. M. Bruto uſus eſt ut nullo ille aduleſcens æquali familiarius q̃ hoc ſene. Neq; ſolum eum principem cõſilii haberet. Sed etiã in conuictu. Excogitatum eſt a quibuſdam ut priuatum ærarium Cæſaris ĩterfectoribus equitibus. R. conſtitueretur:id facile effeci poſſe arbitrati ſunt: ſi & prĩcipes eius ordinis pecunias contuliſſent. Itaq; appellatus eſt a. Q. Flauio Bruti familiari Atticus ut eius rei princeps eſſe uellet. At ille qui amicis officia præſtanda ſine factione exiſtimaret:ſẽperq; a talibus ſe conſiliis remouiſſet:reſpondit ſiquid Brutus

de ſuis facultatibus uti uoluiſſet:uſurum quantum hæ paterentur:ſe neq; cum quoq̃ de re collocuturum neq; cohiturum:ſic ille conſentionis globus huiuſce unius diſſen tione diſiectus:neq; multo poſt ſuperior eſſe cœpit Antonius ita ut Brutus & Caſſius prouinciarum quæ iis necis cauſa datæ erant:a conſule deſperatis rebus in exiliũ profi/ ciſcantur. Atticus qui pecuniam ſimul cum cæteris conferre noluerat florenti illi parti abiecto Bruto Italiaq; cedenti:ſeſtertia centum milia muneri miſit:eidem ĩ Aepyro ab ſens trecenta iuſſit dari:neq; eo magis potẽti adulatus eſt Antonio neq; deſperatos re/ liquit. Secutum eſt bellũ geſtum apud Mutinam:ĩ quo ſi tantum eum prudẽtem di/ cam minus q̃ debeam prædicerẽ:cum ille potius diuinus fuerit ſi diuinatio appellanda eſt perpetua naturalis bonitas:quæ nullis caſibus agitur neq; minuitur. Hoſtis Anto/ nius iudicatus Italia ceſſerat:ſpes reſtituendi nulla erat: nõ ſolũ inimici qui tum erãt potentiſſimi & plurimi:ſed etiam qui aduerſatiis eius ſe dabant in eo ledẽdo aliquam conſecuturos ſperabant cõmoditatẽ. Antonii familiares inſequebantur:uxorem Fului am omnibus rebus ſpoliare cupiebant:liberos etiam extinguere parabãt. Atticus cum Ciceronis intima familiaritate uteretur: amiciſſimus eſſet Bruto:non modo nihil iis indulſit ad Antonium uiolandum ſed econtrario familiares eius ex urbe profugientes quãtũ potuit:texit:quibus rebus indiguerunt:adiuuit. P. uero Volũnio ea tribuit ut plura a parente proficiſci non potuerint: Ipſi autem Fuluiæ cum litibus diſtineret̃ ma gniſq; terroribus uerſaretur:tanta diligentia officium ſuum præſtitit ut nullũ illa præ ſtiterit ualidimonium ſine Attico ut ſponſor omnium rerum fuerit . Quĩ etiam cũ illa fundum ſecũda fortuna emiſſet in diem neq; poſt calamitarem uſuram facere po/ tuiſſet : ille ſe interpoſuit:pecuniamq; ſĩe fœnore ſine ulla ſtipulatione credidit: Maxi mum exiſtimans quæſtum memorem gratumq; cognoſci:ſimulq; aperire ſe non for tunæ: ſed hominibus ſolere eſſe amicũ:quæ cum faciebat nemo eum tẽporis cauſa fa/ cere poterat exiſtimare . Heminis enim opinioni ueniebat Antonium rerum potitu rum:ſed ſenſim is a nonnullis optimatibus reprehendebatur q; parum odiſſe malos ci ues uideretur. Ille aũt ſui iudicii potius quod ſe facere par eſſet intuebatur:q̃ quid alie ni foret. Conuerſa ſubito fortuna eſt : ut Antonius rediit ĩ Italiam:nemo non magno in periculo Atticum putarat propter intimam familiaritatem Ciceronis & Bruti. Itaq; ad aduentum imperatorum de foro deceſſerat timens proſcriptionem:latebatq; apud .P. Volumnium:cui ut oſtendimus paulo ante opem tulerat. Tanta uarietas his tem/ poribus fuit fortunæ:ut modo hi modo illi in ſummo eſſent aut faſtigio : aut pericu/ lo:habebatq; ſecum. Q. Gellium canum æqualem ſimillimumq; ſui:hoc quoq; ſit At tici bonitatis exemplum:q; cum eo quem puerum in ludo cognouerat adeo coniuncte uixit:ut ad extremam ætatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem & ſi tãto odio ferebatur in Ciceronem ut non ſolum ei ſed etiam omnibus eius amicis eſſet inimicus eoſq; uellet proſcribere multis hortantibus:tamen Attici memor fuit officii & ei cũ re quiſiſſet ubi nam eſſet:ſua manu ſcripſit ne timeret:ſtatĩq; ad ſe ueniret:ſe eũ & Gel/ lium Canum de ꝓſcriptorũ numero exemiſſe:ac ne quod periculũ ĩcideret:quod noc/ tu fiebat præſidium ei miſit. Sic Atticus ĩ ſummo timore non ſolum ſibi ſed & ei quẽ cariſſimum habebat præſidio fuit:neq; enim ſuæ ſolum a quoq̃ auxilium petiit ſalu/ tis:ſed conuicti:ut appareret nullam ſeiũctam ſibi ab eo uelle fortunam. Quod ſi gu/ bernator præcipua laude fertur qui nauem ex hyeme mariq; ſcopuloſo ſeruat:cur nõ ſingularis eius exiſtimetur prudentia:qui ex tot tanq; grauibus procellis ciuilibus ad ĩ columitatẽ puenit? quibus ex malis ut ſæpe emerſerit nihil aliud egit q̃ ut plurimis qui bus rebus poſſet eſſet auxilio: cum proſcriptos præmiis ĩperatoris uulgus cõquireret: nemo in Aepyrũ uenit:cui re ulla defuerit:nemini non ibi perpetuo manẽdi poteſtas facta eſt:quin etiam poſt prælium Philipenſe interitumq; . C. Caſſii & .M. Bruti .L. Iulium Mocillam prætorium & eius filium:Aulumq; Torquatum cæteroſq; pari for tuna perculſos iſtituerit tueri:atq; ex Aepyro his oĩa Samothraciã ſupportari iuſſerit.

Difficile eſt omnia perſequi & non neceſſaria. Illud unum intelligi uolumus illius liberalitatem neq; callidam fuiſſe: id ex ipſis rebus ac temporibus iudicari poteſt: q; nō florentibus ſe uendicauit ſed afflictis ſemper ſuccurrit. Qui quidem Seruiliā Bruti matrem non minus poſt mortem eius q̄ florentem coluerit. Sic liberalitate utens nullas inimicitias geſſit: q; neq; ledebat quenq̄ neq; ſiquā iniuriam accæperat: malebat ulciſci. Idem immortali memotia præcepta retinebat beneficia: quæ autem ipſe tribueret: tandiu meminerat: quoad ille gratus erat qui accæperat. Itaq; hic fecit ut uere dictum uideatur ſui: cuiq; mores fingunt fortunam: nec tamen ille prius fortunā q̄ ſe ipſe finxit: qui cauit ne qua in re iure plecteretur. His igitur rebus effecit: ut. M. Iuſpanius Agrippa intima familiaritate coniunctus adoleſcenti Cæſari cum propter ſuam gratiam & Cæſaris potentiam nullius conditionis non haberet poteſtatem: potiſſimū eius deligeret affinitatem præoptaretq; equitis. R. filiam generoſam nuptus: atq; hax nuptiarum conciliator fuit. non eſt enim cælari: dum. M. Antonius triūuir reip. cuius gratia cum augere poſſeſſiones poſſet ſuas: tamen abfuit a cupiditate pecuniæ: ut nulla in re uſus ſit ea niſi in deprecandis amicorum aut periculis aut incommodis. Quod quidē ſub ipſa proſcriptiōe perilluſtre fuit. Nā cum. L. Saufei equitis. R. æqualis ſui qui complures annos ſtudio ductus philoſophiæ habitabat: habebatq; in Italia preciоſas poſſeſſiones triumuiri bona uendidiſſent: conſuetudine ea qua tum res gerebantur Attici labore atq; induſtria factum eſt: ut eodē nuntio Saufeius fieret clarior ſe patrimonium amiſiſſe & recuperaſſe. Idem. L. Iulium calidium quem poſt Lucretii Catulliq; mortē multo elegantiſſimū poetā noſtrā tuliſſe ætatem uere uideor poſſe contendere: neq; minus uirum bonum optimiſq; artibus eruditū: q̄ proſcriptionem equitū propter magnas eius aphricanas poſſeſſiones in proſcriptorum numerū a. P. Volūnio præfecto fabrum Antonii abſentem expediuit. Quod impetratum ei laborioſius an glorioſius fuerit difficille fuit iudicare: q; in eorum periculis nō ſecus abſētes q̄ præſentes amicos Attico eſſe curæ cognitum eſt. Neq; minus ille uir bonus paterfamilias habitus eſt q̄ ciuis. Nam cum eſſet pecunioſus nemo illo minus fuit emax minus ædificator. Neq; tamen nō in primis bene habitauit: omnibuſq; optimis rebus uſus eſt. Nam domum habuit in ualle quirinali Tamphilianam ab auunculo hæreditate relictam: cuius amœnitas non ædificio ſed ſilua conſtabat: ipſum enim tectum antiquitus conſtitutum plus ſalis q̄ ſumptus habebat: in quo nihil commutauit: niſi ſiquid uetuſtate coactus eſt. Vſus eſt familia ſi utilitate iudicandum eſt optima: ſi forma uix mediocri. Nāq; in ea erāt pueri litteratiſſimi anagnoſtæ optimi & plurimi librarii: ut ne pediſſequus quidem quiſquā eſſet: qui non utrum horū pulchre facere poſſet: pari modo artifices cæteri quos cultus domeſticus deſiderare apprime boni: neq; tamē horum quenquam niſi domi natum domiq; factum habuit: quod eſt ſignum non ſolū continentiæ: ſed etiam diligentiæ. Nam & nō ītēperāter cōcupiſcere quod a plurimis uideas continentis debet duci: & diligentia q̄ precio parare non mediocris eſt īduſtriæ. elegans non magnificus ſplendidus non ſumptuoſus: omni diligentia munditiam nō affluentiam affectabat: ſupellex non modica non multa: ut in neutram partem cōſpici poſſet. Nec præteribo quanquā non nullis leue uiſum iri putem cum in primis lautus eſſet eques. R. & non parum liberaliter domum ſuam omnium ordinum homīes inuitaret: ſcimus non amplius q̄ tria milia æris peræquæ in ſingulos menſes ex Ephemeride eum expenſum ſumptui ferre ſolitum: atq; hoc non auditum ſed cognitū prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem domeſticis rebus interfuimus. Nemo in cōuiuio eius aliud a Croma audiuit: q̄ Anagoſtem: quod nos quidē iocundiſſimum arbitramur: neq; unq̄ ſine aliqua lectione apud eum cœnatum eſt: ut nō minus animo q̄ uentre conuiuæ delectarentur. Nanq; eos uocabat quorum mores a ſuis non abhorrerent. Quom tanta pecuniæ facta eſſet acceſſio nihil de quotidiano cultu mutauit: nihil de uitæ cōſuetudine: tātaq; uſus eſt moderatiōe: ut neq; in Seſtertio uicies quod a

patre acceperat parũ ſe ſplendide geſſerit:neq; in Seſtertio centies affulentius uixerit q̃ inſtituerat:pariq; faſtigio ſteterit in utraq; fortuna. Nullos habuit hortos:nullã ſuburbanam aut maritimã ſumptuoſam uillã:neq; ī Italia præter Aretinum & Nomẽtanũ ruſticum prædiũ : omneſq; eius pecuniæ redditus conſtabant in Epyrotheis et urbanis poſſeſſionibus:ex quo cognoſci poteſt uſum eum pecuniæ nõ magnitudine ſed ratione metiri ſolitum. Mendacium neq; dicebat:neq; pati poterat. Itaq; eius comitas non ſine ſeueritate erat:neq; grauitas ſine facilitate:ut difficile eſſet intellectu utrum eum amici magis ueterentur q̃ amarent. Quicquid rogabatur religioſe promittebat:q; non liberalis ſed leuis arbitrabatur polliceri quod præſtare non poſſet. Item in nitẽdo quod ſemel annuiſſet:tanta erat cura: ut non mandata:ſed ſuã rẽ uideretur agere: nũ quam ſuſcepti negotii eum perteſum eſt. Suam enim exiſtimationem ī ea re agi putabat:qua nihil habebat carius:quo fiebat ut omnia Ciceronis Catonis Marciq; Hortẽſii Auli Torquati multoꝝ; præterea equitum Romanoꝝ; negotia procuraret. ex quo iudicari poterat non inertia ſed iudicio fugiſſe. R. P. procurationem. Humanitatis uero nullũ afferre maius teſtĩoniũ poſſum q̃ q; adoleſcẽs idem ſeni Scyllæ fuerit iocundiſſimus:ſenex adoleſcenti. M. Bruto. cum æqualibus autem ſuis. Q. Hortenſio &. M. Cicerõe ſic uixerit:ut iudicare facile ſit cui ætati fuerit aptiſſimus:quanq̃ eum præcipue dilexit Cicero:ut ne frater quidem ei quantus carior fuerit:aut familiarior. Ei rei ſunt ī dicio præter eos libros:in quibus de eo facit mentionem:qui in uulgus iam ſunt editi: undecim uolumina epiſtolarum ab conſolatu eius uſq; ad extremum tempus ad Atticum miſſarum:quæ qui legat non multũ deſiderat hiſtoriã cõtextã illoꝝ tẽproũ : Sic enim omnia de ſtudiis principum uitiis ducũ mutationibus reip. ſcripta ſũt:ut nihil in iis non appareat & facile exiſtimari poſſit prudẽtiam quodãmodo eſſe diuinationẽ. Non enim Cicero ea ſolum quæ uiuo ſe acciderũt futura prædixit:ſed etiam quæ nũc uſu ueniunt cecinit ut uates. De pietate antem Attici quid plura cõmemorem? cũ hoc ipſum uere gloriãtem audiuerim:in funere matris ſuæ quam extulit annorũ nonaginta ſeptem & ſexaginta ſe nunquam cum matre in gratiam rediiſſe:nunquam cum ſorore fuiſſe ī ſimultate:quã prope æqualem habebat. Quod eſt in ſignum:aut nullam unquam inter eos querimoniã interceſſiſſe:aut ea fuiſſe in ſuos indulgentia: ut quos amare deberet:iraſci eis nefas duceret:neq; id fecit natura ſolum : quanq̃ omnes ei paremus:ſed etiam doctrina:nã & principũ philoſophorũ ita percepta habuit præcepta: ut iis ad uitam agendam:non ad oſtentationẽ uteretur. Moris etiã maiorum ſummus imitator fuit:antiquitatiſq; amator:quam adeo diligẽter habuit cognitam:ut eã totã in eo uolumine expoſuerit quo magiſtratus ornauit. Nulla enĩ lex neq; pax neq; bellũ neq; res illuſtris eſt. P. R. quæ non in eo ſuo tempore ſit notata:& quod difficillimum fuit:ſic familiarum originem ſubtexuit:ut ex eo claroꝝ; uirorum propagines poſſimus cognoſcere. fecit hoc idem ſepatĩ ī aliis libris. M. Bruti rogatu. Iuniã familiam a ſtirpe ad hanc ætatẽ ordine enumerauerit:notans qui a quoq; ortus:quos honores quibuſq; tẽporibus cæpiſſet. pari modo Marcelli Claudii: et Marcellorum Scipionis Cornelii:& Fabii maximi fabioꝝ; : & Aemiliorum quoq;:qbus libris nihil poteſt eſſe dulcius iis q aliã cupiditatem habent notitiæ clarorum uirorum. Attigit quoq; poeticam:credimus ne eius expers eſſet ſuauitatis:nanq; uerſibus qui honore rerũq; geſtarum amplitudĩe cæteros romani populi præſtiterunt expoſuit: ita ut ſub ſingulorum imaginibus facta magiſtratuſq; eorum non amplius quaternis cum iſq; uerſibus deſcripſerit:quod uix credendum ſit tãtas res tã breuiter potuiſſe declarari. Eſt etiã unus liber græce cõfectus de conſulatu Ciceronis. Hactenus Attico uiuo edita a nobis ſunt. Nunc quoniã fortuna nos ſuperſtites ei eſſe uoluit:reliqua pſequemur:& quantũ potuerimus rerũ exemplis lectores docebimus. Sicut ſupra ſignificauimus ſuos cuiq; mores plærũq; cõciliare fortunã. nanq; hic contẽtus ordine equeſtri:quo erat ortus ī affinitatẽ puenit īpatoris duci filii:cum tã ante familiaritatem eius eſſet conſecutus nulla alia re q̃ elegantia uitæ

qua cæteros principes ciuitatis dignitate pari fortuna humiliores anteibat. Tãta enim prosperitas Cæsarum eum est consecuta: ut nihil ei non tribuerit fortuna: quod cuiq; ãte tulerit & conciliarit. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa cui uirginem filiã collocarat: hãc Cæsar uix anniculam Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo despondit: quæ coniunctio necessitudinem eorum sanxit: familiaritudinem reddidit frequentiorem: quanuis ante hæc sponsalia non solum cum ab urbe esset nunq; ad suorũ quẽq; litteras misit: quin Attico mitteret quid ageret in primis: quid legeret quibusq; in locis & quãdiu esset moraturus: sed etiam cum esset in urbe: & propter suas ĩfinitas occupatiões mĩus sæpe q; uellet Attico frueretur: nullus dies tamẽ ĩtercesserit: quo nõ ad eũ scriberet quo non aliqd de ãtiqtate ab eo reqreret modo aliquã ei quæstionẽ poeticã ꝓpõeret interdũ: iocãs eius uerbosiores ediceret epistolas. Ex quo accidit cum ædis Iouis feretrii in capitolio a Romulo constituta uetustate atq; incuria tecta prolaberentur: ut Attici ammonitu Cæsar eã reficiẽdam curaret. Neq; uero ab. M. Antonio minus absẽs litteris colebatur: adeo ut accurate ille exultũ iis terris quid ageret curæ sibi haberet certiorem facere Atticum. Hoc quale sit facilius existimabit is qui iudicare poterit quãtæ sit sapientiæ eorum retinere usum beniuolentiamq; ĩtra quos maximarum rerum nõ solum æmulatio: sed obtrectatio tanta intercedebat quãta fuit incidere necesse ĩter Cæsarem atq; Antonium: cum se utriq; principem non solum urbis romanæ sed orbis terrarum esse cuperet. Tali modo cum septem & sexagĩta annos complesset: atq; ad extremam senectutem non minus dignitate q; gratia fortunaq; creuisset: multas enim hæreditates nulla alĩa re q; bonitate consecutus tantaq; prosperitate usus est ualitudinis: ut annis triginta medicina non ĩdiguisset. Nactus est morbum quẽ initio & ipse & medici contempserunt. nam putarunt esse Tenasmon cui remedia celeria faciliaq; propone bantur. In hoc cum tres menses sine ullis doloribus prætereq; quos ex curatiõe capiebat consumpsisset: subito tanta uis morbi in unum intestinum prorupit ut extremo tempore per lumbos fistulæ puris erumperent: atq; hoc prius q; ei accideret postq; ĩ dies dolores accrescere febresq; accessisse sẽsit: Agrippam generum ad se accersi iussit: & cum eo. L. Cornelium Balbum Sex. q; peduceum: hos ut uenisse uidit in cubitum ĩnixus: q; tam inquit curam & diligentiam in ualitudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim: uos testes habeam: nihil necesse ẽ pluribus uerbis cõmemorare: quibus quoniã ut spero satisfeci me nihil reliq feciss̃e quod ad sanãdum me pertineret. reliquũ ẽ ut egomet mihi consulam. Id uos ignorare nolui. Nam mihi stat alere morbũ desinere: nãq; his diebus quicquid cibi potionisq; sumpsi: ita produxi uitam ut auxerim dolores sĩe spe salutis: quare a uobis peto primũ ut consilium probetis meum: deĩde ne frustra dehortando conemini. Hac oratione habita tanta constantia uocis atq; uultus: ut non ex uita sed ex domo in domum uideretur migrare: cum quidem Agrippa eum flens atq; osculans oraret atq; obsecraret: ne ad id quod natura coegerat ipse quoq; sibi acceleraret: & quoniã tũ quoq; posset tẽporibus superesse: se sibi suisq; reseruaret: preces eius taciturna sua obstinatione depressit. Sic cum biduum cibo se abstĩuisset subito febri decessit. Elatus est in lectula ut ipse præscripserat sĩe ulla pompa funeris comitantibus omnibus bonis maxima uulgi frequẽtia. Sepultus ẽ iuxta uiam Appiam ad quintum lapidem in menumento. Q Cecili auunculi sui.

RVFFVS DE REGIA CONSVLARI IMPERIALIQVE DIGNITATE AC DE ACCESSIONE ROMANI IMPERII.

IO PERPETVO DOMINO VALENTINIANO Imperatori & ſemper auguſto Ruffus Sextus uir conſularis breuem fieri clemẽtia tua præcipit. Parebo libens præceptis. Quippe cũ deſit facultas latius eloquẽdi: ac morẽ ſecutus calculatorũ: qui ĩgẽtes ſũmas ære breuiori exprimunt: res geſtas ſignabo: non eloquar. Accipe ergo breuiter dicta: breuius computentur: ut ānoſam uetuſtatem reip. legendo detineãus: ac præteriti facta tẽporis ñ tã legere glorioſe princeps q̃ nũerare uidearis. Ab urbe igit̃ cõdita ĩ ortũ Perẽiti tis nr̃æ: quo ꝑſperius factũ ĩperiũ rõanũ ſortitus es: ãni nũerãt̃ ſic: ſub regibus numerãtur. ccxliii. Sub cõſulibus. cccclxvii. ſub ĩpatoribus ccccvii. Regnauerũt Romæ per ānos. ccxliii. reges nũero. vii. Rõulus regnauit p̃nos .xxxvii. Sẽatores ꝑ quos dies ānũ unum. Nũma Põpilius regnauit ānis. xliii. Tullus Hoſtilius regnauit annis. xxxii. Ancus Marcus regnauit ānis. xxiiii. Tarq̃nus Priſcus regnauit annis. xxxviii. Seruius Tullus regnauit ānis. xxxiiii. Tarquinus Superbus ex pulſus eſt regno anno. xxxv. Cconſules fuere Publicola & Brutus. a Publicola & Bruto ĩ Panſam & Hircium numero octingenta. lxxvii. præter eos qui in eodem anno ſorte aliqua ſunt ſubrogati per annos. ccc.lvii. Quinq; annis Romæ conſules defuerũt ſub decemniris annis duobus: ſub tribunis militaribus ānis tribus. Sine magiſtratibus Roma fuit annis. iiii. Imperatores ab Octauio Cæſare Auguſto uſq; ĩ Iouinianũ fuerunt numero. xliii. per annos. ccccvii. Sub iis igitur tribus ĩperandi generibus: hoc ẽ regio: conſulari: & imperatorio quantum Roma profecerit breuiter intimabo. Sub regibus ſeptem per annos. ccxliiii. non amplius q̃ uſq; portum atq; hoſtiam intra octauũ decimum miliarium a portis urbis Romæ utpote adhuc paruæ: & a paſtoribus conditæ: cum finitimæ circum ciuitates premerent romanum proceſſit imperium. Sub conſulibus inter quos non nnnq̃ & dictatores fuerunt per ānos ſimul. ccccxlvii. uſq; tranſpadum Italia occupata eſt. Aphrica ſubacta: Hiſpaniæ acceſſerunt: Galliæ & Britaniæ tributariæ factæ ſunt: Inde Illyricum Hyſtri liburni Dalmetæ domati ſunt. Ad Achaiam tranſitum eſt: Macedones ſubacti. Cum Dardanis Miſſis & Thracibus bellatũ eſt: ad Danubium uſq; peruẽtum: In Aſia expulſo Anthioco primum pedem poſuerũt Romani. Mitridate uicto Ponti regnum eius occupatum ẽ: & Armenia minor quam idẽ tenuerat armis obtrita eſt: in Meſopotamiam Romanus peruenitexercitus. Cum parthis fœdus initum eſt. Iudæa omnis. Cylicia Syria in poteſtatem populi. R. uenerunt. Aegypti reges fœderati erãt. Sub imperatoribus uero annos. ccccvii. cum diuerſa reip. fortuna multi principes imperarent. Acceſſerũt tamen Romano orbi alpes maritimæ: alpes Cociæ: Rethiæ: Noriæ Pãnoniæ. Meſſia & omnis terra Lanubii in prouinciam ẽ redacta. Pontus omnis: Armenia minor: Oriẽs totus cum Meſopotamia: Aſſyria Arabia & Aegypto ſub imperii Romani iure tranſiuit. Quo autẽ ordine ſingulas prouincias Romana reſp. aſſecuta eſt: oſtenditur ita infra: Prima prouinciarum facta eſt Sicilia: eã uicto Hyerone Siculorum rege Marcellus conſul obtinuit. Deĩde a prætoribus recta ẽ. Poſtea eſt commiſſa præſidibus: nunc a conſulibus adminiſtratur Sardiniam & Corſicam Metellus uicit: qui & triumphauit de Sardis: rebellauere ſæpe ſardi: uicta adminiſtratio harũ inſularum fuerat: poſt ſuos prætores habuit: nunc ſingulæ a præſidibus reguntur. In Aphricam pro defenſione Siculorum Romana tranſmiſſa ſũt ſignа. Ter Aphrica rebellauit: ad extremum deleta ꝑ Aphricanum Scipionẽ Carthago

prouincia facta est: nunc sub cōsularibus agit. Numidia ab amicis regibus tenebatur: sed Iugurthæ ob necatos ad Herbalem & Hiempsalem Micipsæ regis filios bellum indictum est: & per Metellum consulem attrito: per Marium capto ī populi romani potestatem Numi peruenit. Mauritoniæ a Bocho obtentæ sunt: sed subacta omni Aphrica Mauor Iuba res tenebat: qui in causa belli Aemiliis a Iulio Cæsare uictis mortem sibi propria uolūtate consciuit. Ita Mauritoniæ nostræ esse cœperūt: ac per omnē Aphricam sex prouinciæ factæ sunt: ipsa ubi Carthago est proconsularis: Humidia consularis: Hyratum consularis: Tripolis & Mauritimæ duæ hoc est Sitifensis & Cæsariensis sunt præsidiales. Hispanum primum auxilium aduersus Aphros per Scipionem tulimus. Rebellantes Lusitanos in Hispania per Decium Brutum obtinuimus: & usq; Gades ad oceanum mare puēimus. Post ad Hispanos tumultuātes Scyllanus missus eos uicit. Celtiberi ī Hispania sæpe rebellabant: sed misso iuniore Scipione cū excidio Numantiæ subacti sunt. Omnes pene Hispaniæ occasione belli Sertoriani per Metellum & Pompeium in deditionem accæptæ sunt: postea prorogato in quinquennium imperio a Pompeio prædomitæ sunt. Ad extremum quoq; ab Octauiano Cæsare Augusto Cantabri qui freti montibus resistebant deleti sunt: ac per omnes Hispanias sex sunt nunc prouinciæ: Terra Comēsis Carthaginensis Lusitania Gallicia Beticha: trans frætum etiam insula terræ Aphricæ prouīcia Hispaniarum est quæ Tingitania cognominatur. Ex his Beticha & Lusitania consulares cæteræ præsidiales sunt. Cum Gallis grauissima bella populus. ro. habuit. Galli enim etiam illam partē Italiæ in qua nunc Mediolanum est: usq; ad Rubiconem fluuium tenebant: in tātum uiribus fræti ut Romā ipsam bello peterent: & cæsis exercitibus Romāis apud Alliū fluuiū mœnia urbis ītrarent: capitolium obsiderent: ad cuius arcem sexdecim nobilissimi senatores cōfugerāt: qui mille auri libris se obsidione redemerunt: postea Gallos cum uictoria remeantes Camillus qui ī exilio erat collecta de agris multitudīe oppressit: aurum & signa q̄ Galli cæpere reportauit. Cum Gallis multi consules prætores ac dictatores euentu uario cō flixerunt. Marius Gallos de Italia expulit: & transcēsis Alpibus fœliciter aduersus eos pugnauit. Ceterum. C. Cæsar cum decem legionibus quæ quaterna milia militum Italorum habuerant Gallias subegit: per annos octo ab Alpibus ad Rhenum usq; Gallias transiuit: decimo anno Gallias tributarias fecit. Sunt Galliæ cum Aquitania & Britanis prouinciæ decem & octo: alpes Maritimæ: prouincia Abinensis: Narbonēsis: nouem Popularia: Aquitaniæ duæ alpes Gagiæ. Enax una sequanorum Germānicæ duæ Lugdunēses duæ ī Britania maxima Cæsariensis prima: Britania secunda. In Illyricum ab ore Maritimo paulatim regressi sumus. Leuinius cōsul Adriacū atq; Ionicum mare primus īgressus Maritimas obtinuit ciuitates. Creta per Metellū procōsulem qui Creticus dictus est prouincia facta est. græcis ī fidem nostram confugientibus: ad Achaiā accessimus: Athenienses aduersus Philippum Macedonum regem auxilium nostrum petierunt. Libera diu sub amicis nostris Achaia fuit: ad extremum legatis romanorum apud Corinthum uiolatis: per Lucum Mumium consulem capta Corītho Achaia omnis obtenta est. Epyrotæ qui aliquando cum rege Pyrrho etiam ad Italiam trāsire præsumpserant uicti: atq; Thessali simul cum Achiuorum & Macedonū nobis. Macedonia ter rebellauit sub Philippo: sub Perseo: sub Pseudo. Philippum Flamineus: Perseum Paulus Pseudo Metellus opressit: quorum triumphis Macedonia populo. ro. adiuncta est. Illyricos qui auxilium Macedonibus tulerant ex eadem occasione per. L. Manilium prætorem uicimus: & eos cum rege gentium in deditionem accæpimus. Dardanos & Messiacos Curius procōsul subegit: & primus romanorum ducū ad Danubiū usq; peruenit. Sub Iulio & Octauiano Cæsaribus per alpes Iulias iter factum est: alpinis omnibus uictis Noricorum prouinciæ accesserunt. Bachone Pannoniorum rege subacto in deditionem nostram Pannoniæ uenerunt. Amatinis inter Sauū & Dauum prostratis regio Suauensis ac Sacondorum loca Pānoniorum obtēta sunt.

Machoniani & Scadi de locis Valeriæ quæ ſunt ĩter Danubium & Drauũ pulſi ſunt: & limes inter Romanos & Barbaros ab Auguſto per Vandalicum per Noricum Pãno niam ac Meſſiam eſt conſtitutus. Traianus Dachos ſub rege Decibalo uicit: & Daciã trans Danubium in ſolo Barbaro prouinciam fecit: quæ in circuitu habuit decies cẽ tena milia paſſuum. Sed ſub Galieno imperatore amiſſa eſt. Et per Aurelianum trãſ/ latis exinde Romanis duæ Datiæ ĩ regionibus Meſſiæ ac Dardaniæ factæ ſunt. Habet Illyricus ſeptem prouincias: Noricorum duas: Pannoniorum duas: Valeriam: Suaui am: Dalmatriam: Meſſiam: Datiarum duas. Et in ditione Macedoniæ ſunt ſeptẽ: Ma cedonica: Theſſalonica: Achaia: Epyri duæ Prævalles & Creta. In Thracias Macedoni ci belli occaſione trãſcurſum eſt. Sæuiſſimi õnium gentium Thraces fuerũt. In Thra/ eum regionibus Scordiſci habitauerunt pariter crudeles & callida gens. Multa de uiti is prædictorum fabuloſe memorantur: q̃ hoſtiũ captiuos diis ſuis littauerunt: atq; hu manum ſanguinem in oſſibus capitum potare ſoliti ſunt. Sæpe per eos romanus ẽ cẽ/ ſus exercitus: Marchus Didius uagantes thraces repreſſit: Marcus Druſus ĩtra fines p̃ prios contriuit: Minutius in Hebri fluminis glacie uaſtauit: p̃ Appium Claudium pro conſulem hi qui Rhodopam incolebant uicti ſunt. Europæ maritimas urbes ãtea claſ ſis obtinuit. M. Lucullus per Thracias cum Beſſis primus pugnauit: ipſãq; caput gen tium Thraciam uicit. Enumotanos ſubegit & olympiadam quæ nunc Philopolis dici/ tur: Vſcodoniam quæ modo Adrionopolis nominatur in ditionem noſtram redegit. Caubilem cæpit. Supra Pontum poſitas ciuitates occupauit. Apolloniam: Gallatum: Panthenopolĩ: Tomoſiſtrum ad Danubium uſq; perueniẽs Romana ſitis arma mon ſtrauit. In ditionem reip. ſex Thraciarum prouinciæ ſunt conquiſitæ: Trici: Emipon/ tus: Miſia ĩferior: Scythia: Rhodopa: ĩ q̃ nũc ſede arces romãæ urbis ſũt cõſtitutæ Cõ/ ſtãtinopolis. Nũc autem eas partes totũq; orientem ac poſitas ſub uicino ſole prouĩ/ cias qui auctores ſceptris ſuis parauerunt explicabo: quo ſtudium clemẽtiæ tuæ quod in iiſdem propagandis habeas amplius incitetur. Aſia ſocietate Attali regis non Roma nis eſt: eamq; Attali teſtamento relictam hæreditario iure poſſidemus. Ne quod tamẽ Romanus populus non uiribus partum haberet: armis per nos ab Antiocho rege Syri orum maximo eſt uendicata. Eadem occaſione etiam Lydia ſedes antiqua regnorum: Caria Helleſpõtus ac Phrygie in poteſtatẽ populi Romani iuncta deditiõe uenerunt Rhodiis & inſularum populis primum ĩfeſtiſſiis poſt fideliſſimis auxiliatoribus uſi ſumus. Ita Rhodii & inſulæ primum liberæ agebant: poſtea in conſuetudinem patẽ di romanis clementer prouocantibus peruenerunt: & ſub Veſpaſiano principe inſula rum prouincia facta eſt. Pamphiliam: Phrygiam Seruilius proconſul ab bellum Pira/ tarum miſſus obtinuit. Bythiniam defuncti regis Nichodemis teſtamento ſumus aſſe cuti. Gallogræciã ideſt Gallatiam (ſunt etenim ut nomen reſonat ex Gallis) Galathã q̃ Antiocho contra Romanos auxilium præbuiſſet: ĩuaſimus. Mumius proconſul Ga lathas p̃ſecutus eſt: & cum fugientes partim in Olympium partim in Megatam mon tem: qui nunc Modiacus dicitur: de arduis eos in plana detruxit: uictos ĩ perpetuã pa cem redegit. Poſtea Galatham Deiotarus Oethe rex nobis permittentibus tenuit. Ad extremum ſub Octauiano Cæſare Auguſto Gallatiam ĩ formam prouinciæ redacta ẽ. Eam primus Lolius adminiſtrauit. Capadoces primo ſocietatem noſtram ſub Epa fragete petiuerunt. Poſteaq; Ariobarzanes rex Capadocum a Mitridate expulſus Ro/ manorum armis reſtitutus eſt: ſemperq; in auxilia noſtra fuere Capadoces: & ita maie ſtatẽ coluere romanam: ut ĩ honorem Auguſti Cæſaris Mazacha ciuitas Capadociæ maxima Cæſaria nuncuparetur. Poſtremum cum ſub imperatore Claudio Archelaus ex Capadocia Romam ueniſſet ibiq; diu detentus occubuiſſet in prouĩciæ ſpeciem Ca padocia migrauit. Pontus per Pompeium uicto Mitridate rege Pontico formam p̃uĩ ciæ accepit. Paphlagoniam Philomenes amicus populi Ro.ui tenuit: ſæpe ex ea pul ſus: regno a nobis eſt reſtitutus: quo mortuo prouĩcia eius Paphlagonibus impoſita

eſt ultra iura tauri montis. Quẽadmodũ Romana poſſeſſio perrexit conſequẽdi loco-
rum magisq̃ temporum ſeruata digeſtione monſtrabitur. Antiochus Syriæ rex potẽtiſ
ſimus bellum formidabile populo ro. intulit: trecenta milia armatorum habuit. Falca-
tis etiam curribus & Elephantis aciem inſtruxit: a Scipione in Aſia apud Magneſiã uic
tus pace accæpta intra Taurum regnare permiſſus eſt. Eius filii regnũ ſub clientela po
puli ro. retinuerunt: quibus defunctis Syriarum prouinciis potiti ſumus. Cilices & Hi
ſauros qui ſe piratis & prædonibus maritimis iunxerant: Seruilius procõſul ad prædo-
num bellũ miſſus ſubegit: & uiam per Taurum montem primus inſtituit: iſq; de Cili
cibus & Hiſauris triumphauit: atq; Hiſauricus eſt cognominatus. Cyprus famoſa di-
uitiis paupertatẽ populi ro. ut occuparet̃ ſolicitauit: eã rex Phederatas regebat. Sed tã-
ta fuit penuria ærarii romani & tam ingens fama opum cypriarum ut lege lata Cyprus
confiſcari iuberetur. Quo accæpto nuntio rex Cyprius uenenum ſumpſit: quo uitã pri
us q̃ diuitias amitteret. Cato Cyprias opes nauibus aduexit: Ita ut ius eius inſulæ aua-
rius magis q̃ iuſtius ſimus aſſecuti. Cyrenas cum cæteris ciuitatibus Libyæ Pentapolis
Ptholomei antiquioris liberalitate ſuſcepit. Libyam ſupremo Appionis regis arbitrio
ſumus aſſecuti. Aegyptus omnis ſub amicis regibus fuerat: ſed uicta cũ Antonio Cleo-
patra prouinciæ formam Octauiani Cæſaris Auguſti temporibus accæpit: & primum
apud Alexandrinos Cornelius Gallus romanus adminiſtrauit. Per confinia Armeniæ
primum ſub. L. Lucullo Romana trans Taurum ſigna tranſmiſſa ſunt. Fiſarci Sara-
cenorum & Hyeranas ſuperati ceſſere. In Meſopotamia ab eodem Lucullo urbs capta
eſt: poſtea per Pompeium eadẽ loca armis obtenta ſunt. Syriæ ac Phœnices bello a Ty
granne Armeniorum rege receptæ ſunt. Arabes & Iudæi ĩ palæſtram uicti ſunt. Ad ex-
tremum ſub Traiano principe regis maioris Armeniæ diadema ſublatũ eſt: & per Tra-
ianum Armenia: Meſopotamia: Syria: Arabia prouinciæ factæ ſunt: ac limes oriẽtalis
ſupra ripã fluminis Tygridis inſtitutus eſt. Sed Hadrianus qui ſucceſſit Traiano inui
dens gloriæ Traiani ſponte ſua Armeniam & Meſopotamiam reddidit: ac medium in
ter Perſas & Romanos Euphratem eſſe uoluit. Poſtea ſub Antoniis duobus Marco &
Seuero Nota pertinaci cæteriſq; principibus romanis qui aduerſus Parthos euẽtu ua
rio dimicauerũt qualiter recepta Meſopotamia eſt: ac Dioclitiani tẽporibus uictis pri-
ma cõgreſſione Romanis: ſecundo autem cõflictu ſuperato rege Narſeo & uxore eius
ac filiabus captis & cum ſũma puditione cuſtodia reſeruatis pace facta: Meſopotamia
eſt reſtituta: & ſuper ripam Tygridis limes eſt refirmatus: ita ut quinq; gentium trans
Tygrẽ conſtitutarum ditionem aſſequeremur: quæ cõditio fœderis in tempus diui Cõ
ſtanni conſeruata: princeps quo tua uergat intentio: requiris. Profecto quotiens Baby
loniæ & Romanorũ arma collata ſunt & quibus uicibus ſagittis pila contenderint: bre
uiter euentus enumerabo bellorum. Furto hoſtes ĩ paucis ĩuenies eſſe lætatos: uera au
tem uirtute ſẽper Romanos probabis extitiſſe uictores. Primum a. L. Scylla proconſu
le Arſaces rex parthorum miſſa legatione amicitias populi Romani rogauit ac meruit.
Lucullus Mitridatem regno Ponti exutum ad Armeniam perſecutus eſt. Tygrãnẽ Ar-
meniorum regem cum ſeptem milibus clypeatis & cẽtum uigĩti milibns ſagittariorũ:
ipſe cum decẽ & octo Romanorum milibus uicit. Tygrãnis Citram mãximã Armeniæ
ciuitatẽ expugnauit. Madenam optimam Armennorum regionem obtinuit: per Me
lethem ad Meſopotamiam deſcendit: Ninſibium cum ferre regis cæpit: tendere. n.
in Perſas paratus ſucceſſionem accæpit. Põpeius ex parte fœlicitatis ad Mitridaticũ bel
lum miſſus: Mitridatem in Armenia minore nocte aggreſſus prælio ſuperat: cæſis duo
bus & quadraginta milibus hoſtium caſtra eius inuaſit. Mitridates enim cum duobus
comitibus & uxor in Boſforos fugit. Ibi deſperatione rerum ſuarum uenenum hauſit:
& cum uis ueneni parum ageret: a milite ſuo ut ferro percuteretur imperauit. Pompei
us auxiliatorem Mitridatis Tygrãnem Armeniorum regẽ perſecutus eſt. Ille ſe obla
to diamate ei apud Artaſſata reddidit. Receptæ ſunt ab eo Meſopotamia & aliquanta

pars Phœnicis atq; intra Armeniam maiorem regnare permissus est. Idem Pompeius Bosphorianis & Colchis Aristarcum regem imposuit. cum Albanis conflixere. Orchodo Albano regi ter victo pacem dedit. Iberiam cum Arsace rege in deditionem accæpit. Sa racenos & Arabes vicit. Iudæa capta: Ierosolimam obtinuit: cum Persis fœdus fecit: re diens apud Antixiam Dannensem lucum loci delectatus amœnitate & aquarum abū dantia adito nemore consecrauit. M. Crassus consul aduersus rebellantes parthos mis sus ē. Is cū pacē missa a Persis legatiōe rogaret: apud Thesifōtē respōsurū se ait. Apud Zeunam traiecit Euphratem: a transfuga quodam Macoro īductus ad ignotam cam porum solitudinem descendit. Iis undiq; circumuolantibus sagittariorum agminibus cum Sillare & Scille præfectis regibus est cinctus exercitus & ui tellorum obrutus. Ipse Crassus cum ad colloquiū solicitat uiuus pene capi posset: repugnantibus tribunis eua serat: & cum fugam petit occisus est. Caput eius cum dextra manu refectū ad regē per latum est: atq; ita ludibrio habitū ut faucibus eius aurum liquefactum infunderet scī licet ut qui ardēs cupiditate prædādi: pacem regis rogatus abnueret: etiā mortui eius re liquias auri flamma cōbureret. L. Cassius quæstor uir strenuus Crassi reliquias fusi col legit exercitus. Contra Persas in Scythiam irrumpentes ter cum summa admiratiōe cō flixit. Eos trans Euphratē relictos uastauit. Parthi Labieno duce qui Pōpeianarū parti um fuerat & victus ad Persas refugerat: in Syriam eruperunt: ac totam prouinciam oc cupauerunt. Publius Vētidius Bassus Parthos qui ducente Labieno Syriam īuaserāt occurrens in Capro monte cum paucis fugauit: Labienum occidit. Persecutus est Per sas & ad īteremptionē strauit: qua cōgressione patthorum regis filiū eadē die qua Cras sus victus fuerat occidit: ne aliquando Romani ducis mors inulta relīqueretur. Venti dius de Persis triumphauit. M. Antonius in Mediam ingressus: quæ nunc Medena ap pellatur: bellum Parthis ītulit & primū eos vicit: post duabus legionibus amissis cū fa me pestilentia tempestatibus premeretur: uix per Armeniam Persis īsequentibus reuo cauit exercitum: tanto per momenta temporis terrore percussus ut a gladiatore suo per cuti postularet: ne uiuus ueniret in hostium potestatem. Sub Octauiano Augusto Cæ sare Armēia cum Parthis conspirauit. Claudius Cæsar nepos Augusti cū exercitu mis sus ad orientem cum per maiestatem Romani nominis cuncta sædasset: atq; ei tūc Ar meni qui tūc temporis ualidiores erant Parthos dedissent īdices atq; ex īstituto Pōp i dictis gentibus Claudius Cæsar: Dones quidam quem Parthis Arsaces præposuerat, p ditione simulata libellum in quo scripti thesauri continentur obtulit: quem cum Ro māus imperator legeret ītentius cultro aggressus Claudium uulnerauit: percursor qui dem a militibus confossus est: Claudius uulneratus uersus ī Syriam obiit. Persæ ad sa tisfactionem tam audacis admisit obsides tunc primum Octauiano Cæsari dederunt & erepta sub Crasso signa retulerunt. Pactis gentibus orientis Augustus Cæsar etiā In dorum legationem primus accæpit. Nero quem turpissimum Imperatorem Romana resp. est passa amisit Armenias duas: tunc Romanæ legiōes duæ sub iugo a Persis mis sæ extremo dedecore Romāi exercitus sacra fœdauerunt. Traianus qui post Augustū Romanæ reip. mouit lacertos Armeniam recepit a Parthis sublato diademate regi Ar meniæ maioris regnum ademit. Albanis regem dedit. Lubros: Bosphorianos: Colchos in fidem Romanæ ditionis accæpit. Osenorum loca & Arabum occupauit. Carduenos & Marchomenos obtinuit. Anthemusium Persidis regionem: Seleuciam & Thesifontē & Babyloniam accæpit & tenuit usq; ad Idæ fines: post Alexandrum accessit ī mari ru bro: classem īstituit: prouincias fecit Armeniam Mesopotamiam & Assyriam: quæ in ter Tygridem & Euphratem sita irriguis tribus amnibus instar Aegypti fœcūdat. Ha drianum gloriæ Traiani certum est īuidisse qui ei successit imperio. Hic sorte propria ineductis exercitibus Armeniam Mesopotamiam & Assyriā cōcessit: & inter Romāos ac Persas Euphratē esse uoluit. Antonini duo Marcus & Seuerus: hic socer & hic gener pariter Augusti imperatores orbis æquata primum potestate imperium tenuerunt.

Sed ex his Antonius Iunior ad expeditionem Parthicam profectus eſt. Multa & ingẽ/tia aduerſus Perſas geſſit fœliciter. Seleuchiam Aſſyriæ urbem cum quadringentis mi/libus hoſtium cæpit: īgenti gloria de Perſis cum ſocero triumphauit. Seuerus natione Apher acerrimus īperator Parthos ſtrenuiſſime uicit: Azauenos deleuit: Arabes obtri uit. Arabiam prouinciam refecit: huic cognominia ex uictoriis acquiſita ſunt. Nã Aza uenicus Parthicus & Arabicus cognominatus eſt. Antoninus cognomento Cartala fili us Seueri imperatoris expeditionem in Perſas parans: in Efrenia apud ciuitatem Edoſ ſam propria morte obiit & ibidem ſepultus eſt. Aurellius Alexander quaſi fato quodã in exitium Perſicæ gentis natus iuuenis admodum Romani gubernacula ſuſcepit īpe rii: ipſe Perſarum regem nobiliſſimum claſſẽ glorioſe uicit. Hic Alexander ſacriſcrini/orum magiſtrum habuit Vulpianum iuriſconſultum: de Perſis pompa ſpectabili tri/umphauit. Sub Gordiano Auguſto ex iuuentutis fiducia Parthi īgentibus præliis cõ/cuſſi ſũt: iſq; de Perſide rediẽs uictor fraude Philippi qui præfectus prætorii eius erat occiſus eſt. Milites ei tumulũ ī uigeſĩo miliario a Circẽſo caſtro ædificauerũt: atq; exeq̃ as eius Romã cũ magna reuerẽtia deduxerunt. Valeriani īfauſti prĩcipis fortunã tedet referre. Is cũ Galiẽo ſuſcepit īperiũ. Sed hũc exercitus Galienũ ſenatus īperatorẽ fecit. In Meſopotãia aduerſus Perſas Valeriãus cõgreſſus a Sapore Perſaꝝ rege ſupatus ẽ: & captus dedecore uitæ ſuæ cõſenuit. Sub Galiẽo Meſopotãiã Imualẽ & Aſſyriã etiã ſi bi pſe uẽdicare cœperãt: niſi (quod turpe dictu ẽ) Odoranus decurio Palmirenus collec ta agreſtium manu acriter reſtitiſſet: & fuſis aliquotiens Perſis non modo noſtrũ mi/litem defendiſſet: ſed etiam Romani ultor imperii quod mirum eſt dictu penetraſſet. Aureliani imperatoris gloriæ Zenobia ordinati uxor acceſſit. Et cum poſt mortem ma riti fœminea ditione orientis tenebat imperium: quam Aurelianus multis clypeatorũ & ſagittariorum milibus fretus apud Ihymmas haud procul ab Antiochia uicit: & cap tam Romam triumphans ante currum duxit. Cari imperatoris uictoria de Perſis nimi um potens ſuperno numini uiſa eſt. Nã ad inuidiam ſuperni numinis pertinuiſſe cre/denda eſt. Is enim ingreſſus Perſidam & quaſi ei nullo obſtãte uaſtauit. Collẽ & Ethi/ſifontem urbes nobiliſſimas cæpit: cum uictor totius gentis caſtra ſuper Tygridem ha/beret fulminis ictu īteriit. Sub Dioclitiano prĩcipe põpa uictoriæ nota Perſis eſt. Ma ximianus Cæſar prima congreſſione cum contra innumeram multitudinem cum pau cis acriter dimicaſſet: pulſus receſſit: hic tanta indignatione a Dioclitiano ſuſceptus ẽ: ut ante carpentum eius per aliquot milia paſſuum cucurrerit purpuratus: & cum uix ī petraſſet ut reperato de Limitaneis Daciæ exercitu euentum Martis repeteret: in Arme nia maiore ipſe imperator cum duobus equitibus explorauit hoſtes & cum uiginti mi bus militũ ſuperueniẽs caſtris hoſtiũ ſubito innumera Perſarũ agmina aggreſſus ad interemptionem occidit. Rex Perſarum Narſeus effugit & uxor eius & filiæ captæ ſũt: maxima pudicitiæ cuſtodia reſeruatæ. Pro qua admiratione Perſæ nõ modo armis Ro manos ſuperiores eſſe confeſſi ſunt: ſed etiam Meſopotamiam cum trantigranis quĩ/que regionibus reddiderũt: pax facta eſt & uſq; ad noſtram memoriam reip. utilis per durauit. Conſtantinus rex dominus extremo uitæ ſuæ tempore expeditionem parauit in Perſas. Toto. n. orbe pacatis gẽtibus & rececẽti de Gothis glorioſior uictoria multis ĩ Perſas deſcendebat agminibus. Sub cuius aduentu Babyloniæ in tantũ regna trepida uerunt ut ſupplex ad legationem occurreret Perſarum: facturoſq; ſe imperata promiſe runt. Hæc tamen pro aſſiduis eruptiõibus quas ſub Cõſtantino Cæſare per oriẽtem tẽ tauerat ueniam meruerunt. Conſtantinus in Perſas uario ac difficili pugnauit euentu præter leues excubantiũ ĩ limite cõgreſſiones acriore acie nouies decertatum ẽ: p duces ſuos ſepties. Ipſe præſens bis adfuit ueris ac grauibus puguis Singarena præſente Cõ/ſtantino ac Segarena Conſtantienſi quoq; & cum amica capta eſt. Graue ſub eo prin/cipe reſp. uulnus accæpit. Ter autẽ eſt a Perſis obſeſſa niſi bis ciuitas: ſed maiore ſuo detrimento dum obſedit hoſtis affectus eſt. Narenſi autem bello: ubi Narcus occidit

ſuperiores diſceſſimus. Nota uero in agro Alienſi prope Siguram pugnam ubi conſci us affuit omnium expeditionum compenſatus fuiſſet euentus: ſi locis et nocte aduer ſantibus parcitos ſerotinam milites ab intempeſtiuo pugnādi tempore imperator ip ſe ad loquendum reuocare potuiſſet:qui tamen inuicti uinbus improuiſi aduerſus ſi tim aquarum ſubſidiis incumbente iam ueſpere caſtra Perſarum aggreſſi ruptis muni tionibus occupauerunt. Fugatoſq; cum a prælio reſpirantes prætentis luminibus īhia rēt aquæ nimbo ſagittarum abruti ſunt:cum ſtolide ad dirigendum in ſe ictus lumi na per noctem ipſi accenſa præberent. Iuliāo in externos hoſtes ex parte fœlicitatis prī icpi aduerſus Perſas modus defuit. Is cum ingenti apparatu utpote totius urbis regna tor infeſta in Parthos ſigna commouit:inſtructam comeatibus claſſem per Euphratē inuexit:ſtrenuus ingreſſus multa Perſarum oppida & caſtella aut ſuſcepit dedita aut manu cæpit. cum contra Etheſifontem in Tygridis & Euphratis ripa iam mixti caſtra haberet:luduſq; campeſtres et hoſtis ſolicitudinem demeret:et per diem agitaſſet noc tis ī medio impoſitos nauibus milites in ulteriorem ripam parthis tranſuehentes qua difficilis etiam per diem et nullo prohibente fuiſſet aſcenſus: Perſas ſubito terrore mi ſcuerunt:uerſiſq; agminibus totius gentis apertis Etheſiphonte portis uictor miles in traſſet:niſi maior prædarū occaſio fuiſſet q̄ cura uictoriæ. tantā adeptus gloriā cū de reditu a comitibus admoneretur intentioni ſuæ magis credidit & exutis nauibus cum tranſſuga qui ad ſe fallendum obiicerat inductus in Eumādemiā uiæ compendia ſec taretur dextrum iter aduerſa Tygridis ripa nudato militum latere iter relegens cum ī cautius per agmen erraret excito puluere ereptus e ſuorū conſpectu ab hoſtium obuio equite conto per ilia ictus inguinum tenus uulneratus eſt. Inter effuſionem nimii ſan guinis cum ſuorum ordinem licet ſaucius inſtauraſſet: cūctantem animam multo ſu os allocutus afflauit. Iouinianus prælii ſuperiorem: ſed confuſum morte imperatoris amiſſi ſuſcepit exercitum : cum comeatus deficerent & uia ī reditu prolixior īmineret perſæ crebris excurſibus nunc a fronte uunc a tergo mediorum quoq; latera incurſātes inter agmina morarentur: Conſumptis aliquot diebus tanta reuerentia Romani nomi nis fuit ut a Perſis primo de pace ſermo haberetur:ac truci cōfectus inedia exercitus ſīe retur conditionibus quod nunq̄ accidit diſpendioſis Romanæ reip. impoſitis ut niſi bis & pars Meſopotamiæ traderetur:quibus cupidior regni q̄ gloriæ Iouinianus impe rio rudis acquieuit. Quammagno deinceps ore tua princeps facta inclyte ſint perſonā da:quibus me licet imparem dicendi nixu & æuo grauior parabo: maneant modo con ceſſa dei nutu cui credis & creditus es numine indulta fœlicitas:ut hæc ingens: ſicut de Gothis & Babylōibus tibi palma pacis accedat glorioſiſſīe prīceps Valētiane Auguſte.

PLATONIS VIRI ILLVSTRIS VITA PER GVARINVM VERONENSEM EDITA.

QVLTVM DIVQVE ANIMO VERTI PHILIPPE uir doctiſſime humanitatem tuam moreſq; ſuauiſſios: quibus effectum eſt:ut quãtum ſcientia & magnarum reꝝ cognitiõe tantũ facilitatis & iuuenili ſuauitate præcellas. Eius generis medici ſunt:quos litterarum parens Homerus inter alios principatũ habere cecinit: Vir medicus precio multos æquauerit unus. Quid igitur miri ẽ ſi carus adeo acceptus ac iocũdus es huic illuſtri noſtro principi ſubtili hominum æſtimatori & fautori uirtutis optimo: Qui quantũ gradu & fortuna:tantũ dignitate & ſapiẽtia inter mortales antecedit? Tuarũ ſane rerũ cum alii permulti:tum uero ipſe tibi ſum teſtis non infimus: quẽ ſingulari beniuolentia:ſtricta familiaritate aſſiduæ conſuetudine colloquiis intimis tuenda mei meorũq; ualitudine & omni deniq; neceſſitudine tibi deuinctum tenes. Cuius quidem rei memoriã tam iocundam tã honeſtãq; probabilem ſiqua ratione ppetuo obſeruare liceat ſæpius mecũ uerſo: ſicut egyptiorum artificio & excogitatis quibuſdam odoribus incorrupta teneri corpora poſſe hiſtoriæ tradit Herodotus. Iam demũ facile fieri poſſe intelligo: ſi litteris quaſi perenni condimento & fideli reꝝ geſtarum cuſtode poſteritatis etiam cõmendatione crebriſq; ſermonibus durare curabimus. Itaq; cogitãti mihi quidnam hoc potiſſimũ tempore: quo tantis ĩmergor occupatiõibus ſcribendum aggrederer:aptiſſima Platonis perſona uiſa eſt:In cuius lectione perinde ac delicatiſſima deguſtatiõe utriuſq; recordatio cõdiretur. Eum iccirco potiſſimũ delegi: quia cum de illo non nulla diſſeruiſſes in eo ſuburbano Ferariæ proximo cui ob eximiam quandã amœnitatem pulchroflori cognomẽ ĩditum eſt:tibi ſum pollicitus me de hominis ætate reſpõſuꝝ. Non cõtentus autẽ promiſſa tantũ reddere: ut accumulatius hoc æs alienũ tibi perſoluerẽ:eius uiri genus uitãq; nõnulla diuinis ipſis ſtudiis pertinẽtia cõiunxi. Hoc pacto omni ex parte Platonem notum ac familiarem tibi fecero. Clarã Platonis extitiſſe progeniẽ cunctorũ teſtantur litteræ:ſeu paternã ſeu maternã intuearis originẽ. Is Ariſtone patre patricio inter Athenieẽſes ciue & Perictiona ſiue Porona ĩſigni certe fœmina natus eſt matre. Maternũ genus cum alii cõplures:tũ uero Solon Athicarũ legum lator & e ſeptẽ ſapientibus unus illuſtrat. Drepides eĩm Solonis frater Ciciã maiorem creat:ab quo Caliſteus ortus Cyciam minorẽ gignit. Hic unus ex triginta fuit:qui rem aliquãdo Atheniẽſem gubernarunt. Cyciæ filius Glauco a quo Carmides Platonis auũculus & Perictiona mater editi. Perictiona igitur probitate & forma eximia Ariſtoni matrmonio collocata uirilis qdem ſexus Adimantum labeonẽ ac Platonẽ muliebris autẽ Boconã peperit. quæ Eucumedõti ſpectato uiro nupta Speuſippi ĩprimis & honorati philoſophi mater fuit. Futuram Platonis magitudinẽ & ſuauiſſimã ĩprimis eloquentiã euidẽtiſſima ſigna prædixerunt. Cõplures grauiſſimi uiri & locupletes ſane teſtes memoriæ prodiderũt: Ariſtonem cum Perictionæ uirginitatẽ tollere & uim inferre conaret: diutius uoti factum impotẽ. Cumq; tamẽ ſe reuocaret:Apolinis ſpeciẽ humanã maiorẽ aſpexiſſe. Quapp ter Ariſtone ab omni Perictionæ cõtactu quoad infantẽ enixa eſt prorſus abſtinuiſſe. Hæc in oĩum Atheniẽſium ore fuiſſe (Quoniã mihi hæc humanis oculis ludibria ingerantur) Alius diſputandi locus & tẽpus poſtulatur. Tener adhuc ĩfans ſopore tenebatur in cunis:cum apes nõ paruã mellis uim dormiẽtis labellis inſtillare ſenſim ãnotate ſemper. Qua quidẽ re ad prodigiorũ interpretes delata eum futurũ procedẽtibus ãnis uaticinati ſunt:cuius ex lĩgua melle dulcior flueret oratio. Quieſcens aliquãdo Socrates ĩter genua nouellũ cygni pullũ tenere ſe exiſtimauit: Eumq; natis derepẽte plumis

ſublimẽ euolaſſe: & ipſum ætherẽ dulci clangore: ac ſuauiſſimis ĩpleuiſſe cantibus. Poſtridie cum pater ad Socratẽ præceptis eius & inſtitutiõe formãdũ Platonẽ adduxiſſet: Viſo ſtatim puello hæc illa ĩquit eſt auicula cuius imago nocte ꝓxima mihi pſõnum obuerſata eſt. Tam clara futuri Platonis auguria ĩgenti dehinc euẽtu minime caruere: ſeu ĩtelligendi ſubtilitatẽ: ſeu diſputandi uim: ſeu dicẽdi dulcedinẽ cõtemplere. Quas quidẽ ad res grauiſſimoꝝ hoĩum teſtimõia nõ deſunt. Quis eĩm dubitet Platonẽ amiciſſimũ ueritatis hominẽ: & eius hõinibus exhibẽdæ prõptiſſimum præcipuũ eſſe ſiue acumine diſſerendi ſiue eloquẽdi facultate diuina quadã & homerica? Multũ eĩm ſup proſam orationẽ: & quam pedeſtrẽ græci uocãt ſurgit: ut nõ homĩs ĩgenio: ſed quodã delphico: ut poeta diceret uideat oraculo dei ĩſtĩctus: adeo ut ꝙdã latinæ lĩguæ præclarus auctor & græce peritiſſimus Platonis uerba ĩ Romanã dictionẽ uertere formidarit: Cum ad explicandas eorũ pietates & (ut ita dicam) cõpoſitionis harmoniã nequaq̃ poſſet latina oratio aſpirare. Quod ſi ex Platonis oratione uerbum aliquod demas mutes ue: & ſi cõmodiſſime facias: de elegantia tamẽ partẽ nõ paruã ſane detraxeris. Sed hæc poſtea. Natiuitatis eius tẽpus quod tibi ſum Philippe pollicitus: pluribus ĩſignire modis cõſtituimus: quo clarius eius uiri ortus ad uniuerſos peruenire queat. Natus eſt igitur Plato ſeptima Thargelionis: qui eſt Atheniẽſium menſis die: Anno ab Troiæ capti uitate ſeptingeſimoquĩquageſimoſexto: olympiade octogeſimaoctaua: Ab urbe uero condita tricenteſimotrigeſimoſexto: Poſt liberatã cunctis regibus ciuitatem octogeſimoſexto: Ante ſaluatoris aduentũ quadrĩgenteſimouigeſimotertio. Qua ẽt tẽpeſtate doctiſſimi uiri permulti florebãt. Ex quibus hi plurimũ ſermone prædicabãtur: Socrates atheniẽſis Democritus abderita Empedocles Agrigẽtĩus Eudoxus Guidius aſtrologus Hippocrates Eous medicus Socrates atheniẽſis rhetor Herodotus hiſtoricus Euripides & Sophocles tragici Diogenes comicus Ariſtophanes comicus: aliiq; cõplures: quorũ ea ætas fertilis magis ac magis erat. Fama ẽ ipſum ĩ ægina progenitum ĩ Phidiadis edibus nobilis eius urbis ciuis: quo tempore redacta ĩ poteſtatẽ inſula Athenienſes Ariſtonẽ patrẽ una cum aliis ciuibus deducta colonia eo ĩhabitatũ miſerant. Ferẽtibus ĩde opẽ lacedæmoniis & eiectis Atheniẽſibus ex ægina Ariſto Athenas reuerſus ẽ. ĩfanti nomẽ Ariſtochi fuiſſe nõnulli ſcriptũ reliquerunt. Quod ab auo ad illum quaſi hæreditaria quadã ſucceſſione tranſmiſſũ futuræ magnitudinis tãtum dedit auſpitiũ: ut qui perfectiſſĩam ĩ poſterum gloriã quod & ipſum nomen ſignificat adepturus eſſet. Platoni poſtea agnomẽ inditum cæteri auctores ſunt. diuerſæ ferunt cauſæ: quibuſdã placet id illi cognomẽtum ĩpoſitum propterea ꝙ cum apud Ariſtonẽ Argium pugilũ magiſtrum exercendo corpori & leuandis arte mẽbris operam daret: robuſtiore ualitudine & ampliore cæteris cõdiſcipulis humeroꝝ latitudĩe præditus huius generis appellationẽ ſit aſſecutus. Græci namq; Platin latũ dicunt. Cuius rei ſicut & aliaꝝ nõ ignatus magnus poeta Virgilius Platonẽ circuito ſermõe his innuit uerbis: Atq; Humeris extantẽ ſuſpicit altis. Alii ĩ quibus ẽ Neantes auctor nõ ignobilis aſſerunt eum ob latiorem frõtem ac faciẽ quæ illi erat ſic uulgo uocatum. Sunt qui ab latiſſima dicendi facultate & oratione copioſa contendant hoc illi adhibitũ fuiſſe uocabulũ. Primis litteris ſub Dionyſio præceptore ĩbutus eſt: Cuius & ipſe ĩ eo libro meminit qui amatores inſcribitur: hoc eſt eraſte. Grata nãq; ĩ hunc hoĩem amicorũ beneficia extitiſſe: uel hĩc abunde patet ꝙ præceptorũ & neceſſarioꝝ memoriã ne ulla obſcuraret obliuio ſcriptis illuſtrauit: ſuis idq; pro bõi uiri officio & ĩſtitutione maiorum qui (ut inquit Satyrus) Præceptorẽ ſancti uoluere parentis Eſſe loco. In ipſo eĩm ſtatim libri primordio ĩquit Dionyſii grãmatici ludum ĩgreſſus adoleſcentes aſpexi claris procreatos parẽtibus: qui plurimæ ꝓbitatis præ ſe ferebant ĩdolẽ. quæ qdem de magiſtro dicta honorifice fuiſſe nullus ĩficias ibit: cum diſcipulorũ ordo aſpectuſq; modeſtus ĩ præceptoris laudẽ referatur. Puer adhuc tantã ĩ moribus uerecundiã & in uultu modeſtiam habuiſſe traditẽ: ut ne ſemel quidẽ effuſe riſiſſe cõſpectus ſit. Id in õi ætate uehemẽter dedecere dixerĩ:

uel cõterraneo meo Catulo afferente riſu ſoluto nihil ineptius. & arguente non minus Iſocrate Riſũ ĩcontinẽti eſſe dementis iudicium. Nil prætermiſiſſe Plato uiſus ẽ quod corpus pariter atq; animũ laboribus & philoſophiæ idoneum efficeret. Robur & uires ſibi ab natura datas eouſq; cura & uincto muniuit artificio: ut ĩ hiſtoricos; celebratiõe (Ii eĩm ſunt frequentia & apparatu magnifici) inter Athletas decertãs fortiſſimi luctatoris & pugilis nomẽ cum prædicatiõe reportarit. Cui ſane exercitationũ generi iccirco prudẽtiſſimus ſeſe dedebat adoleſcẽs: quia nõ ſolum ſibi ſe natum ĩtelligebat: ortuſq; ſui partem ãmicos partem patriã aliquãdo uendicaturã: Cui hac uia ſiquãdo uocaret uſus ſeipſum inſtruebat. Præcipuam quoq; pictoriæ arti curam ĩpendit. quæ cum ad alia pmulta uitæ uſibus neceſſaria: uero nota ad Geometricas figuras ac lĩeas deſignãdas nimirum cõducere poteſt. ad quã ab natura ſciẽtiã pronus ferebatur. Quid q; pictor ſolers & diligẽs naturæ mimnus: & ſi uocẽ & oratiõis ornamẽtum ãddideris poeta germanus eſt? Poeticã quoq; miro cõplexus eſt ingenio. ſcripſit primum quidẽ Dityrã bos: Poſtea Cantilenas: demumq; tragœdias doctorum hoĩum collaudatione celebratas ꝓnunciabat ſuaui & dulci uocis ſono. niſi q; ad gracilitatẽ paulum acceſiſſe dictus: compoſitã ab ſe tragœdiã ante Bacchanaliorum ſpectaculum edocturus erat. Cæterũ ut diuina Socratis informari diſciplina cœptus eſt huic uni toto ut aiunt ĩcumbẽs pectore: poetica cuncta cremãda curauit: hunc præfatus uerſum: Nunc opus eſt uulcane libẽs accede Platoni. Et recte profecto. nam ſicut tenellos ãnos ludere ac laſciuire decuerat: ſic ſequens ætas alios exegit mores: ut ſæua dictu ſeuerus ageret. Platonẽ igitur cũ florens adhuc efferueret adoleſcẽtia amore irrætitum fuiſſe ſcribitur: cuius ea ut poetæ dicerent potentia eſt: ut patris ſummi tella Tipheia temnat & uideat cælo ſuperos relicto Vultibus falſis habitare terras. Stellã namq; miſere deperiit: cuius amor ab ingenii ſuauitate atq; elegantia cæpit exordium. Stella eĩm cum præcipuo cæli cõtemplãdi motumq; ſiderũ perdiſcẽdi ſtudio teneret: totũ ſibi Platonis deuinxit animũ. Ipſius ĩ Stellã iuuenilia hæc extãt Epigramata: Ardẽtes ſtellas lucẽs mea ſtella tueris. Cælum utinã fierẽ te ut multo lumĩe cernã. Aliud cum uita exceſſiſſet. Stella prius ſuperis fulgebas lucifer: at nũc Heſperus ah fulges mãibus occiduus. Hæc atq; alia mollioris ætatis carmina progrediẽtibus ãnis perinde ac bonis artibus & moribus pernicioſa prorſus abiecit. Nã nõ ulla magis uires ĩduſtria firmat q̃ uenerẽ & cæci ſtimulos auertere amoris ut poeta inquit optimus) Iccirco ut ſe limatũ expolitumq; redderet. Dehinc capeſcẽdæ ſocietatis doctrinæ oĩum cogitatõnẽ ſtudiũ ac tẽpus ĩpedit Vigeſimũ iã ĩgreſſus ãnum. Interea cum Socrates omnẽ uirtutis laudẽ ĩ actione poneret: Atheniẽſem philoſophũ ad honeſtæ uitæ rationes animare nunq̃ deſinebat cunctorũ uicia ĩſectari & bonos quod liceret ciues facere. qua ex re cum multorũ & quidẽ potentum in ſe cõflaſſet ĩuidiam (Veritas enĩ odium parit) ĩprimis Aniti locupletis & factioſi hominis cõtraxit ĩimicitiã. Qui cum Socratis morſus ferre nequiret: Ariſtophanẽ doctũ quidẽ comicũ: ſed hoĩem parum probum induxit: qui comediã cui titulus eſt Nebule ſcripſit: & agẽdam ĩ ſcæna ſpectãdamq; curauit. In ea & alia cõplura ĩ Socratẽ & illud fingit: Socratem nebulas colentẽ & Atheniẽſium religioni detractantẽ: Præterea mẽtes iuuenum ſic imbuentẽ: ut parẽtibus manus inferre pie & officioſe poſſent. Ea res cũ uniuerſum populum a Socratis caritate auertiſſet: auribus ab ipſa adhuc recitatione calẽtibus: poſtridie Socrates ĩ iudicium uocatur interrigimus atq; ĩnocens ſane philoſophus. Tres illi accuſatores extitere Anitus. Lyxon & Melitus. orationẽ Polycrates ſophiſta cõpoſuit: quã ad iudices habuit polyectus. capita criminũ ex ipſa quæ adhuc extat accuſatiõe cognoſcer licet. ea titulum habet huiuſcemõi: Melitus Meliti filius putheus Socrati Sofroĩſci filio Alopoteo. Iura uiolantur a Socrate: cũ q̃a mĩme deos exiſtĩat: quos a ciuitate exiſtimari ſolere uidet: tũ quia nouos quoſdã deos introducit. Accedit ad ĩiuriam ꝓ iuuẽtutẽ corrumpit. pœna mors eſto. Surrexerat ad defenſionẽ præceptoris Plato hoc pacto orationẽ exorſus. Et ſi omnibus qui hæc aſcendere tribunalia iunior adſim uiri

Atheniẽſes: tantus eſt ab iudicibus clamor obiectus & ut deſcẽderet uociferatio circum fuſa: ut cunctis præ timore dicendi ac defendẽdi facultas prærepta ſit. Itaq; multitudinis īuidia ira & furore prīcipe iudicio mortis dānatus eſt Socrates. Nec multo poſt dato ei publice ueneno in carcere periit. Tranſeunt poſt tam īmane facinus dies nō multi: cum ſcinditur īcertum ſtudia ī cōtraria uulgus: ſeroq; ſui conſilii pœnitēs īterfectū luget Socratem ſanctitate & ōi uirtutis genere uenerabilem. publicus mæror īclinatur. Clauſæ officinæ deſerta gymnaſia deſtituta theatra. fit deniq; in urbe iuſticium: ī accuſatores impetus agitur: aliis in exilium abeuntibus & ſalutem fuga capeſcentibus. Melitus ultimo ſupplicio afficitur. Anytus cum Heraclea ſe recepiſſet ab Heracliēſibus magna cū ignomīa eiectus ē. Eius bona fiſco adiecta Socrati ærea ſtatua Liſippi opus erecta. Longius ſum paulo digreſſus Philippe uir ſpectatiſſime cum huiuſmodi excurſiones tibi non iniocundas arbitratus ſim. Redeamus igitur. Cum Socrates dato ut ſuperius dixi ueneno mortē obiiſſet: Plato Cratello & Hermogeni ſe docendum tradidit: Huic quidem Prameuidis: Cratello autē Heracliti ſectam profitenti. nihil ſtudioſus adoleſcens omiſit unde ad augendam uel ornandam diſciplinam ulla ſibi ſpecies eſſet. Quamobrem cum utilitatis plurimum ab Epicarmocoo uel ſiculo poſſet aſſequi: omnia fere tranſcripſit ab eo: quæ per ipſius operas diligens lector inuenit. Nec minus Sephironis mimographi præceptis uacaſſe uidetur: quæ per aliorum negligētiā omiſſa & oblitterata primus Athenas reuocauit. In eius libris lectitandis tantopere delectatus traditur: ut ſub mortui puluino repertos eſſe conſtans ſcriptorū fama ſit. Annos poſtmodum octo & uiginti natus Socraticis ſecum aſſumptis: quos diſcendi cupiditate detineri nouerat: ad Euclidē nobiliſſimū ea ætate geometrā Mægara ſeceſſit. Id autē oppidum florētiſſimū fuerat longe ab Athenis milia paſſuū uiginti diſtans. Cuius oriundus erat Euclides Socratis aliquādo diſcipulus: cui cum aliquādiu ſtudioſiſſime uacaſſet: Cyrenem (ea eſt nobilis Aphricæ ciuitas finitima Carthagini) ꝓfectus eſt: ubi Teodorus clariſſimus ea ætate mathematicus frequenti fama celebrabat. Inde factus doctor in Italiā nauigans ad Archytam Tarentinum ſeſe contulit: ut ab eo inſigni tunc philoſopho doctrinaꝝ aliquid hauriret: ab illo digreſſus ad Philolaum Timæum & Euritum ad locros pergit pythagoricæ præceptionis gratia capeſcendæ. Eo ex loco in ægyptum trāſmittens ab ſacerdotibus mēphiticiſq; uatibus ſiderum ortus curſus obitus uariaſq; poteſtates ac reꝝ diuinaꝝ occulta numerorūq; inſuper & menſuraꝝ rationes accepit. Sunt qui credant (& hi quidē homines grauiſſimi) hoc tēpore & hoc ī loco Platonem ea quæ a prophetis noſtris prædicta fuerant interprete aliquo deprehēdiſſe: ac ueri dei cognitionē delibaſſe. Huius itineris comitem habuit Euripidē: qui cum ī aduerſam ualitudinē incidiſſet: ex maris aqua ſumpto remedio ſacerdotū cura & diligentia priſtinæ eſt reſtitutus īcolumitati. Qua propter Euripidē dixiſſe ferunt: mare cūcta mortalium mala prorſus abluit uereq; (ſicut Homerus inquit) uniuerſos ægypti īdigenas præſtantes eſſe medicos. ægypto peragrata dum regionis ſitum naturāq; ac īplicitas Nili ripas ortus incrementa cōtemplatur: ac percipit: ut undiq; collecta tantarum artium & doctrinarum ſtudia perīde ac mercator copioſus ī patriam reportās rurſum ī omnē terrarū orbem liberaliter īpartiret diſſeminaretq;: Athenas redire inſtituit. Audierat apud perſas eſſe uiros inſignes: quos magos indigenæ uocāt. Ii rebus diuinis operā ac ſtudium exhibent: in ſuſcipiēdis uotis: ī reddendis ſacrificiis ī placandis diis ritus atq; leges edocentes: & illorum naturā ac generationē explicantes de induſtria de pietate & humarido: atq; aliis permultis diſputātes: ad illos penetrare Platōi mens erat. Verum flagrantibus per eas regiones bellis cōſilium reuocauit. Erat nō procul ab Athenarum urbe ſuburbanum nobile inter arbuſta poſitum: quod ueteres Athicæ terræ habitatores heradamiā: poſteriores mutata cum aſperatione littera ab Academo heroe peruetuſto academiā appellauere. hoc ad exercēdas artes cōmunicādaſq; doctrinas Plato diligit: nō tam ſalubritate q̄ ſolitudīe ſeceſſuq; cōſpicuū: qppe cum locorū amœnitas

ſaluberq; & hilaris aeris aſpectus ad laſciuiam magis inuitet: & attentiores mẽtis uires ſoluat cogitationẽq; foras euocet. Quocirca nõ illepide quis noſtros oculos totã luxuriã eſſe dixit. In Academia cũ docens tum ſcribens cõplures exegit annos: ab qua & ipſius ſecta appellationẽ academice ſortita eſt. Aptiſſimã igitur diſcere uolẽtibus tẽperiẽ faciens ex diuerſis ueluti mẽbris philoſophandi corpus concĩnauit. Nam quæ ad ſenſum ac rationẽ pertinent ad Heracliti epheſii præcepta conferebat. Quæ uero ĩtelligendi cõtẽplatiõe cõſtarent ad Pythagoræ: quæ aũt ciuiliũ reꝝ diſputationẽ affectarẽt morũq; formulã & hoĩum ĩſtitutiõem: ex Socratis fõtibus hauriebat. Alias autẽ diſciplinas opinioneſq; paſſim inſerens ad ſtudiorum ueritatẽ & diſcendã & docendã quãta illum tenuerit auiditas: & alia permulta teſtantur: Et illud nõ parum: q; in rei familiaris ãguſtiã tres pythagoricæ ſectæ libros a Philolao Crothomata uel ut alii tradũt ab eius neceſſariis minis centum mercatus eſt: qui quidẽ pecunia nõ parum ad uſus domeſticos indigebat. fuerat autẽ Philolaus hereſeos Pythagoricæ philoſophus qui de pythagoricis primus naturalia edidit. Ex tribus his quos dico libris cõplura Platonẽ ĩ ſuum tranſcripſiſſe Timæũ dicit Hermippus. Sunt qui dicunt eã argenti ſummã ab Dione ſyracuſano perſolutã datis ad eũ a Platone epiſtolis: Cui litteraꝝ neceſſitudine & philoſophandi ſimilitudine arctiſſime deuinctus erat. Et quoniã ad eius hominis ſtudia & artes aperiendas diſcipulorum & librorꝝ ab ſe cõpilatorum numerus pertinet & ſtudioſis uoluptatẽ afferre poteſt: eos etiã quaſi teſtes producamus: quorũ primus Speuſippus eſto. Nam & genere illi propior extitit: & magiſterii ſucceſſor & platonici dogmatis aſſertor. poſt illius mortẽ ãnos octo Xenocrates Calchedonius qui mortuo Speuſippo ſcholæ præfectus eſt. ãnos quĩq; & uiginti Ariſtotiles ſtagirita. nam & alios ſeptem Ariſtotelis nomine appellatos ĩuenio: quos enumerare nõ erit iniocundũ. Fertur eĩm Ariſtotiles quidã in Atheniẽſium rep. inſigniter obuerſatus: Cuius habitæ in foro cõplures extant orationes dicẽdi gratia & ſuauitate refertæ. Alter qui in Iliadem Homeri exponẽdam diligentiam ĩpendit & operam. Tertius Siculus dicẽdi magiſter: qui ad uerſus Panegyricã Iſocratis orationẽ ſcripſit. Quartus cognomẽto fabula Eſchini Socratico perquã familiaris charus. Quintus cyrenæus qui de arte poetica librum edidit. Sextus ludi pugilum magiſter nõ inceleber. Septimus haud clarus admodũ qui de pleonaſmo libellum compoſuit. Redeamus ad Platonis diſcipulos. Philippus Opuntius Heſtieus Perintheus Dion Syracuſanus Anuleus heracliẽſis Eraſtus & Coriſtus ambo ſtepſſi Timolaus Cigitenus Euehon Lampſacenus Piton & Heraclides uterq; natione Enius Hyppotales & Calippus & Demoſthenes orator atheniẽſes. Cæterum cum Demoſthenes poſtea Caliſtratum nobilẽ Athenis oratorem uidiſſet omiſſo Platõe illi deinceps adhæſit. Teophraſtum quoq; Lebiũ Platonis auditorẽ fuiſſe quidam aſſerunt. Sed & mulieres ſub eo philoſophiæ uacaſſe certum eſt: Laſcheniã ſcilicet ex Mantinea & Axiotheã Philiaſiam: quã & uirilẽ habitũ induiſſe dicunt. Fuerũt & alii quos referre longa & ĩgrata mora eſſet. Dehinc de operibus a Platone editis & uarie copioſeq; compilatis breui perſtrĩgamus: ut probis quidẽ calcar: Ignauis autẽ rubor incuciatur: Cum uideant tantũ philoſophum inter tot perigrinatiões itinera curſuſq; Maritimos dum litteras quaſi toto fugientes orbe perſecutus mauult uerecunde diſcere q̃ ĩpudentẽ docere: tot ac tanta uolumina cõſcripſiſſe: & ĩmortalitate digna poſteritati legaſſe. De his illud prædixiſſe licet: õnia ferme quæ grauius accuratiuſq; diſputanda fuerant: ſerioq; agitanda in dialogorum forma cõſcripta fuiſſe: & recte ſane. ea eĩm quæ eiuſmodi colloquendi ratione tractantur: introductis pro dignitate perſonis apertius diſputantur: & uehemẽtius ĩprimuntur: quaſi res ipſæ nõ audire ſed geri & corã explicari credãtur. Nam certior aure arbiter eſt oculus ut inquit Flachus. Effingendoꝝ aũt dialogorũ auctorem primum fuiſſe Zenonẽ Eleathen affirmãt quidã. Verũ Ariſtotiles ĩ primo de poetis libro cui & Fauorinus conſentit Alexamenum Scyreum aut teium primũ in eo genere ſcripſiſſe dicit. Verumenimuero (ut cumq; res ſe habeat) Plato præcipuã ei rei

pollicitus exponendi curam & ſtudium adhibuit: ut cum de bõis artibus ad diſciplinã & uitæ inſtitutionẽ interrogatio & tempeſtiua deĩde facta ſit reſponſio: earum pſonarum quas ĩtroducit proprium decorem expertæ humano deprehendi poſſint ingenio: diuina præſertim adſpirante ope. Vnde & plurima noſtra eſt aſſecuta cognitio. Cũq; Plato cerneret quantum lucis & gratiæ cognoſcẽdis rebus afferret adhibita cõmode opportuneq; partitio: nõ ſolum ad claritatẽ uerum etiã & ad facultatẽ abſolute nimirum cũcta partitus eſt: ut uerbi cauſa Platõica eſt illa partitio: Bonorum quædã animi quædam corporis: quædam rerum externarum. animi quæ capeſſerent uirtutis eſſent: eaq; ab eo in naturam moreſq; diuidebatur. Naturæ celeritatem ad diſcendum retinẽdũq; memoriæ dabat: quorum utrunq; mẽtis eſſet proprium & ingenii. Morum ſtudia & conſuetudinẽ iuſticiæ fortitudini modeſtiæ prudentiæ applicabat. corporis bona aſſignabat pulchritudinẽ celeritatem ualitudinem robur. exteriora bõa ponebat fortunatam & ampliſſimã patriam: diuitias opes claram familiam amicos: quæ & ſi eius generis eſſent: ut uirtus per ſe ad fœlicitatem adipiſcendam ſine illis ualeret: tamen ut inſtrumenta adhiberi uirtuti. de corporeis externiſq; dico. Amicitiarum tria genera diceẽ ex platonica diuiſione eſt. nam aut naturales aut æquales aut hoſpitales eſſe. Naturales quæ ſanguĩs uĩculo nobiſcũ naſcunt: ut parentũ filiorum fratrũ cõſanguĩeorũq;: æquales gignit conſuetudo uitæq; ſocietas accedẽte præſertĩ morum ſimilitudine nulla generis propinquitate quales Pylades & Horeſtes: Scipio & Lelius. Hoſpites maxĩe comitatus creat: epiſtolæ & mutua inter abſentes officia. Duo quoq; rerũ prĩcipia conſtituebat: deum ſcilicet: atq; Hylen: ex qua elementa quatuor deriuarentur ignis aer aq̃ terra: ex quibus mundus ipſe cõſtaret: & quæ ĩ mundo. Sed quid ago ſuperuacuæ negociatõnis homo: qui ea quæ ſunt a Platõe aut excogitata aut ornatius digeſta percurro: cum ea & latius litteris illuſtrata ſint: & tibi diligentiſſime cognita? Itaq; ne noctua Athenas aut ſus Mineriã (ut in prouerbio ẽ(Hæc õittens de illius uita quod ſuccurret abſoluam. Cum uirtutis laudem in actione conſtare intelligeret: idq; prædicaret: cuius ſtudio inſudarat ſæpius de ſe in patriam in amicos in homĩum genus periculum fecit. Belligerantibus ſiquidem Athenis ter in militiam profectus eſt. Primum in eo prælio quod in Tanagra cõmiſſum fuit fortiter dimicaſſe cõſpectus eſt. Is autẽ in agro thebano celeber uicus fuerat. Deinde corinthos tertio ĩ Delios: adeo ſtrenui bellatoris nauauit operam: ut ſũma cum laude per omnium ora uolaret ĩprimis. Quid in familiares? Cabriæ fortiſſimo eius ætatis duci Cobrilus accuſator ĩprobus diẽ dixerat: & capitis iudicium intentauerat. Quocirca cum ab reliquis deſtitutus ciuibus metu periculi & magnitudine ĩ arcem aſcenderet ſolus Plato officii cõſciẽtia munitus forti & nuſq̃ remiſſo ſubſecutus animo hominẽ defenſurus & utilem patriæ ciuẽ ſemper adfuit. Cui cũ calumniator Crobilus ut eum a patrocinio deterreret minitans dixiſſet aliis defẽſionẽ præſtaturus aduentas ignorans: q̃ te quoq; Socratis uenenum expectat: Ei Plato ingenue quidem nihilq; retardatus reſpondit: Olim Crobile cum patriæ dignitati militabã in tolerandis periculis nihilo ſegnis eram: nunc pro officio & amici ſalute licet ferrum ac uenena mineris & ignem nullum recuſo diſcrimen. hæc in amicis cõſeruandis Platonis conſtantia. Quid illa ĩ Xenocratem & firmitas moderatio? cum ex diſcipulis iſtigaretur quidam inuidia Xenocratem adeo Platoni gratum acceptumq; eſſe: ut in eũ conflaret inimicitiam: tale aliquid cõmentus ẽ. Multa in Platone Xenocratis maledicta renuntiauit. Plato medio ſermone criminationem reſpuens obaudit: inſtat obtrectator multum ſeueritatẽ criminum affirmans. deniq; deos omnes ac deas obteſtans: Plato ut ab eius ſeſe pertinatia ſolueret: Eſto ĩquit: Sed ea Xenocrates & grauitate pollet: ut niſi ſic expedire iudicaſſet: dicturus ea nunq̃ fuiſſet. Quo facto ab tam ĩportuno conuiciatore ſe liberauit: & omnem abſcindendæ familiaritatis ſpem ademit. Sciebat enim ſacrum illud amicitiæ nomen ſero quidem ſumendum eſſe. Vertũ ubi ſemel eſt aſſumptũ ſpernere nõ conuenire: ſed omniũ prorſus ratione tutandũ. Platonẽ

ter in Siciliam nauigaſſe conperio. Nam primo eius nauigatio fuit ad ſpectandam inſulam & Crateras qui ſcatebrarū locus eſſe dicitur: quo tēpore Dionyſius ſenior Hermocritis filius oppreſſa Syracuſanorum libertate tyrānidem exercebat. Carthaginenſibus namq; Siciliam inuadentibus & uaſtitatem ſimul & libertatis omiſſionem minitātibus: ſiculi Dionyſium cuius illuſtre in re bellica ea tempeſtate nomen erat: rerum ſūmæ præfecerant: ut ab īminenti clade Siciliam tutaretur. Repulſo autē hoſte Dionyſius inuadendæ dominationis occaſione nactus tyrannidem occuparat: quiq; in uirtute iam effecerat ne græcorum oppida barbaris ſeruirent: ex patre & benefactore īmanē ſeſe domīum tyrānumq; reddiderat. Is igitur cum omnium conatu ac neceſſitate Platonem adegit: ut in colloquiū ueniret. Quo quidem ī ſermone Plato ediſſere cœpit de tyrānide principatuq; legitimo: Quatnum huic laudis & bēiuolentiæ tantum illi uitu perationis atq; ſimultatis ineſſe: hunc utilem ac bonum illam dānoſam inhōeſtamq; ut illa ui apparetur: hic uero uirtuti conferetur. Ea uox mirū in modum tyrāni mentē offendit. īdignatus itaq; Dionyſius tua inquit ſeruile neſcio quid ſapit oratio. Cui Plato certe ait tua uero Tyrānicum. Quare inſtigatus Dionyſius ut Platonē occideret agitabat: quod Dionis & Ariſtomenis precibus uix reuocatus eſſet: profecto feciſſet. Erat aūt Dion Dionyſio affinitate cōiunctus. Eius ſiquidē ſoror Ariſtomacha Hypparino patre primario īter Syracuſāos uiro progenita Dionyſio nupſerat. hic ille Hypparinus eſt: quē initō collegā rei bellicæ Dionyſio ſiculi crearāt: ut antea iā tactū eſt. At eū Polydi Lacedæmonio qui per id tempus apud Dionyſium ciuitatis ſuæ nomine legatiōe fungebatur exhibuit: ut in Græciā rediens Platonem uænundaret. Polys æginā annauigans illum uendendū expoſuit. Qua in re in capitis diſcrimen incidit. Lata erat eo tempore lex apud æginas: qua cauebatur nequis Athnienſis æginam adiret. Adeunti uero in dicta cauſa iam capitale ſupplicium impendere inſtabat ipſe legis ferundæ auctor Charmander Charmādridæ. E quo legem morte ſanciret. Quod accidiſſet: niſi præſens quidam tantam rem tāq; horrendam ioco ſoluiſſet. Nā cum lex de Atheniēſibus hominibus nomīatim expreſſa ſit: hic philoſophus eſt inquit. Quocirca motō inter præſentes riſu Platonem metu mortis abſoluendū cenſuerunt. Nōnulli Platonem in ipſam concionem adductum fuiſſe ſcribunt ī quē cōiecti uniuerſorum oculi hominis geſtum obſeruabāt: & quaſi miſſium e cælo deum contēplabantur. At ille quidē uerbo ne emiſſo īmoto corpore īmutatoq; uultu utramq; ſententiam conſtanter expectabat: ut ſicut ſecunda nō magnopere ſperare uideretur: ita & aduerſa maximo ac fortiſſimo paratus & armatus animo excepturus. Tantum ualebat philoſophiæ ratio & optima factorum cōſiliorumq; cōſcientia. Demum timore necis abſolutus urgente Charmandri crudelitate intra mancipiorum deducitur locum. Et publico decreto uolentibus emendi poteſtas fit. Annicerus Cyrenæus: qui tūc forte æginam aduenerat: eum minis. xx. aut quēadmodum alii tradunt triginta mercatus e uīculis liberatum eduxit. Mox hōeſto comitatu ad ſuos remiſit Athenas. qui confeſtim ad Annicerum remittēdum argentum curauere. Vel ſicut quidā ſcripſere: Dion Syracuſanus æris renumerādi auctor fuit. At ille repudiato prorſus argento quia maiore ſūma in Platonē liberalitatem exercēdam eſſe diceret: cōparato in Achademia hortulo Platonē donauit. Nec uero ab tam celebrato ludibrio Polydem inultum eſſe fortuna uoluit. Namq; Polyn collato apud Elicem Marte (Is autē Arcadiæ locus eſt(ab Chabria Imperatore nobili & Platoni perquamfamiliari ſuperatum & mari obrutum plæriq; ſcriptores affirmant. Nec ipſe Dionyſius tantæ conſcius ignominiæ quieto eſſe animo poterat: quæ longe turpiores illi maculas & æternū dedecus īurebat. Ad eū igitur cum iam liberatū in patriā reuertiſſe accepiſſet litteras dedit: quibus ne de ſe malediceret obſecrabat. Ei Plato ſtatim reſcribere tantum ſibi ab Achademia ſui ocii nec eſſe nec fore ut uel minima Dionyſii recordatio cogitatioq; ſubiret. Dionyſio maiore defuncto ad filiū eiuſdem nominis adoleſcentem rerum potitum oīum Plato ſe contulit: freq̄ntiſſimo

& ipſins Dionyſii & Dionis inuitatu. Dion enim præter affinitatem intima familiaritate atq; conſuetudiue Dionyſio cõiunctus erat. nam cum Dionyſius pater duas uno tempore uxores haberet Locridẽ uidelicet & ſororem Dionis Ariſtomachã: Dionyſio filio ex Locride genito Sophroſina Ariſtomachæ filia nupſerat Dioni arrepta ſibi ex ſorore Neptis. Vtroq; igitur perinde ac conſiliarum Platonem inuocante: eo profectus eſt: eo propoſito: ut ab Dionyſio ciuitatum italicarum Siculorumq; ſibi ſubiectarum libertatem exoraret: quo philoſophiæ laudes & dignitatem non uerbis tantũ aut diſputationibus ſed re ipſa & actiõe apud omne hominum genus cõpararet. Ipſe enim Tyrãnus cum eius magnã rei ſpem dediſſet: promiſſa tandem effecit inania: & uenientem fruſtratus eſt. Quaquidem in re Plato uitæ diſcrimen adiit: q; in ſuſpicionem Tyranno uenit ab ſe Dionem ac Teodotã inductos: q pro inſulæ ac ciuitatũ Italicarum libertate rebus nouandis ſtuderent & arreptum Dionyſio dominatum ſibi uẽdicarent. tantũ ĩualuerant calũniatores ac perditi homines: quibus cum Dionyſius cõuiuebat ut Dione præclaro ĩprimis homine & optimo ſane cõſiliario ĩ Græciam ignominioſe ab reip. gubernatione reiecto: Platoni peſtiferas ordirentur inſidias. Rumor certe increbuerat trucidatum ab Dionyſio fuiſſe Platonem. Quem tamen ita retinere machinatus eſt Dionyſius: ut omni comitatis genere & blandimẽtis cõſolaretur eũq; conſuetudine intima & conſiliorum cõmunicatione cõplecteretur: ut nulla in re Dionis in Platone ſtudio credere uideretur. interim philoſophiæ eo docente operam dare nõ omittebat. Demũ ea conditione diſceſſiſſe creditus eſt ut finito bello quo tunc Dionyſius ĩplicabatur una cum Dione Plato remearet. Tertiam aduentus cauſam in Siciliam Platoni hanc fuiſſe liquet ut Diõem amicum eius & principium & litterario uinculo cõuĩctiſſimũ Dionyſio cõciliaret: inter quos non mediocres ſimultates ardere cœperant. Eum autẽ Dionyſius primum quidem frequẽtibus litteris alliciebat: Multa de Dionis reditu in Siciliam & bonis mox ei reſtituendis pollicitus. Deinde cũ Plato hominis inconſtantiæ & ſodalium inſidiis fidei parum habens negaret: tandem flagitantibus amicis & Dione ĩprimis & Archyta per epiſtolã uehementius urgente ab Syracuſis miſſa triremi tertiam tamẽ ingreſſus eſt nauigationẽ: honorifico admodum comitatu cum aliorum nobilium tum uero Archidami illuſtris uiri & Archytæ amãtiſſimi. Quam quidem ad rem cõponendã cum omnẽ fruſtra cogitationẽ & conatum adhibuiſſet: dolis & ſimulata bonarum artium & ſtudiorum cupiditate deceptus ut diuinarat tentaturus tãmen manſit. Interea tyranno calũniis multis Platonẽ circumueniente: & eum cum inimicis conſpirare inſimulante (id autẽ ĩpoſitum falſo crimen erat ſibi mala multa riſu cognouit. proinde ut ſe ab ĩminenti procella ſeruaret: clam Tarentinum nuntiauit in quibus uitæ periculis agitaretur. id ubi ad Archytam Tarentinum Pyctagoricæ ſectæ philoſophum perlatum eſt: exorare per epiſtolam legatoſq; Dionyſium ſtatuit: apud quẽ pro mutua beniuolẽtia Archytas plurima pollebat auctoritate. Cuius quidem epiſtolæ hoc extat exemplum. Archytas Dionyſio ſalutẽ. Vniuerſi qui Platonem præcipua cõplectimur amicitia Lamiſcum atq; Phocidam ut uirum reciperent ad te miſimus. Sic autẽ ex confeſſo cõpoſitoq; pepigimus. recte uero & p officio facies ſi ſedulitates & ſtudia memoria reuocaueris: quibus ab nobis omnibus etiam atq; etiam contendebas: ut Platonem ad te proficiſci faceremus. petebaſq; ut pro eo ad te incitando cum alia: tum uero tutum ac ſecurum eius fore aditum recipe remus: ſiue manere ſiue curſum repetere inſtitueret. Memineris & illud q; eius aduentum quem eo tempore tanta caritate tantoq; amore proſequebaris plurimi faciebas: quanti eorum quibus cum obuerſaris facere uidebare neminẽ. q; ſiquid aſperitatis interuenit: humano more faciendũ eſt: Curandumq; ut uirum omnis expertẽ detrimẽti nobis illeſum reſtituas. hoc cum feceris pro æquitate geſſeris: & gratiſſimũ nobis feceris. Hanc ut Dionyſius accepit epiſtolam & ſi cõplures necandum eſſe contenderent: Platonẽ abunde ſuppeditato comitatu abire permiſit. & hoc pacto re ĩfecta

(ut præſagierat) reuertit in Græciam. Mirari plæroſq; & eos quidem graues uiros arbi
tror: quãobrem Plato quem mirificus reip. tenebat amor: & eius gubernandæ nõ par
uum trahebat deſiderium: adminiſtrandorum officiorum patriæq; conſulendi curam
abieciſſe uiſus ſit. Verumenimuero cum is ſingularem patriæ caritatem præ ſe ferret:
inanem ſui futuram operam animaduertit: quia iam alienis ab inſtitutiõe ſua legibus
& irreuocando ferme ritu ciuitas ipſa conſenuerat: & alia conſuetudine populus offir
matus induruerat. Interea cum Archades & thebani ad deducẽdos Megalopolim colo
nos & frequentes habitatores enixe conſpirarent: Platonẽ per legatos obſecrarunt: ut
eo pergeret eam moribus ordinaturus & legibus. Quod cum illos ab æqualitate abhor
rentes cognouiſſet: facere neglexit: idq; iure quidem ac merito. Nam quis medicus eſt
(modo mentis cõpos ſit) qui rebelli & nullis audienti præceptis ægroto ſanitatis leges ĩ
dixit? Idem & ĩ Cyrenæos ſenſiſſe uiſus eſt. qui cum õni diuitiarum genere & lauticia
affluentes Platonem ad ſuæ ciuitatis inſtitutionẽ accerſerent: hoc ab eo reſpõſum ret
tulerunt. Difficilimũ eſt inquit Cyreni ciues ampliſſima fortuna diſſolutos legibus cõ
tinere: Grauiter quidẽ & mature ut aſſolebat. mirifica nãq; in eius uerbis factiſq; co
mitate condita grauitas inerat. idq; cũ reliqua illius uita declarat ſcriptaq; ĩnumera
bilia: tum uero quædam acute ac prudenter ab eo uel dicta uel reſponſa. Ex quibus nõ
nulli interſeruiſſe iocundũ extiterit. Mirari ſe plærũq; dicebat q̃ cum iuuenes cura &
artificio ſimiles hominum beſtias efficerẽt: nõ id potius curarent: ne beſtiarum ſimiles
homines euaderent. Philedono cuipiam Platonẽ carpenti q̃ nõ minus in diſcendo q̃ ĩ
docendo ſtudioſus ac ſedulus eſſet: & quoad diſcipulus eſſe uellet interroganti: quo
ad inquit meliorem atq; peritiorem eſſe me nõ pœnitebit. Demodeto de filioli erudi
tione cõſultanti qualis in arbuſtulas plantandas & formandas talis & in liberos gignẽ
dos inſtituẽdoſq; cura eſſe debet inquit. hic labor illic uoluptas. Cauendum autẽ ne ĩ
illo ſopiti: ĩ hac uero plus q̃ uigiles eſſe uideamur. Percõctantibus quibuſdã quænam
poſſeſſionum genera filiis cõparanda præſtarent: Ea dixit quæ nõ grandinem nõ uim
nõ ipſum deniq; Iouẽ extimeſcerent. erat inter diſcipulos eius lautus nimium & curã
dæ cuti operoſus adoleſcens: Quem ſubridens Plato rogauit: quouſq; tibi carcerẽ ædi
ficare perges. Ad iuuenes quos ad beate uiuendum animare nunq̃ deſinebat crebro di
cere ſolebat: ocio labores anteponite: ni rubiginem ſplendori præſtare putatis. Cõſpica
tus adoleſcentẽ talorũ ludo propenſius intentũ accerbius increpauit. At ille ut ſeſe pur
garet: pro puſillis ait ludum habeo. Cui Plato puſillum quidẽ nunc eſt: cæterum mox
uehementiſſimũ ſuſcitabit. Ex eo quiſpiã interrogabat nũquid ſua quẽadmodum &
maiorũ futura eſſent cõmentaria. Reſpondit: primo quidẽ cõparandi nominis habe
da ratõ eſt: deinde multa obuenient. Xenocrates ad eum ſalutandi gratia uenerat: cum
Plato ob depreh enſum in delicto grauiore ſeruulũ iratus excanduerat. Cui Plato hunc
plagis dixit affligе: id ego ne faciam ĩpedimento ira eſt. Alio ſubinde tempore ĩ alterũ
deliquentẽ quoq; ſeruulum: Ni tibi iratus eſſẽ ait ꝑ tuis depexus eſſes meritis. Ebriis
pariter & iratis præcipere & conſiliũ dare conſueuerat: ut eſt ĩ ſpeculo uultus intueret:
quo tanq̃ per oris deformitatem ea uicia fugitarent. Sõnum diuturniorem crebro de
teſtabatur: ut malarum illecebrarũ delictorũq; parentẽ: & morti perquãſimilẽ. Ami
co reliquendi ad poſteros nominis anxio uel in amicis uel inimicis tui recordatiõem
uiuere dixit. Familiaris quidam Platonis doctus ſane homo eũ orabat: ut ſibi au
res pauliſper accomodaret libellum ab ſe editum lecturo. Rogatus ſubinde a Plato
ne quænam libri eſſet inſcriptio: Reſpondit contradicendum nõ eſſe. Cui Plato cur
igitur hoc ipſe factitas? Leo genere ac opibus nobilis magis q̃ clarus Athenis adole
ſcens magnas & ĩmodeſtias in ſenatu uociferationes habuerat: quo cũ is in cœtu car
peretur: Plato dixit hoc eſt uere Leonem eſſe. Xenocratem Calchedoniũ adoleſcentem
adhuc ſub Platone philoſophiæ inſtituta capeſcentem cum in reliqua uita nimis au
ſterum tum triſtem ſemper in uultu ſeueritatem præſe ferentem ſæpe cõmonefacere

ſolebat: ut gratiis ſacra ferret: illud uidelicet ſignificans ut quantum naturæ defectus & acerbitas demeret tantum induſtriæ diligentia & grata comitatis elegantia cõciliaret. Plato quoq; tardiuſculum ingenio Xenocratem ſolertiſſimo & acutiſſimo conferens Ariſtoteli ſcitum illud uſurpabat: hic quidem calcari hic autem freno indiget. Tametſi hoc ab illo deq; aliis diuulgari dictum ſoleat: de utroq; illud & Platonis dictum extat præceptoris ī diſcipulos: hui qualem equum qualēq; aſinum iungēdos aſſumpſi. Dionē Syracuſanū reliquis in rebus magnum ac doctiſſimū hominē cæteꝝ in ſuo conuictu duriorem: ut ad manſuetiores mores reuocaret aiebat: peruicatia nō urbium ſed ſiluarum ſolitudiniſq; ſodalis. Cum iuuentutem ad beatæ uitæ rationes intenderet: cum alia permulta tum uero illud uſu frequēter tenebat contrariam uirtutis ac uoluptatis naturam animaduerterent. huius eīm momentaneæ dulcedini perpetuam pœnitentiam dolores & crùciatus affigi: illi contra poſt breues dolores æternas poſt mortem etiam delectationes adiungi. Xenocrates cuius durior uita & mos nimium rigidus cenſebatur: quiddā amœnū ac riſu accipiendrm protulerat. Quo circa mirantibus cõdiſcipulis Plato Quid miramini dixit? Num inter carduos & urticas lilia plærumq; ac roſas enaſci cernitis? De amatore facete iocans: Animus eſt īquit ſuo quidem in corpore moriens in alieno autē uiuēs: obtrectatoribus quibuſdā Platonem ab Dionyſio derelictum obiectantibus Reſpondit īmo uero a Platone Dionyſium. Interrogatus qdnā īter peritū & īperitum īntereſſet: quod īter medicū ægrotumq; reſpondit. Principibus nullum præſtantius prædiorum genus eſſe dicebat: q̄ eorum familiaritates hominum qui cauponari neſcirent. potentatui perutilem ac neceſſariā eſſe ſapientiam: ut ī illo quidem corpus in hac uero animum conſtare liqueret. Dioni eius hopiti diſcipulo & amico libertati patriæ & amplitudini dies noctesq; ſtudenti prudēs illud īſtillabat quod ad cõſequēdā rei ūp. beatitudinē magis magiſq; cõduceret: Sicut animū primo: corpus ſecundo: pecuniam tertio loco ſapientes uiri ponerent: ita & leges ipſæ pariter & conſuetudo uirtutem animi priore dignitatis gradu tum corporis uires uirtuti obedientes: Tertio demum honoris ordine pecuniam uirtutis corporiſq; miniſtram collocare. Quāſalubre & illud eſt beatiſſimas fore reſp. ſi qui earū gubernationi præeſſent: aut ſapientia prædīti ueniſſent: aut ſapientiæ ſtudio tenerent. Nec parum hoc quoq; ſalutare cum reliquis mortalibus: tum adoleſcentibus qui ad litterarum & bonarum artium ſtudia & nominis propagationē anhelāt: improbare eīm bis in die fieri ſaturum: & nunq̄ nocturno tēpore iacere ſolum. Hæc duo ſi ſurdo præcepta nō ſint q̄ late ad corporis & animi uires ſuſtinēdas pateant: facile intelligeret. Finis non erit ſi ab illo uel ſapienter uel comiter dicta colligere uoluero: quæ ī eius ſcriptis ſicuti ſtellæ relucent. Cæterum exoratus ſis ampliſſime uir Philippe ut hiſce pauculis contentus ſis: quæ ſicuti lectorem faſtidio non grauant: ita & iocūditatem uarietate afferre queāt. Agamus & reliqua. Cum omnē ferme Platonis uitam ſtudioſi magnis tollant in cælum laudibus: illud plæriq; mirantur illos inter tot Socratis ſectatores ab eo memoriæ cõmendatos ne minimā quidem Xenophontis mentionē nominatim feciſſe eius cõdiſcipuli & doctiſſimi hominis īprimiſq; dulciſſimi: adeo ut uulgo muſa diceretur attica: quod & pariter ab Xenophonte factitatum eſt qui Platonem expreſſum in tot cõſcriptis ab eo uoluminibus ne ſemel quidem attigit. æmulationis tamen inter eos ſigna extant quæ rectius ne uoluntas minime ſincera ut multi putant: an laudis certamen & gloria ut ſapientiſſimus philoſophus & modeſtiſſimus homo præceptor meus Chryſoloras iudicabat) magni uiri uiderint. Cæterum Xenophon ut operis illius inclyti quod de optimo ſtatu reip. ciuitatiſq; adminiſtrandæ a Platōe ſcriptum eſt: Duos uere libros lectitauit: qui primi in uulgus exierant: oppoſuit contra mirum īmodum: extollens regiæ adminiſtrationis genus: quod Cyri diſciplina uel infantia hoc eſt pedia inſcribitur. itaq; uolumē octo libris non tam ad hiſtoriæ fidem q̄ optimi

regis ĩstitutõem absoluit. Quo facto usq; adeo pmotus est Plato: ut ĩ libro quẽ de legi bus scripsit: retractãdi eius operis gratia Cyrũ persaꝝ regẽ strenuũ qdẽ hoĩem sed ĩperi tũ fuisse dixerit. Rursum Xenophõ in tertio cõmẽtariorꝝ libro quos de Socratis dictis factisq; cõposuit: & ĩ apologia mẽtiri eos & ĩeptirie asserit: q Socratẽ de cæli naturæq; ratiõibus occultis disputãtẽ introducũt. Eum. n. tantũ de moribus & de rebus ad bene beateq; uiuẽdũ differere solitum. quibus quidẽ ĩ uerbis Platonẽ momordit. Vterq; ẽt Socratis defensionẽ idest apologiã scripsit. Sunt qui simultates quoq; inter Eschinem Socrati familiarissimũ & carissimum Platonemq; intercessisse ferant: quarum causa motum Platonem eas dissimulasse rationes: Eschines Socratem ĩ uincula coniectũ ad capessendã fugã re uera exhortatus. Omnẽ autẽ Crytoni sermonẽ eius tribuisse: ne scilicet ipsius nomẽ posteritati cõmendaret: aut scriptis nobilitaret suis. Aristipũ etiã celebris famæ philosophum natione Cyrenæum in Platonẽ inimicitia excanduisse tradi tur: adeo ut Plato pulcherrimũ illud de animorꝝ ĩmortalitate uolumẽ cõscribẽs & eum ab suis morsibus intactũ nõ omiserit: q Socrati moriẽti nõ interfuerit: Cũ æginæ aut procul abesset. huius generis dissensiões ut ante dixi odia ne an æmulationes ex laudis studio & auiditate manãtes appellari debeant sententiã proferre nõ audeo: cum uarias agitari opiniones uideã. Reliquũ est Philippe uir ornatissime: ut de eius morte dicam. Sed ut pictores solẽt ad distĩguẽdas aliqua uarietate particulas prius insertis ornamẽtis superiorẽ uitã inaurabo: & quantus honos Platõi dignitas & gloria reddita sit exposituro mihi oro benignas aures accõmoda. Taceo q orator maximus deniq; philosophus eximius magnificis eũ adeo uerbis exornauit: & prĩcipatũ attribuit: ut cum õibus Aristotilem ingenio & diligentia anteponeret: ĩteriecit Platonẽ meum semper excipio. At enim Augustinus cum oĩum doctrinarũ ubertate redundãs: tum uero litterarũ sacrarum pugil inuictus Platonẽ eiusq; sectatores prædicat: & uere ut dicitur in cælũ extollit: tanq̃ ueriss imos dei uitæq; beatæ cognitores atq; magistros. Elegimus enĩ inq̃t Platonicos omniũ philosophorꝝ merito nobilissimos: propterea quia sapere potuerũt ĩmortalem ac rationalẽ uel intellectiuã homĩs animã: nisi participato illius dei lumĩe a quo & ipsa & mundus factus est beatã esse non posse: ita illud quod omnes homĩes appetunt idest uitam beatã quemq̃ istorum assecuturũ negãt: qui nõ illi optimo: qui ẽ incõmunicabilis deus puritate casti amoris adhæserit. Vides excellẽtissĩe & uir & medice Philippe & christiane homo quãtus ad dei cognitionẽ uerãq; fœlicitatem adipiscendam dux habitus est Plato eius hominis iudicio: qui & ãcumine ingenii & magnarum rerum scientia & uitæ sanctitate humana diuinaq; prospexerit. Nec minus quod sequit illustris hominis & gloriam aperit. inter Socratis discipulos nõ quidem ĩmerito excellẽtissima fama claruit: qui omnino cæteros obscuraret Plato: qui cũ esset Atheniẽsis honesto apud suos loco natus: & ingenio mirabili longe suos condiscipulos anteiret: parum tamẽ putans perficiendæ philosophiæ sufficere seipsum ac Socraticam disciplinam: quam longe lateq; potuit perigrinatus est: quaq; uersum eum alicuius nobilitate scientiæ percipiendæ fama rapiebat. & ĩ ægypto didicit q̃cunq; illic magna habebant. hic ipse Plato dei unius ueri optimi ĩmitatorẽ cognitorẽ amatorẽ dixit esse sapiẽtẽ: cuius participatiõe fit beatus. huic igitur sectatoribusq; suis: qui ueꝝ deũ & uerũ auctorẽ & ueritatis illustratorẽ & beatitudinis largitorẽ esse dixerũt: reliqui cedunt philosophi: qui corporalia nate prĩcipia corpori deditis mẽtibus opĩati sunt ut Chales Millesius ĩ humore Anaximenes ĩ aere Stoici ĩ igne Epicurus ĩ athomis. Quod cũ Aristotiles Platonis discipulus uir excellẽtis ĩgenii & eloquio Platoni quidẽ ĩpar sed multos facile superãs sectã pipateticã cõdidisset: nobilissimi tñ philosophi ut idẽ affirmat Augustinus nouerint se dici pipateticos aut Achademicos. sed Plato meus adeo cognitiõi ueri dei & reꝝ oĩum creatori pxime accessisse uisus ẽ: ut illud Geneseos initiũ ĩ Platonis libro depræhẽderit. In prĩcipio creauit deus cælũ & terrã. terra autẽ ĩuisibilis & incomposita & tenebre erant super abyssum: spiritus domini ferebatur super aquas.

Quod cum apud noſtros ideſt unius & æterni dei cultores Platonẽ tãto ĩ honore ac tã-
ti fieri cernamus: quidnã mirum ẽ: illũ apud ſuos ſĩgulari quodãmodo zelo uenerari:
& eximia dignitate haberi ſolitũ? Quaquidẽ ĩ re paucula uelut teſtimõia ſatis erit attí-
giſſe. Cuius nõ mediocriter illa ĩ Siliciã honorata ꝓfectio eſt: Allatis ab Dionyſio iuni
ore pariter & italicoꝝ philoſophoꝝ ordine litteris & legatis triremis ornatiſſima & gra-
uiũ & doctiſſimoꝝ hoĩum nobiliumq; ciuium apparata cõitatu eũ Syracuſas trãſpor-
tauit. Qui ubi littus attigit: quaſi miſſa e cælo fœlicitate paſſim occurſus habiti: & paſ
ſim acta lætitia. Inde deſcẽdentẽ currus regio ĩſtructus apparatu triumphãtiũ ritu fre
q̃ntiſſĩa circuncĩctus corõa Platonẽ deuexit ĩ regiã. Quã honorificus ĩ Græciã reditus?
reuerſus e Sicilia Plato cum ad magnificẽtiſſimã illã olympioꝝ celebritatẽ quaſi quen
dã orbis terraꝝ cõuẽtum ꝓueniſſet: tã lætis cunctoꝝ cõcurſibus exceptus eſt: ut e cælo
deus ad mortales demiſſus uideretur. ludos deſeri: Athletarum ſpectacula relinqui:
pugiles ſolos omittere cerneres. & quod admirabilius eſt: qui tam longis terrarum
mariſq; tractibus paſcendorum oculorum auriumq; & animorũ gratia ad Olympia
uenerant oĩs uoluptatis obliti Platonẽ adibãt: Platonẽ intuebant: ĩ Platone proĩde ac
ameniſſĩo diuerſorio cõquieſcebãt. Fac Iouẽ ipſum ſi modo quẽ eſſe deum (nõ ĩpium
ac flagitioſum hoĩem Iouẽ eſſe credimus) fac inquã Iouẽ ipſum cum ſua ad olympia
ĩ terras emerſiſſe: profecto nõ plus ueneratiõis illi aut honoris hoĩes tribuiſſẽt. Gratu
lari Platoni plærumq; ſoleo: cum eius comitas moꝝ ſanctitas acumẽ ingenii & diuina
ĩ primis ſcĩẽtia tãta extit: ut nõ modo uiuẽs ſed & uita functus poſteros ĩ ſui beniuolẽ-
tiã caritatẽ obſeruantiãq; perduxerit. en quos homines? Mitridates ponticus Rex per
ſaꝝ potẽtia magnitudĩe animi ĩgenio præſtãs fuit: ut qui aduerſus Romanũ ĩperium
Scyllã Lucullũ Põpeium fortes ac fortunatos ĩperatores terra mariq; tot annis bellige
rare auſus nõ paruã Græciæ partẽ: ac inſulas ĩ poteſtatẽ ſuã redigerit: & duas & uigiti
lĩguas quot natiõibus ĩperitarit prõpte calluerit: Is ĩ Achademia cõſtitutus uiri gloria
motus ſtatuam dedicauit ſui ĩ Platonẽ monumẽtum & pignus amoris egregium Sylo
monis opus: idq; poſt Platonis obitum ãnos ducẽtos & ſexagĩta. Eam hunc in modũ
inſcripſit. Mitridates Rhodoatæ filius hãc Platonis imaginem muſis dicatam erexit.
De Platonis morte ut ſupra pollicitus eram promiſſa perſoluo: de qua uarie traditum
eſt. Sunt qui eum ĩ celebrandis amici nuptiis cum quietus diſcumberet iuxta aſſiſtẽ
tibus ſumme grauitatis hominibus animam derepente exalaſſe ſcribant: nõnulli ipſũ
ĩ nouum quoddã morbi genus cum incidiſſet: quem a corruptione pediculorum Phi
ciaſim uocant: quo & Cornelium Scyllam periſſe comperio: tãdem ei uitam exceſſiſſe.
quidam eum ſuo ĩ lectulo cum & ſcriberet & legeret uno & octageſimo ætatis ãno mor
tem obiſſe memorãt: cum Philippus Alexandri magni pater Macedõibus imperabat.
Quo tempore Alexander magnus annos. x. natus erat. Quoſdam etiam alios hoc Pla
tonis nomine fuiſſe inuenio: ex quibus Rhodius unus in philoſophia clarus euaſit.
Quem Panetii diſcipulũ extitiſſe liquet. Fuit & alter Peripateticæ ſectæ: qui præcipuã
diſciplĩs & bõis artibus curã ſub Ariſtotile præceptore tribuit. Tertiũ eruditũ uiꝝ Pra-
xiphãis filiũ fama refert. Quartus non mediocri ſermõe prædicat ueteris Cõediæ ſcrip
tor. Extant aliq̃ ĩſcripta ſepulchro Platõis epigrãmata ex q̃bus unũ ẽ. Ante alios caſtus
iuſti quoq; amoris amator Diuus Ariſtochus occubat hoc tumulo. Si cui de cũctis ma
gnæ ẽ ſapiẽtia laudi: Maiorẽ hic habuit: nec cões ĩuidia ẽ. Aliud ẽ huiuſmõi: Tellus mẽ
bra ſinu cõdit moribunda Platõis: At fœlix aĩam cœtus hẽt ſupum. Longĩqui hoc cele
brãt: diuina huic coguita uita ẽ. Clarus athẽarum ciuis Ariſto creat. Hæc ſunt Philippe
uir doctiſſĩe quæ de Platõis gñe ſcriptuꝝ me tibi pollicitus: quo pacto ẽt in ſtudiis uitã
degerit adiũxi: ut cumulatius tui uolũtati munus elargirer. ĩ quo ſi legẽs ĩterdũ obuer
ſabere: tu mihi ego tibi pñtes eẽ uidebimur: cũ freq̃ntes nr̃æ occupatiões iocundiſſĩam
nobis ĩuitis cõſuetudinẽ præſentiamq; diſſoluant: & quod initio dixi nr̃æ beniuolẽtiæ
memoria & amicitiæ fides hoc litterarum beneficio & cuſtodia durare & ſeruari diu-
tius poterat. Sic utriq; Virgilianum illud obueniet: Abſentem abſens auditq; uidetq;.

ARISTOTILIS VIRI ILLVSTRIS VITA PER GVARINVM VERONENSEM EDITA

ARISTOTILES PHILOSOPHVS EX OPPIDO fuit noīe Stagira obſcuro quidē per ſe niſi ꝙ huius uiri claritate refulſit. Patrē uero huic Nicomachū medicinæ ꝓfeſſorē artis: Genus primū ī Machaonē Eſculapii filiū cōtinuata certiſſimaq; ſucceſſione referbaṫ. Ipſe uero Nicomachus apud Amyntā Macedoniæ regē Philippi patrē & medici & amici locū obtinens multū & gr̄a & opibus ī regno potuerat. Ex hoc Ariſtotiles natus eſt anno primo ut quidam tradūt nonageſimæ nonæ olympiadis. Matrē quoq; habuit non obſcuri generis noīe Pheſtiada. Ariſtotiles autem prima ætate in Macedonia educatus ubi adoleſcere cœpit: Athenas ſtudiorū gr̄a miſſus cum cæteris operā diſciplinis haud ſegnem dediſſet: tandē Platoni ꝓ id tēpus acādemiam mira diſcipulorꝫ celebritate incolenti ī philoſophia adhæſit. Decimoſeptīo ætatis anno fuiſſe phībent cum Platonē audire primū incepit. Eius diſciplinæ. xx. ānis perſeuerauit auditor: nihil omittens ex his artibus quæ ad ſūmū futurꝫ philoſophū pertinere uidebaṫ. Erat ī eo acritas īgenii ſūma nec ſane minor aut uigilātia aut ſedulitas. Cupiditate uero diſcendi ita flagrabat ut nullum diſciplinarum genus ſibi incognitum pateretur. Itaq; nō ī utraq; mō philoſophia præſtitit ſed in dialecticis & mathematicis longe primus habebatur. Nec in his tm̄ ſed & poeſeos perfectā quandā cognitionē adiū xerat. hiſtoriæ uero ita curioſus ut neq; cælo neq; terra neq; mari q̄cq̄ relinquere uellet ī cognitum. indole præterea mirabili: ut ad ſingula natū præcipue dicas: ut & carmina ab eo pulcherrime ſcripta: & ſolutæ orationes copia ornatuſq; oſtēdit. Mortuo Platone ad Hermiā Atarnei tyrannū profectus triēnio fere apud illum deſedit. hanc eius morā nōnulli obtrectatores uehemēter carpſere: q̄ſi paꝛ philoſopho cōgruentē: lacerantq; hoc ī loco maxime pro ancillæ cuiuſdā amoribus pene inſanis: quoꝝ gr̄a illum deſediſſe apud Hermiā quidā ſcripſere. Extatq; in eum epigrāma nobile Theotriti chii amariſſimis ſane uerbis obſcēitatē & deſidiā illi exprobantis. Sed hæc oīa ut falſa & ab obtrectatoribus ficta exiſtimē facit: ꝙ mox īde protinus ī Macedoniā euocatus a Philippo & aliis rebus auctus honeſtatuſq; eſt: & Alexādro filio in diſplinam tradito maximā auctoritatē in regno promeruit. Nā illuc quidē adduci nō poſſū: ut æſtimē hoīem minus integra fama in eo ipſo tēpore a præſtantiſſimo rege: aut tantope appetitū euocatūq;: aut unicū tātæ ſpei filium huic potiſſime creditū: & ſimul a Demetrio Magneſio ſcriptum reperio: neceſſitudinē quandā Ariſtotili cū hermia fuiſſe: ꝙ eius neptē ī matrimonio hr̄et: eoq; ueluti officio retentū penes illū fuiſſe. Sed poſtq̄ ī macedoniam rediit honore ac dignitate longe primus habebatur: ut admiraret eius ſapientiā Rex quaſi decus īgens regni ac fœlicitatem ſuoꝝ tēpoꝝ æſtimaret. apparet id in epiſtola Philippi quā ad Ariſtotilē de Alexandro ſcripſit. Diis inquit gr̄as habeo nō tā ꝓpinde qa natus eſt: q̄ ꝓ eo ꝙ naſci contigit tēporibus uitæ tuæ. Spero. n. fore ut educatus erudituſq; a te dignus exiſtat & nobis & iſtaꝝ reꝝ ſuſceptōe. decē ferme annos circa Alexandrū fuiſſe uideṫ: nec tm̄ ī eo ſolū occupatus: ſed & per id tēpus multa per ſeipſum multa & per regis potentiā inqrens occultiſſima naturæ indagebaṫ. Alexandro deinde in Aſiam cum exercitu profecto: ipſe Athenas rediit: & ſui copiā ī lycæo exhibere īcepit: Xenocrate ꝓ id tēpus academiā obtinente. docebat uero inambulans plærūq; auditoꝝ turba circūfuſus: ex quo ipſe ſectatoreſque eius peripatetici philoſophi nuncupati ſunt. Sūt tm̄ q trādant partē illā gymnaſii ī qua docebat peripatum. i. deābulatoriū fuiſſe. itaq; ut academici ſtoiciq; a loco dicti ſūt: Sic ēt peripateticos de loco ipſo cognomentū ſuſcepiſſe. tredecē annis ī lycæo florentiſſime docuit: compluriſq; ſua diſciplina clariſſimos uiros effecit. Tandem uero communi illa philoſophorum inuidia ꝙ nō recta de Diis ſentiret accuſatus metuens ne ut quondam

Socrati: ſic & ſibi ī iudiciū ꝓeundum foret: Antipatri quoq; amicitiā: qui tunc Atheni-
ēſibus odioſus erat: ne ſibi noceret: formidās: deſerta ſui defēſiōe Chalcidē abiit: ibiq; de
cætero fuit: quoad e uita deceſſit. Nunc uero qm̄ curſum quodā celeberimo præteruecti
ſpatiū illius uitæ cōſpeximus: flectēda itex ratis eſt ad mores eius uiri & domeſtici uſus
quaſi figurā diſciplināq; & librox ab eo ſcriptox multitudinē nituendū. Formæ qdem
fuit haud quaq̄ cōſpicuæ: duobus tñ præcipue dehoneſtabat̄: gracilitate crux & puſilli-
tate oculox. Itaq; quo dignitatē quādā redimeret aduerſū corporis uitia: & ueſtitu pau
lo inſigniori utebat̄: & anuli digitos honeſtabāt: & tonſurā cæterūq; corporis cultum de
induſtria adhibebat: cum tñ reliq̄ ī uita modeſtiſſimus eſſet. mores aūt ī eo graues & ab
ſcenitate ridiculoq; alieni fuere. Cætex mites & qui benignitatē potius haberent: q̄ præ
ſe ferrent. Extat eius humanitas atq; dilectio ī patriā ī ſuos: ī familiā: ī diſcipulos: in oē
deniq; genus hoīm quā paulopoſt ſingulatī ꝓſequamur. Patrimoniū fuit illi ſatis am-
plum: cum ex hæreditate paterna: tū ex regum largitione. Nā & prædia ī Stagiris habuit
& redditus. Ex quibus modeſte ſimul liberaliterq; uitā duxit cum uxore filiis & āmicis.
plenā illius domū ſeruis fuiſſe: nec maribus mō uex ēt fœminis teſtamēto eius apparet.
memorat enī ꝓmultos utriuſq; generis: deinde mandat neminē uænundari eox qui ſibi
ſeruiuerint: ſed liberos dimitti: quibuſdam tñ ī ſeruitio filiox uxoriſq; noīatim relictis.
Vxores uero habuit duas Phitaida. ſ. & Herpilidem: q̄rum Phitaida alii filiā: alii neptē
Hermiæ Atarnai de quo ſupra diximus. Herpilidē uero plæriq; ancillam eius fuiſſe tra-
didere: Mortuaq; uxore prima cōſuetudine ab ea recepta mox ꝓcreatis filiis ꝓ uxore ha
bitam. Ex hac Herpilide Nicomachus filius illi natus eſt: ad quē ſunt ethicox libri & fi-
lia Nicanori deſponſata. Stagira urbs a Philippo euerſa ut reſtitueretur ab rege obtinu-
it: legeſq; & formā reip. ipſe deſcripſit: q̄ poſtmodū ea ciuitas uſa ē. habuitq; licet abſēs
diligentiſſimā patriæ curā. Ciues autē ob hæc merita tanto ī honore illū habuere: ut fe-
ſtos dies & ludos quotānis & eo uiuente faciendos illi publice dedicarent feſta iꝑa celebri
tas Ariſtotelia nuncupata: & ī patria quidē hæc illius beneficia extant. In ſuos uero ac ne
ceſſarios tanta caritate beniuolentiaq; fuit: ut pene ſupflua atq; nimia illius obſeruātia
uideatur. Nicanore genero ægrotante ꝓ eo uota fecit: ſi incolumitatē reciperet ſtatuas ſe
duas alteram Ioui ſeruatori alteram Iunoni ſoſpitæ dedicaturx. Diſcipulis uero multū
detulit: amauitq; unice: præſertī eos q excellere uiſi ſunt. Extant eius ī theophraſtū per
multa caritatis amoriſq; indicia: & illud ī primis q ipſum licet īparē gñe tñ genex ſibi te
ſtamento diſignat: ſiquid Nicanori contingeret: ꝓpter quod alteri filia tradenda foret.
Curam uero omnē filiorum ac rerum ſuarū arbitrio fideiq; propinquorū diſcipulorūq;
cōmiſit: Antipatro duntaxat ob honorē obiecto. Caliſthenē uero uſq; adeo amauit: ut
ut aduerſus Alexandrum regē grauiſſimas inimicitias ꝓ eo ſuſcipere nō dubitarit. Fuit
autē Caliſthenes Ariſtotilis diſcipulus neceſſitudine & quadam materna ſtirpe ſibi con-
iunctus excellētiſſima diſciplina iuuenis. Hic ad regē ab Ariſtotile miſſus: cum ī Aſiam
illum proſequeretur: quāſi Harmolai coniurationis auctor ab Alexandro interfectus ē.
Atq; conſtat falſo obiectum illi coniurationis crimen. Cæterum odioſum faciebat regi
nimia ī diſputando libertas & contentionū pertinacia. Quam ob cauſam īterfectus ab
illo putatur. Tulit igit̄ huius necē pīdigne Ariſtotiles nec uerbis querelisq; liberioribus
pepercit. hinc & regis īfenſio ſecuta eſt nō latens neq; obſcura. Itaq; ad Antipatrum ſcri
bens Alexander cum huius coniuratōis mentionē feciſſet: ſeſe exacturum pœnas minita
tur non a Caliſthene mō uerumēt ab his qui illum ad ſe miſiſſent: de Ariſtotile non du
bie ſentiens. miſſaq; per idē tēpus ab Alexandro dona Xenocrati ampliſſima fuerūt: nō
tam ut illum honoraret: q̄ ut Ariſtotilē ab ſe præteritum deſpectumq; oſtēderet. At Ari
ſtotiles poſthac celatī fauiſſe Antipatro quo regnum Macedoniæ retineret: exiſtimatus
eſt. Tempora quibus Athenis fuit: inquieta porro difficiliaq; fuere: porro ob timorem
Alexandri poſt Thebas euerſas ciueſq; expoſtulatos mox ob Antipatri ſuſpitiones atq;
certamina. Quo quidē tēpore prīcipes illi oratores Demoſthenes Hyperides Demades
Eſchines diuerſa in rep. ſentientes crebris turbulentiſq; contionibus oīa commiſcebant.

Tutus tñ iter has ꝑcellas Aristotiles fuit usq; ad Antipatri tpra: Qui Alexādro defūcto Macedoniæ potitus est regno. Tunc ab Eurimedōte die sibi dicta: cū i iudicium uocarē: defensionē primo aggressus est: oronēq; ꝑ se quā diceret iudicialē perscripsit: mox ueritus iudicū iperitiā & accusatoris grām deferere iudicium ante diē cōstituit. Ita Chalcidē fugiens ibi posthac fuit no solum uxore & liberis: uerūm auditoribus plærisq; eo se trās ferentibus. Discipulos uero habuit cōplures quorū præcipui Theophrastus & Menedemus & Aristoxenus: q postea musicus cognomīatus est. Nā Calisthenē oībus præcellentem uiolentia regis abstulerat. Theophrastus & Menedemus prīcipes relicti: & quidem ex ipsius sentētia iudicioq; sūmo. Fertur enī cū ad extremū uitæ spatiū ægrotaret: ac iā desperata salus esset: cōiuisse ad eum discipulos atq; rogasse: qñ qdem ipse i periculo uitæ foret: & humana fragilia atq; īcerta: iā īde eum sibi i doctrina præficeret: quē ipse maxime oīum ꝑbasset. Tum Aristotiles cum āte obitum id se factuꝝ polliceret: haud multo post uinum se cupere inquit aut Lesbium aut Rhodium: iussitq; utriusq; poculū sibi afferri. Cūq; illa uicissī delibasset: Lesbium īqt hoc perquā suaue est & amœnum: Rhodiū & hoc ꝑbandū & bonū. Quo qdē facto nemini dubium fuit: qn Theophrastum & Menedemum suo iudicio anteferret: qñ alter Lesbius erat origine: alter Rhodius. Hoc eius iudicium psapiens & cautū ꝑ uitanda cæteroꝝ discipuloꝝ īuidia fuit. dixit enī quo dammodo & nō dixit. Nec tñ ea cautela uitare potuit qn aliq perīde q̄si non reiecti spreti ab eo atq; posthabiti offenderēt. quoꝝ unus Aristoxenus esse uidet: ut postea scriptis eius deprehensum est. Hic Aristoxenus genere fuit italus: patria Tarentinus: & propter excellentiam eius artis musicus īcognomīatus. Migrauit aūt e uita Aristotiles anno ætatis sexagesimotertio post Romā uero conditā q̄drīgentesimo secundo: Eodēq; ipso āno Demosthenes orator Athenis ꝑfugus i Italia & Aristotiles Athenis ꝑfugus i Euboia diē obiere. Nec defuit ab Aristotilis obitu ueneni suspitio: sed & fama fuit & mandarunt q dam lrīs potato illum aconito uoluntarie īterisse: quod falsum est. Quid. n. opus fuit solum uertere & Athenis fugere: si uoluntarie erat obiturus? An non ut i Euboia sic Athenis potare aconitum & finire uitam licebat? Arguit præterea testamēti series i Euboia cōditi: quæ aliena ꝑtinus a uoluntaria morte conspicit. Sic enī īcipit. Erunt oīa recte: si tñ qd contīgat. Aristotiles testamētum suum i hunc modū fecit: hoc autē prīcipium qs nō uidet non desperantis esse hoīs: sed uitā affectantis? cum ēt omē uitet moriendi: & recta cuncta fore dicat: si uita susperstit: cum illis ergo sentio q morbo īterisse illum tradideī: qui & plures sunt: & certiores auctores. Hæc de moribus eius usuq; domestico rettulisse sat esto. Non enī hæc tā i philosophis spectāda sunt q̄ studia eoꝝ & præclarāq; disciplinā intuendum: de quibus iam dicere ordiemur. Viuo adhuc Platone i multis ab eo distare cœperat: nec deerant plane iam q Aristotilem sectarētur: nec tñ i summa rerum īter eos quidem philosophos contrarietas esse putatur aut dissentio. eadē enī sectari uidentᵉ academici ueteres ac peripatetic i: a Socratis Platonisq; disciplina ambo fluentes: Eandēq; de uirtutibus & moribus de bonis & malis de natura rerum de īmortalitate aīorū opīonem habentes. Itaq; ī genere qdem ipso & summa rerum nequaq̄ īter illos discrepantia est. ī particulis uero & mediis qñq; distare illos aduersariq; apparet. Fuit enī Plato uir sīgularis qdem ac percellēs multarū ac uariarum rerum scientia præditus: eloquētia uero tanta: ut supra hoīem sese attollere illius eloquium uideatur. Cæterum traditōes īterdū tales sunt: ut assensu potius bone mentis q̄ ꝑbatōis necessitate nitantur: nam de natura animi ipsiusq; transmigratōe discessioneq; ī corpora permulta traduntur ab illo ꝑlata magis hoībus q̄ probara. Et in optimo ciuitatis statu constituendo ea nonnūnq̄ sentit quæ ab hoc nostro usu consuetudineq; uiuendi plurimum abhorrēt. Mulieres enī cōes oīum esse censet: quo nihil inexplicabilius cogitari pōt: filios uero ita incertos: ut nemo neq; suos neq; alienos queat agnoscere. Patrimoniorū autē iura sustulit atq; oīa oīum cōia esse uoluit. Contra hæc igitᵉ & huiusmodi renitens Aristotiles cum probabilem aduersandi materiā nactus esset: ēt uiuo Platone sectatores reperiebat. Præterea doctrina Platonis uaria est & īcerta. Socrates enī ubiq; īductus nullo disciplinarum ordine quasi

a carteꝝ ad Calcem diſcurrit: ſed modo hoc: mõ illud ꝑ arbitrio agit & in diſputando nõ tam quæ ipſe ſentiat dicere uideꝫ: quam aliorum ſententias dictaq; refellere: Ariſtotiles uero & cautior in tradendo fuit (Nihil.n. aggrediꝫ quod ꝓbare nõ poſſit) & moderatior in opinando: ut hæc quæ in uſu uitaq; conuerſantꝫ adiuuare: nõ aliena & abhorrentia & nunq̃ ꝑfutura meditari illum appareat. Ad hæc ipſis in rebus explicatio ſerioſa atq; per diligens: ut ſiue logycæ ſiue phyſicæ ſiue ethicæ tradat præcepta cõtinuata ubiq; doctrĩa ſit. & ab ipſis primordiis reꝝ ad finem uſq; ꝑducta ſcientia tãq̃ pr̃ diligens q̃ nõ ſolum genuiſſe filios: ſed per pueritiã adoleſcentiãq; educatos nõ prius deſerat q̃ cõtinuato diligentiæ ſtudio in uiros traduxerit. Hæc autẽ cõtinuatio diligentiaq; doctrinæ ĩ Platone nõ fuit: ſiue ille nõ ꝓputauerit oportere ſiue noluerit: ſiue iſta parua minutaq; & q̃ſi diſciplinaꝝ elemta contẽpſit. itaq; illius libri perfectis iã robuſtiſq; diſciplina hoĩbus aptiores ſunt. teneros uero inſtituere nõ ſatis poſſunt. Ariſtotili uero ꝓmultũ debet humanũ genus: q; diſciplinas ante ſe uarie diſperſas in unũ quaſi corpus ſingulas redigere dignatus: ẽ itaq; diſcere q̃ uolunt hunc ãplectantꝫ: oportet. Cuĩ libri ita ſcripti ſunt: ut & paruulos inſtituere: & mediocres alere & robuſtos exercere: ac ꝑficere uoluiſſe illum appareat ac oĩs ætatis noſtræ curã cogitationẽq; ſuſcepiſſe. Nec philoſophiæ ſolum quãq̃ ĩ illa emĩet: ſꝫ aliaꝝ quoq; artiũ ſiue facultatum curioſiſſimus fuit. Nã & rhetoricã artẽ pluribus uolumĩbus oẽmq; illius uĩ naturã ornatũq; explicuit. & de poetica multa ꝑſcripſit. & utriuſq; harum ſtudioſiſſimus fuit. Exercuiſſe uero in eloquetia iuuenes: ac poſt Meridiano tp̃re præcepta dicendi tradere ac ſapientiã cum eloquẽtia miſcere inſtituiſſe conſtat. Idq; feciſſe tradunt Iſocratis rhetoris gloria permotũ qui cum lõge a ſcientia foret diſcipulis tñ abundaret: famaq; de illo magna circũferretꝫ: dixiſſe Ariſtotilẽ ferunt: ꝓabſurdum eſſe tacere ſe cum Iſocrates loquatꝫ: atq; ita docere eloquẽtiã auditores ſuos cœpiſſe. ipſe certe quæ ſcripſit oĩbus dicẽdi ornamentis figuriſq; referſit. quod ĩ libris eius mãifeſte apparet. Expertus ſum apud quoſdam doctos uiros græcarum tñ lr̃aꝝ ignaros fidem nõ fieri aſſertõe mea dum Ariſtotilis eloquẽtiam cõmendo. Quippe adulterinas huius philoſophiæ tranſlatões lectitare ſoliti intricatũ quendã & obſcurum & in cõcinnum arbitrantꝫ. Sed non ſunt illi Ariſtotilis libri nec ſi uiuat ipſe ſuos dici uelit: ſed meꝛe tranſlatorum ineptiæ. Ille politiſſimus ſcriptor eſſe uoluit: & quod uoluit curauit & quod curauit aſſecutus eſt. Veꝝ quia uerba fidẽ nõ faciunt mea. M. Tullii Ciceronis accedat auctoritas: Cui enĩ ii de eloquentia iudicãti credent. ſi. M. Tullii iudicio nõ credẽtꝫ liber eſt Topycorum. M. Tullii ad Trebatiũ. In eius libri ꝓhemio ita ſcriptũ eſt. Sed eo magis reprehendendi ſunt q; nõ ſolum rebus iis quæ ab Ariſtotile dictæ & inuẽte ſunt allici debuerant ad eũ ꝑdiſcendum. ſed & diſcẽdi ĩcredibili ſuauitate & copia. In libro ãt primo definibus bonorum & maloꝝ inq̃t. Credo te minus delectari ab Epycuro: q; hæc Ariſtotilis & Theophraſti ornamenta dicendi contempſit. In primn ergo ĩcredibilẽ ſuauitatem & copiam: In ſecundo autẽ ornam̃ta dicendi Ariſtotili tribuit. In epiſtolis autẽ ad Lentulum: Scripſi inq̃t de oratore libros tres: quos Lentulo noſtro puto fore nõ inutiles. Abhorrent.n. a cõĩbus præceptis atq; oẽm ueram Ariſtotiliam & Iſocrateam rõem oratoriam cõplexi ſunt. In epiſtolis uero ad Fanium ita ſcripſit. Meus autẽ liber totum Iſocratis Myrothecium atq; oĩum diſcipuloꝝ eius arculas ac non nihil & Ariſtotelia pigmenta conſumpſit. In rhetoricoꝝ autẽ ſecũdo ita ſcribit. Ad ueteres quidem ſcriptores huius artis uſq; a prĩcipe illo & ĩuentore Ctetia repetitos unum in locum concluſit Ariſtotiles: & noĩatim cuiuſq; præcepta magna cõq̃ĩta cura perſpicue aſcripſit atq; enodata diligenter expoſuit. ac tm̃ inuentoribus ipſis ſuauitate & breuitate præſtitit: ut nemo illorum præcepta ex ipſorum libris cognoſcat: ſed omnes q̃cquid illi præcipiunt uelint intelligere: q̃ſi ad quendam multo cõmodiorẽ explicatorẽ reuertãtꝫ. In primo quoq; ad Herennium libro de arte rhetorica loquens ſic ĩquit. Ariſtotiles autem qui huic artı plurima adiumenta atq; ornãmensa ſubminiſtrauit. Permulta huiuſmodi doctiſſimorum hoĩm teſtimonia de Ariſtotilis eloquentia repiuntꝫ quæ referre nunc prolixum ſane negocium eſſet. Deſinant igitꝫ iſti ex ĩfantia ſua Ariſtotilis facundiam mentiri: nam qui

eoꝝ qui ætate noſtra philoſophos ſe hãberi uolunt primas litteras tenẽt: rapti de grãma ticis ĩmaturi & rudes & pleni adhuc puerilium tenebraꝝ ad ea ꝓperant audienda: quoꝝ nec uerba nec ſignificata ĩtelligunt: ac rerum ipſaꝝ uix umbrã quandã intuent̃. In Ariſtotile uero ꝓfecta ſunt oĩa. Nam & in lr̃is quantum nemo alter elaborauerat: & poetas cunctos diligentiſſime nouerat: & totus interdum ſcaturit uerbis: & oratorum neminẽ eorum qui ante ſe fuerant præteriuit. & præcepta dicendi q̃ exacte tenuerit libri eius rhetorice declarant. Diligentiam uero ſcribendi eius illa minutiſſima ꝓbant q̃ pedes ac numeros non in uerſu mõ uerum & ſoluta in oratõe ſeruandos cenſuit. Itaq; dactilum & tribrachum reiicit: q̃ſi nimium elatos pedes & altius excogitatam orationem redentes: rurſuſque Iamboſque & Trocheos quaſi nimium depreſſos probauit autem Pæana maxime qui eſt duplex: Aut eum longa quam tres breues ſubſequunt̃: aut ex tribus breuibus & lõga poſtrema: quorum alterum principiis alterum clauſulis aſſignauit. extãt eius libri rhetorice cõplures: in quibus nõ mõ ipſum ſtuduiſſe eloquentiæ uerum & alios docere uoluiſſe appareret: in quibus dii boni quanta obſeruatio eſt? quam trita ac ꝑdiligens præceptorum traditio. quam accurata rerum ad eam artem pertinentium euolutio. Atq; ego libenter quærerem ab his qui Ariſtotilem nõ credunt eloquentem fuiſſe utrum non curauiſſe illum dicant ut eloquens eſſet: an non fuiſſe licet curauit eloqñtiã cõſecutum? primum non curauiſſe qui dici põt: cum tanta uolumina de ea arte ꝓſcripſerit? aſſecutum uero tanto ſtudio eloquentiam nõ fuiſſe tam excellẽs ingenium nimis ſtulti atque inſipidi eſt exiſtimare. & adſunt teſtimonia eloquentiſſimorum uirorum illius facũdiam miris laudibus extollẽtiũ. Eqdẽ niſi ꝓlixitatẽ nimiũ uererer ĩfinita pene ex illius libris recitarẽ: in qbus & artificium dicendi ſummũ & cuncta uerboꝝ ſñiaꝝq; ornamẽta ineſſe oſtenderem. ſed hoc ſatis. ad reliq̃ tranſeamus. Libros autẽ uſq; adeo multos ꝓſcripſit: ut nõ ſolũ legẽdo ueꝝẽt enumerando fatigare auditorẽ poſſĩt. nõ eum tm̃ mõ ſcripſit: quæ nunc inter manus uerſant̃: ſed longe plura: quæ depdita ſunt. Scripta uero eius licet multiplicia uariaq; fuerĩt: tñ ad gña q̃ttuor reduci poſſunt. Eoꝝ una pars eloquentiæ ſuaſioniſq; rõem cõplectit̃. Altera ad ciuilẽ moralẽq; ꝓtinet diſciplinã. Tertia diſſerendi præcepta cõtinet. Quarta uero ſecreta naturæ ac reꝝ occultiſſimarũ cauſæ rõeſq; explicant̃. Atq; in illo qdem genere qd̃ primum a nobis poſitũ eſt: artes eius rhetorice noĩant̃: pluribus libris ac diuerſis uolumĩbus explicatæ. In eodẽ genere collocãda ſũt illa quæ de Homericis quæſtionibus ſex libris explicuit. & quæ de arte poetica libris duobus: & quæ de elocutõe poetarum libro uno. & quæ de poetis libris tribus: & quæ de tragœdiis libro uno: Addo ẽt huic generi cohortatões atq; epiſtolas: q̃s ad Philippũ: q̃s ad Alexãdrum: q̃s ad Olympiadẽ: q̃s ad Epheſtiona: q̃s ad Antipatrum miſit. Adde uerſus ab eo factos: & or̃onẽ iudiciariã ꝑ ſe ſcriptã. Morales quoq; atq; ciuiles pmulti ab eo ſcripti ſunt libri: Nã & ad Eudemium libri de moribus octo: q & nunc extant: & magnorum moraliũ libri duo: & ad Nicomachum libri. x. ĩ quibus ꝓfectio eius diſcipuli ĩeſſe putat̃. Præterea Economicorũ libri duo. Politicorũ libri octo. Iis addãt̃ hi libri ĩ quibus ſunt ab eo mores & ĩſtituta centũ qnquagĩtaocto ciuitatũ multa cura magnaq; diligentia ꝓſcripti. Præterea de iuſticia libri q̃tuor. De gubernatõe rep. duo. De uoluptate liber unus. De ſũmo bono libri tres. De regia gubernatõe liber unus. Prouocatiui ad uirtutẽ libri duo. Ad leges Platonis libri tres. Ad rẽp. Platonis libri duo. De legibus libri q̃tuor. De diuiciis & oppulentia liber unus. de p̃catõe & uoto liber unus. Iã uero ĩ duobus reliqs generibus: quorũ alterum ĩdiſſerendi iudicandiq; rõe poſitum diximus: Alterũ ĩ ſecretorũ naturæ pueſtigatione q̃ multi eius libri adhuc extant oms̃ ſcimus: quã multi uero amiſſi atq; ꝓditi: ſint ĩ utroq; illorũ genere operoſum ſane negocium eſſet in præſentia referre atq; cõnumerare uelle. traditur quippe libros ſupra trecentos ab ſe ſcriptos reliquiſſe: horum pro multitudine pauci extant: ſed credo optimi atq; probatiſſimi.

HOMERI VIRI ILLVSTRIS VITA EX PLVTARCHO GRAECO IN LATINVM PER GVARINVM VERONENSEM VERSA.

VPERVACVVM FORTASSE QVIBVSDAM uidet in quærendis Homeri parentibus ac patria nimis esse occupatū: quādoquidē nec ipse sua se scribere dignū esse iudicauit: sed ea modestia usus est ut ne noīs quidem sui quæ fuerit origo meminerit. Qm̄ uero ad īstitutionē eoꝝ qui eruditi īcipiunt utile est plurima experiri: aggrediemur quæcūq; de illo ueteres scripta reliq̄runt recēsere. Ephorus igit Cumæus in libro quē de patriis rebus īscripsit Homerꝝ conciuē suum fuisse uolens ostēdere scribit Appellem Mæona Diūq; fratres Cumæ fuisse: Horꝝ Diū cum ære alieno premeret imigrasse in Ascram Boetiæ uicum: cūq; illic Picimedē duxisset uxorē ex illa suscepisse dicit Hesiodū. Appellem autē cum in patria diē suū obiisset filiā noīe Critheida fratris Mæonis tutelæ reliquisse. Hunc autē cū puellā uitiasset grauidāq; fecisset: atq; ob id facti uereret īfamiā Phamio eā Smynæo grāmaticæ præceptori ī matrimoniū collocasse. Illam uero nō multopost ad lauacra quæ ꝓpe Meletem fluuium erāt ꝓficiscentē Homerꝝ iuxta fluuium peperisse: atq; ob id īfantē Melesigenem appellatū: q̄ postea cæcus factus Homeri nomē acceperit. Cumæi nāq; & Iones oculis captos Homeros appellant: q̄ Homeris. i. itineris ducibus egeant. Hæc quidē Ephorus. Aristotiles autē ī tertio de poetica libro dicit ī Io īsula quo tēpore Heleus Codri filius Coloniā ī Ioniā deduxit puellā quādā indigenā a deo q̄ musarꝝ cōsuetudine utebat fuisse cōpressā: quæ cum grauida facta esset īfamiā uerita ī locum abiit q̄ Aegina dicebat: ibi a latronibus capta ac Smyrnā quæ tunc Lydorꝝ tenebat īperio abducta Mæoni Lydorum regi amico ab eis dona data est. Ille uero puellæ uenustate captus eā duxit uxorē: quæ cum postea iuxta Meletem forte spatiaret partus subitis occupata doloribus Homerum apud flumen enixa est: quē suscipiens Mæon ꝓ suo educauit. Mater autē statī post partū a uita discessit. Cum uero aliquot annis post Mæon quoq; ipse uita functus esset: Lydiq; ab Eoliis bello pressi Smyrnam deserere statuissent prīcipes ciuitatis per præconē edixerunt ut quicūq; ipsos sequi uellet urbe egrederet. Tunc Homerus ēt tum adolescentibus: se quoq; hoc est sequi uelle dixit. Eaq; de cā fuit Homerus ꝓ Melesigene nuncupatus. Postea cum iam ætate ꝓuectus magnā apud oēs esset poeticæ facultatis gloriā consecutus Apollinis consuluit oraculum quibus parentibus & qua patria ortus esset: atq; hoc responsū dicit accepisse: Insula Ios matrē nato factura sepulchrum Progenuit: iuuenum tu uero enigma caueto. Fertur & aliud huiusmodi habuisse respōsum. Fœlix atq; miser sortēq; ad utrāq; create Nosse cupis patriæ nomē Homere tuæ. Insula non longe creta Minois ab ampla Dat matrem: sed non est pater inde: tibi Atropos hic dulcis tibi franget stamina uitæ: Cum iuuenum nodos soluere non poteris. Ipsa duas uitæ sortes tibi fata dederūt. Hæc obscura quidē: par erit illa deis: Immortalis eris uiuus moriēsq;: magisq; Post mortem nomen uiuet ī orbe tuum. Longo tēpore post Thebas ad Saturnalia q̄ ludi apud Thebanos musici erant profectus est: īde in Iom īsulam nauigauit. quo cum peruenisset ac forte saxo quod erat in littore īsedisset piscatores littoribus tum forte appulsos rogauit nunqd haberent: illi uero difficili enigmate respōderunt: Se quæcūq; cæpissent reliquisse quæ uero non cæpissent hīe: significabāt uidelicet cum piscīū nihil capere potuissent sese purgasse pediculis: atq; ita quos cæperant reliquisse quos non cæperant ī uestimentis hīe. Homerus autē cum hoc enigma īterpretari nō potuisset īgēti dolore cōfectus migrauit e uita: honorificētissimeq; a suis ciuibus sepultus est: atq; hoc illius sepulchro epigrāma incisum. Conditur hoc tumulo uates diuinus Homerus Heroum cecinit q̄ bene gesta ducū. Sunt qui Homerꝝ Colophondon fuisse conāt ostendere: atq; hoc maxime argum̄to nitunt: q̄ ī eius statua hoc elegiacum carmē reperiatur.

Nate Melete decus Graiorum ac ſplendor Homere Nobilitas patriam q Colophona tuã. Diuina gemmas genuiſti mẽte puellas Semideum ſcribens inclyta geſta uirum Altera multiuagi reditũ cantauit Vlyxis Altera Graiugenas Dardanoſq; duces. Ope precium eſt & Antipatri epigrãmatũ ſcriptoris nõ ĩſuaue in Homerũ epigramma ĩferre. Eſt autẽ huiuſmodi. Diceris a multis Colophonis alumnus Homere Hic te Smyrnæum credit: at ille Chiũ. Quin & Ion quidã Salamina ſuperbãm Theſſaliam multi te genuiſſe ferunt. Sunt & qui memorent aliis te ſedibus ortum. Sic uariis natus crederis eſſe locis. Dicere ſi liceat mihi phœbi oracula cælum Certa tibi patria eſt Callio pea parens. Nãtum uero Homerum belli Troiani tempore eiuſdẽq; ſpectatorẽ fuiſſe q dam ſcribunt. alii centum annis poſt. alii centũ quinquagĩta tradiderũt. Scripſit poemata duo Iliada & odyſſeam. Errãt autẽ qui uatracomynachiam margetẽq; ab illo exercitationis gratia fuiſſe compoſitas. Eſſe uero ſecundũ Homerũ troiani belli originem quidam dicũt Alexandri de trium dearum Iunonis Mineruæ Veneriſq; forma iudiciũ. Dicere nãq; poetam aiunt Alexãdrum illas cum ad eum ueniſſent ĩ cõtẽtionẽ ĩduxiſſe: cum Venerem quæ blando eum ſed pernitioſo illexerat lenocinio pulchriorẽ iudicaſſet. Verũenimuero nõ eſt cõſentaneũ deos ab homine fuiſſe iudicatos: neq; hoc ab Homero de aliis diis aſſeritur. Quare merito illorũ opinio tanq̃ nullius auctoritatis eiicitur. Probabilius igitur fuerit dicere quẽadmodũ Alexander Priami regis filius uiſendæ græciæ uarioſq; græcorum mores percipiendi deſiderio flagrans Spartam nauigauit: atque illic ab Elena Menelai uxore cum maritus abeſſet honorificẽtiſſime acceptus hoſpitio mulierem blanditiis pollicitationibuſq; illexit ut ſecum diſcederet: quibus ſeducta mulier eum ſecuta eſt. Itaq; nauigantes ad inſulam noĩe Cranæum appulerũt: atq; ibi primum Helenæ Alexander coniunctus eſt. Inde autẽ ſoluentes per Sydona & Phœnicem Ilium peruenere. Menelaus uero & Agamemnon cum primum facti ſunt de iniuria certiores exercitum in Aulidem Boetiæ ciuitatem congregarunt. Ibi cũ oẽs auſpicaciſſimo rerum agendarum initio rei diuinæ intenti eſſent: ecce draco propinquã arborem ĩ qua forte paſſer nidificarat aſcendens octo pullos matrẽq; inſuper interemit. quo ſigno portendebatur græcos nouẽ apud Ilium ánnos dimicãturos: decimo tandem urbem ipſam funditus euerſuros. Igitur peractis ſacrificiis Aulidæ ſoluentes ad Troiam peruenerũt: ubi cum primo cõgreſſu Protheſilaus ĩterfectus eſſet: Menelaum & Vlyxem ad repetendam Helenam legatos Ilium miſerunt. Cum uero Troiani Helenã reddere recuſaſſent: rurſus græci belli gerendi iniere conſilia: atq; exercitus parte ad urbis obſidionẽ relicta: reliqui Achille duce uicinas urbes aggreſſi ſunt eo conſilio ut Troianos finitimis ſociis ſpoliarent. Cum uero populabundi oĩa diriperent atq; uaſtarẽt inter cæteras urbes unã forte Chryſã noĩe cæperũt: ex qua captiuã Chryſeida Chryſæ qui erat ſacerdos apollinis filiam Agamemnoni dono dedere. Chryſis autẽ redimendæ filiæ cã ad exercitum uenit atq; ab Agamemnone contumelioſe repulſus Apollini ſupplicauit ut ſpreti numinis ulciſceretur iniurias: ita magna peſtilentia ab Apolline in caſtra græcorum ĩmiſſa Achilles de reddenda ſacerdoti Chryſeide contionatus eſt. Quare Agamemnon Achilli uehementer iratus Briſeida illi iocundũ militiæ præmiũ abſtulit. quã rem Achilles grauiter ferens matrem Thetim orauit ut a Ioue Troianis contra græcos auxilium imploraret. Quod cum Thetis feciſſet iãq; Troiani aliquot præliis ſuperiores græcis inſultarent: Patroclus Neſtoris hortatu arma ab Achille tantiſper dum Troianos a nauibus repelleret poſtulauit: quibus impetratis fortiter ac generoſe pugnans demum ab Hectore peremptus eſt. Huius morte ſummo dolore affectus Achilles & cum Agamemnone rediit in gratiam & arma a Vulcano fabricata accipiens alios Troianorum q̃plurimos ac denique ipſum Hectorem interemit. Hic cum rerum omnium ac totius belli ſit ordo Homerus tamen a nono anno poematis ſui ſumpſit exordium quoniam quæ ante Achillis iram geſta fuerant: tenuia ſatis ac parum ſibi memoratu digna uidebantur. Troiani enim Achillẽ timentes ſe intra muros continuerant ac nunq̃ auſi erant cum græcis aperto marte contendere. Sed poſtea q̃ iratus Achilles a certamine deſtitit audentes in campum ꝓdierũt.

Tunc æquatis belli iuribus plurima inter heroas præclara facinora patrata ſũt. Homerũ poetam tempore quidem plurimis: uirtute autẽ ac facultate omnibus ſuperiorẽ merito primum legimus: maximum ex eo & ad dicendi copiam & ad ſentẽtiarum grauitatem & ad plurimarum rerum cognitionem præſidium habituri. Dicemus autẽ de illius poeſi ſi prius aliqua de ipſo poeta im medium attulerimus. Homerum igitur Pyndarus tũ Chium tum Smyrnæum fuiſſe ait. Simonides Chium: Ariſtarchus ac Niclander Colophonium: Ariſtotiles autẽ liteum: Ephorus uero hiſtoricus Cumæum: qdam etiam Salaminium: quidam argiuum fuiſſe dixerunt. Ariſtarchus autẽ ac Dionyſius Thrax Athenienſem putarunt. Filius uero a quibuſdam Mæonis & Chrytheidis ab aliqbus Meletis fluminis exiſtimatus. Atq; ut de genere ac patria ita & de tẽporibus quibus fuerit dubitatur. Ariſtarchus enim eo dicit Homerum tempore floruiſſe quo in Ioniam Colonia deducta eſt poſt Heraclidarum uidelicet deſcenſum annis ſexaginta cum ante Heraclidarum geſta annis octoginta bellum Troianum fuiſſet. Crates uero ante Heraclidarũ deſcenſum Homerum fuiſſe confirmat: quod ſi ita eſt non integri octoginta anni inter Troiani belli tẽpora & Homeri geneſim reperientur interfuiſſe. Verum plures in hanc ſententiam conueniunt Homerum annis centum poſt bellum Troianum natum: non multo ante Olympia a quibus Olympiadarum anni numerantur. Sunt autem illius poemata duo Ilias & Odyſſea ambo non ab ipſo poeta ſed ab Ariſtarcho grãmatico in numerum uerſuum diuiſa atq; diſtincta. Ilias quidem geſta græcorum & barbarorum propter Helenæ raptum ſed præcipue Achillis præclara ĩ eo bello facinora cõtinet. Odyſſea uero Vlyxis ex Troiano bello ĩ patriam reditũ quotq; ille labores errando pertulerit atq; ut reuerſus ultus fuerit inimicos oſtendit. Ex quo apparet ſapientiſſimum poetam in Iliade quidem corporis uires in Odyſſea uero animi uirtutes executum: ſi non ſolum uirtutes ſed etiam uitia: dolores quo q; lætitias timores atq; cupiditates hoĩm deſcribit: iniquum tamen eſt accuſare poetam q; non bonos tantum uerum etiam malos mores expreſſerit: Siquidem ſine utriſq; non fiunt præclara facinora: Et licet ſemper auditoribus e multis ac uariis eligere meliora. Finxit etiam Homerus deos uti hominum conſuetudine atq; colloquiis non modo ut eiuſmodi figmenta & delectarent & admirationem relinquerent: Verum etiam ut per hoc deos rerum humanarum curam habere declararet. Vniuerſa deniq; apud eum geſtorum expoſitio & admirabilis & fabuloſa contexit. ut poſſit ſedulos reddere atq; obſtupefactos tenere lectores utq; magnifica atq; ſublimi oratione reddatur illuſtris. Ex quo interdum uidetur poeta quædam præter rei ueritatẽ ſcripſiſſe: non enim ſemper probabilia perſecutus eſt: ſed perſæpe effinxit res mirandas atq; ſublimes. Quapropter nõ modo res ſed etiam uerba & extulit & a cõi cõſuetudine tranſtulit. Quod autem noua quædam & admiranda & quæ non facile in conſuetudinẽ ueniunt ſemper adducat: nemo ne mediocriter quidem doctus ignorat. Quinetiam ſi quis in his fabuloſis narrationibus diligenter ſingula quæ dicuntur attenderit poetam hunc omni humanitate atq; doctrina imbutum fuiſſe reperiet: intelliget q; plurima illũ tanq̃ ſemina & orationis & actionum uariarum poſteris non ſolum poetis uerumetiam oratoribus hiſtoricis atq; philoſophis reliquiſſe.

CAROLI MAGNI VIRI ILLVSTRIS VITA PER DONATVM ACCIOLVM EDITA.

QAROLO FRANCORVM REGI: CVI POSTEA EX magnitudie reꝝ geſtaꝝ Magno fuit cognomen: patrē fuiſſe trādunt Pipinū Regē: q primus ī Frācos (ſicuti qdā ſcriptores memoriæ ꝓdidere) liberā dñandi poteſtatē habuit cū ſupiores Frācoꝝ reges āguſtis cōditōibus ſepti ea lege uiuerent: ut magis noīe & īani titulo: q̄ dignitate regia potirent. Nam opes ac potētia regni & oīm reꝝ admīſtratio ad præfectos regiæ domus (ſic. n. eos uocitabant) cōi cōſenſu deferebat. Ii domi militiæq; ſūmā poteſtatē hñtes populos ꝓ ſuo arbitratu regebāt: de oībus cōtrouerſiis decernebant: ꝑmia pœnaſq; cōſtituebāt. Quibus fiebat: ut poſthabitis regibus ii ſoli eſſēt: q ī ſūmo honore haberent. Hunc uero magiſtratū: q apud Frācos āpliſſimus habebat: cōſeq nō poterāt niſi præcipua nobilitate uiri: & q regibus eſſēt neceſſitudine aut ꝓpinqtate cōiuncti. Pipinus igī hac dignitate: quā ueluti hæreditariā a prībus ſuis acceperat: multis annis egregie functus maximā ſibi apud oīs gñis hoīes tū famā tū beniuolentiā cōparāuit: qbus poſteā factū ē: ut cū Frāci ac romāus pōtifex Hildēcū regē a dña tōe ueluti inutilē ſemouiſſent: hunc potiſſimū deligendū putarent: cui cōi ſñia regnum decernerēt. Sic igī Pipinus auctoritate pōtificis & Francoꝝ decreto plena dñandi poteſtate ſuſcepta reliqua deiñ uitā publicis pariter ac priuatis rbus egregiā duxit. Regnauit annos qndecī cuilibet ſupioꝝ regū belli paciſq; artibus & gloria par. Huic ſucceſſere ſupſtites filii duo Carolus & Carolomanus æquæ regno inter ſe partito. Sed nō multopoſt defuncto Carolomano Frāci eā regni partē: quā ille poſſederat: Carolo frī detulerūt: cuius uitā & mores & res egregie geſtas lrīs mādare cōſtituī: ut memoriā tanti uiri tāq; præclaꝝ de nra patria meriti q̄tū ego poſſē: ab obliuione hoīm atq; a ſilētio uēdicarē. Primū igī: ut a rebus geſtis narratio nra exordiū ſumat: ſatis exploratū habemus Carolū regē extēplo poſt Pipini obitū aduerſus Aqtanos bellū geſſiſſe. Aqtania pars Galliæ ē: quæ antiquoꝝ deſcriptōe a Garunna flumine ad pyræneos montes & ad eā partē Oceani: quæ ad Hiſpaniā ꝑtinet: ſpectat īter occaſū ſolis & ſeptētrionē. Hanc ꝓuīciam Pipinus ſupato Vaifario duce poſt lōgū bellum ditōi ſuæ pene ſubiecerat. Deīde Pipino Vaifarioq; ſub unū ꝓpe tēpus defunctis: Hunuldus uir potēs ex eorū morte (ut plærūq; fit) occaſiōem nactus bellū: qđ antea pene cōfectū uidebat: renouauerat iāq; fere Aqtaniā totā ad defectionē cōpulerat. Carolus uero ubi hæc q̄ ī Aqtania gerebant: cognouit: nullā morā īterponendā ratus īgenti celeritate exercitu cōparato obuiā Hunuldo ꝓgredit. Primo ad uentu conatus illius facile reprimunt: nec multo poſtea cōmiſſo ꝑlio Carolus hoſtē ſuperat: exercitū fundit: fuſū ꝑſeqt: nec prius uictoriæ modū īponit: q̄ Hunuldū ex oī aqtania pulſū ī ꝓximā regionē: quā nunc Vaſconiā uocant: cōpelleret. Lupus: q huic ꝓuīciæ dñabat: ꝓpīq ac familiaris uiri miſericordia motus Hunuldū ad ſe fugiētē comiter hoſpitaliterq; accepit. Euenire. n. ſolet: ut prīcipum afflictæ fortunæ facile eorū opes ad miſericordiā alliciant: q ſunt ī ſimili dignitate ac potētia cōſtituti. Verū Carolus: cū nō minorē uictoriam ī capiendo hoſte: q̄ ī ſubigenda aquitania collocatā putaret: traiecto Garunna flumīe ac exercitu ꝓprius admoto legatos ad Lupum miſit: qui dicerēt: ut niſi Hunuldum hoīem īfeſtum nōi Francorum q̄primum ad ſe adduxerit: ſe eum hoſtis loco hīturum. Lupus his mandatis uehemēter cōmotus: ac ueritus ne potentiſſimum regē totāq; belli molē: quā ſuſtinere nō potuiſſet: ī ſe unum cōuerteret: ſalutare ſibi ac gratū Carolo cōſilium cæpit. Nulla. n. īterpoſita mora Hunuldum ſimul & ſeipſū una cum ꝓuīcia Caroli poteſtati pmiſit. Sic igit Carolus ī Aqtania cōpoſitis rebus belloq; citius oīm opīone cōfecto cum uictore exercitu ī regnum reuertit. Poſt Aquitanicum bellum Hadrianus rōmanæ eccleſiæ pōtifex a deſiderio Lāgobardorum rege uehemtius q̄ uires ſuæ paterēt oppreſſus: cum ꝓpriis præſidiis eccleſiæ ſtatum tueri nō poſſet: oratores ad

Carolū miſit: q multis precibus eum ꝛogarēt: ūt romanæ eccl̄iæ ī ſūmo ꝑiculo cōſtitutæ opē & auxiliū ferret: ac Pipini patris Caroliq; Martelli: q olī ī Italia aduerſus hāc natiōnē egregie pugnauerant: memoriā renouaret. Carolū multæ res hortabant̄: q̄re pōtificis defenſionē ſuſcipiendā & Lāgobardoꝝ audaciæ q̄cūq; rōe occurrēdū putaret. In primis q; nō ignorabat caput chriſtianæ fidei rē Romanā eſſe: eiq; tā graui bello laboranti non ſubuenire turpe ſimul ac piculoſū eſſe cenſebat. Indignabat̄ præterea q; Barbaræ gentes tādiu in Italia regnarent: & a maiorib⁹ ſuis ſæpe prælīs uictæ nōdū cōtineri poſſent: qn pōtificib⁹ romanis cōtra ius faſq; ultro bellū inferrent. Quare his rebus anteq̄ ulteri⁹ augerent̄ Langobardoꝝ uires q̄primū occurrendū ratus legatos ad Deſideriū mittit: q eū hortēt̄: ut finē īiuriis faciat: ab armiſq; diſcedat: ac oīa oppida quæ aut ui occupata eſſēt aut ſpōte ad eū defeciſſēt: pōtifici romano reſtituat. Hæc ſi fecerit: ſibi ꝑpetuā gr̄aꝫ atq; amicitiā cū eo fore polliceant̄. Sī uero q̄d facturus uidebat̄: mandata neglexerit: ei ſuo noīe bellū īdicāt. Dū legati ꝑficiſcunt̄: īterī Carol⁹ nō ſegnius: q̄ ſi hoſtes ī Gallia eſſēt exercitū parat: nullā ꝑficiſcendi morā facturus ſi Deſideriū regē ꝑſeuerare ī bello cognouerit. Hæc expeditio ꝑ oēm Galliā uulgata adeo grata cūctis Frācoꝝ populis erat: ut iā palā uociferaret̄ maturādū ī Italiā eſſe: totiēs a ſe uictā Lāgobardoꝝ gētē uires reſumere: cōditōes acceptas negligere: ſēp bella ex bellis ſerere: itaq; nunq̄ q̄etura niſi eorū nom̄ penit⁹ deleat̄. Sic igr̄ oīm aīs ī expectatōeꝫ belli erectis legati a Deſiderio redeūt nūciātes oīa ibi hoſtilia eſſe: Regē maiuſq̄ añ bellū moliri: & q̄tū cōiectura aſſeq ꝑnt: nūq̄ īiuriis finē factuꝝ niſi cū ſibi uires & arma ad inferēdā īiuriā deſint. Carolus his rebus uehem̄ter cōmotus maturandū ſibi exiſtīauit: ne ante romanus pōtifex opprimeret̄: q̄ ei ferre ſubſidiū poſſet. Itaq; re frum̄taria cæteriſq; ad bellū neceſſariis q̄ celerrime potuit cōparatis: magnis itinerib⁹ ī Italiā cōtēdit. Sed multa huic ſuæ feſtīatōi aduerſabāt̄: mōtium altitudo: locoꝝ āguſtiæ & pene inuii ſaltus: ꝑ quos miles onuſtis armis & īpedim̄ta exercit⁹ ducēda erant. Accedebat q; Alpium iuga præſidiis hoſtiū tenebāt̄. Miſerat n. Deſiderī⁹ q occupatis opportunis locis: q̄tū poſſēt Frācoꝝ trāſitū ꝓhiberēt. Hæc cū ita eſſēt: Carolus tn̄ nō ignar⁹ res præclaras labores maxīos maxīa quoq; ꝑicula ſeq; ſuos hortat̄: ut quoad locoꝝ āguſtiæ patiāt̄: ſeruatis ordinib⁹ ire ad hoſtē ꝑgāt. Appropīq̄nti Alpiū iugis nunciatū ē: hoſtes relictis āguſtiis ſe ī planū recepiſſe ſeu metu ꝑterritos: ſeu qa tuti⁹ faciliuſq; eſſe arbitrarent̄: deſcēdēti ab alpibus Carolo cū oibus copiis cōfeſtī occurrere. Vix ad Deſideriū platū erat Frācoꝝ exercitū poſt paucos dies ī Italia fore: cū Carol⁹ ſupatis iā alpibus ī agrū Taurinū deſcēdit. Vbi primū Hānibalē Carthaginēſē Alpes tranſgreſſum cū oīb⁹ copiis cōſtitiſſe tradunt. Eo ī loco Carolus pāucis diebus refecto militē cum ꝑ exploratores præmiſſos certior fact⁹ ēet: Deſideriū regē ꝑpe Vercellas caſtra hr̄e: ac ibi cū īgēti exercitu aduētū expectare: nihil ultra differēdum rat⁹ ex Taurinis mouit: atq; cōtinuatis caſtris ī agꝝ Vercellēſē ꝑuēit. Erat Carolus uirtute militū & rei militaris peritia lōge ſupior: multitudīe uero ac numero hoīm a Deſiderio uīcebat̄. Cū ꝑpe ī cōſpectu exercit⁹ eſſēt: facta utrīq; poteſtate pugnādi prælīū cōmiſere. In ea pugna ſupati Lāgobardi ī fugā uertunt̄ magna ꝑte ſuoꝝ amiſſa. Deſideri⁹ poſtq̄ ſuos paſſī fuſos fugatoſq; cōſpexit: citato gradu Papiā: quæ caput r̄gni erat cum paucis militib⁹ petit. Nec ſegni⁹ Carolus priuſq̄ ſe hoſtes ex terroꝝ fugaq; recipent: regē ꝑſecut⁹ ī agꝝ Ticiniū exercitum ducit: extēploq; oībus copiis ad mœnia regiæ urbis admotis: tētat ſi prīo īpetu capi poſſet. Vbi id paꝝ ꝓceſſit: cōſiliiſq; ab oppugnāda urbe ad obſidendā uerſis ſub ipſis mœnibus caſtre locat: ſubſidiaq; firma neq̄ eruptio fieri poſſit: portis opponit. Cæterū cum ſatis cōſtaret Deſiderium regē priuſq̄ deditionē faceret paratum eē ēt ultīa expiri: Carol⁹ parte copiaꝝ ad obſidionē relicta: ipſe cū reliquo exercitu ad Trāſpadanos cōtēdit. Ibi ciuitates ꝑmultæ audita fama uirtutū ſuaꝝ rebuſq; ꝑſpe geſtīs certatī ad eū deficiunt. Sed q̄d ī primis ei gratiſſimū fuit: filii Carolomani: q extēplo poſt mortē prīs malo cōſilio temeritatē m̄ris ſecuti ad Deſiderium regē ꝑfugerāt: ſpōte ī ſua caſtra uenēr̄t: ac ſe ſuaq; oīa poteſtati Caroli ꝑmiſerunt: a quo benigne excepti magnoq; affecti honorē ēt ī poſteꝝ filioꝝ loco habiti ſunt. Poſt hæc Carolum cū ſtudio ſalutādi pōtificē: tum

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

Deſiderio uiſēdi celeberrimū beati Petri tēplū romā ꝓfectum ac īcredibili honoꝝ ab Hadriano ſuſceptū: poſt paucos dies ad obſidionē rediſſe cōpio. Erat obſidio uehemens & frumēti cū ſūma caritate īopia: ſedēdoq; expuguaturos ſe urbē ſpē Frāci hēbāt. Oppidāi ecōtra iſeſſis oīb⁹ uiis: ꝑ q̄s cōmeatus ex ꝓxīs locis ſubuehebāt: diffidebāt īopiā diutius ferre poſſe. Rē tñ q̄ntum poterāt ꝓducebāt beniuolētia alii alii metu Deſiderii regis cōpulſi. Poſtremo ſpe quoq; nō ſolū cibo deficiēte: cū famē ulteri⁹ tolerare nō poſſēt ſexto mēſe q̄ obſideri ſunt cœpti: deditōem faciunt. Capit⁹ Deſiderius una cū uxore ac liberis: quē ultimū Lāgobardoꝝ regū ī Italia regnaſſe tradunt. Tunc.n. ſūmo beneficio Caroli Italia ſe primū erexit: quæ ātea diuti⁹ q̄ uictricē oīm gētium ꝓuīciā decuit: Barbarorū īmanitate oppreſſa iacuérat. Nā poſt ſedē Romāi īpii Bizātiū trāſlatā Gothi primi Barbaroꝝ: diuerſis deīde tēporibus Hunni: Vādali: Heruli poſtremi oīm Lāgobardi ueluti in uacuā poſſeſſionē ruētes Italiā īuaſere. Eā gentē tradit fama ab Oceano Germaniæq; ultimis oris: uñ illis haud dubie origo fuit: nouas quærētē ſedes ī ꝓxīas regiones trāſiſſe ac Vādalos: Herulos: Gepidas aliaſq; finitimas gētes Ibore & Aione ducibus ſæpe bello ſupaſſe: mutatiſq; frequēter ſedibus tādē ītra Pānonias cōſtitiſſe. Inde Albuinus eorū Rex accerſitus ab Narſete Eunucho (ut qdā memoriæ ꝓdidere) cū præter Lāgobardorū multitudinē uigīti quoq; Saxonū milia ſpe optīarū ſediū exciuiſſe: ꝓfectus īgētib⁹ peditum eq̄tumq; copiis ī Italiā uenit. Breuiq; Vīcētiā: Veronā: Mediolanum: ac oīs pene citerioris Galliæ urbes partī peſte: partī Gothorū cladibus exinanitas ad deditionē cōpulit. Papia uero cum tres ānos obſidionē tuliſſet: tādē & ipſa fame domita Barbarorū impio ceſſit: Nec ābigit⁹ q̄n idē rex paucis ānis totā Italiā ſubegiſſet: ita oīa apud Italos ꝓdita erāt: niſi ſexto ſupra triēnium mēſe poſtq̄ Italiā īgreſſus ē: apd Veronā īteriiſſet dolo uxoris Roſemūdæ necatus. Huic ſucceſſit Dephon īſignis nobilitate uir: Albuino neq̄q̄ uirtute par: ſed crudelitate ac īmanitate naturæ lōge ſupior. Eo quoq; ītra biennium uita functo Lāgobardi decē deide ſequētibus ānis nullū ſibi regē creauere ſiue ſupbia ꝓximi regis huic gñi dñatōis īfenſi: ſiue gubernationē ſuorum ducum utiliorē rati: q iā ꝑ oēm Italiā uagātes ita īpigre bellum gerebāt: ut nunq̄ eo tēpore ſit regia deſiderata poteſtas. Sub his ducibus adeo creuere Lāgobardorum opes: ut Hetruria: Flaminia: Piceno: Sānio aliiſq; regionibus ſubactis oēm Italiam a Brunduſio Tarentoq; uſq; ad Alpes tenerent: præter urbem Romam: quā conſtat in huius gentis poteſtatē nullo unq̄ tēpore deueniſſe. Finito decēnio reditum eſt rurſus ad priſtinā cōſuetudinē creandi reges: ſeruatumq; deinde per omne tempus uſq; ad Deſiderium: qui ultimus Lāgobardorum regū in italia fuit. Quo debellato (ut ſupra memorauimus) Carolus magnus grauem eius gētis dominatum quarto & ducenteſimo anno q̄ regnare īceperant: a ceruicibus Italorum dimouit: ac omnes ciuitates: quæ ad Deſiderium proximo bello defecerant: recuperatas pontifici Romano reſtituit: Beneuentanum quoq; ac Spoletanum agrum adiecit. Quibus meritis Hadrianus pōtifex: cum nullum maius grati animi īdicium poſſet oſtēdere: conuocato frequenti epiſcoporum cœtu eximioq; celebrato concilio multis ac maxīs priuilegiis eum ornauit. Carolus confecto Langobardorum bello: potentiſſimo rege capto cum alia quoq; magni ponderis animo moliretur: nullam moram interponendam putauit: quin in Galliam confeſtim rediret. Saxonicum quippe intermiſſum bellum eum domum reuocabat: quod ego biennio anteq̄ Carolus ad liberandum Romanum pontificem in Italiam ueniret: & inceptum ſimul & a præfectis eius per id tempus leniter adminiſtratum comperio: quo magis adducor ut uirtutem uiri ac animi magnitudinem admirandam putem: q̄ poſthabitis ferociſſimis hoſtibus: relictoq; domeſtico bello rem ſuam neglexerit: ut Italiam eccleſiamq; Romanam: qua omnium chriſtianorum ſalus continebatur: ab īmanitate Barbarorum liberaret. Saxonum gens longe maxima erat ac etiam bellicoſiſſima pene Germanorum omnium. Hi falſos colentes deos: cum neq; diuini neq; humani iuris quicq̄ penſi haberent: nihil æque ac religionem noſtram hominesq; ei deditos oderant. Proximi erant Frācis: cum quibus continenter bella gerebant. Sæpe præliis uicti conditiones acceperant: obſides dederant: ſed nondum apud

Francos erat ſuetus q domita penitus eoꝝ pfidia pleniſſimã eſſet uictoriam cõſecutus. Hæc palma cum Carolo Magno q̃ſi diuino numine reſeruata uideret̃: nõ ſolum cõſilio prĩcipes ſed paſſĩ oms clamoribus agunt: ut aduerſus ppetuos Francorum hoſtes totis uiribus arma ſumãt̃. Carolus uero tẽpus ueniſſe ratus: ĩ quo nõ mõ Barbarorum hoĩm audaciã frangere: ſed ẽt eoꝝ regnũ: qd multoañ aĩo agitauerat: funditus euertere poſſit: ingentẽ exercitũ parat: diẽ dicit q̃ die ꝑpe ripã flumĩs Reni oms cõueniant. Nunq̃ alias maiori alacritate cõtentõeq; aĩoꝝ ſuſcepta a Francis expeditio eſt. Hĩc odiũ gentis: hinc ſpes bñ gerendæ rei aĩm excitat: Sed ſupra oĩa ſtudiũ auget pñtia regis: cuius ductu au ſpicioq; nõ mõ Saxonũ gentẽ: ſed ẽt orbẽ terraꝝ (ſi uelit) ſupare ſe poſſe credebant. Has ſpes cogitatõeſq; ſecũ portantes in hoſtilẽ agrũ ducunt̃. Sic igit̃ renouatũ eſt cũ Saxoni bus bellũ: quo nec maius ullũ: nec grauius diuturniuſq; a Carolo geſtũ cõꝑio. Tres. n. & xxx. annos cũ ferociſſimis gentibus certatũ cõſtat: pluſq; eo bello: q̃ reliqs oĩbus detrim ti acceptũ: ĩterẽptis plæriſq; fortiſſimis uiris: q diu ſub auſpicio Caroli egregiã operã na uando meruerant. Saxones hoc tp̃re multotiens ſuperati obſides dabant: ĩpata ſe factu ros pollicebant̃: nec multo poſtea recuꝑatis uiribus maiuſq̃ antea bellũ ciebãt: ut facile appareret hoĩes feros: q; ſibi pſuaſiſſent cæteris aliis uirtute præſtare: paratos eſſe ẽt ulti tima experiri: anteq̃ armis Francoꝝ aut cuiuſq̃ alterius gentis potentiæ cederent. Factũ ẽ tñ ſũma uirtute & ĩcredibili cõſtãtia Caroli: ut nunq̃ illi defecerĩt: qn cõfeſtĩ debitas pœ nas ſuæ pfidiæ dederĩt. Euerſæ domus: diſſipatæ fortunæ: liberi ĩ ſeruitutẽ tracti oĩbus docuñto fuere nullũ ĩ falſis diis præſidiũ eſſe. Sic igit̃ uſq; ĩ tertiũ ſupra trigeſimũ ãnũ bellũ ꝑtractũ: ĩ quo qdẽ bello bis tñ collatis ſignis pugnatũ tradũt: ſemel apud Oneg giũ montẽ: quẽ locũ ĩcolæ Theomille appellant: nec multo ĩteriecto tp̃re apud Heſã flu uium: ubi penitus Saxones debellati ſe ſuaq; oĩa poteſtati Caroli ꝑmiſer̃. Victis ĩpoſitæ lẽges: ut patriis cerimoniis falſiſq; diis poſthabitis chriſtianã fidem ꝑfiterent̃: magnum numeꝝ obſidũ darent: modicis termĩs ſepti neq; aliis ĩuſſu Caroli bellũ ĩferrent: neq; il latũ ꝑpulſarent. Decẽ deĩde ſunt hoĩm milia cum uxoribus & liberis in Galliã trãſpor tata: atq; uariis locis iuſſu Caroli diſtributa. Cæteꝝ durãte Saxonico bello multas interĩ expeditões a Carolo ſuſceptas ac ita egregie admĩſtratas ĩuenio: ut ꝑ uniuerſum urbẽ fa ma manaret Frãcoꝝ regẽ nõ ſine diuina ope bella gerere. Erat ãt Carolo ĩ bellis gerendis hic primum ꝑpoſitus finis: ut chriſtianæ fidei legẽ q̃tũ ĩ ſe eſſet: extolleret: ac oẽs popu los: q ei aduerſabant̃: nõ ſolum deprimeret: ſed ẽt ſi fieri poſſet euerteret. Cũ uero ea tẽ peſtate Barbaræ gentes: q̃ nr̃æ religioni ꝑpetuum bellũ ĩdixerant: Hiſpaniã graui ſerui tute oppreſſã tenerent: Carolus rei indignitate cõmotus ad eã liberandã mẽtẽ cõuertit. Id autẽ fieri poſſe arbitrabat̃: ſi ĩgenti celeritate exercitu ĩ Hiſpaniã ducto prius hoſtes op primeret: q̃ illi parare ſubſidia poſſent. Ad hanc igit̃ rẽ aggrediendã ſatis iã oĩbus cõpa ratis caſtra mouet: & q̃maxĩs põt itineribus ĩ Hiſpaniã tranſire cõtendit. Nec iã miles grauatĩ ſeq̃bat̃: q; iãdiu aĩm ĩduxerat: quocumq; a ĩge Carolo duceret̃: ad certa belli præ mia exploratãq; uictoriã duci. Inter hæc ciuitates Hiſpaniæ: q̃ ꝑpinquiores erãt finibus Galliæ: ĩcertis rumoribus excitæ aliq̃nto ſibi ſuiſq; rebus timere ĩceperant. Poſtq̃ uero ꝑ Pyrenæũ ſaltum traduci exercitus cœptus eſt: rumorq; ꝑ Barbaros manauit de aduentu Francoꝝ certior: ĩgẽs repente trepidatio populos oĩs ĩuaſit: nõ ſatis gnaros qd aduerſus tm̃ tãq; horrendum hoſtẽ ſibi agendum aut parandũ foret. Carolus cõfeſtĩ ſupatis Pyre næi iugis cum ĩ fines hoſtium pueniſſet: militibus ĩperat: ut q̃latiſſime poſſint uagent̃: & q̃maximum hoſtibus terrorem inferant. Extemplo ciuitates nõnullæ: cum ad petẽda externa auxilia non ſufficeret tempus: nec propriis præſidiis res ſuas tueri poſſent: ſpon te deditionẽ faciunt. Auguſta & Pampilonia duæ opulẽtiſſimæ totius Hiſpaniæ urbes: quæ mãdata Caroli aſpernebantur: ui captæ ac prædæ militibus datæ: cum alteram Frã ci ad ſolum euertiſſent: alteram mœnibus nudaſſent: tantum terroris omnibus genti bus iniecere: ut quas adiſſent quaſque non adiſſent pariter ultimæ propinquis im perio parerent. Sic igitur Hiſpania pene omnis in Francorum poteſtatem deuenit. Victis præcipue imperatum: ut falſis relictis diis chriſtianæ fidei legem acciperent.

Carolus rebus fœliciſſime geſtis : cum incolumem exercitum in Galliã reduceret: prope Pyrænei iuga ĩ finitimaꝝ gẽtiũ: q̃s nunc Vaſcones uocãt: ĩſidias ĩcidit. Inſederãt. n. Barbari ĩ occultioribus locis expectantes occaſionẽ gerendæ rei. Vbi uero Frãcorum copias in anguſtiorem uiã deductas uiderunt: repente ex iugo ĩſuper ĩminenti nouiſſimum agmen adorti ingentem cædem ſtragemq; dedere. Nam Franci: cum neq; euadere poſſent in iugũ a Vaſconibus occupatũ: neq; ſe explicare: ſuo metipſi agmine ĩ arcto hærentes: ſimul ab hoſtibus: ſimul ab iniquitate locoꝝ oppugnabant̃. Nec iã primi in tã auguſtis locis ita celeriter uertere aciẽ poterãt: ut ultimis in extremo periculo conſtitutis opẽ ĩ tp̃re ac ſubſidium ferrent. Itaq; & ſi aĩo uiribuſq; longe ſupiores hoſtibus forẽt: alienis tñ locis pugnantes uitare nõ potuerunt: qn eo die inſignẽ cladẽ acciperent. Cecidere in ea pugna dolo hoſtiũ nõ uirtute cõmiſſa Anſelmus ac Egibardus ſummi in bello duces: aliiq; permulti fortiſſimi uiri: quoꝝ opera Carolus ſæpe ĩ maximis certaminibus egregia uſus erat. Sunt ẽt: q Rolandum Caroli ex ſorore nepotẽ præſtantẽ fortitudine uiꝝ poſt ingẽtem hoſtium editã cædẽ eo prælio interiiſſe dicãt. Hic eſt Rolandus quẽ fama eſt tempeſtate ſua corporis robore & aĩ magnitudine longe cæteris aliis præſtitiſſe : cuius fortia facta per uniuerſũ orbẽ iã clara nr̃is quoq; tẽporibus celebrant̃. Vaſcones ſequẽti nocte anteq̃ Franci uires colligerent: per nota itinera præda magiſq̃ armis onerati ſe in tutum receperunt. Nec tñ illis diutina lætitia fuit. Quippe paulopoſt ii populi ac eoꝝ reges a Carolo domiti meritas pfidiæ ſuæ debitaſq; pœnas dedere. Britones quoq;: q ſub idẽ ꝑpe tẽpus Caroli mandata neglexerant: bello ſuperati ĩ Francoꝝ poteſtatẽ uenere. Initiũ poſt hæc maximi futuri belli: ſi ulterius ꝓceſſiſſet: in Italiã ortum auctoribus Beneuentanis atq; Araiſo eoꝝ duce: q cũ apte deſciſſent: ſtudio magis nouaꝝ rerum q̃ certa rõe adducti arma exercitũq; parabant. finitimas gentes excĩtãt : ut põtifici Romano contra ius faſq; ultro bellum inferrent. Quibus rebus in Galliã ꝓlatis Carolus in Italiã rurſus ad cõprimẽdas populorum ſeditiones quãta maxime celeritate põt: contendit: ac cum oĩ exercitu Capuã uſq; ꝓgreſſus tm̃ terroris Beneuentanis iniecit: ut extẽplo Araiſus filios ſuos: Beneuentani uero nobiliſſimos ciuitatis obſides darent: ac iureiurando adacti pollicerent̃ ſe ĩ poſterũ neq; ĩuſſu Caroli arma ſumpturos: neq; recuſaturos quominus ꝑpetuo ſub Romanæ eccleſiæ ditione atq; ĩperio eſſent. Hæc adeo mature cõfecta accepimus: ut eodẽ ꝓpe tp̃re ĩ Galliã ꝓlatum eſſet Carolum in Cãpaniã cum oĩ exercitu peruenĩſſe: & Beneuentanos metu cõterritos deditionẽ feciſſe. Verũ dũ hæc ĩ Italia geruntur: interĩ Taxillo Bauariæ dux uxoris (ut tradunt) ſtimulis cõcitatus copias cogit: finitimas gentes ſollicitat. Hunnos: qui ea parte: q̃ Bauaria in orientẽ ſpectat: ſibi cõfines erãt ſocietate & fœdere iungit. Hæc oĩa clandeſtinis cõſiliis cõficere ſtudet: ut Francos nil tale opinantes repentino bello adoriat̃. Erat autẽ ei coniunx Deſiderii regis Lãgobardorum filia: quæ fortunã patris iniquo aĩo ferẽs: nec nocte nec interdiu uirum cõquieſcer̃ pati: monere atq; rogare: ut meminiſſe uellet ſocerũ ſuum clariſſimũ regẽ: q antea ĩ locupletiſſimo regno conſtitutus aliis ĩperitare ſolitus eſſet: nunc graui ſeruitute detẽtũ oĩ morte miſerioꝛẽ uitã ducere. Neminẽ eſſe præter eum: q poſſit & debeat ſeruientẽ regẽ ĩ libertatẽ uendicare. Hoc finitĩas gentes: q fortunã Deſiderii miſereant̃: expectare: hoc tacitas petere : q ſi uir eſſe uelit: habere propriis uiribus etiam externas adiunctas opes: quibus fultus cõmode poſſit hanc dedecoris notã ſocero pariter generoq; ĩuſtam egregiis factis delere: ac ſibi poſteriſq; ſuis ꝑpetuã gloriam cõparare. His muliebribus ĩſtructus furiis Taxillo ĩgenti ſtudio arma exercitũq; parabat: ut Francorũ genti oĩ parte inferior ferociter magis: q̃ prudenter bellum inferret. Quibus rebus cognitis Carolus: quia magni intereſſe etiam in reliquum tempus ad opinionem gentium arbitrabatur : tantas uideri Galliæ facultates ? ut non modo ſua tueri : ſed etiam aliena aggredi poſſet : celeriter profectus priuſquã hoſtes cum ſociis iungerentur̃: in fines Bauariæ cum omni exercitu uenit caſtriſque ad Lecum fluuium : qui Bauaros a Lemannis diuidit: poſitis: legatos ad Taxillonem miſit hortatum ut Francorum manſuetudinem q̃ arma & uim experiri mallet: atque idem finitimis gentibus : quas in belli ſocietatem traxiſſet : ſuaderet.

Taxillo ſiue his mandatis cõterritus: ſiue ſocioꝝ auxilio deſtitutus nulla tẽtata fortuna belli Caroli impio ſine ulla exceptione parere cõſtituit. Itaq; ei oĩm rerũ ſuaꝝ poteſtate permiſſa deditionẽ fecit: obſides dedit: in his Theonẽ filiũ ſuũ alioſq; permultos lectiſſimos iuuenes: quoꝝ patres præcipuã in ea ꝓuincia auctoritatẽ habebant. Sub idẽ ꝓpe tẽpus Abodriti ueteres Francoꝝ ſocii legatos ad Carolum mittũt: q ꝓ antiqua amicitia ſocietateq; olĩ cum Frãcis inita aduerſus Velatabos auxiliũ petãt. Eſt Sinus Oceani maris in extremis Germaniæ finibus: q ab occaſu ĩ orientẽ uerſus centũ ut aiunt ꝓpe milia paſſuum extendit. Circa hunc Sinũ ea tẽpeſtate Abodriti: Velatabi: Nortomani aliæq; Barbaræ gentes ĩcolebant. Inſulas præterea ꝓpinquo mari frequẽter ſparſas tenebant: bella inter ſe (ſicuti ĩter finitimos populos plærũq; fit) cõtinẽter gerebant. Cum igr̃ Velatabi ꝓpetuis excurſionibus cædibus incẽdiis Abodritos ĩuaderent: nec ullis præſidiis remoueri ab iniuria poſſent: Abodritoꝝ legati ĩ Galliã uenerunt opẽ aduerſus ſuos Frãcorumq; hoſtes ꝓ iure ſocietatis petentes. Benigne hoſpitaliterq; ſuſcepti auxilio ĩpetrato grata reſpõſa domũ rettulerunt. Profectus deĩde cũ exercitu Carolus citius oĩm opĩone bellum cõfecit: Barbaros ex ſocioꝝ finibus expulit: expulſos ad deditionẽ cõpulit: ac iureiurando adegit: ne ĩ poſteꝝ Frãcis Frãcorumq; ſociis aliiſue finitimis gentibus ĩuſſu ſuo bellum inferrent. His rebus geſtis cũ ĩ magna gloria magniſq; opibus regnum ac tota res Francoꝝ eſſet: ſtatuit Carolus aduerſus Hunnos: q hoſtibus ſuis auxilia ſummini ſtrauerant: bellum ſuſcipe. Hunnoꝝ gentẽ Scythicã fuiſſe accepimus. Incoluere primo ſupra meotida paludẽ. Inde ĩgenti multitudine ꝓfecti mutatis ſedibus ĩ Pãnoniã uenere: atq; hunc locum ſibi domiciliũ delegere. Ea uero tẽpeſtate q̃ Carolus eis bellum ĩdixit: abundantiſſimi diuitiis erant: & poſt Saxones armis uiriſq; opulentiſſimi. Hẽbant præterea finitimos populos partĩ metu partĩ beneficio obſtrictos & iureiurãdo adactos: ut ĩ oĩbus bellis ꝓ ſua qſq; facultate rẽ Hunnoꝝ iuuarent. Quo igr̃ uires Hunnorũ maiores erant: eo maiore ſtudio Carolus oĩa ſibi: quæ ad maximũ bellũ ptinerent: curanda agendaq; cenſebat: ut cũ uirtute hoſtibus longe Frãci præſtarent: uiribus quoq; aut pares aut ſuperiores eſſent. Sũma igit̃ diligentia: tũ rõe atq; cõſilio oĩbus cõparatis caſtra mouet: atq; exercitũ & uiris & armis ꝓegregie ĩſtructũ ĩ Pannoniã ducit. Hoc ego bellũ partĩ a Carolo: partĩ a filio ſuo Pipino apud plæroſq; auctores geſtũ cõperio. Victi multis prælĩis Hunni tandẽ octauo anno poſtq̃ bellũ inceperat: penitus ſuperati ĩpio Caroli paruere. Quotiens uero cũ hac gente iuſta acie pugnatũ ſit: quæue aut quãtæ hoſtium copiæ in eo bello ceciderint: qa raræ per ea tẽpora litteræ fuere: difficile ad fidẽ eſt exacto affirmare numero. Illud certe cõſtat nullũ unq̃ bellũ a Carolo geſtũ: ĩ quo maior ſit hoſtium cædes edita maiorq; illata clades. In eo. n. oĩs auctores cõueniunt: ĩgentẽ Hũnorum multitudinẽ & pene nobiliſſimũ quẽq; eo bello abſumptũ: maximã quoq; uĩ auri atq; argenti multãq; precioſã ſupellectilẽ: quã Hunni ex uariis gẽtibus direptã ĩ ſuum regnũ cõgeſſerãt: a Frãcis inuentã atq; in Galliã tranſportatã. Totã deniq; hunnorum rẽ tã multiplici clade affectã: ut nullũ ferme priſtinæ potentiæ: quæ antea longe lateque patebat: ueſtigiũ remaneret. Franci deuicta Pannonia ac opulentiſſima gente ſubacta: graues hoſtiũ ſpoliis ĩ Galliã reuertunt̃. Periere in eo bello Herricus ac Geroldus duo clariſſimi Francoꝝ duces. In reliq̃ multitudine paꝝ detrimẽti acceptũ. Sub idẽ tẽpus Adelgiſum Deſiderii filiũ: q ante expugnationẽ Papiæ ex Trãſpadanis ĩ Græciã pfugerat: cum magna manu ad repetendum regnũ in Italiã redeuntẽ a Francis ſuperatũ præfectorum auſpicio: ſupplicioq; affectum qdam auctores ſunt. Addunt ẽt nõ multo poſtea duo eo dẽ ꝓpe tp̃re exarſiſſe bella: Boemicum. ſ. & Linonicum atq; ãbo a Carolo iuniore ita celeriter eſſe confecta: ut facile appareret præſtantiſſimi patris nõ diſſimilẽ eſſe filium. Secutum eſt poſt hæc aduerſus Nortomanos bellum: q Abodritis ſubactis cum ductu Gotofridi regis Galliæ Germaniæq; littora prædatoria claſſe uexarent: iãq; Gotofridus nimia ſuperbia & temeritate elatus Eriſiæ: Saxoniæ aq; oĩ Galliæ arma minaret̃: palãq; iactaret ſe breui Aqſgrani: ubi Caroli regia erat cum ĩgẽtibus copiis petituꝝ: nõ putauit Carolus ſociorum iniuriam ac huius hoĩs effrenatam audaciam ulterius eſſe ferendam.

Itaque omnibus neceſſariis ad bellum celeriter comparatis in Nortomannos exercitum ducit: claſſem per Oceanum mittit: ut terra marique ſimul hoſtem inuadat. Verum non diutius ei laborandum fuit: qa Nortomanni paulopoſt Gotofrido rege a ꝑprio ſatellite ītерfecto: ſe ſuaq; oīa fidei & poteſtati Caroli ꝑmiſere. Cum hic ſtatus reꝝ in Gallia eſſet: ītерī Romani aduerſus Leonē pontificē cōiurationem ieunt: eūq; nec leſi nec laceſſiti per īiuriam urbe expellunt. Quibus rebus legati ad Carolum ueniunt: multis precibus ꝑ Romano pontifice auxiliū aduerſus coniuratos petens. Hos Carolus conſuetudine ſua benigne accipit: eoꝝ aīos uerbis confirmat: magnā ſpē ſe hr̄e dicit populū Ro. uel beneficio uel auctoritate ſua adductū finē īiuriis factuꝝ: q ꝑ ſi ꝑſeuerare ī īiuria uelit: nullam dimicationē recuſaturꝝ ꝑ Romanæ eccleſiæ dignitate: cui deeſſe: quoad uita ſuppetat: aliis ꝓcipibus chriſtianoꝝ turpe: Carolo ēt nefas ſit. Nā iāpridē eccleſiæ romanæ patrocinio ſuſcepto nihil ei antiquius etat: q̄ apoſtolicæ ſedis dignitatē tueri: ſtatum ſeruare auctoritatē extollere: īiuria ac maleficio ꝓhibere. Itaq; cū ea coniuratio magni ponderis eſſet: & præſentia ſua īdigere uideretur: extēplo cum exercitu ꝑfectus ī Italiā cōtēdit. Primo aduentu oī motu ſædato: noxiis ſupplicio affectis pontificē Romanū cū īgenti gloria ī urbē reſtituit: a quo mox ꝑ ſuis egregiis meritis & ſingulari erga libertatē oīm chriſtianoꝝ fide Auguſtus appellatus: īperatoriū nomē dignitatēq; ſuſcepit: non ſolum aſſentiente ſed ēt applaudente populo Romano. Hoc tp̄e primū ſūmi īpii dignitatē: quæ trecētis ante & trigīta annis fuerat amiſſa: & iā nimia uetuſtate oblitterata: egregia uirtute Caroli occidenti reſtituraī tradunt. De quo quidē nō alienū uidet̄ pro cognitiōe rei altius aliquāto repetere. Vrbē Romā: ſicuti grauiſſimi auctores memoriæ ꝑdidere: initio reges gubernarunt. Ii nullis legibus obnoxii domi populū: exercitū foris pro ſuo arbitratu regentes nunc belli nunc pacis artibus rē Romanā artifice auxere: eoq; nutriendo ꝓduxere ut bonā frugē libertatis maturis iā uiribus ferre poſſet. Tarquino deinde ſuperbo ob immodicā dn̄andi licentiā regno exacto: regia poteſtas penitus in urbe ceſſauit. Sub conſulibus poſtea ac dictatoribus conſulariq; poteſtate tribunis: q fuerūt libero populo magiſtratus: & res & nomē emerſit īpii. Aphrica pene tota magnaq; Aſiæ parte ultra Armeniā & Caucaſum montē armis ſubacta: Europæ uero Hiſpaniis: Galliis Græcia: Thracia: Aliiſq; ſubinde regionibus bello domitis lōge lateq; Romanorum opes patuere. Hoc tā amplo per quadringentos ſexaginta annos ab una republica parto auctoq; īperio frui deīde per ītеſtina arma non licuit: quorum cauſa atq; initium traditur ex immodica cupiditate regnādi & certamine factionum ortum: quæ ſemper fuerūt eruntque pluribus populis magis exitio: q̄ bella externa. Imperatores hinc creari cœpti: quod āte armoꝝ caſtrorūq; nomē fuit: id tanq̄ ītеſtino uigente bello ītra mœnia īductū uerbo quidem legitima poteſtas: re autē uera dn̄atio erat. Qui enim republica occupata Romanis dominabant̄: Imperatores ſe appellari non ſolum æquo: ſed etiam libenti aīo patiebantur: quia imperatorium nomen & gratius & tolerabilius Romæ erat: q̄ quiſq̄ titulus: qui dominationis ſpeciem præ ſe ferre uideretur: eratque imperatoria dignitas apud priſcos Romanos longe inferior regia dignitate. Cur autem poſtea hoc imperatorium nomen in tanto precio habitum ſit: cauſam fuiſſe exiſtimo: quia cum illi q reip. Romanæ totiq; pene terrarum orbi dominabantur ſe nūcuparent imperatores: forte poſteriores credidere: ſicuti illi potentia cæteros alios anteibant: ſic etiam nomen quo utebantur: reliquis omnibus anteponendum eſſe. Hinc talis opinio orta: deīde multis temporibus inueterata obtinuit: ut imperatoria dignitas omnibus aliis excellentior haberetur. Sed ab initio quidem ſingulis imperantibus cum Nerua primus aliiq; poſtea ſimili exemplo ducti ſibi conſortem imperii delegiſſent: duo interdum principes eodem tēpore extitere: qui ſe Romanorum nuncupabant imperatores. Poſtea uero q̄ Conſtantinus relicta Roma ad orientem deſedit: factum conſuetudine eſt: ut diuiſim illud orientis: hoc occidentis imperium diceretur. Fœde deinde uaſtantibus Italiam Barbaris tempore Odoacri Torcilingorum regis: qui Anguſtulum bello ſuperauit: ſublatum imperium trecentis & triginta annis in occidente ceſſauit. Tot enim ab Anguſtulo ad

Carolum magnum fuere: quem a Leone pontifice imperatorem diximus appellatum. Carolus Francoꝝ rex ac Romanoꝝ Imperator poſt ampliſſimā dignitatē ſuſceptā cum in Galliā rediturus iter ꝑ Hetruriā faceret: ī memoriā dignitatis adeptæ Florētiā urbem quā olim magna ex parte deleuerant Gothi: ī priſtinū ſtatū cum ſumma celebritate reſtituit: oēmq; nobilitatē ꝑ oppida uicina diſperſam in ciuitatē reduxit: nouis mœnibus cinxit: tēplis ornauit. Quibus meritis quantū Caroli nomini eiuſq; ſucceſſoribus noſtra ciuitas debeat: nec litteris explicari nec ulla oīone exprimi pōt. Quod. n. ī ſolo patrio ſumus: ꝙ liberi uiuimus: ꝙ magiſtratus: leges ciuitatē habemus: ea oīa Carolo accepta ſūt referēda: ac eius memoria cum grata recordatōe ꝑpetuo celebrāda: ut homini tā præclare de noſtra patria merito ſi nō parē beneficiis ſuis: ſaltē aliquā ꝑ uiribus noſtris gr̄am referamus. Illud autē loco ſūmæ gloriæ florentiæ urbi tribuendū puto: ꝙ initio eā cōdidere Romani: conditā deinde ac Barbaroꝝ furore euerſā: Romanoꝝ quoq; clariſſimus ī perator reſtituit: ut nō tm̄ doloris ex deiecta: quātū lætitiæ ex reſtituta patria Florētinis accederet. Cū reuertiſſet ī Galliā Carolus exceptus eſt eius aduētus ab oībus populis īcredibili honore atq; amore. Feſti celebrati dies: oībus ciuitatibus ſupplicatōes decretæ: publice priuatīq; ei gratulatōes cum effuſa lætitia factæ. His rebus tā egregie a Carolo geſtis addunt ſcriptores nōnulli rē maximo memoratu dignā: quā ego ut certā affirmare: quia nulla apud alios auctores eius rei mentio eſt: nec ut incertam relinquere auſim. Tradunt enim cum Hieroſolyma graui Barbaroꝝ dn̄atu oppreſſa teneretur: Carolum Conſtantini Impatoris precibus euocatū ſimul & rei īdignitate cōmotū ad liberādum ſanctiſſimū locum: ubi oīm gentium ſalus eſt orta: cū ingenti exercitu acceſſiſſe: ꝑfligatiſq; Barbaris ac ex oī prouīcia pulſis chriſtianos in urbem reſtituiſſe: firmiſq; præſidiis munitā reliquiſſe: ꝑfectum deīde Bizantium & a Cōſtantino īcredibili lætitia acceptū: magnoq; affectū honore paulopoſt ī Galliā rediiſſe. Hæc ſi ita ſunt hanc expeditionem factā eſſe oportet: anteq̄ Carolus ad reſtituēdū Leonē pontificē ī Italiā ueniret: qa ſatis conſtat poſt imperatoriā dignitatē ſuſceptā nunq̄ Carolū in orientē eſſe ꝑfectum. Hæc bella ſeptē & quadraginta annis (tot enī regnauit (īcredibili fœlicitate tum magnitudine quadam animi: tum etiam ingenii atq; conſilii Carolum non ſolum geſſiſſe ſed etiam confeciſſe tradunt: quibus regnum ſatis amplum a patre acceptum longe maius auctiuſq; poſteris ſuis reliquit. Nam paterni regni fines in Gallia Rheno: Ligeri: Oceanoque & in Germania: Danubio: & Sala fluuio: qui Turios a Sorabis diuidit: continebantur. His Aquitaniam: Vaſconiam: Hiſpaniam pene totam & eam Italiæ partem: in qua Longobardorum regia fuerat: bellica uirtute adeptam Carolus magnus adiunxit. Adiecit etiam Saxoniam: quæ eſt non modica Germaniæ pars: tum utranque Pannoniam & ultra Danubium: Dariam: Hiſtriam & totum Liburnorum regnum: Dalmatiam quoque præter maritimas ciuitates: quæ Conſtantinopolitano Imperatori parebant: omnes denique Barbaras gentes: quæ Germaniam inter Rhenum Oceanum ac Danubium incolunt: partim armis ſubactas: partim beneficio allectas in ſuam poteſtatem redegit. His tantis oppibus tot tamq; rebus egregie geſtis: eam ſibi famam non ſolum in Gallia: ſed etiam per uniuerſum orbem Carolus compararauerat: ut undiq; ad eum legationes concurrerent: gratiam atque amicitiam publice priuatimq; peterent. Quinetiam memoriæ proditum eſt Perſarum regem: cuius opes in Aſia longe lateq; patebant: Caroli fama adductum legatos cum magnificentiſſimis donis miſiſſe in Galliam: qui eum rogarent: ut ſe in amicitiam ſuſciperet. Cū imperatoribus quoq; Conſtantinopolitanis beniuolentia fuit & ſocietate coniunctus: q̄q̄ poſt dignitatem imperatoriam Romæ acceptā Caroli fama illis & ſuſcepta quoq; potentia foret. Cæterum enarratis bellicis rebus: quæ uiſæ ſunt nobis cognitione & memoria dignæ: nunc operepreciū eſſe exiſtimo Caroli habitum: naturam: & mores: tum ea omnia quæ ad domeſticam pertinent diſciplinam breuibus uerbis referre. tradunt omnes pene auctores: qui diligentius Caroli figuram deſcribunt: ꝑcæra illum fuiſſe ſtatura: lato pectore: latis hūeris: magnis uegetiſq; oculis: naſo paulo eminētiore.

Forma deniq; & pulchritudine oris adeo eximia: ut decorem ſimul præ ſe ferre uideꝛtur cum regia quadam maieſtate cõiunctũ. Habebat & in uoce ſplendorẽ & in ĩceſſu totoq; corporis motu ſummã dignitatẽ: ꝓmiſſã gerebat barbã: & ſiqñ feſti dies celebrãdi erãt: aut legati externoꝝ pr̃cipum audiendi: ueſte auro contexta & gladio multis gẽmis orna to utebaꝛ. Valitudine fuit ꝓſpera: niſi q; paucis annis ãteq̃ diẽ obiret: febre ſæpius labo rabat. Venationibus Gallos; more adeo frequenter ſtudebat: ut nõ niues: nõ mõtes: ſil uæq; eũ ẽt ſeneſcentẽ a tali exercitio reuocarẽt. putabat enĩ laborẽ corporis ad ſanitatem ſeruandã uehemẽter conferre. Tradunt præterea eũ balneis & aqs natura calidis plurimũ delectatum: atq; ideo Aqſgrani: ubi talis aq̃ ingens copia erat: diutius cõmorari ſolitũ. Quinẽt conſueſſe amicos ac familiares & interdũ oĩs generis hoĩes ſecum in balneas du cere: ibiq; alia confabulandi materia in medium allata lõgum ſermonẽ trahere: atq; ex eo nõ mediocrẽ uoluptatẽ capere. Fuit autẽ Carolus amicoꝝ ſtudioſiſſimus: pietate ue ro in parentes: amore in filios: humanitate in oẽs ſine controuerſia cæteros alios ſupera bat. Mater ei Berta fuit Heradii Cæſaris præſtantiſſimi Cõſtantinopolitani Impatoris filia: quã cum in oĩ uitæ tp̃re: tũ præcipue poſt Pipini mortẽ in ſũmo honore & obſeruã tia habuit. Difficilẽ fr̃is naturã ac multis ſuſpitionibus laborantẽ ita patienti aĩo tulit: ut ꝓ acceptis iniuriis ſæpe beneficia ei filiiſq; ſuis referret. Sororẽ quoq; quæ ſibi unica erat incredibili amore dilexit. Deniq; oẽm familiã ſuã tanta caritate cõplexus eſt: ut qui dã ſcriptores dicant eum quocũq; accederet: ſolitũ eſſe filios filiaſq; oms ſecum ducere. Fuit in remunerando largus: in puniendo mitis & clæmens. Quinẽt tradunt: cũ aliqñ in expeditionẽ ꝓficiſceretᵉ. Nothũ filium: quem plæriq; ſpe regnandi iniecta opinionibus uanis imbuerant: Carolo inſidias cõparaſſe: ut eũ de medio tolleret: pauloq; deinde con iuratõe detecta: mitiſſimũ p̃rem ſcelerato ignouiſſe filio: eiq; ꝓmiſiſſe ut reliquã deinde uitam in quodã monaſterio ab oculis hoĩm remotã duceret. Hanc igr̃ manſuetudinem in puniendo: æqtatem in iudicando: moderationẽ in gubernando: quã Carolus publicis pariter ac priuatis rebus præ ſe ferebat: ſic populi oms admirabantᵉ: ut palam prædica rent: talem ſibi regẽ diuino numine datum: q̃lem nunq̃ antea auſi eſſent optare. Illud præterea maximã ei beniuolentiã cõparabat: q; erga hoſpites ꝑegrinos & eos oĩs q; paup tate nimia laborabant: ſumma ꝓfuſaq; liberalitate utebaꝛ. Inopes uero: q; uirtute ac bo nis moribus prædĩti erant: ſæpe nõ mõ pecunia iuuit: ſed etiam honoribus manifeſtis affecit: ut uanã eoꝝ opĩonẽ argueret: q; neq; honori magno locũ: neq; uirtuti putãt eſſe: niſi ubi effuſæ affluant opes. Cibi inſup & potus cõtinẽtiſſimus fuit. Feſtis ſolũ diebus atq; id ẽt raro cõuiuia celebrabat: In cognoſcendis cõtroverſiis hoĩm & diligentiſſimus ſimul & iuſtiſſimus habebaꝛ. Liberᵉ ad eum querimoniæ de aliorũ iniuriis: facileſq; adi tus erant: benigna reddebantᵉ rñſa: q̃ oĩa quo rarius in maxĩs principibus r̃piuntᵉ: eo gra tiora in Carolo habebantᵉ. Sed oĩm primũ: ut erat diligentiſſimus religionũ cultor: ſum ma opa ſtudioq; curabat: ut eꝑi ꝑ uniuerſum r̃gnum ſacras ædes nimia uetuſtate dilap ſas aut oĩno reficerent: aut ſaltẽ renouarent. Ipſe uero Aqſgrani: ubi ſedes regni eiuſq; regia erat: maximis ſũptibus tẽplũ cõdidit: ipſũq; marmoreis colũnis tũ argẽto auroq; cælato uehemẽter ornauit: ornatũq; oĩm rerum pulcherrimarũ copia beatæ mariæ dedi cauit. Multa quoq; alia opa memoratu digna cõſtruxit: q̃ ea tẽpeſtate tũ pulchritudĩe tum magnitudine ſua admiratõem gentium cõmouebant. Nã põtem in rhenum apud Maguntiã: ubi qngentos paſſus flumĩs latitudo patet: ædificatũ a Carolo tradunt egre giũ ſane opus & magnitudinẽ cõditoris cunctis uiſentibus præ ſe ferens. Regias inſup ædes uariis ĩ locis ab eodem extructas dicunt & tẽpla in multis ciuitatibus cõdita: q̃ nr̃is quoq; tp̃ribus extant: & religionẽ in Carolo: regalemq; aĩm fuiſſe oſtendunt. Verum ad has eximias regiaſq; uirtutes addiderat ẽt Carolus eloquẽtiã copiãq; dicẽdi & bonarum artiũ diſciplinã: q̃ cũ cæteris hoĩbus: tũ iis q ſunt ĩ ſũmis poteſtatibus cõſtituti: magno r̃p decori atq; ornam̃to fuere. Præceptorẽ habuit Albinũ: cui poſtea Alcuino cognom̃ fuit: uirum eruditiſſimum ſummumq; philoſophum: a quo non ſolum ſtudium ſa pientiæ: ſed etiam præcepta oratoria artemq; diſſerendi accepit: cuius opa tunc primum

Parisiense gymnasium a Carolo īstitutum tradunt: quod deīde a posterioribus regibus seruatum auctumq; eo dignitatis & gloriæ uenit: ut nunc quoq; celeberrimum p̄ uniuersum orbē eruditissimorum hominum domicilium habeat̄. Carolus igitur ipse l̄ris non mō latinis sed ēt græcis liberaliter īstitutus: filios quoq; suos doctissimis hoībus ī disciplinā dedit: ut a primis īcunabulis bonis artibus erudirent̄. Filias ēt: ne ocio torperent: lanificio assuescere iussit. Habuit autē ex pluribus uxoribus pulcherrimā sobolem: sed ex Hildegarde fœmina apud Sueuos amplissimo gñe orta Carolum: Pipinum: Ludouicū filios: totidēq; filias genuit. Ex his Carolum: q̄ maior natu erat: & Pipinum: quem Galliæ citeriori præfecerat: prius q̄ diē obiret: amisit. Ludouicus ei relīquebat̄ unicū senectutis refugiū. Hunc pauloante mortē ad se uocatū sūmo consensu oīm prīcipū Augustū appellauit: cōsortēq; sibi delegit īperii: quæ res maximā ei apud oīs gñis hoīes tū dignitatē: tū auctoritatē cōparauit. Stabilitū. n. suis posteris nō solū Francoꝝ regnum: sed etiā Impatoriū nom̄ sūma cōcordia oīm uidebat̄. Nec multo īteriecto tēpore cū uenatū cōsuetudine sua haud p̄cul a regia Aq̄sgrani esset p̄fectus: domū rediit cū febre. Hanc abstinentia ut consueuerat superare se posse cōfidens: cum lateris ēt accessisset dolor: morbis simul & senectute cōfectus uita excessit ætatis suæ septuagesimo secundo & christianæ salutis. xv. supra octīgentesimū ānū: q̄nto kal. februarias. Eius deīde corpus ī basilica Aq̄sgrani: quā ille ī uita tantop̄e coluerat: solēni funere sepultū tradunt: arcūq; auratum egregieq; fabrefactū supra monumentū eius locatū: ī quo imago illius sculpta talī epigrāmate cingebat̄. Caroli magni christianissimi īp̄atoris Romanoꝝ corpus sub hoc sepulchro cōditū iacet. Hic Francoꝝ regnum septē supra. xl. annos summa moderatōne ac iusticia admīstrauit: idq; belli pacisq; artibus magnop̄e auctū posteris suis rīliq̄t. Pauloante obitum eius multa p̄digia uisa dicunt̄. Nā & porticū: quæ erat īter Basilicā & regiā mirabili sumptu cōfecta corruisse: & pontē ad Maguntiā īcendio conflagrasse: & aureā pilā: quæ ī culmine religiosissimi tēpli locata erat: fulgure tactā & deiectā tradunt. Tribus annis anteq̄ e uita migraret: testam̄tū cōdidit: quo pecuniā: uestes: uasa aurea argēteaq; multāq; preciosā supellectilē triplici diuisā legauit. Duas partes uni & uigīti ciuitatibus regni: q̄s Metropolitanas appellant græci: ac eaꝝ episcopis dari iussit: ut illis ī reficiendis ecclesiis & pauperibus iuuandis p̄ arbitrio uterent̄. Tertiā uero partē uniuscuiusq; ratōe habita filiis: filiabus: nepotibusq; tum seruis & ancillis reliq̄t. Erāt īter cæteros thesauros suos tres argēteæ m̄sæ: ac una aurea præcipue magnitudīs. Illaꝝ triū unā: quæ Cōstātinopolitanæ urbis similitudinē referebat: ad ornandū celeberrimū beati Petri tēplum Romā misit. aliā: ī q̄ forma urbis Romæ pegregie sculpta erat: Rauēnati Basilicæ dono dedit. Tertiā uero quæ totius urbis descriptionē cōtinebat: & aureā illā: quā in ordine quartā numerauimus: filiis suis rel q̄t. Hæc Carolus summa diligētia rōe atq; cōsilio: cū multi episcopi multiq; prīcipes regni adessēt: cōstituit. Quæ oīa Ludouicus eius filius ac successor ex cōm̄tario post Caroli mortē diligētissīe ac sāctissīe reseruauit.

Virorum illustrium uitæ ex Plutarcho græco in
latinum uersæ solertiq; cura emendatæ
fœliciter expliciūt: per Nicolaum
Ienson Gallicum Venetiis
īpressæ. M. cccc. lxxviii.
die. ii. Ianuarii.

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

REGISTRVM.

Cimonis
A exercebat nullaue
Dolopes inde
in grecorum

& ipſe meridie
B Erat hæc ciuitas
trucidatis nocteq;
rebus ut ſuis
uigebat plurimum

Sæpe enim
C ſiſtere iuſſit
putabatur. Nam
Egeſtenſium
penes Niciam

ſuperaret nullam
D auaros infectari
uerbis obtemperare
aſſequeretur
accidere potuiſſe

laudem meretur
E Ageſilai uiri
imperauit: quicunq;
Ibi cum intercluſum
centum nauibus

& plæbis ſuffragia
F Pompeius ſtricta
actæpiſſe memorant
ueluti ea prouinciæ

itaq; cum non
G ſumere quibus
deinde q; poſtea
inſequeretur
Poſt terga

ſe philoxenus
H pro ratione
ita oraſſe fertur
agro telluris

equitatu uiginti
I qui Alexandro

lachrymis
per loca calida
attollere ſtabilireq;

fortunam
K Ita ut cuſpis
in altum euectus
maiorum in eo

Tunc locis omnibus
L Photion ſtultum
Lacedæmonem
tumultum
cura ſuſcepta

Cæſar quoq;
M hæc omnia
ſenatus decreta
fortitudinem

libertatis
N a uirtute
colloquia
Achæos gloria
reddunt

Dolobella
O ſenatu ad
& plancus
Vnde exiſtimabant

potiar. Cum
P Brutus cum
& induſtria
fuiſſe quando

procederent
Q poſt conſulatum
incenderentur
ut procul
in quibus

opponendos
R & cyprum
admirationem
regem. Nam
antea fieri

repentino
S liberalitate
fœmina
uſus traiecit
negocio aliquo

monet: ut
T Cleopatræ
parata Romæ
Antonianæ
Timon ego

fidiſſimis
V abominationi
ac certaminibus
Arati uiri
domum

ſociorum
X dixiſſe: quæ
poſtulabant
Galbe uiri
ipſos duces

qui iam
Y pugnam
ſed pro uita
nullo pacto
principes

eſt ultra
Z Sed ex his
Platonis uiri
uel conterraneo

Ariſtotilis uiri
tutis tamen
& & eorum qui
Nate Melete
Caroli magni

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA * POZNAŃ

Oo 4775

2°

BIBLIOT. UNIW. W POZ.
Oo 4775
INKUNABUŁY

BIBLIOTEKA UNIW. W POZNANIU
Inc. 211 Cl°
INKUNABUŁY